

DOCTORIS ANGELICI

DIVI

THOMÆ AQUINATIS

SACRI ORDINIS F. P. PREDICATORUM

OPERA OMNIA

---

PARIS. — IMPRIMERIE V<sup>e</sup> P. LAROUSSE ET C<sup>°</sup>

49, RUE NOTRE-DAME-DES-CHAMPS, 49

---

DOCTORIS ANGELICI

DIVI

# THOMÆ AQUINATIS

SACRI ORDINIS F. F. PRÆDICATORUM

## OPERA OMNIA

SIVE ANTEHAC EXCUA,

SIVE ETIAM ANECDOTA; EX EDITIONIBUS VETUSTIS ET DECIMI TERTII SÆCULI CODIGIUS RELIGIOSE CASTIGATA;

PRO AUTHORITATIBUS AD FIDEM VULGATE VERSIONIS ACCURRATORUMQUE PATROLOGIE TEXTUM,

NUNC PRIMUM BEVOCATA;

NOTIS HISTORICIS, CRITICIS, PHILOSOPHICIS, THEOLOGICIS, CUNCTAS ILLUSTRANTIBUS CONTROVERSIAS  
OCCASIONE DOGMATUM SANCTI AUTHORIS EXORTAS, SOLLICITE ORNATA,

STUDIO AC LABORE

STANISLAI EDUARDI FRETTE

Sacerdotis Scholæque Thomisticae Alumni.

VOLUMEN DECIMUM-OCTAVUM



EXPOSITIONES IN JOB

IN PSALMOS DAVIDIS. — IN CANTICUM CANTICORUM.

IN ISAIAM PROPHETAM.



PARISIIS

APUD LUDOVICUM VIVÈS, BIBLIOPOLAM EDITOREM

43, VIA APULGO DE LA DELOMBRE. 43

M DCCC LXVII

SANCTI

THOMÆ AQUINATIS

EXPOSITIO

IN LIBRUM SANCTI JOB

---

---

PROLOGUS S. THOMÆ

Sicut in rebus quæ naturaliter generantur, paulatim ex imperfecto ad perfectum pervenitur; sic accidit hominibus circa cognitionem veritatis: nam a principio parum quid de veritate attigerunt: posterius autem quasi pedetentim ad quamdam plenioram mensuram veritatis pervenerunt; ex quo contigit multos, propter imperfectam cognitionem, circa veritatem errasse; inter quos aliqui extiterunt, qui divinam providentiam auferentes, omnia fortuna et casui attribuebant: et priorum quidem in tantum ad hoc invaluit opinio, ut ponerent mundum casu factum esse, et ea quæ naturaliter generantur casui attribuerent; sicut percipi potest ex opinionibus antiquorum naturalium, ponentium solum causam materialem: posteriorum etiam quidam, ut Democritus et Empedocles, plurima casui attribuebant. Sed posteriorum philosophorum diligentia perspicacius intuens veritatem, evidenter indicis et rationibus ostendit res naturales providentia regi: non enim tam certus cursus in motu cœli et siderum et in aliis naturæ effectibus inveniretur, nisi haec omnia a quodam intellectu supereminente ordinata gubernarentur. Opinionem igitur plurimorum firmata in hoc, quod res naturales non casu, sed providentia regerentur, propter ordinem qui manifeste appareat in eis, dubitatio manxit apud plurimos de actibus hominum: utrum res humanae casu procederent, an aliqua providentia vel ordine quodam superiori gubernarentur. Cui quidem dubitationi maxime fomentum ministravit, quod in eventibus humanis nullus certus ordo appareat: non enim semper bonis bona eveniunt aut malis mala, neque rursus semper bonis mala aut malis bona; sed indifferenter bonis et malis bona et mala. Hoc igitur est quod ma-

xime corda hominum commovere ad opinandum res humanas providentia di-  
vina non regi : sed quidam eas casualiter procedere dicunt, nisi quatenus pro-  
videntia et consilio humano reguntur; quidam vero coelesti fato eorum eventus  
attribuunt; haec autem opinio maxime humano generi nociva invenitur : divina enim  
providentia sublata, nulla apud homines Dei reverentia aut timor, cum veritate re-  
manebit : ex quo quanta desidia circa virtutes, quanta pronitas ad vitia subse-  
retur, satis quilibet perpendere potest : nihil enim est quod tantum revocet homines  
a malis et ad bona inducat, quantum Dei timor et amor : unde eorum qui divino spi-  
ritu sunt sapientiam consequenti ad aliorum eruditioinem primum et praecipuum stu-  
dium fuit hanc opinionem a cordibus hominum amovere ; et ideo post datam Legem  
et Prophetas, in numero agiographorum, idest librorum per spiritum Dei sapienter  
ad eruditioinem hominum conscriptorum, primus ponitur liber Job : cuius tota in-  
tentio in hoc versatur, ut per probabiles rationes ostendatur res humanas divina  
providentia regi. Proceditur autem in hoc libro ad propositum ostendendum ex sup-  
positione quod res naturales ex divina providentia gubernentur. Id autem quod pra-  
cipue providentiam Dei circa res humanas impugnare videtur, est afflictio iustorum.  
Nam quod malis interdum bona eveniant, etsi irrationaliter primo aspectu videatur,  
et providentie contrarium, tamen uteunquque habere potest aliqualem excusationem  
ex miseratione divina ; sed quod justi sine causa affligantur, totaliter videtur su-  
brnere providentiae fundamentum. Proponitur ergo ad quaestionem intentam, quasi  
quoddam thema, multiplex et gravis afflictio cuiusdam viri in omni virtute perfecti,  
qui dicitur Job. Fuerunt autem aliqui quibus visum est, quod iste Job non fuerit ali-  
quid in rerum natura, sed quod fuerit quoddam parabola confusa, ut esset quoddam  
thema ad providentiae disputationem, sicut frequenter homines configunt aliqua  
facta ad disputandum de eis : et quamvis ad intentionem libri nou multum referat,  
utrum sie vel alteri fuerit, refert tamen quantum ad ipsam veritatem : videtur enim  
praedicta opinio auctoritati Sacrae Scripturae obviare : dicitur enim Ezech. xiv, 14, ex  
persona Domini : *Si fuerint tres viri in medio ejus, Noe, Daniel et Job, ipsi justitia  
sua liberabunt animas suas.* Manifestum est autem, Noe et Daniel homines in  
rerum natura fuisse : unde nec de tertio eis connumerato, scilicet de Job, in dubium  
debet venire. Dicitur etiam Jacobi v, 11 : *Ecce beatificaneos eos qui sustinuerunt:  
sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidiistis.* Sic igitur credendum est Job  
hominem in rerum natura fuisse. Quo autem tempore fuerit, vel ex quibus parenti-  
bus originem duxerit, et quis etiam hujus libri fuerit auctor, utrum scilicet ipse Job  
hunc librum conscripsit, de se quasi de alio loquens, an alias de eo ista retulerit,  
non est praesentis intentionis discutere. Intendimus enim compendiose, secundum  
nostram possibilitem, de divino auxilio fiduciam habentes, librum istum, qui inti-  
tulatur beati Job, secundum litteralem sensum exponere : ejus enim mysteria tam  
subtiliter et discrete beatus Papa Gregorius nobis apernit, ut his nihil ultra adden-  
dum videatur.



# C A P U T P R I M U M

---

## L E C T I O I

Vir erat in terra Ihus, nomine Job; et erat vir illi simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo; natique sunt ei septem filii et tres filiae; et fuit possessio ejus septem millia ovium, et tria millia canicularium, quingenta quoque juga boum, et quingenta asinae, ac familia multa nimis, eratque vir ille magnus inter omnes Orientales. Et ibant filii ejus, et faciebant convivia per domos, unusquisque in die suo. Et mitentes vocabant tres sorores suas ut comedarent et biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos, consurgens diluculo, offerebat holocausta <sup>\*</sup> per singulos: dicebat enim: Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

Quia, sicut dictum est, intentio hujus libri ordinatur ad ostendendum, qualiter res humanae providentia divina regantur; præmittitur, quasi totius fundatum disputationis, quedam historia, in qua enjusdam viri justi multiplex afflictio recitatatur. Hoe enim est quod maxime videtur divinam providentiam a rebus humanis excludere. Hujus igitur viri primo persona describitur; et quantum ad sexum, dum dicitur: *Vir erat*; hic enim sexus ad preferendas molestias invenitur robustior; describirur etiam quantum ad patriam, cum dicitur: *In terra Ihus*, que est in partibus Orientis; et quantum ad nomen, cum dicitur: *Nomine Job*; et vindicentur haec duo posita esse ad firmandum hoc quod dicitur, non esse parabolam, sed rem gestam. Et ne aliquis adversitates, quæ postmodum inducuntur, pro peccatis hujus viri ei accidisse crederet, consequenter describitur ejus virtus, per quam a peccatis demonstratur immunis. Sciondum quidem est, hominem triplici-

ter peccare. Sunt enim quædam peccata quibus peccatur in proximum, sicut homicidia, adulteria, furta et alia hujusmodi: quædam quibus peccatur in Deum, sicut perjurium, sacrilegium, blasphemia, et hujusmodi: quædam quibus unusquisque in seipsum peccat, secundum illud Apostoli primæ Corinth. vi, 18: *Qui fornicatur, in corpus suum peccat*. In proximum autem quis peccat duplenter; occulte per dolum, et manifeste per vim. Hic autem vir non circumvenit per dolum proximum: unde dicitur: *Et erat vir ille simplex*; simplicitas enim proprie dolositati opponitur; nulli violentiam intulit; sequitur enim: *Et rectus*; rectitudo euim proprie ad justitiam pertinet, quæ in aequalitate consistit, secundum illud Ibai. xxvi, 7: *Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum*. Quod autem in Deum non peccaverit, aperte ostenditur per hoc quod sequitur: *Ac timens Deum*; in quo reverentia ad Deum designatur. Quod etiam in seipsum non peccaverit, ostenditur in hoc quod subditur: *Ac recedens a malo*; quia malum odio habuit propter seipsum, non solum propter nocendum proximi vel offendam Dei. Descripta ergo hujus viri et persona et virtute, ejus prosperitas consequenter ostenditur, ut ex praecedenti prosperitate gravior sequens judicetur adversitas: similiter etiam ad ostendendum, quod ex pura Dei intentione justis semper bona tribuntur, non solum spiritualia, verum etiam temporalia. Sed quod aliquando justi adver-

sitatis premantur, accidit propter aliquam specialem causam: unde sic a principio homo institutus fuit, ut nullis subjaceret perturbationibus, si in innocentia permanisset. Principium autem prosperitatis temporalis, post bonam consistentiam personae propriæ, consistit in personis conjugatis, et præcipue in natis, qui sunt quodammodo aliquid parentum: describitur igitur primo ejus prosperitas quantum ad fecunditatem prolis, cum dicitur: *Natique sunt ei septem filii et tres filia.* Consequenter numerosior multitudo marinum quam feminarum ponitur, quia parentes affectare solent magis filios quam alias; tum quia id quod perfectius est, desiderabilius est; mares autem comparantur ad feminas sicut perfectum ad imperfectum: tum quia in auxilium rerum gerendarum solent esse parentibus magis potentes natu quam natae. Deinde ostenditur prosperitas ejus quantum ad multitudinem dvitiarum; et præcipue in animalibus: nam circa principium humani generis, propter hominum partitatem, agrorum possessio non ita pretiosa erat sicut animalium; et maxime in partibus Orientis, in quibus etiam usque hodie sunt pauci habitatores, prælatitudine regionis. Inter animalia autem primo ponuntur ea que maxime deseruit ad victimæ vestitum persone, nubes; unde dicitur: *et fuit possessio ejus septem millia ovium.* Secundo ponuntur ea que maxime deseruiunt ad onera deferenda, scilicet camelii; et hoc est quod subditur: *Et tria millia camelorum.* Tertio ponuntur ea que deseruiunt ad culturam agrorum; et hoc est quod subditur: *Quingenta quoque juga boum.* Quartto ponuntur animalia quibus homines ad vecturam utuntur: unde sequitur: *Et quingente asinæ;* ex quibus muli gerantur, quibus antiqui maxime insidebant. Sub istis autem quatuor generibus animalium comprehenduntur omnia alia que ad eosdem usus deseruiunt: puta sub ovibus, omnia victimæ et vestitum necessaria: et sic de reliquis. Et quia homines multas dvitias possidentes, ad eas gubernandas, multitudine indigent familiorum, convenienter subditur: *Ac familia multa nimis.* Consequenter ponitur

prosperitas ejus quantum ad honorem et famam, que longo latere diffundebatur; et hoc est quod dicitur: *Erat vir ille magnus inter omnes Orientales,* id est honoratus et famosus. Ad maiorem autem ipsius Job commendationem, consequenter disciplina domini ejus describitur, que immunis erat ab illis vitiis que opulentia generari solent plerunque; nam dvitiarum abundantia discordiam parit: unde legitur Genes. xiii, quod Abraham et Lot nequerunt simul habitare, ad vitandum jurgium, quod ex rerum abundantia proveniebat. Frequenter etiam homines multa possidentes dum ea possident que immoderate amant, eis tenacius utuntur; unde dicitur Ecl. vi, 4: *Est et aliud mulier quod vidi sub sole, et quidem frequens apud homines: vir, cui dedit Deus dvitias, substantiam et honorum, et nihil deest animæ ejus ex omnibus que desiderat; nec tribuit ei Deus potestatem ut comedat ex eo.* Ab iis ergo malis immunis erat dominus beati Job: erat enim ibi concordia jucunda et æqua frugalitas; quod significatur, cum dicitur: *Et ibant filii ejus, et faciebant convivia per domos uisus quisque in die suo:* haec autem caritas et concordia non solum inter fratres erat, sed usque ad sorores extendebatur, que frequenter despiciuntur a fratribus propter superbiam quam opulentia plurimum gignit: unde subditur: *Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comedarent et biberent cum eis.* Similiter etiam designatur in hoc securitas que de castitate filiarum habebatur; alias enim non circumducendae erant, sed includendæ, secundum illud Ecli. xxvi, 13: *In filia non avertente se firma custodiā, ne inventa occasione utatur se.* Sicut autem in domo Job frugalitas et concordia vigebat, sic in ipso Job vigebat sancta sollicitudo puritatis, quam frequenter dvitiae obruant, vel etiam minuant, secundum illud Deut. xxxii, 15 \*\*\*: *Incrassatus est, dilatatus et recalcitravit;* et postea sequitur: *Drexiliq[ue]t Deum factorem suum etc.* Et quidem de sua puritate in tantum sollicitus erat, quod ab iis que inquinare poterant, totaliter procul erat: unde non solum dicitur *quod erat timens* \*\*\* *Incrassatus est dicitur, et recalcitravit... dilatatus.*

*Deum et recedens a malo; sed etiam circa filiorum puritatem maxime sollicitus erat: permittebat siquidem eos convivia agere, eorum indulgens etati. Quaedam enim in juvenibus tolerantur, quae in personis gravibus reprehensibilia sunt. Et quia in conviviis vix aut nunquam homines immunditiam vitare possunt, quin vel per ineptam laetitiam, vel per inordinatam loquacitatem, aut etiam immoderatum usum cibi offendant; filiis, quos a conviviis non arcebat, purificationis remedium exhibebat; unde dicitur: Cumque in orbem transissent dies convivii, mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos. Dicuntur autem in orbem dies transire convivii, quia cum septem filii essent, et unusquisque in die sua convivium faceret, per omnes dies septimana feriatim hujusmodi consumebant convivia; postmodum quasi circulariter, sive orbiculariter, sicut in diebus septimanis, ita in conviviis ad principium rediebatur. Notandum est, quod licet Job filiis indulgeret ut convivia agerent, tamen ipse suam gravitatem conservans, eorum convivis se non immiscebat: nunc dicitur quod mittebat ad eos, non quod ipse ad eos ieret. Modus autem sanctificationis, quo per internuntium sanctificabat eos, potest intelligi duplice: vel quia salubribus monitis eos instrui faciebat, ut si quid in conviviis deliquerant, emendarent: vel etiam quia aliquem expiationis ritum habebant, quo hujusmodi delicta expiabantur; sicut et sacrificia, quae etiam ante legem data fuerant, et primiariarum et deciminarum oblatio. In conviviis autem homines interdum non solum impuritatem contrahunt modis prædictis, sed etiam gravioribus peccatis immerguntur aliquando usque ad Dei contemptum, et propter lasciviam, ratione absorpta, et a reverentia divina abstracta, sicut in Exodo xxxii, 6, dicitur. *Sedit populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere;* idest fornicari, vel idolis immolare. Job ergo non solum contra levia delicta filii, sanctificando, subveniebat, sed etiari contra graviora remedium studebat apponere, quo eis Deus placaretur: unde sequitur: *Consurgensque diluculo offerebat holocaustum per singulos:* in*

quibus verbis ostenditur perfectio devotionis ipsius, et quantum ad tempus, quia diluculo consurgebat. secundum illud Psal. v. 5: *Mane astabo tibi etc.*, et quantum ad modum oblationis, quia holocausta offerebat, quae totaliter comburebantur ad honorem Dei, nulla parte relieta in usum offerentis, vel ejus pro quo offerebantur, sicut erat in hostiis pacificis, et pro peccato: dicitur enim holocaustum, quasi totum incensum: et quantum ad numerum, quia pro singulis filiis holocausta offerebat; singula enim peccata convenientibus satisfactionibus sunt expienda. Causam autem oblationis holocaustorum subhingit dicens: *Dicebat enim*, scilicet in corde suo Job, non quidem de peccatis filiorum certus, sed dubitans: *Ne forte peccaverint filii mei;* scilicet opere, vel verbo; *et benedixerint Deo in cordibus suis.* Quod quidem duplice intelligi potest: uno modo, ut totum intelligatur coniunctum: quamvis enim benedicere Deum sit bonum, tamen benedicere Deum de hoc quia homo peccavit, significat voluntatem in peccatis quiescentem; et quantum ad hoc vituperatur; sicut in Zach. xi. 4, dicitur contra quosdam: *Pascere pecora occisionis: qua qui possidebant occidebant, et non dolabant, et vendebant ea dicentes: Benedictus Deus, dixites facti sumus.* Alio modo, ut intelligatur divisim a contrario sensu: et sic per hoc quod dicitur, *Benedixerint*, intelligatur maledixerint. Crimen enim blasphemiarum tam horribile est, ut pia ora ipsum nominare proprio nomine reformident, sed ipsum per contrarium significant: et convenienter pro peccato blasphemiarum holocausta offeruntur: quia ea que in Deum committuntur, honoratione divina sunt expurganda. Solet autem contingere, quod divinus cultus a quibusdam devote perficiatur, si rarus sit, cum autem frequens fuerit, in fastidium venit: quod est peccatum accidia, cum aliquis scilicet tristatur de spirituali labore: eni quidem peccato Job subjectus non erat: nam subditur: *Sic faciebat Job cunctis diebus;* quasi perseverantem in divino cultu devotionem conservans.

## LECTIO 11

*Quadam autem die cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affut inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus. Fude venis? Qui respondens ait: Circunvi terram et perambulavi eam, huiusque Dominus ad eum: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex et rectus ac timens Deum, et recedens a malo? Cui respondens Satan ait: Namquid frustra Job timet Deum? Nonne tu vadisti eum de domum ejus universum substantiam ejus per circuitum? Operibus manuum ejus benedixisti, et possessio ejus erexit in terra. Sed extende pavulum manum tuam, et tangere cuncta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce, universa quae habet, in mano tua sunt: tantum in eum ne extendas manum tuam.*

Post prosperitatem beati Job enumeratam, ponitur adversitas ipsius; et primo inducitur causa ipsius: et ne quis putaret adversitates justorum absque divina providentia procedere, ac per hoc estimaret res humanas providentia subjectas non esse, praemittitur quomodo Deus de rebus humanis curam habet, et eas dispensat. Ille symbolice et sub anigmate proponitur, secundum consuetudinem Sacre Scripturae, qua res spirituales sub figuris rerum corporalium describit: sicut patet Isaia vi, 1: *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum; et in principio Ezech., et in pluribus aliis locis.* Et quamvis spiritualia sub figuris rerum corporalium proponantur, non tamen ea quae circa spiritualia intenduntur per figuram sensibiles, ad mysticum pertinent sensum, sed litteralem: quia sensus litteralis est qui primo per verba intenditur, sive proprie dicta, sive figurate. Scendum est autem, quod divina providentia tali ordine res gubernat, quod inferiora per superiora dispensat: corpora enim generabilia et corruptibilia subduntur motui corporum celestium: et similiter inferiores spiritus rationales mortalibus corporibus uniti, scilicet animae, per superiores spiritus incorporeos administrantur. Haec autem habet ecclesiastica traditio, quod inter incorporeos spiritus,

\* Job  
frustra.

quidam sunt boni, qui puritatem in qua creati sunt conservantes, divina gloria perfruuntur, a Dei voluntate nunquam recedentes: et hi quidem spiritus in Scripturis interdum dicuntur Angeli, idest ministerii, quia divina hominibus annuntiant: interdum autem filii Dei dicuntur, in quantum Deo per participationem glorie similantur. Mali autem spiritus quidam sunt non per naturam aut per creationem (cum uniusenquisque natura auctor sit Deus, nec summum bonum potest esse causa nisi bonorum;) sed sunt mali propter propriam culpam. Hujusmodi autem spiritus in Scripturis daemones dicuntur; et eorum primus dicitur Diabolus, quasi deorsum cadens; vel etiam Satan, idest adversarius. Utrique igitur spiritus homines ad aliquam agenda movent: boni quidem ad bona, mali autem ad mala. Et siue homines moventur a Deo per spiritus supradictos, ita etiam ea quae per homines aguntur, dicuntur in Scripturis, eisdem spiritibus medianis, ad divinum examen referri. Ad ostendendum igitur, quod tam bona quam mala quae homines agunt, divino iudicio subsunt, dicitur: *Quadam autem die, cum venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, affut inter eos etiam Satan.* Scendum vero est, quod Angeli, qui hic filii Dei dicuntur, assistere dicuntur Domino dupliceiter: uno modo in quantum Deus ab eius conspicitur, sicut scriptum est in Daniel, vii, 10: *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistabant ei.* Alio modo in quantum ipsi Angeli et eorum actus a Deo conspicuntur: nam qui alieni domino assistunt, et eum conspicunt, et ab eo conspicuntur. Primo igitur modo assistere non convenit Angelis nisi bonis, qui divina visione perfruuntur; nec illis omnibus, sed illis tantum qui inter eos superiores existunt, qui magis intime divina visione perfruuntur, et ad exteriora ministeria, secundum Dio-

nysii sententiam, non exeunt; nude et a ministrantibus, in prædicta auctoritate Danielis, assistentes distinguuntur. Secundo autem modo assistere convenient non solum omnibus bonis Angelis, sed etiam malis, et etiam hominibus: quia quæcumque per eos aguntur, divino conspectui et examini subduntur: et propter hoc dicitur, quod cum venirent filii Dei ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan. Et quamvis ea quæ per Angelos bonos vel malos administrantur, continue divino conspectui et examini subjiciantur, et sic semper filii Dei assistant, et Satan inter eos assistere dicatur etc., dicitur tamen: *Quadam die*, secundum morem Scripturæ, quæ ea quæ supra tempus sunt, interdum per tempus designat ex aliquibus quæ dicuntur in tempore: sicut in principio Gen., dicitur Deus aliqua dixisse primo vel secundo die, quamvis ejus dicere sit aeternum, propter hoc quod ea quæ ab ipso dicuntur, siebant in tempore: ita et nunc quia factum de quo nunc intenditur, determinato tempore extitit, dicuntur administratores huiusmodi facti quadam die coram Domino astitisse quamvis coram ipso assistere nunquam desistant.

Considerandum est etiam, quod ad Dei judicium aliter referuntur ea quæ per bonos Angelos aguntur, aliter ea quæ per malos: nam boni Angeli hoc intendunt, ut ea quæ agunt referant in Deum; et ideo dicitur, quod filii Dei venerunt ut assisterent coram Domino, quasi primo motu et intentione omnia divino iudicio subdentes: mali vero Angeli non intendunt ea quæ agunt referre in Deum, sed eis nolentibus hoc accidit, ut quidquid agunt subdatur divino iudicio, vel divinae providentiae: et ideo non dicitur de Satan quod venerit ut assisteret coram Domino, sed solum quod *affuit inter eos*. Dicitur autem, *Inter eos*, tum propter naturæ parilitatem; tum ad insinuandum, quod mala non sunt ex principali intentione, sed supervenient bonis quasi per accidens. Est autem differentia inter ea quæ per bonos Angelos et malos aguntur: nam boni Angeli nil agunt, nisi ad quod divino jussu et voluntate moventur; in omnibus enim voluntatem divinam se-

quuntur: mali vero sua voluntate discordant a Deo; unde ea quæ ipsi agunt, a Deo aliena existunt, quantum ad eorum intentionem. Et quia non consuevimus interrogare de iis quæ nos facimus, sed de iis quæ absque nobis sunt; ideo non dicitur quod Dominus aliquid quiescerit a filiis Dei, sed solum a Satan: et hoc est quod subditur: *Cui dicit Dominus: Unde venis?* Et notandum est, quod non dicit ei Dominus, Quid facis, aut, ubi es? sed, *Unde venis?* Quia ipsa facta quæ per damones procurantur, interdum ex divina voluntate proveniunt, dum per eos vel puniuntur mali, vel exercentur boni: sed daemonum intentio semper mala est et a Deo aliena; et ideo a Satan queritur: *Unde venis?* quia ejus intentio, a qua procedit omnis ipsius actio, a Deo est aliena. Scindum autem est, quod dicere, duplíciter accipitur: nam quandoque refertur ad conceptum cordis; quandoque autem ad significationem qua hujusmodi conceptus alteri exprimitur. Secundum igitur primum modum, dicere Dei est aeternum: et nil est aliud quam generare Filium, qui est Verbum ipsius. Secundo vero modo specialiter Deus aliqua dicit; diversimode tamen secundum quod congruit eis quibus dicit. Nam hominibus corporeos sensus habentibus aliquando Deus locutus est aereo sono, formato in aliqua subjecta creatura; sicut vox sonuit in baptismio, et in transfiguratione Christi: Matth. xvii, 5: *Hic est Filius meus dilectus*. Aliquando autem per imaginariam visionem: sicut multoties legitur in Prophetis. Aliquando autem intelligibili expressione: et hoc modo intelligendum est Dominum ad Satan dixisse, in quantum cum intelligere facit, quod ea quæ ipse agit, a Deo conspi ciuntur. Sicut ergo dicere Dei ad Satan est ei notitiam præbere, ita Satan respondere Deo est, non quidem alieius rei notitiam tradere Deo, sed considerare omnia sua divino conspectui aperta esse: et secundum hunc modum dicitur: *Qui respondens ait: Circuiri terram et perambulari eam*. Per hoc igitur quod Dominus dicit ad Satan: *Unde venis?* intentionem et acta diaboli Deus examinat; per hoc autem quod Satan respondet: *Circuivi terram*

*et perambulari eam, quasi suorum aetatum Deo rationem reddit : ut ex utroque ostendat omnia que per Satanum sunt divinae providentiae subjecta esse. Per circumferentiam autem Satan, calliditas ejus ostenditur, ad explorandum quos decipere possit, secundum illud i Petr. v, 8 : *Adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit, querens quem devoret.* Convenienter autem per circumferentiam calliditas designatur : sicut per rectum simplex et justus : nam rectum est, cuius medium non exit ab extremis. Cum ergo actio justi a suo principio, quod est Dei voluntas, et fine illi intento non discrepet, convenienter justis adscribitur rectitudine : callidorum autem est, aliud pretendere, ac aliud intendere : et sic id quod demonstrant de suo opere, exit ab extremis : dum nec principio concordat nec fini. Unde recte callidi circuire dicuntur : propter quod scriptum est : *In circuitu inipiis ambulauit.* Ps. xi, 9.*

Sciendum autem est, quod et si diahobus erga cunctos tam bonos quam malos calliditatis sua studio natura, effectus latenter calliditatis sua in solis malis consequitur, qui recte terra nominantur. Cum enim homo compositus sit ex natura spirituali et carne terrena : malum hominis in hoc consistit, quod derelictis spiritualibus honis, ad quae secundum rationem mente ordinatur, terrenis bonis inheret, que sibi competit secundum carnem terrenam : et ideo mali, in quantum carnem terrenam sequuntur, recte terra dicuntur. Huiusmodi igitur terram non solum circumdat Satan, sed etiam perambulat, quia in eis effectum sua malitia compleat. Per ambulationem enim complementum processus ipsius designatur : sicut e converso de viris justis dicitur, quod in eis Deus perambulat : nuda Apost. ii Cor. vi, 16 inducit : *Inhabitabo in illis, et inambulabo inter eos.* Potest etiam ex hoc aliud intelligi. Triplex igitur est status viventium : quidam enim sunt supra terram, id est in celo, ut Angeli, et beati homines : quidam in terra, sicut homines in mortali carne viventes : quidam autem sub terra, ut demones et damnati omnes. Primos igitur Satan neque circumdat neque perambulat : quia in celesti-

bus civibus nulla malitia esse potest ; si-  
cuit uez in celestibus corporibus inventur aliquod malum naturae. Illos autem qui sunt in inferno, perambulat, sed non cir-  
cuit ; quia eos totaliter sua malitia sub-  
iectos habet : nec oportet ut ad eos deci-  
piendos aliqua calliditate utatur. Eos autem qui sunt in terra, circuit et peram-  
bulat : quia et calliditate eos decipere  
nihil, et quosdam eorum ad suam ma-  
litiam trahit, qui maxime per terram desig-  
nantur, ut dictum est. Et quod per ter-  
ram homines terreni designantur, satis  
aperte ostenditur per hoc, quod Dominus Job, quamvis in terra habitantem, a terra  
tamen segregare videtur : nam cum Satan  
dixisset : *Circuvi terram, et perambulari eam;* subiungitur : *Dixitque Dominus ad eum : Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis etc?* Frustra  
enim quasitum videretur an Job conside-  
rasset, qui terram circuisse et perambulasse se asserbat, nisi servum suum Job  
prater terram esse inteligeret : et maxime  
ostendit in quo a terra segregetur, in hoc  
quod dicit : *Servum meum Job.* Homo  
enim quasi medius constitutus est inter  
Deum et res terrenas : nam mente inharet  
Deo, carne autem rebus terrenis con-  
jungitur. Omne autem medium duorum  
eo magis ab uno extremo recedit, quo  
magis alteri appropinquit : homo igitur  
quanto magis Deo inharet, tanto remotior  
est a terra : hoc autem est servum Dei  
esse, quod mente Deo inharetur : nam ser-  
vus est qui non sui causa est : ille autem  
qui mente Deo inharet, scipsum in Deum  
ordinat ut servus amoris, non timoris. Et  
notandum est, quod affectiones terrene  
aliquo modo a remotis imitantur spiri-  
tuales affectus, quibus mens Deo conjun-  
gitur ; sed ad eorum similitudinem nullo  
modo pervenire possunt. Nam et amor  
terrenus ab amore Dei deficit, et per con-  
sequens omnis affectio : nam cujuslibet  
affectionis amor est principium. Ude  
convenienter, postquam dixerat : *Num-  
quid considerasti servum meum Job,* sub-  
ditur : *Quod non sit similis ei in terra :*  
quia nihil in terrenis spiritualibus  
aqua potest : quamvis et possit aliter  
intelligi. Nam in unoquoque Sancto est  
aliqua virtutis praeminentia, quantum ad

aliquem spiritualem usum : propter quod de singulis Confessoribus in Ecclesia canitur : *Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi* : nisi quod in Christo omnia secundum perfectissimam excellentiam fuerunt : et secundum hunc modum intelligi potest, quod nullus in terra habitantium similis erat Job, in quantum Job praeminebat, quantum ad aliquem usum virtutis.

In quo autem Job fuerit servus Dei, et nullus ei similis in terra fuerit, ostendit cum subdit : *Homo simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo; que quia supra exposita sunt, ad praesens dimittantur.* Considerandum autem, quod Dominus justorum vitam non solum ad eorum bonum ordinat, sed etiam alii eam conspiciem redit ; sed consipientes eam non similiter afficiuntur ad ipsam : nam boni eam pro exemplo habentes, ex ipsa proficiunt ; mali vero si non corrigitur ex ea, ut ejus exemplo boni fiant, ex sanctorum vita inspecta desciunt, dum vel per invidiam torquentur, vel falsis iudiciis eam pervertere conantur, secundum illud Apost. ii Cor. 11, 15 :

*Deo in iis Christi bonus odor sumus Deo; et in iis qui sunt, et in iis qui perirent: aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitae in vitam.* Sic igitur Deus vitam sanctorum non solum ab electis considerari vult ad prosecutum salutis, sed etiam ab iniquis ad cunulum damnationis : quia ex vita sanctorum condemnabilis ostenditur perversitas impiorum, secundum illud quod dicitur Sap. iv, 16 : *Condemnat justus mortuus vivos impios.* Et ideo Dominus ad Satan dicit : *Nunquid considerasti servum meum Job?* quasi diceret : Terram quidem circulis et perambulas; sed servum meum Job solum considerare potes, et ejus virtutem mirari. Solet autem perversorum hominum, quorum princeps est Safau, et eorum hic personam gerit, talis esse consuetudo, ut cum sanctorum vitam reprehendere non possunt, non ex recta intentione eos agere calumnientur, secundum illud Eccli. xi, 33 : *Bona in mala convertens insidiatur, et in electis*

*imponit maculam.* Et hoc apparet ex <sup>imponet.</sup> hoc quod subditur : *Cui respondens Satan ait: Numquid frustra Job timet Deum?* Quasi dicat : Negare non possum quia bona faciat; sed hoc non agit recta intentione propter amorem et honestatem, sed propter temporalia, qua a te consecutus est : et ideo dicit : *Nunquid frustra Job timet Deum?* Illud enim frusta facere dicimus ex quo id quod intendimus, assequi non possumus. Job autem tibi servivit propter temporalia, qua a te assecutus est ; nnde non sit frusta<sup>1</sup>, quod tibi serviendo, te timeat. Et quod temporale prosperitatem consequentur sit, ostendit quantum ad duo : primo quantum ad immunitatem malorum : quia scilicet praeservatus erat a Deo ob omni adversitate ; et hoc est quod dicit : *Nonne tu vallasti, idest protexisti sicut protegit vallum aut murus; eum, quantum ad suam personam; ac domum ejus, quantum ad ejus prole et familiam; universaque substantiam ejus, quantum ad possessiones ejus?* Et addit, *Per circuitum,* ut perfecta immunitas ostendatur : quia illud quod per circuitum vallatur, ex nulla parte potest pati insultum. Secundo ostendit ejus prosperitatem quantum ad multiplicationem honorum ; et hoc est quod dicitur : *Operibus mannum ejus benedixisti.* Et quia cum Deus dicendo omnia faciat, benedicere Dei est bonitatem rei dare. Tunc ergo Deus alienius operibus benedicit, quando ea ad bonum producit, ut finem debitum consequantur : et quia quedam bona proveniunt homini absque suo opere et intentione, propter hoc addit : *Et possessio ejus erit in terra.* Sic igitur Satan calumniatur facta beati Job, quasi ea ageret ex intentione prosperitatis terrene. Unde manifestum est, quod ea bona quae agimus non referuntur ad prosperitatem terrenam quasi ad preium : alias non esset perversa intentio si quis propter prosperitatem temporalem Deo serviret : et similiter e converso adversitas temporalis non est propria pena peccatorum ; de quo fere in toto libro quasitio erit. Vult autem ostendere Satan per suum responsum, quod propter prospe-

<sup>1</sup> AL. : « unde non frusta »

ritatem terrenam, quam consequens erat, Job Deo servierat, per oppositum : si enim cessante prosperitate terrena, Job Dominum timere desineret, manifestum fieret, quod propter prosperitatem terrenam, qua fruebatur, Deum timebat; et ideo subdit : *Extende paululum manum tuam, et tangere cuncta quae possidet;* scilicet ea auferendo; *nisi in faciem benedixerit tibi,* idest manifeste maledixerit, supple : malum mihi accidat. Et notandum, quod ex magna adversitate etiam vere *iustorum corda interdum commoventur;* sed simulare justi ex modica adversitate turbantur, velut nullam virtutis radicem habentes. Vult ergo Satan per hoc immovere, quod Job non vere justus erat, sed simulate : et ideo dicit, quod si paululum adversitate tangeretur, murmuraret contra Deum, quod est Deum blasphemare : quod signanter dicit, *Nisi in faciem benedixerit tibi,* ut significet, quia etiam in prosperitate in corde suo Deum quodammodo blasphemabat, dum ejus amori tempora-  
lia preponeret ; sed prosperitate sublata, etiam in facie blasphemaret, idest manife-  
ste. Potest et aliter intelligi hoc quod dicit, *Nisi in faciem benedixerit tibi;* ut benedictio proprie sumatur, et sit sensus : Si tu paululum eum tangas, prosperitatem terrenam scilicet auferendo, hoc mihi accidat, nisi manifestum fiat, quod antea benedixerit tibi non in vero corde, sed in facie, idest ad apparentiam hominum. Et quia, sicut dictum est, Dominus sanctorum virtutem vult omnibus esse notam, et bonis et malis ; placuit sibi, ut sicut

bona facta ejus omnes conspexerunt, ita et recta ejus intentio omnibus fieret mani-  
festa : et ideo voluit Job prosperitate ter-  
rena privare : ut eo in Deo timore perse-  
verante, manifestum fieret, quod ex recta  
intentione, et non propter temporalia Do-  
minum timebat. Sed sciendum est, quod Deus malos puniit et per bonos Angelos, et per malos ; sed bonis nunquam adver-  
sitatem induit nisi per malos ; immo su-  
per Beatum Job adversitatem non nisi per  
Satan induci voluit ; et propter hoc subdi-  
ditur : *Dicit ergo Dominus ad Satan : Ecce  
universa quae habet, in manu tua sunt,* idest potentiae vel potestati tuae trado.  
*Tantum in eum ne extendas manum tuam.* Ex quo manifeste datur intelligi, quod  
justis viris Satan non quantum vult, sed  
quantum permittitur, nocere potest. Con-  
siderandum etiam est, quod Dominus non  
praecepit Satan ut Job offendaret, sed  
solum ei potestatem dedit : quia voluntas  
nocendi adest cuilibet malo ex seipso, sed  
potestas non nisi a Deo. Patet igitur ex  
predictis, hanc fuisse causam adversitatis  
beati Job, ut ejus virtus omnibus fieret  
manifesta : unde et de Tobia Tobiae n. 12  
dicitur quod ideo Dominus ei tentationem  
evenire permisit, *ut posteris daretur exem-  
plum patientiae ejus, sicut et sancti Job.*  
Cavendum est autem ne credatur Domini-  
num ex verbis Satan inductum esse ad  
permittendum Job affligi ; sed aeterna dis-  
positione hoc ordinari, ad manifestandam  
scilicet virtutem Job contra omnes calum-  
nias impiorum : et ideo premittitur ca-  
lumnia, et subsequitur divina permisso.

## LECTIO III

Egressusque est Satan a facie Domini. Cum autem quadam die filii et filiae ejus comedenter et hiberent unum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Job, qui diceret : *Boves arabant et asinos pascebantur pista eos;* et irruerunt Sabaoth, tuberuntque omnia, et pueros percusserunt gladio ; et evasi ego solus, ut munitarem tibi. Cumque adhuc die loqueretur, venit alter, et dixit : *Ignis*

*Dei cecidit de celo, et tactas ores puerosque con-  
sumpsit;* et effugi ego solus, ut munitarem tibi. Sed adhuc illo loquente, venit aliis, et dixit : *Chaldaei  
fecerunt tres turmas, et invaserunt camelos, et  
tulerunt eos; nec non et pueros percutserunt  
gladio;* et effugi ego solus, ut munitarem tibi. Aliusque loquebatur ille, et ecce alius intravit, et  
dixit : *Filiis tuis et filiabus vescentibus, et bibe-  
ntibus*

*bus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit a regione deserti, et cossus quatuor angulos domus, que cornuens oppresit liberos tuos, et mortui sunt; et effugi ego solus, ut nuntiarem tibi.*

Posita causa adversitatis beati Job, consequenter ostenditur, qualiter ei hujusmodi adversitas supervenit: et quia tota haec adversitas inducta est per Satan, ideo de ipso dicitur primo: *Egressus est a facie Domini:* quasi dieat, ad utendum potestate sibi permissa: et signantor dicitur, quod *egressus est a facie Domini:* nam Satan, secundum quod potestas ei permittitur nocendi alicui, coram facie domini est, quia ex rationabili Dei voluntate hoc accidit: dum autem exequitur permisam potestatem, a facie domini exit, quia ab intentione permittebitur reddit; quod quidem in proposito apparet: permisum enim fuit a deo ut posset nocere Job, ad manifestandam ejus virtutem: sed Satan non propter hoc eum afflxit, sed ut eum ad impatientiam et blasphemiam provocaret. Similiter autem in hoc apparet manifeste verum esse quod supra diximus, Satan affuisse inter filios Dei coram eo assistentes, secundum quod assistere dicuntur Deo aliqui, prout divino scilicet iudicio et examini subduntur, non secundum quod assistere Deo dicuntur qui Deum vident: unde et hic non dicitur quod Satan abjecerit a facie sua Deum; sed quod *egressus est a facie Domini:* quasi<sup>1</sup> ab intentione providentiae ejus recedens, ordinationem providentiae effugere non valens.

Considerandum est autem, quod in adversitate enarranda ordo contrarius observatur ordinis quo fuerat prosperitas enarrata: nam in prosperitate enarrata, a majoribus ad minora processit, incipiens a persona ipsius Job; et post hoc posuit problem; deinde animalia, et primo oves, et deinceps alia; et hoc rationaliter: quia perpetuitas qua in persona salvari non postest, queritur in prole, ad cuius sustentationem possessionibus indigetur. In adversitate autem proponitur et converso: nam primo narratur amissio substantiae, secundo oppressio prolis, tertio

afflictio propriae personae; et hoc ad adversitatis augmentum: nam ille qui majori adversitate oppressus est, minorem non sentit, sed post minorem sentitur major: et ideo, ut a singulis adversitatibus Job propriam afflictionem sentiret, et sic magis ad impatientiam commoveretur, incepit Satan a minore adversitate Job affligere, et paulatim processit ad majora. Considerandum etiam est, quod ab iis qua subito superveniunt hominibus, animus magis commovetur: nam praecogitata adversa facilius tolerantur: et ideo ut Job magis commoveretur, in tempore maxime jucunditatis, quando minus de adversitate cogitari poterat, ei Satan adversitatem induxit, ut etiam ex ipsa praesenti jucunditate adversitas gravior appareret: nam contraria juxta se posita magis elnecentur: et ideo dicitur: *Cum autem quadam die filii et filiae comedarent, et biberent rimum:* quod specialiter ponitur ad jucunditatis indicium, secundum illud Ecclesiastici xxi, 35: « *Vinum in jucunditate creatum est. non in ebrietate ab initio.* » *In domo fratris sui primogeniti:* quod etiam ad maiorem solemnitatem ponitur: probabile enim est, quod in domo primogeniti solemne convivium celebraretur. *Nuntius venit ad Job, qui diceret: Boes arabant:* ut ex memoria fructus, damnum intolerabilis videretur; et *asinx pascebantur iurta eos:* quod etiam ponitur ad augmentum doloris, dum consideraret, quod eo tempore supervenerunt, quo plura simili possent rapere; et *irruerunt Sabiri,* hostes a remotis venientes, a quibus non de facilis recuperari possent quae rapuerunt, *tolerantque omnia:* ne, si aliqua reliquissent, ea saltu sufficent ad necessarium usum, et ad propaginem: et *pueros percusserunt gladio:* quod viro justo gravius fuit: et *erasi ego solus, ut nuntiarem tibi:* quasi dieat: Ideo hoc evenit divina dispensatio: ut ego solus evaderem, ut tu posses habere nuntium tanti damni, quod Deus te dolore affligere intendit. Hac autem adversitate nuntiata, statim altera nuntiatur, ne, si ali quod intervallo fieret, intus ad eum suum

<sup>1</sup> Al.: « quia. »

rediret, et se ad patientiam prepararet, et sic sequentia facilis sustineret; et propter hoc subditur: *Cumque adhuc loqueretur ille, venit alius, et dixit: Ignis Dei, id est a Deo missus, ascendit de corte;* ut ejus menti imprimaret, quod non solum ab hominibus, sed etiam a Deo persecutionem pateretur, et sic facilis contra Deum provocaretur: *et tactus ores puerosque consumpsit;* quasi divinitus hoc procuratum sit, ut statim ad tactum ignis omnia consumerentur: quod est contra naturalem virtutem ignis: *et effugi ego solus, ut nuntiarem tibi.* Sequitur: *Sed adhuc illo loquente, venit alius, et dixit: Chalduxi,* supple: quod erant feroes et potentes; nude ad eorum potentiam ostendendam subditur: *fecerunt tres turmas,* ut sic vindicta sperari non possit, nec recuperatio damni; de quo damno subditur: *et invaserunt camelos etc.* Sequitur de oppressione prolis: *Adhuc loquebatur ille, et ecce alius intravit, et dixit: Filli tui et filia bibebant vinum in domo fratris sui;* ut ex hoc ejus mens tristior foret quod Job poterat dubitare eos in statu alienigena peccati fuisse morte præventos: nam propterea ipse sanctificabat, et holocausta per singulos offerebat, quia timebat ne in conviviis aliquod peccatum incurrisse: et ne forte posset credi quod paenitenterit et animæ sua providerint, subditur: *Repente venit ventus vehementis, et irruit a regione deserti, et concussit quatror angulos domus;* quod dicitur ad ostendendum vehementiam venti: et præter consuetudinem, totam domum subvertit simul: et ut per hoc ostendatur ex divina voluntate processisse; et sic facilis contra Deum moveretur, dum affligebatur ab eo cui devota mente servierat: et ad majorem doloris cumulum subditur damnum interemptæ prolis, cum dicitur:

*Quar corruens opprescit liberos tuos, et mortui sunt, scilicet omnes: ne saltem in aliquo evadente ex liberis, posteritatis spes remaneret: et hoc eo magis credebatur dolorosum, quod liberis omnibus interemptis, aliquis famulorum evadere potuit ad concitandum dolorem: nam sequitur: Et evasi ego solus, ut nuntiarem tibi.* Considerandum est quod cum omnis prædicta adversitas sit per Satanu inducta, necesse est confiteri, quod Deo permittente, dæmones possunt turbationem aeris inducere, ventos concitare, et facere ut ignis de celo cadat: quamvis enim materia corporalis non obediat ad nuntium Angelis nec bonis neque malis ad susceptionem formarum, sed soli creatori Deo; tamen ad motum localem natura corporea una est spirituali naturæ obdere; cuius indicium<sup>1</sup> in homine appetet: nam ad solum imperium voluntatis moveantur membra, ut affectum voluntate dispositum prosequantur. Quæcumque ergo solo motu locali fieri possunt, hoc per naturalem virtutem non solum spiritus boni, sed etiam mali facere possunt, nisi divinitus prohibeantur; venti autem et pluviae et aliae hujusmodi aeris perturbationes, ex solo motu vaporum resolutorum ex terra et aqua fieri possunt. Unde ad hujusmodi procuranda, naturalis virtus dæmonis sufficit: sed interdum ab hoc divina virtute prohibentur, ut non licet eis facere omne quod naturaliter possunt: non est autem contrarium quod dicitur Hier: xiv, 22 *Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant: aut coeli possunt dare imbre nisi volueris?* Aliud est enim naturali cursu pluere, quod soli Deo convenit, qui causas naturales ad hoc ordinavit: alind artificialiter uti aliquo ad pluviam vel ventum interdum quasi extraordinarie producendum.

<sup>1</sup> Al.: « judicium. »

## LECTIO IV

Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua, et tonsor capite, corruens in terram, adoravit, et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae, et nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulerit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccavit Job labiis suis, neque stultum quid contra Deum locutus est.

Enumerata adversitate Beati Job, agit hic de patientia quam in adversitate monstravit. Sciendum autem est, ad evidentiam eorum quae hic dicuntur, quod circa corporalia bona, et circa animi passiones, antiquorum Philosophorum diversa opinio fuit. Nam Stoici dixerunt bona exteriora nulla bona hominis esse; et quod pro eorum amissione, nulla tristitia in animo sapientis poterat inesse. Peripateticorum vero sententia fuit, quod bona exteriora sunt quedam aliqua hominis bona, non quidem principalia, sed quasi instrumentaliter ordinata ad principale hominis bonum, quod est bonum mentis: et propter hoc sapientem in amissionibus exterioriorum bonorum moderate contristari concedebant; ita scilicet quod per tristitiam ratio non absorberetur, ut a rectitudine declinaret: et haec sententia verior est, et ecclesiasticae doctrinae concordat, ut patet per Aug. in lib. de Civit. Dei. Hanc igitur sententiam Job secutus, tristitiam quidem in adversitate monstravit, tamen sic moderatam, ut rationi subjecta esset; et ideo dicitur: *Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua;* quod apud hominos solet esse tristitiae indicium. Notandum vero est, quod dicit, *Tunc, scilicet post mortem filiorum auditam,* ut de eis magis quam de ammissione rerum doluisse videatur: de amicis enim mortuis non dolere, duri et non sensibilis cordis esse videtur; sed virtuosi est hinc dolorem moderatum habere, secundum illud Apostoli iv, 12 Thess. 2: *Nolumus vos ignorare de dolorientibus, ut non contristemini, sicut et ceteri qui spem non habent.* Unde haec in beato Job fuit: unde et statum

mentis ejus per actum exteriorem apernit: quia enim ratio stetit, congruerter dicitur, quod Job surrexit, quamvis homines dolentes magis soleant prosterni; quia tristitia patiebatur, sed non penetrante in usque ad intimam rationis. Tristitiae signum ostendit quantum ad duo: scilicet quantum ad ea quae sunt extra naturam corporis: unde dicitur: *Et scidit vestimenta sua;* et quantum ad ea quae de natura corporis procedunt: unde dicitur: *Et tonsor capite;* quod apud eos qui canam nutrunt, solet esse doloris indicium: unde haec duo signa tristitiae convenienter praemissis adversitatibus respondent: nam scissio tunicae respondet amissioni rerum, tonsio capitis amissioni filiorum. Tunc autem mens recta stat, quando humiliter Deo subjicitur: unumquodque enim in tanto majori nobilitatis altitudine consistit, quanto magis sue perfectioni substat: sicut aer dum subditur luci, et dum subditur materia forme. Quod ergo mens Beati Job per tristitiam dejecta non erat, sed in sui rectitudine existens, manifestatur per hoc, quod Deo humiliter se subdidit: nam sequitur: *Corruens in terram adoravit,* ad humilitatis et devotionis indicium demonstrandum. Et non solum factis statum sua mentis declaravit, sed etiam verbis: rationabiliter enim demonstravit, et si tristitiam pateretur, se tristitia non debere suenumbere, primo quidem ex conditione naturae, unde dicit: *Et dixit: Nudus egressus sum de utero matris meae,* scilicet terre, quae est communis mater omnium: *et nudus revertar illuc,* idest in terram; et secundum hunc modum dicitur Eccli. xt, 1. *Occupatio magna creata est hominibus, et jugum grave super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulture in matrem omnium.* Potest et alterius intelligi: ut quod dicitur, *De utero matris meae,* accipiatur ad litteram de utero mulieris quae genuit eum: quod

antem dicitur, *Nudus revertar illuc*, intelligatur, quod haec dictio, *illuc*, faciat simplicem relationem : non enim aliquis iterato in ventrem matris revertitur ; sed revertitur in illum statum quem habuit in utero matris, quantum ad aliquid, scilicet quantum ad hoc, quod est alienum esse a conversatione humana. Hoe ergo dicens, rationabiliter ostendit, quod propter amissionem rerum et exteriorum honorum non debet homo tristitia absorberi : quia exteriora bona non sunt ei coniunctalia, sed accidentaliter adveniunt : quod ex hoc patet, quod homo sine eis in hunc mundum<sup>1</sup> venit, et sine eis recedit : unde accidentalibus bonis sublati, si substantiale maneat, non debet homo tristitia obrui, etiam si eum tristitia tangat. Secundo ostendit idem ex divina operatione, scilicet quod tristitia homo non debet succumbere, dicens : *Dominus dedit, Dominus abstulit*. Ebi primo consideranda est vera ejus sententia de providentia divina circa res humanas : in hoc enim quod dixit, *Dominus dedit*, confessus est prosperitatem mundanam hominibus advenire, non casualiter, nec ex fato stellarum, nec solo humano studio, sed ex dispositione et dispensatione divina; in hoc vero quod dicit, *Dominus abstulit*, confitetur etiam adversitates in hominibus divinae providentiae judicio provenire : hic autem innuit, quod non habet homo ipsam querelam de Deo si temporalibus bonis spoliatur ; quia qui gratis dedit, potuit vel usque ad finem vel usque ad tempus largiri : unde cum ante finem homini temporalia auferat Dens, homo conqueri non potest. Tertio ostendit, idem ex beneplacito divinae voluntatis, dicens : *Sicut Domino placuit, ita factum est* : est autem amicorum idem velle et nolle : unde si ex beneplacito divinae providentiae procedit

quod aliquis bonis temporalibus spoliatur ; si Deum amat, debet voluntatem suam divinae voluntati conformare, ut hac consideratione tristitia non absorbeatur. Ille ergo tres rationes debito ordine ponuntur : nam in prima ratione ponitur, quod bona temporalia sunt homini extranea ; in secunda, quod a Deo homini dantur et auferuntur ; in tertia, quod hoc accidit secundum beneplacitum divinae voluntatis : unde ex prima ratione concluditur, quod homo propter amissionem temporalium honorum non debet tristitia absorberi ; ex secunda, quod nec etiam potest conqueri ; ex tertiâ, quod etiam debet gaudere : non enim esset placitum Deo quod aliquis adversitatem pateretur, nisi propter aliud inde proveniens bonum : unde adversitas, licet ipsa ex se amara sit et tristitiam generet, tamen ex consideratione utilitatis propter quam Deo placet, debet esse jucunda : sicut et de Apostolis dicitur : Act. v, 41. *Ibant (Apostoli) gaudentes* etc. Nam et de sumptu medicine amarae aliquis ratione gaudet propter spem sanitatis, licet sensu turbetur. Et quia gaudium est materia gratiarum actionis, ideo haec tertiam rationem in gratiarum actionem concludit dicens : *Sit nomen Domini benedictum*. Unde dicitur quidem nomen Domini ab hominibus benedicendum, inquantum de ejus bonitate notitiam habent ; quod scilicet omnia bene dispenseat, et nil agat inuste. Sic ergo concluditur innocentia Job cum dicitur : *In omnibus his non peccavit Job labiis suis*, ut scilicet per verba, impunitia motum exprimeret ; nec *stultum quidquam contra Deum locutus est*, idest, ut supra, de divina providentia blasphemaret : stultitia enim sapientiae opponitur, quae proprio est divinorum.

<sup>1</sup> AL. : & in hoc mundo.

## CAPUT SECUNDUM

## LECTIO I

*Factum est autem, cum quadam die venissent filii Dei, et starent coram Domino; venisset quoque Satan inter eos, et staret in conspectu ejus, ut diceret Dominis ad Satan: Ude venis! Qui respondebat ait: Circuivi terram, et perambulavi eam. Et dixit Dominus ad Satan: Numquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex et rectus, ac timens Deum, et recedens a malo, et adhuc retinens innocentiam? Tu autem commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra. Cui respondebat Satan ait: Pellem pro pelle, et cuncta quae habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mittit manum tuam, et tange os ejus et carnem; et tunc videbis quod in faciem beneficat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan: Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serva.*

*Cum triplex sit hominis bonum, scilicet animae, corporis et exteriorum rerum; hoc modo ad invicem ordinantur, ut corpus sit propter animam, res vero exteriores et propter corpus et propter animam: sic<sup>1</sup> ergo est perversa intentio, si quis bona anima ordinet ad corporis salutem. Et quidem quod Job in actibus virtutum abundavit, quae sunt anima bona, sensibiliter enectis poterat esse manifestum: unde et Dominus ad Satan supra dixerat: Numquid considerasti servum meum Job etc. Sed Satan calumniam inferebat, quasi Job actibus virtutum intenderet propter temporalia bona; sicut et mali homines, quorum Satan princeps est, experimento sui iudicant de intentione justorum. Sed haec calumnia repulsa erat per hoc quod post exteriorum bonorum amissionem adhuc in virtute stabilis permanebat: ex quo sufficienter est ostensum, quod ejus intentio non erat ad exteriora bona obligata. Restat ergo ostendere ad perfectam demonstrationem*

*virtutis Job, quod nec etiam ad salutem proprii corporis incurvata erat ejus intentio; et ideo cursus inducit divinum judicium, quo hoc manifestatur: et hoc est quod dicitur: Factum est autem, cum quadam die venissent filii Dei ut assisterent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, et staret in conspectu ejus, ut diceret Dominus ad Satan: Unde venis? Quibus verbis supra expositis diutius immorandum non est, nisi quod hoc notandum est, quod propter aliquod factum alia dies hic inducitur, sicut in principio Gen., secundum diversa rerum genera que creabantur, diversi dies describuntur. Quid autem Satan examinatus respondit, ostenditnr consequenter cum dicitur: Qui respondebat ait: circuivi terram et perambulavi eam; et hoc ut supra. Et rursus Dominus virtutem Job ei quasi conspiciam proponit, ut supra: unde sequitur: Et dixit Dominus ad Satan: Numquid considerasti servum meum Job, quod non est illi similis in terra, vir simplex et rectus ac timens Deum, et recedens a malo? Sed quia jam quadam virtus beati Job manifesta erat, quae prius manifesta non fuerat, scilicet constantia in adversis: ideo nunc addit: Et adhuc, scilicet post amissionem temporalium bonorum, retinens innocentiam: ex quo ulterius dominus ostendit, suspicionem Satan fuisse calumniosam, et intentionem frustratam; unde sequitur: Tu autem commovisti me adversus eum. Non est intelligendum, quod Deus ab aliquo provocet ad volendum quod prius nollebat,*

<sup>1</sup> Al.: « sicut. »

sicut est apud homines consuetum : diciatur enim Numer. xxii, 19 : *Non est Deus quasi homo, ut mentitur ; neque ut plus hominis, ut mutetur* : sed loquitur hic Scriptura de eo ligatraliter more humano : homines enim quando aliquid facere volunt propter aliquid, ab illo moveri dicuntur : Deus autem vult quidem facere, sicut et facit hoc, propter illum<sup>1</sup> ; tamen absque omni mentis commotione, quia ab aeterno in mente habuit id quod factum est. Disposuerat ergo dominus ab aeterno Job temporaliter affligere ad demonstrandum virtutem ejus, ut omnis malignus non excluderetur calumnia : unde ad hoc signandum hic dicitur : *Tu autem commorasti me adversus eum* : quod autem dicitur, *ut affligerem eum frustra*, intelligendum est quantum ad intentionem Satan, non quantum ad intentionem Dei : expectaret enim Satan adversitatem Job, intendens ex hoc eum in impatiendum et blasphemiam deducere, quod consequens non erat. Deus autem hoc permisit ad declarandam virtutem ejus, quod et factum erat : sic ergo frustra afflictus est Job, quantum ad intentionem Satan, non quantum ad intentionem Dei.

Repulsa autem Satan non quiescit, sed adhuc calumniam inserit : ostendere volens, quod omnia bona que Job fecerat, et etiam hoc ipsum quod patienter adversa toleraverat, non pro amore Dei fecerat, sed pro sui corporis salute : unde sequitur : *Cui respondens Satan ait : Pellem pro pelle, et cuncta que habet homo, dabit pro anima sua*. Considerandum est autem, quod Job afflictus fuerat, scilicet in amissione possessionum, et etiam in amissione natorum. Intendit igitur Satan dicere quod utramque afflictionem Job patienter toleraverat propter corporis sui salutem : et quod hoc non erat magnae virtutis, sed erat humanum, et apud

homines consuetum : et hoc est quod dicitur, *Homo, quasi quemque etiam non virtuosus, dabit de facilis pelle pro pelle*, idest carnem alienam pro carne sua : sustinet enim homo non virtuosus, ut quemque alii, etiam quantumcumque coniuncti, potius corpore affligantur quam ipse : et similiter homo quemque *dabit cuncta exteriora que possidet, pro anima sua*, idest pro vita sua conservanda : exteriora enim bona ad conservationem vitae queruntur, ut sint in subsidio virtus et vestitus, et aliorum hujusmodi, quibus vita hominis commode conservatur. Et quia posset aliquis dicere ad Satan : Unde potest probari quod amissionem natorum et possessionum patienter toleravit, timens damnum pellis sua et vitae sua? quasi huic questioni respondens subdidit : *Alioquin, idest si simplici verbo non credatur, mitte manum tuam, idest exerce virtutem tuam, et tangere os ejus et carnem*, idest afflige eum in corpore ; non solum in superficie, quod significatur per tactum carnis, sed etiam in profundum, quod significatur per tactum ossis : ut scilicet tactus usque ad intimam perveniat ; et *tunc videbis*, idest manifeste ab omnibus conspici poterit, *quod in faciem benedicat tibi* : quod exponendum est ut supra. Voluit igitur Dominus ostendere quod Job Deo non servierat propter corporis salutem, sicut supra ostenderat quod ei non servivit propter exteriora bona : unde subditur : *Dixit ergo Dominus ad Satan : Ecce in manu tua*; idest, potestatem tibi trado eum in corpore affligendi : *verumtamen animam illius serva*, idest vitam ne ei auferas. Non enim totaliter Deus servos suos voluntati Satan exposuit, sed secundum mensuram convenientem; secundum illud Apostoli 1. Cor. x, 13 : *Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis*.

<sup>1</sup> Al. : \* illud \* - \* Al. : hoc. \*

## LECTIO II

Egressus igitur Satan a facie Domini, percussit Job ulcerem pessimo, a planta pedis usque ad verticem ejus : qui testa sanguinem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua : Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo, et morere. Qui ait ad illam : Quasi una de stultis multieribus locuta es : si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccavit Job labii suis. Igitur audientes tres amici Job omne malum quod accidisset ei venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites. Condixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum et consolarentur. Cumque elevasset procul oculos suos non cognoverunt eum, et exclamantes ploraverunt; secessisse vestibus sparserunt pulvereum super caput suum in eum, et sederunt eum eo in terra septem diebus et septem noctibus ; et nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

Accepta potestate, Satan ad ejus executionem procedit : unde dicitur : *Egressus igitur Satan a facie Domini, percussit Job* : percussit quidem eum turpi et abominabili ulcere, incurabili et doloroso; unde dicitur : *Pessimo*; et universaliter, *a planta pedis usque ad verticem ejus*. Solent autem agrotantium afflictiones remediis exterius adhibitis et deliciis alleviari : sed Job sic alleviatus non fuit : sequitur eum : *Qui testa sanguinem radebat* : in quo ostenditur, quod lenitiva medicamenta et delicata ei non adhibebantur : *sedens in sterquilinio*; ex quo ostenditur quod non recreabatur nec loci amoenitate, nec stragulorum molitie, nec aliquius odoris oblectatione ; sed magis contrariis utebatur. Poterat autem hoc duplici ex causa contingere : vel quia percussus a Domino ipse etiam se magis sponte affligebat et humiliabat, ut misericordiam facilius obtineret; vel quia enuta que habebat, amiserat unde non poterat sibi convenientia remedia exhibere : et hoc satis probabile est ex hoc quod supra Dominus dixit. Solent etiam afflictiones hominum verbis consolatoris relevari : sed afflito<sup>1</sup> Job verba exasperantia dicuntur,

tanto magis provocantia, quanto a persona magis conjuncta proferuntur : sequitur enim : *Dicit autem illi uxor sua*, quam solam diabolus reliquerat ad occidendum, ut per eam viri justi mentem pulsaret, qui per feminam primum hominem dejecarat. Haec autem primo in verba impatientie irruit dicens : *Adhuc tu permanes in simplicitate tua?* quasi dicat : Saltem post tot flagella cognoscere debes, quod inutile tibi fuit simplicitatem servare : siue etiam ex quorundam persona dicitur, Malachia iii, 14 : *Vanus est qui servit Deo : et quod emolumentum erit nobis, quia custodivimus precepta ejus?* Secundo procedit ad verba perversae singulationis dicens : *Benedic Deo*, idest maleficie; quasi dicat : Ex quo tibi benedicti Deo adversitas supervenit, maleficie Deo, ut prosperitate potiaris. Ultimo prorumpit in verba desperationis dicens : *Et morere*; quasi dicat : Pro mortuo te habe : quia nihil tibi residuum est in simplicitate remamenti, nisi ut moriaris : vel aliter : *Benedic Deo, et morere*: idest, ex quo post tantam Dei reverentiam sic adversitate afflictus es, si adhuc Deo benedicas, nil restat, nisi ut mortem expectes. Sanctus autem vir, qui sua incommoda patienter tolerat, ait : *Quasi una de stultis multieribus locuta es*. Recte eam stultitia arguit, quae contra divinam sapientiam loquebatur : quod autem stulta locuta fuit, ostendit dicens : *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus?* In quo perfectam hominis sapientiam docet : cum enim temporalia bona et corporalia non sint amanda nisi propter spiritualia et aeterna; istis salvatis, quasi principalioribus, non debet homo dejici, si illis privetur; nec elevari, si eis abundet. Docet ergo nos Job tantam animi constantiam habere, ut bonis temporalibus, si nobis a Deo dentur, sic uta-

<sup>1</sup> Al. : « afflictio. »

mur, ut ex hoc in superbiam non elevemur; et contraria mala sic sustineamus, ut ex eis noster animus non dejiciatur: secundum illud Apostoli, ad Philip. iv. 12. *Sic humilari, sic et abhundare;* et post subdit: *Omnia possum in ea qui me confortat.* Deinde concluditur perseverans in innocentia Job, cum dicitur: *In omnibus his non peccavit Job labiis suis.* Non solum per uxorem diabolus mentebeati Job exasperare nitebatur, sed etiam per amicos; qui quamvis ad solandum venirent, tamen ad verba increpationis processerunt, de quibus dicitur: *Igitur audientes tres amici Job omne malum quod accidisset, reverunt singuli de loco suo.* Eliphaz Thenuites, Bildad Sabites, et Saphar Naauathites. Et quia inter hos fere versatur tota disputatio hujus libri, considerandum est, quod hi tres in aliquo ejusdem opinionis erant cum Job; unde amici ejus dicuntur: et in aliquo ab eo differebant, inter se invicem concordantes, unde<sup>1</sup> invicem communierantur, et a Job discernuntur. Conveniebant enim cum Job, quod non solum res naturales, sed etiam humanae, divinae providentiae subjacebant; sed differebant ab eo, quod putabant hominem pro nobis que agit remunerari a Deo prosperitate temporali; quasi temporalia bona sint premia virtutum, et temporalia mala sint propria pena peccatorum. Hanc autem opinionem quilibet eorum propriis modis defendere nifit, secundum quod sibi proprium ingenium suggerebat; propter quod dicuntur venisse singuli de loco suo. Job autem hujus opinionis non erat; sed credebat bona opera hominum ordinari ad remuneracionem spiritalem futuram post hanc vitam; et similiiter peccata futuris suppliciis esse punienda. Quod autem predicti amici Job ad consolandum venerint, ostenditur ex hoc quod sequitur: *Conducerant enim, ut pariter venientes visitarent eum, et consolarentur:* in quo veros amicos se ostenderunt, in tribulationibus sibi non deficientes; et primo quidem ipsa visitatio consolatoria erat: nam videre amicum, et ei convenire, delectabilissimum est. Consolantur etiam ipsum

factis, compassionis sue ad eum signa ostendendo: pro quibus compassionis signis premititur provocamentum ad compassionem, cum dicitur: *Cumque eleverasen puer uelus suos, non cognoicerant eum:* erat enim immutata facies ex ulcere et habitu, et reliquo cultu, et rerum amissione. Quod autem dicit, *Puer,* intelligendum est secundum eam mensuram qua homo a remotis potest cognosci: haec autem immutatio amici eos provocavit ad tristitiam et compassionem, quam per signa ostenderunt: sequitur enim: *Et exclamantes, scilicet prae magnitudine doloris, plorarerunt, scissaque vestibus sparserunt pulvere super caput suum, in signum humilitatis et dejectionis, se ex dejectione amici dejectos reputantes:* addit autem, *In citham,* ut quasi hac humiliacione celestem misericordiam provocarent. Considerandum est autem, quod amicorum compassio consolatoria est: vel quia adversitas quasi onus quoddam levius fertur, quoniam a pluribus portatur; vel magis quia omnis tristitia ex admixtione dilectionis alleviatur: delectabilissimum autem est, experimentum sumere de amicitia alieni, quod maxime sumitur ex compassione in adversis; et ideo consolationem affert. Non solum autem ex compassione ostensa consolabantur, sed etiam ei societatem exhibendo: sequitur enim: *Et sedebant cum eo in terra septem diebus et septem noctibus.* Intelligentum tamen est, non continue, sed congruentibus horis: indigebat enim magna tristitia consolatione diurna. Sed tertium, quod maxime est consolatorium, scilicet verbum, non exhibebant: sequitur enim: *Et nem loquebatur ei verbum:* facit turnat autem ostenditur causa, cum dicitur: *Videbant enim dolorem esse vehementem:* quia causa magis redditur secundum consolantium opinionem, quam secundum statum affleti: cum enim mens alienius fuerit dolore absorpta, consolationis verba non recipit: unde et poeta dicit:

Quis natus nisi mentis inops, in funere nati  
Flebet velat?

Job autem sic erat dispositus, ut præ tristitia consolationem recipere non posset; sed magis ipse secundum rationem consolabatur seipsum, ut ex verbis ejus supra inductis appareat.

## C A P U T T E R T I U M

## LECTIO I

Post hæc aperuit Job os suum, et maledixit diei suo, et loquens est: *Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo. Dies ille veratur in tenebris; non requirat eum Deus desuper: et non illustretur lumine. Obscurerent eum tenebrae et umbra mortis: occupet eum caligo, et involvatur amaritudine. Noctem illam tenebrosa turbos possidat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diel, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obtemperent stellæ caligine ejus: expectet lumen et non videat, nec ortum surgentis aurore: quia non conclusit ostium ventris qui portavit me; nec abstulit mala ab oculis meis.*

Sicut supra dictum est, circa passiones animæ duplex fuit antiquorum opinio. Stoici enim dixerunt tristitiam in sapientem non cadere. Peripatetici vero dixerunt sapientem quidem tristari, sed in tristitiis secundum rationem moderate se habere: et haec opinio veritati concordat. Ratio enim contradictionem naturæ auferre non potest: est autem naturale sensibili naturæ, ut de convenientibus delebetur et gaudeat, et de nocivis doleat et tristetur. Haec igitur ratio auferri non potest; sed sic moderatur per justitiam ratio, quod a sua rectitudine non divertat: concordat enim haec opinio sacre Scripturae, que tristitiam in Christo ponit, in quo est omnis virtus, et sapientie plenitudo. Sic igitur Job ex prænarratis adversitatibus tristitiam quidem sensit; alias patientiae virtus in eo locum non haberet: sed propter tristitiam ratio a rectitudine non declinavit, quin post tristitiam dominaretur. Ad hoc igitur ostendendum dicitur: *Post hæc aperuit Job os suum. Dicitur autem, Post hæc,*

idest post septem facit uirtatis dies. Ex quo manifestum fit, quod verba quæ sequuntur, secundum rationem prolata sunt, per tristitiam non perturbata: si enim ex perturbatione mentis dicta fuissent, prius ea protulisset, quando vis tristitiae vehementior erat; tristitia enim qualibet longitudine temporis mitigatur, et in principio magis sentitur: unde propter hoc taenisse videtur, ne perturbata mente loqui videretur: quod etiam ostenditur per hoc quod dicitur: *Aperuit os suum: eum enim aliquis loquitur ex impetu passionis, non ipse aperit os summ, sed passione agitur ad loquendum: non enim per passionem nostri actus domini sumus, sed per solam rationem. Loquendo autem, tristitiam quam patiebatur ostendit: consuetum enim est apud sapientes, ut ex ratione loquantur passionum motus quos sentiunt: et Christus dixit, Matth. xxvi, 38: *Tristis est anima mea usque ad mortem;* et Apostolus dixit Rom. vii, 15: *Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odio malum, illud facio.* Sicut etiam Boetius in principio de Consolatione tristitiam apernit, ut ostenderet quo modo eam ratione mitigaret. Sic etiam Job loquendo tristitiam suam aperit: unde sequitur: *Et maledicit diei suo: quod videtur contra illud Apostoli Rom. xii, 14: Benedicite, et nolite maledicere. Sed sciendum est quod maledicere multipliciter dicitur. Cum enim maledicere nihil aliud sit quam malum dicere, toties dicitur maledicere, quoties contingit malum dicere. Contingit autem aliquem alicui maledi-**

cere, primo declarando malum quod alieni debetur; et sic sententia judicis aliquon*m* judgmentis, est causa peccati ejus qui condemnator. Per hunc modum intelligitur quod Dominus dixit Gen. iii, 17: *Maledicta sit terra in opere tuo.* Secundo impetrando malum vel optando, sicut legitur in primo Regnum, quod Philisteus maledixit David in Iulis ejus. Tertio contingit<sup>1</sup> aliquem dicere malum, simpliciter emittendo, vel in praesenti vel in praterito vel in futuro, sive vere sive false. Prohibet igitur Apostolus maledicere tali maledictione qua quis imprecatur malum alieni, vel cum false diffamatur; non autem eo modo quo iudex rerum condemnat, vel aliquis verax malum alienius rei ordinata demonstrat, vel demonstrando praesens, vel recitando prateritis, vel premitendo futurum. Sic ergo intelligendum est Job suo diei maledixisse, quia eum malum esse denuntiat, non secundum suam naturam qua a Deo creatus est, sed secundum illam Scripturar consuetudinem qua tempus dicitur bonum vel malum, seu secundum ea quae in tempore aguntur, secundum illud Apostoli Eph. v, 16: *Redimientes tempus, quoniam dies mali sunt.* Maledixit igitur Job diei suo, inquantum mala sibi in ipsa die accidisse commenorat. Quomodo autem maledixerit, subditur: *Et locutus est: Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est: Conceptus est homo.* Sciendum est autem, quod licet esse et vivere secundum se sit appetibile: tamen esse et vivere in miseria est fugiendum secundum quod hujusmodi; licet interdum esse in miseria libenter sustineatur propter aliquem finem. Unde ista misera vita quae non ordinatur ad aliquem finem bonum, nullo modo est eligenda: propter quod Dominus dicit Matth. xxvi, 24: *Melius erat ei, si natus non fuisset homo ille.* Bonum autem quod ex aliqua miseria expectatur, sola ratio apprehendit; vis autem sensitiva non percipit ipsum: sicut amaritudinem medicinae gustus percipit; sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis ergo passionem sui gustus vellet exprimere, denuntiaret medicinam

esse malam, quamvis ratio judicaret eam esse bonam propter finem. Sic igitur miseria quam beatus Job sustinebat, ratione quidem poterat videri quantum ad aliquid utilis esse; sed inferior pars animae, quae ex illa tristitia affiebatur, adversitatem totaliter repudiabat; unde et ipsum vivere sub tali adversitate odiosum ei erat. Quando autem est nobis aliquid odiosum, omnia abominatur per quae in id devenerimus. Et ideo Job secundum inferiorem partem animae cuius passionem nunc exprimere intendebat, et nativitatem et conceptionem suam, ex quibus in hanc vitam devenerat, odio habebat; et per consequens diem nativitatis et noctem conceptionis, secundum illum loquendi modum quo ex iis quae in tempore aguntur, aliquid adscribere temporis bonum vel malum consuevimus. Sic igitur Job, quia secundum partem sensitivam, vitam sub adversitate repudiabat, numquam natum vel conceptum fuisse optabat; et hoc est quod dicit: *Pereat dies in qua natus sum: ac sic diceret: numquam natus fuisset! et nox in qua dictum est, idest: vere diei potuit: Conceptus est homo,* idest, utinam numquam conceptus fuisset! Et congrue ordinat: quia, nativitate sublata, conceptione non auferitur, sed e converso. Congruenter etiam nocti conceptionem adscribit et nativitatem diei: quia secundum Astrologos, nativitas diurna est laudabilior, principaliori sidere existente super terram, idest sole. Hierem. xx, 44: *Maledicta dies in qua natus sum; et dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta.*

Posita ergo maledictione diei nativitatis, et nocti conceptionis, prosecutur singillatim de maledictione utriusque: et primo de maledictione diei nativitatis, dicens: *Dies illa vertatur in tenebras.* Considerandum est autem, quod, sicut Hieronymus dicit in *Prologo*, a verbis Job, in quibus ait: *Pereat dies in qua natus sum,* usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est: *Idecirco ipse me reprehendo;* hexametri versus sunt, daectylo spondeo currentes: et sic patet, quod liber iste per modum poematis conscriptus est: unde per totum hunc

\* Bonum

<sup>1</sup> Al. : \* convenit. \*

librum figuris et coloribus usitatur, quibus poetæ uti consueverunt. Solent autem poetæ, ut vehementius moveant, ad eamdem sententiam diversa inducere: unde et hic Job ad maledicendum diei sue secundum modum quem diximus ea inducit, quibus aliquis dies solet esse odiosus. Dignitas autem diei est claritas ejus; hoc enim a nocte distinguitur: hanc igitur dignitatem excludit, dicens: *Dies illa vertatur in tenebras.* Quae quidem sententia, quantum ad superius litteræ, frivola videtur et vana: dies enim nativitatis præterierat, et jam non erat; quod autem præteriit, immutabile est: quomodo ergo poterat dies quæ præterierat, in tenebras verti? Scendum est igitur, quod quædam per modum optandi dicuntur ad exprimendum desiderium quod de aliqua re habetur: sic ergo dicitur: *Dies illa vertatur in tenebras;* ac si diceretur: Dies nativitatis mœa debuisse esset tenebrosus, ut congrueret tenebris et miseriae quam patior: quia enim aspectus luminis delectabilis est, secundum illud Eccl<sup>1</sup>. xi, 7: *Dulce lumen, et delectabile est videre solem;* consuetum est in Scripturis, ut per tenebras tristitia significetur, secundum illud Eccl. v, 16: *Comedet in tenebris et in curis multis, et in ærumpa atque tristitia.* Est autem aliquis dies clarus tripliciter. Primo quidem ex Dei sanctificatione qui eum celebrem esse iustitiat; sicut habetur<sup>2</sup> Exodi xx, 8: *Memento ut diem Sabbati sanctifices.* Hanc ergo claritatem a prædicto die removet dicens: *Non requirat eum Dominus desuper;* quasi dicat: Non exigat Deus ab hominibus, ut hunc diem celebrem agant: dies enim aliqui exiguntur a Deo ad celebritatem, propter aliquod insigne beneficium in illa die hominibus collatum: sicut sabbatum in veteri lege, propter beneficium creationis: et dies paschæ, propter beneficium liberationis ex Ægypto; quod etiam manifestum est in diebus festorum quæ in novo Testamento celebrantur. Vult ergo propter hoc significare, quod sua nativitas non debet computari inter insignia Dei beneficia, cum magis ad miseriam natus esse vi-

deatur, quam ad letitiam. Secundo aliquis dies clarus est ex hominum recordatione: solent enim homines aliquos dies celebres agere, in quibus aliqua magna et jucunda eis contigerunt; sicut Herodes et Pharao diem nativitatis celebrabant. Hanc igitur claritatem a prædicto die removet dicens: *Et non sit in recordatione,* scilicet hominum: quia nihil juvandum in illa die accedit, sed magis triste, ut ex eventu appareat. Tertio dies clarus est ex corporali lumine: quæ quidem claritas minuit, primo ex subtractione radiorum solis illuminantium terram, ut patet quando sol est eclipsatus; et quantum ad hoc dicit: *Nec illustretur lumine.* Secundo ex oppositione nubium, vel aliquorum hujusmodi occultantium radios solis: et quantum ad hoc dicit: *Obscurat eum tenebra.* Tertio ex defectu proprie virtutis: cum enim aliquis moritur vel visu privatur, quantum ad eum obscuritas diei affertur; et quantum ad hoc dicit: *Et umbra mortis.* Modum autem obtenebrationis premissæ exponit dupliciter. Primo quidem quantum ad ordinem: et hoc est: *Vel occupat eum caligo.* Tunc enim dies caligine occupatur, quando diei prius splendenti subito et ex insperato tenebre induenuntur: simile et in vita Job apparet. Secundo quantum ad genus tenebrarum, in hoc quo dicit: *Et involvatur auroritudine.* Per hoc datur intelligi, quod totum quod de obtenebratione dictum est, ad tenebras tristitiae est referendum. Hunc enim morem observare videtur, ut paraboliceam locutionem ex aliquo subsequenti exponat. Per omnia igitur hic dicta, nil aliud dicere intendit, quam quod dies sua nativitatis non debet judicari dies gaudii, sed meroris: cum quidem per suam nativitatem ad vitam tantæ adversitatibus subjectam devecerit.

Post maledictionem igitur diei sue nativitatis, consequenter maledicit nocti sua conceptionis, secundum similem modum loquendi: et primo attribuit ei illud unde nox magis horribilis redditur. Cum enim nox propter tenebras secundum seipsam horrida sit: quanto magis tenebra noctis augmentatur, tanto magis

<sup>1</sup> Parm., : Eccl. 2. — <sup>2</sup> Parm.: Exodi, 12.

horrida redditur : quod contingit, cum aliqua magna tempestas in nocte oboritur ; et quantum ab hoc dicit : *Nox illam tenebrosum turbo possideat* ; quasi dicit : Congrimum fuisset noctem illam tenebroso turbine possideri, ut vita mea congrueret, quae tanto adversitatis turbine involvitur. Deinde removet ab ea illa quae pertinere videntur ad hominem noctis : et primo quantum ad opinionem humanam. Cum enim homines tempora distinguant secundum ea quae aguntur in tempore ; in nocte autem paucus vel non multa sicut memoria digna ; nox non notatur per se ipsam in hominum memoriis, nisi ex die coniuncta. Hoc ergo a nocte praedicta removet, dicens : *Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus* ; quasi dicit : Nox illa non est memoria digna, cum nil insigne in ea acciderit, sed magis aliquod dolorosum. Inter noctes autem quae in memoriis hominum aguntur, quedam non solum memoriales sunt, sed etiam celebres et festivas ; in quibus scilicet homines ad aliqua festa agenda congregantur ; et hoc removet dicens : *Sit nox illa solitaria* ; hoc modo autem hominum congregatio in aliqua nocte sit in laude et celebritate illius noctis, propter aliquod celebre factum, quod in illa nocte recolitur : sicut apud fideles agitur in nocte Dominicæ resurrectionis. Et ideo subdit : *Nec laude digna* : est enim aliqua nox digna laude, propter aliquod magnum factum in illa nocte contingens. Ex hoc ergo nihil aliud intendit quam significare, quod sua conceptio non fuit ad aliquod magnum, nec ad bonum ordinata, sed potius ad malum adversitatis quam sentiebat. Unde subdit : *Maledicunt ei qui maledicunt dei, qui parati sunt suscire Leviathan* : quod quidem secundum litteram dupliceiter potest exponi. Uno modo secundum quod per Leviathan intelligetur aliquis magnus pisces, prout videtur congruere iis quae in fine hujus libri de eo dicuntur, scilicet, *An extrahere, inquit, poteris Leviathan homo?* et secundum hoc intelligendum est, quod illi qui hujusmodi magnos

pisces piscantur, de nocte eos invadunt in tenebris ; et ideo quando dies incipit apparere, maledicunt dei, quia per hoc eorum opus et intentio impeditur. Alio modo potest intelligi, ut per Leviathan significetur draco antiquus, scilicet diabolus, secundum illud Isaiae xxv, 1 : *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro et grandi et forti super Leviathan serpentem tortuosum*. Illi ergo parati sunt suscire Leviathan, qui student ad suggestiones diaboli implendas, operibus iniquitatis<sup>1</sup> vacando ; qui etiam dei maledicunt : quia, ut dicitur Joannis iii, 20 : *Omnis qui male agit, odit lucem*. Et Job xxiv, 13 dicitur : *Oculus adulteri observat caliginem*. Et infra 17 : « *Si subito apparuerit aurora, arbitratur umbram mortis*. » Secundum hoc igitur, sicut per hoc quod dixerat, *Nec laude digna, vult praedictam noctem esse odiosam bonis* ; ita per hoc quod subdit, *Maledicunt ei etc.*, vult eam esse odiosam malis : nam maledictionem et boni et mali abhorrent. Deinde excludit a praedicta nocte quae videntur ad hominem noctis pertinere secundum veritatem : quorum unum est, quod nox decoratur aspectu stellarum ; et hoc removet dicens : *Obtenebrentur stellæ caligine ejus* : aliud est, quod decoratur ex specie diei ; et hoc removet dicens : *Expectet lucem, et non videat* ; quasi dicit : Quamvis naturale sit ut in nocte lux expectetur, illa tamen nox diei habeat tenebras infinitas, quae nunquam divina lucis successione terminentur. Noctis quidem tenebra plena luce diei totaliter excluduntur, aurora vero et crepusculo diminuntur. Imprecatur autem praedicta nocti, non solum ut ejus tenebrae non excludantur per diem, sed quod nec minuantur per auroram : unde sequitur : *Nec ortum surgentis auroræ*. Sed quia quod dixerat, impossibile videbatur, ut scilicet nocti non sucederet dies nec aurora, ostendit ex quo supra id dictum est, subdens : *Quia non conclusit ostia ventris, qui portavit me* : vita enim hominis in ventre matris abscondita est, unde tenebris noctis comparatur. Cum

<sup>1</sup> AL. : « Iniquitatis. »

autem per nativitatem in manifestum prodit, tunc clarae diei similitudinem habet; ideo ergo dixit, quod nox illa nec diem<sup>1</sup> nec auroram succedentem habebet, ut ostenderet se desiderare quod suns conceptus nunquam venisset ad partum; nec ad pueritiam, qua, per auroram intelligitur; nec ad juventutem qua per plenam lucem diei significatur: dicit enim: *Quia non conclusit ostia etc.* Sed quia in nocte hoc agitur, ex ipsa enim conceptione potest praestari impedimentum, ne conceptus ad partum perveniat; et quia hoc videbatur

mirabile, quod aliquis vitam abhorret, dum omnibus desiderabile sit esse et vivere; ostendit ex qua ratione id dixerit, cum subdit: *Nec abstudit mala ab oculis meis;* quasi dicat: Non ipsam vitam propter se abhorreo, sed propter mala quae patior: et quamquam vita secundum se desiderabilis sit, non tamen vita miseriis subjecta. Unde considerandum est, quod omnia qua supra figurative locutus est, hac finali clausula exposuisse videtur. Idem etiam in aliis ejus dictis advertendum est.

## LECTIO II

Quare non in vulva mortuus sum; egressus ex utero non statim peri? Quare exceptus genibus; cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silentem, et sonno meo requiescerem euu regibus et consulibus terre, qui edificant sibi solitudines; aut euu principibus, qui possident aurum, et repleant domos suas argento; aut sicut abortivum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem. Ibi impii cessaverunt a tumultu, et ibi requieverunt fessi labore, et quondam vineti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris. Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a domino suo.

Postquam diei nativitatis et nocti conceptionis sue maledixerat, ut ostenderet initia sue vita abhorre; nunc ostendit se abhorrente suam conservationem in vita, ut ex his manifestius ostenderet, quod vita ejus est ei onerosa. Est autem duplex status vite: unus occultus, quo concepti vivunt in utero; alius manifestus, quo vivunt homines post nativitatem ex utero. Quantum ergo ad primum statum dicit: *Quare non in uulva mortuus sum?* Quantum ad secundum: *Egressus ex utero non statim peri?* Et de hoc secundo, primo prosequitur. Sciriendum est autem, quod exterior vita dupliceiter perditur: quandoque quidem ex aliquo monumento supervenienti: vel extrinsecu, sicut est morbus, vel extrinsecu, sicut est gladius, aut alius hujusmodi; et ad hoc

potest referri quod dixit: *Egressus ex utero non statim peri?* quandoque vero ex subtractione necessarii subsidi: quod quidem est vel extrinsecu, ut vehicula, somenta, et alia hujusmodi adjumenta; et quantum ad hoc dicit: *Quare exceptus genibus?* vel intrinsecum, sicut est cibis: et quantum ad hoc dicit: *Aut lactatus uberibus?* his enim adminiculis indiget vita mali in sui primordio. Et quia cum aliquis dicit, Quare hoc factum est? dat intelligi hoc inutiliter esse factum; ideo consequenter ostendit inutile fore sibi se fuisse conservatum in vita, immo potius monumentum: quod quidem ostendit primo quantum ad mala quae nunc patitur, dicens: *Nunc enim dormiens silentem.* Mortem quidem somnum dicit propter spem resurrectionis, de qua postmodum plenus loquitur: per silentium autem intelligit quietem, quam non habet in adversitatibus, quas patiebatur: quasi dicat: Si statim post ortum mortuus fuisset, his malis qua patior non inquietarer. Secundo ostendit quantum ad bona, que primo habuerat: posset enim aliquis dicere: Si in vita conservatus non essem, non habuisses bona, quae dudem habuisti. Unde quasi ad hoc respondens ostendit, quod nec propter

<sup>1</sup> Al.: « diem. »

illa bona, vitae conservatio sibi fuisse optanda : nam etiam illi qui in tota vita sua maximis prosperitatibus florent, hoc fine concluduntur, scilicet mortis : hoc est ergo quod dicit : *Et sonno meo, id est morte, requiescerem, a vita inquietudinibus immunitus essem : cum regibus et consulibus terræ.* Sciendum est autem, quod eorum qui in dignitatibus constituti sunt, qui maxime prosperari videntur, intentio est ad voluptatibus favendum ; et quantum ad hoc dicit : *Qui adficiant sibi solitudines ; ad litteram, causa venationis, vel aliarum voluptatum, solitarii esse volentes : vel ad divitias congregandum ; et quantum ad hoc dicit : Aut cum principiis, qui possident aurum, et repleant domos suos urgente ; quasi dicit : Si statim mortuus essem post ortum, nil non minus haberem, quam habeant illi post mortem, qui in multis prosperantur.* Considerandum est autem, quod cum quiescere non sit nisi subsistentis, ex his verbis dat intelligere, hominem secundum animam, post mortem subsistere. Si autem aliquis objiciat, quod hujusmodi reges aut principes, de quibus loquitur, forte non quiescent, sed sunt in profundo inferni ; vel etiam quod ipsi Job in hoc fuit utilis vita, quod sibi meritum acquisivit : advertendum est, quod, ut supra diximus, Job nunc loquitur ex persona sensibilis partis, exprimens ejus affectum, qui non habet locum nisi ad corporalia et praesentia bona vel mala : sic ergo postquam ostendit sibi desiderandum non fuisse, quod post ortum conservetur, consequenter ostendit sibi desiderandum non fuisse, quod conservatus in utero pervenit ad ortum : vel explicans quod supra dixerat : *Quare non in vulva mortuus sum ?* Considerandum est autem, quod in vulva aliqui moriuntur ante infusionem animæ rationalis, quæ sola immortalis est ; et quantum ad hoc dicit : *Aut sicut abortivum absconditum : ab hujusmodi enim abortivis fetibus nihil perpe-*

*tum remanet : aliqui vero moriuntur post infusionem animæ rationalis ; qui quidem post mortem subsistunt secundum animam, sed lucem hujus mundi non vident : et quantum ad hoc dicit : *Vel, supple, scient, qui concepti non videbunt lucem, scilicet vitae præsentis.* Et quod hoc fuisse sibi optandum, ostendit per hoc, quod non esset subjectus malis hujus vitæ : unde dicit : *Ibi, scilicet in statu quem habent qui concepti non viderunt lucem, impii cessaverunt a tumultu ;* scilicet quem alii inferabant, eos affligendo ; quod refertur ad immunitatem a malo culpæ. *Et ibi,* scilicet in statu mortuorum, *fessi robore,* id est veri hellatores, qui bella gerendo fatigati sunt, *requieverunt ;* caruerunt hujusmodi labore : quia, ut dictum est, non loquitur nunc nisi de quiete a malis præsentis vitæ. Potest etiam intelligi et de fatigione in quocumque labore, quem quis patitur sua fortitudine operando. Et illi qui fuerunt vinciti, erunt ibi sine molestia, id est sine priori angustia, *pariter, cum ois qui eos vincitos detinebant :* et ibi homines oppressi angariis vel servitutibus, *non audierunt vocem exactoris ;* secundum id quod dicitur Isaiae xiv, 4 : « *Quomodo cessavit exactor, quietit tributum ?* » Et quod hoc sit verum, ostendit per hoc quod subdit : *Parvus et magnus ibi sunt : supple : pariter eo quod parvitas et magnitudo est in hac vita secundum inæquitatem prosperitatis terrenæ, qua sublatâ, remanent secundum naturam æquales.* Quod ergo dicit, *Parvus et magnus,* intelligendum est ita : Illi qui fuerunt in hac vita differentes secundum magnitudinem terrenæ prosperitatis. Sciendum tamen est quod differentia magnitudinis et parvitatis secundum spiritualia bona remanet etiam ibi : sed de his nunc non loquitur, ut jam dictum est. *Et ibi erit servus liber a domino suo :* unde non habebit ibi locum exactor, vel aliquod hujusmodi.*

## LECTIO III

Quare, \* data est misero lux, et vita iis qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectant mortem, et non venit, quasi effodiens thesaurum; gaudentque vehementer cum invenerint sepulcrum. Viro, cuius abscondita est via, et circumdedit eum Deus tenebris? Antequam comedam, suspiro; et \*\* quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam evenit mihi, et quod verebar accidit. Nonne dissimilari; nonne sibi; nonne quievi? Et venit super me indignatio.

Postquam Job vitam propriam detestatus fnerat multipliciter, nunc detestatur communiter totius humani generis vitam, tam ad eos qui in prosperitate sunt quam ad eos qui sunt in adversitate: de quibus primo prosequitur a manifestiori incipiens. Scendum est autem, quod in viventibus duo videntur esse præcipua: scilicet vivere et cognoscere, et quidem ipsum cognoscere, quamvis delectabilissimum sit et nobilissimum, tamen cognoscere ea quæ hominem affligunt, pœnosum est; et ideo dicit: *Quare data est misero lux?* quasi dicit: Ad quid prodest homini in miseriis constituto, quod lucem cognitionis habeat, cum per eam consideret quibus affligitur? Viverem autem delectabile est propter animam: quod si anima in amaritudine sit, ipsum prorsus vivere redditur amarum: et ideo dicit: *Et vita iis qui in amaritudine animæ sunt?* resume: *Quare data.* Et quod inutile detur, ostendit haec ratione, quia contrarium ejus desideratur a miseriis: unde dicitur: *Qui expectant mortem et non venit;* scilicet tam cito sicut optant. Et ut ostendat quod tales expectent mortem, non horrentes, sed desiderantes eam, subjungit: *Quasi effodiens thesaurum;* quasi dicat: Magno desiderio attendunt, ut fodiant terram sua sepulturam: et quia desiderium, cum compleatur, gaudium parit, subjungit: *Gaudentque vehementer cum sepulcrum invenient;* idest cum vident se pervenire ad mortem, per quam sepulcrum inveniunt. Quidam autem hoc referunt ad

eos qui terram effodiunt, qui gaudent sepulcro invento: quia in sepulcris antiquis consueverunt thesauri inveniri. Sed prima expositio melior est. Et quia posset aliquis dicere, quod vita, et si inutiliter datur miseris, utiliter tamen datur iis qui in prosperitate sunt: ad hoc removendum subdit: *Viro cuius abscondita est via;* supple: *Quare data est lux et vita?* viri enim via abscondita est: quia nescitur primo si status presentis prosperitatis duraverit: dicitur autem Proverb<sup>1</sup>. xiv, 13: *Risus dolore miscetur, et extremu gaudii luctus occupat;* et Hierem x, 23: dicitur: *Nom est hominis in homine via ejus.* et Eccl. vii 1: *Quid necesse est homini majoru se querere, cum ignorat quid conductu sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suæ?* Quomodo autem sit via hominis abscondita, exponit subdens: *Et circumdedit eum Deus tenebris.* Quod quidem multipliciter manifestum est, et quantum ad ea quæ sunt ante et post, secundum illud Eccl. viii, 6: \*\*\* *Multiplex hominis afflictio, quia ignorat præterita, et futura ventura nullo scire potest nuntio;* et quantum ad ea quæ sunt juxta, scilicet homines, secundum illud primæ Cor. ii, 11: *Quis seit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* et quantum ad ea quæ sunt supra, secundum illud primæ Tim. ult. 16: *Lucem inhabitat habitat inaccessibilem (scilicet Deus) quam nullus hominum vidit, sed non videre potest;* et in Psal. xvii, 12, dicitur: *Qui posuit tenebras labitulum suum;* et quantum ad quæ ea sunt infra: dicitur enim Eccl. i, 8: *Cunctæ res difficiles: non potest \*\*\*\* homo eas explicare sermone.* Dicitur autem Deus hominem tenebris circumdeditisse, quia Deus eis talem intellectum tribuit, quod prædicta cognoscere non possit. \*\*\* eos homo

<sup>1</sup> Parm., Proverb. 1.

Ostendo ergo quod vita hominum difficilest propter miseriam et amaritudinem, haec que convenienter dixerat, sibi adaptat, exprimens suam amaritudinem, cum dicit : *Antequam comedam suspirio* : sicut enim gaudii risus signum est, ita suspiri, amaritudinis anima. Ostendit ergo ex modo suspiri sua amaritudinis modum. Suspirium ergo ejus tempestive incipiebat : dicit enim : *Antequam comedam suspirio*; et continuum erat, et magnum : unde subdit : *Et quasi inundantes aqua, sic rugitus meus*. Sicut enim suspirium moderate tristitiae signum est, ita rugitus, vehementis, et que vix tolerari potest. Hic autem rugitus, aqua comparatur : aqua enim de facili motu, murmuris somum facit ; sic et homo in magna afflictione constitutus, ex levi memoria sua miseria provocatur ad rugitum. Addit autem *hundantes aqua* ; ut ostendat sua amaritudinis continuatatem : aqua enim inundans continue moveret, et sonum facit. Sed quia anima amaritudo ex miseria nascitur ; post amaritudinem animae, de sua miseria subjungit dicens : *Quia timor quem timebam evenit mihi*. Et notandum est, quod miseria hominis ad amaritudinem proveniens, in duobus consistere videtur : in damnis rerum vel personae, et in dehonorationibus. Quantum ergo ad personam, dicit : *Timor quem timebam evenit mihi* : id est ea que timebam evenerunt mihi : ubi magnitudo miseriae, damnorum et poenarum exprimitur : quanto enim aliquid prudentior est, tanto in statu prosperitatis magis recogitat quae in adversitatis tempore sibi accidere possunt; secundum illud Eccl. xi, 27 *In die honorum ne immemor sis malorum*. Magnam ergo mi-

seriam Job prudentissimus patiebatur, dum sibi que timuerat evenerunt. Quantum autem ad secundum, scilicet ad dehonorationes, dicit : *Et quod verbera accidit* : est enim verecundia, secundum Philosophum, timor in honorationis. Per hoc ergo ostendit quod in magna gloria multa opprobria et dehonorationes acciderant. Solet autem aliquis miseriam et amaritudinem pati, sed ex propria culpa. Sed hoc removet Job dicens : *Nonne dissimulari*? Et sciendum est quod aliquis offendit, unde poenam meretur a Deo, dupliceiter. Uno modo quando ex injuriis sibi illatis, ultra modum provocatur ad vindictam ; secundum quod dicitur in Psal<sup>1</sup>. vii, 5 : *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis*. Hoc autem a se removet dicens : *Nonne dissimulavi*? scilicet injurias mihi factas. Alio modo, dum ipse alium primitus offendit vel verbis ; et hoc removet dicens : *Nonne silui*? quasi dicit : Nulli contumeliosa aut injuriosa verba protuli : vel factis ; et hoc removet a se, dicens, *Nonne quieti*? *Impi autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest*. Isaiae lvi, 20. Et quamvis innocens sim, tamen *Venit super me indignatio*, id est poena a Deo. Ira enim in Deo non accipitur pro commotione animi, sed pro punitione. In quo recognoscit adversitates hujus mundi, non a casu, sed divino nata provenire. Si quis ergo colligere velit quae in hac deploratione Job dicta sunt, sciendum est tria in eo contineri : primo enim ostendit sibi suam vitam odiosam : secundo magnitudinem miseriae quam patiebatur, ibi. *Antequam comedam* : tertio ostendit suam innocentiam, cum dicit : *Nonne dissimulavi, etc.*

<sup>1</sup> Parm. : Psal. 8.

## CAPUT QUARTUM

## LECTIO I

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit : Si coperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies : sed conceptum sermonem tenere quis poterit? Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti, vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua trementia confortasti : nunc autem venit super te plaga, et defecisti : tetigit te, et conturbatus es. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, et perfectio viarum tuarum?

Amici Job, qui ad consolandum eum venerant, cum prius propter doloris magnitudinem tacnissent, post locutionem Job audaciam sumpserunt loquendi. Et primo loquitur Eliphaz Themanites, qui verba a Job proposita non eo animo accepit quo erant dicta : nam odium praesentis vitae, quod dixerat se pati, desperatione imputabat, magnitudinem amaritudinis impatientiae, innocentie confessionem præsumptioni. Primo igitur arguit ojus impatientiam ; et incipit loqui ad eum, quasi ad hominem impatientiae vitio subjacentem, qui ex verbis ab eo prolatis indignatur : unde dicit : *Si coperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies.* Ubi sati impatientis et irati consuetudinem exprimit, qui non patitur audire verba usque ad finem, sed statim in ipso verborum exordio provocatur. Addit autem, *Forsitan*, ne de temerario judicio condemnetur ; quamvis etiam in præsumptionibus in meliore partem dicta vel facta interpretanda sint. Sed eum ipse Job de impatientia arguit, se ipsum impatientem et fatuitatis renum ostendit dicens : *Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* secundum illud Ecli. xix. 12 : *Sagitta infra femori canis, sic verbum in corde stulti.* Quamvis et justi ex zelo divino interdum ea quæ concipiunt ad honorem Dei dicenda, facere non possint, secun-

dum illud Hier. xx, 9 : *Dixi : Non recordabor ejus* (scilicet sermonis divini) *nec loquar in nomine illius ; et factus est in corde meo quasi ignis exastuans clausus in ossibus meis, et defeci, fere non sustinens.* Ulterius autem procedit ad magis ejus impatientiam ostendendam : exaggerat autem ejus impatientiam ex duabus, scilicet ex praecedenti doctrina et ex praecedenti vita : ex praecedenti quidem doctrina, quia turpe est homini cum non servat id ad quod alios inducit, secundum illud Matthaei xxiiii, 3 : *Dicunt enim, et non faciunt.* Job autem antea multos ab impatientia retraxerat, et diversimode, secundum quod diversis congruebat : sunt enim aliqui, qui in patientia deficit ex ignorantia, dum nesciunt adversis uti ad virtutem ; et quantum ad hoc dicit : *Eece docuisti multos.* Quidam vero primo quidem in adversis virtuose agunt ; sed adversitate durante, quasi recta actione fatigati deficient ; et quantum ad hoc dicit : *Et manus lassas roborasti,* scilicet bonis inductionibus. Sunt etiam aliqui, qui in adversis in dubitationem incidunt, scilicet an ex divino iudicio proveniant ; et quantum ad hoc dicit : *Vacillantes confirmaverunt sermones tui.* Sunt etiam aliqui, qui parvam quidem adversitatem sustinent, sed sub magna adversitate, quasi sub magno pondere, deficient ; et quantum ad hos dicit : *Et genua trementia confortasti,* scilicet tuis sermonibus : tremunt enim genua homini magnum pondus portanti. Ad predicta autem implenda exhortatur Dominus Isaie xxxv, 3, dicens : *Comfortate manus dissolutas, et genua debilita roborate.* Vult autem consequenter ostendere, quod ea quæ docue-

rat non implevit : unde subdit : *Nunc autem venit super te plaga et defecisti*, a fluminate scilicet mentis, quam habere videbaris et quam alis suggerebas ; et hoc referendum est ad adversitatem, quam passus fuerat in exterioribus rebus. *Tetigit te, et conturbatus es* : idest quietem mentis, quam habuisse videbaris, amissisti ; quod referendum est ad afflictionem corporis quam sustinebat : unde supra Satan dixerat, *Mitte memum tuum, et tange os ejus et carnem*. Hie ergo Job arguitur, quod praecedentem doctrinam subsequenti patientia non confirmaverit, contra id quod scriptum est Prov. xix, 11 : *Doctrina viri per patientiam noscitur*. Sed vita praeterita, qua in Joh videbatur, subsequentem impatientiam exaggerat : videtur enim non fuisse vera virtus quam tam citu in tribulatione deficit : quia, sicut scriptum est Ecl. 1 u. 5, *In igne probatur aurum et argentum : homines vero recipitibiles in camino humiliationis*. Multiplici autem virtute aliquis in tribulacionibus confirmatur ne deficit : primo quidem per reverentiam divinam, dum homines considerant, mala que patiuntur, ex divina providentia provenisse : sicut et Job supra dixerat : *Sicut Domino placuit, ita factum est* : et ad hoc excludendum dicit : *Ubi est timor tuus?* quo sci-

licet Deum revereri videbaris. Secundo aliqui conservantur in animi firmitate, qua quidem duos gradus habet : in quibusdam enim tanta est animi firmitas, ut eorum animus adversitatibus non minimum molestetur ; et hoc ad fortitudinem pertinere videtur : unde dicit : *Ubi est fortitudo tua?* Nec accipitur hic fortitudo secundum quod conservat hominem ne succumbat timori ; sed ut non dejiciatur. Quidam vero gravem tristitia passionem ex adversitate patiuntur, sed ab ea per rationem bene dispositam non abducentur ; et hoc videtur ad patientiam pertinere ; ut talis sit differentia inter patientiam et fortitudinem, qualiter assignant Philosophi inter continentiam et castitatem ; et ideo adjungit, *Patientia tua*. Ter tertio vero conservantur aliqui ex amore honestae actionis, et ex eo quod horrent turpiter agere ; qui et si inferius conturbentur in adversitatibus, tamen nec verbo nec facto in aliquid indecens prorumpunt ; et propter hoc addit : *Et perfectio viarum tuarum?* per viam enim actiones intelliguntur, quibus quasi quibusdam viis pervenitur ad finem ; vel per viam possunt intelligi excogitata consilia, quibus aliquis se evadere considit, unde adversitates facilius tolerantur.

## LECTIO II

*Recordare, obsecro te, quis unquam innocens perit, aut quando recti deleti sunt. Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores et metunt eos, flante Deo perire, et spiritu ira ejus esse consumptos. Ruptus leonis, et vox leonum, et dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris perit, eo quod non habet prædam ; et catuli leonis dissipati sunt.*

*Postquam Eliphaz arguerat Job impatientiam, occasione accepta ex eo quod dixerat, *Antequam comedam suspicio* ; nunc intendit eum præsumptionis arguere, eo quod se dixerat innocentem. Ad ostendendum autem eum non esse innocentem*

*assumit, ex ejus adversitate argumentum assumit dicens : Recordare, obsecro te, quis unquam innocens perit, aut quando recti deleti sunt? Ubi considerandum est hanc fuisse opinionem Eliphaz et aliorum duorum, ut supra dictum est, quod adversitates huius mundi non adveniunt alieni nisi in ponam peccati, et e contrario prosperitates pro merito justitiae. Unde secundum ejus opinionem inconveniens videbatur, quod aliquis innocens periret, aut quod aliquis rectus, idest iustus secundum virtutem, destrueretur<sup>2</sup> per*

<sup>1</sup> Parv. : Ecl. 1.

<sup>2</sup> Al. : « destitueretur. »

amissionem gloriæ temporalis, quam credebat præmium esse justitiae<sup>1</sup> : et hanc quidem opinionem in tantum veram esse credebant, quod etiam Job ab ea discordare non posset : existimabant tamen quod perturbata mente ipsius, veritatem, quam aliquando cognoverat, quasi oblitus esset ; unde dicit : *Recordare.* Posito ergo quod innocentibus et rectis adversitas non contingat, consequenter adjungit, quibus adversitas contingat, dicens : *Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminanti dolores et metunt eos, flante Deo, perire, et spiritu iræ ejus esse consumptos.* In hoc autem quod dicit, *Vidi*, dat intelligere se ista per experimentum probasse. Per eos autem qui operantur iniquitatem, intelligit eos qui aliquam injustitiam faciunt, et præcipue in nocimientum aliorum : per eos autem qui seminant dolores et metunt eos, intelligit eos qui per dolum aliis nocent : ii enim dolores seminant, dum calumnias præparant, quibus alios dolentes reddant : qui dolores metunt, dum malitiæ suam ad effectum perducent ; et hoc pro magno fructu habent : quam quidem metaphoram ulterius prosequitur quantum ad pœnam : consueverunt enim segetes vento urente siccari et consumi : unde dicitur Malach. iii, 11 : *Increpabo (scilicet ventum) et non corrumper fructum terræ vestrae.* Et hoc est quod dicit : *Flante Deo perire*, quasi ipsum divinum judicium ad vindictam iniquitatis procedens, status quidam venti sit. Ipsa autem Dei vindicta dicitur spiritus, idest ventus iræ ejus non solum autem dicit quod perirent, sed quod consumuntur : quia non solum in propriis personis puniuntur, sed et eorum familia tota periit, ut nil ex eis residuum videatur : in quo videbatur tangere Job, qui et in suo corpore flagellatus erat, et filios et familiam et opes amiserat. Sed quia hoc videbatur esse contra opinionem Eliphaz, quod pro peccato parentis, filii et familia puniatur, cum ipse intendat hanc opinionem defendere, quod adversitates in hoc mundo sunt penae peccati ; hinc objectioni respondens subjungit : *Rugitus leonis, et vox leonæ, et dentes catulorum leonis contriti*

*sunt.* Ubi primo considerandum occurrit, quod homo ceteris animalibus præeminet ratione : cum ergo, ratione pretermissa, passiones brutales sequitur, efficitur similis bestia, et illius bestia nomen sibi competit, cuius passionem imitatur ; utpote qui subjacet concupiscentiae passionibus, equo vel mulo comparatur, secundum illud Ps. xxxi, 9 : *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus nou est intellectus.* Propter ferocitatem autem vel iram leo ant ursus nominatur, secundum illud Prov. xxviii, 13 : *Leo rugiens et ursus esuriens, principes impius.* Sic ergo et nunc hominem ferocem leoni comparat dicens : *Rugitus leonis.* Rugitus est leoninae ferocitatis indicium. Contingit autem frequenter, quod ferocitas viro additur ex suggestione uxoris ; et sic ea quæ vir ferociter agit, uxori imputantur in culpmam ; sicut patet de uxore Herodis, quæ impulit eum ad decollationem Iohannis : propter quod dicitur : *Et vox leonæ.* Iis autem quæ tyranus aliquis ferociter acquirit, ejus filii interdum luxuriose utuntur ; et sic in rapina patris delectantur : unde et ipsi a culpa immunes non sunt : propter quod subditur : *Et dentes catulorum leonum contriti sunt* ; secundum illud Nahum ii, 12 : *Et leo cepit sufficienter catulis suis.* Et sic objectioni præmissæ respondisse videtur : quia cum pro peccato viri punitur uxor et filii, non est injustum, cum et ipsi culpæ participes fuerint ; quod totum dicebat, volens Job et ejus familiam de rapina enpabilem reddere. Videbatur tamen hoc quod dixerat, ad Job non pertinere : quia ejus uxor punita non videbatur ; et ideo ad hoc removendum subjungit : *Tigris perit, eo quod non habebat predam.* II enim qui rapere consueverunt, in hoc ipso puniri se existimant quod eis rapere non licet. Considerandum est autem, quod mulierem leonem comparat propter ferocitatem iræ, et tigridi propter promptitudinem sive velocitatem ad iram : dicitur enim Eccli. : xxv, 23 : *Non est ira super iram ualiceris.* Et iterum : *Brevis omnis malitia super malitiam mulieris.* Et quia illi Job totaliter perierant, subjungit : *Et catuli leonis dissipati sunt.*

<sup>1</sup> Al. : « quia credebant principium esse justitiæ »

## LECTIO III

*Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurrantes. In horrore visionis nocturnae, quando solet sopor occupare homines, pavor tenet me et tremerit, et omnia ossa mea perterrita sunt; et cum spiritus me presente transiret, inhornerunt pilos carnis meae. Stetit quidam, cuius non agnoscerebam vultum, imago coram oculis meis; et vocem quas aure lenis audiri. Numquid homo Dei comparatur ne juvinabitur, aut factore sui purior erit vir? Ecce qui servient ei non sunt stabiles; et in Angelis suis reperit pravitatem: quanto magis it qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundatum, consumantur velut a tinea? De manu insque ad vesperam succidentur; et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, et non in sapientia.*

Quia asserebat Eliphaz, quod adversitates in hoc mundo non adveniunt alicui nisi propter ejus peccata; volens ex hoc arguere, Job et ejus familiam fuisse peccatis subjectam, cuius contrarium videbatur ex iis quae maxime in Job et in ejus familia apparuerant: vult ostendere quod nec Job nec ejus familia fuerit a peccato immunis; et quia propter auctoritatem Job et famam ipsius ejus verbum invalidum videbatur, recurrit ad maiorem auctoritatem, ostendens, ea quae propositurus est se ex revelatione didicisse; et ad ostendendum altitudinem revelationis, proponit ejus obscuritatem: quanto enim aliqua sunt altiora, tanto humano aspectu sunt minus perceptibilia: unde et Apostolus dicit n, Cor xii, quod raptus est in paradisum Dei, et vidit arcana verba, quae non licet homini loqui: juxta quem modum et Eliphaz vel vere vel fiete loquitur dicens: *Porro ad me dictum est verbum absconditum.* Considerandum est autem, quod aliqua veritas, quamvis propter sui altitudinem sit hominibus abscondita, revelatur tam quibusdam manifeste, quibusdam vero occulte. Ad effugiendam ergo noctam jactantiam, hanc veritatem absconde dicit sibi esse revelatam: nude subdit, Et quasi furtive suscepit auris mea venas usque oculos. Ut triplex modus occulta-

tionis invenitur, qui solet in revelationibus contingere: quorum primus est, dum intelligibilis veritas alicui revelatur per imaginariam visionem, secundum quod dicitur Numer. xii, 6: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo fidelis est: ore ad os loquar ei palam; et non per anigmata et figuratas videt Deum.* Moyses ergo hoc verbum absconditum per modum clarae vocis audivit; alii vero per modum susurri. Secundus modus occultationis est, quia in ipsa imaginaria visione proferuntur quandoque aliqua verba expresse continentia veritatem, sicut est illud Isaiae vn, 14: *Ecce virgo concipiet: quandoque vero sub quibusdam figuratis locutionibus, sicut est illud Isaiae xi, 1: Egredietur virga de radice Jesse, et fllos etc.* In hoc igitur, quod Isaías audivit, *Ecce virgo concipiet,* percepit ipsum susurrum. In hoc autem, quod audivit *Egredietur virga de radice Jesse,* etc. percepit venas susurri. Nam figuratae locutiones sunt quasi quedam venae, ab ipsa veritate per similitudinem derivatae. Tertius modus occultationis est, quod aliquando aliquis revelationem divinam frequenter et diuturnam habet; sicut dicitur de Moysi, Exodi xxxiii, 11: *Quod locutus est Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad unicum suum.* Ali quando autem aliquis habet revelationem subitanam et transitoriam. Hunc ergo subitum revelationis modum significat in hoc quod dicit, *Quasi furtive:* nam ea quasi furtive audiimus quae raptim, et quasi pertransendo ad nos pervenirent.

Sic ergo altitudine visionis ostensa, prosequitur de circumstantiis revelationis: et primo de tempore, dicens; *In horrore visionis nocturnae, quando sopor solet occupare homines;* tempus enim nocturnum, propter quietem, magis est

\* Fidelissi-  
mus...  
loquor...  
Domini  
videt.

congruum revelationibus percipiendis; in die enim a tumultibus hominum et occupationibus sensuum mens quemdam strepitum patitur, ita ut susurrum verbi absconditi percipere nequeat. Secundo ex dispositione percipientis: unde subdit: *Pavor tenuit me*: homines enim ad insolita pavore consueverunt: unde quando alieni sunt insolite revelationes, in principio timorem patitur; et ad magnitudinem hujus timoris ostendendam subjungit, *Et tremor*; est enim tremor corporis indicium magnitudinis timoris; et ad magnificandum hujusmodi tremorem subjungit: *Et omnia ossa mea perterrita sunt*. Quasi dicat: Tremor non fuit superficialis, sed vehemens et intimus, qui etiam ossa concenteret. Simile est quod habetur Dan. x, 8: *Vidi visionem hanc grandem, et non remansit in me fortitudo; sed et species mea immutata est in me, et enarcui, et non habui in me quidquam virium*. Causam autem hujus timoris consequenter ostendit dicens: *Et cum spiritus me praesente transiret, inhorreverunt pili carnis meæ*. Rationabile enim est, quod ad presentiam majoris virtutis minor obstupescat<sup>1</sup>. Manifestum est autem virutatem spiritus esse majorem quam carnis: unde non est mirum, si ad presentiam spiritus pili carnis inhorrescant, quod ex subito timore procedit; et praesertim cum praesentia spiritus aliquo corporali indicio insolito sentitur: quia enim insolita sunt, admirationem et timorem inducere solent. Et hinc timori, quem se passum esse commemorat, temporis dispositionem convenire supra dicit: *In horrore visionis nocturnæ*: quia enim in tempore noctis res visu discerni non possunt, quæcumque modica commotio perturbationem inducere solet astimantibus aliquod magis esse juxta quod dicitur Sapientie xvii, 47: *Sic spiritus sibilans, aut inter spissos ramos arium sonus suavis deficiente faciebat illos præ timore*. Tertio ponitur persona revelans, cum dicitur: *Sicut quidam cuius non agnoscebam rulum, imago eorum oculis meis*. Vbi ponit ad visio-

nis certitudinem pertinentia. Scendum est enim quod aliquando, propter nimiam commotionem fumositudinum et humorum, vel omnino non apparent somnia vel perturbata et instabila, sicut et febribus solent accidere; et hujusmodi somnia, cum parum aut nihil spiritualitatis habeant, omnino absque significacione existunt. Cum autem humores et fumositates resederint, apparent somnia quieta et ordinata, quae cum sint magis spiritualia, in intellectiva parte etiam quendam vigorem habent: et hujusmodi somnia solent esse veriora; et ideo dicit: *Sicut quidam*: quod stabilitatem visionis ostendit. Item considerandum est, quod omnia, cum sunt quieta, plerunque sunt reliquiae praecedentium cogitationum: nunc homo in somno frequentius videt illos cum quibus consuevit conversari: et quia talia somnia causam habent ex nobis, et non ab aliqua superiori natura, non sunt magnæ significacionis; et ad hoc ergo removeendum dicit: *Cujus non agnoscebam rulum*: per quod ostendit hujus visionem non traxisse originem ex prius visis, sed ex aliqua occultiori<sup>2</sup> causa. Tertio considerandum est, quod hujusmodi visa, quae ex aliqua superiori causa oriuntur, quandoque apparent dormientibus, quandoque autem vigilantibus; et veriora solent esse et certiora cum vigilantibus apparent quam cum dormientibus, eo quod in vigilando est ratio magis libera, et quia in somno spirituales revelationes minus discerni possunt a somnis frivolis et consumptis; ideo ut ostendat hanc revelationem non dormienti, sed vigilanti factam esse, subjugit: *Imago eorum oculis meis*: per quod significat se hoc vidisse cum oculis per vigiliam apertis: quod etiam supra significavit, cum diceret: *Quando sopor solet occupare homines*: ubi inquit se sopore occupatum non fuisse. Deinde modum denuntiationis sibi factæ narrat dicens: *Et vocem quasi aura lenis audi*ri. Vbi considerandum est, quod hujusmodi apparitiones aliquando sunt a spiritu bono, aliquando malo: utroque au-

<sup>1</sup> AL: « hujus: » id et infra pluries.

<sup>2</sup> AL: « offuscatur. »

<sup>2</sup> AL: « occultiori. »

tem modo in principio timorem patitur homo per insolitam visionem : sed cum a bono spiritu apparitus procedit, timor in consolationem finitur, sicut patet de Angelo confortante Danielis (Danielis x), et de Gabriele confortante Zachariam et Mariam : sed malus spiritus hominem perturbatum relinquit. Per hoc ergo quod dicit : *Vocem quasi auræ lenis audivi, consolationem quamdam sedantem pavorem præteritum demonstrat, ut per hoc visio demonstretur esse a spiritu bono, non a malo, a quo frequenter visiones mendaces ostenduntur, secundum illud Scripturae n*u*, Reg. cap. xxii, 22 : Egre-diar, et ero spiritus mendax in ore om-nium Prophetarum ejus.* Per hunc etiam modum n*u*, Reg. capit. xix, legitur de apparitione facta Eliæ, quod post commotionem tenuis aurae sibilus ubi Dominus anditus est. Sciendum tamen est, quod et in visionibus quæ a bono spiritu procedunt, interdum commotiones magnaæ et voces horribiles audiuntur, ut patet Ezechieli 1, 4, ubi dicitur : *Et vidi, et ecce ventus turbinis veniebat ab Aqui-lone, et post multa subditum 24 : Et au-diebam sonum alarum, quasi sonum aqua-rum multarum.* Et Apoc. 1, 10, dicitur : *Audiri post me vocem magnam, tamquam tubæ.* Sed hoc est ad significandum comminationes, aut aliqua gravia pericula quæ in hujusmodi revelationibus continentur. Sed quia hoc ad consolandum ordinabatur, ideo inducit loquentis vox similis aureæ leni. Ultimo autem ponuntur verba quæ sibi asserit esse revelata, cum dicit : *Numquid homo Dei compara-tione justificabit r?* Quæ quidem verba inducit ad confirmandum suam opinio-nem, quam supra tetigerat ; quasi dicat : Adversitates in hoc mundo non prove-niunt alieni nisi pro peccato. Ut ergo nullus posset se excusare quia adversa patitur, per hoc quod se asserat a peccato immunem, inducit tres rationes : qua rum prima sumitur ex comparatione ad Deum, et est dueens ad impossibile. Si enim homo absque culpa punitur a Deo, sequitur quod homo sit justior Deo : cum enim opus justitiae sit reddere unicuique

quod suum est, si Deus homini innocentem non debetur pœna, inferat pœnam, homo justior videtur esse Deo ; homo autem qui a Deo patitur, nulli homini absque culpa pœnam intulit : quod oportet dicere, si homo innocens puniatur. Sequitur ergo, quod homo punitus a Deo sit justior Deo : quod est, hominem com-paratione Dei justificari, et eum, scilicet comparatione justitiae ad Deum justificari. Et quia forte alicui hoc non videretur inconveniens, dicit ad aliud apparentius inconveniens, dicens : *Aut factore suo purior est vir?* Qualibet enim res purita-tem habet secundum quod in sua conser-vatur natura, quod ex causis propriis ha-bet : puritas ergo uniuscuiusque effectus a sua causa dependet : unde suam cau-sam in puritate superare non potest : unde nec vir potest esse purior suo factore, scilicet Deo.

Sciendum autem rationem ponit ex comparatione ad Angelos, et est a majori, cum dicit : *Ecce qui servunt ei, non sunt stables, et in Angelis suis reperit prati-tatem.* Quæ quidem sententia secundum doctrinam Catholicae Fidei plana est : te-net enim Fides Catholica omnes Ange-los bonos fuisse creatos : quorum qui-dam per propriam culpam ceciderunt a statu rectitudinis ; quidam vero ad majorem gloriam pervenerunt. Quod autem Angelii a statu rectitudinis ceciderunt, mirum videtur propter duo : quorum unum pertinet ad vitam contemplativam, aliud ad vitam activam ipsorum. Ex vita enim contemplativa videtur quod ad An-gelis esse deberet stabilitas : manifestum est enim, quod causa mutabilitatis est po-tentia, causa immutabilitatis est actus : est enim de ratione potentiae, quod se ha-beat ad esse et non esse : sed secundum quod aliquid magis perficitur ab actu, fir-mius fit in illo, id vero, quod secundum se actus est, omnino immutabile<sup>1</sup> est. Sciendum est autem, quod sicut materia comparatur ad formam ut potentia ad actu, ita voluntas ad bonum : id ergo quod est ipsum bonum, scilicet Deus, omnino immutabile est. Ceterarum vero naturarum voluntates, quæ non sunt

<sup>1</sup> AL : « immutabilis »

ipsum bonum, comparantur ad ipsum ut potentia ad actum : unde quanto magis inhærent ei, tanto magis stabiliuntur in bono ; et ideo cum Angeli inter ceteras creaturas magis et propinquius Deo videantur inhærcere, utpote ipsum subtilius contemplantes, stabiliores inter ceteras creaturas videntur ; et tamen non fuerunt stabiles : unde multo minus inferiores creature, scilicet homines, quantumcumque Deo inhærcere videantur ipsum colendo, quod est ei servire, stabiles judicari non possunt. Ex vita vero activa videtur, quod in Angelis vel nihil vel minimum de pravitate esse possit : quanto enim quis propinquior est primæ rectitudini, minus habet de obliquitate. Deus autem, in quo est prima rectitudo, sua providentia dirigenς universa, inferiores creature per superiores disponit : unde in superioribus creaturis, quæ dicuntur Angeli, quasi a Deo missi ad alia dirigenda, minimum videtur esse, vel nihil, de pravitate : unde cum in Angelo inventa sit pravitas, credendum est quod in quovis hominum, quantumcumque bonus appareat, pravitas possit inveniri. Cavendum autem est ne ex iis verbis aliquis in errorem incidat Origenis, qui etiam quosecumque spiritus creatos instabiles asserit, et posse ad pravitatem perduci : hoc enim aliqui per gratiam assecuti sunt, ut immobiliter Deo inhærent, ipsum per essentiam videntes ; et secundum hoc etiam aliquibus hominibus, quamvis sint inferioris naturæ quam Angeli, per gratiam conceditur etiam in hac vita, quod sint a pravitate peccati immunes.

Tertiam rationem ponit sumptam ex conditione humana, cui conjugitur conclusio præcedentis rationis unde etiam possit ex duabus una ratio formari : et hoc cum dicit : *Quanto magis n*on* qui habitant domos ?* Est autem humana conditio talis, quia ex terrena materia corpus ejus compactum est : quod designat cum dicit : *Quanto magis n*on* qui habitant domos luteas ?* Corpus enim humanaem luteum dicitur, quia ex terra et aqua gravioribus elementis abundantius constat,

quod ejus motus declarat. Unde Gen. ii, 7, dicitur *quod formavit Deus hominem a luto terræ*. Hoc ergo luteum corpus, dominus anima dicitur : quia anima humana, quantum ad aliquid, est in corpore sicut homo in domo, vel sicut nauta in navi ; in quantum scilicet est motor corporis. Fuerunt autem aliqui qui propter hoc dixerunt quod anima non unitur corpori nisi accidentaliter, sicut homo vestimento, aut nauta navi : sed ut hanc opinionem excluderet, subdit : *Qui terrenum habent fundamentum*. Per hoc datur intelligi quod anima humana unitur corpori etiam ut forma materie : dicitur enim materia fundamentum formæ, eo quod est prima pars in generatione, sicut fundamentum in constitutione domus : utitur autem tali modo loquendi, ut id quod est anima, attribuat homini : non quod anima sit homo, ut quidam posuerunt, dicentes hominem nihil aliud esse quam animam indutam corpore ; sed quia anima est principalior pars hominis : unumquodque autem consuevit appellari id quod est in eo principalius. Haec autem duo quæ de hominis infirmitate dicit, videntur contraponi iis quæ supra de Angelorum excellencia dixerat. Nam hoc quod dicit, *Qui habitant domos luteas*, videtur ponere contra id quod dixerat, *Qui seruant ei* ; quod est inharrere ei, et etiam in ipso spiritualiter habitare. Quod vero dicit, *Qui terrenum habent fundamentum*, ei quod dixerat, *In Angelis suis* : Angeli enim incorporei sunt, secundum illud Psal. cui, 4 : *Qui facis Angelos suis spiritus*. Premissa autem hominis conditione, miserabilem ejus eventum concludit dicens : *Consumetur velut a tinea*. Et quidem potest hoc secundum superficiem litteræ de morte corporali intelligi, quam homo necessario patitur ex eo quod terrenum habet fundamentum : et secundum hoc potest designari duplex mors : scilicet naturalis, in hoc quod dicit : *Consumetur velut a tinea* (sicut enim tinea vestimentum corredit, quæ ex vestimento nascitur ; ita mors naturalis ex cansis interioribus corporis exortur) : et mors violenta, in hoc quod sub-

<sup>1</sup> Al. : « primo. »

ditur : *De mane usque ad vesperam succidentur*; succiso enim arboris ex causa exteriori procedit ; et sic signanter dicit : *De mane usque ad vesperam* : quia mors naturalis potest per aliqua naturalia signa praeognosci; sed mors violenta omnino ignota est, utpote diversis casibus subiecta : unde non potest sciri si homo de mane perveniat usque ad vesperum. Scieundum tamen, quod hoc non est intentio litterarum : nam supra proposuit de defectu peccati, cum diceret : *Et in Angelis suis* : unde ut conclusio premissis respondeat, oportet hoc etiam ad peccatum referre : propter quod vita justitia in homine consumitur dupliciter : uno modo ex interiori corruptione ; quod significat, cum dicit : *Consumetur velut a linea* ; sicut enim vestimentum consumitur a linea, quae ex eo nascitur; ita justitia hominis consumitur iis quae in homine sunt, sicut est corruptio somnis, malorum cogitationes, et alia hujusmodi. Alio modo ex exteriori tentatione : quod videtur in hoc dicit : *De mane usque ad vesperam succidentur*. Sed considerandum est, quod interior tentatio non subito hominem prosternit, sed paulatim, dum per negligentiam aliquis in seipso peccati initia reprimere non curat, secundum illud Eccli. xix, 1<sup>o</sup>. *Qui minima negligit, paulatim defluit*; sic etiam vestimentum quod non excutitur, a linea consumitur. Exterior autem tentatio<sup>1</sup> hominem plerumque subito prosternit; sicut David ad aspectum mulieris, in adulterium prorupit ; et etiam multi in tormentis fidem negaverunt. Quocunque autem modo homo per peccatum ruit, dummodo peccatum suum recognoscet et poeniteat, misericordiam consequetur. Sed quia nullus est qui omnia peccata possit cognoscere,

*qui spernit modicam, paulatim decedit*

secundum illud Psal. xviii, 43 : *Delicta quis intelligit?* sequitur quod plurimum homines peccata non cognoscentes, eis remedia non adhibent, per quae liberentur. Et hoc est quod subditum : *Et quia nullus intelligit*, scilicet lapsus peccatorum, in aeternum peribunt, scilicet plenimodo; quasi dicat : A peccato nunquam liberantur. Sed quia aliqui sunt qui contra peccata remedia adhibent, licet ea non plene intelligent, sicut David, qui dicebat : *Ab occultis meis munda me Domine* : subiungit : *Qui autem reliqui fuerint*, scilicet de numero eorum qui in aeternum pereant, auferentur ex eis : idest, segregabuntur ex eorum consortio. *Morientur*, quidem : quia quamvis homo a peccato poeniteat, a mortis tamen necessitate non liberatur ; sed sapientia in eis non moritur ; et hoc est quod dicit : *Et non in sapientia*. Vel hoc, quod dicit *Morientur, et non in sapientia*, non respondet ad immediate dictum, sed ad id quod supra dixerat : *In aeternum peribunt* : ut sit sensus, quod morientur sine sapientia. Vel hoc quod dicit : *Qui reliqui fuerint*, potest intelligi de filiis qui relinquentur ex parentibus pereuntibus, et propter peccata parentum, quae imitantur, et ipsi auferuntur sine sapientia morientes. Vult ergo ex omnibus istis Eliphaz habere, quod cum conditio hominis sit tam fragilis, de facili cadit in peccatum : et quidem dum homo non cognoscit, in perditionem vadit ipse, et filii ejus. Et sic Job, licet se peccatorem non cognosceret, credendum erat, quod propter peccata aliqua ipse et filii ejus perierint. Sic igitur postquam revelationem sibi factam exposuerat, quia posset Job revelationi non credere, ideo subjungit quod sequitur.

<sup>1</sup> Al. : « attentatio. »

## C A P U T Q U I N T U M

## LECTIO I

Voca ergo, si est qui tibi respondeat; et ad aliquem Sanctorum convertere. Virum stultum interficit iracundia, et parvulum occidit invidia. Ego vidi stultum firmam radice; et maledixi pulchritudini ejus statim. Longe sicut filii ejus a salute, et contenterunt in porta; et non erit qui eruat. Cujus messem famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus, et bident sicuties divitias ejus. Nihil in terra sine causa fit; et de humo non egredietur dolor. Homo nascitur ad laborem, et avis ad volatum.

Quasi dicat: Si mihi hoc esse revelatum non credis, tu ipse invoca Deum; si forte ipse ad hanc dubitationem respondere tibi voluerit. Et si per merita propria hoc a Deo obtinere non putas, *Ad aliquem Sanctorum convertere*; ut eo mediante hujus rei veritatem a Deo cognoscere possis. Et notandum est, quod dicit: *ad aliquem Sanctorum*; quia non licet per immundos spiritus quoemque modo vel arte occulta perquirere, sed solum per Deum vel Sanctos Dei. secundum illud Isaiae viii, 19: *Cum dicerint ad vos: Quarrite a Pythonibus et a divinis, qui\* student in incantationibus suis: nonquid populus a Deo suo requirit visionum pro vivis aut mortuis?*? *Virum stultum interficit iracundia*. Quia in revelatione quam sibi factam esse commemorat Eliphaz, intercesserat hoc continetur, quod homines qui terrenum habent fundamentum, consumuntur velut a linea, vult hoc ostendere per hominum diversas conditiones: non est enim aliqua conditio hominum, cui nou adsit prouitas ad aliquod peccatum. Sunt autem dueae hominum conditiones. Quidam enim sunt magni et elati animi,

qui facile provocantur ad iram; quod ideo est, quia ira est appetitus vindictæ, ex precedenti offensa proveniens: quanto autem aliquis est magis elati animi, tanto ex leviori causa se putat offendimus; et ideo facilius provocatur ad iram: et hoc est quod dicit: *Virum stultum interficit iracundia*. Vocat autem eum qui est superbi et elati animi, stultum, quia per superbiam homo præcipue metas rationis excedit; sed humilitas viam<sup>1</sup> sapientiae parat, secundum illud Prov. xi, 2: *Ubi humilitas, ibi sapientia*. Similiter cum hoc etiam stultitia iracundie competit: iracundus enim, ut docet Philosophus, utiliter quidem ratione, dum pro offensa intentat vindictam; sed perverse, dum in vindicta modum rationis non servat; persveritas autem rationis stultitia est. Quidam vero sunt pusillanimi, et hi proui sunt ad invidiam; unde subdit: *Et parvulum occidit invidia*: et hoc rationabiliter dicitur: invidia enim nil aliud est quam tristitia de prosperitate alieni, inquantum prosperitas illius existimat per proprietatem prosperitatis impedimentum. Hoc autem ad parvitatem animi pertinet, quod aliquis non se existimet posse prosperari inter alios prosperantes. Sic ergo manifestum videtur, quod homo, cujuscumque conditionis existat, pronus est ad aliquod peccatum: facile enim esset his similia de aliis peccatis inducere. Sic ergo per omnia supradicta Eliphaz probare intendit, quod adversitates in hoc munro non adveniunt alieni nisi pro peccato.

(a) Vulgata omittit: « *Visionem* » et habet: « *Pro vivis aut mortuis*. » Sed Hugo a sancto Charo refutat: « *visionem* » et habet: « *Pro vivis aut mortuis*. » Galerum in notula consigual lectionem vulga-

te: « *Pro vivis aut mortuis* » et addit: « *Hanc lectionem approbat Hieronymus.* »

<sup>1</sup> Al.: « *iram*. »

Contra quod videntur esse duae objectiones : quarum una est ex hoc quod multi justi videntur adversitatibus subdi. Sed hanc objectionem solvere visus est per hoc quod homines ostendit esse facilis ad peccandum. Secunda objecio est, quod aliqui iniqui in hoc mundo prospexitur. Cui consequenter satisfacere intentit per hoc quod prosperitas eorum in malum ipsorum redundat ; unde dicit : *Ego vidi stultum, idest hominem in divitiis superbientem, firmu radice, idest firmatum in prosperitate hujus mundi, ut videbatur ; sed ejus prosperitatem non approbavi : quinimmo maledixi pulchritudini ejus statim.* Ibi considerandum est, quod loquitur de homine sub metaphora arboris : cuius enim radix fuerit firma, pulchritudinem habet in ramis et fructibus. Comparat ergo prosperitatem hominis in divitiis firmati pulchritudini arboris, quam maledicit : idest malam esse pronuntiat et nocivam, secundum illud Eccles. v. 12 : *Est et alia infirmitas pessima, quam ridi sub sole : dicitive conservate in malam dominii sui.* Addidit autem : *Statim, ut ostendat se de hac sententia nullatenus dubitare.* Quod autem mala ex prosperitate stulti proveniant, ostendit primo quantum ad filios : frequenter enim contingit quod quando aliquis dives et potens filios sine disciplina nutrit, quod proprium est stulti filii ejus in multa periencia incident : et quandoque quidem propter odia quae in se concitant, absque judicio perirentur, vel etiam dum ipsis sibi non carent inordinate delectamento intentes, vitam amittunt ; et quantum ad hoc dicit : *Longe fient filii ejus a salute : quandoque vero dum calumias et injurias aliis inferunt, coram iudicibus conveniuntur<sup>1</sup>, et ibi condemnantur ; et quantum ad hoc dicit : Et conterentur in porta ; idest per sententias iudicium : nam iudices olim in portis sedere solebant : et quia homines stulti in adversitatibus nullum dubitabunt offendere, in adversitatibus non inveniunt adjutorem ; ideo subdit : Et non erit qui eruat. Sed quia posset aliquis dicere : Non euro quidquid accidat filii meis, duommodo ego pros-*

peritate fruar in hoc mundo ; ideo secundo ponit mala provenientia ipsi stulti et in rebus et in persona, dicens : *Cujus messem famelicus comedet : frequenter enim homines stulti, divitiis abundantes, patres opprimunt ; qui plerumque gravamina sustinere non valentes, quasi quadam necessitate ad rapienda bona divitium coguntur : et quia tales homines delitiose viventes solent per vita divitias animi vigorem amittere, et imbellies esse, de facili a pauperibus bellicosis destruuntur : unde sequitur : Et ipsum rapiet armatus, quasi absque omni resistentia : et ut quod dixerat de messe, generaliter intelligatur, subjungit : Et bibent sitiennes divitias ejus, idest homines cupidi. Remotis ergo predictis objectionibus, finaliter rationem inducit ad probandum principalem intentionem, scilicet quod adversitates in hoc mundo non proveniant alicui nisi pro peccato ; et est talis : Quaecumque sunt in terra, ex propriis et determinatis causis proveniunt : si ergo adversitates hujus mundi alicui accidunt, hoc habet determinatam causam, quae nulla alia videtur esse nisi peccatum. Hoc est ergo quod dicit : *Nihil in terra sine causa fit* ; videmus enim omnes effectus ex determinatis causis procedere : ex quo quasi concludens subdit : *Et de humo non orietur dolor : et est metaphorica locutio : quaedam enim herbae sine semine producuntur : de quibus dicitur, quod eas humus sponte profert. Quidquid ergo sine causa propria videtur contingere, quasi sine semine per quandam similitudinem metaphorice potest dici, quod oritur de humo.* Dolor autem, idest adversitas, non orietur de humo, idest non est sine causa : quod autem dixerat : *Nihil in terra sine causa fit*, ex hoc praeципue redditur manifestum, quod omnia habent dispositionem naturalem, congruam proprie operationi : ex quo apparet, quod dispositiones naturales rerum non sunt sine causa, sed propter determinatum finem ; et ideo dicit : *Homo ad laborem nascitur, et avis ad volatum* : manifestum est enim, quod quia proprius motus quem natura avis requirebat, est volatus, ideo*

<sup>1</sup> Al. : « conveniunt. »

oportuit avem habere ex sua natura instrumenta congrua ad volandum, et alas et pennas : homo vero, qui rationem habebat, per quam proprio labore posset sibi omnia necessaria adjuvamenta acquirere, naturaliter productus est absque

omnibus adjuvamentis, quae natura alii animalibus dedit : scilicet absque tegumento, absque armis, et aliis hujusmodi, quae sibi proprio labore parare poterat ex industria rationis.

## LECTIO II

*Quonobrem ego deprecabor Dominum, et ad Deum ponam eloquium meum; qui facit magna et inscrutabilia et mirabilia absque numero; qui dat pluviam super faciem terra, et irrigat aquis universa; qui ponit humiles in sublime, et merentes erigit sospitate; qui dissipat cogitationes iniquorum, ne possint implere manus eorum quod contiperant; qui apprehendit sapientes in astutia eorum, et consilium pravorum dissipat. Per diem incurvant tenellas; et quasi in nocte sic palpabant in meritis. Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum, et de manu violenti pauperem. Et erit egeno spes; iniquitas autem contrahet os suum.*

Quia Eliphaz proposuerat omnia quae in terris sunt determinatae causam habere, et hoc probaverat per hoc quod res naturales apparetant esse disposita propter finem; hoc autem, scilicet quod res naturales sunt propter finem, potissimum argumentum est ad ostendendum mundum regi divina providentia, et non omnia agi fortuito : ideireo Eliphaz statim ex praemissis concludit de regimine divinae providentiae. Sciendum est autem quod, divina providentia sublata, orationis fructus tollitur, et cognitio dei circa res humanas : quae tamen necesse est ponere ei qui regimur providentiae concedit; et ideo Eliphaz concludens dicit : Ex quo omnia quae in terra sunt sunt propter finem, necesse est concedere regimur providentiae. *Quonobrem ego deprecabor Dominum;* quasi oratione fructuosa existente, utpote Deo disponente res humanas; et ad Deum ponam eloquium meum, utpote Deo cognoscente facta et dicta et cogitata humana : ad cuius confirmationem subjungit ea quae maxime divinam providentiam ostendunt. Est autem sciendum, quod illi qui providentiam negant, omnia quae apparent in rebus mundi, ex necessitate naturalium causarum prove-

nire dicunt, utpote ex necessitate caloris et frigoris, gravitatis et levitatis et aliorum hujusmodi; ideo ex his potissime providentia divina manifestatur quorum ratio reddi non potest ex hujusmodi materialibus principiis : inter quae unum est determinata magnitudo corporis hujus mundi : non enim potest assignari ratio ex aliquo principio naturali, quare sol ac luna aut terra sit talia: quantitatis, et non majoris aut minoris; unde necesse est dicere, quod ista dispositio quantitatum sit ex ordinatione aliquius intellectus; et hoc designat in hoc quod dicit : *Qui facit magna;* id est, qui res interminata magnitudine disponit. Rursus, si omnia ex necessitate principiorum naturalium provenirent, cum principia naturalia sint nobis nota, haberemus viam ad inquirendum omnia quae in hoc mundo sunt : sunt autem aliqua in hoc mundo, ad quorum cognitionem nulla inquisitione possumus pervenire, utpote substantia spirituales quot sint, distantia stellarum, et alia hujusmodi : unde manifestum est non procedere omnia ex necessitate principiorum naturalium, sed ab aliquo superiori intellectu res esse institutas : propter hoc addit : *Et inscrutabilia.* Item quedam sunt que videmus, quorum rationem nullo modo possimus assignare : puta quod stelle disponunt secundum talem figuram in hac parte ceri, et in alia secundum aliam : unde manifestum est, hoc non provenire ex principiis naturalibus, sed ab aliquo superiori intellectu ; et propter hoc addit : *Et mirabilia:* sic enim differt inscrutabile et mirabile, quod inscrutabile est quod latet et perquiri non potest : mirabile est quod ipsum quidem

apparet, sed causa ejus perquiri non potest. Scendum est etiam quod aliqui posuerunt dispositionem rerum per quemdam ordinem numeri a Deo procedere: utpote quod a primo uno simplici procedit tantum minus effectus primus, in quo jam aliquid compositionis et pluralitatis habetur: et sic ex ipso procedunt duo vel tria, que sunt adhuc minus simplicitia; et sic gradatim, secundum eos, progreditur tota rerum multitudo; secundum quam quidem positionem totius universi dispositio non est ex ordinatione intellectus divini, sed ex quadam necessitate naturae: unde ad hanc positionem removendam adjungit: *Absque numero;* vel quia absque necessitate ordinis numeralis res in se productas sunt; vel quia a Deo immediate, et non ex ordine numeri productae sunt: quod praecipue apparet in primo celo, in quo sunt plurimae stellae. Sic ergo Eliphaz ostendit productionem rerum esse a Deo, et non ex necessitate naturae. Consequenter ostendit et rerum factarum cursum divina providentia gubernari: et primo in rebus naturalibus, ex hoc quod res naturales contemporatae esso videntur ad hominum et aliorum animalium usum; licet naturalis colorum ordo aliud requirere videatur. Si quis enim in elementis gravitatem et levitatem consideret, manifestum est naturaliter terram aquae subjacere, aeri vero aquam, aerem autem igni: inventiuntur autem aliquae partes terra discopertae ab aquis immediate aeri subjacente: aliter enim animalia respirantia in terra vivere non possent: et rursus ne terra ab aquis discoeperta sua siccitate infructuosa et inhabitabilis redderetur, duplicer humectatur a Deo. Primo quidem per pluviam, qua superficies terra infunditur: et quantum ad hoc dicit: *Qui dat pluviam super faciem terræ.* Alio modo quantum ad fontes, rivos et flumina, quibus terra irrigatur: quorum principium sub terra est, sicut pluviae in alto; et quantum ad hoc dicit: *Et irrigat aquis universa.* Deinde enim dicit: *Qui ponit humiles in sublime,* operationem providentiae etiam in rebus humanis ostendit. Et quidem si res humanae current secundum quod earum dispositio videtur exigere, nullum videlicet

vel parvum in eis providentiae divinae vestigium appareret; sed rebus humanis alio modo currentibus, stulti qui superiores causas non considerant, hoc casui et fortuna attribuunt; ex quorum persona Solomon Eccles. ix, 14, dicit: *Vidi sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum dicitas, nec artificum gratiam, sed temporis' casum in omnibus.* casum Eliphaz autem in altiore causam refert hoc, scilicet in providentiam Dei: et primo quantum ad oppressos, qui de insimo elevantur in altum; et quantum ad hoc dicit: *Qui ponit humiles, idest dejectos, in subline:* et qui de dolore transferuntur ad gaudium; et quantum ad hoc dicit: *Et marentes erigit sospitate.* Secundo quantum ad opprimentes, quorum duplex est genus. Quidam enim maxime alios opprimunt per potentiam; et quantum ad hoc dicit: *Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod cooperant;* quia scilicet in ipsa operis prosecutio impediuntur a Deo, ne unquam cogitationem possint perduere ad effectum. Quidam vero per astutiam alios decipiunt; et quantum ad hoc dicit: *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum;* in quantum scilicet ea quae astute cogitant in contrarium propositi eorum cedit: *Et consilium pravorum dissipat:* dum scilicet ea que ab eis sapienter consiliata videntur, aliquibus impedimentis superinductis ad effectum perducere non possunt. Quandoque vero stulte consiliata non solum impediuntur in opere, sed etiam eorum mens obscuratur, ne in consiliando possint discernere meliora: unde subdit: *Per diem incurrit tenebras;* scilicet, in re manifesta omnino quid faciat nesciunt: et quasi in nocte sic palpabunt in meridie; idest, in iis quae nullo modo sunt dubia, sic dubitant, sicut in rebus obscuris. Et quod haec ex divina providentia pravideantur, subjungit utilitatem ex praemissis provenientem: dum enim malignorum astutia impeditur, pauperes ab eorum deceptionibus liberantur; et hoc est quod subdit: *Porro saluum faciet egenum a gladio oris eorum:* quia enim sunt astuti in malo, et blandis verbis et fletis alios seducere

solent : quæ quidem verba in nocendo gladio comparantur, secundum illud Psal. lvi, 5 : *Lingua eorum gladius acutus.* Cum vero operationes malorum potentum impidiuntur a Deo, manifestum est etiam quod pauperes salvantur : unde sequitur : *Et de manu violenti pauperem.* Et ex hoc duo sequuntur. Quorum unum est, quod homines, qui ex se ipsis impotentes sunt,

de divina potentia confidunt, tamquam Deo de rebus humanis curante : unde subdit : *Et erit egeno spes.* Aliud est quod homines potentes et iniqui se ipsis retrahunt, ne ex toto malignantur : unde sequitur : *Iniquitas autem contrahet os suum : ne scilicet se ex toto effundat in perniciem aliorum.*

## LECTIO III

*Beatus homo qui corripitur a Domino. Increpatiōnē Domini ne reprobes : quia ipse vulnerat et medetur ; percutit, et manus ejus sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum. In fane eructe in morte, et in bello de manu gladii. A flagello lingue absconderis, et non timebis calamitatem, cum venerit. In vastitate et fane ridebis, et bestias terrae non formidabis. Sed cum lapidibus regionum pactum tuum ; et bestias terrae pacificae erunt tibi. Et scies quod pacem habeat tabernacula tua, et visitans speciem tuam non peccabis. Et scies, quoniam multiplex erit semen tuum, et progenies tua quasi herba terra. Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur accervos tritici in tempore suo. Ecce hoc ut investigamus ita est : quod auditum mente pertracta.*

Sicut supra dictum est, Eliphaz in superioribus beatum Job et impatientiae arguebat et presumptionis, super hoc quod se assernerat innocentem ; nunc autem ab eo desperationem initum auferre, ex qua verba illa provenire credidit, quibus Job vitam suam fnerat detestatus. Scendum est autem quod providentiam tam circa res naturales quam circa res humanas esse assernerat : hoc accipit tamquam notum, quod omnes adversitates hominibus divino iudicio indicantur ; sed quibusdam ad ultimam condemnationem, qui sunt incorrigibiles ; quibusdam autem ad correctionem, qui per adversitates emendantur, quos asserit esse beatos, dicens : *Beatus homo qui corripitur a Domino.* Si enim correptio ab homine salubris est ; qui tamen perfecte sciens non potest mensuram et modum, secundum quod possit esse salubris corruptio, nec est omnipotens, ad mala scilicet removenda, et ad bona tribuenda : multo magis reputari

debet salubris et felix Dei omnipotentis et omnia scientis correptio : ex qua sententia ad propositionem concludit dicens : *Increpatiōnē Domini ne reprobes : quasi dicat : Licer hanc adversitatem patiaris a Deo propter tua peccata, tamen debes existimare quod hoc sit quasi quedam Domini increpatio ad te corrigendum : unde non debes hanc adversitatem intantum reprobare, quod propter hoc vitam tuam habeas odiosum. Et predictorum causam subjungit, dicens : Quia ipse vulnerat, scilicet graviori adversitate, et medetur ; auferendo mala et restituendo bona ; percutit, idest leviori adversitate, et manus ejus, idest operationes ipsius, sanabunt, idest liberabunt. Non enim Eliphaz eum qui corripitur a Deo beatum asseruit propter futuram vitam quam non credebat, sed propter præsentem, in qua post correptionem homo ex supradictis a Deo obtinebat immunitatem a malis et abundantiam bonorum : unde consequenter subjungit de immunitate a malis, dicens : *In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum : quia enim septenario diernum omne tempus agitur, solet septenario numero universitas designari : ut sit sensus, quod ei qui a Domino corripitur, post emendationem nulla nocebit adversitas. Et quia secundum ejus sententiam, quanto aliquis magis fuerit purgatus a culpa, tanto minus adversitatem patitur in hoc mundo, ideo dicit : In septima non tanget te malum : quasi ante emendationem homo ab adver-**

sitate non liberetur : cum autem incipit liberari, ab ea tangitur, sed non opprimitur, Deo liberante ; post perfectam autem liberationem omnino non tangitur : quod quidem verum est quantum ad mentem, quae dum finem suum in rebus mundanis constituit, adversitatibus mundanis opprimitur ; cum autem ab eis animum suum revocans, amare Deum cooperit, tristatur quidem in adversitatibus, sed non opprimitur, quia spem suam non habet in mundo : cum autem totaliter mundum contempserit, tunc eam adversitates mundanae vix tangunt. Non est autem haec sententia vera quantum ad corpus, sicut Eliphaz eam intelloxit ; cum perfectissimi viri interdum gravissimas adversitates patiantur, secundum illud Psalm. xliii, 22 : *Propter te mortificamur tota die* : quod a Apostolo inducitur.

Et quia septem tribulationes tetigerat, eas subsequenter enumerat. Est autem prima adversitas contra vitam corporalem ejus qui patitur sublationem necessarium ; et quantum ad hoc dicit : *In fame eruet te de morte* ; quasi dicat : Patieris quidem famem utpote increpatuſ a domino ; sed ex hoc non pervenies ad mortem, Deo te liberante ; et haec est prima tribulatio. Quandoque vero anſertur vita corporis per violentiam alienus infereuntis nocumentum ; et quantum ad hoc dicit : *Et in bello de manu*, idest potestate, *gladii* ; quasi dicat : Superveniet tibi bellum, sed in potestate gladii non deduceris ; et haec est secunda tribulatio. Anſertur autem et vita corporalis per mortem naturalem ; sed haec inter tribulationes non computatur, cum natura hominis hoc requirat. Quandoque autem spirituale periculum est contra famam hominum, qua pertinet ad vitam civilem ; et quantum ad hoc dicit : *A flagello lingua absconderis*. Dicitur autem flagellum lingua detractio graviter infamantis, a quo tunc homo absconditur, quando facta sua, de quibus possit infamari, latent detrahentem ; et haec est tertia tribulatio. Quandoque autem est adversitas ex aliquo periculo generali, quod quidem imminet vel personis, vel rebus : personis quidem, utpote quando aliqui patriæ exercitus hostium supervenit, per quem etiam contrahitur vel mors vel

captivatio ; et quantum ad hoc dicit : *Et non timebis calamitatem, cum ceperit* ; quasi dicat : In imminente calamitate ab hostibus tuae patriæ, tu non timebis ; et haec est quarta tribulatio. Rebus autem imminet commune periculum vel per sterilitatem terræ, quod est tempore famis, vel per aliquam devastationem fructuum ab hostibus ; et quantum ad huc duo dicit : *In fame et vastitate ridebis* ; idest abundantiam habebis, qua erit tibi materna gaudii ; et sic tangit quintam et sextam tribulationem. Quandoque autem est adversitas ab impugnatione brutorum animalium, sive in communi, sive in particuliari ; et quantum ad hoc dicit : *Bestias terræ non formidabis* ; et haec videtur esse septima tribulatio, in qua non tangit malum.

Post immunitatem autem a malis potuit abundantiam in bonis : et primo quantum ad fertilitatem terrarum, dicens : *Sed cum lapidibus regionum pactum tuum* ; quasi dicat : Et etiam terræ lapidosæ et steriles tibi afferent fructum, secundum illud Deut. xxxii, 13 : *Ut sugeret mel de petra*. Secundo quantum ad petram animalia bruta ; et quantum ad hoc dicit : *Et bestiæ terræ erunt tibi pacifice* ; idest, non te offendent. Possent et haec duo aliter exponi : ut scilicet per lapides intelligentur homines duri et rudes, per bestias homines crudeles. Tertio quantum ad homines domesticos, cum dicit : *Et scies quod pacem habeat tabernaculum tuum* ; idest, familia tua pacem habebit ad invicem. Quarto speciat quantum ad uxorem ; et quantum ad hoc dicit : *Et visitans speciem tuam non peccabis* ; quasi dicat : habebis uxorem honestam et pacificam, cum qua conversari poteris sine peccato. Quinto quantum ad filios, unde dicit : *Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, et progenies tua quasi herba terræ* ; idest, habebis multos filios et nepotes. Sexto quantum ad pacificam et quietam mortem ; et quantum ad hoc dicit : *Ingredieris in abundantia sepulcrum* ; quasi dicat, in bona prosperitate, non spoliatus rebus suis : *Sicut infertur acervus tritici in tempore suo* ; quasi non preventus intempestiva et subita morte. Ultimo quidem approbat ea quæ supra

dixerat, dicens : *Ecce hoc ut investigavimus ita est.* Et quia existimabat Job ita esse tristitia absorptum quod talia non multum cogitaret, eum reddidit attentum dicens : *Quod auditum mente pertracta.*

## C A P U T   S E X T U M

## LECTIO I

Respondens autem Job dixit : Utinam appendenter peccata mea quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statera. Quasi arena maris haec gravior appareret : unde et verba mea dolore sunt plena : quia sagittae Domini in me sunt, quarum indignatio ebilit spiritum meum ; et terrores Domini militant contra me. Numquid rugiet onager cum haberet herbam ; aut rugiet bos cum ante præsepe plenum steterit ? Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum ; aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem ? Anima enim esurient etiam amara dulcis esse videntur. Quæ prius nolent tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt. Quis det ut veniam petatio mea ; et quod exspecto tribuat mihi Deus ; et qui eripit, ipse me conterat ; solvat manum suam, et succidat me ? Et haec mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non pareat ; nec contradicam sermonibus Sancti. Que est enim fortitudo mea, ut sustineam, aut quis finis meus, ut patienter agam ? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea vnea est.

Sicut ex superioribus patet, Eliphaz in lamento Job tria notaverat : desperationem quidem, qua videbatur apparere propter odium praesentis vitæ ; impatienciam autem, sive immoderatam tristitiam, propter suspiria et gemitus quos se pati dicebat ; presumptionem vero, quia se innocentem assererat : et circa haec tria totus superior Eliphaz sermo versatur ; in quo ad ostendendum Job peccato fuisse subiectum, et ideo adversa tolerasse, proposuit inter cetera fragilitatem conditionis humanae, ex qua nullus potest se presumere immunem esse a peccato. Hinc ergo Job sumit suæ responsionis initium : certum est enim quod ex fragilitate conditionis humanae nullus homo est immunis a peccato quantumcumque justus

appareat : sed tamen in viris justis non sunt peccata gravia et mortalia, sed sunt in eis peccata levia et venialia, quæ ex negligientia et surreptione proveniunt. Si autem hoc esset verum quod Eliphaz asserere nitebatur, quod propriae penæ peccatorum essent adversitates praesentis vite, homines patarentur, et propter gravia peccata graves, et propter levia leves ; et sic viri justi nunquam gravibus adversitatibus subjacerent : quod patet esse falsum. Hanc ergo rationem Job contra disputationem Eliphaz proponit : unde dicitur : *Respondens autem Job dixit : Utinam appendenter peccata mea, quibus iram merui ;* quasi dicat : Dicere non possum, in me nulla esse peccata ; confido tamen in me non esse mortalita, sed venialia : si ergo pro peccatis hujusmodi iram, idest pornam, a Deo merui, debuisset saltem in statera justitia appendi calamitas et peccatum, ut secundum aquitatem unum alteri responderet. Sed adversitas apparet multo major ipso peccato : et hoc est quod subdit : *Quasi arena maris,* idest incomparabiliter, *haec,* scilicet calamitas, *gravior appareret.* Si sententia Eliphaz esset vera, quod adversitates in hoc mundo infliguntur solum secundum peccata, pro gravibus peccatis haeretici graves penas sustinerent ; sed haec sua sententia non est vera, cum apparet multis sceleratos, quorum peccatis peccata Job comparata quasi nulla erant, quasdam leves adversitates susti-

nere. Ex hoc autem ultius procebat ad excusandum se a tristitia quam verbis expresserat, dicens : *Unde et verba mea plena dolore sunt.* Quasi concludendo interficit, quia dolor ex adversitatibus magnitudine causabatur. Causam autem doloris subiungit duplum : causat enim dolor interdum ex iis que aliquis jam perpessus est : interdum vero ex iis que pati timet. Primo ergo assignat causam sui doloris ex iis que perpessus fuerat, dicens : *Quia sagitta Domini in me sunt.* In quo ostendit ex improviso se fuisse afflictum. Nam sagitta ex remotis et ex improviso venit ; et ut ostendat percussione magnitudinem subiungit : *Quarum indignatio ebibit spiritum meum* ; id est me respirare non permisit ; sed totaliter quidquid in me virium, aut consolacionis esse poterat sustulit. Deinde ostendit causam doloris ex iis que pati timebat, dicens : *Et terrores Dei militant contra me.* Solent enim afflicti ex spe melioris status consolari : sed cum post afflictionem aliquis iterum similia vel majora timet, nulla videtur esse consolatio residua. Posset autem aliquis dicere : Causam quidem doloris habes ; sed ex ea in verba doloris prorumpere non deberes. Contra quae respondet Job ex iis que in aliis animalibus invenimus : homo enim aliis animalibus similis est in natura sensitiva : unde eaque naturam sensitivam sequuntur, adsunt homini, sicut et aliis animalibus : quod autem naturale est, non potest totaliter vitari. Invenitur autem in aliis animalibus, quod afflictionem cordis ore exprimant : et hoc significat dicens : *Nunquid rugiet onager, cum habuerit herbam; aut mugiet bos, cum ante praeseppe plenum steterit?* quasi dicat : non. Rugit autem onager, et mugit bos, cum necessario vietu caruerint : in quo apparet naturale esse animalibus quod interiorum afflictionem exprimant voce. Rursus aliquis dicere posset naturale esse quod dolor concephus voce exprimatur ; sed ad sapientem non pertinere quod ex quibusdam causis tristitiam corde concipiatur, ut Stoici posuerunt. Sed hoc ostendit Job esse contra naturam sensitivam.

Nam sensus non potest non refugere id quod est nocivum vel inconveniens : et ideo dicit : *Aut poterit comedи insulsam, quod non est sale conditum?* quasi dicat : non : quia videt, quod hujusmodi insipida non convenienter ad delectationem gustus : et similiiter ea que non sunt delectabilia, non potest cor hominis libenter acceptare, et multo minus illa que sunt amara et noxia : unde subdit : *Aut potest aliquis gustare quod gustatum affert mortem?* quasi dicat : non. Et sicut hoc est impossibile in sensu exteriori, ita impossibile est quod ea que per sensus exteiiores apprehendentur ut noxia, sine tristitia recipiantur : sed quia sapiens, licet tristitiam patiatur, ejus tamen ratio a tristitia non absorbetur, sic Job<sup>1</sup>, licet tristitiam pateretur, tamen ei maxima inerat sollicitudo et timor, ut se contra tristitiam tueretur, ne per tristitiam duceretur in aliquod vitiiosum : quod ut vitarel, praeciptabat mortem, et ad hoc exprimentum dicit : *Quae prius tangere solebat anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt;* quasi dicat : Ea quae prius anima mea abhorrebat, nunc delectabiliter appetit ; et quae sint ista, ostendit, dicens : *Quis del ut veniat petitio mea?* et ut hanc petitionem non ore teneat tantum, sed etiam ex intimo corde proponere ostendatur, subdicens : *Et quod expecto, tribuat mihi Deus?* Et quae sit ista petitio ostendit, subdicens : *Et qui caput, scilicet me affligere, ipse me conterat, per mortem;* et hoc est quod subdit : *Solvat manum suam, et succidal me.* Manum Dei dicit potentiam divinam, qua ipsum Dens afflixerat : quae quidem manus quodammodo ligata videtur divina voluntate, dum per misericordiam affligere desistit ; solvit autem quodammodo, dum ad finem occisionis percussio divina perducitur. Et quia dixerat, ea quae prius tangere solebat, nunc cibos suos esse, ostendit quomodo hoc sit intelligendum : quia scilicet mors que sibi fuerat horribilis, nunc effecta est dulcis : unde subdit : *Et hoc mihi sit consolatio, ut offigens me dolore, scilicet Deus, non parcat;* id est non retrahat manum suam, sed me

<sup>1</sup> Al. : « sicut Job, qui. »

ad mortem perducat : et quare hoc optet, ostendit per id quod subdit : *Nec contradicam sermonibus Sancti, idest Dei ; hoc est, ejus iudiciis sanctis, quibus me affixit : timebat enim Job, ne per afflictiones multas ad impatientiam deduceretur, ita quod ratio tristitiam reprimere non posset. Impatientia autem ratio est, cum ratio aliquius adeo a tristitia deducitur quod diviniis iudicis contradicat : si vero aliquis tristitiam quidem patiatur secundum sensualem<sup>1</sup> partem, sed<sup>2</sup> ratio divinae voluntatis se conformet, non est impatientiae defectus : et sic falso Eliphaz arguerat Job, ubi dixerat : *Nunc autem venit super te plaga, et defecisti.* Licet enim tristaretur, non tamen defecerat. Deinde assignat rationem de propria fragilitate, quare timebat ne ad hoc perduceretur ut contradiceret sermonibus Sancti ; hujusmodi enim timor ex duplice causa posset tolli : primo quidem, si tanta esset sibi rationis fortitudo ut nullo modo superari posset, sicut est in illis in quibus est liberum arbitrium per gratiam confirmatum : sed hanc fortitudinem in se non sentiebat ; unde dicit : *Quae est enim fortitudo mea, ut sustineam?* scilicet tot tribulationes. Secundo, si tribula-*

tiones et tristitias aliquo brevi tempore tolerare oportet : et ideo hoc ad removendum, adjungit : *Aut quis fruis meus, ut patienter agam?* quasi dicat : Quis terminus tribulationibus meis positus est, ut usque ad illum expectans, possim presumere me patientiam servaturum ? Et ad horum expositionem subiungit, dicens : *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea;* fortitudo enim lapidis sine sensu est, fortitudo autem hominis est cum sensu eorum que noxia sunt; propter quod subdit : *Nec caro mea xnea esse;* id est sine sensu : quia quantumcumque ratio mortalis hominis fortis sit, necesse est quod ex parte carnis experiatur sensum doloris; et per hoc excluditur increpatio Eliphaz, qui tristitia beatum Job arguebat. Etsi enim inesset beato Job fortitudo mentis, aderat tamen ex parte carnis sensus doloris, quem tristitia sequebatur. Similiter etiam per hoc confutatur opinio Stoicorum, dicentium sapientem non tristari : enjus opinionis Eliphaz fuisse videbatur. Beatus autem Job hoc defendere intendit, quod sapiens tristatur quidem, sed ad hoc studet per rationem ut ad inconveniens non dedicatur : quod etiam Peripateticci posnerunt.

## LECTIO II

**E**cce non est auxilium mihi in me ; et necessarii quoque mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit. Fratres mei praterierunt me, sicut torrens qui rapido transit in convallis. Qui timent proximum, irnent super eos nimis. Temporibus qui fuerint dissipati, peribunt ; et si incaluerint, solventur de loco suo. Involuti sunt semite grossum eorum : ambulabunt in vacuum et peribunt. Considerate semites Themam, itinera Saba ; et expectate paulisper. Confusi sunt, quia speravi. Venerant quoque usque ad me, et pudore coeperti sunt. Num venistis, et modo videntes plagam meam timetis. Numquid dixi : Afferite mihi, et de substantia vestra donate mihi ? Vel, liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me ? Docete me, et ego tacito ; et si quid forte ignoravi, instruite me. Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum e vobis nullus sit qui possit arguere me ? Ad increpandum tantum eloqui concinnatis, et in ventum verba profertis. Super papillum irritis : et subvertere intumis-

amicum vestrum. Veruntamen quod copistis, explete. Praebete aureum, et videte an mentiar. Respondeite, obseruo, absque contentione ; et loquentes id quod justum est, judicate. Et non inventu in lingua mea iniuriam, nec in fauibus meis studiū personabit.

Ostenderat Job in praecedentibus, se rationabiliter dolorem sensisse, et verba doloris protulisse, sed dolore non esse absorptum propter ea que passus erat. Sed quia interdum homo, licet aliqua adversa patiatur, ita se suo et alieno auxilio et solatio contra adversa tutetur, ut vel parvum vel nullum inde dolorem concipiatur ; vult ostendere beatus Job se hujusmodi remedii esse destitutum, ut ex hoc ap-

<sup>1</sup> Al. : « rationalem. »

<sup>2</sup> Al. : « si. »

pareat evidentius, se rationabiliter verba doloris protulisse. Et primo quidem ostendit se predictis remedii destitutum esse ex parte sua, cum dicit : *Ecce non est auxilium mihi in me.* Etsi enim bona ejus aliqualiter direpta fuissent, posset hoc absque tristitia tolerare, si se posset adjuvare ad recuperandum bona amissa, et ad vindicandum injuriam illatam ; sed hoc non poterat, omnibus divitis, filiis, et proprii corporis sanitate destitutus. Rursus multa per nos ipsos non possumus, quae possumus per amicos ; et ideo Job secundo ostendit se etiam auxilio amicorum destitutum esse cum dicit : *Necessarii quoque mei*, idest familiares et domestici, *recesserunt a me* : et quod hoc non sine culpa illorum sit, ostendit, subdens : *Qui tollit ab amico suo misericordiam*, scilicet in tempore miseriae, *timorem Domini derelinquit*, idest reverentiam quam debet habere ad Deum, propter quem, et in quo proximus diligendus est : *Qui non diligit fratrem suum quem videt*, Deum quem non videt quomodo potest diligere ? ut dicitur Joan. Epistol. 1, capitul. iv, 20. Deinde ostendit, se etiam a consanguineis esse derelictum, dicens : *Fratres mei*, idest consanguinei mei, *præterierunt me*. Loquitur ad similitudinem simul in via incedentium, ac si nro cädente in foveam, alii nihilominus præcedant, eo dimisso. Et quidem aliqualiter excusabiles essent, si postquam aliquo tempore auxilium tulissent, dimisissent, vel propter tardum, vel propter desperationem adjuvandi. Et ideo, ut inexcessibiles sint, ostendit se statim et subito ab eis esse desertum ; quod significat, cum subdit : *Sicut torrens qui raptim transit in convallis*, qui velocissime movetur. Et ne hoc se impune fecisse credant, subjugit : *Qui timet pruinam, irruet super eum nix* ; quasi dicat : Qui propter timorem minioris periculi, a justitia et misericordia discedit, in majora pericula deducetur : mnde et fratres Job qui cum præterierunt, compati nolentes, ipsi tristitiam in propriis personis suis sustinebunt ; et quod eorum pericula futura sint sine remedio, ostendit, subdens : *Tempore quo fuerint dissipati*, idest tempore quo incurrent aliqua pericula, *perirent*,

scilicet totaliter ; *et ut incaluerint solventur de loco suo*. Loquitur sub metaphora nivis de qua fecerat mentionem ; quæ cum multum firmata fuerit per congelationem, non statim a propria solis calfactione dissolvitur ; sed cum non est congelata, statim ad radium solis dissolvitur et fluit. Hoc est ergo quod dicit : *Ut incaluerint solventur de loco suo* ; idest, statim ad primum impetum adversitatis, quasi ejusdem caloris, tota eorum prosperitas dissolvetur. Unde dicit : *Involutæ sunt semita gressuum eorum*. Illud enim quod involvit, in se ipsum quadam tortuositate reddit. Illorum quidem semita involutæ sunt, qui in consanguineis et amicis nihil nisi propriam utilitatem quarunt : propter hoc, in tempore prosperitatis amicitiam simulant, sed in tempore adversitatis derelinquent. Sed homines qui fraudulenter propriam utilitatem querunt, plerumque a sua spe deficiunt ; et ideo subdit : *Ambulabunt in vacuum* : tunc enim aliqui in vacuum ambulare dicuntur, quando a fine ambulationis deficiunt ; et non solum eorum spes evacuabitur, sed etiam contrarium eis accidet : undo sequitur : *Et peribunt* ; idest totaliter destruentur. Sic ergo, cum Job neque in seipso nec in domesticis nec in consanguineis auxilium haberet, non immerito doloris verba protulerat. Consequenter ostendit, quod nec in aliis amicis : unde dicit : *Considerate semitas Themam, itinera Saba* ; in quibus regionibus maxime videbatur habuisse amicos : nam et Eliphaz de Themam venerat, et expectate paulisper, considerantes scilicet, utrum aliqui per has vias veniant, ad auxilium mihi ferendum ; et hoc non videbitis, quia confusi sunt, scilicet veniro ad me, *qua speravi*, idest, quia tempus erat in quo ab eis auxilium sperare debebam : homines enim qui auxiliari nolunt, confunduntur visitare illos a quibus existimant sibi rationabiliter posse peti auxilium ; venerunt quoque aliqui, qui scilicet non mihi dederunt auxilium, cum cognoscerent se debere ; nec est mirum de aliis, cum etiam vos, qui sapientiores videamini, in hoc deliciatis. Unde subdit : *Nunc venistis, et modo videntes plagam meam timetis* ; ne forte scilicet

oporteat vos mihi auxilium ferre. Sed non timeatis, quia in nullo auxilio vestrum requisivi, nec require a vobis ut subveniatis mihi in denariis. Hoc est quod dicit : *Numquid dixi : Afferte mihi, et de substantia vestra donare mihi?* Nec petii a vobis auxilium in bello contra hostes ; et hoc est quod subdit : *Liberate me de manu hostis, et de manu robustorum eruite me.* Nec petii a vobis auxilium doctrinæ ; et hoc est quod dicit : *Numquid dixi : Docete me ?* scilicet in speenlativis, et ego tacebo ; et si quid forte ignoravi, instruite me, scilicet in agendis. Nec solum vos mihi auxilium non prebetis : sed etiam quantum in vobis est, me verbis affligitis : et hoc est quod subdit : *Quare detrahistis sermonibus veritatis ?* quos scilicet primo protuli in mea lamentatione, quam Eliphaz reprehendere visus est, ut dictum est. Et ut haec detractio inexcusabilis ostendatur, excludit omnia illa quibus aliquis reprehensor a defractione potest excusari: *Quorum primum est, cum aliquis majoris auctoritatis alium proculpa reprehendit : et hoc excludit, dicens : Cum in vobis nullus sit qui possit arguere me.* Secundum est, cum aliquis contra aliquem verba dura profert ad ejus utilitatem, et non ad ipsum exacerbandum ; et hoc est quod subdit : *Ad increpandum tantum, et non ad utilitatem, eloquia concinnatis,* idest studiose componitis, ut nou videantur leviter esse dicta. Tertium est, cum aliquis verba quæ profert contra aliquem efficacibus rationibus immittit ; et hoc removet, dicens : *Et inventum verba profertis ;* quasi dicat : Verba vestra inania sunt, nullum robur rationis habentia. Quartum est, cum aliquis aliquem reprehendit eo tempore, et in illo statu in quo presumi potest quod non fiat inde deterior, sed melior. Sed si aliquis eo tempore aliquem reprehendere velit, quo consternatus animo, et ad iram dispositus est, videtur non velle correctionem, sed subversionem. Et ideo dicit, *Super pupillum irruitis, et subvertere nimini amicos vestrum.* Scipsum pupillum nominat, quia in tristitia positus, omni auxilio destitutus erat : et ne quis putaret quod hoc diceret timens contendere cum eis, quasi de veritate sue sententie et justitiae sue cause non praesumere, subiungit : *Veruntamen quod carpistis, explete ;* ut scilicet ex mutua dispositione veritas elucescat : unde subdit : *Præbete aurem, idest, anscultate, et videte, idest considerate, an mentiar.* Hoc est enim primum impedimentum veritatis inveniendæ per disputationem, cum aliquis ea quæ ab adversario dicuntur, audire nou vult. Secundum impedimentum est, cum ad auditu clamore et contumeliose respondeat ; et ad hoc removendum dicit : *Respondete, obsecro, absque contritione.* Est enim contentio (ut Ambrosius dicit) «impugnatio veritatis cum confidentia clamoris.» Tertium impedimentum est, cum aliquis in disputatione non intendit ad veritatem, sed ad victoriam et gloriam, ut accidit in disputationibus litigiosis et sophisticis ; et quantum ad hoc dicit : *Et loquentes id quod justum est, judecate ;* ut scilicet concedatis ea quæ vobis videuntur vera, et negatis quæ videntur falsa : et si hoc feceritis, *Non incurietis in lingue mea iniuriam,* scilicet aliquid contra justitiam quæ debetur proximo, nec in fauicibus meis stultitia personabit, scilicet aliquid contra sapientiam, qua recte sentitur de Deo. Intendebat enim circa divina et circa humana, et defendere et probare veritatem.

## CAPUT SEPTIMUM

## LECTIO I

**Militia** est vita hominis super terram, et sicut dies mercenarii dies ejus. Sicut cervus desiderat umbram, et sicut mercenarius prestolatur finem operis sui; sic et ego habui menses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mili. Si dormiero, dicam: Quando consurgam? Et rursum expectabo vesperam; et replebor doloribus usque ad tenebras.

Eliphaz in superioribus volens beatum Job a desperatione removere, ei quamdam terrenam beatitudinem repromiserat, si increpationem Domini non reprobareret. Unde beatus Job postquam tristitiae sua rationabiles causas ostendit, vult ultteriori ostendere praedictam consolacionem. Eliphaz ex repromissione terrena felicitatis esse incongruam. Et primo hoc ostendit ex conditione praesentis vita; postmodum vero id ostendet ex sua propria conditione. Circa conditiones vero praesentis vita, diversa fuit hominum sententia: quidam enim posuerunt in hac vita ultimam felicitatem esse; et hanc sententiam videtur sequi Eliphaz: ibi enim est ultimus finis hominis, ubi expectat finalē retributionem pro bonis aut malis: unde si in hac vita homo remuneratur a Deo pro bene actis, et punitur pro malis, ut Eliphaz videbat asserere, consequens videtur quod in hac vita sit ultimus hominis finis. Haec autem sententiam intendit Job reprobare: et vult ostendere quod praesens vita hominis non habet in se ultimum finem, sed comparatur ad ipsum sicut motus ad quietem et via ad terminum; et ideo comparat eam illis statibus hominum qui tendunt ad aliquem finem, scilicet statui militum, quia militando ad victoriam tendunt; et hoc est quod dicit: *Militia est vita hominis super terram;*

ac si dicat: Vita praesens, quia super terram vivimus, non est sicut status victoriae, sed sicut status militiae. Comparat etiam eam statui mercenariorum; et hoc est quod subdit: *Et sicut mercenarii dies ejus;* scilicet hominis super terram viventis. Comparat antem praesentem vitam his duobus statibus propter duo quae imminent homini in praesenti vita; ut scilicet resistat impedimentis et nocivis, et propter hoc comparavit militiae; et ut operetur utilia ad finem, et propter hoc comparavit mercenario. Ex utroque autem exemplo datur intelligi praesens vita divinae providentiae subdi: nam milites sub duce militant, et mercenarii a patrono operis mercedem expectant. Satis etiam in his duobus exemplis apparel falsitas sententiae quam Eliphaz defendebat. Manifestum est enim quod dux exercitus strenuis militibus non pareit, periculis aut laboribus; sed secundum quod militie ratio exigit, interdum eos et majoribus laboribus, et majoribus periculis expedit; sed post victoriam adeptam magis strenuos plus honorat: sic et paterfamilias melioribus mercenariis majores labores committit, sed in tempore mercedis eis majora munera largitur: unde nec divina providentia hoc habet, ut bonus magis ab adversitatibus et vita praesentis laboribus eximat, sed quod in fine eos magis remuneret. Quia ergo ex his Eliphaz sententia tota subruitur, ad eorum confirmationem Job intendit, et eam efficaci ratione demonstrat. Manifestum est enim quod qualibet res adepto ultimo fine quiescat: unde necesse est quod cum ipsa voluntas humana ultimum finem consecuta fuerit, in illo quiescat, et ul-

terius ad alia desideranda non moveatur; hoc autem contrarium in praesenti vita experimur: nam semper homo quasi non contentus präsentibus, futura desiderat. Unde manifestum est, in hac vita ultimum finem non esse, sed hanc vitam ad alium finem ordinari, sicut ordinatur militia ad victoriam, et dies mercenarii ad mercedem.

Sciendum est autem quod in praesenti vita præsentia non sufficiunt, sed desiderium tendit in futura propter duo, scilicet propter afflictiones præsentis vite, et propter hoc inducit exemplum animalis desiderantis umbram, dicens: *Sicut cervus, ab astu afflictus, desiderat umbram, qua refrigeretur*: et propter defectum perfecti boni et finalis, quod hic non habetur; et ideo ponit exemplum de mercenario, dicens: *Et sicut mercenarius præstolatur finem operis sui*. Perfectum enim bonum est hominis finis. *Sic et ego habui menses vacuos*; idest, reputavi menses præteritos milii vacuos præteriis-

se; ut pote in quibus perfectionem finalem adeptus non eram; et noctes, deputas quieti contra afflictiones, *laboriosas numeravi mihi*; idest, reputavi ac si essent laboriosæ, inquantum in eis retardabar a prosecutione finis. Quomodo autem habuerit menses vacuos et noctes laboriosas, exponit subdens: *Si dormiero*; idest, cum fuerit tempus dormiendi de nocte, dicam: *Quando consurgam?* exoptans diem, *Et rursum, facto die, expectabo vesperam*; sic semper in futurum per desiderium tendens; et hoc quidem est commune omni homini viventi super terram; sed plus et minus hoc sentiunt homines, secundum quod magis aut minus gaudiis aut tristitiis afficiuntur: nam qui in gudio est, minus considerat futurum, plus autem qui in tristitia; et ideo ut hoc desiderium Job in se esse vehemens ostendat, subiungit: *Et replebor doloribus usque ad tenebras*: propter quos dolores præsens tempus si est mihi tedium, futurum magis desidero.

## LECTIO II

*Induta est caro mea putredine; et sordibus pulvris cutis mea aruit, et contracta est. Dies mei velocior transierunt quam a texente tela succiditur; et consumpti sunt absque illa spe. Memento quia ventus est vita mea, et non revertetur oculus mens, ut videat hanc; nec aspiciet me virus hominis. Oculi tui in me, et non subsistam. Sicut consumptus nubes et pertransit; sic qui descendit ad inferos, non ascendit, nec revertetur ultra in dominum suum, neque cognoscet eum amplius locus ejus.*

Ostenderat supra beatus Job, consolationem Eliphaz ex promissione felicitatis in vita terrena<sup>1</sup> fuisse ineptam, ex generali conditione vite hominis super terram; nunc autem intendit ostendere, eandem consolationem ineptam esse ex sua propria conditione; et proponit duo, que impeditunt ipsum expectare prosperitatem super terram: quorum primum est infirmitas corporis quam patiebatur:

homini enim gravi infirmitate detento nil potest contingere quod eum in hac vita faciat esse felicem: et ideo dicit, *Induta est caro mea putredine*; quasi dicit: Undique corpus meum circumdata est putredine, sicut corpus circumdata est vestimento: et quia vulnera in principio curata ad sanitatem pervenient, ostendit vulnera sua esse neglecta: nude dicit: *Et sordibus pulvris*: non enim erat debito modo curata, quia (ad litteram) in sterquilino jacebat, ut supra dictum est. Expectatur autem sanitas vulnerum, etiamsi vulnera sint negligenta, quando natura est fortis; sed in Job etiam vigor naturæ defecrat: unde dicit: *Cutis mea aruit et contracta est*; quia humor naturalis jam consumptus est, vel propter senectutem, vel propter infirmitatem: unde non videtur locus ut

<sup>1</sup> AL.: « aeterna. »

in haec vita ulterius felicitatem expectem. Secundum est, quod plurimum tempus vita sue jam præterierat, unde modicum tempus restabat, nec in eo poterat magnam felicitatem expectare : et proptor hoc dicit : *Dies mei velocius transierunt quam a terente tela succiditur* ; vita enim hominis quantum ad aliquid simile est texture : sicut enim ille qui texit telam, illa filis adjungit, ut ad perfectionem tele perveniat, qua perfecta, eam succidit ; sic ad hoc ut vita hominis perficiatur, dies diebus adduntur ; cum autem fuerit perfecta, totaliter succidetur. Ideo autem ait quod velocius transierunt dies hominis quam tela succidatur, quia in opere tela textor interdum quiescit ; sed tempus vitae hominis absque quiete continuo labitur. Sed posset aliquis dicere quod licet plurimum temporis vita ejus transierit, adhuc tamen possit expectare redditum ad statum vitar præterita : posuerunt enim aliqui quod post mortem transactis plurimis annorum circulis, homo redditurus erat ad eamdem vitam seriem quam prius egerat ; ut puta, quod *Plato* in futuris temporibus lecturus erit *Athenis*, et eadem acturus que prius egit ; et sic homo, licet plurimum temporis vita ejus transierit, posset expectare restitutionem beatitudinis in vita terrena<sup>1</sup> : et ideo ad hoc removendum, subiungit Job : *Et consumpti sunt absque ulla spe, rediundi scilicet ad pristinos dies* : et ad hoc probandum, subiungit ad Dominum loqueus, ad quem ab illo loco, *Militia est vita hominis super terram*, videtur direxisse sermonem, dicens : *Memento quia ventus est vita mea*, idest vento similis : sicut enim ventus pertransit, et ultra non revertitur, ita vita hominis cum pertransierit, non reddit ; et hoc est quod subdit : *Et non revertetur oculus meus ut videat bona*, scilicet terrena vita, quae quondam habui, et nunc amisi ; et sicut cum vita mea præterierit, ego non revertar ut videam bona terrena, sic nec videbor ab oculo terreno : unde sequitur : *Nec aspiciet me visus hominis*. Ponit enim hic duo, ut significet quod non revertetur ad conversationem humanam, quae maxime con-

sistit in videre et videri : nam visus, cum sit subtilior sensum, principatum tenet in vita sensibili. Sed quanvis post mortem ab homini oculo se dixerit non videndum, confitetur tamen se videndum esse ab oculo divino, in hoc quod subdit : *Oculi tui in me*, scilicet erunt. Deo enim mortui conspicui sunt, qui spiritualia intuitur, quia mortui secundum spiritum vivunt, non secundum carnem, quam visus hominis aspicere potest. Posset autem aliquis ex hoc intelligere, quod oculi Dei ita respiciant mortuum, non secundum statum praesentem, sed secundum quod respicit futura, quasi homo mortuus iterum redditurus sit ad vitam quam dimisit ; et ideo ad hoc excludendum subiungit : *Et non subsistam* ; quasi dicat : Sic dico, quod oculi tui in me erunt post mortem, quod tamen ego postmodum iterato non subsistam in statu hujus vitae terrene ; et hoc probat per simile, cum subdit : *Sicut consumuntur nubes, et pertransit* ; *sic qui descendit ad inferos, non ascendet*. Dicuntur autem mortui ad inferos descendere, vel quia secundum animam ante Christi mortem omnes ad infernum descendebant, vel quia secundum carnem sub terra ponuntur. Quantum enim ad praesens pertinet, nihil differt quomodo cumque exponatur : nihil enim aliud vult dicere, nisi quod mortui non redeunt ad vitam præteritam ; et hoc probat in quadam simili probatione sufficienti. Sicut enim Philosophus docet in secundo de Generatione, tam in corporibus corruptibilibus quam in corporibus incorruptibilis, quidam circularis motus appetit : sed haec est differentia, quia in corporibus celestibus secundum circulationem reiteratur idem numero, sicut idem sol numero, qui occidit et reddit ad ortum ; et hoc ideo quia substantia non corrumpitur in tali mutatione, sed solus locus mutatur ; in motu vero generabilium et corruptibilium non reddit idem numero, sed idem specie. Patet enim quod secundum circularem motum solis, nubium circulatio quædam fit in dispositione aeris : nam in hyeme fiunt nubes, et postmodum in aestate consumuntur ;

<sup>1</sup> Al. : « *futura.* »

et iterum redeunte hyeme, redeunt nubes, non tamen cædem numero, sed specie ; quia illæ nubes quæ prius fuerunt, omnino disparuerunt : et similiter est in hominibus : non enim idem homines per generationes redeunt qui prius fuerunt secundum numerum, sed solum secundum speciem. Ex quo patet solutio rationis illorum qui ponebant redditum ad eamdem vitam et ad eosdem actus : credebant enim quod inferiora disponerentur secundum motum corporum coelestium : unde, cum redierit eadem constellatio post plurima temporum spatia, credebant quod rediret et eadem res numero : non est autem necesse quod redeant eadem numero, ut dictum est, sed solum similes secundum speciem. Ponebant autem isti, quod homo mortuus, post certa temporum spatia, non solum rediret ad vitam, sed etiam ad eosdem possessiones et domos quas prius habebat ; et ideo ad hoc excludendum, subjungit : *Nec revertetur ultra ad domum suam.* Ponebant etiam quod eadem opera acturus erat quæ prius egit, et eadem officia et dignitates habi-

turns : unde ad hoc etiam excludendum subjungit : *Nec cognoscet eum amplius locus ejus*; idest, non redibit ulterius ad locum suum : et accipitur hic locus pro statu personæ, illo modo loquendi quo dicere consuevimus : Iste habet magnum locum in ista civitate. Manifestum est autem ex his, quod Job hic resurrectionem quam fides asserit, non negat, sed redditum ad vitam carnalem, quam Judæi ponunt, et alii quidam Philosophi posuerunt. Nec hoc etiam contradicit narrationi Scripturae de hoc quod aliqui sunt resuscitati ad vitam præsentem : quia aliud est quod miraculose agitur, aliud est quod agitur secundum cursum naturalem, prout hic loquitur Job. Considerandum est etiam, quia quod supra dixit, *Memento quia ventus est vita mea*; non ideo dixit quasi in Deum oblivio cadat ; sed loquitur ex hypothesi positionis adversariorum. Si enim Deus repromitteret homini, cuius vita jam quasi præterit, bona in hac vita terrena, videretur quasi oblitus ; quia vita hominis, ad modum venti, sine redditu transit.

## LECTIO III

*Quapropter et ego non parcam ori meo ; loquar in tribulatione spiritus mei ; confabulabor cum amaritudine anime meæ. Numquid mare ego sum, aut cetus, quia circumdedisti me carcere ? Si dixeris : Consolabitur me lectulus meus, et relevabor loquens mecum in strato meo ; terribis me per sonnia, et per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit suspendum anima mea, et mortem ossa mea. Desperavi, nequaquam ultra jam vivam.*

Postquam ostendit Job, consolationem Eliphaz, promittentis prosperitatem terrenam, fuisse incongruum, per rationes ostensivas, nunc idem ostendit deducendo ad inconveniens : quia, si illi consolationi inniteretur quæ ex spe terrena prosperitatis sibi aliquando secundum Eliphaz danda erat, cum ista spes frivola sit et vana, ut ostensum est, sequeretur quod oportet eum adhuc in tristitia remanere, et doloris verba proferre, et penitus desperare ; et ideo quasi contra popu-

lum disputans, concludit : *Quapropter ;* scilicet, vanum est expectare prosperitatem terrenam, ut ostensum est ; et alium de non habetis unde me consolemini : ergo, *et ego*, quasi consolatione destitutus, *non parcam ori meo*, quin loquar verba lamentationis, prout mens suggeret : et hoc est quod subdit : *Loquar in tribulatione spiritus mei*; scilicet, secundum quod tribulatio quam patior, spiritum meum impellit ad loquendum. Nec solum aderat ei tribulatio exterior, sed et tristitia interior exinde concepta ; et ideo subdit : *Confabulabor cum amaritudine anime meæ*; idest, in amaritudine quasi fabulosa verba loquar, secundum quod amaritudine anime meæ mihi ministrabit. Inter retra autem quæ homines amari- cati confabulari solent, præcipue solent inquirere de causis sue amaritudinis,

quia vix est aliquis amaricatus qui videatur sibi vel penitus injuste vel plus justo afflictus esse; et ideo Job gerens personam hominis amaricati, inquirit de causa afflictionis sue, dicens: *Nunquid more sum ego, aut retus, quia circumdedisti me carcere?* Huius notandum est, quia alter providentia divina operatur circa creaturas rationales, et alter circa irrationalibus. In creaturis enim rationalibus inventur meritum et demeritum, propter liberum arbitrium; et propter hoc debentur eis poena et praemia: creature vero irrationalibus, cum non habeant liberum arbitrium, nec merentur nec demerentur poenas et praemia; sed operatur Deus circa eas ad earum ampliationem vel restrictionem, secundum quod competit ad hunc universi. Ex qua quidem provisione seu ratione contingit quod Deus mare coereat, ne totam terram superficiem occupet, ut sit locus animalibus ex terra nascentibus: sic etiam cete infra mare Oceanum coereat, ne si in alia maria deduceretur, aliquibus posset esse etiam nocentium: et ideo inquirit Job, utrum similis causa sit sua afflictionis causae propter quam coaretur mare aut cetera, ut scilicet afflictus sit, non propter aliquod suum detrimentum, sed propter aliquam utilitatem exinde aliis provenientem. Dicit autem se carcere circumdatum, eo quod ita oppressus erat tribulatione, quod ex nulla parte patebat sibi vel liberatio vel consolatio: et ideo consequenter ostendit se privatum esse illis remediis quibus afflitti solent consolari: quorum unum est somnus, nam propter somnum tristitia mitigatur: et hoc notatur, cum dicit: *Si dixeris: Consolabitur me lectulus meus, scilicet tempore dormitionis.* Aliud remedium est cum homines sapientes per deliberationem rationis se ipsos consolantur; et hoc remedium tangit cum dicit: *Relevabor, scilicet ab oppressione tristitiae, loquens tecum, per deliberationem rationis, in strato meo.* Homines enim sapientes quando so-

litarii sunt, et a tumultibus hominum et negotiorum semoti, tunc magis secum loqui possunt, secundum rationem aliquid cogitando. Sed ista remedia cum invare non poterant; quia tempore quo his remediis uti debebat, aderant sibi alia impedimenta, quibus perturbabantur; scilicet somnia terribilia, et visiones horribiles; et hoc est quod subdit: *Terrorib[us] me per somnia, quae scilicet dormienti apparent, et per visiones: quae scilicet apparent vigilanti<sup>2</sup> ab usu exteriorum sensuum alienato, horrore concuties: solent enim nocturna phantasmatata confusio esse diurnis cogitationibus.* Unde quia Job in die moeres cogitabat simibus phantasmatibus perturbabatur in nocte. Infirmitas etiam corporis ad hoc operatur, ut perturbata phantasmatata dormientibus apparent. Sic ergo undique consolatione exclusa, nullus modus mihi remanet tot angustias evadendi nisi per mortem: et ideo praeelegi mortem quantumcumque abjectam, ut vitem tantam miseriam: et hoc est quod dicit: *Quonobrem elegit suspendum anima mea.* Et ne putaretur haec electio ex aliqua infirma cogitatione provenire, aliis fortibus cogitationibus repugnantibus, subjungit, nil esse in se tam forte quod mortem non desideret; et hoc est quod dicit: *Et mortem ossa mea: solet enim per ossa in Scriptura id quod est in homine robustius designari;* et quare hoc eligit, ostendit eum subdit: *Desperavi;* idest, a spe quam mihi dedisti ut iterum fruar prosperitate terrena: et quare desperaverat ostendit subdens: *Nequaquam ultra jam vivam:* in quo duo possunt intelligi, quae supra posuerat: scilicet quod majus tempus vita sue jam praviterat; et quod non erat redditus post mortem ad eamdem vitam, ut scilicet viveat super terram. Hoc ergo inconveniens inferebat, ipse Job ex consolatione Eliphaz, quod scilicet desperatus mortem eligeret, et non haberet unde tristitiam reprimiceret.

<sup>1</sup> Al.: « oppositione. »

<sup>2</sup> Al.: « vigilantibus. »

## LECTIO IV

*Parce mihi, Domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, et subito probas illum. Esquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salvam meam? Peccavi, Quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mibi iniquus gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non auferas iniuriam meam? Ecce nunc in pulvere dormiam; et si mane me quiesciris, non subsistam.*

Postquam ostendit Job, quod consolatio Eliphaz ex promissione felicitatis terrena, inducet eum ad desperationem et desiderium mortis, ostendit quid sibi sperandum relinquatur a Deo, ut scilicet tribulatio illata casset; et hoc est quod dicit: *Parce mihi, Domine, quasi dicas: A spe prosperitatis terrena decidi: hoc mihi sufficit ut parcas, idest flagellare desistas: et quia ad parendum inducere solet parvitas et miseria hominum, subiungit: Nihil enim sunt dies mei; quod videtur referri ad hominis parvitatem et ad vitam brevitatem, et communiter quantum ad omnes, et specialiter quantum ad scipsum, cuius dies jam praeferantur. Utrumque autem consequenter prosecutitur: et primo de parvitate, dicens: Quid est homo, idest quam parvum quidem et infirmum secundum corpus, quia magnificas eum? honore grandi inter ceteras creaturas. Aut quid apponis erga eum cor tuum? cum scilicet speciali cura custodiendo et protegendo. Ubi considerandum est, quod licet omnia subsint divinae providentiae omnia tamen secundum statum suum ordine prosequentes a Deo alter et alter disponuntur. Cum enim omnia particularia bona que sunt in universo, ordinari videantur ad commune bonum universi, sicut pars ad totum, et imperfectum ad perfectum; eo modo aliqua disponuntur secundum divinam providentiam, secundum quod habent ordinem ad universum. Scendum est autem, quod secundum modum quo aliqua participant perpetuitatem, essentialiter ad perfectionem universi spectant; se-*

eundum autem quod a perpetuitate deficiunt, accidentaliter pertinent ad perfectionem universi, et non per se, et ideo secundum quod aliqua perpetua sunt, propter se disponuntur a Deo; secundum autem quod corruptibilia sunt, propter aliud. Quae ergo perpetua sunt et specie et individuo, propter se gubernantur a Deo. Quae autem sunt corruptibilia individuo, perpetua specie tantum, secundum speciem quidem propter se dispensantur a Deo, secundum autem individuum propter speciem tautum; sicut bonum et malum quod accedit in brutis animalibus, utpote quod haec ovis occiditur ab hoc lupo, vel aliquod alius hujusmodi, non dispensatur a Deo propter aliquid meritum vel demeritum in ius lupi vel hujus ovis, sed propter bonum specierum, quia divinitus unicuique speciei ordinatus est proprius cibus; et hoc est quod dicit: *Aut quid apponis erga eum cor tuum?* dum scilicet ei provides propter ejus bonum; non appetit autem in brutis erga singulare cor suum, sed erga bonum speciei, quod potest esse perpetuum. Quo modo autem apponat erga eum cor suum, ostendit, cum subdit: *Visitas eum diluculo;* id est a principio nativitatis, tua providentia administrans ei quae sunt necessaria ad vitam, et magnificationem, tam corporalem quam spiritualem; et *subito probas illum;* per adversa, in quibus apparet qualiter se habeat ad virtutem: quia, sicut habetur Eccli. xxvi, 6: *Vasa signi probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.* Dicitur autem Deus hominem probare, non ut ipse diseat qualis est homo, sed ut alios eum cognoscere faciat, et ut ipsem seipsum cognoscat. Haec autem verba non sunt intelligenda tanquam improbantis divinam circa homines solitudinem; sed tanquam inquirentis et admirantis: id enim quod de homine videtur exterius, parvum quidem est, fragile et caducum. Unde mirum videtur quod Deus tantam solitu-

dinem habeat de homine, nisi aliquid lateret in eo quod esset perpetuitatis capax; et per hanc inquisitionem, et admirationem sententia Eliphaz excluditur: quia si non esset alia vita hominis nisi qua<sup>e</sup> est super terram, non videtur condignus homo tanta Dei sollicitudine circa ipsum. Ipsa ergo sollicitudo quam Deus specialiter habet de homine, demonstrat aliam esse vitam hominis post corporis mortem.

Deinde aliam rationem subiungit, ut sibi pareatur, sumptam ex brevitate vitae, eam sub interrogacione proponens, cum dicit: *Usquequo non parcis mihi?* quasi dicat: Tempus hominis breve est, et temporis vita mea major pars transit: quis ergo terminus expectatur ut mihi parcas, si modo non parcis, ut saltem aliquod breve spatiu[m] habeam, in quo quiescam? Quod significat in hoc quod subdit: *Nec dimittis me, ut glutiam salivam meam?* homines enim dum verba profrent, salivam glutire non possunt: necessarium est ergo in loquendo aliquam modicam pausam fieri, ut saliva vel expuatur, vel glutiatur: cui quidem morula<sup>1</sup> residuum tempus vita sua comparat: ac si dicat: Si parcere differas, non remanebit mihi a laboribus aliqua quies, saltem illi pause similis qua loquentes salivam glutunt. Et hoc etiam procedit ex suppositione sententiae Eliphaz: quia si non sit vita alia hominis nisi qua<sup>e</sup> est hominis<sup>2</sup> super terram, non restat quando Deus pareat, si in hac vita non pareat. Posset autem aliquis dicere, Job indignum esse ut sibi pareatur a Deo, quia peccata sua mercenur eum ulterius affligi, secundum sententiam Eliphaz, qui cum propter peccata flagellari putabat; et ideo subdit: *Peccavi;* quasi dicat: Esto quod peccaverim, et propter hoc merear flagellari: adhuc remanet ratio, quare mihi parcere debeas; et subiungit adhuc tres rationes quare parcere Deus debeat, sumptas ex hominis infirmitate. Quarum prima sumitur ex impotentiis satisfaciendi: homo enim nihil condignum facere potest propriis virtutibus, ad recompensandum offensam quam contra Deum

commisit; et hoc est quod dicit: *Quid faciam tibi, o custos hominum?* quasi dicat: Si tantum solitudinem de hominibus habeas quasi custos eorum, ut de singulis eorum actibus rationem requiras, non suppetunt meae vires ad faciendum aliiquid propter quod peccata mea remittas: unde si hoc expectatur, immquam mihi parceres; et ideo hoc non obstante, mihi parcere debes. Secunda ratio sumitur ex impotenti perseverandi: homo enim post corruptionem humanae naturae perseverare non potest sine gratia Dei: unde et in sacra Scriptura consuetum est dici, quod Deus aliquem inducat, vel excaeat, ex hoc quod gratiam non largitur, per quam emolliat et videat. Secundum ergo hunc modum hic loquitur dicens: *Quare posuisti me contrarium tibi?* idest, quare mihi gratiam non dedisti, per quam in hoc perseverarem, ut mihi contrarius non essem propter peccatum? Quicunque enim peccat, quantum in se est, Deo contrarius est; dum scilicet divinis mandatis repugnat, sive quae sunt in lege scripta tradita, sive natura-litera indita hominis rationi.

Sciendum est autem, quod hominis ratio fortior est inter omnes animas virtutes: cuius signum est, quod aliis imperat, et eis utitur ad suum finem. Contingit tamen quod ratio interdum ad modicum absorbetur per concupiscentiam vel iram, aut alias inferiorum partim, et sic homo peccat; non tamen inferiores vires sic possunt rationem ligatam tenere, quin semper redeat ad suam naturam, qua in spiritualia bona homo tendit, sicut in proprium finem. Sic ergo pugna quadam fit etiam homini ad seipsum, dum synderesis remurmurat rationi, propter hoc quod per concupiscentiam vel iram absorpta peccavit, ex quo ex peccato praeferito inferioribus viribus est addita pronitas: et ideo ad similes actus propter consuetudinem ratio non potest libere uti inferioribus viribus, ut eas scilet ad superiora bona ordinet, et ab inferioribus retrahat; et sic homo, dum fit contrarius Deo per peccatum, fit etiam similitipsi gravis; et hoc est quod sub-

<sup>1</sup> Al. : & horum. \*

<sup>2</sup> Al. deest. : & hominis.

dit : *Et factus sum mihi metipsi gravis?* In quo apparet, quod peccatum statim suam poenam habet : et sic post hanc poenam facilis videtur homini esse pardendum.

Tertia ratio sumitur ex potentia hominis ad purgandum peccatum : homo enim per seipsum in peccatum labitur ; sed solius Dei est peccatum remittere ; et ideo querit Job, si pena mea cessare non debet quamdiu peccatum manet, et tu solus peccatum auferre potes : *Cur non tollis peccatum meum, quod in te Deum, vel in me ipsum commisi?* Et adhuc subditur : *Et quare non auferas iniuriam meam?* si qua est contra proximum commissa.

Considerandum est autem, quod huiusmodi quaestiones Job non facit quasi temerarius divinorum judiciorum inquisitor, sed ad felicitatem destruendam quam adversarii asserere nitebantur, scilicet quod in hac vita tantum essent expectanda a Deo bona vel mala pro factis humanis : quo quidem posito, tota ratio divinorum iudiciorum turbatur, quibus homines in hac vita puniri propter peccata, vel peccata remitti secundum quod eos praordinat ad vitam futuram vel praedestinando vel reprobando. Si autem non esset vita futura, sed tantum praesens, non esset ratio quare Deus differret parcere iis quibus parecere intendit, aut

eos justificare et remunerare ; et ideo Job, ut suam intentionem aperiat, subdit : *Ecce mox in pulvere dormiam :* quia jam in promptu est finis vitae meae, cum moriar resolvendus in pulverem ; et propter incertitudinem mortis, tempus vite non potest expectare. Finitur etiam dies crastinus : et ideo subdit : *Et si mane me quæsieris, non subsistam ;* quasi dicat : Non possum repromittere : mibi tempus vite usque in mane, ne dum longa vita spatia, in quibus expectare possim quod nihil parcas, si alia vita non erit.

Considerandum est autem, quod Job procedit more disputationis, cui a principio sufficit falsam opinionem repellere ; et postmodum aperit quid ipso de veritate sentiat. Notandum est etiam, quod Job in verbis praemissis tres rationes tetigit quare aliquis in hac vita flagellatur a Deo. Prima est, ut cohabeatur ejus malitia, ne aliis possit nocere ; et hanc rationem tetigit cum dicit : *Nunquid male sum ego, aut ceterus, quia circumdedisti me carcere?* Secunda est, ut habeatur homo experientia, ut scilicet virtus ejus manifestetur ; et hanc tetigit, cum dixit : *Visitas eum dileculo, et subito probas illum.* Tertia est in ponam peccatorum ; et hanc tetigit, cum dixit : *Peccavi : quid faciam tibi, o custos hominum?*

## C A P U T      O C T A V U M

### L E C T I O   I

Respondebat Baladad Subites dixit : Usquequo loqueris latia, et spiritus multiplex sermones oris tu? Numquid Deus suppluant iudicium, aut omnipotens subvertit quod justum est? Etiam si filii tui peccaverunt ei, et dimisit eos in manu iniuritatis sue, tu tamen si diligendo conserveris ad Deum et omnipotentem fieris deprecantis, si mundus et rectus incessanter, statim exigebilit ad te, et peccatum redet habitacionum justitiae tuae, in tantum ut si priora tua fuerint parva, et novissima tna multiplicentur nimis.

In superioribus, beatus Job dictis Eliphaz respondit, ejus sententiam efflaciens et profunde evanundo ; sed Baladad Subites in eandem sententiam cum Eliphaz concordans, profunditatem beati Job non comprehendens : et ideo contra responsionem beati Job loquitur, sicut solent homines loqui contra sententias

non intellectas. Homines autem non comprehendentes mentes loquentium, in duabus defere solent : quorum unum est, quia nesciunt quando ille qui loquitur, ad quem propositi pervenerit ; aliud est, quod ordinationem sermonum loquentis capere non possunt ; et hoc in verbis Baldad Suhites manifeste apparet ; dicit enim : *Respondens autem Baldad Suhites dixit : Usquequo loqueris talia ?* Videbatur enim ei quod nimis protractasse set sermonem, non considerans, nec intelligens ad quem finem Job suum sermonem producere volebat. Similiter etiam ordinationem eorum quae Job dixerat, qualiter scilicet adiuvicem compacta erant, non capiebat ; et ideo subdit : *Et spiritus multiplex sermones oris tui ?* Reputabat enim (quia Job multa protulerat, quorum ordinem ipse non capiebat) quod essent verba dissuta, et quasi hominis sine ratione, ex impetu spiritus varia loquentis absque ordine rationis. Et quia, ut dictum est, Baldad intentione Job non comprehendenderat, ejus verba in alia intentione accipiens, ad inconveniens deducere conatur. Volens enim Job superioribus excludere sententiam Eliphaz, ponens, quod adversitates in hoc mundo pro peccatis hominum contingebant, et quod peccatores flagellati a Deo, si convertantur, ad statum prosperitatis reducentur, contra utrumque locutus fuerat. Nam contra primum, ut supra expositum est, dixerat : *Utinam appendenter peccata mea. Contra secundum dixerat : Desperavi, nequaquam ultra jam viram :* et multa hujusmodi, ut ex superioribus patet. Hoc autem dicebat Job, intendens quod pena peccatorum et justitiae primum non sunt expectanda a Deo in hac vita. Baldad autem, qui aliam vitam nesciebat, sic accepit haec verba, ac si Job intenderet dicere, quod Deus peccata non puniri, nec beneficia remunerari ; quod videtur esse divinae justitiae contrarium ; et ideo Baldad proponit dicens : *Nimquid Deus suppluat judicium, et omnipotens subvertit quod justum est ?* Quasi dicat : Hoc sequitur ex his verbis, si homines

in hoc mundo absque peccato puniri, aut ultra mensuram peccati, vel si ad se reversis bona non reddit. Et notandum est, quod justitia duplicitate corruptitur, scilicet per astutiam alienius sapientis, et per violentiam alienius potentis. In Deo autem utrumque est : et perfecta sapientia, et omnipotentia. Nec tamen per sapientiam, quae nomine Dei intelligitur, quasi astute agens supplantat iudicium ; nec per omnipotentiam, quasi violenter subvertit quod justum est. Duo autem erant, quae videbantur impedire Job ne pristina prosperitas ei restitui posset, etiamsi converteretur ad Deum, ut Eliphaz dixerat : quorum unum erat, quia filii quos amiserat mortui erant, nec expectari poterat<sup>1</sup> quod resuscitarentur per suam conversionem ad vitam ; et ideo Baldad dicit : *Etiam si filii tui peccaverunt ei, et dimisit eos in manu iniuritatis sue ;* quasi dicat : Cum tu conversus fueris Deum, ad illa recuperabis quae pro peccatis tuis amisisti ; filii autem tui morte oppressi sunt, non propter peccata tua, sed propter peccata eorum. Unde non est contra sententiam Eliphaz, qua dixerat, quod per conversionem<sup>2</sup> redibis ad prosperitatem, si filii tui, te converso, non resuscitentur. Et notandum est, quod quia iste Baldad penas presentis vita pro peccatis accidere credebat ; ultima autem portiarum praesentium est mors ; tunc homo videtur perfecte pro peccatis punitus, quando usque ad mortem pro peccato perducitur ; et ideo subjungit, et dicit : *Et dimisit eos in manu iniuritatis sue ;* quasi diceret, in potestate peccatorum suorum, ut absque aliquo retinaculo usque ad ultimam penam pro peccatis deducerentur<sup>3</sup>. Aliud autem est, quod redditum ad pristinam prosperitatem impedit videbatur, quod plurimum tempus vite Job jam transierat, et parum restabat, ut ipse supra dixerat : unde non videbatur quod in illo modico tempore sufficienter sibi pristina prosperitas posset restituiri, etiamsi converteretur ad Deum : et ideo Baldad ei promittit possessionem recompensationem fiendam ad tempus,

<sup>1</sup> Al. : « poterant. »

<sup>2</sup> Al. : « conventionem. »

<sup>3</sup> Al. deest : « deducerentur. »

ut scilicet multo majora bona obtineat quam prius habuit, per hoc quod modico tempore ea esset habituens; et ideo Baldad primo describit ei modum debitam conversionis, ad quam tria requiruntur. Quorum primum est ut a peccato celeriter surget; et hoc est quod dicit: *Tu tamen si dilucido, idest tempestive, surrexeris ad Deum, relictis peccatis, secundum illud Eccli. v, 8: Ne tardes converti ad Dominum.* Secundum est ut homo pro peccatis satisfaciat; et quantum ad hoc dicit: *Et omnipotentem fures deprecatus: inter satisfactionum enim opera, quasi precipuum videtur esse oratio.* Tertium est ut homo perseveret, cavens sibi a recidivo peccati; et ideo dicit: *Si mundus et rectus incesseris, scilicet cavens tibi ab inmunditiis carnis et ab injustitiis quibus laeditur proximus.* Sic autem perfecta conversione descripta,

subjungit promissionem prosperitatis, dieus: *Statim evigilabit ad te, scilicet Deus: etenim quasi dormire videtur, cum justos affligi permittit; evigilare autem, quando eos defendit, secundum illud Ps. xlii, 23: Exurge, quare obdormis Domine?* Et effectum hujus evigilationis subjungit dicens: *Et peccatum reddet habitaculum justitiae tuae;* quasi dicas: *Dominus et familia tua tempore peccati tui, cum erat reproba, fuit perturbata; et tempore justitiae tuae pacem habebit.* Et ne posset conqueri de temporis brevitate, r. promittit excessum prosperitatis, dicens: *In tantum ut si priora tua fuerint parva, scilicet comparatione sequentium et hoc est quod subdit: et novissima tua multiplicentur nimis:* ita quod magnitudo prosperitatis recompensem tibi tempus quo in adversitate fuisti.

## LECTIO II

*Interroga enim generationem pristinam, et diligenter investiga patrum memoriam. Hesterni quippe sumus, et ignoramus, quoniam sicut menses nostri sunt super terram. Ipsi docebant te, loquuntur tibi, et de corde suo proferent eloqua. Numquid vivere potest scripsus absque honore, aut crescere caretum sine aqua? Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic via omnium qui obliviscantur Deum; et spes hypocrite peribit. Non ei placet recordia sua, et sicut tela arcuorum fiducia ejus, huiusmetu super dominum, et non stabit; fulciet eam, et non consurget. Hunc etsi videtur antequam veniat sol; et in ortu suo germen ejus egreditur. Super acervum petrarum radicum radices ejus densabundant, et inter lapides conmoriuntur. Si absorberit eum de loco suo, negabit eam de loco, et dicit: Non novi te. Haec est enim letitia via ejus ut cursum de terra ali geruuentur. Deus non proiecit simplicem, nec porrigit manum malignis: donec impleur risu os tuum, et labia tua jubilo. Qui oderunt te, inducent confusione, et tabernaeculum impiorum non subsistet.*

Baldad Suthites in praecedentibus canendum sententiam cum Eliphaz Themanite defendens, posuerat, homines pro peccato in praesenti vita divinitus punitos, post conversionem ad prosperitatis statutum reddituros: quod quidem placitum probare intendit dupliceiter: primo qui-

dem experimento, secundo ex similitudine: experimentum enim in rebus particularibus maxime efficax est ad probandum, et tanto magis, quando diutius est observatum et infallibiliter inventum. Ea autem quae diuturnitatem temporis requirunt, per antiquorum memorias maxime probantur: et ideo ad propositi probationem, recurrit ad antiquorum memorias; quantum ad antiquos cum dicit: *Interroga enim generationem pristinam; et quantum ad immediate praecedentes, cum dicit: Et diligenter investiga patrum memoriam, idest ea qua patres tui in memoria habent. Interrogatio autem generationis pristine, est considerare antiquorum gestorum scripta, et ea que de antiquis per famam feruntur. Et quia de rebus antiquis multa fabulose scribuntur et narrantur; ne ex hoc aliquis se falli reputet, remittit ad patres, qui narrare possunt ea quae videntur. Necessitatem autem hujus investigationis ostendit subdeus: Hesterni quippe sumus, quasi herinati, et ignoramus, scilicet haec antiqua;*

et hoc quidem dicit ad ostendendum vitia nostræ brevitatem : unde subdit : *Quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram* : umbra enim cito transit ; statim scilicet dum removetur obstaculum hucis, et dum corpus movetur a quo fit umbra, prior umbra transit, et alia succedit : sic etiam dies hominis sunt in continuo transitu, dum alii aliis succedunt. Quid autem ex precedenti investigatione utilitatis subsequatur, ostendit subdens : *Ipsi enim pristini, scilicet patres interrogati, docebant te*, scilicet veritatem super præmissis, vel verbis patrum, vel scriptis et forma antiquorum : et de corde suo proficerent eloquia : quod subdit, ad ostendendam veritatem hujus doctrine ; quasi dicat : Non aliud docebunt quam quod corde senserunt, quia nulla inest causa eis decipiendi. Deinde indicit similitudinem ad propositi probationem ex rebus corporalibus sumptam ; et ponit exemplum de duobus ex terra nascentibus, quorum unum ad sui conservationem exigit humorē in terra, scilicet seirpus, idest juncus : unde dicit : *Nunquid potest seirpus absque humore vivere?* Aliud autem requirit loca aquosa, ut sunt herbae latæ, et in summitate acutæ, quæ non crescunt nisi in locis aquosæ : unde subdit : *Aut crescere carectum sine aqua?* dicitur enim carectum locus in quo hujusmodi herbae crescunt. Et quod seirpus humorē requirat, et carectum aquam, ostendit, quia per solam subtractionem humoris aut aquæ, faciliter desiccantur, nulla alia causa desiccationis existente. Est autem duplex causa in aliis ex terra nascentibus desiccationis : una est naturalis, quæ est propter antiquitatem ; altera autem est violenta, quæ est quando evelluntur : ultraquam autem causa cessante, seirpus et carectum arescunt ex sola subtractione humoris et aquæ ; et hoc est quod subdit : *Cum adhuc sit in flore* ; idest, cum adhuc sit in sua virtute et suo vigore, per quod excluditur temporis antiquitas : *ne occupatur manu*, per quod excluditur violentia ; *ante omnes herbas arescit*, idest præ omnibus aliis herbis facilius. Illoc autem aptat ad propositum. Ubi considerandum est, quod iste Baldad adhæsionem hominis ad Deum

hoc modo intellexit esse causam prosperitatis mundanae, sicut humor est causa viriditatis herbæ ; et hoc ideo, quia bonum hominis existimabat esse prosperitatem terrenum ; bonum autem hominis manifestum est esse ex hoc quod homo Deo inhæret ; et ideo eredit quod ex quo Deo non in hæret, ejus prosperitas terrena deficiat : et quidem verum est de felicitate spirituali, quæ est verum hominis bonum, non autem de prosperitate terrena, quæ inter minima bona computatur, utpote "organice deserviens" <sup>ad</sup> veram hominis felicitatem ; et ideo subdit : *Sic vias omnium qui obliviscuntur Deum* ; et spes hypocrita peribit. Ubi considerandum est, quod duobus supra positis duo hic correspondentia subdit : carectum enim manifestam aquam requirit ad sui viriditatem, et per ejus subtractionem arescit ; seirpus autem requirit aquam in terra occultam, et per ejus defectum siccatur. Sic et aliqui sunt qui secundum ejus sententiam pereunt per hoc quod eis subtractione in maifesto adhæsio ad Deum, scilicet quia opera manifeste agunt Deo contraria ; quos significat per eos qui obliviscuntur Deum : qui enim manifeste mala agunt, nec formidant, omnino Dei reverentiam postponere videntur, ut etiam cum in memoria non habeant. Aliqui autem sunt qui secundum ejus sententiam pereunt propter subtractionem occultæ adhæsionis ad Deum ; et hi sunt hypocrita qui exterius pretendunt ac si Deo inhærent, sed cor eorum est ad terrena ; et ideo de hypocrita loquens nominavit spem, sed de obliscentibus Deum, nominavit vias, idest operationes, quia eorum opera sunt aversa a Deo. Quomodo autem spes hypocrita pereat, ostendit cum subdit : *Non ei placebit recordia sua*. Ubi considerandum est, quod hypocrita habet cor vanum, quod est negligens ad spiritualia, ad temporalia vero solicitum : et hoc quidem ei placet, quamdui in temporalibus ei succedit secundum quod sperat ; si autem ei temporalia subtrahantur, tunc necesse est quod ei displaceat, quis circa Deum cor verum et firmum non habuit. Dicit ergo : *Non ei placebit recordia sua* ; idest adversitate

veniente, displicebit ei quod ad Deum cor  
rectum non habuit; et solicitudo ejus  
quam circa temporalia habuit; omni-  
no deficit; et hoc est quod subdit:  
*Et sicut tela aranearum fiducia ejus;*  
idest, ea in quibus confidebat, de facili  
frangentur, sicut aranearum tela: confi-  
debat enim non in divino auxilio, sed in  
fortitudine domus sua; idest in abundan-  
tia divitiarum, multitudine consanguineo-  
rum, et aliis hujusmodi. Sed haec ei de  
facili deficient: unde sequitur: *Inheritetur*  
*super dominum suam;* idest, fiduciam ha-  
bebit stabilitatis, in prosperitate dominus  
sua; et tamen *non stabit*, quia cum de-  
fecerit ei divinum auxilium, ruet. Con-  
tingit autem quod aliquis in futurum ad-  
versa prospiciens, aliqua adminicula sibi  
et domui sue contra adversa parat; sed  
et hoc ei non valebit: sequitur enim:  
*Fulciet eam,* aliquibus scilicet remediis  
contra adversa, sicut domui quæ mina-  
tur ruinam, fulementa aliqua adhiben-  
tur; et tamen *non consurget*, vel ipse vel  
domus sua, ad prosperitatis statum. Ad  
hanc autem sententiam quam de fragili-  
tate fiduciae dixerat, premissam similitu-  
dinem de scirpo adaptat: ex duobus enim  
de scirpo fiducia haberi videtur. Primo  
quidem ex propria viriditatem, quæ tamen  
adveniente sole, et deficiente terre hu-  
more, cito deficit; et quantum ad hoc  
dicit: *Humectus videtur, scilicet scirpus,*  
*ante quam veniat sol,* qui ejus viridita-  
tem tollat; et *in ortu suo germen ejus*  
*egredietur:* cito enim crescere et pro-  
prium fructum facere videtur. Et simili-  
ter hypocrita accedit: quia a principio  
sibi fortuna profere videtur; sed ve-  
niente sole, idest tribulatione, cito pros-  
peritas ejus deficit. Secundo potest haberi  
fiducia de scirpo ex aliis: scilicet vel ex  
multitudine aliorum scirporum ei coharen-  
tium, vel ex soliditate loci in quo cres-  
cit, dum nascitur in loco lapidoso; et ideo  
consequenter dicit: *Super acervum pe-*  
*trarum radices ejus,* scilicet scirpi, *densabuntur,* in quantum simul conjungun-  
tur multorum scirporum radices; et hoc  
dicit quantum ad primum. Quantum ad  
secundum dicit: *Et inter lapides com-*

*morabitur.* Ita aliquis hypocrita potest  
habere fiduciam de sua stabilitate<sup>1</sup>, non  
solum propter prosperitatem<sup>2</sup> propriam,  
sed etiam propter multitudinem consan-  
guineorum et domesticorum; aut etiam  
propter multitudinem regni aut civitatis  
in qua habitat. Sed haec fiducia ejus de-  
ficit ei, sicut et circa scirpum accidit. Se-  
quitur enim: *Si absorberit eum,* scilicet  
scirpum, aliquis de loco suo; locus ejus  
*negabit eum et dicet: Non novi te;* quasi  
dicat: Scirpus de loco suo evellitur, quod  
nec vestigium ejus in loco appareat, nec  
locus ejus. Quandoque autem aliquis ope-  
ratur ad hoc quod ille idem scirpus ite-  
rum renascatur: et tamen subjungit di-  
cens: *Hæc est enim letitia vite ejus ut*  
*rustrum de terra alii germinentur;* quasi  
dicat: Processus et vita scirporum in ali-  
quo loco commorantium non ad hoc na-  
turali appetitu tendit nec per hoc conser-  
vatur quod idem numero scirpus, qui  
eruptus est, renascatur: sed ad hoc quod  
alii ejusdem speciei renascantur: ita  
etiam est cum aliquis per mortem aut  
alio modo ab aliqua fortium societe se-  
paratur; statim quasi oblivioni traditur,  
secundum illud Psalmi. xxx, 13: *Olli-*  
*vioni datus sum tanquam mortua a corde.*  
Sed hujus societas gaudet in iis qui ei  
succeedunt, secundum illud Eccl. iv, 14:  
*Alius natus in regno inopia consumatur.*  
Haec autem ad hoc introducta sunt ut  
ostendat, quod si aliqua prosperitas inter-  
duum malis eveniat, non tamen est firma,  
de qua confidere possint, sed cito  
transit: unde pro nihilo reputanda est.

Ex omnibus autem supradictis ostendit  
consequenter quod intendit, dicens: *Deus non projicit simplicem;* idest, a se  
enim non elongabit, ut non sustentet qui  
simplici corde ei adharet; *nec porrigit*  
*mauum malignis;* idest, non dabit eis  
auxilium, ut eorum prosperitas confirmetur.  
Et quia posset dicere Job: *Quidquid*  
tu dicas, et similitudinibus confirmare  
velis, tamen ego contrarium in me sum  
expertus, qui cum simplex essem, adver-  
sitatem patior, et maligni adversarii mei  
contra me pravalerent; ideo ad hoc ex-  
cludendum subjungit: *Donec impletur risu-*

<sup>1</sup> Al.: « subtilitate. »

<sup>2</sup> Al.: « stabilitatem. »

*os tuum et lobio tua jubilo;* Quasi dicat : Hoc quod dixi, in tantum verum est, quod in te senties, si tamen fueris simplex ; ita scilicet quod prosperitate que subsequetur, letitia tua<sup>1</sup> prorumpet in risum et jubilum, que solent ex magnitudine gaudii provenire : et e contrario, *Qui oderunt te, inducentur confusione;* idest, manifeste ac multipliciter confundentur, ut sic sit eis confusio quasi vestimentum. Et ne hoc alieni videatur impossibile propter prosperitatem praesentem, qua videntur florere ; subjungit : *Et tabernaculum impiorum*

*rum non subsistet;* per tabernaculum enim, in quo plurimi Orientalium habitare conseruerunt, ibi suas divitias et supellectiles habentes, potest intelligi omne illud quod pertinet ad prosperitatem vite presentis. Considerandum est autem, quod ideo Baldad de hypocrita et simplici facit mentionem, quia existimabat Job non vere sanctum, sed hypocritam fuisse, et quod propterea prosperitas ejus firma non fuit. Sed si simplex esse incepit, promittit ei prosperitatem affuturam.

## C A P U T N O N U M

---

### LECTIO I

Et respondens Job ait : Vere scio quod ita sit, et quod non justificetur homo comparatus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Sapientis corde est, et fortis robore. Quis restituit ei, et pacem habuit? Qui transtulit montes, et nescierunt hi quos subvertit in furore suo : qui commovet terram de loco suo, et columnas ejus contentinunt : qui praecipit soli, et non oritur ; et stellas claudit quasi sub signaculo.

Beatus Job in superiori responsione, qua verbis Eliphaz responderat, unum praetermississe videbatur quod Eliphaz de Dei justitia proposuerat, cum dixerat : *Nunquid homo comparatione Dei justificabitur?* quinimum quadam quasi comparatione vel disputatione visus est ad Deum loqui, cum dixit : *Nunquid mare sum ego, aut cetus etc.* et iterum : *Usquequo non parcis mihi etc.* quod Baldad Suhites replicauit contra responsionem beati Job, a defensione divinae justitiae incepit, dicens : *Nunquid Deus supplantat iudicium etc.* : et in hoc idem sermonem terminavit cum dixit : *Deus non projicit simplicem etc.* Et ideo beatus Job in hac responsione primo ostendit,

se divinae justitiae contradicere nolle, nec contra Deum velle contendere, ut illi suspicabantur : et hoc est quod dicit : *Respondens Job ait : Vere scio quod ita sit,* scilicet quod Deus non supplantat iudicium, et quod non projiciet simplicem, ut Baldad proposuit : et scio<sup>2</sup> quod non justificetur homo comparatus Deo, idest comparatus ei ; et hoc dicit respondens ei quod supra Eliphaz dixerat : *Nunquid homo comparatione Dei justificabitur?* Et unde hoc sciat, consequenter ostendit ex quadam signo : cum enim aliquis comparatione alterius justus est, libere et securè potest cum eo contendere, quia per mutuam disceptationem justitia et veritas manifestatur. Nulli autem homini tutum<sup>3</sup> est cum Deo contendere ; et ideo subdit : *Si voluerit contendere cum eo, scilicet homo cum Deo, non poterit respondere ei, scilicet homo Deo, unum pro mille.* Sciendum quidem est, quod major numerus, qui apud nos proprium nonne habeat, est millenarius : nam apud nos maiores numeri per repli-

<sup>1</sup> Al. : « prosperitas, quam subsequetur letitia tua. »

<sup>2</sup> Al. : « scit. » — <sup>3</sup> Al. : « licitum. »

cationem inferiorum minorum nominantur, ut puta decem millia, centum millia, et hoc rationabiliter accidit. Nam secundum quosdam antiquos, species numerorum usque ad decem protenduntur: postmodum enim priores numeri repetuntur quidem secundum denominationem majorem<sup>1</sup>, quidquid sit secundum rei veritatem. Cubus autem ex denario consurgens millearius est: decies enim decem decies mille sunt: milleiarium ergo numerum apud nos pro quantocumque magis indeterminato numero sumpsit. Idem est ergo quod dicit quod non potest homo Deo respondere unum pro mille, ac si diceret, quod nulla determinata numeri mensura inveniri potest secundum quam divina justitia humanam excedat; cum haec sit finita, illa autem infinita.

Quod autem homo in contendendo nulla proportione possit ad Deum accedere, ostendit consequenter, cum dicit: *Sapiens corde est, et fortis robore, scilicet Deus.* Duplex enim est contentio: una qua contenditur disputando, et haec est per sapientiam; alia qua contenditur pugnando, et haec est per fortitudinem: in utroque autem excedit Deus, quia et fortitudine et sapientia omnem fortitudinem et sapientiam excedit. Et utrumque horum excessum ostendit consequenter: et primo excessum fortitudinis; quem quidem ostendere incipit quantum ad homines, cum dicit: *Quis restitit ei, et pacem habuit?* quasi dicat, nullus. Scindunt est siquidem, quod aliter homo obtinet pacem a potentiori, aliter a minus potente vel ab aequa potente: manifestum est enim, quod potentior a minus potente pacem acquirit contra eum pugnando: sicut enim rex potens contra aliquem rebellem in regno suo bellum movet, et victorian obtinet, pacem regni reformat. Similiter etiam ab equipollente, cum aliquis pacem obtinet pugnando: licet enim eum superare non possit, tamen assiduitate pugnae eum fatigat, ut ad pacem reducatur. Sed a magis potente inquam aliquis pacem obtinet resistendo vel pugnando; sed se ei humilietur

sabendo. Hoc est ergo evidens signum quod fortitudo Dei omnem humanam fortitudinem excedit, quia nullus cum eo pacem habere potest resistendo, sed solum humilietur ei obediendo: nude dicitur Isa. xxvi, 3: *Seruabis pacem, quia in te speravimus.* Sed impii, qui Deo resistunt, pacem habere non possunt, secundum quod dicit Isa. xlvi, 22: *Non est pars impiis, dicit Dominus.* Et hoc est quod hic dicitur: *Quis restitit ei, et pacem habuit?*

Bemum ostendit, quod fortitudo Dei omnem fortitudinem rerum naturalium excedit: et hoc quidem ostendit tam in corporibus superioribus quam inferioribus: in inferioribus hoc quidem ostendit ex hoc quod ea quae maxime videntur esse stabilita et firma in inferioribus corporibus pro sua voluntate movet. Inter corpora ergo magna, ad quae post hominem transitum facit, maxime videntur esse firma et stabilia montes, quorum stabilitati sanctorum stabilitas in Scripturis comparatur, secundum illud Psalm. cxxiv, 1: *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion.* Et tamen montes Deus sua virtute movet; et hoc est quod subditur: *Qui transtulit montes;* quod quidem etsi miraculose divina virtute fieri possit, cum hoc videatnr firmitate fidei repromissum, secundum illud Matth. xxi, 21: *Si habueritis fidem et non hasistaveritis, et si monti huic dirriritis: Tollere et jactare in mare;* sicut: et I Corinth. xiii, 2: *Si habueris omnem fidem, ita ut montes transferam:* tamen congruentius videtur ut hoc ad naturalem cursum rerum referatur: hoc enim habet naturae ordo ut omne quod naturaliter generatur, etiam determinato tempore corruptatur: unde, cum generatio montium sit naturalis, necesse est quod quandoque montes naturaliter destruantur. Et hanc quidem naturalem montium corruptionem translationem vocal, eo quod dissolutio montium et ruina, cum quadam translatione partium ejus accidit. Nec est irrationale, ea quae naturaliter contingunt, divine virtuti attribui, cum natura agat propter finem; omne autem quod ad finem cer-

<sup>1</sup> AI: « quod quidem secundum nominationem

majorem. »

tum ordinatur, vel seipsum dirigit in fluem, vel ab alio dirigente in fluem ordinatur: necesse est ergo quod res naturales, que suis notitiam non habet, ut se in ipsum dirigere possit, ab aliquo superiori intelligenti ordinetur in fluem. Comparatur igitur tota naturae operatio ad intellectum dirigentem res naturales in fluem, sicut comparatur motus sagittae ad sagittatorem: sicut siens motus sagittae convenienter sagittatori attribuitur, ita consequenter tota naturae operatio attribuitur naturae divinae: unde si per operationem, naturae montes subrumpunt, manifestum est quod a virtute divinae montium stabilitas subruatur. Contingit autem quandoque apud homines quod aliquis rex sua virtute aliquam fortrem civitatem expugnet: quod quanto citius et insensibiliter fit, tanto magis virtus regis demonstratur. Hoc ergo quod montes transferuntur, maxime virtuti divinae attestatur, cum quasi subito et insensibiliter fiat; ita ut etiam ii qui circa montes habitant, per subversionem montis pereant, et caverent sibi non possint, cum hujus subversio praeognoscere non possit; et hoc est quod subditur: *Et nescierunt ii quos subvertit in furore suo;* quasi dicas: Adeo subito Deus tantam rem operatur, quod etiam ii qui circa montes habitant praeognoscere non possunt: quod manifeste evidens fit, quia si praeognoscerent, sili caverent ut non subverterentur. Addit autem: *In furore suo,* ad ostendendum quod Deus interdum naturales operationes moderatur secundum ordinem sua providentiae, prout necessarium est ad hominum peccata punienda: quibus quidam peccantibus metaphorice irasci dicitur, cum in eos vindictam exercet, que apud nos solet esse irae effectus. Ex corporibus autem mixtis transit ad elementa: inter quae firmissimum et stabilissimum videatur esse terra, que est immobilis, sicut centrum motus totius; et tamen quandoque secundum alias partes suas moveatur naturaliter ex vapore inclusa, ut Philosophi tradunt; et hoc est quod subditur: *Qui commovet terram de loco suo;*

non quidem totaliter secundum totum, sed secundum alias partes ejus, quae habitantur, sicut in terra motu accidit: in quo quidem motu etiam montes concurvantur, qui sunt quasi columnae super terram fundatae: unde sequitur: *Et columnas ejus concutiebatur.* Possunt per columnas ad litteram intelligi columnae, et quemque alia aedificia, que videntur terre adhaerere, que in terra motu concurvantur; vel possunt intelligi per columnas, inferiores terra partes et intima: eo quod sicut domus stabilitas super columnas firmatur, ita stabilitas terre ex centro procedit, ad quod omnes partes terrae naturaliter tendunt; et per consequens omnes inferiores partes terrae sunt superiorum partium sustentatrices, et quasi columnae; et sic cum terra motus ex profundis partibus terrae procedat, videtur quasi ex concessione columnarum terra causari. Hoc habito, ultimo ad corpora coelestia procedit idem ostendendo, scilicet que etiam virtuti divinae cedunt<sup>1</sup>. Considerandum est autem, quod sicut de natura terrae est immobilitas et quies, ita de natura coeli est quod semper moveatur. Sicut ergo virtus terrae ostenditur superari a virtute divina per motum qui in ea apparet, ita virtus coelestis corporis ostenditur a virtute divina superari per hoc quod motus ejus impeditur, per quem fit solis et aliorum siderum ortus et occasus. Et ideo subdit: *Qui precipit soli, et non oritur:* quod quidem non dicitur propter hoc quod ortus solis impediat secundum rei veritatem, cum motus coeli continuus sit; sed quia secundum apparentiam alicubi oriri non videatur: puta, cum aer fuerit nubilosus instantum quod solis ortus habitantibus super terram in solita claritate apparere non possit: hujus autem nubilositas cum per operationem naturae fiat, convenienter divino precepto attribuitur, a quo tota natura in sua operatione regulatur, sicut instrumentum ab agente, ut dictum est. Et quod sic intelligat solem oriendi, scilicet in quantum ortus orbis occultatur, maxime appareat ex hoc quod subdi-

<sup>1</sup> Al. : « credunt. »

*tur : Et stellas claudit quasi sub signaculo ; stellae enim quasi sub signaculo*

*claudi videntur, cum nubibus cœlum obtutetur, ne' stellæ inspici possint.*

## LECTIO II

*Qui extendit cœlos solus, et graditur super fluctus maris : qui facit Arcturum, et Orionem, et Hyadas, et interiora Austri : qui facit magna et inservit mirabilia, quorum non est numerus.*

**Postquam** beatus Job ostendit robur divinae fortitudinis, hic incipit ostendere profunditatem divinae sapientiae; procedit autem contrario ordine nunc et prius: nam primo quidem incepit ab ostensione divinae fortitudinis iu rebus humanis, et processit usque ad corpora cœlestib; hic autem incepit a corporibus cœlestibus, et procedit usque ad res humanas, quasi circulum faciens; et hoc rationabiliter: nam sapientia factoris ostenditur in hoc quod opera stabilia facit: et ideo in ostensione divinae sapientiae, incepit a creaturis magis stabilibus, utpote ab habentibus evidenter divinae sapientiae indicium. Robur autem alicuius fortitudinis ostenditur ex hoc quod potest aliqua a suo statu immutare: unde homines consueverunt examinare in elevatione vel projectione lapidum, prostratione hominum, et hujusmodi, fortitudinem suam: et propterea Job, cum ostendebat robur divinae fortitudinis, incepit ab iis in quibus manifestius apparel mutatio. Sic ergo ad ostendendam divinam sapientiam, a corporibus cœlestibus incepit, dicens: *Qui extendit cœlos solus.*

Sciendum autem est, quod sapientia Dei in tribus præcipue commendabilis appareat. Primo quidem in hoc quod aliqua magna suo intellectu et sapientia metiri potest: et quantum ad hoc dicit: *Qui extendit cœlos solus :* in extensione enim cœlorum magnitudo quantitatis eorum exprimitur. Sic igitur Deus solus extendisse cœlos dicitur, inquantum ipse solus tantam quantitatem sua sapientia mensuratam cœlis dare potuit. Secundo

Dei sapientia commendabilis apparet in hoc quod variabiles et quasi in incertum fluctuantes, in certum ordinem reducit, et sue gubernationi subditas esse facit; et quantum ad hoc subdit: *Et graditur super fluctus maris :* fluctus enim maris inordinatissimi esse videntur, utpote qui a ventis variis nunc hac nunc illac circumferuntur; et tamen super eos Deus graditur, inquantum eos Deus sue gubernationi subdit. Tertio Dei sapientia commendabilis apparet ex eo quod Deus multa condidit secundum sue sapientiae rationem, quæ mirabilia hominibus apparent, et eorum rationem investigare non possunt; et haec præcipue sunt quæ in situ et dispositione stellarum apparent; quæ tamen a Deo sapientissime et rationabiliter sunt instituta: et haec quidem enumerat incepit a polo septentrionali, et procedens usque ad polum meridionalem: unde dicit: *Qui facit Arcturum.* Arcturus quidem est quedam constellatio in cœlo, que vocatur Ursa major, et habet septem stellas claras, que nunquam nobis occidunt, sed semper circumveniunt polum septentrionalem. Sequitur: *Et Orionem,* Orion est quedam constellatio multum evidens in cœlo propter sui magnitudinem, et claritatem stellarum, quæ dicuntur esse in Tanco et Gemini. Sequitur: *Et Hyadas,* que sunt quedam stelle in pectore Tauri, ut dicitur, existentes, et sunt etiam multum notabiles visu. Sequitur: *Et interiora Austri.* Ubi considerandum est, quod iis qui sub aquinoctiali habitant, si tamen aliqui ibi habitant, interque polus conspicuens est, cum orizou eorum ad rectos angulos aquinoctiales secat: et sic oporteat quod transeat per utrumque polum aquinoctiale: nulle uterque polus red-

ditur conspiens habitantibus sub aequinoctiali, ut dictum est; recedentibus autem aequinoctiali, et accedentibus versus polum septentrionalem, elevatur super orizontem polus septentrionalis, et deprimitur polus australis secundum modum elongationis ab aequinoctiali: unde nobis, qui in parte septentrionali sumus, polus australis nunquam potest esse conspiens; et similiter stelle ei vicine, occulte sunt nobis secundum quantitatem qua elongantur ab aequinoctiali; et haec dicuntur hic interiora Austri, quia sunt nobis occulta, quasi sub orizonte abscondita et depressa. Et ne aliquis credat quod in praedictis solum divina sapientia manifestetur, ostendit consequenter, quod multa alia et similia innumerabilia nobis Dens fecit, dicens: *Qui fecit magna:*

in quibus scilicet commendabilis apparel Dei sapientia ex commensuratione magnitudinis; et hoc respondet ei quod dixerat: *Qui extendit caros solus: et inscrutabili, quae scilicet homines scrutari non possunt propter eorum instabilitatem,* quae tamen divina gubernatione ordinantur; et hoc respondet ei quod dixerat: *Et graditur super fluctus maris: et mirabilia, quorum scilicet rationes homines considerare non possunt, licet a Deo secundum rationem sint facta;* et hoc respondet ei quod dixerat: *Qui facit Arcturum etc.*: quod autem addit: *Quorum non est numerus, ad singula referendum est, ita tamen quod intelligatur divina opera innumerabilia esse hominibus;* sunt tamen numerabilia Deo, qui facit omnia in numero pondere et mensura.

## LECTIO III

*Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam. Si repente interroget, quis respondet ei? Vel quis dicere potest ei: Cur ita facis? Deus, cuius ira nemo resistere potest, et sub quo curvantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego, ut respondam ei, et loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habero quipiam justum non respondebo; sed meum judicem deprecabor. Et cum invocante me exaudiatur, non credo quod audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, et implet me amaritudinibus. Si fortitudo quereret, robustissimus est, si aquitas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere. Si justificare me voluerit, os meum condemnabit me; si innocentem ostendere, pravum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, et tenebit me vita mea.*

*Beatus Job volens ostendere snam intentionem non esse ut cum beo contendat, per phara indicia profunditatem divine sapientiae in rebus naturalibus ostendit: nunc autem vult ostendere profunditatem divine sapientiae in rebus humanis. Considerandum est autem, quod ad rectorem humana rerum tria pertinere videntur. Primum est, ut suis subjectis justitiae precepta et alia beneficia dispensen-*

*set; secundum est, ut actus subditorum examinet; tertium est, ut quos culpabiles invenit, penitus subjiciens exterminet, vel purget. In his ergo tribus immensam profunditatem divinae sapientiae ostendit. Primo quidem, quia tam profunde et subtiliter suis subditis providet sua beneficia, quod etiam eis incomprehensibile est qui recipiunt; et hoc est quod dicit: *Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam eum.* Ubi considerandum est, quod in Scripturis Deus venire ad hominem dicitur, quando ei sua beneficia largitur, sive intellectum ejus illuminando, sive affectum inflammando, sive qualitercumque ei benefaciendo: unde dicitur Isai. xxxv, 4: *Deus noster ipse veniet, et salvabit nos.* E contrario vero Deus ab homine recedere dicitur, quando ei sua beneficia vel suam protectionem subtrahit, secundum illud Psal. ix, 22 (\*): *Ut quid, Domine, recessisti longe, despicias in opportunitatis, in tribulatione?* Contingit autem quandoque quod Deus aliquibus vel tribulationes vel etiam ali-*

(a) *Vel. X Secundum Hebreos v. 1.*

quos spirituales defectus evenire permittit, ad procurandum eorum salutem, sicut dicitur Rom. viii, 28 : *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Sic ergo Deus ad hominem venit ejus procurando salutem ; et tamen homo cum non videt, quia beneficium ejus non percipit. E contrario vero multis Deus sua manifesta beneficia non subtrahit, quae tamen in eorum pernicie vergunt ; et ideo dicitur quod Deus sic recedit ab homine, quod homo eum non intelligit recessentem. Sie ergo appetet profunditas sapientiae divinae in dispensatione suorum beneficiorum. Ostenditur autem secundo divinae sapientiae profunditas in examinatione humanorum actuum : quia videlicet sie subtiliter et efficaciter examinat, ut ejus examinationem nullus per quamecumque cavillationem subterfugere possit ; et hoc est quod dicit : *Si repente interrogat, quis respondebit ei?* Interrogat autem Deus hominem, quando eum ad considerandum suam conscientiam reducit vel interioris inspirando, vel exterioris provocando beneficiis aut flagellis, secundum illud Ps. x, 6 : *Dominus interrogat justum et impium.* Tunc autem homo sufficienter Deo respondet, quando in eo nihil invenitur quod juste a Deo reprehendi possit ; quod nulli hominum in hac vita contingit, secundum illud Prov. xx, 9 : *Quis potest dicere : Mundum est cor meum ?* scilicet purum a peccato. Signanter autem dicit : *Si repente interrogat :* quia si homini spatum respondendi detinatur, potest per penitentiam delicta diluere. Contingit autem quandoque quod aliquis in examinando aliorum excessus remissus invenitur, timens ne et sui excessus versa vice ab aliis examineatur ; sed hoc Deo formidandum non est ut in sua examinatione molestetur, quia non habet superiorem qui de ejus factis jicare possit ; et ideo subdit : *Vel quis dicere ei potest, Cur ita facis ?* quasi cum castigando. Tertio autem ostenditur divinae sapientiae profunditas in punitione delictorum : quia quocumque se verat homo, nulla astutia, nulla potentia, Dei vindictam declinare potest, secundum illud Psal. cxxxviii, 7 : *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam ?* Et hoc

est quod dicit : *Deus cuius ira resistere nemo potest.* Ira enim, secundum quod Deo attribuitur in Scripturis, non importat commotionem animi, sed vindictam : hujus autem probationem consequenter inducit dicens : *Et sub quo curvantur qui portant orbem.* Intelligendi autem sunt portare orbem cœlestes spiritus, quorum ministerio tota corporalis creatura divinitus procuratur, ut dicit Aug. in *de Trinit.* Hui autem cœlestes spiritus sub Deo curvantur, quia ei per omnia obediunt, secundum illud Psalm. en, 21 : *Benedicite Dominum omnes Angelii ejus, ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.* Sie igitur Angelis Deo obedientibus, manifestum est quod totus cursus rerum corporalium, qui per Angelos administratur, divinae subjacet voluntati : et sic ex nulla creatura potest homo habere auxilium ad effugiendum Dei vindictam, secundum illud Psal. cxxxviii, 8 : *Si ascerulero in colum, tu illic es; si descendero in infernum, ades.* Quinimmo, ut dicitur Sapient. v, 21 : *Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Possunt etiam intelligi portare orbem reges et principes mundi, qui sub Deo curvantur, secundum illud Prov. viii, 15 : *Per me reges regnant :* vel quia nec ipsi reges ira divinae resistere possunt, ut ex hoc, a majori, idem de aliis concludi possit. Sie igitur ostensa multipliciter immensitate divinae potentie et profunditate divinae sapientiae concludit propositionem, quod scilicet sua intentionis non est cum Deo contendere, et hoc est quod dicit : *Quantus ergo sum ego, idest quam potens, quam sapiens, qui respondebam ei,* scilicet Deo interroganti potentissimo et sapientissimo, et loquar verbis meis cum eo ? examinando facta ejus, et dico : Cur ita facis ? ac si diceret : Non sufficiens sum ut contendam cum Deo. Couteudo enim in respondendo et objiciendo consistit : contingit autem quandoque quod aliquis, etsi non sit nullum potens aut sapiens, tamen propter securitatem sue conscientie non fomidat contendere cum quovis judice. Sed hanc etiam causam contendendi cum Deo a se excludit dicens : *Qui etiam si habuero quipiam justum, non respondebo,* scili-

cet Deo examinanti, quasi meam justitiam defendendo; sed meum judicem deprecabor, quasi non petens judicium, sed misericordiam. Signanter autem dicit: *Si habuero quippam justum, ad designandum incertitudinem humane justitiae, per hoc quod dicit, Si habuero, secundum illud Apostoli i ad Corinth. iv, 4: Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum: et ad ostendendum quod justitia hominis parva est et imperfecta ad divinum examen relata: propter quod dicit, Quippum;* secundum illud Ipsi. lxv, 6: *Omnes justitiae nostrae quasi pannus menstruat, sic sunt coram illo.*

Quid autem ex sua deprecatione consequatur, ostendit, cum subdit: *Et cum invocantem me exaudierit, non credo quod audierit vocem meam.* Contingit enim quandoque quod Deus hominem exaudit non ad votum, sed ad profectum: sicut enim mediens non exaudit ad votum, sed ad profectum, infirmum postulanten amoveri medicinam amaram, si medicus eam non removet, eo quod scit eam esse salutiferam; exaudit tamen ad profectum, quia per hoc sanitatem inducit, quam maxime infirmus desiderat; ita Deus homini in tribulationibus constituto tribulations non subtrahit, quamvis deprecauti, quia scit eas expedire ad finalem ejus salutem; et sic licet Deus vere exaudiat, tamen homo in miseriis constitutus se exaudiri non credit. Et quare noncurret, ostendit subdens. *In turbine enim conteret me:* et more suo, quod metaphorice dictum est exponit subdens: *Et multiplicabit vulnera mea, etiam sine causa.* Hoc etiam est conterere, quod multiplicare vulnera et tribulations: hoc est, *In turbine,* in horribili obscuritate: quod dicit, *Sine causa,* scilicet manifeste, et ab homine afflicto perceptibili. Si enim homo afflictus perciperet causam quare Deus eum affigit, et quod afflictiones sunt ei utiles ad salutem; manifestum est quod crederet se exauditum: sed quia hoc non intelligit, credit se non exauditum; et ideo non solum exterius affligitur, sed etiam interior: sicut infirmus, qui si nesciret se per medicinam amaram, sanitatem habiturum, non solum afflige-

retur in gusto, sed etiam in animo: et ideo subdit: *Non concedit requiescere spiritum meum.* Requiescit enim spiritus, licet carne afflita, propter spem finis, secundum quod Dominus docet Matthei v, 11: *Brati eritis cum maledicerint vobis homines;* et postea subdit: *Gaudete quoniam merces vestra copiosa est in celis.* Et sic dum affliger exterior et interior, non requiesco. *Implet me amaritudinibus,* scilicet intus et extra. Et ex considerandum, quod ab illo loco, *Et cum invocantem etc.* evidenter proposuit quod supra oculite dixerat: *Si venerit ad me, videbo.* Hoc enim fere ubique in dictis Job observandum est, quod obseure dicta, per aliqua consequentia exponuntur. Et quia supra brevier et summarie dixerat Job: *Quantus ego sum, qui responderem et?* hic consequenter diffusius explicat, ubi etiam assignat causam quare non respondet, sed judicem deprecatur. Quod enim aliquis audacter judici respondeat, potest ex duobus contingere. Primo quidem, si index sit debilis, qui subditos coercere non possit; sed hoc excludit dicens: *Si fortitudo queritur,* scilicet in Deo ad subditos coercendum, *robustissimus est,* omne robur excedens. Secundo, aliquis audacter respondet judici, quia confidit de sua causa: quod aliquando contingit, quia habet multos excusatores: sed hoc excludit dicens: *Si argutas judicii,* scilicet requiritur, secundum quam aliquis habens pro se multis testes absolvitur, *nemo pro me audet testimonium dicere.* Intellexus enim hominis hoc non capit, quod hominis justitia sit major quam veritas Dei redarguentis. Aliquando vero homo, etsi non habeat aliquos testes pro se, confidit tamen de causa sua, imitans testimonio conscientia sua; sed testimonium conscientiae non potest valere homini contra redargutionem divinam: et hoc ostendit per singulos gradus. Habet testimonium conscientiae tres gradus. Quorum primus est, quando aliqui conscientia sua testimonium reddit quod sit justus, secundum illud Romanorum viii, 16: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei.* Sed hoc testimonium non valet contra divinam reprehensionem; unde dicit: *Si jus-*

*tificare me voluero*; idest, si voluero dicere me<sup>1</sup> esse justum, dominus mihi obieciet, quod sim impius; *os meum condemnabit me*; idest, condemnabilem me reddet propter blasphemiam. Secundus gradus est, quando aliquis etsi non presumat se esse justum, tamen non reprehendit eum conscientia de aliquo peccato, secundum illud ad Corinthios iv, 4: *Nihil mihi conscientius sum*. Sed nec hoc testimonium valet contra Deum; unde dicit: *Si innocentem ostendero*; idest, si innocentem voluero me ostendere, et esse sine peccato; *parvum me comprobabit*, in quantum mihi vel aliis manifestabit peccata quorum mihi non sum conscientius, quia, ut dicitur in Psal. xviii, 43, *Delicta quis intelligit?* Tertius gradus est, quando aliquis etsi sit sibi conscientius de peccato, tamen presumpit, vel quia non

habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malitia vel dolo, sed ex ignorantia et infirmitate. Sed nec hoc testimonium valet homini contra Deum: ideo dicit: *Etiam si simplex fuero*, idest sine dolo, vel duplicitate pravae intentionis, *hoc ipsum ignorabit anima mea*: homo enim non potest ad liquidum motum sui affectus comprehendere, tum propter variationem ejus, tum propter permixtionem<sup>2</sup> et impetum multarum passionum: propter quod dicitur Hier. xvii, 9: *Parvum est cor hominis et inscrutabile: quis cognoscet illud?* et propter hujus ignorantiam, quod homo seipsum non cognoscit nec statum suum, redditur etiam justis sua vita fœdiosa; et propter hoc subdit: *Et tenebit me vita mea*.

## LECTIO IV

Enum est quod locutus sum; et innocentem et impium ipse consumit. Si flagellat, occidat semel; et non de peccatis innocentium rideat. Terra data est in manus impiorum; voltum iudicium ejus operit. Quod si non ille est, quis ergo est? Dies mei velociores fuerunt curseo; fugerunt, et non viderunt hominem. Pertransierunt quasi naves ponit portantes, sicut aquila volans ad escam. Cum dixerit: Nequaquam ita loquar, commoto faciem meam, et doiro torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceret delinqenti. Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi? Si lotus fructu quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissime manus meae; tamen sorbillas intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea. Neque enim viro, qui similis me est, respondebo, nec qui mecum in iudicio ex sequo possit audiiri. Non est qui utrumque valeat arguere et ponere manum suam in ambobus. Aufera a me virginem suam, et pavorem ejus non me terrat. Loquar, et non timbo eum: neque enim possum mutuus respondere.

Postquam beatus Job ostendit, non esse sua intentionis ut cum Deo contentat, proponit illud de quo cum adversariis ejus disputatio ei erat. Dixerat enim Eliphaz, quod peccata a Deo non nisi pro peccatis immittuntur, contra hoc quod

in superiori intentione Job locutus fuerat; et quia Baldad sententiam Eliphaz conatus fuerat asserere, Job iterato sententiam suam repetit dicens: *Unum est quod locutus sum; impium et innocentem ipse consumit*; quasi dicit: Non solum peccatoribus, sed etiam innocentibus mors a Deo immittitur; quæ tamen est maxima peniarum praesentum: et sic non est verum quod dicas, quod solum pro peccatis propriis homo puniatur a Deo. Quod autem mors a Deo sit, dicitur Deuter. xxxii, 39: *Ego occidim et ergo verefacium*. Sed cum mors communiter omnibus immittatur a Deo, unum est quod durum videtur: scilicet quod innocentes praeter necessitatem communem multiplices adversitates sustinent in hac vita: cuius rei causam investigare intendit, et ideo subdit: *Si flagellat, occidat semel*; quasi dicit: Detur quod flagellum mortis omnibus sit commune, videtur tamen rationabile, quod innocentibus qui ex pro-

<sup>1</sup> Al.: « non »

<sup>2</sup> Al.: « promotionem »

(a) Hugo a sancto Chro: « Primum est cor homi-

nis; » et in notula marginab: « id: Profundum est. »

pris peccatis non sunt rei, prater mortem que debetur pro peccato communii, aliando penam infligere non deberet. Si enim, ut vos dicitis, nulla alia causa est quare justus alter pena alieni infligi possit, nisi peccatum; et manifestum est innocentes pati penam in hoc mundo: videtur quod sine causa puniantur, ac si ipse penae propter se Deo placerent; ideo subdit: *Et de penis innocentium non rideat*: de illis enim ridere solemus quae nobis secundum se placent; si autem hoc est inconveniens, quod penae innocentium Deo secundum se placeant, inveniuntur enim innocentes frequenter in terris puniri, videtur sequi aliud inconveniens: scilicet quod ista penae ex divino iudicio non procedant, sed ex malitia alienus iniqui<sup>1</sup> domini qui potestatem habet in terra, et punit innocentibus: unde sequitur: *Terra data est in manus impiorum*; quasi dicat: Si ipsi Deo non placerent secundum se penae innocentium, qui tamen puniuntur in terra, oportebit dicere, quod Deus regimen terrae alieni impio commiserit, ex enjus iniunctis judicium in terra pervertitur, ut innocentibus puniantur; et hoc est quod subdit: *Vultum iudicium ejus operit*; idest, rationem eorum obnubilat, vel cupiditate, aut odio, aut amore, ne veritatem judicii in judicando sequantur. *Quod si ille non est*, scilicet impiorum<sup>2</sup> cui tradita est terra, a quo sciaret causatur innocentium punitio; *quis ergo est?* scilicet hujus punitionis causa. Non enim dici potest, ut ostensum est, quod hoc sit a Deo, supposita vestra positione, quod solum peccatum sit causa penarum praesentium; hoc autem quod dixit: *Terra data est in manus impiorum*, est quidem secundum aliquid verum, in quantum scilicet terreni homines sub potestate diaboli a Deo relinquuntur, secundum illud Joan. viii, 34: *Qui facit peccatum, servus est peccati*; simileiter autem est falsum: non enim diabolo absolute terra dominium est concessum, ut scilicet libere in terra facere possit quod velit; sed quidquid facere permititur, ex divina dispensatione procedit, quae omnia ex rationabili causa dispensat.

Et: hoc ipsum quod innocentibus puniuntur, non dependet absolute ex malitia diabolica, sed ex sapientia Dei permittentis. Unde, si peccatum non est causa punitionis innocentium, non sufficit hoc ad malitiam diaboli reducere; sed oportet ulterius aliquam rationabilem causam esse, propter quam Deus permitti: et ideo signanter dicit: *Quod si non est ille, quis ergo est?* quasi dicat: Si malitia diaboli non est sufficiens causa punitionis innocentium, oportet aliam causam investigare.

Ad investigandum igitur rationem quare innocentibus puniantur in hoc mundo, primo proponit defectum quem sustineral in ammissione honorum, ostendens mutabilitatem prosperitatis prasentis ex similitudine eorum quae videntur velocissima in hoc mundo. Sed considerandum est, quod ad prosperitatē hujus mundi aliqui diversimode se habent. Quidam enim ipsam prosperitatem pro fine habent, nihil ultra ipsam sperantes: ad quod videbatur declinare illorum opinio, qui omnia pramia et penas in hac vita constituebant; tales autem non pertransirent prosperitatem hujus mundi, sed prosperitas hujus mundi fugit ab eis, quando eam amittunt. Quidam vero, de quorum numero fuit Job in prosperitate hujus mundi finem non ponunt, sed ad alium finem tendunt; et tales prosperitatem hujus mundi magis pertransirent quam pertransierunt ab ea. Tendentibus autem ad aliquem finem tria sunt necessaria. Primum est, ut in nullo alio suo eorū suum figant, per quod retardari possint a fine, sed festinent ad finem consequendum: et ideo ponit exemplum de cursore, qui sic tendit ad finem sui cursus quod in via moram non trahit: unde dicit: *Dies mei velociores facti sunt cursore*; in quibus verbis et instabilitatem prasentis fortunae, et intentionem suam in aliud tendentem demonstrat: *fugerunt*, quasi in rebus hujus mundi requie cordis non inventa: unde sequitur: *Et non viderunt bonum*, scilicet in quod mea intentio ferebatur, quod est verum bonum: unde pro justitia mo remunerationem

<sup>1</sup> Al. deest: « iniqui. »

<sup>2</sup> Al. : « ipsius. »

non reputo<sup>1</sup>. Quod si prosperitatem præsentem remunerationem putant, ea subtrahita, innocens punitus sum. Secundo requiritur, quod tendens in aliquem finem, acquirat sibi illa per qua possit ad finem pervenire: sicut qui vult sanari, oportet quod acquirat medicinas quibus sanetur; sic qui vult ad verum bonum pervenire, oportet quod acquirat virtutes quibus illud consequi possit: unde subdit: *Pertransierunt quasi naves poma portantes*: in quo etiam duo demonstrat: et labilitatem praesentis fortunæ, quia naves poma portantes ad vendendum festinant, ne per moram putrescant; et studium tendentis in finem; quasi dicat: Dies mei pertransierunt vacui; sed virtutes congregavi, cum quibus tendo ad finem consequendum. Tertio restat consecutio finis: unde dicit: *Sicut aquila volans ad escam*; in quo etiam duo predicta designantur: nam aquila velocius volat, precipue cum a fame impellitur et escam habet pro fine qua reficitur. Quia ergo in his verbis quasi innuerat se esse justum et innocentem, quod præsumptuosum ab adversariis reputabatur; incipit de sua innocentia conferre<sup>2</sup> cum Deo, qui solus est conscientia judex: unde subdit: *Cum dixerim, scilicet in corde meo: Nequaquam ita loquar, ut scilicet sim justus et innocens; commuto faciem meam*, scilicet a fiducia quam conceperam de mea innocentia, ad quamdam solicitudinem investigandi peccata; et dolore torqueor, in conscientia propria discussione recognitans, ne forte pro aliquo peccato sic puniar; et causam doloris subdit dicens: *Verebar omnia opera mea*. Est enim alii cui magna causa doloris, quando magnam solicitudinem habeat de re aliqua, et tamen incidit in illud quod vitare studebat. Ipse autem circa omnia opera sua magnam solicitudinem apponebat, timeus non in aliquo a justitia declinaret; et hoc est quod dicit: *Verebar omnia opera mea*: et causa quare sic verebatur in omni opere suo, erat timor de severitate divini judicii: unde subdit: *Sciens quod non parceres delinqenti, nisi scilicet converteratur*: quia, sicut in Psalm. vii, 13 dici-

tur: *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit. Si autem, post tantum studium innocentie, et sic impins sum, ut tam gravibus poenis<sup>3</sup> a Deo puniri meruerim, quare frustra laboravi?* in tanta solicitudine innocentiae conservandæ. Frustra enim laborare dicitur qui suo labore tendit ad finem ad quem non pertingit. Sed quia puritas hominis quantacumque sit, ad divinum examen relata, deficiens inventitur; ideo consequenter ostendit, quod cum se purum et innocentem dicit, se purum et innocentem intelligit quasi hominem, non quasi in nullo penitus a rectitudine divina justitia recedentem.

Est autem sciendum, quod duplex est puritas: una quidem innocentis, altera penitentis: ultraque autem imperfecta est in homine, si ad perfectam rectitudinem divinæ regulæ comparetur. Dicit ergo quantum ad puritatem penitentis: *Si lotus fuero*, idest si a peccatis meis me purgare studuero, quasi aquis nivis, que valde ablutiæ esse dicuntur: quantum vero ad puritatem innocentis dicit, *et fulserint velut mundissimæ manus meæ*; idest, et in operibus meis quæ per manus designantur, nulla inveniatur immunditia; sed fulgeat in eis justitia claritas. Dicit autem, *Velut mundissimæ*, ad insinuandum quod in homine perfecta munditia esse non potest. Si, inquit, fuerint inundissima, *tamen sordibus intinges me*; idest, sordibus intinetus demonstrabor, tuae justitiae comparatus, et per tuam sapientiam convictus: semper enim in operibus humanis aliquis defectus inventitur: quandoque quidem ex ignorantia propter debilitatem rationis: quandoque autem ex negligencia propter infirmitatem carnis; quandoque autem aliqua infectio alienigena terrena affectionis etiam in bonis operibus admiscetur, propter mobilitatem humani cordis, quod non firmum in eodem perseverat: unde semper aliquid in humanis operibus invenitur quod deficit a puritate divine justitiae. Cum autem aliquis immundus est, et tamen exterior aliquam justitiae ostensionem habet, signa justitiae, que de eo exterioris apparent, ei non competit; et

<sup>1</sup> Al.: « unde pro justo nec non reputo. »

<sup>2</sup> Al.: « confortare. » — <sup>3</sup> Al.: « peccatis. »

ideo subdit : *Et abominabuntur me vestimenta mea* : per vestimenta enim exteriora opera designantur, quibus homo quasi contegitur, secundum illud Matth. vii, 13 : *Venient ad vos in vestimentis orium*. Tunc ergo vestimenta alienus ejus abominantur, quando exteriora hominis quae justitiam prætendunt, interioribus non concordant.

Quare autem, quantumcumque sit purus non potest se defendere, quia a Deo convineatur impurus, consequenter ostendit ex duobus, in quibus Deus hominem excellit ; videlicet ex justitia puritate, et ex maiestatis auctoritate. Quantum ergo ad primum dicit : *Nec enim rivo qui similis mei est respondebo* ; quasi dicat : Si aliquis homo me imprum vellet convincere, possem ei resistere, si mihi obiecier quam' ipse sentiret in homine servari non posse, de perfecta justitia puritate ; sed sic respondere non possum Deo, in quo nullus defectus inventitur. Quantum ad secundum dicit : *Nec qui necum in iudicio ex quo possit audiiri* : cum enim duo homines adiuvicem contendunt, iudicem possunt habere, qui utriusque dicta examinet ; sed hoc inter Deum et hominem esse non potest dupliei ratione. Una ratio est, quia oportet quod in iudice sit altior sapientia, quæ sit quasi regula ad quam examinentur dicta utriusque partis. Manifestum est autem, quod divina sapientia est prima regula ad quam omnis veritas examinatur : et propter hoc subdit : *Non est qui utrumque valeat arguere* ; quasi dicat : Non est alias superior Deo, ex enjus majori sapientia corrigi possit. Alia ratio est quia oportet quod in iudice sit major potestas qua possit utramque partem comprimere ; et hoc excludit dicens : *Et ponere manum suam in ambobus* : id est coercere utrumque : hoc enim excluditur per immensitatem divinæ potentiae ; quam

supra ostendit. Et quia, ut dictum est, intendit perserutari qua ratione innocentes puniantur in hoc mundo, consequenter ostendit quid eum impedire possit ab hac perserutatione, et quia intentione hoc perserutari velit. Impediri autem posset ab hac perserutatione ex duobus. Primo quidem ex afflictione quam patiebatur : homines enim quorum mens occupata est tristitia, non possunt subtiliter perserutari ; et quantum ad hoc dicit : *Auerat a me virgam suam*. Secundo ex reverentia quam ad Deum habet : homines enim aliquando ex quadam reverentia quam ad Deum habent, omittunt ea quæ Dei sunt perserutari ; et quantum ad hoc dicit : *Et pavor ejus non me terreat* ; quasi dicat : Concedat spiritum meum requiescere ab afflictione quam patior, et non imputetur mihi ad irreverentiam quod de divinis disputo ; et sic potero preserutari : unde sequitur : *Loquar et non timabo eum* ; id est, ac si non timerem eum : *neque enim possum metuens respondere* ; id est, dum a reverentia ejus revocor a perserutatione. Sciendum est autem, quod timor Dei aliquando timentes Deum a perserutatione<sup>2</sup> divinorum non revocat, quando scilicet perserutantur divina, desiderio veritatis cognoscendæ, non ut incomprehensibilia comprehendant, sed semper eo moderamine, ut intellectum suum divinæ subjiciant veritati. Revocatur autem per timorem Dei, ne sic perserentur divina quasi comprehendere volentes, et intellectum suum divina veritate non regulantes : sic igitur per hæc verba Joë intendit ostendere, quod eo moderamine de iis quæ ad divinam providentiam pertinent, perserutatur, ut intellectum suum divinæ veritati subjiciat, non ut divinam veritatem impugnet ; quod esset contra reverentiam divini timoris.

<sup>1</sup> Al. : « quæ. »

<sup>2</sup> Al. : « quod timor Dei circa homines a perserutatione. »

## CAPUT DECIMUM

## LECTIO I

*Tædet animam meam vita meæ; dimittam adversum me eloquium meum.* Loquar in amaritudine anime meæ, dicam Deo : *Noli me condemnare.* Indica mihi, cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimes me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora, ut queras iniquitatem meam, et peccatum meum scriberis? Et scias quia uihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tua fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu; et sic repente precipitas me? Meminno, queso, quod sicut lutum feceris me, et in pulvere reduces me. Nonne sicut lac misisti me, et sicut caseum me congalasti? Pelle et carnibus vestiti me, ossibus et nervis compiegisti me; vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum. Licit huc celas in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris.

Postquam superius proposuit Job, quod tam innocentes quam impii in hoc saeculo tribulantur, et tetigit causam punitionis innocentum, quæ posset existimari<sup>1</sup>, scilicet quod terra quasi derelicta a Deo, sit exposita voluntati iniquae potestatis, innocentes pro libito punientis: hoc autem remoto, quia manifestum inconveniens continet, inquisivit quis esset innocentum punitor, et quia de causa: et hanc questionem hic prosequi intendit. Prins tamen quam ad investigationem procedat, ostendit quo animo hic loquatur: loquitur enim in persona hominis afflicti secundum concepciones quas ei tristitia subministrat: unde primo ponit tedium quod patitur in hac vita; quod quidem tedium est propter tribulaciones quas patitur, quae intantum graves sunt quod oliam ipsam vitam redundunt tedium: licet enim vivere secun-

dum se delectabile sit, tamen in angustiis vivere tedium est: unde dicit: *Tædet animam meam vita meæ.* Sicut homo cui delectabilis est sua vita, optat se vivere; ita cui tedium est sua vita, optat se vita privari; et ideo subjungit: *Dimittam adversum me eloquium meum:* tunc enim homo adversum se loquitur, quando se vita privari exceptat. Sed signanter dicit, *Dimittam:* nulloties enim homo aliquos motus in corde patitur propter aliquam passionem vel tristitia; vel concupiscentia vel iræ, aut enjussumque alterius; sed tamen ita ratione ejus motus reprimit quod ad verbum exterius non procedunt: quando autem ratio ostendere vult quid interius patiatur, occultos motus in verba producit; et tunc hoc eloquium dimittere dicitur, quasi prins retentum; et propter hoc subdit: *Loquar in amaritudine anime meæ;* quasi dicat Verba qua exteriori proferam, interiori amaritudinem ostendent; scilicet, ut det intelligere se in persona hominis amaricati loqui. Sed ne rursus intelligatur, quod ista eloqui dimissus sit per hoc quod ratio a tristitia superatur, subjungit: *Dicam Deo: Noli me condemnare.* Cum enim ratio a passione vincitur, homo contra Deum murmurat, et quandoque usque ad blasphemiam procedit; sed dum inter tribulationes hominis ratio recta manet, Deo se subdit, et ab ipso remedium prestolatur: *Dicam Deo: Noli me condemnare.* Simul etiam in hoc ad solvendam questionem accedit: cum enim supra quesivisset, quæ esset causa innocentum penae in hoc mundo, hic

<sup>1</sup> Al.: « examinari. »

confitetur Deum esse auctorem punitionis hujus, dum petit quod ab eo non condemnatur, secundum illud i Reg. ii, 6 : *Dominus mortificat et vivifcat* : ex quo Manichaeorum haeresis confutatur. Iis autem premissis, supposito quod Dominus sit punitionis auctor, inquirit de causa sue punitionis ad Deum loquens : *Iudica mihi, cur me ita judices*; idest, facias me cognoscere causam propter quam a te punior. Sciebat enim, quod rationis investigatio ad veritatis terminum pervenire non potest, nisi divinitus doceatur : scire autem causam suas punitionis necessarium est homini, vel ad correptionem, vel ut patientius flagella sustinet.

Ad inquisitionem autem hujus quæstionis procedit sub quadam disjunctione : necesse est enim quod ipse qui punitur, vel sit innocens, vel peccator. Primo autem procedit, supponendo quod sit innocens : et quia ad cognitionem divinorum per res humanas pervenimus, proponit duos modos, quibus in humano judicio quandoque innocentibus puniuntur. Primus modus est propter malitiam punientis, ex qua contingit triplieiter pœnas innocentibus irrogari. Aliquando quidem dum per astutiam innocentibus calumnias ingeunt; et quantum ad hoc dicit : *Nunquid bonum tibi videtur, se calumnieris?* Aliquando vero per potentiam opprimuntur : et quantum ad hoc subdit : *Et opimas me opus manuum tuarum?* Aliquando vero ipsi quidem ex proprio motu innocentes non puniunt, sed quia inordinate aliquos impios diligunt, eos etiam in oppressione innocentum juvant : unde subdit, *Et consilium impiorum adjuves?*

Sed considerandum est, quod aliquando aliquid in diversis naturis unum et idem potest esse bonum et malum : sicut iracundum esse, cani quidem est bonum, homini autem malum. Nullus autem sanæ mentis hoc in dubitationem deducit quod Deus ex malitia aliquid operetur : non enim potest in summo bono aliquid mali esse ; sed potest contingere quod aliquid malum est in homine quod ad

divinam pertinet bonitatem ; sicut non miseri, secundum quod misericordia compassionem sonat, in homine quidem vituperatur ; quod tamen bonitas divina ex sua perfectione requirit. Manifestum est autem quod tria predicta, calumniari, opprimere, et consilium impiorum adjuvare, in hominibus mala sunt : unde hoc in questione inducit, utrum Dei possint esse bona : unde non querit : *Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris et opimas?* scilicet supponens pro firmo, quod Deus nunquam aliquid facit nisi quod bonum sibi videtur ; et hoc vere est bonum. Item considerandum est, quod ea que naturaliter sunt, non imputantur in culpam vel in malum ; naturale autem est quod unumquodque perdat suum contrarium : unde et Deus, qui est summe bonus, odit ea que contra se sunt, et ipsa disperdit, secundum illud Psal. v, 7 : *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes etc.* Si ergo homines non essent a Deo facit, sed a principio contrario, ut Manichæi fabulantur, bonum videretur quod Deus homines opprimere propter seipsum. Ad hoc igitur excludendum, non simpliciter dicit : *Et opimas me* ; sed addit : *Opus manuum tuarum.* Item, bonum videtur quod Deus justorum voluntates adimpleat ; qui autem innocentem, calumniari aut opprimere volunt, non sunt justi, sed impii ; et præcipue si non ignoranter vel casu, sed ex consilio et deliberatione hoc velint : unde cum se innocentem supponat in prima parte quæstionis, sequitur impios esse qui eum ex deliberato consilio opprimeret vel calumniari volunt ; et ideo signanter dicit : *Et consilium impiorum adjuves?*

Hac igitur causa remota<sup>1</sup>, quia Deo hoc bonum videri non potest, cum ipse sit opus manuum Dei, et cum ejus hostes, qui ipsum oppresserant, impii proficiuntur, procedit consequenter ad secundum modum, quo in humano judicio quandoque innocentes affliguntur. Contingit enim quandoque, quod quando aliquis innocens false apud judicem accusatur, judex ad exquirendam veritatem,

<sup>1</sup> Al. : « retenta. »

eam tormentis subjicit secundum justitiam agens : sed hujus rei causa est defectus cognitionis humanae, qui est triplex. Unus quidem est, quia omnis cognitio hominis a sensu procedit ; et quia sensus corporis et corporalium sunt, non potest iudex interiorem conscientiam accusati cognoscere : ut ergo hoc excludat, ideo dicit : *Numquid oculi carnei tibi sunt?* ac si dicat : Numquid tu corporalibus sensibus cognoscere non possis ? Ponit autem oculos, quia visus inter alios sensus excedit. Secundus defectus est quod homo per sensus corporeos nec etiam omnia corporalia conspicere potest ; non enim potest cognoscere que a remotis et in absconditis sunt ; quod a Deo removet, dicens : *Aut sicut videt homo, ita et tu videbis?* ut scilicet non possis quae ubique sunt etiam occulta cognoscere. Tertius defectus humanae cognitionis est ex tempore tum quia homo de die in diem plura cognoscit ; tum etiam quia per timoris longitudinem obliiscitur ea que novit ; ut sic oporteat eum iterato quasi addiscere. Hoc a Deo removet dicens : *Numquid sicut dies hominis dies tui,* ut scilicet de die in diem crescet cognitio, et *anni tui sicut humana sunt tempora?* ut scilicet per cursum temporum aliiquid tue cognitioni decessat. Et subdit : *Ut quuras iniquitatem meam, et peccatum scruteris,* id est, ut per flagella inquiras an ego peccaverim opere, et iniquus sum mente, sicut homines per tormenta peccata exquirunt ; et sic post inquisitionem hujusmodi in me peccata non invenies. *Et scias quod nichil impium fecerim;* quasi hoc aliunde cognoscere non possis, nisi per flagella peccata mea inquiras, et hoc libere facias absque contradictione, *cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.* Aliquaundo enim ab hac inquisitione qua est per tormenta, iudices deficitur dum ille qui torqueri debent ab eorum manibus eruntur. Et quia supra dixerat se esse opus maiorum Dei : ut ex hoc ostenderet, quod bonum Deo videri non potest ut cum opprimat propter se, quasi in oppressione ejus delectetur ; quod suppo-

suerat manifestat, unde subdit : *Manus tux fecerant me.* Et ne aliquis credat, secundum Manichaorum heresim, hominis animam a Deo factam, corpus vero a contrario auctore<sup>1</sup> formatum suljungit : *Et plasmaverunt me totum in circuitu.* In circuitu dicit, quia corpus videtur esse anime in circuitu, sicut vestimentum vestito, vel sicut domus habitatori. *Totum* dicit, ut ad singula corporis membra referatur. *Plasmaverunt* dicit, ut al ludat ei, quod homo ex limo terrae dicitur esse formatus. Per manus autem operatio divina intelligitur : unde dicitur pluraliter, *Manus tux* ; quia licet sit una divina virtus operans, multiplicatur tamen ejus operatio in effectibus, tum propter diversitatem effectuum, tum etiam propter varietatem causarum mediariarum, quibus mediantibus suos effectus producit. Subdit autem : *Et sic repente præcipitus me?* quia repentinum videtur esse ut aliquis qui aliquam rem produxit, eam absque causa manifesta corrumpat. Qui enim facit aliquid, vult illud esse ; ad hoc enim facit ut sit ; qui autem ipsum corrumpit, vult illud non esse. Si aliquis igitur destruat quod prius fecit, videtur repentina ejus mutatio voluntatis, nisi aliqua manifesta causa de novo oriatur, ex qua appareat, prius illud esse corrumpendum quod prius fuit fiendum ; hujusmodi autem repentina mutatio voluntatis in Deum cadere non potest ; et ideo quasi admirative querit : *Et sic repente præcipitus me?* quasi dicat : Hoe inconveniens videtur, si quem prius fecisti, sine causa nunc destruas. Vel quod dixit, *Fecerunt me,* potest referri ad constitutionem substantiae ; quod autem dixit : *Et plasmaverunt me totum in circuitu,* potest referri ad ea quae substantiae adveniunt, sive sint bona anima<sup>2</sup> sive corporis, sive exterioris torturae. Et quia in generali se factum et plasmatum a Deo posuerat, in speciali<sup>3</sup> prosequitur modo sua factionis ad similitudinem aliquius, qui cum alieni vult reducere aliquid ad memoriam, particulariter cuncta ei edisserit, ut sic videlicet ei in memoriā reducat. Videtur autem Deus tunc

benevolentia quam ad suam facturam habet oblivisci, cum eam corruptioni expонit, et ad modum obliviscentis se habet; et secundum hunc modum dicitur in Psalmo xii, 1 : *Usquequā, Domine, oblivisceris me in finem?* Et ideo dicit : *Memento, quāso, quod sicut lutum feceris me.*

Ubi considerandum est, quod duplicem hominis factionem commemorat. Primo quidem eam que pertinet ad primam institutionem nature, alludens ei quod dicitur Gen. n. 7 : *Deus hominem de limo terræ formavit;* et ideo dicit : *Quod sicut lutum feceris me.* Ubi etiam compositionem hominis ex primis elementis tangere videtur; et quia etiam primo homini dictum est Gen. iii. 19 : *Pulvis es, et in pulvorem revertaris;* consequenter subhinguit : *Et in pulvrem reduces me;* quod etiam naturali materiae competit: nam ea quae ex terra generantur, consequens est secundum naturae ordinem ut resolvantur in terram. Sed de hoc aliquis mirari potest, cum majus videatur de terra formare hominem, quam hominem formatum retinere ne in pulvrem redigatur; unde est quod Deus, qui hominem formavit, eum in pulvrem redigi permittit, utrum scilicet hoc sit solum ex necessitate materiae, ut homo in hoc nihil plus habeat aliis quae ex terra formantur, vel hoc sit ex divina providentia aliquam hominis culpam puniente.

Consequenter autem tangit factionem hominis quantum ad opus propagationis, secundum quod homo ab homine generatur: ubi considerandum est, quod quia omnia naturae opera Deo attribuit, non excludit naturae operationem: sed eo modo quo principali agenti attribuuntur ea quae per causas secundas aguntur, ut artifici ipsa operatio serræ<sup>1</sup>: hoc enim ipsum quod natura operatur, a Deo habet, qui ad hoc eam instituit. In hac autem hominis generatione primo ocurrunt seminis resolutio; et quantum ad hoc dicit: *Nonne sicut lac mulsisti me?* Sieut enim semen est superfluum alimenti, ita et lac. Secundo autem concurrit compactio massa corporae in ictu mulieris; et quantum ad hoc subdit :

*Et sicut caseum me coagulasti?* Ita enim se habet semen maris ad materiam quam femina ministrat in generatione hominis et aliorum animalium, sicut se habet coagulum in generatione casei. Tertio autem occurrit distinctio organorum, quorum quidem consistentia et robur est ex nervis et ossibus; cirenmatur autem exteriorius a pelle et carnis, unde dicit : *Pelle et carnis vestisti me, ossibus et nervis compagisti me.* Quartum autem est animatio fetus, et præcipue quantum ad animam rationalem, que non infunditur nisi post organizationem; simul autem eum anima rationali infunduntur homini divinitus quedam seminaria virtutum, aliqua quidam communiter omnibus, aliqua vero specialiter aliquibus, secundum quod homines quidam sunt naturaliter dispositi ad unam virtutem, quidam ad aliam Job autem dicit infra, cap. xxxi : *Ab infantia crevit tecum misericordia, et de utero egressa est tecum;* unde et hic dicit : *Vitam et misericordiam tribuisti mihi.* Ultimum autem est conservatio vitae, tam in materno utero, quam post exitum ab utero: quæ quidem conservatio est partim quidem per principia naturalia, partim autem per alia Dei beneficia naturæ superaddita, sive pertineant ad animam, sive ad corpus, sine ad exteriora bona; et quantum ad hoc subdit : *Et visitatio tua custodivit spiritum meum.* Sieut enim Deus ab aliquo recedere dicitur in Scripturis, quando Deus ab eo sua dona subtrahit; sic eum visitare dicitur, quando ei sua dona largitur. Ne autem ex hoc quod Job Deo dixerat : *Memento, queso, quod sicut lutum feceris me;* aliquis credere posset cum hujus opinione esse, quod oblivio Deum cadere possit, excusat se ab hoc, dicens : *Licet haec celles in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris.* Dicitur autem Deus per similitudinem hominis aliquid in corde celare, quando non ostendit per effectum quod habet in cognitione vel affectione: sic itaque Deum prædicta in corde celare dicitur, quia in effectu non ostendit quod eum sua factura recognoscet, quam sic repente præcipitare videtur.

<sup>1</sup> Al. : *scit. "*

<sup>2</sup> Al. : *a spiritualiter. \**

## LECTIO II

Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi; cur ab iniquitate mea mundum me esse non patieris? Et si impius fuero, va mihi est; et si justus, non levabo caput saturatus afflictione et miseria. Et propter superbiam quasi leuum capies me; reversusque mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam adversum me; et potes militant in me.

Superius inquisivit Job causam sua punitionis, supposito quod innocens es- set; nunc autem procedit ad inquirendum, si propter hoc puniatur quod peccator est: et quod propter peccatum non puniatur, primo ostendit, utens tali ratione. Si enim peccatum commisit, maxime hoc commisisse videtur tempore prosperitatis: si autem peccatum est tota causa quare aliqui puniantur adversitate quam sustinent in presenti, et posita causa, ponitur effectus; oportet quod statim cum aliquis peccat, adversitas sequeretur. Manifestum autem erat, quod Job tempore sue prosperitatis cumdem modum vivendi servavit: unde si peccavit hoc modo vivendo, diu ante peccaverat quam adversitatem pateretur. Oportebat ergo dicere, quod cum statim post peccatum adversitas secuta non sit, quod Deus pro tempore illo ei pepercit quo adversitates non induxit: inconveniens autem est dicere, quod peccatum quod Deus pepercit, iterum inputet ad penam: non ergo videtur quod pro peccato prius ab eo commisso nunc puniatur. Hoc est ergo quod dicit: *Si peccavi, scilicet tempore prosperitatis mea; et ad horam pepercisti mihi;* quia scilicet non statim adversitatem induxisti; *cur ab iniquitate mea mundum me esse non patieris?* quasi dicat: Cur ex quo reputasti me aliquo tempore quasi<sup>1</sup> purum, parcendo mihi iniquitatem meam; nunc iterum me punis, quasi non sim purus? Aliam etiam rationem consequenter subiungit, que-

talis est. Si peccatum est tota causa adversitatum praesentium, sequeretur quod non tam justi quam peccatores convenienter<sup>2</sup> adversitates in hoc mundo patarentur: videmus autem et justis et peccatoribus adversitates esse communes; et hoc est quod dicit: *Et si impius fuero, va mihi est;* idest, adversitates sustineo; *et si justus,* vel prius fui, vel modo factus sum: *non* propter hoc *levabo caput,* quasi a miseria sublevatus, ego, dico, existens *saturatus afflictione,* quantum ad dolores, *et miserum*<sup>3</sup> quantum ad pennitram<sup>4</sup> et confusionem. In saturitate autem abundantiam afflictionis et miseria designat; et hoc videtur dicere contradicunt Eliphaz et Baldad Subites. Dixerunt autem, quod si converteretur, ab adversitate liberaretur: contra quod dicit, quod etiam si justus effectus sit, non propter hoc a miseria relevatur; quamvis pro precedentibus peccatis, si qua fuerint, iam sufficienter punitus sit: quod per saturitatem afflictionis et miseria designat. Et quia hoc ei ad superbiam Eliphaz imputaverat, quod se innocentem dicebat, subiungit: *Et propter superbiam quasi leuum capies me:* quasi dicat: Facis me reputari ab iis qui capiunt verba mea, quasi leuam propter superbiam. Et hoc ipsum quod sic malus reputabatur, erat ei pena super penam: unde subdit: *Reversus mirabiliter me crucias;* quasi dicat: Prius venisti affligens me per subtractionem rerum et corporis vulnera: et nunc iterato redisti, et eruebas<sup>5</sup> me per amicos: quod est mirabile, quia ab amicis magis consolationem deberet accipere. Vel hoc dievit, quod maxime homo affligitur eum ab amicis deridetur. Qualis autem sit iste erueciatus, ostendit subdens: *Instauras testes tuos contra me.* Eliphaz enim et Baldad dum videbatur justitiam Dei de-

<sup>1</sup> AL: « non. »

<sup>2</sup> AL: deest: « convenienter. »

<sup>3</sup> AL: « portentum. »

<sup>4</sup> AL: « evanescas. »

fendere, et similiter socii ejus, in quo quasi testes Dei se demonstrabant, contra Job loquebantur, cum de peccato arguentes. *Et sic multipicas iram tuam*, idest effectum irae tue, *adversum me*, scilicet, me multipliciter punit; et *parva militant*

*in me*; quasi cum quadam auctoritate et sine contradictione me impugnant: milites enim consueverunt cum auctoritate regia et absque ulla contradictione aliquem qui reputatur reus, invadere.

## LECTIO III

Quare de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuisseum, qui non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finetur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, antequam vadam et non revertar, ad terram tenebrosam, et apertam mortis caligine, Terram misericordie et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Terminaverat Job inquisitionem suam in hoc quod, sive justus sive peccator esset, tribulationibus multiplicibus subjacebat; et ne aliquis posset credere, Deum in ejus tribulationibus delectari, vult inquirere, an hoc verum esse possit. Inconveniens autem videtur quod aliquis effectum suum producat ad hoc quod male se habeat; cum potius omne agens in suo effectu bonum intendat. Supponit autem, sicut ex premissis patet, se esse opus Dei; et ideo ab eo querit: *Quare de vulva duristis me?* quasi dicat: Numquid propter hoc me nasci fecisti ut tribulationibus subdas? Et quia posset aliquis dicere, quod etiam sic in tribulationibus esse, melius est simpliciter, quam natum non esse; excludit hoc dicens: *Qui utinam consumptus essem, scilicet in materno utero, ne oculus me videret;* idest, ne confusionem pateret ex tantis malis que in me oculi hominum conspicunt: et tamen si in materno utero consumptus essem, habuissem dignitatem essendi sine miseria, quae mihi existenti accidit; et hoc est quod dicit: *Fuisseum, quasi participans* id est, *participasse* id quod bonum est in esse, *quasi non essem*, immunitis forem a malis hujus vite, ac si nunquam fuisseum: non est enim dignitas humani esse ut in perpetuum conseretur, sed ut tandem homo

moriatur et transferatur ad tumulum, qui mortuo preparatur ad hoc, quod aliquis ejus memoria post mortem remaneat: et hoc etiam mihi non defuisset: unde sequitur: *Ex utero translatus ad tumulum.* Nullus autem qui in pomis alienigenis delectatur, ita crudelis invenitur, qui vel non ad modicum ab affligendo cesseret. Dato ergo quod Deus causa nativitatis hominis nou essem, tamen dies hominis breves sunt, et praecipue in comparatione ad aeternitatem Dei; et ista etiam brevitas, quando homo jam magnam partem vitae transiverit, cito finienda expectatur; et hoc est quod dicit: *Nunquid non paucitas dierum meorum, quia omnes dies vitae meae pauci sunt, finietur brevi?* Jam ipsis paucitatis magna parte transacta, non est ergo magnum, si de cetero a percussione cesseret; et hoc est quod concludit: *Dimitte ergo me:* et si tibi durum videtur quod vel ad horam absque afflictionibus sim, certum est quod etiam te cessante a percussione, non mihi remanet unde gaudeam, sed unde dolam; et hoc est quod subdit: *ut plangam paululum dolorem meum*, scilicet quem ex precedentibus percussionibus concepi. Hoc autem dicit, quia percuti se adhuc reputabat, dum amici eum objurgabant, de quibus dixerat: *Instauras testes tuos contra me.* Et quia posset sibi responderi: In uno potius hoc modo tempore affligendum est quando hinc transibitis, consolationem invenies; quod posset esse dupliciter: uno modo iterato reducendo ad hanc vitam, et hoc excludit cum dicit: *antequam vadam*, scilicet per mortem, et non revertar, ut iterum vivam: quod potest exponi dupliciter.

Uno modo, ut dicat se non reverti ad similem modum vivendi, ut quidam fabulantur; vel melius dicendum, quod more disputatoris loquitur secundum id quod adversarii sentiunt, antequam veritas manifestetur. Infra autem Job manifeste resurrectionis veritatem indicabit; et ideo in omnibus praecedentibus loquitur de resurrectione, supponendo opinionem eorum cum quibus disputabat, qui non credebant aliam vitam esse nisi istam, et in hac sola homines aut puniri aut premari pro malis ac bonis quae agunt. Alio modo posset post finem hujus vite consolationem expectare in ipso statu mortis; sed hoc excludit dicens: *Ad terram tenebrosam*, ad quam scilicet vadam post mortem. Et potest hoc exponi dupliciter: uno modo de inferno, ad quem animae omnium hominum descendebant, etiam justorum, ante mortem Christi; licet justi ibi penas sensibiles non patarentur, sed solum tenebras; alii vero et penas et tenebras. Sed quia Job sic locutus fuerat ac si dubium esset utrum ipse esset justus, ut rei veritas erat, vel peccator, sicut amici ejus calumniabantur; describit infernum communiter, et quantum ad bonos et quantum ad malos. Accipiendo ergo infernum sic communiter, dicitur: *Terra tenebrosa inquantum caret claritate divinae visionis*: dicitur *operta mortis caligine*, quantum ad peccatum originale, quod est caligo inducens ad mortem: dicitur *terra miseria*, quantum ad peccata, quas ibi reprobo patiuntur: *Terra tenebrarum*, quantum ad obscuritates peccatorum actualium, quibus mali involvuntur: dicitur autem esse ibi *umbra mortis*, idest similitudo mortis: quia sic affliguntur ac si semper morerentur: dicitur autem ibi *nullus ordo* esse vel propter confusionem mentium quam patiuntur damnati, vel propter hoc quod illo ordo non ibi servatur qui hic. Hie enim ignis ardet et lucet, quod ibi non est. *Sempiternus autem horror ibi inhabitat*, quia licet semper dolent de penitibus presentibus, semper tamen timent futuras. Sed quia illi contra quos disputabat, im-

mortalitatem animae non ponebant, ut sic post mortem remaneret; ipse autem loquitur secundum positiones eorum: melius quantum ad sensum litterarum sic apponitur ut totum referatur ad corpus, quod in terra sepelitur, et in terram convertitur. Dicit ergo: *Ad terram tenebrosam*, quantum ad ipsam proprietatem terre que in se opaca est. Sed licet in se sit opaca, tamen viventes qui super terram habitant, illustrantur lumine acri operientis terram, sed isto lumine mortui non perfruuntur: unde subdit: *Operantem mortis caligine*; quasi dicit: Mors facit ut post mortem aliquis non perfruatur lumine quo vivi utuntur. Contingit autem quandoque quod licet aliquis vivus lumine circumdante terram non perfruatur, tamen in aliquo occinto loco terre existens, fruatur desideratis quoad appetitum, et considerat, alias veritates quoad intellectum; sed hoc mortui carrent: unde subdit: *Terram miseria*, quantum ad carentiam omnium desiderabilium vel delectabilium<sup>2</sup>, et *tenebrarum*, inquantum deficit consideratio veritatum. Inter alia etiam in quibus vivi delectantur, praepnimum est societas humana cum debito ordine, quo quidam prasunt, et alii subsunt, et alii serviunt; sed hoc mortui privantur: unde subdit: *Ubi unbra mortis*: quasi dicit: Apud mortuos non sunt nisi horribilia secundum existimationem<sup>3</sup> viventium, ut dicitur Sap. xv, 4: *Personae apparentes tristes pavorem illis dederunt*. Et nullus ordo, quia absque differentia<sup>4</sup> honoris et dignitatis simul est conditio mortuorum. *Sed sempiternus horror inhabitat*, quantum ad viventes, quibus horroci sunt mortui: quasi dicit: Nihil est in statu mortuorum nisi que homines horrent: et hoc in sempiternum apud eos erit, si ad vitam non redeant. Sic igitur Job inquirendo causam sue tribulationis, ostendit hoc non esse ab aliquo impio, in cuius manu data sit terra non esse a Deo calumniose opprimente; non esse a Deo culpam in quirente; non esse a Deo peccata puniento: non esse a Deo in penitibus sibi compla-

<sup>1</sup> Al. : « ipse adhuc. »

<sup>2</sup> Al. deest : « vel delectabilium. »

Al. : « exterritum tuncem. »

<sup>3</sup> Al. : « doctrina. »

cente : unde adhuc romanet sub dubio causa tribulationis ejus : quae omnia prosequitur Job, ut de necessitate inducat eos ad ponendum aliam vitam, in qua et justi preminentur, et mali puniantur ; ex

quo per ea nunc posita non potest reddi causa tribulationis justorum, quos certum est aliquando in hoc mundo tribulari.

## C A P U T   U N D E C I M U M

### LECTIO I

Respondens autem Sophar Naamatites dixit : Numquid qui multa loquitur non audiet, aut vir verba eius justificabitur ? Tibi soli tacebant homines, et cum ceteros irriseris, a nullo confutaberis ? Dixisti enim : Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo. Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi : ut ostenderet tibi secreta sapientie, et quod multiplex esset lex ejus ; et intelligeres quod multo minor exigeris ab eo, quam mereatur iniurias tua. Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem reperies ? Excelsior ergo est ; et quid facies ? Profundior inferno ; et unde cognosces ? Longior terra mensura ejus, et latior mari. Si subverterit omnia, vel in unum coartaverit, quis contradicet ei ; vel quis dicere ei potest : cur ita facis ?

Superius Job inter cetera mala quae patiebatur, mirabiliter cruciari se dixerat ab amicis suis, qui contra eum insurgebant quasi testes pro Deo ; a quo verbo tactus Sophar respondit : unde dicit : *Respondens autem Sophar Naamatites dixit : Numquid qui multa loquitur non audiet ?* quasi dicat : Tu multa locutus es inordinate : unde non est mirum, si ab amicis tuis reprehensus es. Quod si homo qui loquitur multa non reprehenderetur, sequeretur hoc inconveniens quod homines ex ipso quod sunt loquaces, justi reputarentur : unde sequitur : *Aut vir verbosus justificabitur ?* id est, justus reputabitur ? Et quia posset dicere Job, sibi debere defiri propter suam dignitatem, excludit hoc subdens : *Tibi soli tacebant homines, et cum ceteris irriseris, a nullo confuta-*

*beris ?* Intellexerat enim Job dixisse alios esse irrisores in hoc quod testes Dei eos vocaverat, et in hoc quod supra dixerat : *Quare detraxitis sermonibus veritatis ?* et ideo dicit non esse mirandum, si etiam alii contra ipsum loquuntur. Sed forte posset dicere quod non haberent quid dicere contra eum, vel contra verba ejus ; et ad hoc excludendum subdit : *Dixisti enim : Purus est sermo meus.* Hoc accipit ab eo quod supra dixerat : *Non invenitis in lingua mea iniuriam, nec in faucibus meis stultitia apparebit.* Et mundus sum in conspectu tuo. Hoc Job expresse non dixerat, sed ex verbis ejus accipere volebat : quia disputaverat, se nou propter peccatum punitum ; vel ex eo quod dixerat : *Scias quia nihil impium fecerim* ; vel ex eo quod supra dixit : *Nonne dissimulavi, nonne silui ?* Considerandum est autem, quod cum peccatum sit obliquatio a lege Dei, non potest plene cognosci peccatum vel quantitas ejus, nisi lex Dei cognoscatur : rectum enim est iudex<sup>s</sup> sui ipsius et obliqui. Quod igitur Job se diceret immunem a peccato, et non ita graviter pecasse sicut puniebatur, ex hoc reputabat Sophar accidere quod Job legem Dei non perfecte cognosceret ; et ideo dicit : *Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi.* Hoc videtur in sugillationem Job dicere, quia

dixerat : *Indica mihi cur me ita judices.* Et potest dicere, quod Deus simpleiter loquitur homini, cum ejus cordi aliquid de sua sapientia inspirat, secundum illud Psal. lxxxiv, 9 : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Labia autem sua aperit, cum per aliquos effectus hominibus aliquid revelat. Labiis enim formantur voces exterius, quibus interiores conceptus cordis exprimimus.

Considerandum est autem, quod ab intellectu divinorum dupli ratione deficimus. Primo quidem, quia cum invisibilia Dei cognoscere non possumus nisi per ea quae facta sunt, ea vero quae facta sunt multum deficit a virtute factoris, oportet quod remaneant multa in factorie consideranda, quae nobis occultantur; et haec vocantur secreta sapientiae Dei; de quibus dixit : *Ut ostenderet tibi secreta sapientiae sue.* Secundo etiam quia ipsum creaturarum ordinem ad plenum comprehendere non possumus, secundum quod a divina providentia dispensantur : aliter enim est in humano regimine, et aliter in divino. Nam apud homines quanto aliquis est superior in regendo, tanto ejus ordinatio ad universaliora solum se extendit, particularia vero relinquit inferioribus rectoribus dispensanda; et sic lex<sup>1</sup> superioris rectoris est universalis<sup>2</sup> et simplex : sed Deus quanto est superior in regendo, tanto ejus ordinatio etiam usque ad minima se extendit : unde lex sui regimini non solum est secreta, si respiciamus ad altitudinem rectoris excedentem universam proportionem causarum<sup>3</sup>, sed etiam est multiplex, universa et singularia et minima sub certo ordine dispensans ; et ideo addidit : *Et quod multiplex esset lex ejus.* Et hoc quidem non solum in rebus naturalibus est considerare, prout divino subduntur regimini, sed etiam in rebus humanis. Leges enim humanae, quia non potuerunt carum latores ad omnia singularia respicere, ad universalia quedam respiciunt, que ut in pluribus accidunt. Qualiter autem universalia statuta humana sint factis singularibus applicanda, relinquitur prudentiae operantis : unde

in multis homo potest deficere a rectitudine ; quibus tamen non contrariatur legi humanitus positio. Sed lex divina, secundum quod est in sapientia Dei, ad omnia particularia et minima se extendit : et sic non potest contingere quod homo in aliquo a rectitudine discordet, et non contrarietur legi divinae. Quia igitur homo ad ipsam legem divinam, prout est in secreto sapientiae Dei, insciendum pertinere non potest, et per consequens nec ejus multiplicitatem agnosceret ; contingit quod aliquando non poterit se contra legem Dei agere, cum tamen agat ; vel parum delinqueret, eum tamen multum delinquat ; unde subdit, *Et intelligeres,* scilicet si essent tibi ostensa secreta sapientiae et multiplicitas legis Dei, *Quod multo minus erigaris ab eo,* scilicet in sufferenda penas : *Quam meretur iniquitas tua,* quam vel non cognoscis, vel existimas parvam : et in hoc videtur reprehendere, quod Job supra dixerat, *Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas quam patior, in statuera :* *Quasi arena maris haec gravior appareret.* Et quia proposuerat in divina sapientia esse aliquod secretum, quod nondum erat Job ostensus ; ne hoc posset negari, per consequentia confirmat dicens : *Forsitan vestigia Dei comprehendas?* Vestigia signa sunt per viam procedentis : opera autem Dei viae ipsius diemuntur : et productio creaturarum a Deo quidam processus Dei intelligitur in creaturas : prout scilicet divina bonitas ab eo in quo simpliciter et summe existit, gradatim ad effectus derivata procedit, dum superiora inferioribus meliora inveniuntur. Vestigia ergo Dei sunt signa quadam in creaturis inventa, ex quibus per eas Deus aliquatenus cognosci potest. Sed cum humana mens nec ipsas creaturas totaliter et perfecte cognoscere possit, multo minus et de ipso creatore perfectam notitiam habere potest : et ideo interrogando subdit, *Et usque ad perfectum omnipotentem repieres?* quasi dicat : Si creaturas perfecte cognoscere non potes, multo minus nec creatorem ; et signanter

<sup>1</sup> Al. : « lex regis. » — <sup>2</sup> Al. : « utilis. » et sic infra.

<sup>3</sup> Al. : « creature. » — <sup>4</sup> Al. : « cum non intelligat. »

dicit, *Reperies*, quia per quamdam compositionem ratio ab effectibus procedit ad causam; quam dum per effectus cognoscimus, eam dicimus inventare: nec est mirum, si creaturam non perfecte cognitis, creator non perfecte cognoscitur: quia etiam creaturam perfecte cognitis adhuc creator non perfecte cognosceretur: tunc enim per effectus perfecte causa cognosci potest, quando effectus adaequantur causae virtuti; quod deo dici non potest; et ideo subdit: *Excelsior corlo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? longior terra mensura ejus, et latior mari.* Haec sub metaphora dicuntur: non enim debet intelligi, quod Deus, qui incorporeus est, dimensionibus corporalibus distendatur; sed magnitudinem virtutis sub similitudine describit corporalis magnitudinis, quia quantumcumque corporea<sup>1</sup> videatur esse magna altitudine vel profunditate vel longitudine vel latitudine, deficiunt tamen a magnitudine virtutis dei, que majora facere potest: et ideo signanter Deum omnipotentem prius nominavit. Ex hoc ergo ostendit, quod perfectio in creaturam inveniri non potest: quia dato quod omnes creature perfecte

cognoscerentur, ex eis cognosci non possit virtus ejus aequaliter, quia medium sumi non potest ad cognoscendum virtutem dei; sed excedit omnem creaturam: et hoc significat cum dicit: *Quid facies, et nnde cognosces.* Non solum autem divina virtus excedit omnem creaturam in producendo, sed etiam in conservando: non enim creature conservatio est nisi a Deo nec est aliqua virtus in creatura, qua divine voluntati resistere possit, si ipsam creatram ulterius conservare non vellet: et ideo subdit. *Si subverterit omnia, in nihilum redigendo, subtrahendo scilicet eis esse, Vel in unum coarctaverit, confusione inducendo, scilicet per subtractionem ordinis, quo res distinguit: Quis contradicet ei?* idest que virtus creature poterit esse contraria, contra ejus voluntatem conservans vel se, vel alia in esse? Sed ne aliquis dicat, quod licet nihil posset conservari in esse nisi per eum, tamen, quia quasi ex debito res in esse conservat; ideo ad hoc excludendum subdit, *Vel quis dicere ei poterit: Cur ita facis?* quasi ab eo exigens rationem de debito praetermisso.

## LECTIO II

Ipse enim novit hominum vanitatem, et video iniquitatem, nonne considerat? Vir vanus in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Tu autem firmasti cor tuum; et expandisti ad Deum manus tuas. Si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris a te, et non manseris in tabernaculo tua iustitia, tunc levare poteris faciem tuam absque macula: et eris stabilis, et non timidis. Misericordia quoque oblivisceris: et quasi aquarum que praterierint, non recordaberis; et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. Et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer, et habebis fiduciam, proposita tibi spe, defossus securus dormies: requiesceris, et non eris qui te exterrat. Et deprecabimur faciem tuam ploramus. Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis; et spes illorum abominatio animarum.

Postquam ostendit Sophar, quod in divina sapientia est aliquid secretum quod

homini incomprehensibile est, procedit ad aliud manifestandum, quod prius supposuerat, scilicet, quod Deus per peccato ad hominem exigit pœnam<sup>2</sup>, et quod Deus facta hominum cognoscat: unde dicit: *Recte dieo quod exiguntur tibi a Deo minor, quam mereatur tua iniquitas: Ipse enim novit hominum vanitatem,* idest hominum facta vana<sup>3</sup>. Vana autem dici conseruerunt quæ instabilia sunt, eo quod debitum finibus non stabiluntur. Et hoc igitur est vanitas hominis quod cor ejus in veritate non figitur, per quam solam potest stabiliri: et ex hoc quod a veritate recedit, iniquitatem operatur, dum videat appetit illud quod appareat bonum,

<sup>1</sup> Al. deest: & corporea. <sup>2</sup>

<sup>3</sup> Al. deest: & pœnam. — <sup>2</sup> Al.: & varia. <sup>3</sup>

loco ejus quod est bonum : unde subdit : *Et videns, scilicet Deus, Iniquitatem ex vanitate hominum procedentem, Nonne considerat?* scilicet ad puniendum : tunc enim iudex peccatum videns, inconsidere pertransire videtur, quando dissimilat, ei pñnam apponere non curat : quod de Deo videtur non esse dicendum. Cum igitur ipse videat hominum vanitatem, pro iniquitate exigit pñnam. Sicut autem ex vanitate contingit quod homo ad iniquitatem declinat, ita ex eadem vanitate provenit quod homo divino iudicio se subjectum esse non reputat ; et ideo subdit : *Vir manus in superbiam erigitur, ut scilicet suo superiori se subditum esse non credat* ; et hoc est quod subdit : *Et tanquam pullum onagri, se liberum natum putat.* Onager asinus silvester est, cuius pullus a dominio hominis nascitur liber : pulli autem asinorum, qui ab hominibus possidentur, in servitatem hominum nascuntur. Homines igitur qui se divino iudicio subjectos esse non putant, reputant se quasi pullos onagri natos, licet videant alios homines ejusdem conditionis divino iudicio coerceri. Ille in suggestionem hecat Job dicere videbatur, intelligens ex verbis ejus, quod quasi de pari cum Deo vellet contendere, quia dixerat : *Auferat a me virgam suam, et pavore ejus non me terreat : loquar, et non timebo eum* : et ideo subdit : *Tu autem firmasti cor tuum, ut scilicet defenderes iniquitatem tuam : et tamen enim hac cordis obfirmatione, Expandisti ad Deum manus tuas, orando, scilicet supra eum dixit, Dicam Deo, noli me condemnare* ; et ideo inutilis est oratio tua : talis enim oratio est, quando homo primo iniquitatem dimittit, et postea a Deo petit ut a puniendo cesseat ; et hoc est quod subdit : *Si iniquitatem quam est in manu tua, absuleris u te, ut scilicet desistas ab opere iniquo : quod adhuc præ manibus habes : Et non manserit in tabernaculo tuo in iustitia, ut scilicet que injuste accepta repota habes, restitnas, vel ut tuos familiares corrigas, pro quorum delictis interdum domini pmiuntur propter negligientiam corrigendi : Tunc levare poteris, scilicet Domino orando, Faciem tuam absque macula, scilicet culpæ : et sic es-*

sabit condemnatio : primo quidem quantum ad futura ; unde subdit : *Et eris stabilis, ut scilicet ulterius per tribulationes non movearis : Et non timebis fatura pericula.* Et quia aliquando, licet homo non timeat de futuro, tamen affligitur prius, quas amisit vel passus est, subjungit : *Miseria quoque, scilicet quam hactenus passus es, Oblivisceris, propter abundantiam honorum supervenientium* ; et hoc exemplo confirmat cum subdit : *Et quasi aquarum que præterierunt, non recordaberis* ; quasi dicat : Quia homo post tempestatem pluvia, cum serenitas adveniret, pluviam præcedentium obliviscitur : vel propter hoc quod aquæ fluviorum citissime fluunt, et earum, postquam transiunt, nulla restat memoria. Sed quia contra promissionem prosperitatis in hac vita Job supra duo proposuerat : scilicet devastationem proprii corporis, cum dixit, *Induta est caro mea putredine* : et prætentionem dierum vita sue, cum dixit, *Dies mei velocius transierunt cursore etc* ; ideo ad utramque objectionem exhibendam subjungit : *Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam* ; ac si dicat : licet tibi videatur quod dies tui pertransierint, et vita tua sit in fine quasi ad vesperam ; tamen tanta poterit supervenire prosperitas, quod quasi rediret te ad gaudium juventutis tuae : sicut enim per vesperam intelligitur senectus, ita per meridiem juventus. Fulgorem autem vocat claritatem terrena prosperitatis. Contra hoc vero quod dixerat de consumptione proprii corporis, subjungit : *Et cum te consumptum putareris, scilicet propter infirmitatem quam passus es : Orieris ut lucifer, idest ad pristinum decorum revertetur corpus tuum.* Et quia iterum supra Job dixerat quod dies sui consumpti erant absque illa spe, ideo subjungit : *Et habebis fiduciam i repositu ibi spe* : idest, quia supra Job improbarat opinionem dicentium quod homo post mortem transactis nullis saeculis iterum rediret ad hunc modum vivendi, non hujus rei sibi spem dicit esse propositam, sed secundum quod homo post mortem vivit in memoris hominum. Quod quidem ex duobus contingit. Uno quidem modo ex tumulis, in quibus corpora mor-

tuorum conduntur, ut conservetur memoria defonctorum : unde et monumenta dicuntur : et quantum ad hoc dicit, *Et defossus securus dormies* : quasi dicat : Nullus sepulcrum tuum violabit : nec etiam timendum erit quod aliquis attenteret ; unde subdit : *Requiesces, et non erit qui te exterrreat*. Alio modo mortui vivunt in memoriis hominum propter bona que fecerunt dum viverent, ex quibus eorum vita desideraretur, et quantum ad hoc subdit. *Deprecahuntur faciem tuam plurimi*, idest plurimi exoptabunt presentiam tuam, vel reverentiam exhibebunt tumulo tuo memorantes beneficia tua. Et quia hoc promiserat si Job ab iniuitate vellet discedere, ostendit consequenter quod iniquis ista non dantur ; et

ideo subdit, *Oculi autem impiorum deficient*; quia videbunt bona que exoptant, non oblinebunt : tunc enim oculi aliqui ducere dicuntur, quando aspicit ad aliquid apprehendendum, ad quod affligeret non valet; et sic bona desiderata non adipiscuntur : ita etiam mala, quae patiuntur vel timent: vitare non possunt : unde sequitur : *Et effugium peribit ab eis* : quia scilicet non poterunt fugere mala post mortem, vel non erunt in veneratione vel desiderio, sed in abominatione propter mala quae fecerunt : hoc est quod subditur, *Et spes eorum abominatione animarum*, idest illud quod de eis potest sperari post mortem, est quidem abominabile.

## C A P U T D U O D E C I M U M

---

### LECTIO I

Respondens autem Job dixit : Ergo vos estis soli homines, et volissem moriatur sapientia ? Et nihili cor sicut et vobis : nec interior vestri sum. Quis enim haec quae noscet, ignorat ? Qui deridet ab amico suo, sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum. Deridetur enim justi simplicitas : lumbas contempta, apud cogitationes dixitum, parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula pradomini ; et undacter provocant Deum, cum ipse deridet omnia in manus eorum. Nimis rursum interroga juncta, et docebunt te : et voluntatis cordi, et indicabunt tibi. Loquere terre, et respondebit tibi : et narrabunt pisces maris. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit ? In eis manu anima omnis viventis, et spiritus universæ carnis hominum.

Sophar in verbis precedentibus conatus fuerat ostendere, quod secreta sapientiae Dei homo comprehendere non potest, ad singulandum Job, qui quasi enim Deo disputationem requiri videbatur : et sicut ex verbis ejus et aliorum amicorum perpendiculariter potest, circa tria tota eorum versabatur intentio. Primo enim studebant ad dicendum aliqua magnifica de Deo, extol-

lentes ejus sapientiam et potentiam et justitiam : ut ex hoc eorum causa favorabilior appareret. Secundo hujusmodi magnifica de Deo assumpta ad falsa quoddam dogmata applicabant, utpote, quod propter iustitiam homines prosperarentur in hoc mundo, et propter peccata tribularentur ; et quod post hanc vitam non esset aliquid expectandum. Tertio hujusmodi assertionibus, propter adversitatem quam patiebatur Job, arguebant eum quasi iniquum, et promittebant ei quoddam inania, si iniuitatem desereret ; utpote, quod defossus securus dormiret : et quod ad vesperam orietur ei fulgor meridianus : que Job quasi irrisiones reputabat : et circa hoc tota Job responsio versabatur. Primo ergo contra eos loquuntur de hoc quod se extollebant, quoddam magnalia de Deo proponentes, ac si soli ipsi ea scirent, et Job ea ignoraret : et ideo dicitur, *Respondens autem Job dixit* :

*Ergo vos estis soli homines?* quod sequitur, si vos solos scire reputatis de magnitudine Dei quae omnes homines cognoscunt; et cum in cognitione magnitudinis Dei consistat sapientia, sequitur quod, si hoc soli vos scitis, in vobis solum sit sapientia: et ita, vobis cessantibus, sapientia cessat: et ideo subdit, *Et vobiscum morietur sapientia?* quasi dicat: Inconveniens est vel quod vos soli sitis homines, vel quod vos soli sitis sapientes. Sed quia possent dicere: non soli nos sciimus, sed tamen tu nescis, respondet subdens. *Et mihi est cor,* scilicet ad hanc scienda: *Sicut et vobis:* nec inferior vestri sum; quantum scilicet ad hanc cognitionem. Et ne hoc arrogantiæ posset adscribi, subiungit: *Quis enim haec quæ noscitur ignorat?* quasi dicat: non est magnum si dico me scire ea quae scitis, quia non est magnum ea scire, cum quilibet ea sciat; sed quia haec me ignorare reputatis, ne contemptui habere videmini, quasi ignorem ea quae omnes sciunt; unde subdit: *Qui deridetur ab amico,* scilicet sicut ego, a vobis scilicet, dum me insipientem reputatis, *Invokebit Deum et exaudiens eum:* quia ubi deest auxilium humanum, ibi maxime adest auxilium divinum, secundum illud Psal. xxvi, 40, *Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me,* Dominus autem assumpsit me. Et in hoc videtur quasi responderem ei quod alias<sup>1</sup> dixerat Sopher: *tunc levare poteris faciem tuam:* ae si dicat: non oportet alind me amplius expectare fiducialiter orandum: quia ex hoc ipso quod ab amicis derideor, datur mihi spes recurrendi ad Deum. Quare autem irrisus ab amico exaudiatur a Deo, ostendit subdens, *Deridetur enim iusti simplicitas.* Ubi ostendit, et qui sunt qui derident, et quare, et etiam a quibus, cum subdit, *Lampas contempta apud cogitationes divitium:* derideri enim deficientis est; deridere autem superabundans. Qui autem in virtutibus superabundant eos qui in virtutibus deficient, non irident, sed magis compatiuntur, et juvant si possint; sed illi qui temporalibus abundant, maxime solent irridere eos qui in

temporalibus deficient: et præcipue, quando studium non adharent ad temporalia conquirenda. Studium autem justorum non est ad temporalia conquirenda, sed ad rectitudinem secundam<sup>2</sup>: unde a fraudibus et dolis abstinent, quibus plerumque divitiae acquiruntur, et ex hoc simplices reputantur. Ergo ut plurimum deridentur iusti: causa autem irrisiois est simplicitas: sed non sic irridetur quasi malum manifestum, sed quasi bonum occultum: et ideo simplicitas vocatur lampas propter claritatem justitiae; sed contempta apud cogitationes divitium, scilicet qui finem suum in divitiosis ponunt. Qui enim summum bonum in divitiosis ponit, oportet quod cogitet quod in tantum<sup>3</sup> sunt aliqua magna bona, in quantum magis prosunt ad divitias conquirendas. Unde oportet quod ei sit contemptibilis justorum simplicitas, per quam divitiarum multiplicitas impeditur. Sed licet ipsa simplicitas justorum in cognitionibus divitium contempnatur, tamen suo tempore a fine debito non fraudabitur; unde dicit, *Preparata ad tempus statutum.* Non autem dicit hoc quasi in aliquo tempore praesentis vite iustis pro sua simplicitate aliqua terrena prosperitas sit reddenda: sed indeterminatum relinquit quod sit istud tempus statutum, et ad quem finem justorum simplicitas preparetur: nondum enim ad hoc disputatio pervenit: sed in sequentibus ostendetur. Si igitur Job occulce insinuat quare ab amicis irridetur, quos divites vocat, quia prosperitatem hujus mundi finem hominis ponunt, quasi premium justitie hominis. Ipse autem sua simplicitate non hoc premium quarebat, sed aliud in tempore statuto: et ideo fulciam habebat, ut si invocaret bonum, ab eo exaudiretur: quia divites iusti simplicitatem irridentes, non in hoc sistunt, sed usque ad contemptum Dei procedunt: unde subditur: *Abundant tabernacula prædonum.* Consequens autem est, ex quo finem suum in divitiosis ponunt, quod omnes vias exquirant ad hunc finem ultimum consequendum, vel fraudando, vel quocumque alio modo: et sic effi-

<sup>1</sup> Al.: « scilicet. » — <sup>2</sup> Al.: « secundam. »

<sup>3</sup> Al.: « terra. »

ciuntur prædones; dum prædantur, di-vitiis abundant; ex hac autem abundantia sequitur contemptus Dei; unde subditur, *Et audacter provocant Deum*: tunc enim aliquis aliquid audacter facit, quando credit hoc esse bonum quod facit; cum enim conscientia eum remordet de malo, non sine timore homo perpetrat malum: quia ut dicitur Sapien. 17. *Cum sit timida nequit in, data est in omnium condemnationem.* Qui autem finem ultimum in divitiis ponunt, ex hoc existimant bona omnia esse, per quæ hunc finem consequuntur. Manifestum est autem, quod eum divitias acquirunt prædando, provocant Deum, contra ejus justitiam facientes: unde consequens est, quod audacter provocent Deum, vel alter ex divitiis, quod homo in superbiam erigitur, reputans se per eas sibi sufficere et ex hoc contemnit Deum audacter in divitiis suis confidens, secundum illud Deut. xxxii, 15: *Incrassatus est dilectus, et recalcitravit.* Sed quia dixerat, abundare prædonum tabernacula, qui provocant Deum; ne forte responderetur quia talis abundantia non est a Deo, subiungit: *Cum ipse dererit omnia in manus eorum, idest in potestatem eorum:* quia potestas nocendi alicui non est nisi a Deo voluntas autem malefaciens non est nisi a seipso et ideo, in hoc quod predantor, Deum provocant, sed abundantia consequens est eis a Deo: et hoc consequenter probat, cum subdit: *Nimirum interroga jumenta et docebunt te: votutilia cari, et indicabunt tibi: loquere terræ, et respondebit tibi: et nar-*

*rabunt pisces maris.* Quod autem omnia ista interrogata respondeant, ostendit subdens: *Quis ignorat, quod omnia haec manus Domini fecerit?* Hoc ergo ostenditur, quod omnia confitentur se a Deo esse facta. Tunc autem homo creaturas interrogat quando eas diligenter considerat; sed tunc interrogatae respondent, cum per considerationem ipsarum homo percipit, quod tanta ordinatio, et convenientia quæ invenitur in dispositione partium in ordine universi, nullo modo posset esse, nisi ab aliqua superiori sapientia dispensante. Si autem hujusmodi creature a Deo factæ sunt: manifestum est, quod in Dei potestate sunt, sicut artificiata in potestate artificis; et ideo subdit: *In cuius manu, idest potestate, Est anima omnis viventis,* et non solum aliorum animalium: *Sed et spiritus universæ carnis hominis.* Si autem in potestate ejus sunt, manifestum est, quod nullus rerum abundantiam habere potest nisi ab ipso, secundum illud Dan. iv, 14, *Dominatur Excelsus in regno hominum, et cuiuscumque voluerit dabit illud.* Manifestum est igitur, quod et terram et animalia, de quibus supra dixerat, in quibus humanae divitiae consistunt, nullus homo habere potest, nisi Deus in manum ejus dederit: et sic, si prædones abundant, *Deus dedit in manibus eorum.* Per hoc ergo confutatur illorum opinio, qui ponebant divitias a Deo dari pro merito justitiae, cum etiam prædonibus a Deo dentur.

## LECTIO II

Nonne auris verba adjudicent, et lances comedentes saporem? In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia et fortitudo: et ipse habet consilium et intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui adficiat: si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuuerit aquas, omnia sicabuntur; si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo et sapientia. Ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, et judices in stuporem; Balteum regum dissolvit, et

præcinctigat fure renes formam. Dicit sacerdotes in glorios, et optimates suppluant. Commutans labrum veracium, et doctrinam senum auferens. Elfundit despectum super principes, et eos qui oppressi fuerant relevat. Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes, et perdit eas, et subversas in integrum restituit. Qui immunit cor principum populi terra, et decipit eos, ut frustra incedant per invium. Palpabant quasi in tenebris et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

Quia superius posnerat Job, ea que Sophar de excellentia divinae magnitudinis dixerat esse omnibus manifesta; intendit hic ostendere quod hoc ad notitiam hominum pervenire potest per experimentum divinae potentiae et sapientiae in rebus humanis. Unde primo manifestat, quomodo homines per experimentum a sensibus in rerum cognitionem devinant; diceus, *Nonne auris verba dijudicat?* scilicet cum ea audit: *Et fauces comedentis saporem, nonne dijudicant?* quia experimentum sensus est. Conveni enter per judicium sensuum virtutem experimenti manifestat, et praeципue per auditum et gustum: quia auditus inter omnes sensus est disciplinabilior, unde plurimum ad scientias contemplativas valet; gustus autem est perceptivus ciborum<sup>1</sup>; qui quidem sensus homini necessarii sunt ad vitam; unde per judicium gustus experimentum significat, quod de rebus actioni vita habetur; et propter hoc ex iudicio dñorum sensum ostendit virtutem experimenti tam in speculativis quam in operativis, cum subdit, *In antiquis est sapientia*, que ad contemplationem pertinet, quia scilicet antiqui multa audierrunt: *Et in multo tempore prudentia*, que ad actionem pertinet: quia scilicet in multo tempore homines multa degustant utilia vel nociva. Sic igitur manifestata experimenti virtute, subiungit id quod homines de Deo experiri possunt, cum dicit: *Apud ipsum est sapientia et fortitudo: et ipse habet consilium et intelligentiam.* Ubi quatuor Deo attribuitur quae per ordinem habent: nam primum quidem est, occulta cognoscere; quod ad intelligentiam pertinet, secundum autem est, ex iis que homo intelligit, inveire in activis quidem vias commodas ad aliquem finem: quod ad consilium pertinet: si-  
cunt et in speculativis, per ea que homo intelligit, rationes deducit ad alias conclusiones cognoscendas. Tertium autem est, ut de iis que homo adiunxit, rectum iudicium habeat; quod ad sapientiam pertinet. Quartum autem est, ut ea, que aliquis iudicat esse facienda, potenter exequatur: et ad hoc pertinet fortitudo.

Quia vero experimentum procedit a sensibilibus, que licet sint priora secundum nos, sunt tamen simpliciter et secundum naturam posteriora, ideo incipit ostendere, quomodo homines experiri possunt fortitudinem divinam; et primo quidem in ipsis rebus humanis: videmus enim quod aliqui homines totaliter destruntur vel per mortem, quantum ad esse naturae vel per omniumodam abjectionem, quantum ad esse civile, cum non habent multos manutinentores. Unde cum adjuvari non possint ne ad destructionem perveniant, manifestum est, quod ab aliqua occulta causa et divina et excedeant humanam virtutem hoc contingit, cum ei virtus humana resistere non possit; et hoc est quod dicit: *Si destruxerit, nemo est qui adiuvet.* Item videmus aliquos homines in suis processibus impediti, etiam si non totaliter destruantur, licet habeant plurimos directores. Unde manifestum est, quod hoc etiam ab aliqua excellentiori virtute sit: unde subditur: *Et si incluserit hominem,* scilicet involvendo eum diversis difficultatiis: *Nullus est qui aperiat,* id est qui eum expedire possit: unde in Eccles. vii, 14, dicitur: *Nemo potest corrigerem eum quem deus despicerit.*

Deinde ostendit, quomodo possint homines experiri divinam potentiam in rebus naturalibus, praecipue quantum ad pluvias et siccitates: unde dicit: *Et si continuerit aquas,* ne scilicet pluendo cadant: *Omnia siecabantur,* scilicet que ex terra germinant: *Et si emiserit eas,* scilicet in magna abundantia: *Subvertent eam,* sicut in diluvio accidit. Et licet hoc ex aliquibus causis naturalibus proveniat, scilicet quod aliquando pluviae cessent usque ad omniumodam siccitatem: aliquando autem abundent usque ad terrae subversionem; non tamen hoc a divina potentia subtrahitur, que ipsas naturales causas ad proprios ordinavit effectus. Sic igitur quasi ex premissis concludens, subdit: *Apud ipsum est fortitudo.*

Deinde incipiens progredi ad secundum membrum adjungit: *Et sapientia,* scilicet est, quasi opponens quod manifestare

<sup>1</sup> Al.: « oderum. »

intendit. Est autem proprium sapientiae, ut per eam rectum judicium habeatur de rebus : ille autem recte judicat de rerum veritate, qui potest discernere quo modo aliquis decipiatur a veritate declinans ; ideo ad ostendendum quod in Deo sit sapientia, subdit, *Ipse norit decipientem, et eum qui diciptur*, id est discernit recto judicio deceptiones, quibus aliquis prefermit veritatem, deviando a recta veritatis cognitione : et hoc quidem supponit ab eo in quo communiter ipse et amici convenienter ; in hoc scilicet quod res humanae divino iudicio subduntur, de quibus judicare non posset nisi peccata cognosceret, inter quae magnum locum obtinent deceptiones et fraudes.

Deinde ostendit per ea quae in rebus humanis apparent, quod apud Deum sit consilium. Circa quod tamen considerandum est, quod sicut Deus scit et principia speculativarum scientiarum, et conclusiones et ordines eorum ad invicem ; non tamen per principia conclusionum cognitionum acquirit, sed omnia puro et simplici aspectu cognoscit ; ita et in operativis, et fines, et ea quae sunt ad finem novit, et quae viae ad fines aliquos consequendos expediant ; non tamen vias ex finibus inquirit, sicut nos dum consilia-nur. Sie igitur in Deo dicitur esse ratio, in quantum cognoscit ordinem principiorum ad sequentia ; non tamen ei convenit investigare aliquid per modum rationis, ut ratio facit : sic apud ipsum dicitur esse consilium, non per modum inquisitionis, sed per modum simplicis et absolute cognitionis. Profunditas autem alie-  
cujus in consiliis ex duobus perpendi potest : primo quidem, quando subtilitate sui consilii adversarios, etiam si exercitati in consiliis videantur, ad hoc deducit quod necesse sit eis, deficientibus omnibus viis eorum, ad finem inconvenientem pervenire : et quantum ad hoc dicit, *Ad-dicit consiliarios in stultum finem, im-pe-diendo scilicet, profunditate sui consilii, vias quas inveniunt ad finem hujusmodi evitandum.* Secundo autem ostenditur profunditas alie-  
cujus in consiliis, quando adversarios ad hoc deducere potest sub-

tilitate sui consilii, ut ignorent quid eos oporteat agere : et quantum ad hoc subdit, *Et judices in stuporem scilicet adducit.* Dicit autem judices, sapientes, qui de agendis rectum iudicium<sup>1</sup> consueverunt habere : sicut etiam et in disputationibus speculativis accidit, quod aliquis efficax disputator haberetur, quia adversarium ad inconveniens deducere posset, vel propositum taliter firmare, quod in contrarium nihil dici possit : sic autem et Deus contra suos adversarios facit, quia et per vias quas ipsi eligunt, eos ad perditionem ducit, et suam virtutem et opera sic firmat, ut ab adversariis commoveri non possit. Et quia hoc generaliter dixerat, consequenter per specialia<sup>2</sup> exempla manifestat, ostendens, quomodo omnia quae in rebus humanis excellere videntur profunditate divini consilii<sup>3</sup> in stultum finem et stuporem adducuntur. In rebus autem humanis excellunt reges secundum potentiam ; et quantum ad hoc dicit. *Balteum*, id est cingulum militare : *Regum dissolvit* : in cingulo enim eorum potentia designatur, secundum illud Psalm. XLV, 4 : *Accingere gladio tuo super fenum tuum, potentissime.* — *Et præcinctus fane-renes eorum*, scilicet dom in captivitatem trahuntur, in quo maximus potentiae defectus denotatur. Sacerdotes autem excellunt quantum ad reverentiam in qua habentur : de quibus subdit, *Dicit sacerdotes inglorios.* Primates autem et consiliarii civitatis aut regni excellere videntur secundum prudentiam in consiliis : et de iis subdit : *Et optimates sup-plantat*, id est decipit. Philosophi autem excellunt in consideratione veritatis : et de iis dicit : *Communans labium veracium*, id est eorum, qui ad veritatem loquendam student : aliquando enim Deus obnubilat eorum mentem per subfractionem sua gratae, ut veritatem invenire non possint, et per consequens nec loqui, secundum illud Roman. I : *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Excellunt etiam senes in directione juvenum, et de his subdit, *Et doctrinam seruum auferens* : vel quia senes infatuantur, vel quia tota-liter de medio subtrahuntur, secundum

<sup>1</sup> Al. : « consilium. » — <sup>2</sup> Al. : « spiritus. »

<sup>3</sup> Al. : « profunditate divini iudicij, consilii etc. »

illud Isa m, 4 et 2 : *Anferet Dominus iudicem et prophetam et uiolum etsenam.* Excellent autem *principes* in auctoritate quam habent aliis praecipiendi ; et de his subdit, *Effundit despecionem super principes*, ut scilicet despiciantur ab iis, qui eis obedire debeant. Haec omnia pertinere videntur ad hoc quod dixerat, *Adducit consiliarios in stultum finem*. Sed quod aliquando aliqui ex infimo statu promoveantur ad summum, pertinere videtur ad hoc quod dixerat : *Et judices in stuporem* : et quantum ad subditos : *Et eos qui oppressi fuerant revelat*; ut hoc referatur ad impotentes, potentia majorum oppressos, qui oppressoribus dejectis interdum ad statum potentiae elevantur. Quantum vero ad eos qui nullius sunt gloriae, sed infimo<sup>1</sup> statu latent, subdit : *Qui revelat profunda de tenebris*, scilicet homines in infimo statu positos : et propter hoc ignoti quasi in tenebris existentes, in gloriam adducit eos, aliqua revealando. Quantum vero ad eos qui ignorantes reputantur stulti, subdit, *Et producit in lucem umbram mortis* : *umbra<sup>2</sup> enim mortis ignorantia esse videtur*, vel stultitia, cum per cognitionem maxime viventia a non viventibus distinguantur. Producit ergo in lucem umbram mortis, quando vel ignorantibus sapientiam tribuit, vel eos qui sapientes non erant, sapientes esse demonstrat, quorum sapientia erat prius ignota; ut sic quod dictum est, *Eos qui oppressi fuerunt revelat*, dicatur quasi in oppositum ejus quod dixerat, *Baltem regum dissolit*; quod vero subdit, *Qui revelat profunda de tenebris*, contra id quod dixerat, *Dicit sacerdotes inglorios*; quod vero subdit, *Et producit in lucem umbram mortis*, contra omnia que sequuntur. Sicut autem huiusmodi alterationem sublimitatis et dejectionis contra singulares personas a Deo fieri dixerat, hoc idem et circa totam gentem ostendit, subdens : *Qui multiplicat gentes*, scilicet ut numerositates hominum crescant<sup>3</sup> : *Et perdit eas*, idest destruit, aut bellis aut pestilentis : *Et*

*subversas*, vel ex his easibus, vel oppressione alicujus vel aliquorum, qui inique praeresident, *In integrum restituit*, idest ad bonum statum reducit.

Ostendo igitur quod in Deo sit fortitudo, sapientia et consilium, ultimo ostendit quod in Deo sit intelligentia, quam diximus pertinere ad cognitionem occultorum, quae maxime videntur esse circa ea quae in corde latent. Haec autem Deum cognoscere ostendit per hoc quod in cordibus hominum operatur : et sic occulta cordium, quasi suos effectus cognoscit. Dicit ergo : *Qui immutat cor principium populi terrae*, quantum scilicet ad voluntatem : unde et Prov. xxi, 4, dicitur : *Cor regum\* in manu Domini : quocumque voluerit inclinabit illud*. Et licet omnium hominum Deus inclinet voluntates, tamen specialis<sup>1</sup> mentis fit *de regibus et principibus*, quia eorum voluntates majus pondus habent, utpote quorum voluntates multi sequuntur. Quantum vero ad intellectum, subjungit, *Et decipit eas*: quod quidem dicitur, non quod in falsitatem eos inducat; sed quia lumen suum eis subtrahit, ne veritatem cognoscant; et eorum rationem obnubilat, ne mala quae preponunt insequenda, vias idoneas inveniire possint; unde sequitur, *Ut frusta incedant per invium*, idest ut procedant per vias non convenientes, quibus ad finem suum pervenire non possint. Contingit autem aliquem errare in agendis dupliciter : uno modo per ignorantiam : et quantum ad hoc dicit : *Palpabunt in tenebris et non in luci*, ut per tenebras ignorantia, per lucem cognitione designetur. Palpant autem aliqui per ignorantiam ad modum cæcorum, dum non considerant nisi quæ praesentialiter tangendo sentiunt. Alio modo errant aliqui in agendis propter passiones, quibus eorum ratio ligatur circa particularia, ne<sup>2</sup> universalem cognitionem applicent ad agendum : et quantum ad hoc subdit : *Et errare faciat quasi chrios* : sic enim ligatur passione ratio sicut quadam christate.

<sup>1</sup> Al. : « in libro. » — <sup>2</sup> Al. : « verba. » — <sup>3</sup> Al. : « deest. » — « crescent. »

\* Al. : « spirituali. »

Al. : « ut ne. »

## CAPUT DECIMUM TERTIUM

## LECTIO I

*Ecce omnia huc vidit oculus meus, et audivit annis mea, et intellexi singula. Secundum scientiam vestram, et ego novi; nec inferior vestri sum. Sed tamen ad omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum. Atque utinam taqueretis, ut putaremini esse sapientes. Audite ergo correctiones meas, et judicium labiorum meorum attendite. Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos? Numquid faciem ejus accipitis, et pro Deo dicicare minitimi? Aut placebit ei, quem celare nihil potest; aut decipiet ut homo vestris fraudulentis? Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem ejus accipitis. Statim ut se commoverit, turbabit vos, et terror ejus irruit super vos. Memoria vestra comparabitur cimeri: et redigentur in luctu cervices vestre.*

Postquam ostenderat Job quod per experimentum cognosci poterat divinae virtutis excellentia, quasi concludens subdit, *Ecce huc vidit oculus meus et audiuit;* quasi dicat: Effectus pradiectorum, quibus divina fortitudo et sapientia et consilium et intellectus ostenditur, partim visu, partim auditu cognovi: nec in his sensibilibus effectibus mea cognitio requievit, sed ex eis ad intelligentiam veritatis ascendi: unde subdit: *Et intellexi singula:* quidquid scilicet singuli effectus demonstrant circa divina, vel ejus sapientiam, vel intelligentiam, vel consilium, vel fortitudinem unde eorum jactantiam exclusens qua magnifica deo proponendo, se Job präferre videbantur, subdit, *Secundum scientiam vestram et ego novi,* ea scilicet que ad Dei magnificentiam pertinent: *Nec inferior vestri sum,* quasi vel minus vel imperfectius ea cognoverim, vel a vobis modo addidicerim. Sed quia Sopher excellentiam divinam proposuerat, ad argendum Job de eo quod cum Deo dis-

putare moliretur, subjungit: *Sed tamen ad omnipotentem loquar;* quasi dicat: Quamvis intelligam ex diversis effectibus excellentiam divinae sapientiae et virtutis non minus quam vos, tamen per hoc rationabiliter a meo proposito non mutor, quin Deum alloqui velim, motus cordis mei aperiendo ei, qui est cordium seruator et index: et ab eo qui totius veritatis est doctor veritatem exquirendo: unde subdit, *Disputare cum Deo cupio:* non quidem ut ejus iudicia improbare<sup>1</sup> velim, sed ut vestros errores destruam, quibus suppositos sequeretur, quod esse in iustus apud Deum: unde subdit: *Prius vos ostendens fabricatores mendacii:* quia hoc mendacium adinvenerant, quod Joh iniquam vitam duxisset. In hoc autem mendacium devenierant propter hoc, quod circa fidem, qua Deus colitur, errabant, credentes quod in hac vita tantum fieret meritorum et pœnaruin retributio: et ideo subdit: Et cultores perversorum dogmatum: quicunque enim a vera cognitione Dei declinat, non Deum, sed sua falsa dogmata colit. Non autem sic intelligendum est quod dicit, *Prius vos ostendens,* quasi prius in ordine sequentis doctrinæ destruktur sit prava corum dogmata, et postmodum cum Deo disputatur: sed quia cum cum Deo disputare intendit, hoc primum est in intentione sua, ut eorum dogmata destruat. Contingit autem quandoque, ut aliqui aliqua probabilitate licet<sup>2</sup> falsa propouant; sed dum ea verisimiliter defendere nesciunt aut probare, in loquendo suam insipientiam manifestant: quod amicis

<sup>1</sup> Al. : « disputare. »

<sup>2</sup> Al. : « vel. »

Job contingebat : et ideo subdit : *Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes* : quia per hoc ipsum quod vestra<sup>1</sup> falsa dogmata inconvenienter defenditis et probatis, vos insipientes esse demonstrant. Quia ergo falsa dogmata proponitis, et ad eorum manifestationem inconvenientia media assumitis, ideo correctione indigetis ; et hoc est quod concludit, subdens : *Audite ergo corrections meas*, quibus vestrum processum corrigam : *Et iudicium labiorum meorum attendite*, quod vestra falsa dogmata condemnet. Primo autem intendit corrigere eorum inconvenientem processum ; secundo ad eorum falsa dogmata destruenda procedit sub figura divinae dispositionis. Quia enim proponebant bonorum et malorum operum praemia et penas in hac vita retribui, ad justitiam Dei defendendam jam oportebat quod quedam mendacia assumherent : cum enim manifestum sit quosdam innocentes et justos in hac vita adversitatibus premi, necesse erat etiam justis imponere crimina ad Dei justitiam defendendam ; et sic Job, quem afflictum videbant, impietatis arguebant. Non autem convenienti medio nittitur, qui veritatem per mendacia defendit ; et ideo dicit : *Numquid Deus indiget mendacio vestro?* quasi dicat : Numquid necessarium est, quod ad defendendum divinam justitiam mendacia assumantur? Quod enim non potest nisi per mendacia defendi, impossibile est esse verum. Cum autem aliquis contra manifestam veritatem mentiri nittitur, cogiturn aliquas dolosas et fraudulentas vias adiuvare, ut mendacium aliqua fraude possit colorare<sup>2</sup> ; sic et isti cum contra justitiam Job, qua omnibus manifesta erat, mentiri conarentur, quorundam dolis ntebantur, ostendendo scilicet fragilitatem humnam, que facile labitur in peccatum, et comparando eam ad divinam excellentiam, ut sic probabilius reputaretur Job iniquum fuisse, quam Deum esse injustum ; et ideo subjungit, *Ut pro illa loquamini dolos* : quia quasi pro Deo dolos<sup>3</sup> loquebantur, dum dolose impietatem ipsi

Job imponere nitebantur, ut Denm esse justum defenderent. Possent autem dicere se non dolose contra Job aliquid dicere, sed hoc tantum dicere quod putabant. Ostendit ergo Job, quod si hoc verum esset quod a dolositate excusarentur, in aliud vitium labebantur, scilicet in acceptio personarum, quae justitiam judicantis excludit : est enim personarum acceptio, si aliquis justitiam alicujus, qua apparebat, contemnit aut negat propter magnitudinem alterius, licet justitiam ejus cognoscat. Si igitur amici Job cum esse iniquum judicabant, videbentes in eo justitiam manifestam, hac sola divinae magnitudinis consideratione, licet intelligere non possent secundum sua dogmata qualiter Job juste puniretur a Deo, in suo iudicio quo Job condemnabatur, quasi Dei personam accipere videbantur ; et ideo subdit, *Nunquid faciem ejus accipitis, et pro eo iudicare nitimini?* quod signanter dicit, quia ille pro aliquo iudicare nittitur, qui ejus justitiam non cognoscit ; et tamen conatur qualescumque vias adiuvare ad hoc quod ejus causam justam esse ostendat. Contingit tamen quandoque, quod aliquis alienus causam fraudulente defendens, ei placeat, etiam si sit justus : quod esse potest dupliceiter : uno modo quia ignorat snam causam esse injustam, unde placeat ei quod ab aliquo defendatur ; et hoc a Deo<sup>4</sup> excludit dicens : *Aut placebit ei*, scilicet Deo, quod pro eo inuste iudicare nitimini, cum hoc ei non possit esse ignotum : propter quod subdit, *Quem celare nihil potest*. Aliud quando ille, eni causa per fraudem defenditur, fraudibus defendantis decipiuntur, ut ejus defensionem reputet esse justam ; et hoc ideo excludit, subdens : *Aut decipiatur ut homo vestris fraudulentias*. Sic igitur manifestum est quod divina bonitas et justitia non indiget mendacio ad sui defensionem, quia veritas sine mendacio defendi potest ; ex quo etiam patet, quod si positis eorum dogmatibus hoc inconvenientius sequitur, scilicet quod justitia Dei mendacio indigeat ad sui de-

<sup>1</sup> Al. deest. : « vestra. » — <sup>2</sup> Al. : « colere. »

<sup>3</sup> Al. : « quasi per dolos etc. » — <sup>4</sup> Al. : « non. »

<sup>5</sup> Al. : « ideo. »

fensionem, manifestum est, dogmata proposito esse falsa. Sed ulterius considerandum est, quod ille qui ad ostendendam Dei justitiam vel honestatem mendacio utitur, non solum rem agit qua Deus non indiget, sed etiam hoc ipso contra Deum vadit : cum enim Deus veritas sit, omne autem mendacium veritati contrariatur ; quicunque mendacio utitur ad Dei magnificientiam ostendendam, hoc ipso contra Deum agit ; et hoc patet manifeste per Apostolum I ad Cor. xv, 15, ubi dicit : *Invenimus autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum quod suscitarerit Christum, quem non resuscitavit, si mortui non resurgent.* Dicere ergo quod Deus mortuum suscitavit, si verum non sit, contra Deum est, quamvis videatur divinae virtutis ostensivum, quia est contra Dei veritatem<sup>1</sup>. Sic igitur dum ad Deum defendendum mendacium assumunt, non solum præmium non acquirunt, quasi ei placentes, sed etiam penam merentur, quasi contra Deum agentes : et ideo subdit, *Ipse vos arguit : quoniam in abscondito faciem ejus accipitis*; et dicit, *In abscondito, quia licet viderent exterius causam Dei agere, quasi Dei justitiam cognoscentes, tamen in conscientiis eorum hoc erat, quod nesciebant qua justitia Job punitus esset : et sic quantum ad corda eorum absconditum faciem Dei accipiebant, dum ejus justitiam falso defendere nitiebantur. Quomodo autem eos arguet, ostendit subdens, *Statim ut se commoverit, turbabit vos* ; quasi dicat, *Vos quia**

<sup>1</sup> non suscipiuntur.

modo adversitatem non patimini, tranquilla mente de Dei justitia disputatis ; sed si super vos veniat tribulatio, quam commotionem Dei nominat, eo modo quo punitio in Scriptura ira Dei nominatur, mens vestra conturbabitur, et præcipue eum in veritate solidata non sit. Et quia non alia bona vel mala reputabant nisi hoc tempore, dum a peccatis cavebant, ne mala eis supervenirent, propter solum præsentium timorem malorum Deo servire velle videbantur ; et ideo subdit, *Et terror ejus iruet super vos* ; quasi dicit : Illud propter quod tantum Deum timetis, vobis superveniet, scilicet adversitas præsens : secundum illud quod dicitur Prov. 10 : *Quod timet impius, veniet super eum.* Et quia ipsi vane Job promiserant quod etiam post mortem in memoria hominum remaneret, ipse contrarium eis promittit, quasi eos irridens, dicens : *Memoria vestra comparabitur cineri* : sicut enim cinis post consumptiōnem lignorum ad modicum durat, ita fama hominis post mortem cito pertransit : unde expectare famam post mortem vanum videtur. Promiserant etiam ei immunitatem, et reverentiam quaudam habendam ad ejus sepulcrum post mortem ; sed hoc etiam pro nihilo ducens, contrarium eis promittit, dicens : *Et redigentur in lutum corrices vestras* : per cervices eorum potentiam et dignitatem designans : quas dicit esse redigendas in lutum, idest in rem contemptibilem et infirmam.

## LECTIO II

**Tacete paulisper, ut loquar quaecumque mihi mens suggesterit.** Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus ? Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguan, et ipse erit salvator meus. Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita. Audite sermonem meum, et diligite percepit auribus vestris. Si fuerit judicatus, scio quod justus inveniar. Quis est qui iudicetur

mecum ? Veniat. Quare tacens consumer? Duo tantum ne facias mihi : et tunc a facie tua non abscondar. Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat. Voca me, et ego respondebo tibi; aut certe loquar, et tu responde mihi. Quantas habeo iniurias et peccata : scelera mea et delicia ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et

<sup>1</sup> Al. : « virtutem. »

stipulam siecam persequeris, Seribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur a tinea.

Postquam Job correxerat amicorum processum, qui mendaciis divinam justitiam nitiebantur defendere; nunc procedit ad eorum falsa dogmata destruenda sub figura divinitate disputationis. Et primo petit audientiam, quasi grandia dicturus, dicens, *Tacete paulisper, ut loquar quicumque mihi mens suggesserit.* Hoc addit ne forte dicerent: tu<sup>1</sup> inania loqueris, ideo non es audiendus; sed paulisper audire quidquid aliquis loquatur, non est durum: licet hoc addat ad designandum, quod non componendo mendacia vel adveniendo dolos locuturus sit, sed illud quod habet in mente. Duo autem impo- suerunt Job ejus amici: scilicet impatientiam et jactantiam; quorum utrumque a se excludit, ne videatur in sequenti disputatione vel ex ira vel ex superbia locuturus. Considerandum est autem, quod impatientia contingit ex tristitia superabundantia non moderata per rationem; superabundans autem tristitia desperationem inducit; ex desperatione autem contingit, quod hono salutem et corporis et animae parvipendit. Ut ergo a se impatientiam excludat, dicit: *Quare lacero carnes meas dentibus meis?* quasi dicat: Nulla est ratio quare de corporis salute desperem per impatientiam, ad modum eorum qui desperantes de corporali vita, fame oppressi carnes suas comedunt: et iterum: *Quare animam meam porto in manibus meis?* idest nulla est ratio, quare salutem animae meae parvipendam: illud enim quod in manibus portatur, de facili amittitur: unde videtur quod ejus amissio non multum timeatur: quae enim aliquis amittere timet, diligenter abscondit. Et rationem quare nec per impatientiam carnem lacerare debeat, nec animam in manibus portare, subdit dicens: *Etiam si occiderit me, in ipso sperabo;* quasi dicat: Non creditis quod propter mala temporalia que pa-

tior, de Deo sperare cessaverim: si enim spes mea esset<sup>2</sup> de Deo propter bona temporalia tantum, cogerer desperare, sicut supra dixerat, *Desperari* etc. Sed quia spes mea de Deo est propter bona spiritualia, quae manent post mortem; etiam si me<sup>3</sup> usque ad occisionem affligerit, spes quam de ipso habeo non cessabit. Sed quia inordinata spes in presumptionem degenerat, propter hoc subdit, *Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam;* quasi dicat: Non sic spero in ipso quasi ab ipso liberandus, etsi in peccatis perseveravero; sed quia me liberabit si peccata mea reprehendero; et hoc est quod subdit: *Et ipse erit salvator mens,* scilicet si peccata mea mihi displicerint. Quare autem salvet eos qui in conspectu ejus suas vias argunt, ostendit subdens: *Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita,* idest simulator: qui cum sit iniquus, se tamen justum profitetur, et vias suas non arguit coram Deo; unde non veniet in conspectu ejus, ut videat ipsum Deum, in quo ultima salus hominis consistit, sicut infra magis exponet; veniet tamen in conspectu ejus, quasi ab eo judicandus. Sic igitur non solum impatientiam a se excludit, sed etiam presumptionem innocentia, dum profitetur quod vias suas arguit coram Deo, ut sic omnis amicorum calumnia cesseret. Deinde ingressurus disputationem, primo reddit auditores attentos; secundo modum sue disputationis determinat, ibi, *Quis est* etc. Primo suam disputationem ingreditur: *Duo tantum ne facias* etc. Reddit autem auditores attentos dupliceiter: uno quidem modo per occultationem dicendorum: cum enim ea que dicenda sunt, difficia profitetur, auditores attentiores redduntur; unde dicit: *Audite sermonem meum, et anigmata percipite auribus vestris.* Enigma dicitur sermo obscurus, qui aliud praetendit in superficie, et aliud in trunsignificat; unde subdit: *Si fueris justus, sic quod justus inceniar;* quod non dicit de justitia vite, cum supra dixerat *Vias meas in conspectu ejus arguam;* sed de veritate doctrinae, de qua quasi in ju-

<sup>1</sup> Al. : & cum. "

<sup>2</sup> Al. deest.: esset. "

<sup>3</sup> Al. . . mane

dicio contendebatur. Ille autem in iudicio invenitur justus, pro quo sententia fertur; unde cum aliquis in disputando veram dicere demonstratur, quasi in iudicio justus invenitur. Postquam ergo auditores reddidit attentos, modum disputationis sue determinat: vult enim disputare quasi cum aliquo contendens: et hoc est quod subdit: *Quis est qui judicetur mecum?* idest cum quo de veritate disputem, *Veniat*, idest ad disputandum aecdat. Causam autem quare de veritate disputare intendat, subdit dicens, *Quare tacens consummum?* homo enim per decursum praesentis vitae paulatim consumuntur, et praeceps cum est infirmitati subjectus, sicut erat Job. Tacens autem consumuntur, qui sic presentem vitam deruit, quod tamen sive sapientiae per doctrinam nullum vestigium reliquirit. Ne ergo Job hoc pateretur, disposuit non tacere de veritate, ut consumptus corpore post mortem viveret in sua doctrina. Vel potest hoc ad aliam intentionem referri: cum enim aliquis dolorem quem in corde patitur, exterius exprimit, quodammodo ejus auimus mitigatur; sed taceendo interioris magis a dolore angustiatur, et quodammodo sua taciturnitate consumuntur. Quia ergo disputationem petierat dicens: *Quis est qui judicetur mecum?* et supra dixerat, *Disputare cum Deo cupio*: ex nunc loquitur quasi Deum habens praesentem, et cum eo disputans. Videbatur autem disputatione hominis ad Deum esse indebita propter excellentiam qua Deus hominem excellit. Sed considerandum est, quod veritas ex diversitate personarum<sup>1</sup> non variatur; unde cum aliquis veritatem loquitur, vinci non potest, cum quocumque disputet; certus autem erat Job, quod veritatem loquebatur sibi a Deo per dominum fidei et sapientiae inspiratam; unde de veritate non diffidens, petebat se divina fortitudine non premi, neque per mala präsentialiter illata, neque per timorem inferendorum: et hoc est quod dicit: *Duo tantum ne facias mihi; et tunc a facie tua non abscondar,* idest non timebo tecum

disputare: timentes enim se abscondere solent a facie eorum quos timent. Quae autem sint ista duo ostendit subdens: *Mamum tuam longe fac a me*, idest non me percutias per flagella praesentia: *Et formida tua non me terreat*, quantum ad flagella futura: his enim duobus modis potest impediti homo ne etiam veritatem quam certissime novit, disputando defendere possit, dum vel molestatur in corpore, vel sollicitatur in anima timore, aut aliqua alia passione. Est autem disputatione inter duas personas, scilicet opponentem et respondentem. Ingredens ergo disputationem cum Deo, dat ei optionem utramlibet personam eligendi, vel opponentis vel respondentis; unde dicit, *Voca me, et ego respondebo tibi;* quasi dicat, objicias, et respondebo. *Aut certe loquar,* objiciendo: *Et responde mihi.* Hoc autem dicit enigmatice, ostendendo paratum se esse ad utrumque: sive ad defendantem veritatem quam profitetur, sive ad impugnandum quod contra veritatem diceretur. Primo autem Deo dat personam opponentis<sup>2</sup>. Secundo respondet Job ad illa quae sibi possent responderi, ibi, *Cur faciem tuam abscondis?* Ad primum ergo dicit, *Quantas habeo iniquitates et peccata, sclera mea atque delicta ostende mihi.* Ubi considerandum est, quod amici Job, quasi causam Dei agentes, contra Job disputare videbantur, secundum illud quod supra dixit, *Numquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini?* Amici autem Job hoc contra ipsum opponebant, quod pro peccatis suis punitus erat. Hoc igitur sibi a Deo objiciendum expedit dicens, *Quantas habeo iniquitates et peccata: sclera mea atque delicta ostende mihi;* quasi dicat: *Si sic<sup>3</sup> quod pro peccatis meis me affligis, ut amici mei pro te loqui conantes calumniantur, peto, ut mihi ostendas pro quibus peccatis tam gravior me affligis; unde non dicit: quas habeo iniquitates, sed quantus: quia si non est alia ratio adversitatum præsentium quam peccata hominum, ut amici Job opinabantur, necesse est maxima*

<sup>1</sup> Al. : « partium. »

<sup>2</sup> Al. desunt sequentia verba usque ad: « Quantus habeo etc. » — <sup>3</sup> Al. : « si est. »

peccata esse, quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorum autem quædam sunt commissa, quæ contra præcepta legis negativa sunt : quædam omissa, quibus præcepta affirmativa negliguntur. Commititur autem aliquod contra præceptum legis tripliciter : uno modo quia est in nocumentum proximi, ut furtum, homicidium et hujusmodi, quæ proprie iniquitates dicuntur : quia æquitati justitiae quæ est ad alterum, contrariantur. Alio modo, secundum quod homo peccat in seipso per deordinationem sui actus, ut appareat in peccatis præcipue gula et luxuria : et hæc dicuntur peccata, quasi deordinationes quædam hominis. Tertio modo commituntur aliqua directe contra Deum, ut blasphemia, sacrilegium, et hujusmodi : et hæc propter sui gravitatem scelerata dicuntur ; omissiones autem proprie denominantur delicta.

Deinde quasi tacentे eo, cui partes opponentis dederat, ipse patres objiciens assumit, et inquirit de causis suaе punitioнis. Et primo, quia posset aliquis dicere, quod Deus eum punivit quasi inimicum ; et hanc causam excludit, dicens : *Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum?* Iniquum enim videtur, quod aliquis alium sibi inimicum arbitretur absque causa. Causa autem inimicitia conveniens esse non potest nisi offensa. Tunc igitur manifestum est quod Deus hominem inimicum sibi arbitratur, quando ejus peccata manifestantur. Petiverat autem Job sibi ostendi sua peccata, nec erant ei ostensa. Non ergo apparebat ratio quare Deus sibi inimicaretur : hoc est quod insinuat dicens, *Cur faciem tuam abscondis?* quasi latenter et ex ratione occulta eum odio habens : facies enim hominiis odientis aperta est, quando rationem sui odii non occultat. Secundo, quia posset aliquis dicere quod Deus eum punivit ut ipso ostenderet suam potentiam : hanc etiam causam excludit dicens, *Contra folium quod vento rapitur, ostendit suam potentiam tuam :* non enim conveniens est, quod aliquis fortissimus suam potentiam velit ostendere in re debilissima. Comparatur

autem humana conditio folio quod vento rapitur, quia et in seipso homo fragilis est et infirmus, sicut folium quod de facilis cedit, et nihilominus decursu temporis et varietate fortune ducitur ut folium vento ; unde videtur inconvenienter dici quod Deus ad hoc solum aliquem hominem puniat, quod in ea suam potentiam ostendat. Tertio ergo posset dicere, quod Deus punivit eum propter peccata, quæ in sua juventute commisit : et hoc etiam excludit dicens, *Et stipulum siccum persequeris? scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentie meæ.* Homo enim in juventute comparatur herba virenti, sed in senectute comparatur quasi stipula sicca. Idem ergo videtur hominem punire in senectute pro peccatis adolescentie, ac si aliquis pro defectu herbae virentis dese-  
viret in stipulam. Sed considerandum est, quod in hac inquisitione ab hac sententia non recedit, quod adversitates hominum ex divino iudicio inferuntur : ad quod significandum dicit, *Scribis contra me amaritudines,* ac si amaritudines, idest adversitates hominum, ex scriptura divina sententia<sup>1</sup> procedant. Quarto, quia posset aliquis dicere, quod licet Job graviora peccata non commiserit, tamen aliqua peccata commisit, sine quibus presens vita non agitur, et pro his sic punitus est ; hoc etiam excludit dicens, *Posuisti in nero pedem meum, et obser-  
rasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti : qui quasi putredine consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a linea.* Ibi considerandum est, quod illi qui ponuntur in careeris nervo, sic ligantur quod a nervo divertere non possunt. Sicut autem pes hominis constringitur nervo, ita processus hominis constringitur lege diuinæ justitiae, a qua divertere non licet. Et hoc est quod dicit, *Posuisti in ne-  
rō pedem meum.* Ad divinam autem iuri-  
tionem pertinet, ut facta hominum dis-  
cretio, non solum quid uniusquisque facta,  
sed etiam quo animo vel quo fine et  
ideo dicit, *Obserrasti omnes semitas meas*  
quantum ad facta : *Et vestigia pedes-*

<sup>1</sup> Al. : « providentia »

*meorum considerasti*, quantum ad effectum facientis, vel etiam quantum ad quascunque circumstantias operis. Irrationabile autem videtur, quod Deus tantam diligentiam de actibus hominum habeat, si totaliter esse desinat per corporis mortem : qui quidem quandoque est naturalis, quandoque antem violenta : unde de utraque subjungit dicens : *Qui quasi putredo consumendus sum*, quantum ad mortem naturalem : *Et sicut restinentum quod comeditur a linea*, quantum ad mortem violentiam : ac si dicat : si sicut amici mei suspicantur, non est alia vita nisi praesens, quam

homo amittit vel per modum potredinis, vel per modum sucesionis, irrationaliter videbatur, quod Deus tanta distinctione de actibus hominum curam haberet, ut etiam pro minimiis peccatis et negligentiis hominem puniret. Et quia hoc quod ultimo dictum est, magnam vim praestat ad inquisitionem veritatis, circa hanc potentiam manifestandam magis insistit ; et quod de se singulariter dixerat, generaliter ad totum humanum genus reducit : ubi primo exponit fragilitatem humanae conditionis, et quantum ad originem cum dicit,

## C A P U T D E C I M U M Q U A R T U M

---

### LECTIO I

*Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletus multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperte oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?*

*Homo natus de muliere, quasi de re fragili : et quantum ad durationem, cum dicit, *Brevi vivens tempore* : et quantum ad conditionem, cum dicit, *Repletus multis miseriis* : ubi quasi exponere videtur quod supra dixerat, *Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam*. Secundo excludit ea de quibus homines<sup>2</sup> gloriari possent : quorum primum est corporis pulchritudo, qua pollet homo<sup>3</sup> in juventute : sed ista gloria nulla est, quia cito transit ad modum floris ; unde dicit : *Qui quasi flos egreditur et conteritur, scilicet de facilis*. Secundum est fama, qua diu non durat ; unde dicit : *Et fugit velut umbra* : umbra enim transiuntis*

nullum vestigium aut memoria manet. Tertium est potestas et virtus, qua aliquis se et sua conservare conatur ; et contra hoc dicit : *Et nunquam in eodem statu permanet*. Et possunt haec tria ad tria superiora referri : homo enim natus de muliere quasi flos egreditur, et cito conteritur : sic autem brevi vivit tempore, ut velut umbra fugiat, ejus non restat vestigium. Sic autem multis repletur miseriis, ut si interdum prosperitate et gaudio potiatur, nunquam tamen in eodem statu permaneat. Tertio autem admiratur diligentiam divinae providentiae circa hominem : mirabile enim videatur, quod de re tam fragili et despecta Deus tantam curam habeat. Quamvis autem omnia divinae providentiae subsint, specialiter tamen sollicitudo divina circa hominem appareat in tribus. Primo quidem quantum ad hoc, quod ei leges et precepta vivendi dedit : et hoc tangit cum dicitur, *Et dignum ducis super hu-*

<sup>1</sup> Al. dœst. : « potentiam. »

<sup>2</sup> Al. : « homo. » — <sup>3</sup> Al. dœst. : « homo. »

*juscemodi aperire oculos tuos; eo modo loquendi, quo aliquis dicitur super aliquem oculos suos aperire, cum eum dirigit, et vias ejus considerat. Secundo quantum ad hoc quod Deus hominem pro bonis praemiat, et pro malis puniat; et hoc tangit cum dicit, Et adducere eum tecum in iudicium. Tertio quantum ad hoc quod Deus eum virtutibus ornat, quibus contra fidelites peccati se mundum conservat; et hoc tangit cum dicit, Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Semen quidem hominis immundum est, non secundum naturam, sed secundum concupiscentia-*

infectionem; de hoc tamen immundo semine homo conceptus interdum mundus inventur per virtutem: sicut autem de frigido facere calidum est ejus quod per se calidum est, ita de immundo facere mundum est ejus qui per se mundus est; et ideo subdit: *Nonne tu, qui solus es?* scilicet vere et per te ipsum mundus: puritas enim et munditia in solo Deo perfecte inventur, in quo nec impuritas nec defectus aliquis esse potest: unde quidquid quocumque modo mundum vel purum est, a Deo mundiam et puritatem habet.

## LECTIO II

*Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est. Constituiti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.*

Admiratus fuerat Job de dignatione divina circa homines, cum tamen homo sit tam fragilis et misera conditionis, considerato statu vite presentis; sed et haec admiratio cessat, si consideretur quod post hanc vitam homini alia vita reservatur, in qua in eternum permaneat. Et ideo ad hoc ostendendum ex nunc conatur. Praemittit ergo quasi supponens quod ostendere intendit: et brevitatem presentis vite, cum dicit, *Breves dies hominis sunt: numerus mensium ejus apud te est: sic apud nos numerum illorum esse dicimus, quorum numerus a nobis stabilitur; et iterum praemittit immutabilitatem divinae determinationis, cum dicit, Constuisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt: divina enim dispositio non fallitur: unde hominem vel diutius vel minus vivere quam divina dispositio habet, est impossibile; licet hunc hominem nunc vel prius mori, sit contingens, si in se consideretur. Sunt autem et termini humanae vite præstiti*

ex aliquibus corporalibus causis: puta ex complexione, vel ex aliquo hujusmodi, ultra quos vita hominis protendi<sup>1</sup> non potest. Quamvis autem possit defiere ex aliqua accidentali causa; sed terminos præstititos secundum divinam provisionem, sub qua omnia cadunt, nec in plus nec in minus vita hominis potest prætereire. Praemittit etiam alterius vite expectationem, cum dicit, *Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.* Ibi considerandum est, quod sicut sol est causa diei, ita Deus est auctor vite. Recedente autem sole, dies finitur, et nox venit. Per recessum ergo Dei intelligit terminacionem vite praesentis, que est homini a Deo. Vita autem praesens multis turbationibus repletur: secundum hanc enim diutinem est de homine, quod *repletur multis miseriis.* Et quia quies fuis laboris esse videtur, ideo quietem mortem vocat. Dicit ergo, *Recede paululum ab eo, ut quiescat:* id est subtrahe virtutem tuam, qua hominem vivificas, ut moriatur; sed mors hominis non est in perpetuum, sed iterum reparabitur ad vitam immortalem. Status ergo mortis humanae, quanto cumque tempore resurrectio differatur, brevis

<sup>1</sup> AL: « pretendi. »

est in comparatione ad statum futuram immortalitatis : unde signanter dicit, *Paululum* : ab aliis enim rebus que non redditura intererunt, non paululum, sed in aeternum Deus recessit ; sed ab hominibus, qui sic intererunt ut resurgent, per modicum tempus. Dicitum est autem supra, quod vita hominis super terram est sicut dies mercenarii desiderantis tempus mercedis ; tempus autem retributionis hominis non est in hac vita, ut amici Job opinabantur, sed in illa vita ad quam

homo resurgendo reparatur. Dicit ergo, *Utrique sciat* : idest, ut moriatur; non tamen in perpetuum, sed *Douec veniat optata dies ejus, sicut mercenarii*. Dies mercenarii est optata<sup>1</sup>, in qua mercede recipit. Ubi primo Job suam intentionem aperuit : non enim sic negat adversitates praesentes quasi Deus hominum actus non remuneret vel puniat ; sed quia tempus retributionis proprie est in alia vita.

## LECTIO III

Lignum habet spem : si praeclaram fuerit, rursum viriescit, et rami ejus pullulant. Si semerit in terra radix ejus, et in pulvere mortuus fuerit trunus illius, ad odorem aquarum germinabit, et faciet comam, quasi cum primum plantatum est. Homo vero cum mortuus fuerit, et nudatus atque consumptus, ubi queso est? Quoniam si redendant aquae de mari, et fluvius vacuefactus arrescat : sic homo cum dormierit non resurget. Donec alteratur celsus, non evigilabit, nec consurget de somno suo.

Posita sententia sua, hic Job ad ejus manifestationem procedit; et primo ostendit quod homo, secundum ea quae apparent in hac vita, est pejoris conditionis quibusdam etiam infinitis creaturis, quae post interitum reparantur, ut *praeceps* appareat in lucis. Duplamente autem vita arboris detecta, sicut et vita hominis :

*sciet per violentiam, et per naturam, quantum ergo ad violentum defectum arboris dicit, Lignum, si praeclaram fuerit, habet spem, idest naturalem aptitudinem ut iterum reparetur : Quia rursum viriescit ipsum in seipso, si planteatur : Et rami ejus pullulant. In quo ostenditur perfectam vitam recuperare sicut et prius. Quantum autem ad defectum naturalem arboris subdit, Si senuerit interdies ejus, cum non possit attrahere iterum propter defectum virtutis naturalis ; et sic consequenter, In pulvere usque fuerit truncus illius, idest per dinem in pulvorem sit redactus, secundum aliquam partem : Ad odorem*

*aqua germinabit, idest veniente pluvia, idest putredine ligni habente vim sensivitatem : Et faciet comam, scilicet frondem : Quasi cum primo plantatum est. Hoc autem in homine non invenitur secundum decursum praesentis vitae ; unde subdit : Homo vero, cum mortuus fuerit, et nudatus atque consumptus, ubi queso est? et ponit tria, quae gradatim homo amittit. Primo enim anima separatur a corpore ; et ad hoc pertinet quod dicit, Cum mortuus fuerit. Secundo vero tegumenta et ornatus corporis, quae interdum post mortem hominis remanent, sed postea etiam his undatur et ad hoc pertinet quod dicit, Et nudatus. Ad ultimum vero etiam ipsa compago corporis solvitur : et ad hoc pertinet quod dicit, Atque consumptus : quae cum peracta fuerint, nihil sensibiliter apparet de homine remanens. Unde apud illos qui nihil nisi sensibilia et corporalia esse credunt, videtur totaliter ad nihilum redactus. Homum igitur dubitationem exprimens dicit : Ubi queso est? Sciendum est autem, quod ea quae non totaliter pereunt, reparari posse videntur, sicut de ligno praeviso vel senescente est dictum, sed ea quorum nihil remanet, impossibile videtur iterum reparari : sicut si totaliter aqua maris aut fluminis desiccaretur. Homo autem, sicut jam dictum est, videtur sic*

<sup>1</sup> Al. : « dies autem optata. »

per mortem consumi, ut nihil ejus remaneat. Unde secundum hanc rationem apparet, quod impossibile sit ipsum iterum reparari ad vitam ; et hoc est quod subdit, *Quomodo si recedat aqua de mari, et fluvius vacuefactus arecat, sic homo cum dormierit, idest cum mortuus fuerit, non resurget a morte.* Ejusdem autem impossibilitatis esse videtur ut incorruptibilia corrumpantur, et ut totaliter corrupta iterum repararentur. Ceterum autem incorruptibile est : et ideo subdit : *Donec attetur cœlum, non evigilabit, quasi reviviseens : Nec assurget de sonno suo, ad opera vitae peragenda ; quasi dicat, Sicut impossibile et cœlum atteri, idest corrumpi, ita impossibile est hominem mortuum resurgere. Et hoc quidem dicitur, ut dictum est, supposito quod de homine nil remaneat post mortem, se-*

cundum hoc quod dictum est, *Ubi queso est ?* Vel potest hoc referri ad opinionem illorum, qui ponebant totum universum corporale istud corrumpendum, et iterum reparandum : in qua quidem reparacione ponebant eosdem homines reddituros, ut sit sensus : durante isto mundo, homo a morte non resurget. Fides autem catholica non ponit substantiam mundi peritram, sed hujus mundi statum, qui nunc est, secundum illud I Corinth. vi, 21 : *Præterit enim figura hujus mundi.* Hujus ergo mundi immutatio secundum figuram potest hic intelligi per cœli attritionem : resurrectione enim mortuorum communis in fine mundi expectatur, secundum illud Joann. xi, 24 : *Scio, quia resurget in resurrectione, in novissimo die etc.*

## LECTIO IV

*Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constitutas mihi tempus, in quo recorderis mei ? Putas ne mortuus homo rursus vivet ? Conitis diabolus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo ibi : operi manuum tuarum porrigit dexteram. Tu quidem gressus meos diu numerasti, sed parce peccatis meis. Signasti quasi in saeculo delicta mea ; sed curasti iniuriam meam.*

Postquam Job ostenderat quid ex iis quae sensibiliter apparent, de resurrectione hominis convinci possuit ; hic suam sententiam circa resurrectionem continet. *Essel autem valde horrendum est oracula, si homo per mortem sic deficiet, quod nunquam esset reparandus ad vitam ; quia unumquodque naturaliter esse desiderat, : unde Job summi desiderium ostendit de resurrectione futura, dicens : Quis mihi hoc tribuat, ut etiam post mortem, In inferno protegas me ? idest sub speciali cura qua homines proteguntur, me contineas ; Donec pertranseat furor tuus, idest tempore mortis : quia, sicut supra dictum est, mors hominis accidit per*

subtractionem divinae operationis conservantis vitam, unde dixerat : *Recede panulum ab eo :* videtur enim Deus homini esse iratus quando beneficium vita ei subtrahit, et præcipue cum credamus mortem ex peccato primi hominis traxisse. Quomodo autem se protegi edit etiam in inferno, exponit subdicens *E constitutas mihi tempus in quo recorderis mei.* Videtur enim Deus homini se oblitus, quando ei subtrahit beneficium vita, *Atque in tempore eius recordatur, cum ipsum in vita reduxit. Ceterum ergo tempus, in quo recordatur, inquit, non tunc recordatur, nisi est dual, quoniam consti tuere temporis resurrectionem, et conve nienter hic non potest, regnus enim non cum enim artifex dissoluit, artificie ex eadem materia non intendit iterum artificium reparare, ut pote dominum, vel aliquid hujus modi, de materia dissoluit artificii, nullum curam habere videtur : sed quando ex intendit artificium reparare, diligenter custodit ne pereat. Hanc*

<sup>1</sup> Al. : « agere. »

ergo custodiam protectionem vocat. Post quam igitur desiderium suum de resurgendo expressit : quia desideria quandoque sunt etiam impossibilium, consequenter sub questione ponit, utrum videlicet quandoque futurum sit quod ipse desideravit : unde subdit, *Potus ne mortuus homo rursum virat?* et super hoc quod ipse sentiat, ostendit dicens : *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Huius considerandum est, quod supra vitam hominis super terram militia comparaverat, et diebus mercenarii : quia tam milites quam mercenarii aliquid post statum praesentem expectant : et ideo sicut supra resurrectionis statum per diem optatam mercenarii expressit, ita et nunc sub similitudine militis idem ostendit. Et notandum est, quod optatum finem non expectat in aliqua parte temporis hujus vita, quia cunctos dies hujus vitarum statui militiae deputat dicens : *Cunctis diebus quibus nunc milito.* Iterum notandum est, quod homo non expectat aliam vitam hinc similem, quia tunc et illa esset militia ; sed expectat vitam in qua non militet, sed triumphet et regnet ; et ideo dicit, *Expecto donec veniat immutatio mea* : quasi dicat : in hac tota vita milito, mutabilitati, laboribus, et angustiis subjectus. Sed expecto immutari in statum alterius vitae, quae sit sine labore et angustia : et de hac immutatione dicit Apostolus I Cor. xv, 51 : *Omnis quidem resurreximus, sed non omnes immutabimur.* Et ne aliquis crederet quod naturali virtute homo in statum alterius vitae immutaretur, hoc excludit subdens, *Vocabis me, et ego respondabo tibi* ; quasi dicat, *Futura immutatio ex virtute tuae vocis sive ex tuo imperio procedet, secundum illum Ioh. v, 28 : Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et qui audierint vocem, vocare enim ad imperium pertinet, sed respondere ad obedientiam, quia creatura creatori obedit. Sed quis mortui ad imperium Dei non solus resurgem ad vitam, sed in quedam altiore statum mutabuntur, et hoc virtute divina ; propter hoc subdit :*

*Operi manuum tuarum porriges dexteram* ; quasi dicat : Homo resurgens non erit opus nature, sed opus tuae virtutis ; cui quidem operi adjutricem dexteram tuam porriges, cum per auxilium tuae gratiae in gloriam novitatis exaltabitur. Vel quod dicit *Vocabis me, et ego respondabo tibi*, potest referri ad corporis reparationem : quod autem subdit, *Operi manuum tuarum porriges dexteram*, ad animam quae naturaliter appetit muri suo corpori ; cui Deus adjutricem dexteram porrigit, dum quod sua virtute consequi non potest, virtute divina consequetur. Posita ergo sententia sua de resurrectione mortuorum futura, redit ad id quod supra hominum considerat, cum dixit : *Observasti omnes seruitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti* ; unde subdit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti* ; quasi dicat, Tam non est mirum si facta hominum sic diligenter examinas, ex quo eum ad aliam vitam reservas.

Considerandum est autem, quod circa humanos actus divina providentia secundum duo attenditur : primo quidem secundum hoc quod ea examinat et discensit ; quod quidem significatur in hoc quod dicit, *Tu quidem gressus meos dinumerasti* : dinumeramus enim ea de quibus diligentiam habemus. Et ne videatur alicui esse magna severitas, quod Deus hominis fragilis facta tanta diligentia examinaret ; innuit consequenter ejus prouitatem ad parendum, cum dicit, *Sed parce peccatis meis* ; quasi dicat, Licet dinumeres, tamen hanc spem retineo quod parcas. Secundo vero secundum hoc quod facta hominum bona vel mala in sua memoria conservat ad retrahendum pro eis bona vel mala ; unde subdit, *Signasti quasi in sacculo delicta mea* : ea enim quae signantur in sacculo, diligenter conservamus. Et ne ista signatio divinam misericordiam excluderet, subdit : *Sed curasti iniuritatem meum* ; quasi dicat, Si pro peccatis reservas poenam, quod tamen per penitentiam delicta curas.

## LECTIO V

Mons cadens defloxit, et saxum transfertur de loco suo. Lapidès excavant aquæ, et alluvione paulatim terra consumuntur, et homines ergo similiter perdes? Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret. Inmutabilis faciem ejus, et immutes eum. Sive nobiles fuerint illi ejus, sive ignobiles, non intelligit. Attamen caro ejus, dum vivet, dolabit, et anima illius super semetipsa lugebit.

Postquam Job suam sententiam de futura resurrectione proposnerat, hic probabilibus rationibus eam innuit. Et prima ratio sumitur ex comparatione hominis ad inferiores creaturas, que totaliter consumuntur absque spe reparacionis. Omnia enim quæ generantur, corruptioni subjecta sunt: unde et montes, licet videantur firmissimi, tamen ex certis causis post aliqua temporum curricula dissolvuntur; et hoc est quod dicit, *Mons cadens defluit*. Saxa etiam licet videantur fortissima, tamen vel per violentiam, vel aliquia naturali causa exciduntur; et hoc est quod sequitur: *Et saxum transfertur de loco suo*. Lapidès etiam licet videantur durissimi, aquis tamen excavantur; et hoc est quod subditur<sup>1</sup>: *Lapidès excavant aquæ*. Terra autem licet videatur stabilissima, tamen a sua dispositione paulatim immunitatur: et hoc est quod subdit, *Et alluvione paulatim terra consumuntur*. Inconveniens autem esset<sup>2</sup> eadem ratio corruptionis hominis et rerum praedictarum: et ideo concludit quasi inconveniens, *Et homines ergo similiter perdes?* quasi dicat: Non est conveniens, quod similiter corrumpantur homines sicut alia creature corporales: nam praedictæ creature totaliter corrumpuntur, unde non reparantur eadem numero; homo vero licet corrumpatur secundum corpus, remanet tamen incorruptibilis secundum animam, que totum genus corporalium transcendit, ut sic remaneat spes reparationis. Deinde inducit ad idem

rationes sumptas ex proprietatibus hominis. In duobus autem excellit homo omnes inferiores creature: quorum unum est virtus operativa: est enim dominus sui actus per liberum arbitrium, quod nulli alii corporali creature competit; et secundum hoc homo est potentior qualibet creature corporali, unde et alii utitur propter seipsum. Aliud autem in quo excellit, est cognitio intellectiva: quae cum sit in mente, aliquid tamen ejus indicium appareat in corpore, et praecipue in facie, quam habet homo valde diversam ab aliis animalibus: ex his duobus apparel, quod homo non sic corrumpitur sicut alia animalia<sup>3</sup>, ut in perpetuum non sit. Quantum ad primum horum dicit, *Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret*: quasi dicat: Non est conveniens, quod tantum robur homini præstitum ad modicum tempus sit, quod postea in perpetuum non esset: stultum enim videretur, si aliquis faceret fortissimum instrumentum, ut ad modicam horam eo uteretur, et postea ipsum omnino projiceret. Virtus autem cuiusenique creature corporæ est determinata ad finitos effectus; sed virtus liberi arbitrii se habet ad infinitas actiones: unde hoc ipsum attestatur virtuti animæ, ad hoc quod in infinitum duret. Quantum ad hoc, scilicet ad intellectum, dicit, *Inmutabilis faciem ejus, et immutes eum*: quasi dicat: Non est esse, ut, quod te faciem ejus mutaveris, idest dixeris illis ab aliis animalibus, et tamen eis dicas eum a statu vite i perpetuum non redi turum, scilicet alia animalia. Per hanc autem intellectivam rationem, quod est propter hoc, quod est corporis rationis creature, intellectualis autem cognitio non potest convenire nisi substantia incorruptibili, ut a philosophis probatur.

<sup>1</sup> Al. desunt sequentia verba usque ad: « et alluvione etc. »

<sup>2</sup> Al. : « esset, si esset eadem etc. »

<sup>3</sup> Al. deest: « animata, »

**Possit autem** aliquis dicere, quod licet homo post mortem ad vitam non redeat, tamen non in perpetuum transfrat, in quantum quodammodo vivit<sup>1</sup> in suis filiis; quod etiam verba Baldad sonant, cum supra dixit: *Hoc est latitia rie ejus, ut rursum de terra alii germinentur.* Sed hanc responsionem excludit Job subdens: *Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelligit;* quasi dicat: Homo per intellectum capit atermum bonum, unde et naturaliter ipsum desiderat. Bonum autem quod est in successione filiorum, non potest satiare appetitum intellectualem, si homo totaliter per mortem consumatur, ut in perpetuum non sit: quia appetitus

intellectualis non quiescit nisi in bono intellecto; bonum autem quod est in successione filiorum, non intelligit homo neque dum vivit, neque post mortem, si totaliter desinet esse per mortem. Non ergo ad aternitatem hujus boni tendit appetitus intellectualis hominis, sed ad bonum vel malum quod in seipso habet; nude subdit: *Attamen caro ejus, dum vivet, dolebit, et anima ipsius super semetipsa lugebit.* Ibi duplicum dolorem distinguunt: unum quidem carnis in apprehensione sensus; alium autem animae ex apprehensione intellectus vel imaginationis, qui proprie dicitur tristitia; et hic luctus nominatur.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM

---

### LECTIO I

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit: Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum? Arguis verbis cnu qui non est aequalis tibi, et loqueris quod tibi non expedit. Quantum in te est, evacuasti timorem, et tulisti preces coram Deo. Docuit enim iniquitas tuos tuum, et imitaris linguam blasphemantium. Condemnabit te os tuum; et non ego: et labia tua respondebunt tibi. Numquid primus homo tu natus es, et ante omnes colles formatus? Numquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia? Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? Et senes et antiqui sunt in nobis multo veteriores, quam patres tui. Numquid grande est ut considerat Deus? et vestra prava hoc prohibet. Quid tibi? et tu? Quid si magna regata ab aliis? et a me? Quid tunc contra Deum punitus sum, ut pro multis de rebus tuis hujusmodi in hoc sit?

Auditus v. 14 Job, Eliphaz, non ad profunditatem sententiarum ei respondet, sed nititur ad calumniose reprehendendum aliqua verba a Job prolata, secundum superficiem ipsorum verborum

ea considerans, et non secundum profunditatem intellectus eorum: et primo quidem reprehendit hoc quod Job dixerat in principio sua locutionis: *Et mihi est cor sicut et vobis, nec inferior vestrisum:* in quo quidem de quidem de duabus eum notat: primo quidem de inani gloria, quia seipsum commendat: et hoc est quod dicit: *Numquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens?* in ventum enim loqui videtur, qui ad gloriam captandam verbi componit: secundo autem de iracundia, propter hoc quod obijungando loqui inciperat, cum dixerat, *Ergo vos estis soli homines etc.*: et ideo subdit, *Et implebit ardore stomachum suum?* id est iracundia animum suum. Deinde reprehendit eum de hoc quod dixerat: *Disputare cum Deo cupio:* et iterum, *Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar etc.*: in

<sup>1</sup> Al. : = est. a

quo quidem cum notat multipliciter. Primo quidem de superbia, quia contra majorem contendit; et hoc est quod dicit: *Arguis eum verbis, qui non est aequalis tui.* Secundo de stultitia, quia Eliphaz tamē disputationem nocivam reputabat; unde subdit, *Et loqueris quod tibi non expedit*, disputando scilicet cum Deo. Et quare non expediāt cum eo disputare, ostendit per hoc quod huiusmodi disputatione duo valde necessaria excludere videtur; quorum pri. num est timor Dei: qui enim timet aliquem, non prae sumit cum eo contendere: unde etiam et Job supra dixerat, *Formido tua non me terreat*; et ideo Eliphaz hic subdit: *Quantum in te est, evacuasti timorem*, quia scilicet conatus es a te timorem Dei excludere. Secundum est oratio ad Deum: non enim est ejusdem contendere cum aliquo, et eum rogare; et ideo subdit, *Et tulisti*, idest abstulisti: *Preces coram Domino*, contra id quod supra Eliphaz dixerat, *Quamobrem ego deprecabor Dominum*. Disputaverat autem Job cum Deo, non ex superbia, sed ex fiducia veritatis; sed Eliphaz temerarie judicavit hoc ex iniuitate procedere, unde subdit: *Docuit enim iniuitas tua os tuum*; et hoc ex effectu apparet, quia blasphemias; unde sequitur: *Et imitaris linguam blasphemantium*. Blasphemans enim est qui Dei justitiam negat; sed linguan blasphemantis imitari videtur qui cum Deo disputat de ejus justitia: disputare enim de aliquo videtur esse dubitantis de illo; dubitans autem est propinquus neganti. Volens ergo Eliphaz contra disputationem loqui, primo dicit, quod Job tam manifeste male locutus est, quod non indiget alio reprehensore: sed ipsa verba ejus indicant ejus malitiam; et hoc est quod dicit: *Et condemnabit te os tuum, et non ego: et labia tua respondebunt tibi*: quasi dicat, Non indigent veritate alio respondente, sed ipsa se inter munt. Oportet tamen multipliciter disputationem predietam non fuisse conuenientem: primo quidem, per comparationem ejus ad omnes creaturas: secundum aliqua creatura cum Deo contendere

posset, hoc praeceps competere primae et excellentissimae creature, quod non conveniebat Job; unde dicit *Nunquid primus homo tu natus es, et ante omnes celles formatus?* ut ex hoc scilicet competat tibi pro toto humano genere, vel pro tota creatura disputatione cum Deo? Secundo per comparationem ad Deum: ille enim potest cum aliquo de factis ejus disputatione convenienter, qui cognoscit rationem qua ille cum quo disputat, operatur. Quam cognoscere potest dupliciter: uno modo, ut ab eo addiscens? alio modo, ut per superiorem sapientiam de factis alterius judicans. Sed neutrum competit Job in comparatione hominis ad Deum; et hoc est quod dicit, *Nunquid consilium Dei audisti?* quantum ad pri mum: *Et inferior te erit ejus sapientia*, quantum ad secundum, ut sic cum Deo disputatione possit? Tertio per comparationem ad alios homines, quibus non magis sciens apparet, ut ex fiducia majoris scientiae cum Deo disputatione prae sumat; unde dicit, *Quid nosti?* scilicet per fidem vel revelationem, *Quod ignoramus?* *Quid intelligis?* scilicet per fidem et revelationem naturali cognitione, *Quod nesciamus?* Sed quia posset se Job jaetare de scientia accepta ab aliis, subdit: *Et se nes*, scilicet dignitate scientiae et vitae: *Et antiqui*, tempore: *Sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui*, idest quam magistri a quibus scientiam accepisti: vel ad litteram<sup>1</sup>, quam tui progenitores. Per majorem autem vetustatem maiorem sapientiam vult intelligi: quia per exper iimentum longi temporis aliquis sapien tior redditur. Quarto ex parte ipsius Job ostendit disputationem ejus cum Deo non finisse convenientem: et primo quidem quia fuit nociva, explicans quae supra dixerat, *Loqueris quod tibi non expedit*; unde dicit: *Nunquid grande est, ut consolatur te in peccatis tuis?* secundo quia fuit impudentia, explicans quae supra dixerat, *Et non ego: et labia tua respondebunt tibi*: quasi dicat, Non indigent veritate alio respondente, sed ipsa se inter munt. Oportet tamen multipliciter disputationem predietam non fuisse conuenientem: primo quidem, per comparationem ejus ad omnes creaturas: secundum aliqua creatura cum Deo contendere

<sup>1</sup> Al.: « luxuriam. »

dixerat, *Nomquid sapiens respondabit?* quasi dicat: in ventum loqueris: nnde subdit: *Quid te celerat cor tuum?* scilicet per superbiam, ut intantum de divina sapientia prasumas. Et signum superbiae ostendit subdicens: *Et quasi magna cogitans attinitos habes oculos?* cum enim aliquis aliqua magna et mirabilia consi-

derat, in stuporem adducitur; et inde contingit, quod oculos attinitos habeat. Tertio ostendit, quod disputatio ejus fuit presumptuosa et impia, expponens quod supra dixerat: *Arguis eum verbis, qui non est aequalis tibi:* unde subdit: *Quid tumet contra Deum spiritus tuis, ut proferas de ore tuo hujusmodi sermones?*

## LECTIO II

*Quid est homo, ut immaculatus sit, et ut justus appareat natus de muliere?* Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et celi non sunt mundi in conspectu ejus. Quanto magis abominabilis et inutilis homo qui bibit quasi aquam iniquitatem? Ostendat tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur, et non abscondunt patres eos. Quibus sola data est terra; et non transvit alienus per eos. Cunctis diebus suis impensis superbit, et numerus annorum inveritus est tyrannidem nationis ejus. Sonitus terroris semper in auribus illius, et cum par sit, ille semper insidias suspicatur. Non credit quod reverti possit de tenetibus ad lucem, circumspectans undique gladium. Cum se moverit ad quareundam panem, novit quod paratus sit in manu ejus teneriarum dies. Terribilis enim tribulatio, et angustia valitat enim, sicut regem qui preparatur ad pellendum. Tenebunt enim adversus Deum manus suam, et contra omnipotentem roburatus est. Cœcurrat adversus eum erecto collo, et pingui cervice armatus est. Ofernit faciem ejus crassitudine, et de lateribus ejus arvina dependet.

Postquam Eliphaz reprehenderat Job de hoc Deum ad disputandum provocaverat, quod videbatur ad presumptionem sapientiae pertinere; nunc reprehendit eum de presumptione justitiae<sup>1</sup> super hoc, quod dixerat, *Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar:* quod quidem Eliphaz impugnat, primo quidem ex fragilitate conditionis humanae, per quam homo difficulter vital peccatum; unde dicit: *Quid est homo ut immaculatus sit?* Et etiam difficulter operator bonum; unde subdit: *Ut justus appareat natus de muliere?* quia, ut dicitur Prov. xv, 5. *In abundantia justitia virtus maxima est:* que nou videtur competere ei qui ex informa re originem habet. Secundo impugnat idem ex comparatione sublimium

creaturearum; unde subdit: *Ecce inter sanctos ejus, idest angelos, Nemo immutabilis,* scilicet per naturam proprium, sed solum dono divinae gratiae, quin possit in peccatum defletri: *Et carli, qui tenent supremum locum puritatis inter corpora:* *Nou sunt mundi in conspectu ejus,* idest per comparationem ad ipsum, quia sunt materiales et corporales et mutabiles. Tertio impugnat idem ex propria conditione ipsius Job, quasi a minori concludens: *Quanto magis abominabilis,* per peccatum, *Et inutilis,* per defectum justitiae, *Homo qui bibit quasi aquam iniquitatem,* idest qui pro nihil et absque aliqua observatione iniquitatem committit. Qui enim bibit vinum, cum aliqua observatione bibit, ne inebrictur; quod in potu aquæ non observatnr. In hoc ergo ipsum Job notat, quod de facili ad iniquitatem declinaret, sicut aliquis de facili et in promptu habet quod aquam bibat.

*Ostendam tibi, audi me etc.* Postquam Eliphaz reprehenderat Job, quod Deum ad disputacionem provocaverat, et quod de sua justitia presumebat, tunc reprehendit eum de verbis quæ disputando dixerat, et præcipue de illis, *Arbitraris me inimicum tuum: contra folium quod vento rupitur, ostendis potentiam tuam: et posuisti in nervo pedem meum.* Et primo excitat attentionem, dicens, *Ostendam tibi* scilicet illud quod a Deo quarebas. *Audi me attente.* Unde autem

<sup>1</sup> Al. desunt sequentia verba usque ad: « primo quidem etc. »

ostendere possit, manifestat subdens, *Quod vidi*, scilicet ex proprio intellectu inveniens, *Narrabo tibi*. Et iterum non erubescam dicere quod ab aliis audivi, eos in auctoritatem inducens : *Quia sapientes confitentur, et non abscondunt patres suos*, a quibus scilicet sapientiam pereperunt : hoc enim insipientium est et superborum ut que ab aliis acceperunt, sibi adscribant<sup>1</sup>. Et quare non sint abscondendi, ex eorum dignitate ostendit, cum subdit, *Quibus solis data est terra*. Et potest hoc indifferenter et sub codem sensu referri, vel ad sapientes<sup>2</sup>, vel ad patres sapientium, quos vult intelligi etiam sapientes : sapientibus enim solis terra data esse dicitur, quia bonorum terrororum ipsi sunt domini, utentes eis ad suum bonum ; insipientes autem utuntur eis ad suum damnum, secundum illud *Sapien.* xiv, 41 : *Creaturae factae sunt in miscipulum pedibus insipientium*. Et iterum ad eorundem dignitatem ostendendam subdit : *Et non transibit alienus per eos* : quia videlicet ii qui sunt a sapientia alieni, consortio sapientium unnumerari non possunt, vel quia sapientes ab extraneis non suppeditantur : per illos enim alienus transire dicitur, qui ab aliquo alieno viuuntur et subjiciuntur.

Postquam auditorem attentum reddiderat, jam contra verba Job disputantis respondere conatur : ex quibus duo intelligit : primo quidem, quod Job in angustia et timore vivebat, quasi Deo eum persequeente, et insidias ei ponente, quia dixerat, *Arbitraris me iūnicum tum* : et *observasti omnes semitas meas*. Secundo, quia de sua consumptione credebat enim dubitare, quia dixerat : *Scribis contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiae meae*. Primo ergo loquitur contra primum, et secundo contra secundum, ibi, *Habitabit in civitatibus desolatis*. Ostendit ergo primo ex qua radice praedicta suspicio in corde Job oriatim, quia ex ejus impietate et voluntate nocendi ; unde dicit, *Crueliter diebus suis impius superbis*, idest extollenti-

tur contra Deum, et in nocturnum hominum. Dies autem suos dicit, non dies vite ejus, sed dies potestatis vel prosperitatis. Sed quia voluntas nocendi est homini a seipso, potestas autem a Deo ; non potest scire quanto tempore ei detur potestas implendi suam impian voluntatem ; unde subditur : *Et numerus annorum incertus est tyranni ejus* : et ex ista incertitudine sequitur suspicio et timor ; quam consequenter describit dicens : *Sonitus terroris semper in auribus istius* : quia scilicet ad quemlibet rumorem timet aliquid contra se parari, quasi de nullo confidens : propter quod subdit : *Et cum pax sit, ille insidias suspicatur* : idest cum nullus contra eum aliquid molitur, ipse tamen de omnibus formidat per suam impian voluntatem, quia paratus esset omibus nocere. Cum autem aliquis de aliquibus suis inimicis timet, sperare potest liberationem, etiam si ad horam succumbat, per adjutorium amicorum : sed ille qui de nullo confidit, sed de omnibus timet, non potest sperare quod post oppressionem relevetur : et ideo subdit : *Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem*, idest de statu adversitatis ad statum prosperitatis. *Circumspectans undique gladium*, idest ex omni parte inimicos sibi imminentem vi- dens : et hoc specialiter dicit propter hoc quod Job dixerat, *Quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea*. Per quod intellexit Eliphaz Job desperare de sua liberatione. Contingit autem quandoque quod aliquis tyranus, et si ab omnibus extraneis timeat, habet tamen alios familiares et domesticos, cum quibus secureretur ; sed quando est superabundans malitia ejus, etiam a domesticis suis timet, cum quibus vivit ; unde sequitur : *Cum se morerit ad quareculam pacem, novit quid paratus sit in manu ejus tenebrarum dies*, idest mortis : quasi dicat. Non solum insidias suspicatur in actibus exterioribus, in quibus necesse habet cum extraneis conversari, sed etiam in actibus domesticis comedendo et bibiendo

<sup>1</sup> Al. sic. legitur : « A quibus scilicet sapientiam perecepit, ut supra assertantur : et quare etc. »

<sup>2</sup> Al. dicitur : « vel ad sapientes. »

et hujusmodi, a domesticis suis mortem sibi parari credens : et cum ipse sic timeat de omnibus, non quiescit, sed contra eos quos timet, semper aliquid machinatur, et sic crescit ei timoris occasio ; nnde subdit, *Terrebit eum tribulatio*, scilicet ab aliis sibi inimicis : *Et angustia tollabit eum*, scilicet per mortis timorem ex omni parte : *Sicut regem qui preparatur ad praelium*. Rex enim qui preparatur ad praelium, sic angustiatur timore, ne perdat, quod tamen molitur inimicos destrnere. Quo autem merito in tantam miseriam timoris impius et tyrannus deveniat, ostendit subdens, *Tetendit enim adversus Deum manum suam*, contra Deum agendo : *Et contra omnipotentem robatur est*, idest potentia sibi data usus est contra Deum. Et quomodo contra Deum egerit, ostendit subdens : *Cucurrit adversus eum erecto collo*, idest superbiendo : per superbiam enim maxime homo Deo resistit, eni per humilitatem subiecti debet, secundum illud Eccl. x, 14 : *In iunctum superbiae hominis apostata a Deo*. Et sicut ille qui Deum dili-

git, in via ejus currere dicitur propter promptitudinem voluntatis ad serviendum ei, ita et superbus propter presumptum spiritus contra Deum currere dicitur. Superbia autem ex abundantia temporalium rerum oriri solet ; et ideo sequitur : *Et pingui cervice armatus est*, scilicet contra Deum superbieudo. Pinguedo enim ex abundantia humorum creatur, nnde abundantiam temporalium significat. Sicut autem humilitas principium est sapientie, ita superbia sapientie est impedimentum ; unde sequitur : *Operuit faciem ejus crassitudo* : per experimentum enim faciei impedimentum cognitionis designatur ; nec solum opulentia qua est superbiae causa, in ipso invenitur<sup>1</sup>, sed etiam ad collaterales ejus derivatur : unde sequitur : *Et de lateribus ejus arcina dependet* : per qua omnia significare intendit, quod Job ex opulentia in superbiam incidit, per quam contra Deum se erexit, et tyrannidem in homines exercit, et ideo in hanc suspicionem devenit, ut Deum sibi adversarium et insidiatorum suspicaretur.

### LECTIO III

*Habitabit in civitatibus desolatis, et in dominibus desertis, qua in tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec perseverabit substantia ejus, nec mittet in terram radicem suam, nec recedet de tenebris. Ramos ejus arefaciet flamma, et anseretur spiritus oris ejus. Non crebet frusta errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit. Antequam dies ejus impluantur, peribit, et manus ejus arescunt. Lederit quasi vina in primo flore botrys ejus, et quasi oliva projiciens florem sumum. Congregatio enim hypocrita sterilis : et ignis devorabit tabernacula eorum qui minera libenter accipiunt. Concepit dolorem, et peperit iniuriam, et uterum ejus præparat dolos.*

Postquam ostendit Eliphaz angustias timoris quas impius patitur, etiam in statu prosperitatis existens ; nunc loquitur de amaritudinibus quibus in adversitatem dejectus consumitur, propter hoc, quod Job dixerat, *Scribis contra me ama-*

*ritudines, et consumere me vis peccati adolescentiæ meæ*. Inter alias amaritudines primam ponit, quod efficit fugitivus. Est autem fugitivorum consuetudo, quod loca occulta et inhabitata querunt ; et ideo dicit : *Habitabit in civitatibus desolatis, et in dominibus desertis, qua in tumulos sunt redactæ* : hujusmodi enim loca conseruerunt esse fugitivorum receptacula. Secundam, quod suis divitiis spoliatur ; unde dicit, *Non ditabitur*, ut scilicet de novo divitiis acquirat : *Nec perseverabit substantia ejus*, ut divitiis prius acquisitas retinere possit. Tertiam ponit impossibilitatem recuperandi, dicens : *Nec mittet in terram radicem suam* : arbor enim si extirpetur, et ite-

<sup>1</sup> Al. sic legitur : « nec solum opulentia causa in ipso invenitur. »

rum plantetur, convalescit, si in terram mittat radicem; sed si in terram radicem mittere non possit, non potest iterum convalescere: et quasi hoc exponens, subdit, *Non recedet de tenebris*, id est de statu adversitatis: et rationem redendi ad lucem assignat subdens, *Ramos ejus aresfacit flamma*: arbor enim, si extirpata fuerit ramis virentibus, adhuc remanet spes reparationis, quia possunt inseri vel plantari; sed si rami comburantur, nulla spes ultra remanet recuperationis. Rami autem hominis sunt filii et aliae personae conjunctae, per quas homo interdum a statu adversitatis resurgat; sed filii Job occisi erant, et ejus familia perierat, et ipsemet infirmitate oppressus erat: quod innuit subdens: *Et auferetur spiritu oris sui*, id est superbia verborum suorum. Et non posset aliquo modo recuperationem sperare, nec etiam a Deo, quem superbia verborum offendit; unde subdit: *Non credet frustra errore deceptus, quod aliquo pretio redimendus sit*, id est quod aliquo auxilio liberandus sit de tribulatione. Quartam amaritudinem ponit abbreviationem vitae; unde subdit: *Antequam dies ejus impleantur, peribit*. id est morietur, antequam perficiatur tempus aetas ejus: *Et manus ejus arescent*, id est ejus filii et propinquui deficient; et subdit

exemplum dicens, *Lædetur, quasi vinea, botrus ejus*, in primo flore: quæ quidem lasio ex frigore solet accidere: unde significat exteriorem persecutionem: *Et quasi oliva projiciens florem suum*: quod solet accidere ex aliqua interiori causa: unde signat<sup>1</sup> meritum adversitatis ex parte ipsius qui patitur; unde de hoc<sup>2</sup> subdit: *Congregatio enim hypocrita sterilis*, id est illa quæ congregantur ab hypocrita, infructuosa redduntur: *Et ignis devorabit tabernacula eorum qui libenter munera accipiunt*: fit enim interdum ex divino iudicio, ut ea quæ male acquisita sunt, de facili consumantur; et hoc dicit notans Job de impietate et hypocrisi, quasi propter hujusmodi peccata ei adversitas acciderit. Et addit tertium punctum<sup>3</sup>, scilicet dolositatem; unde sequitur: *Concepit dolorem*, id est præexcogitavit in corde suo, qualiter alii dolores inferret: ejus quidem conceptus partus est nocumentum injuste illatum; unde sequitur: *Et peperit iniquitatem*. Adjungit consequenter modum quo perficiat dicens, *Et uterus ejus præparat dolos*: hypocritarum enim est, non manifeste, sed dolose aliis nocumentum inferre. Per uterum autem eorū intelligitur, in quo sicut conceptus spirituales, sicut in utero conceptus corporales<sup>4</sup>.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM

## LECTIO I

Respondens autem Job dixit: Audivi frequenter talia, consolatores onerosi vos omnes estis. Numquid habebant finem, verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram et ego similiter vestri loqui, atque ultimum esset anima vestra anima mea. Consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo, et moverem labia mea quasi parvens vobis. Sed quid agam? Si loculus fuero, non quies-

cit dolor mens; et si tacero, non recedet a me. Nunc autem oppressit me dolor mens, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Hugo in memoriam dicunt contra me, et speculatori falsi loquunt adversus faciem meam, contradicentes mihi. Collegit furorum summum in me, et communem mihi infrenum contra me dentibus suis: hostis mens terribilibus oculis me intutus est. Aperientur super me ora sua, et exprobantes percosserunt

<sup>1</sup> Al.: « significat. » — <sup>2</sup> Al.: « hoc merito. »

<sup>3</sup> Al.: « peccatum. » — <sup>4</sup> Al.: « naturales. »

maxillam meam, atlati sunt penis meus. Conclusit me Deus apud impunum, et manus impunitum me tradidit. Ego illi quondam opulentis, replete cunctis sum : tenet cervicem meum, confregit me, et posuit me sibi quasi in igno. Cuiusmodi dicit me laetus suis, convulnatur limbos meos, non peperit, et effudit in terra viscera mea. Concidit me vulnera super vulnera; mordet in me quasi gigas. Sacrum corsum super eundem meum, et operari enere carnem in meam. Exies mea inimicorum a dicto, et palpib[us] meo caliginevit. Hec passus sum absque iniquitate manus mea, cum haberem nimidas ad Deum precies. Terra ne operias sanguinem meum, neque invenient in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in celo festis meis, et consuectus mens in excelsis.

Eliphaz in sua responsione durius contra Job locutus fuerat : nunc Job in principio sui sermonis eum arguit de inconvenienti consolatore : primo quidem quia frequenter eadem repetebat tam ipse quam amici ejus ; unde dicit, *Audiui frequenter talia* ; quasi dicat, Vestra locutio circa idem versatur : diversis enim verbis ad idem intendebant, scilicet ad argendum Job, quod pro peccatis suis in adversitates inciderat ; et ideo subdit, *Consolatores onerosi vos estis* : consolatoris enim officium est ea dicere quibus dolor mitigetur. Onerosus ergo consolator est, qui ea loquitur qua magis animum exasperant ; possent tamen haec excusamen habere, quando ad utilitatem aliquam verba exasperantia proferrentur, et veritatem continentur, ant etiam breviter et pertransiendum dicerentur. Sed si aliquis verba exasperantia contra contristatum, falso, inutiliter et prolixo prosequuntur, onerosus consolator videtur ; unde subdit : *Nunquid habebunt finem verba ventosa?* in hoc enim quod dicit, *Numquid habebunt finem*, ostendit quod prolixie immorabantur circa verba exasperantia ; in hoc vero quod dicit, *Verba ventosa*, ostendit quod inutilia et falsa erant, soliditatem non habentia. Ostendit autem consequenter quod non erat pars ex utraque parte in hac disputacione : quia amici Job absque molestia loquebantur ; unde dicit, *Aut aliquid molestum tibi est, si loqueris?* quasi dicat : Ideo ea prolixie loqueris in meam calamitatem, quia ex hoc nullo modo molestiam sentis. Job autem molestabatur. Et ne aliquis

crederet, quod haec disputatio esset facilius amicis Job propter eminentem scientiam, Job autem molesta propter scientiam defectum : hoc excludit ostendens, quod si adversitate non deprimeretur, et esset in statu amicorum suorum, similia loqui posset ; unde dicit : *Potram et ego similia rubis loqui*, scilicet si adversitate non gravarer ; et hujusmodi rei experientiae sibi facilitatem<sup>1</sup> desiderat dicens, *Atque utinam esset anima restra pro anima mea*, ut scilicet vos adversitatem patremini quam ego patior : quod quidem dicit, non affectu odii aut livore vindicta, sed ut a crudelitate, qua utebantur suis verbis Job exasperantes, revocarentur, dum sentirent sibi esse aspera verba similia, si eis dicerentur ; unde subdit, *Consolarer et ego vos sermonibus*, scilicet similibus quibus vos me consolamini : *Et moverem caput meum super vos*, in signum compassionis, vel in signum reprobationis, sicut vos me arguitis : *Et etiam robaram vos ore meo*, ne per impatientiam deficeretis : *Et moverem labia*, scilicet ad loquendum : *Quasi parcens vobis*, idest simulans me ex misericordia quam ad vos habarem loqui, sicut vos contra me facitis. Sic igitur leve esset mihi loqui, sicut et vobis, si in statu vestro essem ; sed nunc impediatur dolore, qui non tollitur, neque locutione, nec taciturnitate ; unde subdit : *Sed quid agam? si locutus fuero, non quiesceret dolor meus; et si tacuero, non recedet a me.* Est autem duplex dolor ; unus quidem interior, qui tristitia nominatur, proveniens ex apprehensione alienius mali inherenteris ; alias autem est dolor exterior, qui est dolor secundum sensum, puta ex divisione<sup>2</sup> contumii proveniens, vel ex aliquo hujusmodi. Primus quidem igitur horum dolorum colloctione tolli potest, non autem secundus ; et ideo consequenter ostendit, quod intelligit de hoc secundo dolore, qui verbis non tollitur ; dicens, *Nunc autem oppressus me dolor meus*, idest impedit me, ne faciliter et libere uti possim ratiocinatione, sicut antea solebam : nam cum est dolor vehementis in sensu, oportet quod intentio animae revocetur

<sup>1</sup> Al. : « exceptuendo sibi facilitatem etc. »

<sup>2</sup> Al. : subtractione. »

vel impediatur ab intellectuali consideratione. Et quod de dolore corporali intelligat, ostendit subdens, *Et in nihilum reducti sunt omnes artus mei*: omnia enim membra ejus vulnerata erant, sicut supra dictum est, quod Satan percussit Job ulcerem pessimam a planta pedis usque ad verticem. Et non solum dissipations membrorum dolorem sensibilem mihi ingenerunt, sed etiam sunt in argumentum contra me. Amici enim Job videntes eum sic ulceratum, ex hoc argumentabantur quod graviter peccasset, putantes hoc ei in penam peccati accidisse; et hoc est quod sequitur: *Rugae meæ testimonium dicunt contra me*: ex infirmitatibus enim corrugatur corpus propter humidum consumptionem, sicut et senectute. Quomodo autem rugae contra ipsum testimonium perhibent, ostendit, subdens, *Et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam contradicens mihi*: falsum enim dixerat Eliphaz, quod propter peccatum in hanc infirmitatem incurrisset. Vel potest dici, quod Job intellexit per Spiritum sanctum suum adversitatem a diabolo procuratam Deo permittente: unde quidquid passus est, vel in damnis suis et filiorum, vel in proprii corporis ulcere, vel etiam in molestatione uxoris et amicorum, totum hoc diabolo attribuit, quasi instiganti. Ipsum ergo vocat falsiloquum contra suam faciem suscitatum, quia intelligebat instigante diabolo amicos suos contradicentes ei: et secundum hunc secundum sensum plantius est quod sequitur: *Collegit furorem suum in me*: videtur enim diabolus totum furem suum contra Job collegisse, dum omni modo nocendi ipsum impugnavit: et non solum in praeterito me afflixit, sed etiam<sup>1</sup> in futurum mihi comminatur; et hoc est quod sequitur: *Et communans mihi infrenuit contra me dentibus suis*: et loquitur per similitudinem bestiarum, quae homini<sup>2</sup> comminando, dentes contra ipsum parat. Hoc autem dicit propter hoc, quia Eliphaz usque ad mortem ei sub persona impii mala imminere prænuntiaverat: intelligebat autem, hujusmodi comminationes per os

Eliphaz a diabolo esse procuratas: et ideo dicebat, quod dentibus contra eum infrenuerat. Non solum autem Eliphaz verbis comminationis contra eum usus fuerat, mala prænuntiando: sed etiam de factis ejus male judicaverat, eum impium et hypocritam nominans: et ideo subdit: *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est*: placidis enim oculis aliquem aliquis intuetur, quando facta ejus benigne interpretatur: sed quando bona interpretatur in malum, tunc terribilibus oculis intuetur; et ideo subdit: *Aperuerunt super me ora sua*, scilicet amici mei ab hoste meo instigati: et hoc exponit subdens: *Exprobraentes percusserunt maxillam meam*: ille enim dicitur aliquem in faciem percire, quando ei improprium in facie dicit: amici autem Job multa impropria contra eum dixerant, peccata<sup>3</sup> exprobraentes. Et quia justi homines videntes peccata puniri, de justitia laetantur, secundum illud Psal. lvi, 11: *Lætabitur justus cum viderit vincitam*; amici Job se justos reputantes, Job autem peccatorem, de penitentia gaudebant quodammodo, quasi divinae justitiae congratulantes: et ideo sequitur, *Satiati sunt penitentia mea*. Et ne aliquis erederet quod Job opinaretur hujusmodi penas sibi a Deo inflictas non esse, quia dixerat ab hoste se esse afflictum, ad hoc excludendum subdit, *Conclusit me Deus apud iniquum*, id est diabolum, concedendo me scilicet potestati ipsius: *Et manibus impiorum me traxerunt*, quantum ad eos qui instineti diaboli cum vel factis vel verbis affligerant: intellexit enim Job afflictiones suas sibi per diabolum non quidem per se, sed permittente Deo irrogatas: et huius signum evidens ostendit quadrupliciter: primo quidem, quia a maxima prosperitate non paulatim decidit, sicut consuetum est in rebus humanis: sed subito totaliter corruvit: quod non videtur posse subito casu accidere, sed ex sola divina ordinatione: et hoc est quod dicit: *Ego ille opulentus quondam repente contritus sum*: et in hoc quod dicit, *Opulentus*, designat divitiarum abundantiam: in hoc autem quod dicit,

<sup>1</sup> AL. deest. « etiam. » — <sup>2</sup> AL. « a hujusmodi. »

<sup>3</sup> AL. « peccata multa.

*Ille*, designatur claritas famae ejus, qua ab hominibus demonstrabatur. Secundum autem signum est, quod totaliter corruit : ad quod sciendum subdit, *Tenuit cervicem meam, confregit me* : et loquitur ad similitudinem alienius fortissimi viri, qui alienius debilis cervicem apprehensa, eam confringeret, et sic totaliter eum de vita anferret : sic enim Job videbatur totaliter prosperitatis statum amisisse. Tertium signum est, quod non una adversitate, sed multis simul concurrentibus oppressus fuit, ut supra narratum est ; et quantum ad hoc subdit : *Posuit me sibi quasi in signum* : quod ponitur diversis sagittis feriendum ; et ideo subdit : *Circumdedit me lanceis suis*. Ubi tripliciter multitudinem suarum adversitatum describit : primo namque ostendit se exterius vulneratum in rebus possessis ; et ad hoc perficit quod dicit : *Circumdedit me lanceis suis* : res enim exteriore cirea nos sunt quasi extrinsecæ. Tunc ergo homo lanceis adversitatis circumdatur, quando in rebus exterioribus damnificatur. Secundo autem dicit se perennum interius, quantum ad corporalem afflictionem ; et hoc est quod subdit, *Convulneravit lumbos meos* ; quasi dicat, Non solum in circuitu lanceatus sum, sed vulnera pervenerunt usque ad interiora, in quibus delectabatur ; quæ per lumbos significantur, in quibus est delectatio, vel etiam generationis origo : unde etiam per lumbos filii oppressi possunt assignari : et insuper ostendit multiplicitatem percussionis ex aceritate vulneris, cum subdit, *Non pepercit*, quasi retrahens manum suam a percussione, ne gravius offenderet ; sed gravissime lasit ; et hoc est quod subdit, *Et effudit in terra viscera mea*, quia scilicet omnes filios suos et filias una ruina oppressit. Tertio ostendit multitudinem percussionis ex iis quæ in propria persona est passus ; unde subdit, *Et concidit me*, in propria scilicet persona : *Ulcere*; Ulcus proprium posuit super vulnus mortis filiorum. Quartum signum est, quod ejus tribulatio ex divina providentia processerit, cui resistere non potuit, nec remedium adhiberi, se-

cundum illud quod supra dictum est, *Deus cuius ira nullus resistere potest* ; et hoc est quod subdit, *Irruit in me quasi gigas*, cui propter magnitudinem potestis homo debilis resistere non potest. Et possunt haec omnia intelligi vel de Ieo, qui conclusit, vel melius de iniquo, scilicet diabolo, apud quem conclusit. Haec omnia commemoravit Job de magnitudine sua adversitatis, ad ostendendum quod non de pari poterat cum eis contendere, qui ab hujusmodi adversitatibus immunes erant. Verum Eliphaz eum de superbia notaverat, dicens : *Quid te elevat cor tuum* etc. quæ tanto fuissest detestabilior, quanto per graves adversitates emendari non potuisset, secundum quod contra quosdam in Ps. xxxiv, 16 dicitur : *Dissipati sunt, nec compuncti*.

Et ideo consequenter descripta sua adversitate, ostendit se humiliatum; primo quidem quantum ad exteriorem habitum cum dicit, *Saccum consui super cutem meam* : talis enim habitus est humilitatis signum, ut legitur de Ninivitis Jonas in. Similiter etiam cinis adhibetur ad recognoscendum propriam fragilitatem; unde Abraham dixit Gen. xviii, 27. *Loguar ad Dominum meum, cum sim pulvis et cinis* ; unde subdit, *Et operui meam cinere carnem* : legitur enim supra quod in sterquilino sedebat in signum humilitatis. Secundo ostendit suam humilitatem per multitudinem fletus : cuius duo signa ponit ; primo quidem tumorem facie, cum dicit, *Facies mea intumuit a fletu* : ascende enim multa lacrymarum materia ad caput, facies plorantium intumescit. Secundo vero impedimentum visus ; et hoc est quod subdit, *Et palpebrae meæ caligaverunt*, scilicet a fletu. Ad litteram propter discursum humorum visus oculorum impeditur. Ex iis autem quæ de gravitate sua adversitatis præmisit, et de magnitudine sua humilitatis, posset aliquis suspicari quod ipse, quasi recognoscens gravitatem suorum peccatorum, se peinmando humiliaverit, reputans se pro suis peccatis afflictum : quod Eliphaz immuere volebat, dicens, *Ecce inter sanctos nemo immutabilis* etc. : et ideo ad hoc remo-

<sup>1</sup> Al. . . personarum. \*

vendum dicit : *Hæc passus sum absque iniuitate manus meæ* : per quod excludit a se peccatum operum. Subdit autem, *Cum haberem mirulas ad Deum preces*, ut excludat a se peccatum indeventionis et omissionis : per quod videtur responderet ei quod supra, cap. xi, dixerat Sophar : *Si iniuitatem quæ est in manu tua abstuleris, Levare poteris manum tuam absque macula.* Sed ad excludendum innocentiam Job, Eliphaz jam bis usus fuerat argumento supraposito ex fragilitate terrena naturæ : nam supra dixerat, *Ecce qui servient ei, non sunt stabiles : quanto magis ii qui habitant domos luteas ?* et postea supra decimo-quinto idem repetierat dicens, *Cœli non sunt mundi in conspectu ejus : quanto magis abominabilis et iniutus homo* : et ideo ad hoc excludendum subdit, *Terra ne operias sanguinem meum* : et intelligit per sanguinem sui corporis afflictionem. Illic autem sanguis operiretur, si pro culpa fuisset effusus : sic enim non haberet gloriam. Operiretur autem a terra, si occasione terrena fragilitatis presumptio de præcedenti culpa præsumeretur ! Si

autem sanguis ejus absque culpa fuit effusus, justam querelam habuit contra effundentem, sicut Gen. 4, dicitur : *Ecce vox sanquinis fratris tui clamat ad me de terra.* Ille autem clamor lateret, si justa conquestio sua videretur, quasi ejus qui pro culpa fuerit punitus : et ideo subdit : *Neque inveniat in te locum latendi clamor meus* : ut scilicet ex terrena conversationis fragilitate videar injuste conqueriri, quasi simul culpa punitus. Verum est autem quod difficile est hominem terrena conversatione absque iniuitate peccati mortalis uti. Non est autem impossibile Deo adjuvante, qui etiam interioris puritatis est testis ; et ideo subdit, *Ecce enim in cœlo testis meus* ; quasi dicat : Ideo terra non potest operire sanguinem, quod maius est testimonium cœli quam presumptio de fragilitate terra. Est autem hic testis cœli idonens, quia etiam conscientia secreta rinnatur ; unde subdit, *Et conscius meus in excelsis* ; quasi dicat : Ideo in intimo terra non potest locum latendi clamor meus invenire, quia conscientia mea nota est in excelsis.

## LECTIO II

*Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus.* Atque utinam sic judicaretur vir cum Deo quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo. Ecce enim breves anni transeunt, et semitam per quam non revertar ambulo.

Postquam Job descripsit magnitudinem sue adversitatis et suam humilitatem et innocentiam, procedit ulterius ad improbandam vanam consolationem quam amici ejus frequenter ei iterabant, scilicet de spe temporalis prosperitatis recuperandæ ; unde et Eliphaz supra dixerat : *Nunquid grande est ut consolatur te Deus etc.* : unde hujusmodi consolationis vanitatem ostendere intendens, præmittit : *Verbosi amici mei* ; quasi dicat : Verba inania mihi prouidunt : non enim in temporalibus recuperandis est consolatio mea, sed in Dei fruitione

adipiscenda ; et hoc est quod subdit : *Ad Deum stillat oculus meus*, idest lacrymatur pro Dei desiderio, secundum illud Ps. xla, 4 : *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus ?* et ad expoundendum quod dixerat, subdit. *Atque utinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega suo.* Judicatur enim vir communis alteri praesentialiter adest, et invicem sibi suas rationes deponunt. Desiderat ergo Deo præsens existere, et rationes divinorum operum et judiciorum cognoscere, in quo felicitas humana consistit ; in enijs spe erat ejus consolatio, non in vanis amicorum verbis quibus recuperationem temporalis prosperitatis prouidentebant : et ideo ad ostendendam vanita-

tem hujusmodi promissionis, subjungit,  
*Ecce enim breves anni transiunt*: quasi  
 dicat, Homo brevi vivit tempore, ut su-  
 pra xiv, dictum est: temporis autem  
 vite Job jam transiuerat magna pars:  
 unde breves anni restabant, in quibus  
 si esset prosperitas, non magnum consola-  
 tionem afferret propter temporis bre-  
 vitatem. Fuerunt autem aliqui, qui cre-  
 debant hominem post mortem iterato ad  
 presentis vite cursum redire: et sic

videri posset, quod in spe terrena: pros-  
 peritatis recuperanda saltem in illa fu-  
 tura vita, posset Job consolationem habe-  
 re: et ideo ad hoc excludendum subdit,  
*Et semitam per quam non revertar ambulo*: homo enim in haec mortali vita per  
 etatis processum tendit ad mortem: nec  
 in hoc processu iteratio potest esse, ut  
 scilicet iterato homo sit puer, et aetas  
 hujus vite perambulet.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

---

### LECTIO I

Spiritus mens attenuabitur, dies mei breviantur  
 et solum mihi superest sepulcrum. Non peccavi, et  
 in amaritudinibus moratur oculus mens. Libera  
 me, et pone me juxta te, et enjusvis manus pugnet  
 contra me. Cor eorum longe fecisti a disciplina,  
 propterea non exaltabuntur. Prædám pollicetur  
 socii, et oculi filiorum ejus deficient. Posuit me  
 quasi in proverbiū vulgi, et exemplum sum  
 eorum eis. Caligavit ab indignatione oculus mens,  
 et membra mea quasi in nihilum redacta sunt.  
 Stupebit justi super hoc, et innocens contra  
 hypocritam suscitabitur. Et tenebit justus viam  
 suam, et mundis maliibus addet fortitudinem.

Ostenderat superius Job multiplicitudinem  
 sue afflictionis, et mentis humilitatem,  
 innocentiam, et vita irrevertibilis brevitatem,  
 ex qua verbositas amicorum ejus  
 convincebatur; et ideo in hoc capitulo  
 intendit inanimare premissa, et finaliter  
 eorum ignorantiam concludere. Primo  
 autem incipit manifestare<sup>1</sup> quod dixerat  
 de processu vite humanæ: et primitus  
 causam brevitatis vite, cum dicit: *Spiri-  
 tus meus attenuabitur*. Vita enim corporis  
 est per vitales spiritus, qui a corde ad omnia  
 membra diffunduntur: qui quādiū in  
 corpore durant, corpus vivit: sed quando  
 virtus caloris naturalis incipit debilitati

in corde, hujusmodi spiritus minuitur.  
 Quam quidem diminutionem et debilita-  
 tem per spiritus attenuationem designat:  
 et hujusmodi occasione causa subjungit  
 effectum dicens: *Dies mei breviantur*,  
 debilitas enim vitalis spiritus abbreviat  
 dies vite. Et ne aliquis erederet quod  
 attenuatus spiritus eternam roborandus  
 esset secundum speciem hujus vitae mor-  
 talis, ad hoc excludendum subdit, *Et so-  
 lum mihi superest sepulcrum*; quasi dic-  
 eat: Finitis hujus brevibus vite diebus,  
 nihil de praesenti vita mihi relinquitur  
 nisi sepulcrum, et ea que sepulcro con-  
 veniunt. Deinde alio modo consolationem  
 eorum vanam ostendit: consolabantur  
 enim eum dicentes, hujusmodi adversi-  
 tates propter peccata ei provenisse, de  
 quibus si paeniteret, ad prosperitatem re-  
 diret; sed ipse hoc excludens dicit: *Non  
 peccavi*: quia scilicet non habebat con-  
 scientiam remordentem de aliquo gravi  
 peccato, propter quod tantas adversitates  
 incurisset: unde et Jo. xxvii, 6, dicit:  
*Negue enim reprehendit me cor meum in  
 omni vita mea*: et ideo non est contra

<sup>1</sup> Al. : « inanimare. »

id quod dicitur I. Joan. I. 8 : *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus* : et per hoc exprimit quod supra dixerat de sua innocentia : *Hac passus sum absque iniuitate manus meæ.* Subdit autem : *Et in amaritudinibus moratur oculus meus.* Pluraliter autem dicit *amaritudinibus*, propter multiples adversitates, quas supra enumeravit. Dicit autem, *Moratur*, quia quamvis inter amaritudines se humiliaverit, sacram consnus super eutem snam, adhuc tamen amaritudines perseverant. Attribuit autem amaritudines oculo propter fletum, de quo supra dixerat, *Facies mea intumuit a fletu* : et iterum : *Ad Deum stillat oculus meus* : quia sic oculus ejus flebat inter amaritudines, quod ad solunum divinum auxilium intendebat ; et ideo hic subdit, *Et libera me* : intelligebat enim se ab eo solo liberari posse, qui cum apud iniquum concluserat. Non autem sic se liberari ab adversitate petebat, sicut post adversitatem prosperitatem terrenam assequuntur ; sed petit ut ad celstitudinem spiritalem perducatur ; unde subdit, *Et pone me juxta te* : quia enim Deus est ipsa essentia bonitatis, necesse est, ut qui juxta Deum ponitur, a malo liberetur. Ponitur autem homo juxta Deum, inquantum ei mente approximat per cognitionem vel amorem ; sed hoc quidem imperfete contingit in statu viae, in quo homo impugnationes patitur ; et qui est juxta Deum positus, ab eis non superatnr. Perfecte autem homo juxta Deum mente ponitur, juxta statum ultimae felicitatis, in quo impugnationes jam pati non potest : et hoc est quod desiderare se ostendit, dicens : *Et cuiusvis manus pugnet contra me* : quia scilicet quantumenimque aliqui me velint impugnare, si juxta te perfecte positus fuero, nullius impugnatio me molestabit. Hoc est ergo in quo Job inter amaritudines consolationem habebat, sperans se juxta Deum ponendum, ubi impugnationes timere non posset. Haec autem spiritalem consolationem ipsius Job amici ejus verbosi non intelligebant ; et ideo subdit : *Cor vorum longe fecisti a disciplina*,

*scilicet tua spirituali, per quam doces spiritualia bona, contemptis temporalibus, sperare : quia' solis temporalibus, et infinitis rebus ad spiritalem altitudinem pervenire non possunt, nisi iuxta Deum ponantur* : et hoc est quod subdit, *Propterea non exaltabuntur* : et ex hoc quod longe facti sunt a disciplina spirituali, procedit, quod sola temporalia Eliphaz Job in consolationem promittet ; et hoc est quod subdit, *Predam pollicetur sociis, id est temporalium adaptionem, quæ uni advenire' non possunt nisi alio amittente* : unde temporalium acquisitione depradationi assimilatur. Non est autem hoc universaliter verum, ut post penitentiam homines temporalem prosperitatem recuperent, quia nec boni semper temporali prosperitate florent, unde subdit, *Et oculi filiorum ejus deficiunt*. Filios ejus dicit illus, qui ejus promissioni credentes, ex bonis qua agunt, temporalia sperant ; sed quasi a spe sua decidentes. Sicut autem bene agentibus temporalia Eliphaz promittet, ita etiam omnes adversitates temporales propter peccata ejus qui patitur, asserebat proveire. Et quia Job multas adversitates passus erat, eum in exemplum apud vulgus ponet : et hoc est quod subdit, *Posuit me quasi proverbium vulgi, et exemplum sanctorum eis* : quia scilicet ad snam sententiam asserendam de causa adversitatum, Job in exemplum ponebat, ac si esset pro peccato punitus. Pertinet autem ad justorum zelum, ut videntes per falsam doctrinam rectitudinem divinorum iudiciorum perverti, indigentur : et ideo Job consequenter magnitudinem sui zeli ostendit dupliciter. Primo quidem, per quandam mentis turbationem : ira enim per vitium oculum cecat, sed ira per zelum oculum turbat, ut Gregorius dicit : et ideo subdit : *Caligavit ab indignatione oculus meus*, scilicet rationis, cuius acies est per iram zeli turbata. Secundo per hoc, quod ira per zelum etiam in corpore ex dolore quandam commotionem facit : unde dicitur I. Machab. II, 23, 24. *Mathathias videns Indruum idolis sacrificantem doluit, et contremuerunt*

\* Al. : « quia in. »

\*\* Al. : « que vere inueniri non etc. »

*renes ejus : et ideo hic subditur : Et membra mea quasi in nihilum sunt reducta, inquantum scilicet per dolorem corpus hominis tabescere videtur.* Posset autem aliquis credere, quod ista oratione caligatio contra justitiam esset, et indignatio contra innocentiam ; et ideo ad hoc excludendum subdit : *Stupebit justi super hoc ;* quasi dicat : Etiam ad justos pertinet, ut videntes malorum doctrinam obstupescant : et hunc stuporem supra caligationem dixit. Sequitur autem, *Et innocens contra hypocritam suscitabitur ;* quasi dicat : Non est contra innocentiam si aliquis contra hypocritam perversorem verae doctrinae, per zelum justitiae indi-

gnatus concitat. Et quia, ut dictum est, ira per zelum animum turbat, sed non cecat ; sie vir justus stupet vel caligat ex zelo, quod tamen a justitia non recedit ; et hoc est quod subdit, *Et temebit justus viam suam,* quia scilicet non deseret eam propter iram zeli : talis enim ira non praecedit rationem sed sequitur : et ideo non potest hominem a justitia separare ; utilis tamen est ira per zelum, quia facit hominem cum maiore animi fortitudine insurgere contra mala : et hoc est quod subdit, *Et mundis manibus addet fortitudinem,* concitatus scilicet per zelum ; unde et dicitur in Eth. quod ira fortitudinem juvat.

## LECTIO 11

Igitur omnes vos convertimini et venite, et non inveniam in vobis ullum sapientem. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatae sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem ; et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinero, infernum dominus meus est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es; mater mea, et soror mea, verminibus. Ubi est ergo nunc præstatio mea, et patientiam meam quis considerat? In profundissimum infernum descendunt omnia mea : putas ne saltem ibi erit requies mihi?

Postquam Job proposuerat ea ex quibus sententia Eliphaz confutatur, hic colligit præmissa et ordinat ea ad propositum ostendendum : et primo excitat attentionem dicens : *Igitur,* scilicet ex quo prædicta sunt vera, *vos omnes qui,* scilicet contra me convenientis, et patres vestri : *Convertimini,* a vestris erroribus, *et venite,* ad veritatem considerandam, qua perfecta, patet quantum a vera sapientia longe sitis : et hoc est quod subdit, *Et non inveniam in vobis ultum sapientem :* et hoc subdit ad reprimendam jactantiam Eliphaz, qui supra xv, dixerat, *Quid nosti quod ignoremus etc. : et iterum, Sapientes confitentur etc.* In hoc autem præcipue eorum insipientiam ostendere intendit, quod ei consolationem temporalis pros-

peritatis promittebant : contra quod primo proponit tempus vitæ sua, jam in magna parte esse clapsum ; et hoc est quod subdit : *Dies mei transierunt.*

Deinde proponit mala quæ patitur, cum subdit, *Cogitationes meæ dissipatae sunt,* quasi impeditæ a quieta contemplatione sapientiæ, propter acerbitatem corporalis doloris : et hoc est quod subdit, *Torquentes cor meum :* quia videlicet ejus cogitationes a suavi<sup>1</sup> consideratione veritatis erant deductæ in amaritudinem, quia cor torquebatur. Hoc autem tormentum cordis nec nox interrumpebat, quæ est tempus deputatum humanæ quieti ; unde subdit, *Noctem verterunt in diem :* quia videlicet propter prædictas cogitationes noctem ducebat insomniæ, sicut et diem<sup>2</sup>. Et autem gravius pati somni defectum in nocte quam in die : quia in die relevatur animus hominis ex hominum societate, et lucis aspectu ; et ideo dum nox ei esset insomnis, desiderabat eam cito finiri ; et hoc est quod subdit, *Et rursum post tenebras spero lucem,* idest spero quod lux diei post tenebras noctis rursus adveniat. Sed quia Eliphaz eum inducebat ut omnia adversa patienter

<sup>1</sup> Al. : « sana. »

<sup>2</sup> Al. : « dicit. »

toleraret sub expectatione futuri; ideo consequenter ostendit, quid sibi in futurum de temporalibus rebus residuum videatur; unde dicit, *Si sustinuero*, id est patienter portavero huiusmodi dolores, nihil mihi restat nisi habitatio sepulcri: et hoc est quod dicit, *Infernus domus mea est*. Vocat autem infernum sepulcrum, secundum opinionem eorum contra quos disputabat, qui non credebant animam hominis remanere post mortem, sed solum corpus in sepulcro, quod vocabant infernum, quia intra terram situatus. Homo autem in sepulcro jacens, tenebras patitur, tum propter defectum sensus, tum etiam propter defectum exterioris lucis; et ideo subdit: *Et in tenebris stravi lectulum meum*. Sicut autem homo nascens a parentibus originem sumit, ex qua cum eis affinitatem contrahit, ita post mortem in sepulcro jacens, in putredinem et vermes resolvitur quae ex ejus corpore generantur: et ideo subdit: *Putredini dixi, pater meus es, mater mea et soror mea, veribus*; quasi dicat, Cum nulla alia re temporali rema-

nabit mihi affinitas in sepulcro, nisi cum putredine et vermis. Ex his ergo, quasi ad inconveniens reducens, concludit dicens: *Ubi est ergo nunc præstolatio mea?* quasi dicat: Si propter expectationem temporalis prosperitatis consolarer, vana esset expectatio mea. Et iterum ad majus inconveniens deducit subdens: *Et patientiam meam quis considerat?* quasi dicat: Si sustinuero per patientiam, nihilominus non restat mihi nisi sepulcrum et ejus tenebre, putredines et vermes. Si ergo propter temporalia bona promerenda a Deo patientiam haberem, sequeretur quod Deus patientiam non consideraret: quod est abnegare providentiam divinam. Et ne forte aliquis diceret quod etiam in sepulcro prosperitas sibi daretur a Deo, ideo hoc quasi irridens subdit, *In profundissimum, infernum descendit omnia mea*, id est quidquid meum est, ad sepulcrum deducetur, quod mihi solum superstet. *Putas ne saltem ibi erit requies mihi?* id est nunquid ibi etiam debeo expectare prosperitatem terrenam? manifestum est enim hoc ridiculous esse.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM

## LECTIO I

Respondens autem Baldad Subites dixit: Usque ad quem finem verba jactabis? intellige prius, et sic loquamur. Quare repatali sumus ut juncta, et sordidius coram te? Quid perdis animam tuam in furore tuo? Numquid propter te derelinquit terra, et transferunt rupes de loco suo? Nonne lux impii extinguitur, nec splendebit flamma igitur ejus? Lux obtenebretur in tabernaculo illius; et lucerna, que super eum est, extinguetur. Arctabunt gressus virtutis ejus, et precipitatim cum consilium summi. Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat. Tenebitur planta illius laqueo; et exadesced contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica ejus, et decipula illius super somitam. Undique terrebunt eum formidines, et involvent pedes ejus.

Quia praemissa verba beati Joh Baldad Subites comprehendere intellectu non potuit, putavit, ut quae ipse non intelligebat, etiam a dilecte iuniori preferrentur; unde in principio sue responsionis dicit, *Usque ad quem finem verba jactabis?* Ibi de tribus videtur cum arguere: primo quidem de inefficacia locutionis, ac si praemissa verba Job ad nihil confirmandum efficaciam habereunt; quod significatur in hoc, quod dicitur: *Usque ad quem finem?* Secundo arguit enim de vana multiplicatione verborum, ac si

premissis verbis Job pondus sententiarum deisset : quod significatur in hoc quod dicit, *Verba*. Tertio nota de inordinata connexione verborum ; quod significatur in hoc, quod dicit, *Jactabis* : illo enim dicitur jactare verba, qui ea inordinate spargit ; quamvis et possit hoc tertium ad jactantiam referri. Haec autem tria proveniunt in locutione alienus ex defectu intellectus ; cum eo autem qui deficit in intellectu inutilis est locutio ; et ideo subdit : *Intellige prius, et sic loquamur* ; quasi dicat : Ex hoc quod inefficaciter, leviter, et etiam inordinate loqueris, patet quod deficit in intellectu : unde prius insiste ut intelligas, et postea poterimus conferre ad invicem.

Deinde arguit eum de presumptione, quia eos non reputaverat sapientes, cum dixerat, *Non inveniam in vobis ullum sapientium* : et ideo ad hoc respondens subdit : *Quare reputati sumas ut juvenis, et sordidius coram te?* homo enim qui sapientia caret, similis jumentis videtur et sordibus, quia in sapientia honor hominis et ornatus consistit. Consequenter reprehendit eum de iracundia, quia dixerat : *Caligavit ab indignatione oculus meus*, quia prave intellexerat, credens quod esset talis indignatio, quae ei lumen sapientiae abstulisset ; non attendens id quod postea dixerat, *Et tinebit iustus viam suam* : et ideo subdit, *Quid perdis animam tuam in furore tuo?* ille enim in furore animam perdit, qui et propter furorem sapientia et justitia excidit, quae sunt praincipia animae bona.

His ergo praemissis, quibus personam Job notavit de defectu intellectus, de presumptione, et de furore, accedit consequenter ad principale propositum de quo controversia vertebatur, scilicet quod adversitates presentis vita erant penae predicatorum peccatorum, contra quod Job dixit, *Non peccaci, et in amaritudinibus moratur oculus meus*. Sed quia Baldad ad assertionem sue sententiae rationibus uti non poterat, voluit suam sententiam adstruere, quasi ex communione opinione firmissimam ; ideo comparavit eam<sup>1</sup> rebus que amoveri non possunt,

scilicet terrae et rupibus ; unde dicit, *Numquid propter te develinquetur terra, et transferuntur rupes de loco suo?* quasi dicat : Haec sententia, quod adversitates accidunt pro peccatis, firma est sicut terra et rupes. Numquid poterit removeri propter tuas disputationes, ut innocens comproberis ?

Deinde prosequitur diffusius suam sententiam enarrans per singula mala, quae peccatoribus proveniunt : inter quae primo ponit cessationem prosperorum successum : quos comparat luci : quia sicut qui ambulat in luce, non offendit, ut dicitur Joan. 11, unde videntur in lucis ambulare, quibus prospere omnia succidunt ad volum. De huiusmodi ergo lucis; idest prosperitatis amissione dicit, *Nome lux impii extinguetur*, idest prosperitas cessabit. Sicut autem lux corporalis ex flamma ignis procedit, ita etiam claritas prosperitatis ex hominis affectu, dum sibi provenit quod optat<sup>2</sup> ; et ideo subdit : *Nec splendet flamma ignis ejus* : per ignem enim ardor amoris significari solet, secundum illud Cant. viii, 6 : *Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum*. Est autem considerandum quod prosperitas successus humani ex duplice causa procedit ; quandoque quidem ex humana providentia, puta, cum homo prudenter et cante singula quæque disponit : et quantum ad hoc de cessatione prosperitatis dicit : *Lux obtenebretur in tubercululo ipsius* ; quia scilicet tam ipse quam sui familiares prudentia in consilii careant, quandoque vero prosperitas humani successus ex causa superiori procedit, scilicet ex divina providentia ; et quantum ad hoc, cessationem prosperitatis describens, dicit, *Et lucerna quæ super ipsum est, extinguetur* : non quidem ut in se non lucet, sed ut impium non illustret. Et bene providentiam hominis dixit lucem, quasi ab alio mutuatam ; providentiam vero Dei lucernam, quasi per se lucentem. Praemisit autem de luce humanae providentiae, quia per hoc quod homo lucem rationis dimittit, videtur mereri, ut luce divine providentiae non protegatur.

<sup>1</sup> Al. : « etiam. » — <sup>2</sup> Al. : « oportebat. »

Consequenter post cessationem prosperitatis subjungit de adversitate : circa quam primo ponit impedimenta operationis et conatus. Ex duobus autem homo nititur ad effectum sue operationis pervenire. Uno modo per propriam fortitudinem ; et contra hoc dicit : *Arctabuntur gressus virtutis ejus* : quia videlicet conatus fortitudinis ejus amplos processus habere non potuit. Alio modo conatur homo ad aliquid obtinendum per sapientiam ; et quantum ad hoc dicit : *Et præcipitabit cum consilium suum* : dum scilicet id quod excogitavit tamquam utile, fiet ei damnosum. Horum autem impedimentorum causam ex ipso ejus peccato dicit procedere, cum subdit : *Inmisit enim in rete pedes suos* : sicut enim ille qui sponte ponit pedem in rete, se preparat captioni ; ita ille qui se sponte ingerit ad peccandum, ad hoc se disponit ut processus ejus impediatur, secundum illud Prov. v, 22 : *Iniquitates sue capiunt impium*. Et sicut in rete sunt diversæ maculae, ita etiam in peccato sunt multæ diversitatem, quibus homines diversimode illaqueantur ; et ideo subdit : *Et in maculis ejus ambulat*, dum scilicet procedit de uno genere peccati in aliud, vel de uno modo peccandi in alium, quia ipse sponte ingerit se periculis, et non desistit, sed semper procedit ulterius : ideo quandoque impedimentum sentit; unde subdit : *Tenebit planta illius laqueo*, id est processus voluntatis et operationis ejus aliquo contrario impeditur. Hujusmodi autem documenta ex triplici causa

proveniunt in peccato procedentibus : primo quidem ex parte ipsius peccantis, qui quanto plus peccat, tanto plus anget sibi desiderium peccandi ; et quantum ad hoc subdit, *Et exardecet contra eum sitis* : quia videlicet quandoque homo peccator ex ratione desiderat aliquid sibi esse nocivum ; sed ferueus desiderium peccandi compellit eum contra suam sententiam agere. Secunda causa noctamenti ejus quandoque est ex ipsis rebus in quibus peccat, sicut dicitur Eccl. v, 12 : *Divitiae conservatae in malum domini sui*. Hujusmodi autem noctumenta proveniunt ex rebus jam adeptis ; et quantum ad hoc dicit : *Abscondita est in terra pedica ejus* : quia videlicet in ipsis terrarum rebus latet aliquod periculum, unde pedes peccatoris capiantur. Quandoque antea hujusmodi noctumenta proveniunt, dum homo est in via acquirendi ; et quantum ad hoc dicit : *Et decipula ejus super semitam* : quia videlicet antequam adipiscatur peccator quod querit, in ipsa via latent ejus pericula. Tertio causantur hujusmodi noctumenta ex parte aliorum hominum, quorum insidia et impugnationes formidantur ; unde subdit, *Undique terrebunt cum formidines* : quia, ut dicitur Sap. xvii, 10, *Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnatur*. Cum autem homo ab omnibus sibi cavet, necesse est quod in multis actus ejus impediatur ; unde subdit : *Et inrolvent pedes ejus*, ut scilicet non possit quoquam libere procedere.

## LECTIO XI

*Attenuetur fame robur ejus, et inedia invadat costas illius. Devoret pulchritudinem cutis ejus, et consumat brachia illius primogenita mors. Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, et cadet super eum quasi rex interitus. Habitent in tabernaculo illius socii ejus, qui non est : aspergatur in tabernaculo ejus sulphur. Deorsum radices ejus siccentur, sursum autem alteratur messis ejus. Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen ejus*

in plateis. Expellet enim de luce in tenebras, et de orbe transferet enim. Non erit solum ejus, neque progenies in populo suo, nec nile religio in regionibus ejus. In die ejus stuporibus novis, et primis invadet horror. Haec sunt ergo tabernacula illius, et iste locus ejus qui agerat deum.

Premiserat Baldad penas peccatorum

(a) Hugo a sancto Charo : « *Data est in omnium condemnationem* : » et in marg. : « al. : » *dat testimonium condemnata*. » El in Commentario ejusdem legitur : « *Data est in omnium condemnationem per timorem sibi annexum*, quo statim cruciat, et

futura penae inducentem. » Unde cl. h. h. legit : *Pat testimonium : » et » dat testimonium condemnata nequitia judicio proprie concurrit et future penae. »*

ad exteriore adversitatis pertinentes; hic autem incipit prosequi penas pertinentes ad personas eorum. Est autem considerandum, quod ipsa peccata exterioribus adversitatibus implicant; et ideo adversitatis exteriore prosequentur est, pronunciendo quasi cum quadam certitudine. Poena autem corporales non videntur directe causari ex ipsis peccatis, nisi forte ex aliquibus, sicut praeципue ex gula et luxuria, quibus aliquis in proprium corpus peccat: et ideo corporales penas non prosequitur denunciando, sed magis imprecando. Praemittit autem poenas corporales praecedentes mortem: et quia per nutrimentum conservatur vita, primo imprecatur ei nutrimenti subtractionem, ex qua primitus homo incipit debilitati; et quantum ad hoc dicit, *Attenuetur fame robur ejus.* Deinde autem deficiente nutrimento, etiam subtrahitur vita; et quantum ad hoc subdit, *Et inedia invadat costas ejus.* Per quod significatur debilitatio vitalium operationum, quarum principium est cor, quod sub costis continetur. Corporis autem bona, quae per famem attenuari incipiunt, per mortem totaliter consumuntur. Bona autem praecipua corporis videntur esse pulchritudo et fortitudo; et ideo subdit, *Devoret pulchritudinem cutis ejus:* quia scilicet pulchritudo in exteriori apparentia consideratur: *Et consumat brachia illius,* in quibus praecipue attenditur fortitudo, *Primogenita mors,* idest tempestiva, naturalis aetatis finem preveniens. Mortuus autem homo a domo sua exportatur; et quantum ad hoc subdit: *Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus:* quia scilicet spem suam non in Deo posuit, sed in opulentia et gloria domus suae, de qua post mortem ejicietur. Ejectus autem de domo sua sepulcro includitur, ubi totaliter exterminatur a morte: et quantum ad hoc subdit, *Et calcet super eum quasi rex interitus,* scilicet mors: quasi regis plena potestate eum in pulvorem conterit. Eo autem egresso de domo ejus mortuo, remanent domestici, cum quibus in vita societatem habuit; et quantum ad hoc subdit, *Habent in tabernaculo ejus socii*

*illius, qui non est,* idest mortui, qui jam esse desunt in rebus humanis. Domestici autem, patrono mortuo, hinc agunt, et aliqua signa tristitia demonstrant, vel quantum ad nigras et sordidas vestes, vel quantum etiam ad aliquos foedidos odores: et quantum ad hoc dicit, *Aspergatur in tabernaculo illius sulphur.* Per quod intelliguntur omnia que possunt esse signa tristitiae, sicut et boni odores assumuntur in signum laetitiae. Homine autem mortuo, frequenter omnia quae fuerunt ejus, depereunt; quod consequenter ostendit, primo incipiens a terrenis redditibus, quorum quedam eo mortuo, remanent adhuc seminata; et quantum ad hoc dicit, *Deorsum radices ejus siccantur,* ut scilicet si quid seminavit vel planterat, destruatur, ut fructum non ferat. Quadam vero jam producta sunt ad fructum; et quantum ad hoc subdit, *Sursum autem alteratur messis ejus;* et posset hoc referri ad quæcumque negotia inchoata, vel etiam pene perfecta. Deinde procedit ad famam, quæ de homine romanet post mortem: ex qua quidem desiderat se in memoria hominum vivere et gloriam habere post mortem: unde quantum ad deletionem peccatoris de memoriis hominum subdit, *Memoria illius pereat de terra.* Quantum autem ad cessationem celebris famæ ipsius subdit, *Et non celebretur nomen ejus in plateis:* quod signanter dicit, quia non est celebritas nominis nisi apud multitudinem, que in plateis solet inveniri: et sic cessante memoria et nominis celebritate, claritas gloriæ ejus committabitur in tenebras perpetuae oblivionis: et hoc est quod subdit, *Expellet cum de luce in tenebras,* idest de gloria mundana in oblivionem. Cessante autem fama ejus, et corpore consumpto per mortem, etiam nihil ipsius remanebit, quia' Baldad et socii ejus opinabantur, quod anima non remaneret post mortem. *Et de orbe transferet eum,* ut scilicet nihil ejus in mundo remaneat. Sed quia parentes etiam in filiis vivunt; ideo ad hoc excludendum subdit, *Non erit semen ejus,* quod filii ejus morientur: *Neque proge-*

<sup>1</sup> Al.: « remanebit in mundo, quia Baldad etc. »

*nies in populo suo* : quia nec nepotes aut pronepotes remanebunt : nec etiam aliqui ad ipsum pertinentes ; unde subdit. *Nec ullæ reliquæ in regionibus ejus*, idest nec consanguinei, nec domestici, per quos de ipso memoria habeatur. Quis autem effectus ex hoc sequatur in cordibus aliorum auditorum ostendit cum subdit, *In die ejus*, quæ scilicet est dies perditionis ipsius : *Stupebunt novissimi*, idest minores de populo, præ nimia admiratione, non volentes considerare, quomodo tanta gloria peccatoris subito in nihilum sit redacta. Et quantum ad majores subdit : *Et primos invadet horror*, timentes scilicet, ne eis eveniat simile : et videtur hoc induxisse ad respondendum<sup>2</sup> ei quod Job supra xiv dixerat : *Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelliget : attamen caro ejus dum vivet dolebit.* Ex

quo videbatur Job comminationes amicorum, vel promissiones de eventibus futuris contingentibus post mortem, confutasse ; sed alind hic Baldad respondet, hujusmodi infornitia que post mortem accidunt, etsi mortuus non cognoscit, inflingunt tamē a Deo hujusmodi penae propter correctionem aliorum. Et quia quasdam penas peccatoris ad viam presentis vitaे pertinentes, præmisserat ad ea quæ post mortem eveniunt ; ideo quasi epilogando subdit, *Huc ergo sunt tabernacula iniqui*, idest processus ejus in via presentis vite : tabernaculis enim viatores utuntur. Et quantum ad ultimum finem, qui est quasi terminus motus, subdit : *Et iste locus ejus qui ignorat Deum*, vel per infidelitatem, vel per inobedientiam.

## CAPUT DECIMUM NONUM

## LECTIO I

Respondens autem Job dixit : Usquequo affligit animam meam, et alteritis me sermonibus ? Enim confundisti me, et non erubescitis opprimentes me. Nempe et si ignoravi, mecum erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, et arquitis me opprobriis meis. Saltem nunc intelligite, quia Deus non aequo iudicio afflixerit me, et flagellis suis me cinxerit. Ecce clamabo vim patiens, et nemo audiet ; vociferabor, et non est qui judicet. Semitan meum circumscripit, et transire non possum : et in calle meo tenebras posuit. Spoliavit me gloria mea, et abstulit corona mea capite meo. Destruxit me undique, et pereo, et quasi avulsa a horri abstulit spem meam. Iratus est contra me furor ejus, et sic me habuit quasi hostem suum. Similiter venerunt latrones ejus, et fecerunt sibi vnum per me, et obcederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longe fecil a me, et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Berequierunt me propinqui mei, et qui me noverant, oblitus sunt mei. Iniqui donus meæ et ancille meæ sicut alienum habuerunt me, et quasi peregrinus fui in oculis eorum. Servum meum voravæ, et non respondit ; ore proprio deprecabat illum. Haltum meum extornerit uxor mea, et orabam filios uteri mei. Stulti quoque despiciant me, et cum ab eis recessissem, detrahentur mihi. Abouinti sunt me quondam consiliarii mei, et quem maxime diligebant, adversatus est me. Pelli mea, consumpli curribus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo

labia circa dentes meos. Misericordia mei, misericordia mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tegit me. Quare perseguimini me sicut Deus, et caribus meis saturauimini ?

Baldad in premissis verbis ad duo attendisse videtur : primo quidem ad confutandum Job de insipientia et superbia et furore, per quod cum affligere intendebat, similiter et alii amici sui ; et ideo dicit, *Usquequo affligitis animam meam*. Secundo al confirmandum suam sententiam, quod adversitates presentis vite pro peccatis proveniant : quod quidem prolixè prosecutus fuerat, enumeraudo diversas adversitates absque alia probalione inducta : et quantum ad hoc subdit, *Et alteritis me sermonibus*, idest verbis fatigatis, non probationibus convincitis. Est autem tolerabile si semel aliquis contra amicum suum loquatur ; sed si homo multiplicet hujusmodi verba, videtur esse malitia confirmata ; unde

<sup>1</sup> Al. deest : « auditorum. »

<sup>2</sup> Al. : « reddendum. »

Subdit : *En deicies confundistis me : et ipsi loquendo, et me cum quadam indignatione audiendo.* Ante hanc autem responsum quinque Job inventur locutus, si incipiamus ab hoc quod dixit, *Percat dies in qua natus sum : et quinque ei respondisse amici sui inveniuntur.* Saltem autem praे confusionē, etsi non propter amicitiam, debuissent ab afflīcti afflictione cessare ; unde subdit : *Et non erubescitis opprimentes me, scilicet tam opprobriis quam prolixitate verborum me gravantes.* Iuter cetera autem opprobria videtur eum Baldad de ignorantia notasse, cum dixit, *Intellige prius, et sic loquimur :* que quidem ignorantia toleranda ab amicis esset, et propter eam excusandus : non autem erat ei improporanda, maxime tempore adversitatis ; et ideo subdit : *Nempe si ignoravi, mecum erit ignorantia mea ;* quasi dicit, Nihil vos, sed me solim gravat : unde ad vos non pertinebat inter adversa mihi ignorantiam improporare ; et ideo subdit ; *At vos contra me erigimini, scilicet scientiam vestram ostendentes :* *Et arguitis me opprobriis meis,* idest que ad me solim pertinent, et alios non gravant.

Quibus præmissis ad consultationem amicorum pertinentibus, accedit ad principale propositum prosequendum, intendens ostendere falsum esse quod dicebant, quod presentes adversitates semper propter peccata præterita proveniunt. Ex qua suppositione statim a principio ad inconveniens ducit, dicens : *Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio, affligerat me ;* quasi dicit : Si adversitates non adveniunt nisi pro peccatis, non est æquum Dei judicium, quo me non graviter peccantem tam graviter afflitxit. Dicit autem, *Saltem nunc,* quia haec tamen non ita particulariter enumeravit suas adversitates sicut nunc. Non solum autem se dicit adversitatibus afflitum, sed et eis conclusum, ut viam evadendi inventire non possit ; unde sequitur : *Et flagellis suis me cinxerit :* quia scilicet ipsa flagella remediorum viam sultrixerunt. Et hoc secundum primo quidem per auxilium humaanum : et hoc dupliciter : uno modo in ipso facto, puta cum aliquis ab aliquo violenter opprimitur, et ab illo

suecsum habet ; et ad hoc excludendum dicit : *Ecco clamabo, vim patiens, et uno exaudi et quasi dicit : Si clamarem contra eos, qui me violenter opprimunt, nullus exaudiens ut auxilium ferret.* Alio modo post factum : puta cum aliquis injuriam passus, conqueritur judicii, qui eum sententialiter restituit et vindicat ; et hoc excludens subdit, *Vociferabor, et non est qui judicet :* idest si vociferarer conquerendo, non adesset iudex, qui me suo iudicio liberaret. Secundo inventur in adversitatibus remedium ab ipso homine, qui adversitates evadit ; et hoc dupliciter ; uno modo per potentiam, et hoc excludit dicens : *Semitam meum circumscriptis, et transire non possum ;* quasi dicit : Tot impedimenta processus meis apposuit, ut ea amovere non possum. Alio modo per prudentiam ; et ad hoc excludendum subdit : *Et in calle meo tenebras posuit,* ut scilicet non videam qualiter sit procedendum. Deinde exclusis remediis, subiungit adversitates, incipientes ab exterioribus bonis quæ perdidit : inter quæ primo ponit jacturam honoris et gloriae, cum dicit, *Spoliavit me gloria mea :* quia cum prius in honore et reverentia haberetur, postea etiam juniores tempore eum irridebant, ut dicitur infra xxx. Secundo ponit dispendium dignitatis : unde subdit : *Et abstulit coronam de capite meo :* quia ante sedebat quasi rex circumstante exercitu, ut infra xxix : nunc sedens in sterquilinio, testa sanie radebat, ut dictum est supra ii. Tertio ponit damnum exteriorum rerum cum dixit, *Dextruxit me undique,* scilicet devastatis omnibus exterioribus bonis, et adversitate durante, quia non est spes recuperandi : unde subdit : *Et quasi avulsa arbori abstulit spem meam :* arbor enim quamdiu radicibus terræ inhæret, habet spem, etiam si præcisi fuerint rami ejus, ut rursum virescat ; sed si evellantur ejus radices de terra, necesse est ut siccatur et percat : ita etiam ipse, quasi avulsa radicibus, nullam habeat spem prosperitatem temporalem recuperandi. Radix autem spei est duplex : una quidem ex parte divini auxilii ; alia vero ex parte auxilii humani : radix autem spei quæ est ex divino auxilio, videba-

tur esse avulsa propter hoc quod Deus ei graviter videbatur iratus secundum illorum opinionem, qui divinam punitionem in solis adversitatibus hujus vita ponebant; unde dicit: *Iratus est contra me furor ejus*; quod dicit ad designandum vehementiam iræ, nam furor est ira accensa. Solet autem furor, quo vehementior est, eo citius transire; et sic potest in futurum remanere spes de irato. Sed si ira in odium trahat, jam non videbitur spes nulla restare; et ad hoc signandum subdit; *Et sic me habuit quasi hostem suum*; ab inimico autem non speratur remedium. Divinæ autem ire et odii siguum ponit, cum subditur: *Simul venerunt latrones ejus*: latrones nominat Sabæos et Chaldaeos et demones, qui ejus bona vastaverant simul, quasi ex dicto; quos nominat Dei latrones, quasi hoc ex ordinatione divina contigerit, sicut et amici Job dicebant. Prædicti autem latrones deprædati sunt Job publice, absque aliqua reverentia vel metu; unde subdit: *Et fecerunt sibi viam per me*; quasi dicat, ita me sunt deprædati, sicut hostis, qui invenitur in via: infestaverunt etiam universaliter et perseveranter; et quantum ad hoc subdit, *Et obsederunt*, scilicet perseveranter: *In gyro*, universaliter quantum ad omnia: *Tabernaculum meum*, idest bona domus meæ. Deinde ostendit avulsam esse radicem spei quæ est ex humano auxilio, ostendens, quod nihil auxiliū poterat expectare ab illis<sup>1</sup>, de quibus magis videbatur; et enumerat primo illos qui non<sup>2</sup> sunt habitatione domus separati, incipiens a *fratribus*, dicens: *Fratres meos longe fecit a me*, ut scilicet auxilium mihi ferre vel non velint vel non possint. Deinde ponit familiares cum subdit, *Et noti mei quasi alieni recesserunt me*, mihi scilicet auxilium non ferentes. Quantum autem ad *consanguineos*, vel quæcumque alia necessitudine conjunctos subdit, *Dereliquerunt me propinquai neri*, auxilium non ferentes. Quantum vero ad illos cum quibus aliquando fuerat conversans, subdit: *Et qui uarent*, scilicet olim quasi familiarem amicum, nunc in tribulatione oblitæ sunt mei,

scilicet de me non curantes. Post hoc accedit ad enumerandum domesticos, dicens: *Inquili domus meæ*, qui scilicet mihi servire conseruerunt, et *me illi*, *sicut alieni habuerunt me*, de meis scilicet afflictionibus non curantes: *Et quasi peregrinus fui in oculis eorum*, me scilicet penitus contemnentes. Deinde de inobedientia servorum subdit, *Servum meum vocavi, et non respondebit mihi*. Addit autem et superbum contemptum: *Ore proprio deprecabor illum*, idest oportebat me ad eum agere non imperio, sed precebus, propter hoc quod me contemnebat. Deinde enumerat personas maxime conjunctas, scilicet uxorem et filios. Solet autem uxoribus maxime delectabilis fieri præsentia viri, nisi forte ex aliqua gravi corruptione horribilis reddatur; et ad hoc signandum subdit, *Halitum meum exhorruit uxor mea*, scilicet propter factorem uicerum, ex quibus ei horribilis reddebar. Filii autem ex solo nutu parentis solent ejus voluntatem implere: ex magno autem contemptu parentis provenit, quod patrem, cui oportet a filio reverentiam exhiberi, oporteat suppliciter filium deprecari: et ad hoc ostendendum subdit, *Et orabam filios alteri mei*. Sed hoc videtur contra id quod dictum est supra primo, quod filii ejus et filia oppressi sunt per domus ruinam. Sed potest dici quod aliqui parvuli remanserant, qui non interfuerant illi convivio: vel forte aliqui filii filiorum, qui mortem proprietorum parentum peccatis propriis, imputantes peccatis Job, ipsum contemuebant. Postquam ergo se despectum dixit a domesticis et a forinsecis, ostendit consequenter se despectum esse et a sapientibus. Est autem stultorum proprium, ut eos despiciant quos in miseria vident, quia sola bona terrena honoranda putant; et ideo dicit: *Stulti quoque desperant me*, corde presentem: *Et cum ab ei recessissem, detrahebant milii*, scilicet ore pronuntiantes quæ in præsentiæ dicere verebantur. Deinde etiam se a sapientibus despectum dicit, quos aliquando familiares habuerat: unde dicit, *Abouau iti sunt me quondam consiliarii mei*, quos scilicet

<sup>1</sup> Al. doest: ab illis.

<sup>2</sup> Al. deest: non.

propter eorum sapientiam ad meum consilium admittebam : *Et quem maxime diligebam, uersatus est me.* Et forte dicit propter aliquem eorum qui praesentes aderant, qui ei gravius adversabatur. Sic igitur praemissis adversitatibus que pertinent ad exteriora, subiungit de proprii corporis consumptione, dicens : *Pelli meaz consumptis carnibus, aduersit os meum :* quia scilicet propter gravitatem aegritudinis carnes ejus consumptae erant, ita quod cutis ejus ossibus adhaereret. Sed quia labia sunt carneia, que dentibus sicut ossibus adhaerent; ideo ad haec excipienda subdit, *Et derelicta sunt tantum modo labia circa dentes meus,* per quod videtur occulte innuere, quod omnibus aliis officiis membrorum cessantibus, solum ei remanserat locutionis officium. Enumeratis ergo adversitatibus suis, eos

ad compassionem invitat, geminans nunc petitionem propter multitudinem miserationum, dicens, *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amiri mei,* ex quo ab aliis sum derelictus. Causa autem miserandi est miseria qua tanto gravior est, quanto a fortiori inducit : ideo subdit, *Quia manus Domini tetigit me :* intelligebat enim se a Deo perecumsum. Non videtur autem decens, ut homini afflito afflictionem addatis : et ideo subdit, *Quare perseguimini me sicut Deus?* quasi dicat, Sufficit mihi persecutio que est a Deo, vestrum autem esset magis consolationem adhibere. Qualiter autem persecuerontur, ostendit, *Et carnis meis saturamini :* quod proprie ad detractores pertinet : qui caribus humanis vesci dicuntur, in quantum iniuriantibus aliorum delectantur : caro enim est infirmior pars animalis.

## LECTIO II

*Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei?* Quis mihi det, ut exarcetur in libro stylo ferreo, et plumbi lauina, vel celte sculptant in silice? Scio enim, quod Redemptor mens vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspicuntur sunt, et non aliis : reposita est haec spes mea in summo meo. Quare ergo nunc dicitis, Persequamini eum, et radicem verbi invenerimus contra eum? Fugite ergo a facie gladii, quoniam ultio iniuriantum gladius est; et scitote esse iudicium.

Dixerat superius Job, spem suam esse ablataam, quasi arboris avulsæ ; quod quidem dixit, referens ad spem temporalis prosperitatis recuperandæ, ad quam eum amici ejus multipliciter incitabant. Ilane autem spem sibi habendum non esse, supra multipliciter ostendit ad diverse inconvenientia deducendo ; nunc autem manifeste suam intentionem aperit, ostendens se prædicta non dixisse quasi de Deo desperans, sed quia altiorem spem de eo gerebat, non quasi relataam ad presentia bona, sed ad futura. Et quia grandia et mira et certa dicturus erat, praestendit desiderium suum ad hoc, quod sententia quam dicturus erat, in fine posteriorum<sup>1</sup>

perpetetur. Transmittimus autem sensus et verba nostra in posteros per scripturæ officium : et ideo dicit : *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei?* scilicet quos dicturus sum de spe quam in Deo firmavi, ne oblivione deleantur. Solent autem ea quæ atramento scribuntur, per longinquitatem temporis deleri : et ideo quando volumus aliquam scripturam in longinquum servari, non solum per modum scripturæ eam describimus, sed per aliquam impressionem sive in pelle, sive in metallo, sive in lapide. Et quia illud quod sperabat, non erat in proximo futurum, sed in fine temporum reservatur implendum, ideo subdit, *Quis mihi det, ut exarcetur in libro stylo ferreo,* quasi in impressione aliqua facta in pelle, aut si hoc parum est, impressione facta fortiori, *In lumina plumbi :* vel si et hoc parvum videtur. *Celte sculptant stylo ferreo in silice.* Qui sint autem hi sermones, quos tanta diligentia velit conservari, ostendit subdens : *Scio eum quod Redemptor mens vivit.* Signanter hoc per modum cause assignat : ea eum quæ

<sup>1</sup> Al. : « in tide peccatorum. »

pro certo non habemus, non curamus mandare memoriae; et ideo signanter dicit, *Scio enim*, quia scilicet per certitudinem fidei. Est autem haec spes de gloria resurrectionis futurae, circa quam primo assignat causam, cum dicit, *Redemptor meus vivit*. Ubi considerandum, quod homo qui immortalis constitutus fuerat a Deo, mortem per peccatum incurrit, secundum illud Rom. v, 12: *Sicut per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors: a quo quidem peccato per Christum redimendum erat genus humanum*; quod Job per spiritum fidei prævidebat. Redemit autem nos Christus de peccato per mortem pro nobis moriendo; non autem sic mortuus est quod cum mors absorberet: quia etsi mortuus sit secundum humantatem, mori tamen non potuit secundum divinitatem. Ex vita autem divinitatis etiam humanitas est reparata ad vitam resurgendo, secundum illud n*on* ad Cor. xii, 4: *Nam et si crucifixus est ex infirmitate naturali, sed vivit ex virtute Dei*. Vita autem Christi resurgentis ad omnes homines diffundetur in resurrectione communii: unde et ibidem subdit: Apostolus: *Nam etnos infirmi sumus in illo; sed vivimus cum eo ex virtute Dei in nobis*; unde et Dominus dixit Joan. v, 25, 26: *Quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent: sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso*. Ergo primordialis causa resurrectionis humanæ est vita Filii Dei, quæ non sumit initium ex Maria, sicut Ebionita dixerunt, sed semper fuit, secundum Apostolum Hebr. ult. 8: *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in secula*: et ideo signanter non dicit, *Redemptor vivet, sed vivit*: et ex hac causa futuram resurrectionem promulgit, tempus ipsius determinans, cum subdit, *Et in novissimo die de terra surrecturus sum*.

Ubi considerandum est, quod quidam ponentes motum cœli, et hunc statum mundi in æternum duraturum, posuerunt, quod circa revolutiones anutorum, redeuntibus stellis ad situs eodem, homines mortui repararentur ad vitam. Cum autem dies ex motu cœli causetur; si mo-

tus cœli in æternum durabit, nullus erit novissimus dies: et ideo ad prædictum errorem tollendum signanter dicit: *In novissimo die*: et concordat sententia Domini, qui dicit Joan. vi, 40: *Ego resuscitabo eum in novissimo die*. Fuerunt alii, qui dixerunt, quod homines resurgent resumendo non terrena, sed quedam cœlestia corpora; sed ad hoc excludendum subdit: *Et rursum circumdabor pelle mea*: quod signanter dicit, quia supra dixerat solam pellem circa ossa remansisse; ex ipso autem modo loquendi rationem resurrectionis assignat, ne scilicet anima a proprio indumento semper remaneat denudata. Rursus fuerunt alii, qui dixerunt animam idem corpus quod deposuerat, resumpturam, sed secundum conditionem eandem, ut scilicet indigeat cibis et potibus, et alia opera carnalia hujus vitæ exerceat; sed hoc excludit subdens, *Et in carne mea video Deum*. Manifestum est enim, quod caro hominis secundum statum vitæ praesentis corruptibilis est. *Corpus autem quod corrumperit, aggravat animam*, ut dicitur Sap. ix, 13. Et ideo nullus in hac mortali carne viveus potest videre Deum; sed caro quam anima in resurrectione resumet, eadem quidem erit per substantiam, neque corruptionem habebit ex divino munere, secundum illud Apostoli ad Cor. xv, 53: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem*: et ideo illa caro hujus conditionis erit, quod in nullo animam impediatur, quin Deum possit videre; sed erit ei omnino subiecta: quod ignorans Porphyrius dixit, quod anima ad hoc quod fiat beata, omne corpus fugiendum est, quasi anima sit Deum visura, non homo: et ad hoc excludendum subdit: *Quem visurus sum ego ipse*: quasi dicit: *Nou solum anima mea Deum videbit, Sed ego ipse*, qui ex anima et corpore subsisto. Et ut ostendat quod illius visionis etiam suo modo erit participes corpus, subiungit: *Et oculi mei conspecturi sunt*: non quia oculi corporis divinam essentiam sint visuri: sed quia oculi corporis videbunt Deum hominem factum, videbunt etiam gloriam Dei in creatura refulgentem, secundum Augustinum in fine de *Civitate Dei*. Et ut idem numero, non

solum specie, reparandus homo credatur ad Deum videndum, subjungit. *Et non aliis*, scilicet numero: scilicet non creditur talis se vita reparationem expectare, qualem describit Aristoteles in *de Generatione*, dicens quod quorundamque substantia est corruptibilis, reiterantur eadem specie, non eadem numero.

His ergo praemissis de causa resurrectionis, tempore, et modo, et gloria resurgentis, et identitate ejusdem, subjungit, *Reposita est hæc spes mea in sūmū meo*: ad ostendendum, quod hanc spem non solum habebat in verbis, sed in corde absconditam; non dubiam, sed firmissimam; non quasi vitem, sed quasi pretiosam: quod enim in sūmū absconditur, in occulto habetur, et firmiter conservatur, et carum reputatur. Sic ergo ostensa altitudine spei suæ quam habebat deo,

excludit eorum calumnias, quas contra eum querebant, quod Dei spem et amorem abjecisset, quia in temporalibus spem non ponebat: unde subdit: *Quare ergo nunc dicitis, persequamur eum?* scilicet tanquam deo desperantem, vel Deum non timentem: *Etradicem verbi inveniamus contra eum*, improbando dicta mea, quasi providentiam Dei negaverim, quam non nego, sed assero, dicens, præmia et pœnae a Deo preparari hominibus etiam post hanc vitam; et ideo subdit, *Fugite ergo a facie gladii*, idest divinæ ultionis in futura vita nobis reservatae, quamvis temporali prosperitate floreatis: *Quoniam ulti iniquitatum gladius est*, idest ultio, quam ipse proprie iudicet post mortem: *Et scitote esse iudicium*, non solum in hac vita, sed post hanc vitam in resurrectione honorum et malorum.

## C A P U T V I G E S I M U M

### L E C T I O I

Respondens autem Sophar Naamathites dixit, *Idecirco cogitationes meæ variae succedunt sibi*, et mens in diversa rapitur. *Doctrinam*, quia me arguis, audiam, et spiritus intelligentie meæ respondet mihi. Hoc scio: a principio, ex quo est positus homo super terram, quod lans impiorum brevis sit, et gaudium hypocrita ad instar puncti. Si ascenderit usque ad celum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur: et qui eum viderant dicent, ubi est? *Velut somnum avulsum non inventetur*; transiet sicut visio nocturna. Oenclus qui eum viderat, nou videbit, neque ultra intuebitur eum locus sùns. Fili, ejus attenuerunt egestate, et manus illius reddent ei dolorem sum. Osse ejus implentantur vitis adolescentia ejus, et cum eo in pulvere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondit illud sub lingua sua. Parec illi, et nou derelinquet illud, et celabit in gutture suo.

Sophar auditæ sententia Job de spe futura vitæ, acquievisse videtur: unde et post hanc secundam ejus responsionem tertio nihil contradixit; sed tamen adhuc erat aliquid in corde ejus, quod a priori sententia cum non permittebat omnino redere: putabat enim, quod etsi in futura vita fierint retributions et punitiones pro meritis, ut Job dixerat, nihilomi-

nus tamen adhuc ei videbatur, quod prosperitates et adversitates hujus vitæ hominibus dispensarentur a Deo pro merito virtutum vel peccatorum: et ideo quasi in parte convictus, et in parte adhuc primam sententiam tenens, dicit: *Idecirco*, scilicet propter verba quæ dicas de spe futura vitæ: *Cogitationes meæ variae succedunt sibi*. Et ut non intelligentur hujusmodi variae cogitationes ad eamdem sententiam pertinere, sicut cum aliquis eamdem conclusionem per varias rationes excoxit, subdit: *Et mens in diversa rapitur*, scilicet violentia rationum, quæ induci possunt pro utraque sententia, nunc ad unum, nunc ad aliud ducor, quasi non sufficiens ad contrarias rationes solvendas; videbatur enim ei, quod sententiam Job de spe futura vita repudiare non deberet: et ideo subdit, *Doctrinam*, quia me arguis, audiam, credendo scilicet quod dixisti de resurrectione futura, sed tamen adhuc totaliter primam sententiam non dimitto: et hoc est quod subdit: *Et*

*spiritus intelligentiae meæ respondebit mihi* : quasi dicat, Adhuc intellectus meus habet, quid pro sententia sua respondeat. Hoc autem videbatur ei certissimum et experimento probatum, quod mali etsi aliqua prosperitate gaudeant, tamen illa sit brevis, et cito in hac vita etiam finiatur vel per festinam mortem, vel per aliquam subsequentem adversitatem : et hoc est quod subdit, *Hoc scio a principio, ex quo est positus homo super terram* ; quasi dicat, a principio humani generis : *Quod laus impiorum brevis sit* : laudantur enim quandoque ad modicum, propter aliqua bonitatis signa, que in eis apparent ; sed illa statim obnubilantur ex iniqnis operibus que in eis apparent ; ideo gaudium quod habent de favore quem capiunt ex sua simulatione, in brevi pertransit, et hoc est quod subdit, *Et gaudium hypocrita ad instar paneti*, quasi in momento pertransit : quia ex fructibus suis cognoscitur, ut dicitur Matth. vii. Contingit tamen quandoque, quod ex illo favore, quem brevi tempore ex sua simulatione captavit, ad aliquem alium statum sublimatus est : unde consequenter ostendit, quod nec ei stabile erit, dicens, *Si ascenderit usque in colum superbia ejus*, idest propter altum statum, quem adeptus est, in tantam ascendat superbiam, quod non reputet se caducum, quasi terrenum, sed immobilem quasi coelestem : *Et ejus caput nubes tetigerit*, ut scilicet ultra communem statum hominum promoveatur : *Quasi sterquilinium in fine perdetur*, vel propter festinam mortem, ex qua redderetur hominum cadaver vile, et abominabile quasi stercus, secundum illud Hier. ix, 22 : *Cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis* : vel per hoc, quod ejus malitia detegetur, et ab omnibus reputabitur vilis, secundum illud Eccl. ix, 40 : *Omnis mulier que est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur*. Ejus autem superbia dejecta, stupor in cordibus hominum orietur de tam subita dejectione ; et reverentia, que habebatur ad ipsum, cessabit : unde subdit : *Et qui eum viderant, dicunt, Ubi est?* vel admirantes, vel contemnentes. Et ut ostendat ejus dejectionem irreparabilem esse, sub-

dit : *Et velut somnium avolans non inventetur* : sicut enim avis faciliter avolando auferitur ab oculis hominum, ita etiam somnia de facili auferuntur a cognitione humana. Et quia eorum nullum manet vestigium vel debile, neque ad aliquod testimonium per quod si perdetur, possit requiri : ideo irreparabiliter transit ejus cognitio : et similiter dat intelligere, quod casus impiorum sit irrecuperabilis : et hujusmodi irrecuperabilitatis causam ostendit multiplicem. Primo quidem ex parte ipsius peccatoris, qui perit : unde dicit, *Transibit sicut visio nocturna* ; quae quidem est visio phantasmatis non permanentis ; et ideo postquam desierit, ad eam reditus haberi non potest. Visio autem diurna est alicuius rei permanentis ; quam si aliquis videre desierit, ad eam videndum rursus recurrere potest ; et similiter quoadiu peccator manet, si adversitas ei adveniat, potest reparatio sperari : sed quando ipse ex hac vita transierit, nulla ulterius reparatio speratur. Secundo autem ex parte aliorum hominum ostendit casum esse irreparabilem, cum subdit : *Oculus, qui eum viderat, non videbit* : ea enim, que ab oculis recessunt, de facili etiam a memoria transeunt : unde mortui qui subtrahuntur humanis aspectibus, de facili oblivioni traduntur : ut sie nec in memoriis hominum gloriam habeant, nec amici ejus amplius auxilium prestare curant. Tertio ostendit causam irrecuperabilitatis ejus, quia non potest redire ad priorem statum : unde subdit, *Nec ultra intuebitur eum locus ejus* : non enim potest homo redire post mortem ad eundem modum vivendi, et non solum ipse dejicietur in propria persona transitus, et oculis hominum subtractus ; proprio loco nunquam restituendus : sed etiam filii pro peccato ejus punientur : unde sequitur : *Filius ejus attenter egester*, justo scilicet Dei iudicio : ut quia pro divitiis filiorum peccavit, in hoc etiam spe sua frustretur, filii ejus pauperibus effectis. Deinde, quasi acquiescens iam sententiae Job, subiungit etiam de penis futurae vitae dicens, *Et manus illas reddant ei dolorem suum*, idest pro operibus peccatorum quae fecit, dolorem patietur in penis. Et quod ista retributio doloris

sit intelligenda post mortem, apparet per hoc quod subdit, *Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiis ejus, et cum eo in pulvere dormirint*; quasi dicat: Etiam post mortem quando carnes ejus in pulverem resolvuntur, solis ossibus in sepulcro remanentibus, nonnam patietur pro peccatis, non solum quae in senectute, sed etiam quae in adolescencia commisit, quae est magis praecipua ad peccandum. Et causam etiam quare post mortem puniatur pro peccatis, ostendit. *Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua*; et loquitur ad similitudinem hominis dulcem cibum comedentis, qui non cito illud absorbet, sed dum tenet in

ore, ut diutius delectetur; unde hanc similitudinem expounens, subdit, *Parcat illi, scilicet malo vel peccato, quod est ei dulce, nolens illud destruere: quod quidem destrueretur deserendo*; unde sequitur, *Et non derelinquet illud*. Quare autem non relinquitur, ostendit subdens, *Et celabit in gutture suo, idest nulli manifestabit*: et propter hoc nullus ei peccatum occultum dissuadet, nec aliquod remedium adhibebit: quod adhibetur peccata sua confitentibus. Hac est ergo causa, quare peccata aliqui puniuntur post mortem, quia et in vita reliquere noluit.

## LECTIO II

*Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus. Divitias quas devoravit, evomet, et de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aspidum surget, et occidet eum lingua viperæ. Non videat rivos fluminis, torrentes mellis et butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinventionum suarum, et sic sustinebit. Quoniam confringens nudavit pauperis dominum, rapui, et non addicavit eam. Nec est satiatus venter ejus; et cum haberet quæ conceperat, possideret non poterit. Non remansit de cibo ejus, et preterea, nihil permanebit de bonis ejus. Cui satiatus fuerit, arctabitur: aestuabit, et omnis dolor irruet super eum. Utinam implatur venter ejus, ut emittat in eum iram furoris sui, et phat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea, et irruet in arcum aereum. Eductus et egredientes de vagina sun, et fulgorans in amaritudine sua, vadent et venient super eum horribiles. Omnes tenebria abscondita sunt in oculis ejus: devorabit eum ignis qui non succenditur: affligetur relietus in tabernaculo suo. Revelabunt celi iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Haec est pars boniis impii a Deo; et hereditas verborum ejus a Domino.*

*Quia dixerat, quod ossa impii replenda sunt vitiis adolescentiis ejus, ut scilicet pro eis puniatur post mortem; nunc de panis ejus prosequitur latini: et primo ostendit quod bona quæ in hoc mundo habuit, ei vertentur mala: et utitur similitudine comedentis, cui cibus quandoque in malum convertitur; et hoc duabus modis. Uno modo, quando cibus indigestus interius manet, et convertitur in humores venenosos; et quantum ad dicit: *Panis ejus in utero vertetur in fel**

*aspidum intrinsecus*; quasi dicat: Sicut quandoque cibus comestus convertitur in humores venenosos, ita et bona quæ in hoc mundo habuit perseverantur usque ad mortem, convertuntur in amaritudinem mortis. Secundo cibus comestus, si digeri non potest, per vomitum extra ejicitur cum abominatione et dolore: ita quandoque etiam contingit, quod homines peccatores bona temporalia quæ in hoc mundo acquirunt, quia eis bene non utuntur, quasi indigesta divino iudicio cum dolore amittunt; unde subdit, *Divitias quas devoravit, idest rapaciter acquisivit, Evomet, idest cum abominatione perdet: Et de ventre ejus, idest de ejus dominio, Extrahet eas Deus*: quia scilicet divino iudicio per quamdam violentiam ei auferentur; nec solum bona quæ habuit, ei vertentur in malum, sed etiam ab inimicis mala patiuntur et facto et verbo: et ideo duo exempla ponit. Primum quidem de aspide, quæ mordendo interficit; unde dicit, *Caput aspidis surget, scilicet contra eum ad eum mordendum*: per quod significatur aliquis malefactorum princeps, vel etiam diabolus cum invadens. Secundum exemplum ponit de viperæ, quæ lingua sua venena diffundit; unde sequitur, *Et occidet eum lingua viperæ*: per quam intelligitur quodcumque nocumentum proveniens ex

lingua hominis, quasi venenum ex lingua viperæ. Deinde subiungit pœnam ex privatione bonorum. *Non videat rivos fluminis, torrentes mellis et butyri.* Mel autem et butyrum in hoc convenient, quod utrumque suave est ad edendum; sed mel officio apum ex floribus colligitur, butyrum autem ministerio hominum ex lacte domesticorum sumitur; unde per mel potest significari quodcumque bonum delectabile, proveniens absque industria hominum; per butyrum autem designatur aliquid bonum delectans ex studio humano proveniens. Torrens autem subito et ex insperato superveniens in flumine abundantiam designat propter aquarum multitudinem; in rivulis autem distributio bonorum designatur: non enim omnes omnia habent neque temporalia neque spiritualia bona, sed quidam haec, quidam illa. Datur ergo intelligi quod bonis secundum Sophar sententiam suavitas honorum proveniat abundantanter et ex insperato, tum ex humano ministerio, tum ex providentia divina sine humana industria, secundum tamen quandam ordinatam distributionem: qua quidem distributione privandum asserit peccatorem. Et quia quandoque ex multitudine pœnarum homo deficit, ut ulterrimus pœnas sustinere non possit, subiungit quod peccator quamvis in hac vita multiplicitate puniatur, tamen ulterrimus reservatur ad pœnas futurae vitæ; unde sequitur: *Luet, quæ fecit omnia, idest pro singulis peccatis suis pœnam patietur: Nec tamen consumetur, scilicet secundum animam, quæ futuris pœnis reservatur.* Consequenter ostendit convenientiam pœnarum ad culpas, cum subdit: *Juxta multitudinem adiunctionum suarum, idest peccatorum, quæ solite excoxit: Sic et sustinetur, scilicet quia pœna per quandam convenientiam culpe respondet.* Et post hoc manifestat quantum ad culpam rapacitatis: in qua duo per ordinem ponit. Quorum primum est violenta deprædatio: quod significat subdens: *Quoniam confringens undavit pauperes; in confractione quidem violentiam significans in undatione rapinam.* Secundo ponit restitutionis negligentiam: et

quantum ad hoc subdit: *Domum rapuit, et non edificavit eam;* quasi dicat: Ea quæ de domo rapuit, vel quæ in domo confringendo destruxit, recompensare neglexit. Hunc autem culpe convenientem pœnam subiungit, dicens, *Nec est satias tener ejus;* quasi dicat: Quia undavit dominum pauperis, eum de bonis suis satiari non siccus, ideo appetitus ejus non est satiatus, nec de bonis quæ jure possidet, neque de iis quæ iniuste acquisivit: quia, sicut dicitur Eccl. v,9. *Avarus non implebitur pecunia: et qui amat divitias, fructum non capiet<sup>1</sup> ab eis.* Et quantum ad hoc subdit, *Et cum habeat quæ concupierat, possidere non poterit:* quia vel ipse subtrahetur eis, vel quia<sup>1</sup> subtrahuntur ei: et hoc convenientius est, ut quia ea quæ rapuit, sponte restituere noluit, ea invitus amittat. Deinde manifestat idem in culpa voracitatis, quam ponit subdens: *Non remansit de cibo ejus:* quia scilicet quidquid habuit, in suos usus convertit, nec in aliorum necessitatem reservans: subiungit convenientem ponam, dicens, *Propterea nihil permanebit de bonis ejus, scilicet ei, quia omnia possidet;* et hoc est convenientis pœna quantum ad hoc quod de bonis suis aliis noluit reservare, unde justum est ut ei nihil reservetur. Quantum vero ad hoc quod superflua in suos usus consumpsit, subiungit aliam convenientem pœnam, dicens, *Cum satiatus fuerit arctabitur: et loquitur ad similitudinem hominis qui nimis comedit, cuius viscera arctantur ex nimio cibo compressa;* per quod significatur, quod homo qui superflua sibi acquisivit, arctationem quamdam patietur, non valens omnia acquisita recte disponere, sicut patet Lue. xii, dedivite cuius ager tam uberes fructus protulit, quod voluit horrea sua destruere, ut faceret ampliora. Ex arctatione viscerum sequitur inordinatus calor et anxietas: unde subdit, *Et astubabit:* et similiter illi qui multa sibi immoderately congregant, multa solicitude affliguntur. Demum ex superfluo cibo ad omnia membra solet dolor pervenire: unde subdit: *Et omnis dolor irruet in eum:* similiter etiam iis qui superflua congregaverunt, multiplex dolor exori-

<sup>1</sup> ex eis

<sup>1</sup> Al.: « illa. »

tur, dum in pluribus dispendia patimuntur. Consideraus ergo Sophar, quod saturitas impii est ei nociva; quasi ex zelo justitiae, optat ei saturitatem bonorum temporalium, ut poenam patiatur; unde sequitur, *Utinam impleatur reuter ejus*, scilicet abundantia temporalium bonorum: *Ut emittat in eum*, scilicet Deus: *Iram furoris sui*, idest vindictam sine misericordia. Et modum irae ostendit, subdens: *Et pluat super eum bellum suum*. Et in hoc quod dicit, *Pluat*, designat malorum abundantiam; et in hoc quod dicit, *Super illum*, idest super viros peccatores, designat impotentiam resistendi; in hoc autem quod dicit, *Bellum suum*, ostendit quod mala non inferuntur ei ad correctionem per modum disciplinae qua pater castigat filium, sed per modum exterminii, quo hostes perduntur; unde subdit, *Fugiet arma ferrea*, idest poenas praesentis vitae, impatienter eas sustinendo, quae ad modum gladii ferrei ferint de propinquio: *Et irruet in orcum areum*, idest in poenas futuræ vite, quæ quasi ferint a remotis ad modum arcus arei, qui est infrangibilis: ut futurarum penarum interminabilitas designetur. Exponit autem consequenter hujus arcus processum, dicens, *Eductus, et egrediens de vagina sua*, supple est arcus ille: quamdiu enim arcus est in vagina, non percutit: et similiter ultio futurae damnationis quandiu est in Dei præsentia, quasi in quadam vagina, non damnat: sed educitur de hac vagina per malitiam provocantem Deum, et tunc egreditur per dispositionem divinam. Et ejus effectum ostendit, subdens. *Et fulgurans in amaritudine sua*: sicut enim fulgor de supernis, et subito, et cum violentia et claritate venit, ita illa ultio infertur peccatori a Deo ex improviso, cum tanta violentia quod resisti non poterit; et cum tanta claritate justitiae, quod excusationi locus non erit; et ex hoc peccator replebitur amaritudine.

Deinde poenas ultioris explicat per partes: et primo quantum ad hoc quod sub potestate demonum tradetur: et quantum ad hoc subdit, *Vident, et venient super eum horribiles*, idest liberam potestatem accipient super eum damno-

nes. Deinde ponit poenam danni, cum subdit, *Omnies tenebrae abscondite sunt in oculis ejus*, quia scilicet perfectas tenebras extiores et interiores patiunt, elongatus a charitate Dei; quod quidem in occulto dicit esse: quia sicut sanctorum claritas in hac vita nobis occulta est, ita et tenebrositas impiorum. Deinde ponit poenam sensus, cum dicit, *Devorabit eum*: non quidem consumendo, sed sua afflictione absorbendo: *Ignis*, scilicet gehennæ: *Qui non succeditur*, scilicet humano studio, sed divina virtute, secundum illud Isa. xxx, 33: *Flatus Domini sicut torrens sulphuris succedens eam*. In his autem poenis nullum auxilium sibi aderit; unde subdit: *Affligetur relicta in tabernaculo suo*, ex hoc, quod relinquit sine auxilio in loco paenarum sibi deputato.

Positus ergo poenis quas in scipso patietur, subjungit poenas quæ pertinent ad ipsum, secundum quod post mortem remanet in hac vita; et primo quidem quantum ad hoc quod remanet in memoriis hominum, dicens: *Revelabunt cœli iniquitatem ejus*, idest colesti virtute fiet, quod iniquitas ejus reveletur post mortem, quæ latebat in vita: *Et terra consurget adversus eum*: quia manifesta ejus iniquitate, homines terreni contra mortuum turbabuntur, qui forte vivum reverberantur. Deinde ponit poenam ejus quantum ad hoc quod remanet in filiis, cum dicit, *Apertum erit germen domus illius*, idest filii ejus expositi erunt tribulationibus; et hoc germen, *Detrahetur*, scilicet de hæc vita: *In die furoris Domini*, idest in die vindictæ divinæ. Quamvis possit et hoc ad finale judicium referri, in quo sancti revelabunt iniquitatem peccatoris, et totus mundus pugnabit contra insensatos. *Et germina*, idest opera peccati, manifestabuntur, et tandem impius detrahetur in infernum. Deinde epilogando subdit: *Huc est pars impii a Deo*, idest quam sibi acquisivit pravis verbis et operibus: *Et hereditas verborum ejus a Domino*, idest quam sibi acquisivit pravis sermonibus. Considerandum quod inter præmissa presentibus poenis futuras commisicut.

## CAPUT VIGESIMUM PRIMUM

## LECTIO I

Respondens autem Job dixit : Audite queso sermones meos, et agite preuentiam. Sustinet me, ut et ego loquar, et post mea, si videbitur, verba rideat. Numquid contra hominem disputatio mea est, ut in merito non debeam contristari? Attendite me, et obstupescite, et superponite digitum ori vestro. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor. Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiae? Senes eorum permanet coram eis, propinquorum turbas et nepotium in prospectu eorum. Domus eorum secura sunt et pacata; et non est virga Dei super illos. Bos eorum concepit, et non abortivit; vacca peperit, et non est privata foetus suo. Egriduntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum organi. Dicunt in bonis dies suis, et in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt Deo, Recede a nobis : et scientiam viarum tuarum nolumus. quis est omnipotens, ut servimus ei? Et quid nobis prodes, si oraverimus illum? Verumtamen, quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me. Quoties lucerna impiorum extinguitur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividit furoris sui. Erunt sicut paleae ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit. Deus servabit filii illius dolorem patris : et cum reddiderit, tunc sciet. Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? et si numeros meusum ejus dimidicetur?

Quia Sophar in praemissis verbis quantum ad aliquid jam sententiae Job consenserat, ut poneret peccata puniri post mortem, quamvis adhuc in hoc suam sententiam retineret, quod etiam in vita ista peccata temporaliter puniuntur, erectus fuit Job in spem convertend: eos totaliter ad veram sententiam; et ideo primo humilius inducit eos ad attentionem eum dicit : *Audite, quaso sermones meos.* Et quia hactenus cum quadam irrisione ejus verba audierant, subdit, *Et agite poruentiam,* scilicet de hoc, quod verba mea irrisisti, vel quia veritati condixisti. Et quia omnes bis locuti estis : *Sustinet me, ut et ego loquar,* respondet scilicet ad ea quae ultimo proposita sunt. Et ne antequam audirent, judicium condemnationis

proferant, subdit, *Et post mea, si videbitur, verba rideat;* quasi dicat : Si judicatis meam hanc sententiam derisibilem esse, prins tamen meam responsionem audiatis; qua si vobis non satisfaciat, postea poteritis justins ridere. Et ne videantur ejus verba despicienda fore, ostendit, quod de magnis locuturus est, scilicet de divinis iudiciis, non de humana; unde subdit : *Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut in merito non debeam contristari?* quasi dicat : Si ad hoc tenderet meae disputationis intentio, ut inquirerem alicuius homo juste vel injuste me affixerit, qualitercumque accidisset, merito tristitia carerem: sed disputatione mea tendit ad inquirendum quomodo hoc justo Dei iudicio accidierit. Et quia de magna re est ista disputatione, ideo audienda est attente: unde dicit, *Attendite me.* Est autem audienda non leviter et cum irrisione, sed magis graviter et cum stupore; unde subdit, *Et obstupescite.* Est autem audienda silenter et sine mussitatione; unde subdit : *Et superponite digitum ori vestro.* Et ne videatur hoc jaclanter dicere, quasi ad deferrendum honorem suam auctoritati, ostendit se etiam in altitudine hujus questionis stupere: unde subdit : *Et ego quando recordatus fuero, pertimesco,* ne scilicet in tanta questione in aliquo a veritate deliciam, aut irreverenter de divinis iudicis loquar. Timor autem iste non sistit in mente, sed pervenit usque ad carnem: unde subdit, *Et concutit carnem meam tremor:* ex vehementi enim passione etiam caro immunitatur. Quibus praemissis sufficientibus ad attentionem excitandam, procedit ad questionem. Et quia Sophar dixerat, quod prosperitates malorum, si que sint, brevi tempore fluim-

tur, et bona in malum ejus vertuntur; ideo improbat<sup>1</sup>, dicens : *Quare ergo impii vivunt, scilicet diu; quasi dicat : Si impius velut avis volans, et velut visio nocturna cito transit; unde est, quod multi impii habent vite diuturnitatem?* Item, si hypocrite gaudium est ad instar puncti, et ejus ascensus cito dejicitur : *Quare sublēti sunt, idest in honoribus promoti.* Item si divitias quas devoravit, evomit : *Quare sublēti sunt confortati que dicitur, idest quare eorum divitiae sunt eis confirmatae?* Contra hoc etiam quod dixerat, *Filiū ejus attērentur egestate,* dicit : *Semen eorum permanet coram eis, idest filii, eis videntibus, perseverant : et idem subjungit de aliis personis conjunctis, dicens, Propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum ; per quod duplicitem prosperitatem designat, quia nec eorum propinquai subtrahuntur per mortem ; quod significat in hoc quod dicit : Coram eis, et in conspectu eorum.*

Deinde prosequitur per partes praemissam prosperitatem impiorum : primo quidem quantum ad ipsos, praemittens immunitatem a malo cum dicit : *Domus eorum, idest familiae eorum cum necessariis rebus : Securæ sunt, scilicet ab insulto hostium : Et pacatx, idest carentes interna dissensione, et etiam immunes sunt a divino flagello : et quantum ad hoc subdit, Et non est virga Dei super illos : quia scilicet pro peccatis suis non corrigitur in hac vita.* Et subjungit de multiplicatione bonorum : quia scilicet bona eorum non sunt sterilia, nec fructu suo privantur : et hoc manifestat in specie bovum, qui apud antiquos acceptissimi erant, propter agriculturam. unde dicit, *Bos eorum et vacca concepit, secundum quod tollitur sterilitas.* Est autem conceptio primum in fructificatione animalium. Secundum est formatio fetus concepti in ventre, et productio ad perfectum, quod impeditur per abortum ; et quantum ad hoc dicit, *Et non abortivit.* Tertium autem est partus ; et quantum ad hoc dicit, *Vacca peperit, idem signi-*

*ficans nomine bovis et vacca : et utitur introque, vel propter ornatum sermonis, vel necessitatē metri. Quartum autem est educatio prolis : et quantum ad hoc subdit, Et non est privata fortu suo, morte scilicet praeoccupante.*

Consequenter autem subdit de prosperitate, quantum ad filios : circa quod primo ponit prolis multitudinem, cum dicit, *Egrediuntur, scilicet in plateis ambulantes, non prevenit morte, Quasi greges parenti eorum, scilicet in multitudine et mutua concordia. Secundo ponit eorum incolumentem, cum subdit, Et infantes eorum exultant lusibus ; quasi dicat, non gemunt infirmitatibus. Tertio ponit eorum disciplinam qua apud antiquos liberi instruebantur in musicis ; unde dicit : *Tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonum organi, quasi instructi : ad quod ipsi convenienter musica utantur, et alios audiendo prudenter judicent. Sed ne aliquis dicat, quod haec eorum prosperitas modicum durat ad instar puncti, contra hoc subdit : Ducunt in bonis dies suos ; quasi dicat, Omnes dies vitæ suæ in prosperitate peragunt. Necesse est autem ex communī conditione quod finaliter sentiant mortem, sed tamen hanc patiuntur absque praecedenti angustia ; unde subdit : Et in puncto ad inferna descendunt, idest in mortem : omnes enim antiqui ante Redemptoris adventum, de quo supra locutus fuerat, ad inferna descendebant ; sed quidam adversitatibus pressi in via, non subito, sed per multas amaritudines ad inferna descendebant, sicut Jacob dixit Genes. xxxvii, 95 : *Descendam ad filium meum, lugens in infernum.* Sed illi qui prosperitate vigent usque ad inferna descendunt. Posset autem responderi, quod impi inter multa mala quæ faciunt, meruerint a Deo prosperitatem terrenam cum amando vel cognoscendo, vel ei quibuscumque operibus serviendo, vel saltem bona temporalia ab ipso petendo ; sed hoc excludit subdens : *Qui direxerunt Deo, scilicet ex cordis proposito quasi ex certa malitia peccante : Recede a nobis : quod pertinet ad defectum amoris :***

<sup>1</sup> Al. sic legitur : « ideo haec statim Job improbat te. »

*Scientiam viarum tuarum nolumus* : quod pertinet ad defectum cognitionis per ignorantiam affectatam. *Viae autem Domini dicuntur praecepta et judicia ejus, quibus ab ipso disponimus* : *Quis est omnipotens, ut serviamus ei?* quod pertinet ad defectum bonorum operum provenientem ex Dei contemptu. *Et quid nobis prodest si adoraverimus eum?* quod pertinet ad contemptum petitionis propter defectum spei. Sic ergo evidentissime confutavit eorum sententiam, ostendens quod prosperitas temporalis, non semper est praesium virtutis : nec adversitas temporalis est poena peccati : quia impii frequenter prosperantur in hac vita, nihil boni merentes a Deo. Et eum hic nullas graves adversitates patiuntur, posset aliquis abjecere : si malis prospera eveniunt, et adversitatibus carent ; ergo nulla est ratio a malitia declinandi ; unde Eccl. ix, dicitur : *Eadem cunctis eveniunt* ; nnde et corda filiorum hominum implentur malitia. Sed huic objectioni respondet dicens : *Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me.* Circa quod sciendum est, quod in manu hominis, idest in potestate ipsius, sunt quadam bona, scilicet voluntaria virtutum opera, quorum est dominus per liberum arbitrium, gratia Dei juvante : et ideo huiusmodi bona semper possunt refinere virtuosi quamdiu volunt : propter hoc consilium sectandi huiusmodi bona est acceptandum. Sed bona temporalis prosperitatis non sunt in potestate habentium, ut possint ea acquirere vel retinere cum velint. Et ideo abiciendum est eorum consilium, quo Deum et justitiam contemnunt, ut prospere vivant : quia per hoc non possunt assequi quod intendunt, sed quandoque adversitatibus premuntur.

Est autem considerandum ulterius, quod adversitas impii gravior est quam justi : qui si adversitatem patitur temporalem, remanet ei fulcimentum virtutis,

et consolatio in Deo ; unde non totaliter dissipantur : sed malis, amissis temporibus bonis, quae sola sibi quiescerunt, nullum remanet fulcimentum : unde subditur : *Quoties lucerna idest prosperitas, impiorum extinguetur, idest finitur* : *Et superveniente eis, divino iudicio, iundatio*, idest gravis tempestas adversitatis : *Et quoties Deus dividit, idest sub certa mensura distribuit Dolores*, idest afflictiones aliquas *Furore sui*, idest ex ejus furore provenientes : *Eruvit, impii, sicut paleæ ante faciem venti*, quae scilicet propter levitatem resistere non possunt vento : *Et sicut favilla*, qua scilicet remanet ligno combusto : *Quam turbo dispergit*, quia scilicet non habet humorem ut simul se teneat. Etiam impii, adveniente adversitate resistere non possunt, quia carent fulcimento divinae speci, et per diversas cogitationes disperguntur carentes humore virtutis,

Et post hoc subdit de adversitate quantum ad filios, cum dicit : *Dens servabit filiis illius dolorem patris*, quia peccata patris pertingunt usque ad filios imitatores paternæ malitiae : nec differtur hoc usque post mortem patris, sed vivente et cognoscente patre hoc erit ; unde subdit, *Et eum reddiderit*, scilicet Deus penitentem filium : *Tunc sciet, scilicet pater* ; nnde subdit, *Videbunt oculi ejus interfectionem suam*, idest filiorum suorum, vel quamecumque adversitatem : et in hoc ipso de furore omnipotentis bibet, quia hoc ipsum pertinet ad penam patris, quod filii eo vivente puniuntur, non autem si punirentur post ejus mortem ; unde subdit : *Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se?* idest non affligetur a futuris infortuniis posteriorum, et maxime cum peccator post mortem hoc ignoret, sicut supra xiv. dictum est, *Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelligit.* Aut quid pertinet ad eum. Si numerus mensum ejus dividitur, non potest de hoc dolore in vita, quia haec ignorabat futura.

## LECTIO 11

*Numquid Deum docebit quispian scientiam, qui excelsos judicat?* Iste moritur robustus et sanus dives et felix. Viscera ejus plena sunt adipe, et medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animae sue abque illis opibus. Et tamen simul in pulvere dormient, et vermes operient eos. Certe novi cogitationes vestras, et sententias contra me iniquas. Dicitur enim : *Ubi est dominus principis?* et ubi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus, et hae eadem intelligere cognoscetis. Quia in diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris ducetur. Quis sanguinem eorum ex vias ejus? et quae fecit quis reddili? Ipse ad sepulchra ducetur, et in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis Cocytii, et post se omnem hominem trahet, et ante se immunimbatiles. Quonodo igitur consolamini me frustra, cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Quia supra Job proposuerat, quod impensis in hac vita, quandoque prospera, quandoque adversa adveniunt, quod facit homines dubitare; ideo ad huiusmodi dubitationis solutionem accedens premittit, quod hoc non provenit ex defectu divinae scientiae, quasi cum lateat malitia eorum, quibus prospere succedit; ideo dicit : *Numquid Deum docebit quispian scientiam?* quasi dicat, Nihil indiget ut ab aliquo instruatur de meritis hominum, ut sciat quibus prospera, et quibus adversa reddit. Quod autem subdit, *Qui excelsos judicat?* potest dupliciter intelligi: uno modo, ut sit sensus, quod Deus non indiget instructione alicuius ad hoc quod possit excelsos judicare, id est eos qui prosperantur in hoc mundo, sicut in rebus humanis indigent judicet instrui per testes de meritis iudicandorum. Alio modo potest intelligi, ut inducatur quasi probatio precedens; quod enim Deus omnia sciat, et quod ob hoc ab aliis instruvi non indigeat, patet per hoc quod ipse habet iudicium super quemcumque excelsum. Nullus autem judicat quae ignorat; unde non potest esse quod alicuius quantumcumque excelsi scientia lateat ipsum. Premissa igitur sufficientia divinae scientiae, subdit dubitationis materiam, quae potest accidere super diversa humanarum rerum dispositione: in qua quidam prosperantur usque ad mortem,

quidam vero in miseria moriuntur. Consistit autem temporalis prosperitas, primo quidem in potestate; et quantum ad hoc subdit, *Iste moritur robustus.* Secundo in corporis sanitatem; et quantum ad hoc subdit: *Et sanus.* Tertio in exteriorum rerum opulentiam: et quantum ad hoc subdit: *Dives.* Quarto in consiliorum et operum prospero successu; et quantum ad hoc subdit. *Felix:* dicitur enim felix apud quosdam, cui omnia sucedunt ad volum. Ut autem non solum divitias sufficietes, sed etiam superabundantes significet, subdit, *Viscera ejus plena sunt adipe:* adeps enim propter superabundantium nutrimenti generatur. Et ut rumsus ostendat ejus potentiam multiplicantibus auxiliis sustulam, subdit: *Et medullis ossa illius irrigantur:* per ossa enim fortitudo designatur, quorum robur nutrimento medullarum sustentatur. Subiungit autem de aliorum adversitate dicens: *Alius vero moritur in amaritudine animae sua,* quod scilicet pertinet ad interiores dolores, quos homines conceipiunt vel de corporalibus, noxientis vel etiam ex infortunatis eventibus. Addit autem, *Absque ullis opibus,* ad designationem exteriorum rerum defectum. Sed tamen, cum sic diversificantur in vita cum aquilitate meritorum, non potest dici quod saltem in iis quae sunt post mortem diversa, ad corpus pertinentia, eorum sors commutetur: aequaliter enim eorum corpora disponuntur post mortem; unde subdit: *Et tamen simul in pulvere dormient,* id est aequaliter in terra sepiulcent: *Et vermes operient eos,* id est aequaliter eorum corpora putrescent. Unde patet, quod non potest assignari ratio differentia qua est inter homines secundum prosperitatem et adversitatem in iis quae sunt aequalis meriti vel demeriti, ex diversa corporum dispositione post mortem. Erat autem opinio amicorum Job, quod ratio prædicta diversitatis esset ex diversitate meritorum: quod est contra id quod experimento appetat de hoc

quod impiorum quidam prosperantur, qnidam aduersa patiuntur: unde quasi jam improbatam eorum opinionem vituperando commemorat, cum subdit, *Certe novi cogitationes vestras, quibus scilicet Job temerarie condemnabant, Et sententias, scilicet exterioribus verbis prolatas, Contra me iniquas, quia scilicet inique impietas me arguitis ex adversis quæ patior; unde subdit: Dicitis enim, ubi est domus principis, et ubi sunt tabernacula impiorum?* quasi dicit: Tu simul cum familia tua ex altitudine tanti principatus cecidisti, sicut solent desiere tabernacula impiorum.

Sic igitur per ea quæ supra dixerat ostensa iniquitate sui, et ipsorum, accedit ad determinandum veritatem: et præmittit hoc quod dicturus est, non esse novum, sed apud multos divulgatum: subdit enim, *Interroga quemlibet de viatoribus;* quasi dicit: Non oportet me cum magno studio testimonium querere, quia haberi poterit a quibuscumque transiuntibus per viam. Vel viatores dicit eos qui hac vita utuntur, non ut termino, sed ut via: *Et hæc eadem illum intelligere cognoscetis,* quæ scilicet dicturus sum vobis: unde inexcusabiles estis, quia a veritate receditis quam omnes communiter tenent: quam quidem veritatem exponit subdens: *Quia in diem perditionis servatur malus;* quasi dicit: Quod in hac vita non punitur malus, sed prosperatur, hoc ideo est, quia reservatur ejus punitio in alind tempus, quando gravius punitur; unde subdit: *Ad diem furoris ducitur;* quia enim furor est ira accusa, nomine furoris acrior vindicta significatur. Quare autem ad diem perditionis furoris servetur ostendit subdens: *Quis arguet coram eo viam ejus, et quæ fecit, quis reddet illi?* Ubi duas rationes assignare videtur: quarum prima est, quia in tantum est sapientia imperceptibilis, ut nec per ponas eruditore ut suam cognosceret cul paup, sed inter flagella murmuraret, quasi punitus injuste: et hoc est quod dicit, *Quis arguet coram eos, idest, ut ipse recognoscat:* *Viam ejus, scilicet iniquam.* Alia ratio est, quia poenæ hujus vite non

sunt sufficientes ad tantarum culparum punitionem: quia si acerba sunt, cito interimunt: et hoc est quod dicit, *Et quæ fecit, quis reddet illi?* scilicet in hac vita: et ideo quasi concludit, quod dies perditionis et furoris non est in hac vita, sed post mortem: subdit enim ipse: *Ad se pulchrum dejicietur,* idest mortuus secundum animam vivet: et hoc est quod subdit: *Et in congerie mortuorum vigilabit:* quia scilicet licet videatur dormire per corporis mortem, vigilabit tamen per animæ vitam. Et ne videatur post mortem transire ad gaudium, subdit: *Dulcis fuit glareis Cocytii:* quia enim testimonium viatorum invokeavit, veritatem de poenis malorum post mortem proponit sub fabula qua vulgariter cerebatur, quia scilicet in inferno inter alios esset quidam fluvius nomine Cocytus, qui interpretatur luctus, quo animæ malorum perducuntur: et sicut alii fluvii trahunt glareas, ita ille fluvius quoddammodo involvebat animas impiorum. Dicitur ergo impensis dulcis fuisse glareis Cocytii: quia ejus conversatio acceptabilis fuit malis: et ideo inter malos qui sunt in luctu locum habebit. Effectum autem hujus fluvii quantum ad homines subdit: *Et post se omnem hominem trahit,* quasi scilicet omnes homines cum quodam luctu moriuntur: quod enim est post mortem, est quasi postremum hujus fluvii, ejus anterior est quod in hac vita agitur: et ideo subdit, *Et ante se innumerabiles:* quia scilicet etiam plurimos in hac vita præoccupat luctus. Sic igitur Job per ordinem suam sententiam explicavit: primo quidem, supra xix, ostendens spem justorum tendere in remunerationem futurae vite: hic autem exprimit, ponam reservari malis post mortem: et ideo ex utraque parte confutata adversaria sententia, subdit: *Quomodo ergo consolamini me frustra?* scilicet promittendo temporalem prosperitatem: *Cum responsio vestra repugnare ostensa sit veritati,* in hoc quod dicitis hominibus deputari præmium et poenas in hac vita, quod supra multipliciter est improbatum.

## CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM

## LECTIO 1

Respondens autem Eliphaz Themanites dixit : Numquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfecte fuerit scientia? Quid prodest Deo, si justus fuerit? aut quid ei confers si immaculata fuerit vita tua? Numquid timens arguit te, et veniet tecum in iudicium? Et non propter malitiam tuam plurimam et infinitas iniquitates tuas? Absutisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, et undos spoliasti vestibus. Aquam lasso non dedisti, et esurienti subtraxisti paneum, fortitudine brachii tui possidebas terram, et potentissimum obtinebas terram. Vidua dimisisti vaenas, et lacertos pupillorum communisti. Propterea circumdatum es laqueis, et conturbat te formida subita. Et putabas te temeraris non visurum, et impetu aquarum inundantium non oppressumur iri. Au cogitas quod Deus excisor cordis sit, et super stellarum verticem sublimerit. Et dicis : Quid enim novit Deus? et quasi per caliginem judicat. Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat, et circa cardines eodi perambulat.

Finitis sermonibus beati Job, Eliphaz ejus verba, non ea intentione qua dicebantur, accepit; primo namque quod Job dixerat ad ostendendum altitudinem materiae, *Numquid contra hominem disputatio mea?* Eliphaz sic accepit dictum, ac si contentiose cum Deo disputare intendet; unde eum presumptionis arguit ex tripli consideratione. Primo namque aliquis provocatur ad disputandum vel contendendum cum aliquo, quando videt eum comparabilem sibi in scientia veritatis, ut ex mutua collocutione aliquod occultum indagetur. Est autem valde presumptuosum, quod homo suam scientiam divinam andeat comparare; unde dicit : *Numquid Deo comparari potest homo, etiam cum perfecte fuerit scientia?* quasi dicat : non, eo quod Dei scientia sit infinita. Secundo provocatur aliquis ad disputandum vel ratiocinandum cum aliquo propter aliqua que ab eo accepit, ut fiat collatio datorum et acceptorum. Est autem presumptuosum, quod homo putet bona quae facit esse Deo utilia; unde Psal. xv, 2 dicitur : *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum*

*non es.* Unde subdit : *Quid prodest Deo, si justus fueris, scilicet recta opera faciendo: Aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua?* scilicet a peccatis abstinentio. Tertio provocatur aliquis ad hoc quod iudicio conteundat cum aliquo, propter timorem superioris potestatis, cum in iudicium vocantis : quod nefas est de Deo cogitare; unde subdit : *Numquid timens, scilicet aliquem judicem : Arguet te scilicet accusando? Et veniet tecum ad iudicium, quasi de pari citatus.* Deinde quia Job dixerat, iniquas esse eorum sententias<sup>1</sup>, qui dicebant domum ejus periisse sicut tabernacula impiorum, intendit ostendere suam sententiam rectam esse, cum subdit : *Et non propter malitiam tuam plurimam et infinitas iniquitates tuas;* quasi dicat : Deus arguit portas infligendo, non propter timorem, sed propter amorem justitiae, ut puniat tua peccata; unde malitia potest referri ad peccata quibus alios lasit; iniquitas autem ad peccata quibus justitia opera prætermisit: unde malitiam dicit plurimam; sed iniquitates infinitas, quia in pluribus peccat homo omitendo quam committendo: unde subjungit primo de nocumentis proximo illatis, quae quandoque per calamitatem inferuntur sub prætextu justitiae; unde subdit : *Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa,* scilicet necessaria, quia de fratribus tuis sine pignore confidere poteras. Quandoque autem inferuntur nocumenta sine aliquo colore justitiae; et quantum ad hoc subdit : *Et nudos spoliasti vestibus:* quod potest intelligi dupliciter. Uno modo, quia spoliando nudos reliquisti, nihil ei reservans; alio modo, quia cum essent nudi, idest non sufficienter vestiti, illud modicum quod habebant, eis subtraxisti. Subiungit autem de omissione bonorum operum

<sup>1</sup> Al. : *a animas.*

dicens : *Aquam lasso non dedisti*, qui scilicet ea indigebat propter situm ex labore via exortam ; quasi dicat : *Laborautibus et afflictis opem et solatium non tulisti* : *Et esurienti substraxisti panem* : quasi dicat : Indigentibus non subvenisti. Et haec quidem dicta sunt quantum ad peccata quae commisit sicut privata persona ; subiungit autem de peccatis pertinentibus ad principatum ipsius : inter qua<sup>m</sup> primo ponit quod principatum non per iustitiam, sed per violentiam obtinuit : unde dicit : *In fortitudine brachii tui possidebas terram*, idest per potentiam tuam dominium terrae acquisivisti. Secundo ponit quod subditos non gubernabat per iustitiam, sed per potentiam, secundum illud Sap. n. 14 stitue. *Sit fortitudo nostra lex \* iustitiae* ; \* unde subdit : *Et potentissimum obtinebas eam*, quia scilicet per excellentiam potestatis subditis utebaris ad nutum. Tertio ponit iniqua judicia, quia scilicet infirmis personis iustitiam non reddebat ; unde subdit, *Viduas dimisisti vacuas*, scilicet dum non fecisti eiis iustitiam de adversariis, secundum illud 23 Isa, 4<sup>b</sup> : *Causa viduarum non ingreditur ad\*\* eos* : et iterum, quod amplius est, infirmas personas opprimebat ; unde subdit : *Et lacertos pipillorum comminuasti* ; quasi dicat : Si quod iurium in eis erat, ammuliasti, contra illud, quod dicitur in Ps x, 18 *judicare pupillo*<sup>1</sup>, et *humili* : et pro his culpis subdit sibi paucas provenisse ; unde subdit : *Propterea circumdatus es laqueis*, idest adversitatibus undique te opprimentibus, ut evasione locus non pateat, postquam in eos inieidisti, neque etiam ante potueras, quia subito tibi supervenerat ; unde subdit : *Et turbat te fortitudo subitanea*, quia scilicet mala ei subito supervenerant, ex quibus poterat etiam alia timere. Causam autem quare subito ei supervenerunt, ostendit subdens : *Et putabas te teuchras non visurum*, idest non peruenientum ad has turbationes in quibus nescio quid facias, quod refertur ad laqueos. Deinde quantum ad fortitudinem conturbantem subdit : *Et impetu aquarum inundantium*

(a) Hugo a sancto Charo : « Quasi dicunt : Fortitudinem pro lege iustitiae habemus. Alia littera habet : *lex iustitiae*, id est quidquid possumus quasi licito faciamus, licet iustum sit. »

*non oppressurumiri* ; quasi dicat : Putabas quod minquam ad hoc pervenires, quod opprimereris violentia et multitudine adversitatum in te supervenientium, secundum illud 1 ad Thessa. v, 3 *Cum dicerint, Pax et securitas, repentinus eis superveniet interitus*. Quod autem pro peccatis non potet aliquis se penas passum, ad hoc pertinet, quod non credit Deum de rebus humanis providentiam habere : ad quod forte voluit retrognere quod Joh dixerat : *Nunquid Deum docebit quisquam scientiam*. Ad defectum scientiae divinae prave interpretatus est : et ideo videtur ei consequenter imponere quod Dei providentiam neget. Est autem considerandum quod aliqui negant Deum habere cognitionem et providentiam rerum humanarum propter altitudinem suae substantiae cui proportionari dicunt suam scientiam, ita ut nihil sciatis nisi seipsum : plantantes quod scientia ejus vilesceret, si se ad inferiora extenderet ; unde subdit *An cogitas quod Deus excelsior caro sit*, idest tota universitate creaturarum : *Et super stellarum verticem sublimetur?* idest super altissimam creaturarum : et hujus cogitationis conclusionem subdit : *Et dicas, quid enim novit Deus*, scilicet de istis inferioribus rebus. Non tamen quod hujusmodi homines rerum cognitionem Deo totaliter subtrahant, sed dicunt quod eas cognoscit in universalis, cognoscendo naturam entis, vel universales causas ; unde subdit : *Et quasi per caliginem judicat* : cognoscere enim aliquid solum in universalis, est cognoscere imperfecte<sup>2</sup> ; et ideo hujusmodi cognitionem vocat quasi caliginosam, sicut contingit de eo quod a remotis videtur quasi caliginose, quia precipitur esse homo, sed non quis homo sit : et adhibet similitudinem de iis que apud homines contingunt, apud quos, qui in aliquo loco latet, sicut non videtur ab iis qui extra locum sunt, ita nec eos videt : unde dicit : *Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat* : quasi dicat : Sic ipse latet nos, quasi nubibus ocellatus, inquantum ea que supra nubes sunt ple-

(b) Non, ut in Parv. : P. alii. t. \*

<sup>2</sup> Ali. sic legitur : « quod dicitur iudiciale pupillo etc. » — <sup>1</sup> Ali. : « imperfectione. »

ne cognoscere non valimus, ita e contrario nec ipse ea quae ad nos pertinent, quasi sub nubibus existentia<sup>1</sup>, ipse non videt: sicut Ezech. viii, 12 ex persona quorumdam dicitur, *Dereliquit Dominus terram, Dominus non videt*: putabat enim quod quia ea quae in terris sunt, multis defectionibus et inordinationibus subjacent, divina providentia non reguntur, sed solum caelestia quorum ordo indeficiens perseverat: unde sequitur, *Et circa cardines*

*cali perambulat*. Dicitur autem cardo in quo volvitur ostium: unde per hoc designat per Dei providentiam cælum moveri, ex cuius motu sicut ex quodam ostio, providentia divina usque ad haec inferiora descendat: sicut enim dicitur quod Deus cognoscit humana, sed universalis, ita dicitur quod gubernat humana, sed per universales causas, per se gubernat; et forte ad hoc referre voluit quod supra dixerat Job, *Qui excelsos iudicat*.

## LECTIO II

Nunquid semitam sacerdotum custodire cupis, quam calcaverant viri iniqui? Qui sublati sunt ante tempus suum, et fluvius subvertit fundamentum eorum. Qui dicebant Deo, Recede a nobis: et quasi nihil possit facere omnipotens, existimabant eum. Cum ille implesset domos eorum bonis, quorum sententia proenit sit a me. Videbunt justi et latabuntur: et innocens subsannabit eos. Nonne successus est erector eorum, et reliquias eorum devoravit ignis? Acquiesce igitur, et habeto pacem, et per haec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illius legem, et pone sermones ejus in corde tuo. Si reversus fueris ad omnipotentem, adfiscaberis, et longe facies iniuriam tamen a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, et pro silice torrentes aureos. Errite omnipotens contra hostes tuos, et argentum concavaribut tibi. Tunc super omnipotentem delicias afflues, et elevabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, et exaudiet te: et vota tua rededes. Decernes rem et veniet tibi, et in viis tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: et qui inclinaverit oculos suos, ipse salvabitur. Salvabitur innocens, salvabitur autem in iniuridicta manuum suarum.

Quia Eliphaz in verbis præmissis impossuisse videtur Job quod non crederet Deum habere providentiam de rebus humanis; nunc consequenter videtur ei imponere hujus infidelitatis effectum: solent enim illi qui Deum res humanas curare non credunt, contemptu Dei timore, in omnibus<sup>2</sup> sequi propriam voluntatem: unde dicit, *Nunquid semitum sacerdotum custodire cupis?* idest processum eorum qui nil credunt nisi ista temporalia quæ videntur, et ex hoc procedunt ad injustitiae opera; unde subdit: *Quam calcaverunt viri iniqui*. Illi autem calcare aliquam viam dicuntur qui frequenter et sine aliqua dubitatione ex proposito viam terunt: sic illi qui non credunt divinam providen-

tiam, frequenter et secure et ex proposito injustitiae opera agunt: quod non contingit illis qui in divinam providentiam credunt; quamvis quandoque ex infirmitate ad injustitiam declinent. Et ne hoc impune fecisse videantur, subdit: *Qui sublati sunt ante tempus suum*, idest qui mortui sunt, nondum completo naturali spatio vite. Et causam assignat subdens, *Et fluvius subvertit fundamentum eorum*. Est autem uniusenquisque hominis fundamentum id, cui principaliter spes ejus innititur. Tales autem non in Deo spem suam ponunt, sed in solis temporalibus rebus, quæ corrupti sunt ipso cursu mutabilitatis rerum, quem fluvium nominat. Quæ autem sit predicta semita, exponit subdens: *Qui dicebant Deo, recede a nobis*, scilicet contemnentes ipsum et spiritualia bona ejus quantum ad affectum. Sed quantum ad intellectum incredulitatem eorum describit, subdens: *Et quasi nihil possit facere omnipotens, existimabant eum: quia* scilicet si ad eum non pertinet cura rerum humanarum, nec bene nec male homini facere potest: quod contrariatur omnipotentis rationi. Et ad exaggerandum culpam subicit de eorum ingratitudine, dicens: *Cum ille implesset domos eorum bonis*, scilicet temporalibus quæ a Deo dantur hominibus. Et ad eorum assertiorem improbandam subdit, *Quorum sententia sit procul a me*. Et ne videretur quod simul cum impiis etiam justi subverterentur, hoc excludit subdens: *Videbunt justi, et latabuntur*; per quod dat

<sup>1</sup> Al.: « ex quibus. » — <sup>2</sup> Al.: « omnes. »

intelligi, quod ipsi non subvertentur, sed in lætitia erunt. Et ne videretur, quod ex hoc ipso a justitia deficerent, quod de subversione aliorum gauderent, subdit : *Et innocens subsannabit eos*; quasi dicat : Salva innocentia, eos poterunt subsannare de hoc, quod contra suam opinionem subvertuntur : in hoc enim justi congaudent divine justitiae. Et videretur hoc proprie respondere ad id quod Job dixerat, *Post mea, si videbitur, verba rideat*; quasi conquerens se rideri ab eis. Et ne aliquis dubitaret fundamentum impiorum a fluvio esse subversum, hoc quasi manifestum sub interrogatione proponit, dicens, *Nonne succisa est erectio eorum*: videbantur enim per prosperitatem terrenam, vel per propriam elationem, ad modum arboris erigi in sublime. Sed sicut arboris erectio per succisionem subito impeditur, ita etiam eorum elevatio per subtractionem subito cessat. Contingit autem quandoque quod arbor succisa in altius quidem crescere non potest, sed tamen adhuc ejus remanet longitudo; si tamen ignis apponitur, nullum vestigium præterita altitudinis restat: ita etiam si mortuo vel dejecto homine peccatore per ignem adversitatis, etiam filii ejus pereant, et divitiae diripiuntur, nil residuum videbitur de altitudine præterita remanere; unde sequitur, *Et reliquias eorum devoravit ignis* idest ardor tribulationis, secundum illud Jacob.<sup>141</sup> *Exortus est sol cum ardore, et urefecit fenum.* Dicuntur autem reliquiae hominis, vel filii, quaecumque alie res ejus post eum remanentes. Quia igitur hujusmodi subversionem impiorum accidere dixerat ex hoc quod contra Deum nitabantur; ut similia Job evitare posset, subdit, *Acquiesce ergo ei, et habeto pacem*; quasi dicat: propter hoc perturbatus es quia contra eum contendere voluisti; et *per hoc*, scilicet per pacem, quia ei reconciliaberis, *Habebis fructus optimos*; quasi dicat: Quicquid optimum esse potest, quasi fructum hujus pacis prosequeris. Qualiter autem ei acquiescero debeat, ostendit subdens, *Suscipe ex ore illius legem*; quasi dicat: Non existimes quod res hu-

manæ divina providentia non regantur: quinimmo secundum legem regiminis ejus tuam vitam disponas. Et quia quidam legem divini regiminis profertur, sed tamen eam opere non sequuntur; ideo subdit : *Et pone sermones ejus in corde tuo*, ut scilicet mandata ejus mediteris,<sup>1</sup> et ea servare disponas. Qualiter autem per hoc fructus optimos habiturus sit, ostendit subdens, *Si reversus fueris ad omnipotentem*, scilicet ut ejus omnipotentiam credas et ei te subjicias: *Aedificaberis*; quasi dicat<sup>2</sup>: Dominus tuae prosperitas, quæ destruta est, reparabitur. Quomodo autem ad Deum perfecte reverti debeat ostendit subdens, *Et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo*: et est subintelligendum, ut scilicet littera sic legatur, si longe facias iniquitatem a tabernaculo tuo: *Dabit*, scilicet Deus, *pro terra silicem*, et *pro silice torrentes aureos*; ut hoc quod dicit; *Longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo*, sit expositivum ejus quod dixerat, *Si reversus fueris ad omnipotentem*. Et non dicit, si longe feceris iniquitatem a te, sed a tabernaculo tuo: volens innuere, quod adversitas ei acciderat non solum pro peccato sua personali, sed etiam pro peccato sua familiæ; quod sic dicit, *Dabit pro terra silicem*, refertur ad hoc, quod dixit, *Aedificaberis*: ut scilicet detur intelligi, quod restauratio sit futura, sed ad aliiquid majus, ut scilicet pro amissis majora reddat: silex enim pretiosus est quam gleba terræ, et aurum quam silex.

Quæ sint autem ista bona quæ ei restituenda promittit, enumerat consequenter, primo ponens securitatem ex Dei protectione, eum subdit, *Eritque omnipotens contra hostes tuos*, ne scilicet iterato possint surripere quæ tibi restituentur a Deo. Secundo ponit divitiarum abundantiam, eum diecit, *Et argentum concorrabit tibi*: nomine enim argenti omnes divitiae significantur: quia ex argento pecunia fieri solet. Et ne videatur solum corporalia bona promittere, subiungit de spiritualibus bonis inter quæ primum ponit, ut homo Deum diligat, et delebetur in eo; unde sequitur: *Tunc*

<sup>1</sup> Al. : « noveris. » — <sup>2</sup> Al deest. : « dicat. »

*super omnipotentem deliciis affures*, idest quando pacem cum eo habebis, in ea delectaberis. Et quia unusquisque libenter respicit id in quo delectatur, subdit : *Et elevabis ad Deum faciem tuam*, idest mentem tuam ut ipsum frequenter contempleris, idest illudiam accipies reccurrendi ad ipsum; unde subdit, *Rogabis eum*; et hoc non sine fructu : sequitur enim, *Exaudiet te*. Solent autem exaudiri a Deo vota implentes<sup>1</sup>, que postulando promiserunt; unde subdit : *Et vota tua redles*, quasi in signum exauditionis. Deinde promittit prosperum propositi successum, cum dicit, *Decernes rem*, idest ordinabis per tuam providentiam, qualiter aliquid sit futurum : *Et veniet tibi*, idest dispositio tua non frustrabitur. Et ne dubitantes quid sit decernendum, hoc etiam tibi manifestatur; unde subdit : *Et in viis tuis splendet lumen*, idest clare apparebit tibi per

quas vias procedere debeas. Rationem autem harum promissionum ostendit subdens, *Qui enim humiliatus fuerit*, scilicet Deo se subhiciendo per affectum : *Erit in gloria*, quam scilicet consequetur a Deo : *Et qui inclinaverit oculos suos*, ne scilicet per intellectum aliquid superbum contra Deum sentiat : *Ipsa salvabitur*, a malis scilicet liberatus, et in bonis stabilitus. Non solum autem requiritur ad salutem interior humilitatis affectus et intellectus, sed etiam exterior puritas operum; unde subdit : *Salvabitur innocens*? Et quo meritosalvetur, ostendit subdens : *Salvabitur autem in munditia manuum suarum*, innocentia operum suorum. Et est considerandum, quod hoc Eliphaz non solum promittit Job, si convertatur, bona temporalia, que possunt esse bonis et malis communia, sicut supra fecerat; sed etiam bona spiritualia, que sunt propria bonorum, sed tamen solum in hac vita.

## CAPUT VIGESIMUM TERTIUM

### LECTIO I

Respondens autem Job ait : Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, et manus plaga mea aggravata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat ut cognoscam et inventiam illum, et veniam usque ad solium ejus? Ponam coram eo iudicium, et os meum replebo intercessionibus. Ut sciam verba quae mihi respondeat, et intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis sue mole me premat. Proponat sequitatem contra me, et perveniet ad victoriam iudicium meum. Si ad orientem iero, non apparet; si ad occidentem, non intelligam eum. Si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum; si me vertam ad dexteram, non videbo illum. Ipse vero scit viam meam, et prohibet me quasi aurum, quod per ignem transil. Vestigia ejus stentus est pes meus, viam ejus custodi, et non declinavit ex ea. A mandatis labiorum ejus non recessi, et in sinu meo abscondi verba oris ejus. Ipse enim solus est, et nemo avertire potest cogitationem ejus; et anima ejus qualemunque voluit, hoc fecit. Campego expleverit in me voluntatem suam, et alia multa similia presto sunt ei. Et indeco a facie ejus turbatus sum, et considerans eum, timore sollicitus. Deus mollivit eum meum, et omnipotens conturbavit me. Non enim perit propter imminentes tembras, nec faciem meam opernit caligo.

Eliphaz in verbis praemissis duo contra Job proposuisse videtur : primo quidem, quod propter malitiam suam pluriman fuerit punitus : secundo quod de Dei providentia dulcitaverit, vel etiam negaverit. Solent autem homines, cum eis falso aliqua crimina imponuntur, ex hoc contristari; unde quia Job in se non recognoscet, dicit, *Nunc quoque in amaritudine est sermo meus*; quasi dieat. Sicut supra me contrastasti opprobriis vestris, ita etiam nunc, ut cogar cum amaritudine loqui. Cum autem alieni afflictio de novo afflictio additur, priores afflictiones ad memoriam revocantur, ex quibus praesens gemitus aggravatur; unde subdit : *Et manus*, idest potestas, *Plagæ meæ*, idest adversitatis, quam olim sum passus, *Aggravata est super gemitum meum*, idest facit præsentem gemitum graviorem. In-

cipit autem primo respondere ad hoc quod dixerat, propter malitiam suam eum punitur; recognoscet autem se Job punitum divino judicio; unde supra xvi dixerat: *Conclusit me Deus apud iniquum.* Unde inquirere causam quare quis punitus sit, est inquirere rationem divini judicii, quam quidem nullus cognoscere potest, nisi ipse Deus. Ex quo patet præsumptuose Eliphaz asservuisse eum propter malitiam fuisse punitum; unde super hoc non vult cum Eliphaz contendere, sed disputationem suam vertit ad Dominum, qui solus sui iudicij rationem novit; reputaret autem se divino judicio prægravatum, si propter malitiam plurimam esset punitus. Solent autem qui ab aliquo iudice sunt gravati, primo quidem ad iudicem accedere: quod facere non possunt, nisi locum ejus inventiant: quod etiam non possunt, nisi prius eum cognoscant: nullus enim potest querere id quod omnino ignorat; unde dicit, *Quis mihi tribuit, ut cognoscam, et inveniam illum, et veniam usque ad solum ejus?* sciebat enim quod Deus ejus cognitionem excederet: et ideo non poterat perfecte de se inventare, per quam usque ad solum ejus perveniret, idest usque ad plenam cognitionem iudiciorum ipsius. Solet autem gravatus a iudice, cum ad eum pervenerit, cause sue justitiam demonstrare; unde subdit. *Ponam coram eo iudicium:* quasi dicit: Proponam ei, qualiter debeat esse iustum iudicium causæ meæ. *Et os meum replebo intercationibus,* idest conquestio-nibus: non quidem, ut credam divinum iudicium esse injustum, sed per modum querentis: sicut solet disputationes contra dicta aliorum objicere, ut plenius veritatem intelligant: unde subdit: *Ut sciām verba que mihi respondeat:* quod pertinet ad veritatem responsionis cognoscendam: *Et intelligam quid loquatur mihi:* quod pertinet ad verborum intelligentiam: non enim potest homo scire, an verum sit quod ei dicitur, nisi intel-ligat quid ei dicatur. Frequenter autem supra quasi ad divinum iudicium sustinendum, proposituerant divinam fortitudinem et magnitudinem: sicut Sophar

supra xi: *Excelsior caelo est, et quid facies etc.* que ibi sequuntur: et ideo hanc responsionem excludit subdens. *Nolo multa fortitudine contendat tecum, nec magnitudinis tuae me mole premat;* quasi dicat, Non sufficit mihi ista responsio, ut solum contra me allegetur Dei potentia et magnitudo: quia sicut ipse est fortissimus et maximus, ita est etiam justissimus et æquitatis amator; unde subdit, *Proponat æquitatem contra me,* idest assignetur ratio ad æquitatem per-tinens: et ita apparebit quod non propter malitiam sim punitus; unde subdit, *Et perveniet ad iudicium meum:* quo scilicet contra vos contendeo, asserens me non pro peccatis punitum. Et ne quis credat ex eo quod dicit. *Quis mihi tribuat,* ut cognoscam et inveniam illum, et veniam usque ad solum ejus, quod erederet eum corporali loco concludi, aut per creaturas sufficienter posse cognosci, subiungit, *Si ad orientem iero, non apparet.* Ubi considerandum est, quod secundum Aristotelem, in caelo distinguuntur sex positionis differentiae: scilicet sursum et deorsum: dextrorum et sinistrorum: ante et retro: principiū enim motus totius firmamenti manifeste apparet in oriente. Est autem in quolibet animali principiū motus a dextro. Si ergo imaginemur motum firmamenti sicut motus unius animalis oportebit ponere dextrum coeli in oriente, sinistrum vero in occidente, sursum in meridie, deorsum vero in septentrione anterius vero in superiori hemisphario, posterius vero in posteriori hemisphario: idest velut si imaginemur unum hominem, qui sua dextra moveret eolum ab oriente versus superioris hemisphaerium, consequens esset quod caput teneretur versus meridiem, et pes versus septentrionem; et pars anterior hominis esset versus hemisphaerium, posterius vero hominis, idest deorsum, versus inferius. Quidam tamen non respirantes ad dispositionem humani corporis, sed magis ad ordinem motus coeli, posuerunt superius eoli esse partem orien-talem, eo quod ibi incipit motus: dextrum autem in parte meridionali, versus quam partem, quod nos procedunt motus plane-tarum: unde per oppositum inferius eoli<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Al. deest: : a coeli. \*

intelligitur occidens; sinistrum autem cœli intelligitur pars septentrionalis: et hoc modo videntur hic procedere verba Job: nam dextrum et sinistrum dividit contra orientem et occidentem<sup>1</sup>. Potest ergo simpliciter intelligi, quod in nulla parte cœli Deus localiter concluditur: ut sit sensus, *Si ad orientem iero, non apparet*, quasi ibi vicinior existens, ac si ibi localiter existeret: *Si ad occidentem, non intelligam illum*, quasi propinquorem, et ibi conclusum: *Si ad sinistram*, idest versus septentrionalem partem: *Quid agam? non apprehendam eum*, qui scilicet non est ibi corporaliter situatus: *Si me vertam ad dextram*, idest versus partem meridionalem: *Non videbo illum*, quasi ibi existentem. Vel possunt haec verba induci non ad exclusendum a Deo localem situm, sed ad ostendendum, quod non potest sufficienter per inferiores effectus inventari. Inter omnes autem effectus in rebus corporalibus apparentes universalior est et major motus firmamenti: et quamvis manifeste appareat hujus motus principium in oriente; tamen hujus motus<sup>2</sup> principium non sufficienter demonstrat infinitatem divinæ virtutis; unde dicit: *Si ad orientem iero*, scilicet progressu meae considerationis, quasi considerans principium motus firmamenti: *Non apparet*, scilicet sufficienter per hanc considerationem. Secundus<sup>3</sup> autem effectus divinæ virtutis in rebus corporalibus est motus planetarum, qui est ex adverso motus firmamenti; unde principium est in occidente, ex quo etiam non sufficienter potest considerari virtus divina: unde subdit: *Si ad occidentem*, scilicet iero, considerans principium motus planetarum, *Non intelligam illum*. Et valde signanter loquitur: hic enim motus magis intelligitur ex diversitate situs planetarum, quam appareat oculis: ex parte autem septentrionali non videtur esse principium nobis nisi tenebrarum, quia versus illam partem sol nunquam accedit. Tenebrae autem impediunt actionem, secundum illud Joan. ix, 4: *Venit nox, quando nemo potest operari*

unde subdit, *Si ad sinistram*, scilicet per considerationem, *Perrerero, quid agam?* idest non inuenio ibi nisi defectum actionis. Unde nullum vestigium dabitur ad eum cognoscendum; unde subdit: *Non apprehendam eum*, etiam qualitercumque. Ex parte vero meridionali est nobis principium lumen propter corpora luminalium ex illa parte nobis apparentium; unde subdit, *Si me vertam*, idest per considerationem: *Ad dexteram*, idest ad partem meridionalem cœli: *Non videbo illum*; quasi dicat, inveniam ibi lumen corporale, per quod tamen ipse videri non potest. Et quamvis ipso sic me latet; eum tamen non latet, quæ circa me aguntur; unde subdit, *Ipse vero scit viam meam*, idest totum processum vitæ meæ: quod videtur Job dicere contra id quod Eliphaz supra induxerat ex persona impiorum, quasi imponendo illud Job: *Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat*. Et quia posset aliquis dicere, si scit viam tuam, ergo propter peccata tua te punivit ipse respondeat, *Et probabit me quasi aurum, quod per ignem transit*, Ubi primo manifeste exponit causam sue adversitatis, qua: fuit ei inducta ut ex ea adprobatus hominibus appareret, sicut aurum adprobatur, quod potest ignem sustinere: et sicut aurum non sit verum aurum ex igne, sed ejus veritas hominibus manifestatur; ita Job per adversitatem probatus est, non ut ejus virtus appareret coram Deo, sed ut hominibus manifestaretur. Dicit autem, *Probabit*, de futuro, quasi exhibens se per patientiam et ad futuram examinationem. Quod autem non sit punitus pro peccato præcedenti, probat per rectitudinem vitæ suæ. Ubi considerandum est, quod unumquodque ostenditur rectum per hoc quod sue regulæ conformatur. Est autem duplex regula humanæ vitæ. Prima quidem est lex naturalis a Deo mentibus hominum impressa, per quam naturaliter homo intelligit quid est bonum ex similitudine divinæ bonitatis. In quo primo attendendum est, quod homo secundum suum posse imitetur in suis affectionibus et

<sup>1</sup> Al.: meridiem et septentrionem. — <sup>2</sup> Al. deest: motus. — <sup>3</sup> Al.: e sensu. n.

operibus divinae bonitatis operationem, secundum illud Matth. v, 48 : *Estote perfecti, sicut et Pater vester coelestis perfectus est*; et Eph. v, *Estote imitatores Dei sicut filii carissimi*; unde dicit : *Vestigia ejus, idest aliqua, licet ex parva parte similitudinem bonitatis divinae operantis : Secutus est, scilicet per imitationem : Pes meus, idest affectus meus, quo ad operaundum procedimus. Secundo requiritur, quod aliquis tota mente sollicitudinem adhibeat ad dominum imitandum : unde subdit, Viam ejus custodivi, quasi sollicitus, ne ab ea recedam. Tertio requiritur, quod homo in ea perseveret, et totaliter in ea maneat, non ex parte ; unde subdit, Et non declinavi ex ea, idest ex nulla parte recessi. Secunda autem regula humanæ vitæ est lex exterior, divinitus tradita : contra quam homo peccat dupliciter : uno quidem modo per contemptum : et contra hoc dicit, A mandatis labiorum ejus non recessi : fuerunt enim Noe aliqua præcepta divinitus data, et forte aliquibus aliis sanctis viris, in quorum labiis Deus loquebatur. Secundo aliquis peccat contra legem Dei per ignorantiam vel oblivionem : et contra hoc subdit, Et in sinu meo, idest in occulto cordis mei : Abscondi verba ejus, secundum illud Ps. cxviii, 44 : In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Et ne aliquis dicere hanc probacionem quam induxit ex rectitudine sue vitæ, non esse convenientem, ostendit consequenter quod de divinis iudiciis certissima et demonstrativa probatio induci non potest, propter incomprehensibilitatem divinae voluntatis. Subdit, Ipse enim solus es, quasi non habeat aliquam creaturam similem vel aqualem, quæ cum comprehendere possit, et per consequens nec ejus voluntatem ; unde subdit, Et nemo advertere potest, idest per certitudinem cognoscere Cogitationes ejus, idest dispositiones judiciorum ipsius. Et sicut non*

potest comprehendi ejus dispositio, ita neque ei potest ab ulla creatura resisti ; unde sequitur : *Et anima ejus, idest voluntas ejus, Quodcumque voluit hoc fecit, quasi nullo resistere valente. Contingit autem quandoque, maxime in aliquo sapiente, qui voluntatem suam moderatur secundum suam virtutem, ultra quam facere non potest ; sed hoc ideo excludit, cum subdit, Cum expleverit in me voluntatem suam, et alia multa similia præsto sunt ei; quasi dicat quod mihi ultra adversitatem non inducat, non est quia ultra non possit, sed quia ultra non vult. Et idcirco, quia scilicet scio, quod ultra facere potest, et non possum advertere utrum ultra facere velit. Turbatus sum, idest turbatione timoris ; unde subdit, Et considerans eum, idest potentiam ejus : Timore sollicitor, ne scilicet adhuc me probaturus sit adversitate graviori. Causam autem hujus sollicitudinis formido lossæ assignat per hoc, quod est expertus in se divinam percussionem ; undo subdit, Deus mollivit cor meum, quasi liquefaciens ipsum, firmitate securitatis sublata : Et omnipotens conturbavit me, idest per omnipotentiam suam perturbationem tristitia de praesentibus malis, et timorem de futuris induxit. Quare autem timeat in futurum, cum non sit sibi consciens de culpa, ostendit subdens. Non enim perit, idest adversitatem passus sum : Propter imminentes tenebras, idest errores vel peccata, quæ quidem imminentie dicuntur, quando in mente hominis confirmantur, puta cum quis ex malitia peccat. Contingit autem quandoque, quod malitia in homine non firmatur ; sed ex aliqua subita passione, puta concupiscentia vel ira, ad peccatum impellitur : et hoc a se excludit subdens, Nec faciem meum operari caligo : quasi enim 'caligat oculus rationis, quando propter passionem iudicium ejus in opere particulari decipitur.*

## CAPUT VIGESIMUM QUARTUM

## LECTIO I

*Ab omnipotente non sunt abscondita tempora; qui autem uocerunt eum, ignorant dies illius. Alii transuerterunt, diripuerunt greges, et parverunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, et abstulerunt pro pignore bovem vidue. Subverterunt pauperum viam, et oppreserunt pariter manus terrae. Alii quasi onagri in deserto egrediorunt ad opus suum, vigilantesque ad praedam preparant panem liberis. Agrum non suum demerunt, et vineam ejus, quem vi oppresserunt, vindemiant. Nudos dimicunt homines indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Quos imbræ montium rigant: et non habentes velamen amplectantur lapides. Vim fecerunt deprendentes pupillos, et vulnus pauperem spoliaverunt. Nudis et inreditibus absque vestitu et esuriensibus tulerunt spicas. Inter acervos cornu meridiani sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. De cibitibus fecerunt viros genere, et anima vulneratorum clamavit: et Deus inultum abiit non patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas illius. Mane primo consurgit homicida, interficit egenum et pauperem: per noctem vero erit quasi fer. Oculis adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus et operiet vultum suum. Perfidit in tenebris domos, sicut in die condiderant sila, et ignoraverunt lucem. Si subito apparuerit aurora, arbitratur umbram mortis: et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Lewis est super faciem aqua: maledicta sit pars ejus in terra, nec ambulet per viam vinearum. Ad nimum calorem traxiet ab aquis nivium, et usque ad inferos peccatum illius. Obliviscatur ejus misericordia, dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed contenterunt lignum infractiosum. Pavit enim sterilem, et que non parit: et vidua hene non fecit. Detraxit fortis in fortitudine sua; et cum steterit, non credat vita sua. Dedit ei Deus locum penitentiae, et ille abutitur eo in superbia: oculi autem ejus sunt in viis illius. Elevati sunt ad modicum, et non subsistunt, et humiliabuntur sicut omnia, et auferuntur; et sicut summaties spicarum conterentur. Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, et ponere ante Deum verba mea?*

In praecedenti capitulo Job se non esse propter malitiam punitum dixit, ut Eliphaz asseverat; nunc autem vult manifestare, quod non existimat Deum non habere curam rerum humanarum, sicut Eliphaz ei imponebat. Est autem considerandum quod aliqui ponebant Deum humanarum rerum notitiam et curam non habere propter distantiam ejus a nobis: credebat enim, quod sicut propter hujusmodi distantiam nos cum cognoscere

non valamus, ita nec ipse nos. Sed hoc ipse primo excludit dicens, *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora*, quasi dicat: Quamvis omnipotens sit extra temporum mutabilitatem, ipse tamen temporum cursum cognoscit. Isti vero qui sunt in tempore, ita cum cognoscunt, quod tamen modum aeternitatis ejus comprehendere non valent; unde subdit, *Qui autem uocerunt eum*, idest homines temporales, ejus notitiam qualemcumque habentes, vel naturali cognitione, vel per fidem, vel aliqua majori sapientiae illustratione: *Ignorant dies illius*, idest comprehendere non valent modum aeternitatis ejus. Et quia dixerat, temporalium cursum Deo ignotum non esse, consequenter ostendit qualiter temporalia iudicat, premittens diversas hominum culpas. Quorum quidam fraudulenter aliis inferunt nocimenta; unde dicit: *Alii*, scilicet inter homines, *Terminos transuerterunt*, furtive mutantes possessionum confinia, et similia fecerunt in animalibus quæ gregatim pascuntur; unde subdit: *Diripuerunt*, scilicet furtive: *Greges*, scilicet alienos: *Et paverunt eos ut sic videantur esse eorum*; et eorum culpam aggregat vel exaggerat ex conditione personarum quibus inferunt nocimenta. Consueverunt enim homines misereri pupillorum propter defectum etatis, et carantiam sustentationis parentum: et contra hoc dicit, *Asinum pupillorum abegerunt*, idest aberrare fecerunt, ut cum raperent, non miserantes pupillum. Similiter etiam viduarum consueverunt homines misereri propter fragilitatem sexus, et quia destituta sunt virorum solatio; sed contra hoc subdit, *Et abstulerunt pro pignore bovem vidue*, quasi sub quodam colore justitiae eam gravantes. Consueverunt etiam homines misereri pauperum, qui divitiarum sustentatione carent; et contra hoc subdit, *Subverte-*

*runt pauperum viam* : id est abstulerunt eis facultatem sibi necessaria procurandi, eos multipliciter molestando. Solent etiam homines desistere a nocturno eorum quia illis nocere non conuererunt, sed inter alios suavitate conversantur ; et contra hoc subdit, *Et oppresserunt pariter mansuetos terræ*, qui scilicet nec provocari, nec provocare alios noverant. Sunt etiam quidam qui non fraudulenter, ut praedicti, sed per manifestam violentiam aliis nocent : qui ad mala facienda prorumpunt, quasi nulla disciplina legis contineantur : de quibus subdit : *Alii quasi onagri in deserto*, id est asini silvestres, qui hominum servituti non subsunt : *Egreditur ad opus suum*, id est ad latronicum, cui quasi proprio operi sollicite intendunt : unde subdit : *Vigilantesque ad prædam*, scilicet diripiendam : *Præparant panem liberi*s, scilicet suis, ex præda direpta. Deinde genus præda determinat, subdens : *Agrum non suum demetunt*, scilicet per violentiam messes alienas colligentes : *Et vineam ejus quem vi oppresserunt, vindemiant* : quia scilicet prius aliquem opprimunt ad hoc quod ejus bona liberius rapiant ; nec solum exteriora bona per violentiam abstrahunt, sed etiam ea que jam sunt ad usum corporis fovendi assumpta ; unde subdit : *Nudos dimittunt homines*, id est nihil eis relinquunt, *Indumenta tollentes*. Et ut magis exageret hujusmodi rapinas culpam, subjugit afflictiones quas ex nuditate patiuntur ; unde dicit, *Quibus non est operimentum in frigore* : esset enim aliquatenus tolerabile, si aliunde possent nuditati subvenire : nec solum indumenta sunt necessaria ad calefaciendum contra frigus, sed etiam ad tegumentum contra pluviam. Unde oportet a latronibus dannatos non solum frigore affligi, sed etiam pluvia perfundi : et hoc est quod subdit : *Quos imbres montium rigant* : solent enim homines ad loca montana quasi ad tentoria<sup>1</sup> confugere pro timore latronum vel hostium, ubi propter aeris frigiditatem, et frequenter et graviores sunt pluviae, maxime nudis hominibus. Est autem qualemque nuditatis remedium, si ille qui vestimentorum operimentum

nou habet, saltem operimento domus non careat ; sed contra hoc subdit, *Non habentes volumen*, scilicet vestimenti, nec domus, *Amplexantur lapides*, id est abscondunt se in cavernis lapidum quae inueniuntur in locis montanis. Ulterius autem exaggerat eorum culpam ex condizione miserabilium personarum quas gravant : nudo subdit : *Viri fecerunt deprædantes pupillas*, qui scilicet magis erant sustentandi : *Et vulgum pauperem spoliaverunt*, cui scilicet magis erat subveniendum. Esset autem nesciuntem tolerabile, si saltem habentibus sufficientia subtrahere vellent : et ideo ad majorem aggregationem iniquitatum eorum subdit, *Nudis*, id est non habentibus vestimenta : *Et incidentibus absque vestitu*, id est præ nimia necessitate etiam ad publicum sine vestibus nudis procedentibus, quod pertinet ad magnam iuopiam vestitus. Et ut ostendat etiam in victu eos inopiam pati, subdit, *Et esurientibus*. His autem nihil magis auferre possunt ; sed et id modicum quod habent, eis surripere non verentur ; unde subdit : *Tulerunt spicas* ; quasi dicit, Non tulerunt eis messem quam nou habent, sed alias paucas spicas quas sibi collegerant : et si forte in aliquo abundare videantur, illud subtrahunt, non pensantes quantum penuria in aliis patiuntur ; unde subdit : *Inter aceros frugum*, scilicet eorum, *Meridiati sunt*, id est in meridie quieverunt, quasi lascivientes de bonis eorum : *Qui cœdatis torcularibus sitiunt*, id est, qui statim post vindemiam modicum habent de vino. Nec solum homines spoliant in rebus exterioribus, sed etiam lardunt in personis ; unde subdit : *De civitibus fererunt viros genere* : quia scilicet quibusdam lesis, multi ex civibus conturbantur, et ipsi qui lesi sunt, conqueruntur ; unde subdit : *Et anima vulnerorum clamobunt*. *Et Deus*, a quo scilicet non sunt abscondita quae in tempore aguntur, *Inultum abiit non patitur* : quod scilicet non esset, si de rebus humanis providentiam non haberet. Causam autem quare Deus hoc inultum abiit non patitur, ostendit per hoc, quod non per ignorantiam, sed per malitiam pec-

<sup>1</sup> AL. : « quasi viciniora. »

cant, ex qua sapientiam odium ipsorum peccata arguentem; unde subdit: *Ipse fuerunt rebelles lumini, scilicet ex proposito agentes contra id quod eis lumen rationis dicit.* Sicut autem sapientia praeoccupat eos qui eam concupiscent, ita fugit ab eis, qui ei reuertuntur: unde subdit: *Nescierunt vias ejus, idest habentes sensum per multiam depravatum, non potuerunt sapientiae processus cognoscere.* Vel nescierunt, idest non adprobaverunt, nec experiri voluerunt sapientiae mandata; et impenitentiam eorum demonstrat subdens: *Nec reversi sunt per semitas illius:* illi quidem per semitam sapientiae revertuntur, qui etsi sapientiae peccando rebellent, tamen paenitendo ad sapientiam revertuntur. In signum autem quod spirituali luminis sapientiae divinae repugnent, inducit, quod et humani exterius detestantur, tenebras amantes, secundum quod Jo. iii, dicitur, *Omnis qui male agit, odit lucem:* unde et hoc subditur: *Mane primo,* ad hoc scilicet existentibus tenebris: *Consurgit homicida et interficit egenum et pauperem:* quia scilicet illa hora nondum communiter homines vadunt per viam, sed aliqui pauperes necessitate ducti praeoccupant tempus operis, quibus latrones insiduntur in via. Ad hoc autem quod de dominis aliquid furtive surripiant, profundiioribus indigent tenebris: unde subdit: *Per noctem erit quasi fur,* scilicet spolians domos, quia ei primo mane facere tutum non esset, quia tunc homines evigilare incipiunt. Item autem in adultero ostendit, subdens, *Oculus adulteri,* qui scilicet insidiatur alieno toro: *Observat caliginem,* ut scilicet deprehendi non possit; unde subdit dicens: *Non videbit me oculus,* idest in hoc proposito observat caliginem, ne cuiusquam oculo videatur. Et quia non sufficit ei occultatio noctis, adhuc alias occultandi artes assumit; unde subdit, *Et operiet vultum suum,* qualicumque mutatione habitus. Et sicut ad incipiendum opus observat caliginem, ita etiam opus exequitur in tenebris: unde subdit: *Perfodiunt in tenebris domos,* scilicet qualicumque fraude, vel violentia,

obstacula auferentes: *Sicut in die condixerant sibi,* scilicet adulteri et adulterii: *Et ignoraverunt lucem,* idest abjecerunt in tota excepcione nefarii operis: *Si subito,* quasi ex impræmeditato, quia tempus eis brevis videtur, dum carnali delectationi vacant: *Apparuerit aurora,* quae est diurnae lucis principium: *Arbitrantur unquam mortis,* idest existimant eam odiosam sicut umbram mortis, dum se vident suas lascivias ulterius non posse protrahere. Solent autem homines dupliceriter a suis operibus impediti: uno modo, quando non propiciant rei eventum; alio, quando habent in suo proposito debile fulcimentum. Sed adulteri qui ex concupiscentia ducuntur, e contrario, primo quidem inconsiderate se perieulis ingerunt, quamvis ignorant quid sequatur: et ad hoc significandum dicit. *Et sic in tenebris,* idest in dubiis et obscuris: *Quasi in luce,* scilicet in manifestis: *Ambulant,* idest procedunt. Secundo ex re modica et fragili magnam fiduciam capiunt; unde subdit: *Levis est* scilicet adulteri: *Super faciem aquæ:* quasi dicat, adeo leviter movetur, ut videatur ei quod per aliqua mollia, sicut est aqua, possit pertransire ad suum propositum prosequendum: vel ad litteram, quod dicit: *Sic in tenebris quasi in luce ambulant,* potest referri ad hoc, quod uterque, scilicet adulteri et adulteria, sua opera in tenebris agere amant; quod vero subdit, *Levis erit super faciem aquæ,* resurgent spiritualiter ad adulterum cui propter impetum concupiscentiae videtur quod etiam super aquam et super qualcumque difficultatem vel adversitatem, leviter pertransire possit, ad hoc, quod perveniat ad fruitionem rei concupitæ.

Enarratis ergo diversis generibus peccatorum, subjungit de poena: et primo quidem quantum ad poenam praesentis vitae, cum subdit, *Maledicta sit pars ejus in terra:* illud enim unicuique pars esse videtur, quod quasi potissimum bonum desiderat; peccator autem in rebus terrenis quasi in sua parte ultimum finem constitut, secundum illud Sapient. ii: *Hæc est pars nostra, et hæc est sors.* Quæ quidem maledicta est, quia bona hujus

<sup>1</sup> Al.: \* scilicet adulteria. \*

mundi, quibus male utitur, ei vertuntur in malum: et hoc manifestat subdens, *Nec ambulet per viam vinearum: solent enim viæ vinearum umbrosæ esse, per consequens temperatae vineæ etiam temperatum locum requirunt: nam in locis nimis frigidis destruantur per glaciem, et in locis nimis calidis adurantur per calorem.* Impius ergo per viam vinearum non ambulat, qui rebus hujus mundi moderate non utitur, sed quandoque declinat ad unum extremum, quandoque ad aliud; et quantum ad hoc subdit: *Ad nimum calorem transit ab aquis nivium:* quasi a contrario vito in contrarium transeat, quod in medio virtutis non manet: et ista poena consequitur omnes malos, quia inordinatus animus sibi ipsi est pena, ut Augustinus dicit in *I Conf.* Deinde ponit penam quæ erit post mortem, cum subdit: *Et usque ad inferos peccatum illius;* quasi dicat: Non solum in terra pars ejus maledicatur, dum inordinate utitur rebus mundi, sed etiam per hoc in inferno penas patietur: ad quas penas referri potest quod dixerat. *Ab aquis nivium etc.,* quia in inferno nulla erit temperies. Et ne erederet aliquis penas illas per Dei misericordiam finiendas, subdit: *Obliviscatur ejus, scilicet peccatoris in inferno damnavi: Misericordia, scilicet Dei, ut nunquam exinde liberetur.* Qualis autem sit illa pena, ostendit subdens: *Dulcedo illius vermis,* idest delectatio peccati, convertetur in vermem, idest conscientiae remorsum, de qua dicitur Isa, ult.: *Vermis vorum non morietur.* Unde et hujus penas interminabilitatem subdit: *Non sit in recordatione,* idest ita totaliter relinquatur a Deo sine remedio liberationis, ac si ejus esset oblitus: et ponit similitudinem, cum subdit. *Sed conteratur quasi lignum infructuosum: arbor enim quæ non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur,* ut dicitur Matth. III. Lignum autem fructuosum preciditur ut purgetur, secundum illud Joan. XV: *Omnen palmitem qui non fert fructum purgabit eum, ut fructum plus afferat.* Impii ergo puniuntur ad exterminium, justi autem ad profectum. Quare autem infructuoso ligno comparetur, manifestat

ex duobus: primo quidem, quia bona sua in res inutiles consumpsit; unde dicit, *Parit enim sterilem, et qui non parit;* et loquitur de illo qui bona sua in res inutiles consumpsit ad similitudinem ejus, qui uxorem sterilem inutiliter nutrit. Secundo, quia indigentibus non subvenit, quod ei esse poterat fructuosum; unde subdit, *Et vidua bene non fecit,* per viduam homines indigentes significat. Nec solum fuit infructuosus, sed etiam fuit nocivus, sicut lignum proferens fructus venenosos: unde subdit: *Detraxit fortes in fortitudine sua,* idest potestate sua usus est, non ad subveniendum oppres sis, sed magis ad opprimendum fortes: et hoc, quia quod aliis nocet, etiam in suum nocumentum redundat, quasi scilicet in se securam vitam agere non potest, timeus etiam laedi ab eis quos lacerat; unde subdit, *Et cum steterit,* idest cum nihil adversum passus fuerit: *Non credet vita sua,* idest non erit de vita sua securus, secundum illud quod Eliphaz supra dixerat XV: *Sonitus terroris semper in auribus ejus, et cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Causam autem quare absque misericordia sit puniendus, assignat ex hoc, quia misericordia noluit uti dum potuit; unde subdit: *Dedit ei Deus locum paenitentiarum,* scilicet differens penam; et haec est ratio quare permissus est in prosperitate aliquis diu vivere. Sed hoc quod Deus exhibuit ei in bonum, ipse pervertit in malum; unde subdit: *Et ille obutitur eo in superbiam,* non attribuens divinae misericordie quod post peccatum non statim puniatur, sed ex hoc sumit peccati audaciam usque ad Dei contemptum. Et quamvis peccator tenebras querat ad peccandum, non tamen potest facere quin videatur: unde subdit: *Oculi enim, scilicet Dei, sunt in viis ejus,* idest considerant processus ejus, quamvis in tembris ambulet; et inde est, *Quod elevati sunt ad modicum,* idest ad aliquam terram sublimitatem et caducam, Deo dante eis locum paenitentiae: *Et non subsistunt, scilicet finaliter,* quia abutuntur Dei misericordia in superbiam. Et adhibet hujus rei similitudinem. *Omnia enim que in tempore generantur, determinato*

tempore crescunt, et postea incipiunt dejeti, et tandem totiditer destruuntur; et ita contingit de impiis: unde subdit, *Et humiliabuntur sicut omnia*, quae scilicet in tempore crescent: *Et auferentur*, scilicet totaliter, quando ad summum pervererint: et adhibet similitudinem, subdens: *Et sicut summitates spicarum conterentur*. Non enim conterentur fruges quamdui sunt in herba et crescunt; sed quando jam ad perfectam maturitatem pervererunt: et sic impii non statim puniuntur a Deo, sed quando ad summum pervererunt, secundum mensuram a Deo prævisam. Hoc autem induxit ad ostendendum, quod hoc quod impii statim

non puniuntur, sed prosperam vitam agunt, non contingit ex defectu divinae providentie, sed ex hoc quod differt Deus penam in congruum tempus; et sic patet falsum esse quod Eliphaz ei calumniose imposuerat de negatione providentiae divinae; unde subdit: *Quod si non est ita sicut praedixi de punitione malorum*, sicut vos opinamini credentes semper homines id haec vita puniri pro peccatis: *Quis me potest arguere esse mentitum?* quasi, scilicet divinam providentiam denegem: *Et ponere ante Deum verba mea*, idest verba mea in accusacionem vertere coram Deo, ac si sint contra ejus providentiam<sup>1</sup>.

## C A P U T V I G E S I M U M Q U I N T U M

### L E C T I O I

Respondens autem Baldad Suhites, dixit: Potestas et terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Numquid est numerus milium eius? et super quem non surget hunc illius? Numquid justificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus de malicie? Ecce lumen etiam non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus. Quanto magis homo putredo, et filius hominis vernus?

Job in sua responsione duas calumnias suas in Eliphaz injeccerat, in precedenti sua responsione jam repulit, ostendens se neque pro peccatis puniunt, neque divinae providentiae negatorem. Ostenderat autem valde expresse, quod divinae providentiae non repugnabat, si impii in hoc mundo prosperantur, quia servatur eorum pena in aliud tempus: et ideo contra hoc ulterius resistere non potuerunt; sed alterum, scilicet quod non fuerit pro peccatis punitus, non tam evidenter ostenderat, quin potius debilitatem sua ostensionis significavit, cum dixit: *Nemo advertere potest cogitationes ejus*; et ideo contra hoc ulterius Baldad resistere mititur redarguens Job, quod se asserebat non pro peccatis suis puniunt: et quasi immemor verborum Job, quibus dixerat,

non sibi sufficiere si contra eum ex Dei fortitudine contendatur; a divina potestate disputationis suæ sumit exordium, et proponit magnitudinem divinæ potestatis duplice: primo quantum ad hoc quod potentiam exercet in superioribus creaturis, in summa pace eas conservans; unde dicit: *Potestas et terror*, idest ex qua timeri debet, *Apud eum est*, scilicet Deum; *Qui facit concordiam in sublimioribus suis*: in inferioribus enim creaturis discordia multiplex invenitur, tam in creaturis rationalibus, ut patet per contrarios motus humanaarum voluntatum, quam in creaturis corporalibus, ut ex eorum contrarietate appareat, per quam generationi et corruptioni subduntur; sed in superioribus corporibus nulla contrarietas reperitur, unde et incorruptibilia sunt: sic et superioribus intellectuales substantiae etiam in summa concordia vivunt. Haec autem summa concordia superiorum creaturarum ex potestate divina procedit, quæ superioribus creaturas in perfecta sua unitatis participatione constituit, quasi sibi propinquiores; et ideo signanter dicit, *In sublimioribus*

<sup>1</sup> AL.: « providentiam dicta. »

*suis*, idest sibi magis conformibus. Secundo commendat divinam potestatem ex iis que operatur in inferioribus creaturis, in quibus operatur per ministerium superiorum creaturarum, quarum multitudo homini est ignota; unde subdit, *Numquid est numerus militum ejus?* milites quidem Dei vocat omnes caelestes virtutes, quae divinum nutum sequuntur, sicut milites obediunt duci. Harum autem caelestium virtutum numerus ignotus est homini: et simile est, quod habetur Isaiae xl, 26. *Qui edicit in numero militiam eorum.* Et ne aliquis crederet quod caelestes virtutes non se haberent sicut milites parentes alieno imperio, sed sicut duces et principes ex suo arbitrio cuncta agentes, sicut estimaverunt multorum deorum cultores, subjungit, *Et super quem non surgit lumen ejus;* quasi dicat: Omnes caelestes virtutes per illuminationem divinam diriguntur, sicut homines per hoc quod super eos surgit lux solis.

Proposita ergo potestate divina, accedit ad propositum dicens: *Numquid justificari potest homo comparatus Deo?* quasi dicat: Ex quo Deus tam magnus est et in iustitia praeclens, ut etiam in sublimibus concordiam faciat quae est iustitiae effectus, secundum illud Isa. xxxii<sup>a</sup> *Opis justitiae pax*, omnis iustitia hominis divinae iustitiae comparata quasi nihil reputabitur: nec solum Deo homo comparatus non potest justus videri, sed quod plus est, ei comparatus, appetit

injustus: sicut in comparatione ad res pulcherrimas, quae quamvis pulchritudinem habeant, videntur immundæ; unde subdit, *Aut apparere mundus natus de muliere?* quod signanter dicit, quia ex hoc ipso quod homo de muliere per concupiscentiam carnis nascitur, maculam contrahit. Hoc autem quod dixerat, consequenter per simile confirmat, cum subdit, *Ecce etiam luna non splendet, et stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus.* Ubi considerandum est, quod de sole mentionem non facit, quia non appetit sensibiliter quod ad praesentiam majoris luminis lumen ejus obtinebretur; sed luna et stellæ etiam ad praesentiam corporalis solis obfuscantur: unde multo magis earum claritas quasi obscuritas quædam est immensitatí divini luminis comparata; et ex hoc concludit propositum, subdicens, *Quanto magis homo putredo, et filius hominis vermis?* scilicet non potest reputari splendens splendore iustitiae, si divina iustitia comparetur: neque mundus per innocentiam, si comparetur puritati divinae. Signanter autem hominem putredini comparat quasi ex materia existentem putrefactioni vicina: et filium hominis vermi, quia vermis ex putredine generatur. Hoc autem inducit ad ostendendum, quod homo non potest, quantumcumque justus et innocens, iustitiam et innocentiam suam proponere, quasi nihil reputatam in comparatione ad Deum, cum agitur de divino iudicio.

## CAPUT VIGESIMUM SEXTUM

## LECTIO I

Respondens autem Job, dixit, *Cujus auditor es? numquid imbecillus, et sustentas brachium ejus qui non est fortis? Cui dedisti cōsūlūm? forsitan illi qui non habet sapientiam? et prudentiam tuum ostendisti plurimam? Quem docere voluisti? numquid enim qui fecit sp̄iramentū? Ecce gigantes genuit sub aquis, et qui habitant eum eis. Nulus est infernus coram illo; et nullum est experimentum perditionis. Qui extendit apud eum super vacuum,*

*et appendit terram super nūlibū. Qui ligat aquas in nūlibū suis, ut non erumpant pariter deorsum. Qui tenet vultū solo sui, et expandit super illud nūbulū suum. Terminum circumdediit aquas, ut que dūm fluantur lux et tenebra. Columnas celi contremunt, et pavent ad autūm ep̄s. In fortitudine illius repente maria congregata sunt, et prudentia ep̄s percussit superbum. Spiritus ejus ornat celos, et obsecrante manu ejus, eductus*

(a) Textus ille non invenitur apud Tsai, cap. xxxii,

sed legatur apud Jacob. III, 48: *Fructus autem iustitiae in pace seminatur.*

est coluber tortuosus. Ecco hanc est parte dicta sunt viarum p̄jus; et cum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Baldad in verbis praemissis Job convincere voluit ex consideratione divinae potestatis omnibus tremenda, respectu cuius nullus potest justitiam aut innocentiam pretendere, ut se asserat absquo peccato punitur: unde Job triplicem responsionem subjungit: quarum prima specialiter est contra Baldad, qui Job terrere couatus fuerat ex consideratione divinae potestatis. Solent autem homines non ratione contra aliquem condemnatum ententes, sed judicis potentiam et sapientiam allegantes, hoc facere in judicis favorem. Adhibetur autem favor aliqui personae duplice: uno modo propter defectum potentiae illius cui favetur; alio modo propter defectum sapientiae. Quantum ergo ad primum dicit, *Cujus adjutor es, numquid imbecillis?* quasi dicat: Haec que locutus es, non secundum viam rationis, sed quasi in Dei favorem, numquid ad hoc dixisti ut ferres auxilium quasi infirmo? Adjuvare autem videtur aliquem qui ejus operationem defendit; unde subdit, *Et sustentas brachium ejus, qui non est fortis?* quasi dicat: Numquid vis tu iis verbis defendere operationem qua punitus sum ab eo, ac si non esset fortis ad se defendendum? Deinde quantum ad favorem qui alicui adhibetur propter defectum sapientiae, considerandum est, quod hic favor est duplex: minus quidem ex hoc quod consilium datur alicui circa res agendas; et quantum ad hoc dicit, *Cui dedisti consilium?* Videtur aliquis alicui consilium dare, quando ejus causam sine ratione defendit; non autem consilio Dens indiget qui est in sapientia perfectus; unde subdit, *Forsitan illi qui non habet sapientiam?* quasi dicat: Numquid dubitas Deum sapientiam non habere, ut tam stulte pro eo loqarisi? Qui autem sapienti consilium dat, videtur hoc facere ad suam sapientiam ostendendam; unde subdit: *Et prudentiam tuam ostendisti plurimam?* quasi dicat, Numquid per hoc voluisti tuae prudentiae abundantiam os-

tentare? Alius autem modus favoris contra defectum sapientiae est, ut quis instrual ignorantem circa sciencia; et quantum ad hoc subdit: *Quem docere voluisti:* visus es enim Deum docere, inquantum ejus potentiam contra me allegasti; sed ipse doceri non indiget, qui est totius humanae scientiae causa; unde subdit: *Nomine eum qui fecit spiramentum?* idest qui creavit humanam animam, per quam homo et intelligit et spirat: una enim et eadem anima est, quae per intellectum scientiam percipit, et per alias vires corporis vivificat.

Deinde ne videatur in aliquo potentiae Dei derogare, commendat ipsum multo diffusus quam Baldad, enumerans multis effectus divinae potentiae: et incipit ab iis qua potenter fecit in genere humano circa diluvium: legitur enim Gen. vi, quod gigantes erant super terram in diebus illis: et postea subditur: *Cumque vidisset Deus terram esse corruptam, omnis quippe caro corruperat rium suam super terram, dixit ad Noe: Finis universa carnis venit coram me;* et postea subdit, *Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, et interficiam omnem carnem.* Hunc ergo effectum divinae potentiae ostendit subdens: *Ecce gigantes, scilicet antiqui: Gemunt scilicet in pœnis inferni: Sub aquis,* idest qui fuerunt submersi aquis diluvii. Et quia non soli ipsi perierunt, sed multi alii cum eis: ideo etiam postea subjungit, *Et qui habitant cum eis, scilicet similiter gemunt, scilicet a virtute potestatis ipsius.* Et ne aliquis erederet quod divina providentia se extenderet solum ad judicandos homines in hac vita, non autem post mortem, silent amici Job sentire videbantur; ad hoc excludendum subdit, *Nudus est infernus coram illo;* quasi dicat: Ea que in inferno aguntur conspicua sunt oculis ejus, et secundum ejus judicium aguntur: unde ad huiusmodi expositionem subdit: *Et nullum est operimentum perditioni,* idest iis qui sunt perdit in inferno, ut possint ab oculis Dei occultari, sicut occultantur a nobis.

Deinde enumerat effectus divinae potentiae in rebus naturalibus: et incipit ab extremis, scilicet a cœlo et terra, in

quorum utroque aliquid appareat ex divina potentia institutum quod humanas vires excedit. Secundum autem id quod sensibiliter appetet, videtur cælum extensem esse super terram, sicut quoddam tabernaculum; terram autem esse sub cælo, sicut tabernaculi pavimentum. Quicunque autem tabernaculum erigit, aliquid supponit quo tabernaculum sustentatur; sed hoc in cælo non appetet; non enim videtur aliquid cælum sustentans, nisi virtus divina; unde dicit, *Qui extendit aquilonem super vacuum: per aquilonem intelligit superioris hemisphaerium quoad nos: nobis enim aquilonaris polus super orientem elevatur: australis vero sub horizonte deprimitur; unde dicit: Aquilonem extendit super vacuum,* quod de superiori emisphærio celi nihil nobis appetet, nisi spatiū aere plenum, quod vulgares homines reputant vacuum: loquitur ejus secundum existimationem vulgarium hominum, prout est mos in sacra Scriptura. Sic etiam, qui pavimentum facit, super aliquod ipsum firmat; terra autem quæ est quasi celi fundamentum, non appetet super aliquod firmata, quod eam possit sustentare, sed sola Dei potentia sustinetur; unde subdit, *Et appendit terram super nihilum.* Haec autem non ita dicuntur quasi cælum sit ponderosum, ut indigat sustentamento, ne cedat; aut terra possit descendere nisi usque ad centrum; sed ipsas naturales virtutes quibus in suis locis corpora naturaliter continentur, ex divina potestate processisse significat: sicut enim motus violentus est a potestate humana, ita inclinatio naturalis est ex virtute divina, qui est naturæ principium.

Deinde enumerat effectus divinae potentiae in spacio medio quod est inter cælum et terram: et primo in aere, in quo hoc admirabile videtur: quod aqua in aere suspenderat, vaporaliter elevata, et non tota simul cedit, sed guttatum, ut appareat in pluviosis; unde dicit: *Qui ligat aquas in nubibus suis;* idest ejus virtute causatis: *Ut non erumpant,* scilicet aquæ pluviarum, *Pariter deorsum,* sed guttatum

secundum quod expedit ad temperiem terræ, quasi divina virtute illud quod remanet in nubibus esset ligatum, ut non a principio cedat: fit enim divina virtute, ut vapores non simul condensentur, ut oporteat simul eos in aquam conversos pariter cadere, pluviosis ex nubibus deorsum cadentibus, remanent quedam vaporum reliquias ex quibus nebulae generantur, per quas nobis legitur cælum, quod est quasi solium Dei secundum illud Isa. nlt 4: *Cælum mihi sedes est*<sup>a</sup> et quantum ad hoc subdit: *Qui tenet vultum solii sui,* idest qui tenet quasi occultatum faciem soli, quod est solium ejus: et hoc per nebulas, quibus prohibemur cælum videre; unde subdit: *Et expandit super illud nebulum suum,* idest ejus virtutem productam.

Deinde ostendit effectum divinae potentiae in aquis, eum subdit: *Terminum circumdedit aquis:* aquæ enim secundum elementorum naturalem ordinem undique terram operire deberent; sed quod aliqua pars terre remaneat discooperta ab aquis hoc factum est divina virtute, quæ usque ad certum terminum terram fecit operari ab aquis; et hoc præcipue videtur ad oceanum pertinere, qui undique terram circumdat; et propter hoc subdit: *Usque dum finiantur lux et tenebrae:* sumit enim lucem dici et tenebras noctis, sole accedente vel recedente ab hemisphærio superiori, quod supponitur nostra terra habitabili, quæ quasi undique oceano concluditur. Vel potest intelligi, quod terminus aquarum intransmutabilis permanebit, manente hoc statu mundi, in quo est successio lucis et tenebrarum.

Sic ergo enumeratis effectibus divinae potentiae in corporalibus creaturis, ostendit ejus effectum in creaturis spirituibus, quas vocal columnas celi, quia scilicet eorum officio administratur motus calorum; unde dicit, *Columnæ celi,* scilicet angelii: *Contremiscunt, et pavent ad nutum ejus,* idest obedient ei ad nutum: et loquuntur ad similitudinem alienius ad nutum obedientis Domino propter timorem et tremorem ipsius; ut timor<sup>b</sup>

(a) In actibus apostolorum: *Columnæ mihi sedes*

*est.* — <sup>c</sup> Al.: \* amor. \*

referatur ad animam, tremor ad corpus, Non est autem putandum, quod inferatur angelis timor paenit, sed eorum reverentia ad Deum hic timor notatur; et sic pavor referunt ad affectum, tremor autem ad exteriorem effectum. Et quia in angelis aliqui sunt qui a debita Dei reverentia discesserunt, de quibus supra iv, dictum est: *In angelis suis reperit pravitatem*; ideo consequenter de distinctione honorum et malorum angelorum subjungit. Creditur autem simul cum distinctione creature corporalis etiam creature spiritualis distinctionem fuisse; et ideo ad insinuandam distinctionem creature spiritualis praemittit de creatura corporali, dicens: *In fortitudine illius repente maria congregata sunt*, secundum illud Gen. i, 9: *Congregantur aquæ, que sunt super terram, in locum unum, et apparet arida.* Et sicut creature corporales sunt distinctæ divina virtute, ita etiam creature spirituales; unde subdit: *Et prudentia ejus percussit superbum.* Per virtutem prudentie ipsius diabolus superbiens de sua gloria privatus est; et sic eo percesso, bonis angelis sunt spiritualia dona augmentata; unde subdit: *Spiritus ejus ornavit caelos*, idest caelentes spiritus, ornamenti scilicet spiritualium donorum. Non erat autem conveniens, ut percussus per privationem glo-

rii, cum ornatis per Spiritum sanctum remaneret; unde subdit, *Et obstetricante manu ejus, eductus est*, idest a societate honorum angelorum: *Coluber tortuosus*, idest diabolus, qui colubro comparatur propter malignitatis venenum, et tortuosus dicitur propter calliditatem, Signanter autem dicit eum eductum obstetricante manu Dei: sicut enim obstetrix educit infantem, quandoque mortuum, ut mater non ledatur, ita Deus sic eduxit diabolum de medio angelorum, ut honorum angelorum societas in nullo detrimentum sit passa. Et ne aliquis crederet hos effectus, licet sint magni, divinam potentiam adæquare, subdit: *Ecce hec ex parte sunt dicta viarum ejus*, idest operum ejus, quibus et nos in Dei cognitionem ascendimus, et Deus nobis se quodammodo communicat. Et ne videantur haec, et si non totam divinam potentiam adæquare, tamen magna ex parte ad ejus æqualitatem accedere, subjungit: *Et cum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit toni truui magnitudinis illius intueri?* quasi dicit: *Omnis quæ nunc dicta sunt de effectibus divinæ potentiae, minor est comparatio ad divinam potentiam, quam unius parvi sermonis, quasi silenter stillantis, ad maximi tonitruui sonum.*

## C A P U T V I G I S I M U M S E P T I M U M

### L E C T I O I

Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit: Vivit Deus, qui abstulit judicium meum: et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. Quia donec supereret halitus in me, et spiritus Dei in naribus meis, non loquenter labia mea iniuritatem, nec lingua mea meditatibitur menaciam. Absit a me, ut justos vos esse judicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. Justificationem meam, quam corpori tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit ut impius inimicus mens, et adversarius meus quasi iniquus. Quae est enim spes hypocrita, si avare rapiat, et non liberet Deus quinam ejus? Numquid Deus audiet clamorem

ejus, cum venerit super eum angustia? Aut poterit in omnipotente delectari, et invocare Deum omni tempore? Docbo vos per manum Dei, quæ omnipotens habent, nec abscondam. Ecce vos omnes nostis; et quid sine causa vana loquimini? Haec est pars hominis impii apud Deum, et hereditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint illi ejus, in gladio erunt: et nepotes ejus non saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex eo sepelientur in interitu; et videtur illis non plorabunt. Si comportaverit quasi terra argentum, et sicut lutum preparaverit vestimenta, preparabit quidem, sed justus vestietur illis, et argenteum innocens dividet. Edificavit sicut tinea

<sup>1</sup> Al. : « providentia. »

domum suam, et sicut custos fecit umbraclum. Dives cum dormierit nihil secum afferet : apertis oculis suis, et nihil inveniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia : nocte opprimeat eum tempestas. Tollit eum ventus urens, et auferet, et velut turbo rapiet eum de loco suo. Et mittet super eum, et non parcat ; et de manu ejus fugient, fugiet. Stringet super eum manus suas ; et sibilabit super illam intuens locum ejus.

In præmissis verbis Job confutaverat verba dicta Balaad, qui contra eum divinam potestatem allegaveral, quasi Job ejus magnitudinem ignoraret ; finita autem sua responsione, intelligitur expectare ut tertius amicorum, scilicet Sophar, more solito, suo ordine responderet. Sed quia ille quasi convictus, tunc tacuit, Job iterato sermonem assumit, et per aliam rationem ostendit non esse contra divinam providentiam si mali in hoc mundo prosperrantur, et boni adversitates patientur ; unde dicitur, *Addidit quoque Job, postquam scilicet ei nullus respondebat, Assumens parabolam suam* : quia scilicet per similitudines loquebatur ad modum parabolæ inducentium. Antequam autem propositum ostendat, se in amicorum sententiam nunquam transiturum esse denunciat : et ad hujus firmitatem juramentum premitit ; unde subdit, *Et ait, Vicit Deus, qui abstulit judicium meum,* supposita scilicet vestra sententia, qua asseritis ad justitiam divini iudicii pertinere, ut adversitates presentes non nisi peccatoribus inducat : et ideo ad expoundendum in quo judicium suum dixerit, subdit, *Et omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animam meam, idest qui absque culpa præcedente mihi adversitates exteriores induxit, ex quibus amaritudinem in anima patior, nec tamen ab ejus reverentia et amore discedo, patet ex hoc quod per ipsum juro. Inducit autem prædictum juramentum ad hoc quod subditur, Quia donec superest halitus in me, idest donec habeo vitam, que per respiracionem conservatur. Et ut ostendat se vita beneficium a Deo recognoscere, subdit, Et spiritus Dei in naribus meis : respiratio enim præcipue fit per narres : nam respiratio que fit per os, non est adeo congrua, ut Aristoteles dicit in lib. de hist. Anim. Respiratio er-*

go hominis, qua principaliter in naribus posita est, hic spiritus Deis dicitur, quia hoc habet homo ut vivendo possit respirare : et huic beneficio ipse non vult esse ingratius peccando ; unde subdit : *Non loquerentur labia mea iniquitatem, ut scilicet dicam, omnes qui adversitatem patiuntur esse iniquos : Nec lingua mea meditabitur mendacium, ut scilicet dicam hoc pertinere ad divinam justitiam, ut justorum merita praesenti prosperitate remuneret, et iniquorum peccata temporali adversitate condemnaret. Et quia amici Job ista asserabant, subjungit. Absit a me ut justos eos esse judicem : non enim poterat justos eos judicare, nisi eorum injustam sententiam approbaret, per quod a sua justitia recederet ; unde subdit, Donec deficiam, scilicet per mortem : Non recedam, idest propouo non recedere Ab innocentia mea, a qua scilicet recederem, si sanctos adversitatem in hoc mundo patientes vobissem impios judicarem. Et sicut ab innocentia ad no-cendum transferri non propono, ita nec justitiae viam deserere ; unde subdit : Justificationem meam, qua scilicet pertinet ad justitiae executionem, Quam capi tenere, scilicet non approbando hominem in prosperitate quam habet, nec contemnando pro adversitate quam patitur in hac vita : Non deseram, scilicet declinando in vestram sententiam. Solent autem qui semel peccaverunt, proniores esse ad iterato peccandum ; qui vero peccatorum sunt inexperti, difficultius ad peccata prolabuntur ; unde subdit, Nique enim reprehendit me cor meum in omni vita mea : quasi dicat : Ideo confido quod non recedam ab innocentia, nec justitiam deseram, quia hoc per experientiam didi : non enim habeo conscientiam remordentem de aliquo gravi quod commiserim in tota vita mea. Vel alter potest continuari : quia enim dixerat se non recessurum ab innocentia sua, nec justificationem, quam tenere coeparat, desereturum<sup>1</sup>, posset aliquis dicere, quod ipso ante hoc neque innocentiam neque justitiam habuerat ; sed ipse hoc excludit dicens, Nec enim reprehendit me cor*

<sup>1</sup> Al. deest. : « desertorum. »

*meum* etc. Declinarem autem ab innocentia, et desererem justitiam, si vobis favorem qui iustitiam et impietatem sustinetis; unde subdit: *Sit ut impius inimicus natus, in quantum scilicet contra veritatem divini judicii loquitur: Adversarius natus quasi inquis, in quantum scilicet iniquam sententiam profert, mithi adversando, dum dicit me impium esse, quia graviter sum afflitus.*

His igitur praemissis pertinentibus ad amicorum suorum confutationem, et sua sententia: firmitatem, accedit ad principale propositum: ut scilicet ostendat non esse contrarium divinae providentiae, si mali in hoc mundo temporaliter prosperenter, et justi temporaliter affligantur: et supra quidem hoc manifestaverat ex futuris praeiis et flagellis, quae reservantur bonis et malis post hanc vitam: nunc autem hic ostendit ex debilitate honorum temporalium quae mali possident in hac vita, et magnitudine bonorum spiritualium, quae bonis concedentur. Asserit ergo primo inutile esse peccatoribus, si in hac vita bona temporalia consequentur absque anima: bonis; unde dicit, *Quae est enim spes hypocrita, si avare rapiat, si injuste divitias congregate: Et non liberet Deus unam ejus, scilicet a peccato per gratia: dona, idest quid boni potest ex hoc consequi? et loquitur de hypocrita, scilicet simulatore, loco omnium peccatorum; quia simulata aequitas est duplex iniquitas; et hypocrita, tamquam falsaria virtutis, videntur maxime esse abominabiles apud Dominum, sicut infra xxxvi, dicitur: Simulatores et callidi provocant iram Dei.* Ostendit autem consequenter eos duplice spe privari: quarum una est quam habent justi de Deo, quod in tempore necessitatis eorum orationem exaudiat; sed hoc ab impiis excludit dicens: *Nunquid Deus audiet clamorem ejus, cum venerit super illum angustia? quasi dicas, non: et ratio hujus assignatur Prov. I, 24 ex ore sapientiae dicentis: Vocavi et renuiistis.* Et post pauca subdit: *Tunc, scilicet quando venit super eos angustia, invocabunt me et non exaudiant: et Prov. xxviii, 9 dicitur: Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio ejus*

*sicut execrabilis.* Secunda autem spes justorum est, quod non deficit eis temporalis consolatio in tempore tribulationis, fruuntur delectatione divina, et delectantur in laude ipsius: sed hoc ab impiis excludit subdens: *Aut poterit in omni potente delectari? quem scilicet non diligere in operibus comprobatur: Et invocare Deum omni tempore?* ex magna enim delectatione Dei provenit, quod semper sit in aliquorum oracula Dei. Et quia ostendebat parum valere bona temporalia quae impi possident, sine spe justorum quam sancti habent, ostendit consequenter temporalia bona, quae interdum impii possident, fragilia esse: et ad assertionem eorum quae dicturus est, duo praemittit: primo quidem, quod ea quae dicturus est sapientiae divinae convenient: unde dicit, *Docobo vos per manum Dei, idest per virtutem ipsius: Quae omnipotens habeat, scilicet in sua sapientia quasi certum. Nec abscondam, quae scilicet, Deo instrumente me, didici. Secundo ostendit, quod ea quae dicturus est, tam sunt manifesta, ut etiam ipsi ea ignorare non possint; unde subdit. Ecce vos omnes noscitis, scilicet vera esse quae dicturus sum; et ideo mirum est, quod tam irrationaliter contra veritatem manifestam loquimini; et hoc est quod subdit: Et ut quid sine causa vana loquimini?* idest ea quae rationis fulcimentum non habent: solent enim homines hebetes, cum cognoscent premissa, non advertere quid ex eis sequatur. Et aulem considerandum, quod cum Deus sit creator omnium et gubernator, omnes ab eo suscipiunt aliquid, quasi hereditatem suam a patre; mali autem homines quasi suam partem et suam hereditatem a Deo accipiunt bona temporalia hujus mundi: unde ex eorum persona dicitur: *Hæc pars vestra, et hæc est pars; e converso autem boni percepient quasi suam partem et hereditatem spiritualia bona, secundum illud Ps. xv. 6 Fines occiderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara est mihi.* Describunt ergo quam fragilis sit et caduea pars impiorum, quam in rebus temporalibus accipiunt, dicit: *Hæc est pars impii apud Deum: idest tale est quod eis in sortem venit, dum bonis*

spiritalia, et eis temporalia distribuuntur ;  
*Et hæreditas violentorum*, idest injuste acquirentium temporalia bona : *Quam ab omnipotente suscipient*, eo scilicet permittente, et facultatem praehente, sicut supra xxii, dictum est, *Cum ille implevisset domos eorum bonis*. Ostendit autem hanc partem sive hereditatem esse caducam : primo quidem, quantum ad hoc quod frequenter circa impiorum prolem accidit, quod tamen inter temporalia bona potissimum reputatur. Contingit autem quandoque quod impiorum filii, qui in hoc mundo prosperati sunt, occiduntur ; unde dicit, *Si multiplicati fuerint filii ejus*, quod scilicet ad magnam prosperitatem computabatur ; *In gladio erunt*, idest occidentur. Et quamvis raro contingat quod divitiae filii ad magnam paupertatem deveniant, tamen hoc circa nepotes et posteros frequenter contingit : unde subdit, *Et nepotes ejus non saturabuntur pane*, scilicet propter inopiam. Quantum autem ad alios familiares ejus subdit, *Qui reliqui fuerunt ex eo*, scilicet domestici et amici, *Sepelientur in interitu*, idest absque solemnitate quasi occisi : unde et quantum ad uxores subdit, *Et viduae illius non plorabunt*, quod scilicet fieri solet in solemnisibus sepulturis. Sicut ergo fragilis est et caduca eorum felicitas quantum ad filios et amicos, ita etiam quantum ad divitias possessas : inter quas quedam sunt divitiae artificiales, scilicet pecunia, qua est adiuncta quasi mensura commutationis rerum, ut Philosophus dicit : et quantum ad hoc subdit : *Si comportaverit quasi terram argentum*, idest si tantam copiam pecuniae acquirat, quanta habetur terra. Aliæ vero sunt divitiae naturales, quae scilicet hominum naturali necessitatibus subveniunt, sicut panis et vīnum et vestimenta et alia hujusmodi ; et quantum ad hoc subdit : *Et sicut lumen preparaverit vestimenta*, ut scilicet tantam eorum copiam habeat, quantum et inti. *Prapararit quidem*, idest habuit sollicitudinem in preparando : alius tamen habebit fructum, et quandoque bonus, qui circa hoc non sollicitatur ; unde subdit. *Sed justus vestietur illic*, scilicet vestimentis ad suam necessitatem : *Et argenteum innocens diridet*,

idest distribuet, et dabit pauperibus. Non reservabit coacervatum, quod contra innocentiam esset. Pertinet etiam ad prosperitatem terrenam spatiose domorum ; sed etiam hoc ostendit esse caducum propter duo ; primo quidem, quia quandoque sibi dominum adficat per violentiam in loco alieno, a quo depellitur ; unde subdit : *AEdificavit sicut tinea domum suam*, quæ scilicet corrodendo vestem alieum, preparat sibi locum, a quo, excussa ueste, dejicitur. Alio modo, quia etsi in solo proprio domum adficet, non tamen est sibi datum, ut diu illius possessionis enram et dominium habeat, sed ad modicum temporis : unde subdit. *Et sicut custos*, scilicet vineæ, *Fecit umbraculum*, quod scilicet dejicitur finito tempore custodiae ejus. Quomodo autem acquisita bona amittat, ostendit subdens : *Dives cum dormierit*, idest cum mortuus fuerit : *Nihil ex his que possidet secum auferet*, scilicet in alia vita : *Aperiet oculos suos*, scilicet in resurrectione : *Et nihil inveniet* : quia scilicet non revertetur ad temporalia bona possidenda. Quandoque et in hac vita subito ea perdit, ad modum quo pluvia subito homini supervenit ; unde subdit : *Apprehendet eum quasi aqua*, scilicet pluvialis. *Iuvia* : idest subito superveniet ei. Et quamvis pluvia in die aliqualiter prævideri possit, in nocte tamen omnino præoccupat hominem ; unde subdit. *Nocte opprimet eum tempestas*, scilicet adversitalis, idest omnino ex improviso. Ultimo autem ostendit fragilitatem mundanae prosperitatis, quantum ad ipsam personam hominis, qua quandoque perit per aliquam febrem, vel per aliquam persecutionem : et quantum ad hoc subdit : *Tolleret eum ventus uens*, idest occidet eum : *Et auferet*, scilicet a societate viventium : et hoc fieri subito, et ex improvviso ; unde sequitur, *Velut turbo rapiet eum de loco suo*, idest violenter et absque mora. Quandoque vero non ab interiori infirmitate, sed ab exteriori persecutione occiditur : unde subdit : *Et mittet*, scilicet Deus, *Super eum*, aliquem persecutorem, qui posterior eo sit, cui non possit resistere : *Et non parcat* : ipse scilicet persecutor : unde ipse impius, *De manu ejus*, idest

de potestate ejus, *Fugiens fugiet*: vel per mortem, vel postquam occiderit, non habet amplius quid faciat. Eo autem mortuo, amicis ejus remanet stupor et luctus; unde subdit: *Stringet super illum manus*

*suis*, quasi pro stupore: *Et sibilabit super illum*, quasi compatisca ei: *Intuens locum ejus*, idest considerans ejus pristinam dignitatem.

## C A P U T V I G E S I M U M O C T A V U M

### L E C T I O N E I

Habet argentum venarum suarum principia, et auro locus est in quo confalatur. Ferrum de terra tollitur, et lapis solitus calore in æs vertitur. Tempus posuit tenebris: et universorum finem ipse considerat: lapidem quoque caliginis et nubrum mortis. Dividit torreas a populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, et invios. Terra, de qua oriebatur paucis in loco suo, igni subversa est. Locus sapphiri lapides ejus et glebae illius aerenum. Semitam ignoravit avis, nec intuitus est eam oculis vulneris. Non caleaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam lepra. Ad silicem extendit manum suam: subvertit a radibus montes. In petris rivos excidit, et omne pretiosum vidit oculus ejus. Profunda quoque fluviorum erutatus est, et abscondita produxit in lucem.

Supra Job ostenderat quam fragilis et caduca sit pars impiorum, quam a Deo recipiunt; nunc autem ostendere intendit e contrario dignitatem spiritualis boni, quod homines iusti a beo percipiunt etiam in hoc mundo; quod quidem spiritale bonum sub sapientia comprehendit. Et ideo intendit præferre sapientiam omnibus rebus, et quantum ad originem, et quantum ad pretiositatem. Et incipit priuò ostendere, quod omnia que in rebus corporalibus pretiosa videntur, habent in certis locis originem; et incipit a metallis, quae apud homines pretiosa habentur. Est autem considerandum, quod metallæ generantur ex vaporibus humidis resolutis a terra per virtutem solis et aliarum stellarum, et in terra retentum: unde et metalla ductibilia et liquabili sunt, sicut e contrario lapides et alia huiusmodi que non molliriuntur neque funduntur, generantur ex secca exhalatione intra terram retenta. Diversificantur autem metallorum species secundum majorem vel minorem puritatem vaporis resoluti, et secundum differentiam caloris

digerentis: inter quæ aurum videtur purissimum, et post hoc argentum, et sub hoc æs, infimum autem ferrum: et secundum majorem vel minorem puritatem, metalla ut plurimum habent diversas origines. Quia ergo aurum est purissimum, invenitur ut plurimum generatum in sua puritate inter arenas fluminum præpter multitudinem evaporationis et caliditatem arenae. Argentum autem invenitur ut plurimum in quibusdam venis terre, vel etiam lapidum; æs autem invenitur ut incorporatum lapidis; ferrum autem quasi in terra fæculenta, nondum perfectam digestionem habente, ut sit perventum usque ad generationem lapidis. Enumerans ergo diversa metallorum loca, dicit: *Habet argentum venarum suarum principia*, scilicet in aliquibus determinatis locis, ex quibus tales vapores resolvuntur, qui sunt apti ad generationem argenti: et sic dum miscentur terra vel lapidi prædicti vapores, efficiuntur ibi venæ argenteæ. Quantum autem ad aurum subdit, *Et auro locus est in quo conflatur*: quia scilicet ex multis arenis colliguntur quadam granula auri, quæ in unum ligantur; quod quidem non sit in omni loco, sed in aliquo loco determinato, in quo concurrit debita proportio virtutis activæ ad materiam proportionatam tali speciei. Deinde quantum ad ferrum subdit, *Ferrum de terra tollitur*, scilicet, quia in terra quasi indigesta invenitur. Deinde quantum ad eas dicit, *Et lapis*, cui scilicet vapor proportionatur, naturæ ejus permiscetur: *Solutus calore*, scilicet ignis vehementis: *In æs vertitur*, dum scilicet id quod est

ibi de natura æris, per calorem ignis elicitur. Deinde prosequitur de aliis rebus quæ habent determinatum tempus et locum ex dispositione divina, unde divina cognitioni subjacent, pluraque ipsorum, quæ ab hominibus sunt occulta. Occultantur autem a nobis et sol et alia multa per tenebras noctis, sed hoc sit per dispositionem divinam; unde dicit, *Tempus posuit tenebris.* Occultantur etiam quadam a nobis per eorum corruptionem, dum resolvuntur in sua principia, quæ Deo sunt nota, nobis autem occulta; unde subdit: *Et universorum suum ipse considerat,* idest terminum resolutionis rerum, inventiuntur etiam quaedam ab hominibus occulta propter locum invium, sicut quandoque sunt quidam montes inaccessibles, in quibus sunt quædam invia hominibus: et quantum ad hoc subdit, *Lapidem quoque caliginis,* idest aliquam rupem alienius excelsi montis, quæ quasi semper caligine nebularum obtegitur: *Et umbram mortis,* idest aliquem locum umbrosum inter convales moutium, ad quæ vitalis calor solis nunquam pertingit. *Dividit torrens a populo peregrinante:* solent enim in radicibus quorundam montium defluere innumerabiles torrentes, ita quod ex una parte torrentis est via per quam peregrini transennt, et ad aliam partem ripa non patet accessus. Contingit autem quandoque quod in hujusmodi inaccessibilibus locis, aliqui rari homines habitant, ad quos etiam pauperes qui omnia circumvenut, accedere non possunt propter accessus difficultatem; unde subdit, *Et torrens dividit a populo peregrinante eos,* scilicet homines. *Quos,* in locis inaccessibilibus habitantes, *Oblitus est pes regantis hominis,* ut scilicet ad eos non accedat, *et iuriis,* idest propter hoc quod ad eos via non patet. Sunt etiam quaedam loca non propter situm, sed propter aliqua accidentia, inaccessibilia, puta quia per aliquam alterationem subvertuntur, ut legitur Gen. xix de Sodoma et Gomorrah: unde subdit: *Terra de qua oriebatur panis in loco suo,* idest quasi in proprio et convenienti loco, *Igñi subversa est,* scilicet subversionis ejus causa ex superabundantia coloris procedit. Calore autem superabundante,

sequitur quod resolutiones tam sieca quam humida ad magnum digestionem perveniant, ut exinde generentur aliqua pretiosa, puta lapides, vel metalla; unde quantum ad lapides preciosos, qui generantur ab exhalatione sieca, subdit: *Locus sapphiri lapides ejus,* scilicet terra subversa igni. Quantum autem ad preciosia metalla quæ generantur ex vaporatione humida, subdit: *Et glebae illius aurum.* Hujusmodi autem loca sic subversa propter corruptionem aeris ex abundantia sulphuris, non solum homines vitant, sed etiam animalia bruta; unde primo quantum ad aves, de quibus minus videtur, dicit, *Semitam,* scilicet illius terræ: *Ignoravit avis,* quia scilicet super eam volare non audet, propter aeris corruptionem, nec etiam appropinquare; unde subdit, *Nec intuitus est,* scilicet eam, *oculus vulturis;* qui tamen valde a remotis solet videre. Vel potest aliter exponi: *Terra illa ignoravit,* idest non exposita ad semitam avis; quasi scilicet nec avis per eam transit; *Nec intuitus est,* scilicet aliquis in terra illa oculos vulturis. Deinde quantum ad homines dicit: *Non calcaverunt eam filii institorum,* idest mercatorum, qui tamen difficile loca solent adire ad literandum. Deinde quantum ad quadrupedia subdit, *Nec pertransibit per eum leuia,* quæ silvestria loca inhabitat. Haec autem quamvis hominibus sint occulta, Deum tamen non latent, qui et in montibus et in fluminibus suam virtutem exercet; unde subdit: *Ad silicem,* idest ad montes lapidosos, *extendit manum,* idest potestatem suam. Et hoc in duobus effectibus manifestat: primo per hoc quod montes quandoque funditus diruntur; et hoc est quod subdit, *Subvertit a radicibus montes.* Secundum autem est quod inter medium montium pertransiunt aquæ, quasi divina virtute esset eis via excisa a Deo in petris; unde subdit, *In petris rivos crevit,* idest meatus rivorum. Et sicut potentia sua se extendit ad omnia magnifica facienda, ita ejus sapientia se extendit ad omnia preciosia cognoscenda; unde subdit: *Et omne pretiosum ridit oculus ejus;* si enim ipse montes potest subvertere, si potest petras excidere, et similem potestatem exercere

in totam terram, conveniens est, quod pretiosa videat que ibi latent, quamvis oculus hominis ea videre non possit : et non solum ea quae latent in terris oculus ejus videt, sed *Profunda quoque fluviorum scrutatus est*; idest ea quae in pro-

fundis fluviorum latent, ita perfecte cognoscit, sicut si ea scrutaretur : et hoc signum est, quia *Abscondita produxit in lucem*, ad manifestationem hominum.

## LECTIO II

Sapientia vero ubi invenitur? et quis est locus intelligentie? Nescit homo preium ejus, nec invenitur in terra suaviter viventium. Abyssus dicit, non est in me : et mare loquitur, non est mecum. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione ejus. Non conferetur tintinnis Indiae coloribus : nec lapidi sardonico pretiosissimo, vel sapphiro. Non adequabitur ei aurum vel vitrum, nec communabuntur pro ea vasa auri. Excelsa et eminenta non commemorabuntur comparatione ejus: trahitur autem sapientia de oculis. Non adequabitur ei topazius de Ethiopia; nec tinctura mundissime componetur. Unde ergo sapientia veuit? et quis est locus intelligentie? Abscondita est ab oculis omnium viventium; vulnera quoque eoli latet. Perditio et mors dixerunt, Auribus nostris audivimus fanam ejus. Deus intellectum viam ejus, et ipse novit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur, et omnia que sub celo sunt, respect. Qui fecit ventus pondus, et aquas appendit in mensura. Quando ponebat pluvias legem, et viam procellis sonantibus: Tunc vidi illam, et enarravit, et preparavit, et investigavit. Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia ; et recedere a malo, intelligentia.

Quia ostenderat, omnia pretiosa quae in corporalibus inveniuntur, determinatis locis contineri, quae si ignota sint hominibus, sunt tamen cognita Deo ; ad ostendendum eminentiam sapientiae, primo inducit, quod determinato loco non continentur : unde dicit, *Sapientia vero ubi invenitur?* quasi dicat : Nullo corporeo loco concluditur, quia non est aliquid corporale. Ea vero quae sunt in corporibus pretiosis, non solum ipsa, sed et eorum principia locis corporalibus concluduntur. Sed hoc de sapientia Dei non potest dici ; unde subdit : *Et quis est locus intelligentiae?* intellectus enim est principium scientiae et sapientiae. Sicut autem sapientia non concluditur loco, ita etiam nec intelligentia, que est principium ejus. Secundo ostendit dignitatem sapientiae, eo quod pretio estimari non potest; unde subdit : *Nescit homo preium ejus*, idest nihil quod homo cognoscat, est sufficiens sapientiae preium. Utinque autem pra-

missorum per consequentia manifestat : et primo quidem quod dixerat, sapientiam in loco determinato non inveniri. Inveniuntur autem quae apud homines pretiosa reputantur, partim quidem apud homines deliciosos, qui pretiosa lapidum et metallorum congregare nituntur; sed in talibus non inveniuntur sapientia; unde subdit, *Nec invenitur in terra suaviter viventium*, idest deliosorum, quia ipsi maxime a sapientiae perceptione impediantur, cor habentes delicis occupatum. Partim autem inveniuntur hujusmodi pretiosa corporalia in aliquibus profunditatibus obscuris : sed non est ita de sapientia ; unde subdit, *Abyssus dicit, non est in me*: quod scilicet ea quae in absconditis profundorum latent, maxime sapientiae humanae sunt abscondita. Partim autem inveniuntur in mari : tum quia ibi generantur, sicut margaritae in conchis marinis : sive quia ibi depereunt in navibus ibi submersis ; sed non est ita de sapientia : tum etiam quia per mare solent hujusmodi pretiosa de loco ad locum portari ; unde subdit : *Et mare loquitur, Non est mecum*. Quinimmo ea quae sunt in mari, maxime latent sapientiam humanam. Deinde manifestat id quod dixerat de hoc quod sapientia pretio estimari non potest ; et enumerat ea quae sunt apud homines pretiosissima, dicens : *Non dabitur aurum obrizum*, idest purissimum, *pro ea*, quia nullo auro potest pretium sapientiae estimari. Post aurum autem inter cetera pretiosius reputatur argentum, de quo subdit : *Nec appendetur argentum in commutatione ejus*. Sunt etiam praeter metalla pretiosissimi lapides diversorum colorum, qui maxime inveniuntur in India, de quibus subdit, *Non conferetur*, idest non comparabitur sa-

pientia *tinctis Indiae coloribus*, idest lapidibus pretiosis, diversis coloribus natura-liter in India tinctis. Et subjungit de quibusdam pretiosis lapidibus, qui etiam in aliis terris inveniuntur; unde subdit: *Nec lapidi sardonicō pretiosissimo*, qui scilicet est compositus ex duobus lapidibus, scilicet ex *Sardio*, qui est ruboi coloris, a-cendens animum ad gaudium, et acuens ingenium; et *Onichino*, qui ab eo ligatur, quasi habens quasdam noxiās virtutes, scilicet excitandi tristitia et timores; cuius documentum refrenatur per Sardium: unde proprietatem habere dicitur, quod luxuriam depellat, hominem castum et pudicum reddens; unde est pretiosissimus nominatur. Subdit autem, *Et sapphiro*, qui est celestis coloris, qui etiam pretiosus est propter multas virtutes quas habet: nec resert quod aliqui alii lapides pretiosiores sunt, quia pretia lapidum non sunt eadem, nec in omnibus locis, nec in omnibus temporibus. Subdit autem de iis qui hanc habent pretiositatem ex pulchritudine, dicens: *Non ad æquabatur ei aurum*, quod habet pulchritudinem ex splendorē, vel vitrum, quod habet pulchritudinem ex perspicuitate, quam vis non sicut præcellens pretia astimatione. Subdit autem de iis quae habent pulchritudinem ex artificio, cum dicit, *Non commutabantur pro ea vasa auri excelsa*, scilicet quantitate, et eminētia, scilicet in comparatione. Et sicut non possunt pro sapientia commutari: ita etiam omnia prædicta nihil reputantur in comparatione ad sapientiam; unde subdit, *Nec commemorabantur in comparatione ejus*, idest non est dignum, quod vel memoria de his habeatur, cum sit de excellētia sapientiae mentio. Et quia dixerat quadam corporalia esse occulta, et ob hoc pretiosa reputantur, consequenter ostendit quod haec etiam pretiositas sapientiae deest, cum subdit, *Trahitur autem sapientia de occultis*. Est enim humanae sapientiae origo occulta dupliciter. Uno modo ex parte intellectualis luminis, quod derivatur ad nos ab occulti-sima omni causa, scilicet a Deo. Alio modo ex parte rerum cognitivarum: quo

occultas proprietates et essentias<sup>1</sup> sapientia inquirit, et ex his in divinorum cognitionem ascendit, qua maxime sapientia appropriatur; unde concludit quod neque ratione pretiositatis, neque ratione occultationis aliquid potest ei comparari: neque in lapidibus pretiosis; unde subdit: *Nec adæquabitur ei topazius de Æthiopia*, qui sic vocatur a loco primæva sua inventionis: vel quia in colore auri similitudinem prætendit. Quantum autem ad pretiosas vestes subdit, *Nec tinturæ muudissimæ*, idest cujuscunq; pauini serici vel lanei, compounentur, idest comparabuntur sapientie.

Quia ergo sapientiam incomparabilem dixerat, et occultam habere originem, inquirit unde sit ejus principium, enī subdit: *Unde ergo sapientia venit*, unde derivatur, *Et quis est locus intelligentiae?* a quo principio homines lumen intellectus participant. Ostendit autem hoc principium excedere omnem cognitionem humanam; unde subdit. *Abscondita est ab oculis omnium viventium*, quia *fons sapientiae* est *Verbum Dei in excelsis*, ut dicitur Ecli. 1, 5. Fuerunt aliqui angustiorum sectatores, qui tradiderent quasdam aves augurales quemdam affectum sapientiae participare supra homines, in quantum scilicet ex eis ad homines pervenire credebat cognitionem futurorum; sed quod sapientia hanc conjecturam excedat, ostendit subdens: *Volueres quoque cari latet*. Per quod potest intelligi quod origo sapientiae excedit celestia corpora, a quibus hujusmodi aves moventur. Sunt etiam aliqui, qui a mortuis futurorum cognitionem exquirerent; sed nec hoc attingit ad sapientiae originem; unde subdit, *Perditio et mors direrunt, avibus nostris audivimus famam ejus*. Et recte famam sapientiae morti et perditioni attribuit, quia perditio et mors important recessum et elongationem a bonis, quae sapientiam consequuntur. Possunt tamen tria prædicta secundum metaphoram ad tria rationalis creature pertinere: ut quod dicit, *Abscondita est ab oculis omnium viventium*, referatur ad homines; quod vero subdit, *Volueres cari latet*, re-

<sup>1</sup> AL. : « et ecclesiasticus. »

feratur ad angelos ; quod vero additur, *Perditio et mors dixerunt, audiimus famam ejus*, referatur ad demones, qui a Deo damnabiliter elongati, a remotis quasi ex sola fama divina sapientiae notitiam habent. Ut ergo ostendat sapientiae radicem, subdit, *Deus intelligit viam ejus*, idest totum sapientiae processum, dum et ipse est et origo sapientiae, et locus intelligentiae. Et quia ipse seipsum perfecte novit, ideo subdit, *Et ipse novit locum illius*, idest seipsum, in quo plene sapientiae inventum sicut in prima origine. Derivatur autem sapientia ab ipso in omnes creatureas, quae per Dei sapientiam sunt, sicut ars derivatur a mente artificis in opera eius : unde dicitur Eccl. 1, 10, quod *Deus effudit sapientiam super omnia opera sua* : unde et ipsa universitas creaturarum est quasi quidam sapientiae secundarins loens. Et ideo ad ostendendum quod Deus cognoscit sapientiae locum, subjugit, quod ipse cognoscit universitatem creaturarum. Primo quidem hoc ostendit quantum ad extremas creatureas super quibus aliae continentur ; unde subdit : *Ipse enim fines mundi intuetur*, idest excellentiores creaturas in quibus ordo creaturarum terminatur ab inferioribus ascendendo, sicut sunt cœlestia corpora, et cœlestes spiritus. Deinde hoc ostendit quantum ad alias creatureas sub eis contentas, sicut sunt elementa<sup>1</sup> : unde subdit, *Et omnia quæ sub celo sunt respicit*. Et ne aliquis erederet quod notitiam rei habeat a rebus acceptis sicut nos habemus, ostendit consequenter quod cognoscit res sine omni causa : unde subdit, quantum ad quasdam creatureas, scilicet ventos et pluvias. *Qui fecit ventis pondus*, idest dedit eis inclinationem motus, ut scilicet quandoque moveantur ad hauc partem, quandoque ad illam. Deinde loquitur de pluvias : et primo quidem secundum quod sunt vaporabiliter elevatae in nubibus ; unde subdit, *Et aquas*, scilicet vaporales, *appendit*, idest appensas tenet in aere ; et hoc in mensura, ne scilicet, si superexcederent, omnia submergerent ; aut si plus debito diminuerentur, omnia sicarentur. Secundo quantum ad ipsam ge-

nerationem pluviarum, cum dicit : *Quando panebat pluviis legem*, ut scilicet certis temporibus et locis descenderent. Tertio quantum ad effectum, præcipue in mari : quod maxime ex immutatione aeris commovetur ; unde subdit, *Et viam*, scilicet ponebat procellis, scilicet marinis sonatibus, scilicet ex magna commotione : quia et hujusmodi procellæ certis temporibus et secundum certam quantitatem consurgunt. Quia vero ex ipsis creaturis sapientiam non acquirit sicut nos, sed potius ex sua sapientia creatureas produxit, ideo subiungit, *Tunc*, scilicet quando creatureas faciebat, *Vidit illam*, idest sapientiam. In seipso, inquantum per actitatem sue sapientiae considerationem res in esse produxit. Ab ipso autem sapientia derivata est, primo quidem ad Angelos, qui facti sunt participes sapientiae divinae ; et quantum ad hoc dicit, *Et enarravit*, sapientiam suam eis manifestando. Secundo vero ad universitatem creaturarum, eam per suam sapientiam disponendo ; et ad hoc pertinet quod subdit : *Et præparavit*, scilicet in sapientia sua orhem terrarum. Tertio quantum ad homines, qui non per simplicem apprehensionem percipiunt sapientiam veritatis, sicut Angeli quibus enarratur, sed per inquisitionem rationis aeternam veniunt ; unde subdit, *Et investigavit*, idest homines eam investigare fecit ; et hoc est quod subdit : *Et dirit homini*, scilicet per interiorum inspirationem illuminando ipsum, et sapientiam communicando : *Ecce timor Domini*, quem scilicet principaliter tibi do. *Ipse est sapientia*, quia per timorem Domini homo Deo inheret, in quo est vera sapientia hominis, sicut in altissima omni causa : *Recedere a malo*, idest a peccato, quo homo amittit Deum, est intelligentia : quia scilicet intelligentia præcipue ad hoc homini est necessaria, ut per intelligentiam discernat mala a bonis : quibus evitatis, per exceptionem honorum operum ad sapientiae divinae participatio nec perveniat. Sic ergo, quia timor Domini est sapientia, et recedere a malo est intelligentia, consequens est, quod justi, qui Deum timent et recedunt a malo, ha-

<sup>1</sup> Al. : « sicut sunt cœlestia corpora et cœlestes

spiritus : unde etc. »

beant sapientiam et intelligentiam, quae praferuntur omnibus bonis terrenis, quae mali homines possident : et sic manifestum est, quod in hoc salvatur ratio pro-

videntiae divinae, quod justis dantur bona spiritualia, tanquam meliora ; malis autem bona temporalia, tanquam caduca.

## C A P U T V I G E S I M U M N O N U M

### LECTIO I

Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit : Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentie mee, quando secrete Deus erat in tabernaculo meo. Quando erat omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei. Quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivos olei. Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabam cathedram mihi. Videbant me juvenes, et abscondebantur, et senes assurgentib; stabant. Principes cessabant loqui, et digitum superponerent ori suo. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhucerebant. Auris audientes beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberasse pauperem vociferantem, et populum cui non erat adiutor. Benedicatio perituri super me veniebat, et cor vidue consolatas sum. Justitia induitus sum; et vestivi me sicut vestimento et diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, et pes claudo. Pater eram panperum, et causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Contrebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebam predam. Diechanque : In nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus aquas, et ros moralitur in missione mea. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum. Verbis meis addere nihil audebant, et super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluviam, et os sumus aperientibus quasi ad imbreu serotinum. Si quando respondebam ad eos, non credebant, et lux vultus mei non endebat in terram. Si voluisse ire ad eos, sedebam prius, cumque sedarem quasi ex circumstante exercitu, eram tamen morentum consolatorum.

Quia Job in premissis verbis in universalis ostenderat rationem, ex qua evidenter apparelt, non esse contra divinam justitiam, quod mali prosperantur, et boni interdum in hoc mundo temporali prosperitate carent, quibus conceduntur majora, scilicet spiritualia bona, manifestat hoc in seipso, quasi in exemplo, intendens eorum confutare sententiam etiam quantum ad hoc quod asserebant, enim pro peccato adversitates passum. Et

primo commemorat prosperitatem preteritam qua virtuose utebatur ; et deinde magnitudinem adversitatis in quam incidet, et ad ultimum multipliciter suam innocentiam demonstrat. Datur autem intelligi, quod sicut postquam satisficerat verbis Baldad, Sophar tacente, processerit ad suum propositum ostendendum, ita etiam manifestato proposito, expectavit si aliquis aliorum loqueretur. Omnibus autem tacentibus, ipse iterato sermonem resumpsit ; unde dicit, *Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, quia scilicet metaphorice locuturus erat : Et dicit, Quis mihi tribuat?* quod ponitur ad desiderium designandum, magis quam ad petitionem formandum. *Ut sim juxta menses pristinos,* idest ut in prosperitate vivam sicut olim. Et qui hanc prosperitatem non fortuna neque suis viribus, sed divino attribuebat auxilio, subdit : *Secundum dies quibus Deus custodiebat me,* protegendo scilicet contra adversa, et etiam promovendo dirigebat ad bona, in quibusdam quidem procedendo ad bonos effectus etiam supra meam intentionem : et hoc est quod dicit : *Quando splendebat lucerna ejus,* scilicet providentia ipsius, *Super caput meum,* idest mente meam, dirigens in multa bona, ad que meus mea non attingebat : in quibusdam vero dirigebatur a Deo, quasi ab eo instructus de iis qua erant agenda : unde subdit : *Et ad lumen ejus,* idest ad instructionem ipsius, *ambulabam,* idest procedebam, in tenebris, idest in dubiis. Et ut non attribuatur hoc merito justitiae præcedentis, subiungit, *Sicut fui in diebus adolescentiis mee :* quando scilicet adhuc non potueram tantam prosperitatem prome-

ri. Deinde seriatim exponit bona status præteriti : et incipit quasi a principio a familiaritate divina, quam in oratione et contemplatione percipiebat : *Quando secreto Deus erat in tabernaculo meo*, id est Dei præsentiam sentiebam, dum secreto in tabernaculo meo orabam et meditabar, quod pertinet ad contemplationem. Quantum vero ad actionem subdit : *Quando erat Omnipotens mecum*, quasi scilicet mihi cooperans ad bene agendum. Deinde describit prosperitatem suam ex parte prolis, cum subdit, *In circuitu meo pueri mei* : adolescentis enim patris filios pueros esse oportet. Ulterius autem procedit ad affluentiam rerum quae pertinent ad usum vita, cum subdit : *Quando lavabam pedes meos butyro* : apud antiquos enim divitiae præcipue in pecudibus erant : a quibus propter hoc, secundum Augustinum, pecunia nominatur : inter fructus autem pecudum pretiosius videtur esse butyrum, quod est lactis pinguedo : cuius affluentiam parabolice designat per pedum lotionem, puta si aliquis diceret, tantum sibi abundare aliquem pretiosum liquorem, usque ad pedum lotionem : et sicut butyrum videtur esse pretiosius inter fructus animalium, ita etiam oleum inter fructus terrarum. Solent autem olivæ optimum oleum habentes, in locis lapidosis et arenosis esse, unde subdit : *Et petra fundebat mihi rivos olei* : per quod abundantiam designat et fructus bonitatem. Deinde exponit magnitudinem pristinae glorie, cum subdit, *Quando procedebam ad portam civitatis* : per quod dat intelligere, se habuisse auctoritatem judicandi, quia apud antiquos judicia exercabantur in portis . et ut ostenderet se non fuisse quasi unum ex pedaneis judicibus, subdit : *Et in platea parabant cathedralm mihi*, ut per hoc ostendatur singularis dignitatis fuisse. Ostendit autem consequenter auctoritatem sui judicij ; primo quidem per signum acceptum ex parte juvenum, cum dicit, *Videbant me juvenes*, qui scilicet solent esse ad peccata proclives, et abscondebantur, quasi scilicet meum judicium formidantes. Secundo quantum ad senes, cum sub-

dit, *Et senes assurgentess stabant*, quia scilicet meo judicio subiecti : habebet eum auctoritatem non solum ad judecandum juvenes, sed etiam senes. Tertio quantum ad civitatum rectores, quicquid judicio reverentiam exhibebant, primo quidem quantum ad hoc quod verba inchoata dimittabant dum ille loqui volebat ; unde dicit : *Principes cessabant loqui*. Secundo, quia eo loquente, ipsum interrumpere non audiebant ; unde subdit : *Et digitum superponebantur riso*. Tertio quantum ad duces bellorum, qui solent audacieores esse et promptiores ad loquendum, qui tamen coram eo presumptuose et tumultuose loqui non audiebant ; unde subdit : *Vocem suam cohibebant duces*, scilicet plane et humiliter loquendo ; et quandoque intantum stupebant, quod loqui penitus non auderent ; unde subdit : *Et lingua corum gutturi suo adhærebant*, quasi loqui non valerent. Et quia solent homines tam rigida auctoritatis a populo potius timeri quam amari, ostendit se populo amabilem fuisse : quia ad magnanimum pertinet, ut apud magnos auctoritatem servet, et tamen minoribus condescendat ; unde subdit : *Auris audiens*, scilicet ab aliis recitari, scilicet meam<sup>2</sup> gloriam, vel mea judicia non odiebat nec invidebat. *Sed beatificabat me*, id est beatum me reputabat, et beatitudinem mihi optabat ; et hoc pertinet ad absentes. Quantum autem ad presentes subdit : *Et oculus videns*, scilicet meam gloriam et judicia : *Testimonium*, scilicet de virtute, *reddebat mihi*, scilicet apud alios : et hoc propter opera misericordiae quae exercebam : et hoc primo ostendit quantum ad pauperes : unde subdit : *Eo quod liberasse*, pauperem vociferant, id est conquerentem. Secundo quantum ad pupillos ; unde subdit : *Et pupillum cui non erat adjutor*, scilicet amissus patre. Tertio quantum ad homines in periculis existentes : unde subdit : *Benedictio perituri super me veniebat*, id est ille qui in periculis erat, per me adjutus, mihi benedicet. Quarto quantum ad viudas ; unde subdit : *Et cor viduæ consolatus sum*, quæ scilicet solarium viri amise-

<sup>1</sup> Al. : « quarto. »

<sup>2</sup> Al. dicitur : meam. »

rat. Non autem sic in judicio aliquibus miserendum, quod justitia relinquatur; unde subdit: *Justitia induitus sum, id est undique in processibus meis justitia apparuit: vestimento enim homo undique circumdatur.* Et ut ostendat se non esse coactum sed voluntate fecisse justitiam, subdit: *Et vestivi me, quasi propria sponte justitiam, sicut vestimento, scilicet undique protegens et ornans.* Sicut autem in concordatione bellorum victoribus datur corona; ita etiam et iudex, cum per judicium suum justitiae victorianum tribuit, coronam meretur: unde subdit: *Et diademate judicio meo: ac si dicat, induitus sum judicio meo sicut diademate.* Et ut ostendat, qualiter simul cum justitia potuerit misericordiam conservare, subdit: *Oculus fui caco, id est instruxi simplices, qualiter in negotiis suis procederent, ne per ignorantiam detrimentum paterneretur.* Et quia non solum ignorantibus dabat consilium, sed etiam impotentibus præbebat auxiliū, subdit: *Et pes claudio, id est illi, qui non poterat procedere in suo negotio, auxiliū dedit ut posset procedere: tuebatur etiam illos qui intela carebant;* unde subdit: *Pater eram pauperum, scilicet eos protegendo et foundo.* Contingit autem quandoque, quod simplices et impotentes et pauperes aliqui per fraudulentiam calumniōse lādantur: sed contra hoc adhibebat diligentem solitudinem, ut calumniōsos processus malignorum excluderet; unde subdit: *Et causam quam nesciebam, diligenter investigabam, ne scilicet aliquid frāndis ibi lateret.* Quidam vero per violentiam pauperes opprimunt, eos quodammodo per rapinam deglutiētes: quorum violentiam Job per suam potentiam destruebat: unde subdit: *Contrebam molas iniqui, id est destruebam violentia rapacitatem, ne scilicet posset ulterius rapere: Et de dentibus illius afferbam predam, quia scilicet eos restituere cogebam totum id quod jam acceperant per rapinam.* Ex premissis autem bonis operibus confidebat quod ejus prosperitas perduraret: cuius continuationem primo describit, quantum ad propriam personam; unde subdit: *Dicibam que, In nidulo meo moriar, id est spera-*

bam propter praecedentia merita, quod in quiete domus mea moriturus essem, non exil a domo, non etiam domo mea perturbata: nec tamen credebat se tempestiva morte præoccupari; unde subdit: *Et sicut palma, quae scilicet diutissime vivit, multiplicabo dies, scilicet per vitæ longitudinem.* Secundo describit continuatatem prosperitatis quantum ad divitias, quarum augmentum describit, subdens: *Radix mea aperta est secus aquas: arbores enim quae secus aquas radices habent, solent abundare fructibus.* Unde per hoc designat temporalium fructuum multiplicationem. Contingit autem quandoque quod fructus alienus hominis multiplicantur, sed propter aliqua impedimenta supervenientia eos colligere non possunt; unde ad hoc excludendum subdit: *Et ros morabitur in missione mea.* Contingit enim in terris calidis, quod propter vehementiam astus, messores in agro consistere non possunt ad metendum; sed nubes roris eis refrigerium præstāt, ut ad metendum non impediantur, secundum illud Isa. xviii. 4: *Sicut nubes roris in diebus messis.* Tertio describit processus continuatatem quantum ad gloriam, cum subdit: *Gloria mea semper innovabitur, scilicet per bona opera, quae multiplicare proponebat.* Quarto quantum ad continuationem potentiae: subdit: *Et arcus meus in manu mea instaurabitur: per arcum enim potentia designatur: talibus enim armis maxime orientales utuntur ad bella.* Sic igitur in premissis describit et severitatem, et misericordiam, quam exhibebat in iudicando: nunc autem tertio ostendit quomodo etiam sapientia utebatur: et primo quidem in iudiciis: et quantum ad hoc dicit. *Qui me audiebant, scilicet meo iudicio subjecti, expectabant sententiam meam, scilicet credentes etiam scilicet sapientissimum audiēre.* Quantum vero ad consilia subdit: *Et intenti tacebant ad consilium meum, scilicet expectantes ipsum, et avide audiētes; et postquam consilium dederam, erant eo contenti;* unde subdit: *Vobis meis addere nil audiebant, propter scilicet magnam sapientiam, quam in me existimabant: et non solum firmū tenebant*

\* in die

meum consilium, sed etiam in eo consolabantur, percipientes illud esse efficax ad suum propositum consequendum; unde subdit: *Super illos stillabat eloquium meum*, idest ad modum stillarum eos refrigerabat. Quia igitur jam dixerat qualis erat in consiliis et in judiciis, consequenter ostendit qualis erat in communī hominum conversatione. Et primo ostendit, quod erat gratiosus: quia enim erat absens, ejus praesentia desiderabatur; unde dicit: *Expectabant me sicut phoenicem*, per quam scilicet homines refrigerantur: quando autem erat præsens, ex ejus aspectu et sermonibus consolabantur: unde subdit: *Et os suum*, idest suum animum aperiebant, scilicet versus me, ut consolationem reciperent; et hoc est quod subdit: *Quasi ad imbrem scrutinum* qui scilicet refrigerium præstat post aestum diei. Secundo ostendit, quod erat in

conversatione moderatus: neque enim dissolvebatur gaudio: unde dicit: *Si quando ridebam ad eos*, scilicet aliquam magnam letitiam ostendens, non credebat, scilicet me esse risibus deditum. Similiter etiam non erat per tristitiam depresso: unde subdit: *Et lux rultus mei non cadebat in terram*: solent enim homines morore depresso, oculos ad terram demissos<sup>1</sup> habere. Tertio ostendit, quod non erat immoderatus circa honores: quia scilicet neque eos cupiebat; unde subdit: *Si voluisse ire ad eos*, quod tamen non de facili faciebat, *sedebam primus*, scilicet apud eos in honore existens: neque tamen erat in honoribus fastuosus; unde subdit: *Cumque sederem, quasi res circumstante exercitu, omnibus scilicet me hinc inde admirantibus, eram tamen marentium consolator*, quasi non despiciens eos.

## C A P U T T R I G E S I M U M

### LECTIO I

Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignalar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorum virtus manuum mihi erat probilio, et vita ipsa putabantur indigai. Egestate et fame steriles; qui rodebant in soliduline squalentes calamitate et miseria. Et mandebant herbas, et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum. Qui de convallibus ista rapientes, cum singula reperirent, ad ea cum etiamore correabant. In desertis habitabant, et in cavernis terre, vel super glaream. Qui inter hujuscemodi latabantur, et esse sub sensibus delicias computabant. Filii stultorum et ignobilium, et in terra penitus non parentes. Nunc autem iu corum caoticum versus sum, et factus sum eis in proverbiis. Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspueo non verentur. Pharetrani enim snam aperuit, et affixit me, et frumentum posuit in os meum. Ad dexteram orientis calamitatis meae illico surrexerunt pedes meos subverterunt, oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et prevaricaverunt, et non fuit qui ferret auxilium. Quasi ruglo nubo et aperta janna irruerunt super me, et ad meas miserias devoluti sunt. Reductus sum in nihilum; absulisti quasi ventus desiderium meum, et velut nubes pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipsa marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur

doloribus: et qui me comedunt, non dormiunt. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum: et quasi capitulo tunicae succinxerunt me. Comparatus sum luto, et assimilatus sum faville et cineri. Clamo ad te, et non exaudiis me: sto, et non respicias me. Mutatus es mihi in crudeliam: et in duritate manus tuae adversaris mihi. Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide. Scio, quia morti trades me, ubi constituta est dominus omni viventi. Veruntamen non ad consumptionem eorum emitti manum tuam: et si correrint, ipse salvabis. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi. Expeccabam bona, et venerant mihi mala: prestolabar lucem, et eruperunt tenebrae. Interiora mea offeruerunt absque illa requie, praevenerunt me dies afflictionis. Morens incedebam sine furore, consurgens in turba clamabam. Frater sui draconum, et socius struthionum. Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea arrerunt praecauitate. Versa est in luctum cithara mea, et organum menui in vocem flentium.

Postquam enumeraverat multa ad prosperitatem pertinentia, que in tempore præcedenti habuerat; hic enumerat adversitates quas nunc patiebatur: et

<sup>1</sup> Al.: « demersos. »

primo quidem contra gloriam et reverentiam pristinam, ostendit se in praesenti contemptui haberi. Tanto autem aliquis gravatur super alicujus contemplum, quantum fuerit persona contemnens abjectior: unde et ostendit, eos a quibus contemnebatur, esse abjectos, multipliciter: primo quidem ex tempore; unde dicit, *Nunc autem derident me juniores tempore, contra id quod supra dixerat, Videbant me juvenes, et abscondebantur, et seres assurgentess stabant.* Secundo ex ignobilitate, cum subdit, *Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei,* idest non reputabam eos dignos, ut eos assumerem ad ministeria domus meae, quantumcumque infima, puta ad custodiam canum; quod per oppositum respondet ei quod supra dixerat, *Principes cessabant loqui.* Tertio quantum ad modicatem potentiae; unde subdit, *Quorum, scilicet deridentium, vel etiam patrum ipsorum, quorum virtus manuum mihi erat pro nihil,* idest omnem eorum potentiam quasi nihilum parvipendebam; et hoc per oppositum respondet ei quod supra dixerat, *Vocem suam cohibebant duces.* Quarto quantum ad in honestatem: unde subdit, *Et vita ipsa putabantur indigni,* scilicet propter multitudinem gravium peccatorum: et hoc per oppositum respondet ei quod supra dixerat, *Auris audiens beatificabat me etc.* Quinto quantum ad paupertatem; unde subdit, *Egestate,* scilicet quantum ad rerum defectum, et fave, quantum ad afflictionem inde consequentem: *Steriles,* idest fructificare non valentes, contra id quod supra de se dixerat, *Petra fundebat mihi rivos olei.* Sexto quantum ad gravem vitam quam duebant; unde subdit, *Qui rodebant in solitudine,* idest grossis cibis utebantur, quos in desertis quarebant, puta glandibus, aut aliis hujusmodi, eo quod fructus agorum non habebant prae egestate; et hujusmodi vicius effectus ostendit, subdens, *Squalentes,* idest deturpati: *Culunitate,* quantum ad afflictionem proprii corporis: *Et miseria,* quantum ad adversitates extreiores. Exponit autem consequenter quid rodebant, cum subdit, *Et mandebant herbas,* scilicet agrestes et crudas, et arbo-

*rum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum,* in quibus grossitatem et vilitatem cibi ipsorum demonstrat. Ostendit autem consequenter, quod nec in hujusmodi tam vilibus cibis abundantant, ostendens quod hujusmodi cibos acquirebant etiam laboriose: quod signat, cum dicit: *Qui de concallibus ista rapientes,* idest cum magna difficultate accipientes propter ascensum et descensum, et in parva quantitate: quod signat, cum dicit, *Cum singula reperissent;* et cum quadam contentione: quod signat, cum dicit, *Ad ea cum clamore curabant,* ut scilicet unus alium praveniret: et omnia ista per oppositum respondent ei quod supra dixerat, *Lavabam pedes meos butyro.* Septimo ostendit eorum abjectionem ex parte habitationis, quia scilicet domos non habebant ad manendum: quod signat, subdens, *In desertis habitabant torrentium,* idest in alveis torrentium desiccatis: in quibus se protegebant a calore: *Et in cavernis terræ,* scilicet propter umbram, vel super glaream, scilicet propter refrigerium aquæ vicinæ, vel propter mollitatem arenae; et hoc etiam eis jucundum videbatur, quando talia loca invenire poterant ad manendum; unde subdit, *Qui inter hujusmodi delectabantur,* quasi etiam talium locorum copiam non habentes: et si aliquando contingere quod commodiora loca invenirent, hoc quasi deliciosum reputabant; unde subdit, *Et esse sub sentibus,* idest sub umbra parvorum arborum, *delicias computabant,* quia scilicet talis locus erat commodior ad manendum quam premissa. Hoc autem videtur respondere per oppositum ad id quod supra dixerat: *In nido meo moriar.* Enumeratis autem per singula miseriis eorum, quasi epilogando colligit quod dictum est, subdens: *Fili stultorum,* scilicet mente, et *ignobilium,* scilicet genere, et *in terra penitus non parentes,* idest nulla dignitate vel gloria conspicui. Consequenter exponit quid ab eis patiebatur: et primo quidem ostendit, quod ab eis irridebatur ore, et in ludis: quod signat enim dicit, *Nunc in eorum canticum versus sum,* quia scilicet de eo faciebant irrisorias cantilenas: et quantum ad hoc

subdit: *Et factus sum eis in proverbiū,* quia scilicet in communī quasi proverbiū utebantur infortniis Job, indūcētes eum in exemplū culpe et miseriae. Secundo ostendit, quonodo contemnōbat eum corde suo; unde subdit, *Abominabantur me,* scilicet quasi vilē et immundū. Tertio ostendit quonodo contemnebant eum factō: primo quidem, inquantum ejus presentiam horrebant; unde subdit: *Et longe fugiunt a me,* contra id quod supra dixerat, *expectabant me sicut pluviam.* Secundo vero, inquantum ei injurias irrogabant; unde subdit: *Et faciem meam conspuere non verentur,* scilicet in signū contumeliae et despectus. Ne putaretur propter aliquam culpam commissam in despactū venisse, ostendit causam prædicti contemptū ex parte divinā percussionis, ostendens primo quidem se divinitū afflictum, cum dicit: *Pharetram enim suam aperuit, et afflxit me.* De pharetra sagittae extrahuntur, quibus aliqui utuntur ad percutiendum. Per sagittas autem intelleguntur divina flagella, secundum quod supra, vi, dixerat: *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebit spiritum meum.* Pharetra ergo Dei est divina dispositio, ex qua hominibus adversitates proveniunt; nam apertam esse dicit propter abundantiam adversitatum, ex quibus non solum exterius, sed etiam interius se afflictum dicit. Secundo asserit se impeditum a Deo, ne saltem verbo suas injurias repellere possit; unde subdit: *Et frenum posuit in os meum,* quia scilicet per flagella divina sibi auferebatur fiducia respondendi, cum alii ex ipsis flagellis argumenta sumerent contra eum. Ostendit autem consequenter hujusmodi adversitates esse sibi a Deo immissas, ex eo quod præter consuetum modum humanaarum adversitatum advenierint: quod quidem primo ostenditur *ex loco*, unde adversitates adveniunt: solent enim et præcipue in terris illis impugnatiōes insurgere a parte septemtrionali, in qua habitant barbaræ nationes, et homines magis feroci et bellicosi, secundum illud Hier. 44 *Ab aquilone pandetur omne malum;* sed impugnatores beati Job provenerunt ex parte meridiei, ubi

solent homines minus bellicosi et feroce habitate. Dictum est enim supra, quod ejus adversitas incepit a Sabaeis qui tulērunt boves et asinas, et pueros occiderunt, unde dicit, *Ad dexteram orientis,* idest ex parte meridiei, quae est dextrum respectu orientis: si quis enim se ad orientem convertat, meridies erit ei ad dextrum. *Calamitates meæ illico surreverunt,* idest statim, a principio Sabaeis irruentibus. Secundo ostendit suas adversitates esse præter communem modum, quantum ad multiplicitudinem impugnationis: impugnatus enim fuit etiam quantum ad anissionem bonorum, ex quibus homo habet facultatem operandi, quæ per pedes significatur; unde subdit: *Pedes meos subverterunt,* idest omnes facultates meas destruxerunt: et hoc fecerunt faciliter; unde subdit: *Et oppresserunt,* scilicet pedes meos, *semitis suis,* quasi in suo transitu sive aliqua difficultate; et exemplum addit, cum dicit, *Quasi fluctibus:* fluctus enim maris subito cooperiunt terram sive navem, et totaliter eam absorbent. Subversis autem pedibus et facultatis, per consequens sequitur, quod ejus processus fuerint impediti; unde sequitur: *Dissipaverunt itinera mea,* idest omnes processus operum meorum. Ulterius etiam me in persona persecuti sunt, et dolose; quod signat, cum subdit, *Insidiati sunt mihi, et prævaluerunt,* In hoc quod addit, *Et prævaluerunt idest sine contradictione,* quia non fuit qui eos impedit in hoc facto; unde subdit: *Et non fuit qui ferret auxilium,* scilicet mihi, dum ab eis opprimer: nec etiam qui eos impediret ne ad me accederent; unde subdit: *Quasi rupto muro et aperta janua irruerunt super me,* idest, ac si nullum obstaculum fuisset: neque ex ipsa substantia negotii, quod significatur per murum, neque ex sollicitudine humana, quod significatur per januam. Ad me autem tam libere intrantes, non sunt miserit; unde subdit: *Et ad meas miseras devoluti sunt,* idest totaliter ad hoc intenderunt, ut me miserum redderent. Tertio ostendit hujusmodi adversitates esse a Deo immissas, ex effectu earum, quia scilicet per eas totaliter erat destitutus; unde

subdit, *Redactus sum in nihilum*: quod dixit, quia nihil ei de pristina prosperitate remanserat. Quae quidem in duobus consistebat: uno quidem modo in exterioribus rebus, quaे per violentiam amiserat; unde subdit: *Abstulit quasi ventus*, scilicet per violentiam, *Desiderium meum* idest omne desiderabile quod in rebus exterioribus habebam. Alio modo consistebat ejus prosperitas in salute propriae personæ: et quantum ad hoc subdit, *Et velut nubes*, idest subito et totaliter, *pertransiit salus mea*, scilicet meæ persona. Ablatis autem desiderabilibus bonis, ejus anima in tristitia remanebat; unde subdit, *Nunc autem in memetipsu marcescit* scilicet per tristitiam, *Anima mea*: non enim poterat non tristari, filiis et rebus amissis. Recedente autem salute corporali, consequens erat, ut etiam corporalem dolorem sentiret, qui indie nec dabat ei requiem; unde subdit, *Et possident me dies afflictionis*, idest corporalis doloris: quo etiam in nocte aggravabatur; unde subdit, *Nocte os meum perforatur doloribus*; quasi dicat: ita in nocte increaserunt dolores mei, quod videtur mihi quod perveniant usque ad ossium perforationem. Cansam autem doloris ex vulneribus putrefactis fuisse ostendit; unde subdit, *Et qui me comedunt*, scilicet vermes ex putredine vulnerum generati, *Non dormiunt* quia scilicet nullam requietem ei dabant. Et ut cornu multitudinem ostendat, subdit: *In multitudine eorum consumitur vestimentum meum*; quasi dicat: Tanta est vermium multitudine, quod non solum carnem comedunt, sed etiam vestimenta corrodent. Et ut ostendat eos non in una tantum parte corporis esse, sed quasi per totum corpus usque ad caput diffundi, subdit, *Et quasi caput tunc sucinxerunt me*; quasi dicat: Prae multitudine non continentur sub velamine ligatura vestimenti, sed prouumpunt in apertum, et circundant collum. Ex hujusmodi autem pena ostendit se abominabilem hominibus factum; unde subdit, *Comparatus sum luto*, ut scilicet mihi praे multitudine putredinis et verminis nullus appropinquare velit, sicut nec luto: *Et assimilatus sum farilla et cineri*, idest dejectus et contemptui habi-

tus. Solent autem qui ab hominibus despiciuntur, auxilium habere a Deo: sed ipse a Deo relinquatur in temporali adversitate: unde subdit: *Clamabo ad te*, scilicet continue petens liberari ab hac adversitate, *et non exaudies me*, scilicet tam cito: *Sto*, idest persevero in orando, *et non respicias me*, scilicet ab adversitate liberando; et ita si considerarem tantum temporalem statum, reputarem te crudellem et durum hostem; unde subdit: *Mutatus es mihi in crudellem*, secundum scilicet quod videtur ex exterioribus flagellis, dum nec mihi deprecanti pareis: *Et in duregia manus tuae adversaris mihi*, scilicet graviter me affligendo. Et secundum quod ex exterioribus appetat, videtur quod in malum meum mihi pristinam prosperitatem concesseris; unde subdit: *Elevasti me*, scilicet in tempore prosperitatis, *et quasi super ventum ponens*, idest in altissimo statu instabili tantum ad modum venti, *elisisti me ratiode*, idest graviter me hasisti, quasi de alto in terram projiciens. Et ne videtur hoc ex desperatione deduxisse, subdit: *Scio quod morti tradus me*; quasi dicat: Non patior hoc quasi inexcoigitata sed scio, quod adhuc ad ulteriorem defecatum deducar, scilicet usque ad mortem. Ille autem dicit se scire propter conditionem mortalis vite; unde subdit: *Ubi constituta est dominus omni viventi*, quia videlicet ad mortem omnes homines tendunt, sicut homo ad suam dominum: nec tamen homo per mortem totaliter consumitur, quia remanet anima immortalis; unde subdit: *Verumtamen non ad consumptionem eorum*, scilicet hominum viventium, *emittis manum tuam*, ut scilicet per tuam potentiam eos in nihilum redigas, *et si corruperint*, scilicet per mortem, *ipse salvabis*, animas scilicet beatificando; et hoc de tua benignitate spero, quantumcumque in temporalibus adversis mihi crudelis et duri videaris. His igitur premissis de pristina prospectate, et subsequente adversitate, quasi sub quadam compendio premissa recoligit dicens: *Flebam quondam*, scilicet prosperitatis tempore, *super eo qui afflictus erat*, secundum Apostolum Rom. xii, 13: *Flere cum flentibus*, et compatiebar defec-

tum patientibus; quod ostendit subdens: *Et compaticebatur anima mea pauperi*, scilicet non solum in affectu, sed etiam in effectu, ut supra dixi; et pro his misericordia operibus, *Expectabam bona*, supra<sup>1</sup> prospera iugis mundi secundum opinionem amicorum snorum: *Et renarunt mihi mala*, idest adversa: per quod patet eorum sententiam esse falsam: *Prestolabar lucem*, idest consolationem vel consilium quo a malis eriperer: *Et eruperunt tenebrae*, idest amaritudinem et desolationem<sup>2</sup>. Expouit autem con querenter mala supervenientia: et incipit ab interioribus malis, cum dicit, *Interiora mea effuberunt absque ulla requie*: quod potest referri ad infirmitatem interiorum viscern procedentem ex iuordinati caloris fervore. Et ut hujusmodi inquietudinem nimis tempestivam ostenderet, subdit: *Prævenierunt me dies afflictionis*: omnes enim homines senectutis tempore affliguntur propter invaliditatem sed ipse in juventute fuit præventus afflictionibus. Deinde quantum ad exteriora subdit: *Mores incedebam*, idest cum inter homines ambulabam, propter miseriam et tristitiam procedebam: sed licet tristitia sit causa iræ; hoc tamen in me non fuit: unde subdit: *Sine furore*

*consurgens in turba clamavi*, exponens scilicet meas miseras, quæ scilicet partim erant ex defectu amicorum: de quibus subdit: *Frater fui draconum*, idest illi, qui me debebant ut fratrem diligere, mordebat me ut dracones: *Et socius struthionum*, qui scilicet solent oblivisci proprii fetus: ita et ipsi obliiti sunt mei, ut mihi non subvenirent. Partim autem erat ei<sup>3</sup> adversitas ex infirmitate corporali; unde primo quantum ad exteriora dicit: *Cutis mea denigrata est super me*, scilicet propter interiore corruptionem humorum et vermium. Deinde quantum ad interiora subdit: *Et ossa mea aruerunt præ cauatae*, idest tanta est vis inordinati caloris in me, quod quasi medullæ ossium arerunt. Partim autem consistebat ejus adversitas in exterioribus tristitia signis, in quæ commutata erant signa gaudii: que quidem sunt vel musica instrumenta<sup>4</sup>; et quantum ad hoc dicit, *Versa est in luctum cithara mea*; quasi dicat: Sucedit mihi luctus citharae, qua ad jucunditatē utebar: vel sunt humanae voce cantica; unde subdit: *Et organum meum*, quo scilicet utebar ad gaudium, in vocem flentium, scilicet versus est.

## C A P U T T R I G E S I M U M P R I M U M

---

### LECTIO I

Pepigi fœdus cum oenlis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quam euini partem habere in me Deus despicer, et hereditatem omnipotens de excusare. Nonquid non perdito est iniquo, et alienatio operantibus iniquitatem? Nonne ipse considerat vias meas, et cunctos gressus meos diminuat? Si ambulavi in vanitate, et festinavit in dolo pes meus. Appendat me in statu justa, et sciatis Deus simplicitatem meam. Si declinavit gressus meus de via et si sentitus est oculus meus cor meum, et si in manib[us] meis adhaesit macula, seram, et aliis comedat, et progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor meum super muliere, et si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum alterius sit uxor mea, et super illam incurvantur alii. Hoc enim nefas est, et iniquitas maxima. Ignis est usque ad perditionem devorans, et omnia eradicans genuinam. Si contempsi subire judicium cum servo meo et alicilla mea, cum discepstant adversum me. Quid

enim faciam cum surrexerit ad judicandum Deus? et cum quæserit, quid respondebo illi? Numquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est: et formavit me in vulva manus? Si negavi, quod volebam, pauperibus, et oculos vidue expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, et non comedidi pupillam ex ea. Quia ab infante mea crevit mecum misericordia, et de utero matris meæ egressa est mecum. Si despxi preferenteum en quod non haberet indumentum, et absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera ejus, et de velleribus ovium mearum calcifactus est. Si levavi super pupillum magnum meam, etiam cum videarem me in porta superiori. Humerus meus a junctura sua cadat, et brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum, et pondus ejus ferre non potui.

<sup>1</sup> Al. : « scilicet. » — <sup>2</sup> Al. : « dubitationum. »

<sup>3</sup> Al. : « ejus. » — <sup>4</sup> Al. : « instructa. »

Postquam Job narraverat pristinam prosperitatem, et subsequentem adversitatem; hic consequenter innocentiam suam ostendit, ne credatur propter peccata in adversitates incidisse. Incipit autem innocentiam suam ostendere per immunitatem a peccato luxuria, quod plures involvit; quod quidem peccatum in lubrico positum est, et nisi aliquis principia vitet, vix in posterioribus possit pedem extrahere. Primum autem in hoc peccato est aspectus oculorum quo mulier pulchra aspicitur, et praecipue virgo: secundum autem est cogitatio, tertium delectatio, quartum consensus, quintum opus. Voluit igitur Job principia hujus peccati excludere, ut eo non involveretur; unde dicit, *Pepigi fodus*, idest in corde meo firmavi, sicut pacta firmantur, *Cum oculis meis*, ex quorum scilicet aspectu pervenitur in concupiscentiam mulierum; et ita ab inspiciendis mulieribus abstinere, *Ut ne cogitarem de virgine*, idest ut nec primum gradum interiorum attingerem, scilicet cogitatione: videbatur enim esse difficile si in primum incideret, scilicet in cogitationem, quin in alia, laberetur scilicet in delectationem et consensum. Deinde ostendit, quare tam sollicite hoc peccatum vitaverit; et primo quidem rationem assignat ex hoc quod per peccatum luxuria homo maxime videtur a Deo discedere. Accedit autem homo ad Deum per spirituales actus, qui maxime impediuntur per delectationem venereum; unde subdit, *Quam enim partem haberet Deus despicer in me?* Quasi dicat: intantum in me Deus partem habet, inquantum ad superiora mea mens rapitur; si vero per luxuriam mens mea ad carnalem delectationem ejiciatur, nullam partem in me Deus despicer habebit. Contigit autem quandoque quod etiam luxuriosi ad horam aliquid de Deo spiritualiter cogitent, sed mox per delectationis concupiscentiam ad ima vocantur; unde par Dei in eis firma esse non potest quasi hereditas; unde subdit: *Et hereditatem*, idest firmam possessionem, in me, scilicet ad inferiora prolapso, habere non poterit, *omnipotens de excelsis?* idest qui in excelsis habitat. Unde oportet, quod hereditas ejus sit in iis qui su-

blimia petunt, scilicet spiritualia; non autem in iis qui ad carnalia descendunt. Secundo ostendit causam quare luxuriae peccatum vitaverat ex damno quod homini infert, quod est duplex: unum quidem corporale, dum scilicet homo propter peccatum luxurie incurrit periculum personae et rerum; unde subdit: *Nunquid non perditio est iniquo?* quasi dicat: Iniquus qui hoc peccato involvitur, in perditionem vadit. Aliud vero damnum est impedimentum a bonis operibus; unde subdit: *Et alienatio operantibus iniuritatem?* quia enim vehementer delecatio magis animum ad se trahit, inde est quod homines luxurie dediti a bonis operibus discedunt, et etiam a bonis predicationibus. Tertio assignat causam quam considerat ex parte divinae providentiae, que omnia facta hominum prospicit, et sie nullus potest a pena esse immunis; unde subdit: *Nonne ipse considerat vias meas?* idest processum meorum operum ad remunerandum. Nec solum totalem processum ipse cognoscit, sed et singulas partes illius processus; unde subdit: *Et cunctos gressus meos dinumerat?* idest omnia etiam modica, quae in actibus meis reprehensibilia videntur, suo iudicio examinat; et ita non transire de eis impunitus. Secundo se a vito dolosatis, utens in hoc et omnibus subsequentibus quodam juramento, quod fit per execrationem, dum scilicet homo, si non est verum quod dicitur, obligat se ad penam; unde dicit: *Si ambulari*, idest si processi, in vanitate, idest in aliqua falsitate: dicuntur enim vani illa, que soliditatem non habent: soliditas autem in anima maxima est per veritatem. Quomodo autem ambuletur in vanitate, ostendit subdicens: *Et festinavit in dolo pes meus*, idest affectus meus, et quacumque alia virtus anime est motionis principium. Signanter autem dicit, *Festinavit in dolo*: quia tunc homo festinare dicitur, quando per alias vias dolosas intendit velociter obtinere, quod per viam veritatis cum magna difficultate obtineretur. Quod autem aliquis absque dolo ambulet, considerari potest ex inspectione rectitudinis justitiae, a qua dolosus declinat: unde subdit: *Appendat me in statera justa*,

scilicet Deus, ut ex ejus justitia discernatur an ego in dolo processerim. Cum autem dolus praeipue in intentione cordis consistat, ille solus potest de dolo judicare, cui patet cordis intentio, scilicet Deus; unde subdit : *Et sciit Deus simplicitatem meam*, quia scilicet duplicitati dolositatis opponitur. Dicit autem, *Sciit Deus*, non quasi de novo cognosciturus, sed quasi alios de novo seire facturus : vel quia in ratione sua iustitia hoc ab aeterno cognovit. Et quia universaliter a se dolum<sup>1</sup> exheserat, descendit ad quadam specialia<sup>2</sup> peccata, quibus aliquis dolose rebus alienis insidiatur : quod quidem contingit in furto, et in adulterio : in furto enim aliquis dolose insidiatur rebus possessis a proximo ; et hoc excludit a se dicens, *Si declinavit gressus mens de via*, scilicet iustitia contemnendo ipsam : ex quo sequitur, quod homo res proximi insidioso oculo videat ad rapieendum : unde subdit : *Si secutus est oculus mens, Cor meum*<sup>3</sup>, idest desiderium meum ; quasi dicat, Si ad hoc habendum oculus meus intendit, quod cor desideravit. Tertio autem contingit, quod homo contempta iustitia et intentione directa ad acquirendum quod cor concepiscit, adhibet maius ad rapieendum aliena : unde sequitur, *Et manibus meis adhaesit macula*, scilicet per ablationem rei alienae. Iustum est autem, ut si quis bona aliena rapiat, et bona ejus ab aliis diripiatur : unde subdit : *Seram, et aliis comedat* ; quasi dicat : Si bona aliena rapui, bona mea ab aliis rapiantur, quod est execrationis juramentum. Solent autem homines aliena rapere, ut filii suis divitias congregent : secundum illud Nahum n. 12 : *Leo cepit sufficienter catulus suis* ; et ideo iustum est ut homini qui aliena rapit, non solum sua diripiatur, sed etiam filii moriantur : unde subdit : *Etnies proge mea eradicetur*, cui scilicet videretur rapina fuisse conservata. In adulterio vero homo uxori proximi dolose insidiatur : in quibus insidiis quedam cordis deceptio praeedit, dum scilicet ratio per concepientiam obtenebratur ;

unde subdit : *Si deceptum est cor meum super mulierem*, scilicet alienam concupiscentiam mulieris vincitur, consequens est ut mulierem concupitam quibuscumque dolis habere conetur ; unde subdit : *Et si ad ostium vicini mei nsidiatus sum*, ut scilicet ejus uxore abuterer. Juste autem puniri videatur qui alienam uxorem adulterio polluit, quod etiam ejus uxor ab aliis polluatur ; unde subdit : *Scortum alterius sit uxormea*, ut scilicet alii se ualeat exibeat. Ex quo sequitur, quod alii ea ablutantur ; unde subdit : *Et super illum incurrentur alii*, scilicet adulterium committendo. Quare autem hoc peccatum vitaverit, ostendit subdens : *Hoc enim nefas est* : quia scilicet est contra statutum Dei, qui virum et mulierem in matrimonio conjunxit ; et si consideretur humana iustitia. *Est iniqitas marima* : quia scilicet quanto est majus bonum quod surripitur, tanto est injustitia major : si quis enim furaretur bovem, major est iniqitas quam si furaretur ovem ; unde et majori pena punitur, ut habetur Exod. xxu. Ille autem qui adulterium committit, maxime quid ei subfrabit, scilicet uxorem, qua est una caro cum ipsa, et prolem certam, et per consequens totam patrimonii successionem, qua propter adulterium quandoque ad extranum pervenit : unde subdit : *Ignis est*, scilicet adulterium, usque ad consumptionem devorans, quia scilicet defraudat hominem in toto patrimonio, ut dictum est : *Et omnia eradicans genimina*, dum scilicet filiorum successionem facit incertam : unde dicitur Ecel. xxii, 32 *Mulier omnis relinquens virum suum peccabit, statuens hereditatem ex alieno matrimonio*.

Sic ergo postquam expurgavit se de iniurial quantum ad hoc quod aliis injuriari non fecit, nec in rebus surripiendis, nec persona conjuncta abutendo, excusat se consequenter in eo quod iustitiam non incurrit per iustitiae defectum ; unde subdit : *Si contempsi iudicium subire cum servo meo et ancilla mea, cum disceptarent adversum me* ; quasi dicat :

<sup>1</sup> Al. : « viriliter a se dolum etc. »

<sup>2</sup> Al. : « spiritualia. »

<sup>3</sup> Al. : « sic legitur : » « ad rapiendum scilicet cor meum etc. »

Si minoribus meis justitiam reddere contempsi, haec et illa gravia mihi accidant. Quare autem eum servis suis judicium subire non contempserit, ostendit subdens : *Cum surrexerit ad judicandum Deus*, idest cum apparuerit iudicaturus ipse, cuius judicium modo despiciunt, non haberem ad eius consilium vel auxilium confugerem<sup>1</sup> : nec etiam possem Deo rationabiliter in iudicio respondere ; unde subdit : *Et cum quassierit, idest cum facta mea examinaverit, Quid respondebo illi?* idest quam rationem reddere potero quare cum servis meis iudicium subire noluerim? quasi dicat, nullam<sup>2</sup> ; et hoc ostendit consequenter ex hoc quod naturaliter est eadem conditio omnium hominum ; unde subdit : *Nunquid non in utero fecit me, qui et illum operatus est?* quasi dicat : Eamdem animam eum servis meis habeo a Deo creataam : corpus etiam meum eadem divina virtute formatum est ; unde subdit : *Et formavit me in vulva unius, scilicet dens, qui et illum formavit;* et ideo manifestum est, quod cura est Deo, qualiter illum traxerit.

Postquam igitur ostendit se non fuisse luxuriosum, neque injustum, consequenter ostendit se non fuisse immisericordem : quod quidem primo ostendit ex hoc quod beneficia misericordia non subtraxit. Solent autem quidam pauperi eleemosynam petenti, statim a principio negare quod petitur ; quod a se excludit, dicens : *Si negavi pauperibus quod rotebant.* Quidam vero non negant, sed tamen dare differunt ; quod a se excludit, dicens : *Et cullos viduae expectare feci.* Alii vero non negant, nec dare differunt quae petuntur, sed nihil ex proprio victu dant<sup>3</sup> ; sed hoc a se excludit ostendens quod nec modicis solus voluit uti quin alii communicaret ; unde subdit : *Si comedи huc-cellam mean solus, et non comedи pupillus ex ea;* et subintelligitur, haec vel illa gravia mihi accidant. Est autem considerandum quod valde signanter loquitur : pauperes enim non solum petere, sed etiam instare solent, unde beneficium

misericordia non subtrahitur eis nisi per omnino negationem ; vidua autem petunt quidem, sed instare verentur ; et ideo nisi cito eis subveniatur, misericordia beneficio privantur ; pupilli autem nec petere audent : unde oportet quod etiam eis non potentibus misericordia impendatur. Quare antem tam misericors fuerit, ostendit ex diatribis ; primo quidem ex antiqua consuetudine quam a pueritia inchoavit : unde subdit : *Quia ab infante mea crevit mecum misericordia :* quanto enim magis crescebat in annis, tanto magis in misericordie operibus exercebatur. Secundo, quia naturali inclinationem habebat ad misericordiam, sicut diversi homines ad diversas virtutes, quasdam naturales inclinationes habere solent ; unde subdit : *Et de utero matris meae egressa est mecum :* quia scilicet ex primis generantibus sic dispositus fui, ut esse ad misericordium promptus. Solent autem esse duplex misericordie impedimentum ; quorum primum est contemptus miseri, quem non reputat miseratione dignum. Consueverunt autem despici qui vilibus indumentur, et honorari qui utinam vestibus pretiosis ; unde dicitur Eccl. xix, 27: *Quod omnius corporis enunciata de homine;* sed hoc misericordie impedimentum a se excludit subdens : *Si despisi praterreuntem,* idest quemcumque extranum per viam transeuntem, et pauperem, eo quod non habuerit indumentum, scilicet novum<sup>4</sup>, eo quod esset absque operamento, subaudi, haec vel alia mihi accidunt. Nec solum non despici vestimentis carentem, sed etiam de vestimentis providi ei ; unde subdit : *Si non benedixerint mihi latera ejus,* que scilicet discoeperta operni, et sic fuerint occasio quod mihi benedixerint. Et rationem hujus exponit subdens : *Et de relleribus orium meorum calefactus est,* scilicet per vestimenta sibi exhibita : et est subaudiendum idem quod est supra. Aliud autem impedimentum misericordie est fiducia proprie potestatis, ex qua homini videtur quod impune possit alios gravare, et maxime

<sup>1</sup> Al. : « resurgerem. »

<sup>2</sup> Al. : « nullum. »

<sup>3</sup> Al. : « darent. »

<sup>4</sup> Al. : « novum. »

inferiores personas; et hoc a se excludit dicens: *Si lerori super pupillum manum meam, ut scilicet eum opprimerem, etiam cum viderem me in porta idest in loco judicii, superiorum, idest magis potentem, Justum est autem, ut homo membris privetur quibus ad injustitiam utitur: et ideo subiungit amissionem, quasi poenam, non solum manus, sed etiam brachii, in quo radieatur manus, et humeri, cui brachium colligatur; unde subdit: Humerus meus a junctura sua cadat, et brachium meum cum suis ossibus conteratur; si scilicet manus mea sum abusus ad pauperum oppressionem.* Ostendit autem consequenter, quare, licet esse superior, super pupilos manum non leva-

ret: quia scilicet etsi non dimitteret propter hominem, dimitteret tamen propter Deum, cuius scilicet judicia timebat; unde subdit: *Semper enim quasi tu mentes super me fluctus timui Domum:* et loquitur ad similitudinem in mari navigantium, qui intumescentibus fluctibus super altitudinem navis, timent ne ab eis submergantur: similiter timebat comminationes divinas, quasi fluctus intumescentes: et etiam auctoritali divinae cederbat, ex qua prohibetur pupillorum oppressio; unde subdit: *Et pondus ejus, idest auctoritatem Dei protegentis pupilos, ferre non potui, quin scilicet in me inclinarem.*

## LECTIO II

*Si putavi aurum robur meum, et obrizo dixi, fiducia mea. Si lactatus sum super multis divitiis meis, et qui plurima reperit manus mea. Si vidi solem eni fulgeret, et lunam incidentem clare: Et lactatum est in abscondito cor meum, et ostentatus sum manum meam ore meo: Quae est iniuritas maxima, et negatio contra Deum altissimum. Si gavisus sum ad ruinam ejus, qui me oderat, et exultavi quod invenisset enim malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus ejus, et satiarantr? Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patnuit. Si abscondi quasi homo peccatum meum, et colavi in sine meo iniuritatem meam. Si expavi ad multitudinem nimiam, et despicio propinquorum terruit me, et non magis tacui, nec egressus sum ostium. Quis nihil tribuat auditorem, ut desiderium meum audiat omnipotens, et librum scribat ipse qui iudicat? Ut in numero meo portem illum, et circumdum illum quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos proununcio illum, et quasi principi offeram eum. Si aduersus me terra mea clamat, et cum ipsa sulci ejus dellet. Si fructus ejus comedti absque pecunia, et animam agricolarum ejus afflxi: Pro frumento oriatur mihi tribulus, et pro hordeo spina.*

Finita sunt verba Job.

*Postquam Job excusavit se de justitia et de immisericordia, hic consequenter excusat se de inordinati affectu ad divitias: quod quidem contingit dupliciter: uno modo per hoc quod homo nimis de divitiis confudit: et hoc excludit dicens: Si putavi aurum robur meum, ut in divitiis principaliter virtutem meam reparem, et si obrizo, idest, si auro purissi-*

*mo, dixi, fiducia mea, scilicet tu es, contra id quod Apostolus dicit 17 ad Timoth. ult: *Divitibus hujus saeculi preceipe, non sperare in incerto divitiarum. Secundo deordinatur hominis affectus circa divitias per hoc quod nimis de divitiis gaudet: et ideo quantum ad divitias jam habitas subdit: Si lactatus sum, scilicet inordinate, super multis divitiis meis; quas sicut propria possidebam. Quantum autem ad acquisitionem divitiarum subdit: Et quia plurima reperit manus mea solent enim homines de his quae de novo acquirunt, magis gaudere. Deinde excusat se a peccato superstitionis, quod est contra Deum: solebant autem antiquitus idololatrie stellas coeli et praincipia luminaria, propter maximam eorum claritatem; et hoc a se excludit dicens: Si vidi solem cum fulgeret, et lunam incidentem clare, propter quae scilicet ab idololatriis coluntur, et lactatum est in abscondito cor meum, quasi interiori cultu eis devotus existens: et quantum ad exteriorem cultum subdit: Et osculatus sum manum meam ore meo, quasi in eorum reverentiam. Et quare hoc vitaverit, ostendit subdens: Quae est iniuritas maxima: si enim iniquum est, ut illud quod est mihi homini debitum alteri exhibeat, maxime videtur esse iniquum, ut cultus**

Dei debitus exhibetur creatura<sup>1</sup>. Et quia impossibile est, quod homo simul Deo et creaturae exhibeat latriam, ideo subdit : *Et negatio contra Deum altissimum* : si enim quibusdam creaturis nomen Dei per participationem attributatur, soli tamen Deo altissimo latria cultus debetur, qui vocatur altissimus, etiam si aliis talis cultus exhibetur.

His igitur præmissis quæ pertinent ad communem justitiam, subjungit quædam quæ pertinent ad perfectionem virtutis : inter quæ, primo odiū inimicorum excludit, quod maxime manifestatur quando aliquis gaudet de totali ruinā ejus ; et hoc excludit a se, dicens : *Si gaudes sum ad ruinam ejus, qui me oderat* ; vel de aliquo malo ei superveniente : quod a se excludit subdēns : *Et si exultavi, quod inveniesset eum malum*, idest ex insperato ei supervenisset. Et quare hoc vitaverit, ostendit subdens : *Non enim dedi ad peccandum guttur meum ut expeterem maledicens omnium ejus* : naturaliter enim homo desiderat ea de quibus gaudet, et desiderium interius explicat verbis. Consequens igitur est, ut si aliquis de malis gaudeat, quod ea desiderat ; et per consequens, quod maledicendo ei malum imprecetur.

Deinde perfectionem suæ virtutis ostendit quantum ad superabundantium honorum quæ aliis exhibuit ; et primo quidem quantum ad domesticos suos dicit : *Si non dixerunt ciri tabernacula mui, quis det de carnis ejus ut saturetur* : cum enim aliquid est delectabile ad usum comedionis, desiderant homines ejus carnis saturari. Per hoc ergo dat intelligere, quod ejus conversatio tam fuit suis domesticis grata, quod ejus carnaли præsentia cuperent<sup>2</sup> saturari. *Quantum autem ad extraneos subdit* : *Foris non renunxit peregrinus, qui scilicet in domo mea recipetur* : *ostium meum riatori patuit* ; ut scilicet ei non esset difficultis ingressus. Ulterius ad ostendendum sua virtutis perfectionem, quantum ad exclusionem timoris indebiti. Solent autem

homines propter confusioneis timorem interdum contra justitiam suam culpm occultare : vel eam negando : quod a se excludit, dicens : *Si abscondi quasi homo*, idest sicut homines, solent facere, *Peccatum meum*, illud scilicet indebit negando, vel excusando, vel etiam astutis aliquibus palliando ; unde subdit : *Et certari in sinu meo*, idest per aliquam occultam simulationem, *iniquitatem meam*, cum scilicet eam confiteri vererer. Consequenter autem excludit a se inordinatum timorem corporalium periculorum, qui quidem maxime solet procedere ex multitudine contra hominem insurgente, secundum illud. Eeccl. xxvi, 5 et 6 : *A tribus timuit eorū mentem* : *detulaturam cricitatis, et collectionem populi etc* : unde dicit : *Si expiri ad multitudinem nimiam*. Additur autem ad hunc timorem, si homo despiciatur a propinquis, a quibus juvari deberit ; unde subdit : *Et despicio propinquorum terruit me*. Solent autem homines impavidi in contrarium incidere per præsumptionem : et quandoque quidem saltem verbis loquuntur contra fortiores ; et hoc a se excludit dicens : *Et non magis tuui* : quandoque autem ulterius procedunt, ut præsumptiose multitudinem adversariorum invadant ; sed hoc excludit dicens : *Nec egressus sum ostium*. Et quia multa et magna de se dixerat, super his divinum testimonium invocat ; unde subdit : *Quis mihi tribuat auditorem*, qui scilicet meum interpellat ad Deum. Et ad quid adjuvari velit, ostendit subdens : *Ut desiderium meum audiat omnipotens* : et quod sit suum desiderium, exponit subdens : *Et librum scribat*, scilicet mea accusations vel commendationis super præmissis, ipsi qui judicat, scilicet omnes actus humanos, scilicet interiores et exteriores ; et si quidem per hujus libri testimonium, idest per certam veritatis manifestationem ego culpabilis appaream, volo portare penam ; unde subdit, *Ut in humero meo portem illum*. Si vero manifestata veritate commendabilis apparet, exinde coronam præmii accipiam : unde

<sup>1</sup> Al. deest. : « creature. »

<sup>2</sup> Al. deest. : « cuperent. »

<sup>1</sup> Parv. : « Zeclaturam. »

subdit : *Et circumdem illum quasi coronam mihi* : per quod dat intelligere suum desiderium esse, ut qui injuste condemnabatur ab amicis, justo Dei iudicio reservetur. Prædicto autem libro divini testimonii se non contradicturum promittit; nunc subdit : *Per singulo gradus nos*, id est processus operum meorum, *pronunciabo illum*, id est continebo veritatem divini testimonii, nec recusabo subire sententiam secundum testimonium divinum; unde subdit : *Et quasi principi oferam illum*, scilicet gratanter ferens, ut secundum divinum testimonium eum cogatur.

Deinde excludit a se vitium superflua cupiditatis, etiam in rebus acquirendis ex propriis possessionibus; quod quidem dupliceiter manifestatur : uno modo per hoc quod homo per nimium cultum superfluos fructus a suis possessionibus extrahere nittitur : et ad hoc excludendum metaphorice subdit : *Si adversum me terra mea clamat* : qua-

si non permiserim eam quiescere, sed nimis eam colherim ; unde subdit : *Et cum ipsa sulci ejus deflent* : et loquitur per similitudinem hominis qui nimis angariaretur. Alio modo manifestatur superflua cupiditas per hoc quod homo operariis suis pretium denegat laboris ; nunc subdit : *Si fructus ejus comedì absque pecunia*, scilicet soluta operariis, et *animam agricolarum ejus affliri*, scilicet nimis cogendo ad laborandum, vel mercedem subtrahendo. Est autem debitum, ut qui superflua et inconsueta cupit, etiam debita et consueta perdat; unde subdit : *Pro frumento*, quod scilicet seminatur ad victum hominis, *oriatur mihi tribulus*, qui scilicet non solum est inutilis, sed et pungitivus ; et *pro hordeo*, quod scilicet seminatur in cibum jumentorum, *Spina*, que scilicet etiam jumenta pungendo laedit. Quibus premissis, subdit epilogus, cum dicitur, *Finita sunt verba Job*, que scilicet adduxit ad sue sententiae assertiōnem, nihilque posthoc propositum.

## CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM

---

### LECTIO I

Omisserunt autem tres viri isti respondere Job, eo quod justus sibi videbatur. Et iratus indignatusque est Elihu filius Barachel Buzithes, de cognatione Ram. Iratus est autem adversus Job, eo quod justum se esse diceret coram Deo. Porro adversus amicos ejus indignatus est, eo quod non interuisserint respondentem rationabilem, sed tantummodo condemnasseculi Job. Igitur Elihu expectavit Job loquenter, eo quod seniores essent quod loquebantur. Cum autem vidisset quod tres respondere non possint, iratus est vehementer. Respondentesque Elihu filius Barachel Buzithes, dixit : Junior sum tempore, vos autem antiquiores : idecirco deueniis capite veritus sum vobis indicare meam sententiam. Sperabam enim, quod vetas prolixior loqueretur, et annorum multitudine doceret sapientiam. Sed, ut video, spiritus est in hominibus ; et inspiratio omnipotens dat intelligentiam. Non sunt longavii sapientes : nec sensus intelligentia judicium. Ideo dicamus, audite me : ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. Expectavi enim sermones vestros, et divisi prudentiam vestram donec disceptarem in sermonibus vestris : et donec putabam vos aliquod dicere, considerabam. Sed ut video, non est qui possit arguere Job, et respondere ex vobis sermonibus ejus. Ne forte dicatis, inventum est sapientiam : Deus projecit eum, non homo. Nihil locutus est mihi ; et ego non secundum

sermones vestros respondebo illi. Extimerunt, nec responderunt ultra, abstuleruntque a se eloquium. Quoniam igitur expectavi, et non suut locuti ; steterunt, nec responderunt ultra ; respondebro et ego partem meam, et ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonibus, et coarctat me spiritus uteri mei. En venter meus quasi instum absque spiraculo, quod lagunculas novas disruptum. Loquar et respirabo pantulum ; aperiam labia mea, et respondebo. Non accipiam personam viri, et deum homini non aequabo. Necesse enim quandoam subsistam, et si post modicum tollat me factor meus.

Finita disputatio Job et trium amicorum ejus, subditur disputatio Elihu contra Job qui quidem quibusdam acutioribus rationibus contra Job nititur quam priores et magis ad veritatem accedit : unde et Job ei non respondet : licet tameu in aliquo a veritate deviet, et verba Job sinistre interpretetur, ut infra patebit. Praemittitur autem causa ex qua motus fuit ad loquendum : scilicet ex indignatione

contra Job, et contra amicos ejus. Praemittit ergo trium amicorum silentium, cum dicit, *Omiserunt autem tres viri isti*, scilicet de quibus supra habitum est, *respondere Job*. Ubi notandum est, quod eos viros non nominaret, si non fuisse res gesta, sed parabola conficta. Causam autem silentii ostendit subdens, *Eo quod justus sibi videretur*: multa enim dixerat Job, que ad suae justitiae ostensionem pertinebant, quibus predictis tres viri contradicere non valebant. Ex utroque horum, scilicet ex silentio amicorum, et ex hoc quod Job sibi justus videbatur, commotus fuit Elihu, qui astabat, ad iram; et ideo subditur: *Et iratus, scilicet in corde, indignatusque, scilicet ostendendo ire signa exterins, Est Elihu*, in quo describitur ex nomine, *filius Barachel*, in quo describitur ex origine; *Buzithes*, in quo describitur ex patria; *De cognatione Ram*, in quo describitur ex genere; que tota descriptio ad hoc vallet, ut ostendatur ad rem gestam pertinere. Causam ira<sup>1</sup> explicat consequenter: et primo quidem contra Job, cum dicit, *Iratus est adversus Job eo quod justum se esse diceret coram Deo*, idest secundum divinum testimonium: quod maxime accipi potest ex eo quod dixerat supra xxii: *Ipse scit viam meam*: et post subdit, *vestigia ejus consecutus est pes meus*. Quantum autem ad amicos subdit: *Porro adversus tres amicos ejus indignatus est, eo quod non invenissent responsionem rationabilem*, qua scilicet respondent verbis ejus, quibus se justum asserbat; sed tantummodo condemnassent Job, dicentes scilicet eum esse iniustum. Ostendit autem consequenter causam quare Elihu prius in nullo responderat Job, cum subdit: *Igitur Elihu expectavit Job loquenter*, idest in nullo contradicens ejus sermonibus, *eo quod seniores essent qui loquebantur*, eis scilicet deferens quasi sapientioribus, quod artas semetipsi requirebat. Sed quia non videbatur ei quod alieni deberet reverentiam exhibero in prajudicium veritatis, iratus contra tres seniores, ipse junior respondere incepit; unde dicitur: *Cum autem vidisset, quod*

*tres respondere non potuerint, scilicet rationibus Job, iratus est vehementer, quasi existimans quod per illorum ignaviam veritas deperiret: et ideo loco illorum voluit veritatem, ut credebat, defendere; et hoc est quod subdit: Respondensque Elihu filius Barachel Buzithes, scilicet sermonibus et rationibus Job, In hac autem sua responsione primo excusat pristimum silentium ex sua atestate; unde sequitur: *Dixit, junior sum tempore*; tum etiam ex illorum antiquitate; unde subdit: *Vos autem antiquiores*. Juvenes autem debent reverentiam deferre senioribus; unde sequitur: *Demiso capite*, scilicet in signum reverentiae: *Veritus sum indicare vobis meam sententiam*, ne scilicet praesumptuosus viderer impediendo meis sermonibus sapientiorum verba. Probabile autem videtur, quod senes sapientius loquantur propter duo: primo quidem quia juvenes ex fervore<sup>2</sup> animi frequenter multa et inordinate proponunt; senes autem propter gravitatem aetatis maturius loquuntur; unde subdit: *Spirram ruitum quod artus prolizior loqueretur*, scilicet gravius et efficacius. Secundo vero quia senes per experientiam longi temporis multa cognoscere potuerunt, et per consequens sapientius loqui: unde sequitur: *Et annorum multitudo*, propter quam scilicet experimentum accipi potest, *diceret sapientiam*, scilicet experimento acceptam. Consequenter excusat se quare nunc loqui incipiat: quia scilicet expertus est, quod artas non est sufficiens sapientia causa, sed magis inspiratio divina; unde subdit: *Sed ut video*, idest per effectum considero, *spiritus Dei est in hominibus*, in quantum scilicet in eis operatur; et hoc est quod subdit: *Et inspiratio omnipotens*, que scilicet hominibus inspirat Spiritum sanctum, qui est spiritus sapientia et intellectus, *dat intelligentiam*, scilicet veritatis, que est sapientiae principium Iesu, quibus inspiratur. Quod autem haec inspiratio sit sapientiae principia causa, ostendit per hoc quod artas non perficit sapientiam, sed causat; unde subdit: *Non sunt longari sapientes, quantum scilicet ad cognitionem divinae veritatis,**

<sup>1</sup> Al. : « furor. »

*nec senes intelligunt iudicium quantum scilicet ad ordinationem humanorum aetatum. Et quia licet non esset senex, considerabat tamen se inspiratum a Deo, ideo loqui audebat; unde subdit: Ideo dicum.*

In hac autem sua locutione primo induit eos ad audiendum ex auctoritate Dei, cuius inspiratione loquebatur; unde dicit, *Audite me;* ut scilicet ejus sermonem non interrumpant. Audientibus autem premitit scientiae documenta; unde subdit, *Ostendam vobis etiam ego, scilicet quamvis sim juvenis, scientiam meam,* scilicet ex qua respondebo rationibus Job. Justum autem erat quod ipsi cum audirent, quia etiam ipse eos audierat; unde subdit, *Expectavi enim, scilicet diu, sermones vestros,* quos scilicet contra Job protulisti. Et quia reputabat se posse discernere quod ab eis bene dictum esset, et quid non bene, subdit: *Audici prudentiam restraint;* quasi dicat: Audiendo diu cogitavi et dijudicavi quid in verbis vestris ad prudentiam pertineret; non autem parum, sed diu expectaverat. Terminum autem expectationis sue determinat ex duobus: primo quidem ex illorum voluntate; unde subdit: *Donec disceperemini in sermonibus vestris,* idest donec placuit vobis contra Job discepare. Secundo ex spe quam de eorum sapienti doctrina habebat; unde subdit: *Et donec putabam vos aliquid dicere considerabam.* Non est autem amplius audiendum, de quo non speratur quod aliquid utile sit dicturus. Videbatur autem, quod verba eorum quibus contra Job utebantur, efficacia non erant; primo quidem, quia cum rationibus vincere non poterant; unde subdit: *Sed, ut video, non est qui possit arguere Job,* scilicet cum convincendo rationibus. Secundo, quia non poterant ejus rationibus obviare: unde subditur: *Et respondere scilicet sufficienter, ex vobis,* idest ex vestro sensu, vel; non est qui possit ex vobis, idest ex vestro numero. *Sermonibus ejus,* de quibus scilicet contra vos utitur. Praecipue autem eorum rationes contra Job fundabantur in hoc quod adversitates Job attribuebant divino iudicio, quod errare non potest: quam quidem responsionem esse

insufficientem consequenter ostendit, dicens: *Ne forte dicatis, invincent sapientiam,* idest istud sufficit ad sapientem responsum: *Deus projicit eum, in adversitates, qui errare non potest: Et non homo,* qui potest decipi et decipere. Ipse autem intendebat efficaciam respondere; unde subdit: *Nihil locutus est mihi.* Ex quo vult ostendere, quod non loquitur quasi provocatus: *Et ego non secundum sermones vestrum respondebo illi,* idest non sequar vias vestras in respondendo; sed alias efficaciores ad respondendum vias inveniam. Intendit autem se de futura response excusare, non solum apud ipsos, sed etiam apud alios: et ideo ad alios convertit sermonem suum, dicens: *Extinxerunt, scilicet ultiens loqui, ne manifestius convincerentur: Nec responderunt ultra,* scilicet rationibus Job. Et ut ostendat hoc fuisse propter eorum ignoriam, non propter efficaciam rationum Job, ideo subdit: *Abstuleruntque a se eloquium,* scilicet negligenter tacendo. Quando autem homo efficaci ratione convincitur, nou ipse a se auferit eloquium, sed potius ei ab alio auferitur. Quia ergo illi defecerant, dicit se velle eorum defecatum supplere; unde subdit, *Quoniam igitur expectavi, scilicet diu, ut eis deferrem: et non sunt locuti,* scilicet respondentes sufficienter sermonibus Job: *Sed steterunt,* idest cessaverunt et siluerunt, falsitati scilicet non resistentes: *Nec responderunt ultra,* scilicet pro testimonio veritatis aliquid dicentes: *Respondebo et ego partem meam:* quia scilicet defensio veritatis pertinet ad omnes: et natusquisque debet ibi ponere, quasi pro parte sua, quod potest. Non solum autem zelo veritatis defendendae, sed etiam ex inani gloria movebatur; unde subdit: *Et ostendam scientiam meam;* querit enim inanis gloria cupiens, ut si quid in se excellens est, manifestet: et ideo consequenter ostendit maximam sibi facultatem animi esse ad respondendum, cum subdit: *Plenus sum enim sermonibus,* quasi abundantiter occurrit mihi, quod respondam. Et quia fauultas non sufficit ad agendum nisi homo ab aliquo incitetur, ideo subdit: *Et coactat me spiritus uteri mei.* Uterus est locus conceptionis: unde

per uterum hic metaphorice signatur intellectus, intelligibilia diversa concepiens. Spiritus vero uteri est voluntas, impellens hominem ad manifestandum conceptiones cordis per sermonem. Est autem homo-  
mini molestum cum non implet quod desiderat; et ideo anxietatem quam patiebatur facendo, exponit per similitudinem subdens: *Est venter meus, idest mens mea, quasi mustum, scilicet quod fervet, Absque spiraculo, quod lagunculas novas disrumpit: nisi enim vapor musti ferventis ex parte aliqua evaporet, multiplicatur vapor interius quandoque usque ad vasis confectionem: et ita etiam se musto propter juventutem comparat; et ideo ex magno desiderio loquendi periculum sibi existimat imminere, nisi loquatur; unde subdit: Loquar et respirabo paululum: quia scilicet per verba evaporabo interiorem fervorem, ut ab anxietate desideri quiescam. Quid autem loqui velit, ostendit subdens: Aperi-  
tabia mea, et respondebo, scilicet verbis*

*Job. Quem autem modum in respondendo observare debeat, ostendit subdens: Non accipiam personam viri: ille enim in respondendo personam hominis accepit, qui veritatem refinquit, ut homini placeat vel deferat. Quare autem hoc ipse facere nolit, ostendit subdens: Et Deum homini non aquabo. Talis enim sibi videbatur esse disputatio praesens, ut si homini deferreret, excellentiae divinae reverentiam debitam non servaret: quod quidem quare facere timeat, ostendit subdens: Nescio enim quandiu subsistam, scilicet in hac mortali vita, ut possim mili diuturna spatia temporis ad ponendum re-promittere: Et si post modicum tollat me factor meus, per mortem assumat ad summum judicium. Ex quo patet, quod Elihu in hoc concordabat cum Job, quod retributio peccatorum esset post mortem: alias enim frustra videretur timuisse Deum offendere, propter vicinitatem mortis.*

## CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM

## LECTIO i

Audi igitur, Job, eloquia mea, et omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, et sententiam labia mea puram loquentur. Spiritus Dei fecit me, et spiraculum omnipotentis vivificavit me. Si potes, responde mihi, et adversus faciem meam consiste. Ecce et me sicut et te fecit Deus, et de eodem luto ego quoque formatus sum. Veruntamen miraculum meum non te terreat, et eloquentia mea non sit tibi gravis. Dixisti ergo in auribus meis, et vocem verborum tuorum audivi. Mundus sum ego, et absque delicto immaculatus: et non est iniurias in me. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicus sibi. Posuit in nervo pedes meos, custodivit omnes semitas meas. Hoc est ergo, in quo non es justificatus.

Dictum est supra, quod Elihu indignatus fuit contra Job, et contra amicos ejus; postquam autem locutus fuerat contra ignaviam amicorum Job, nunc contra ipsum Job incepit loqui: et ideo primo eum ad attentionem excitat, di-

cens: Audi igitur, Job, eloquia mea, quia scilicet ego jam respondere intendo. Et ut significet singula se cum pondere dictum, subdit: Et omnes sermones meos, quasi nihil sit in vanum dicturus. Et ne Job quareret quare prius locutus non fuerit, subdit: Ecce aperui os meum; quasi dicat: Prius dum tacui os meum clauseram propter reverentiam seniorum: nunc quia ipsi deficiunt, necessitas cogit me loqui: unde subdit: Loquatur lingua mea in faucibus meis: quasi dicat: Non separar verba aliorum, sed proprios conceptus enuntiaho. Et quia Job in praecedentibus contra amicos suos dixerat, quod cum verbis affligeant et confundebant: ideo hoc a se excludit subdens, *Simplici corde meo sermones mei, scilicet sunt: quasi dicat: Non loquar ad calumniandum vel ridiculum, sed sim-*

plie animo ad veritatem manifestandum. Et quia predictis tribus viris Job impo-  
nserat cap. xviij quod essent fabricatores  
mendacij et cultores perversorum dog-  
matum, hoc a se excludit dicens : *Et su-  
trutian lobia mea puram hagentur*, idest  
absque ad mixtione alienigena falsitatis vel  
erroris. Unde autem fiduciam veritatis  
manifestandae accepit, ostendit sub-  
dens : *Spiritus Dei fecit me* ; et ideo non  
est mirum si suam facturam mouet et  
perficit ; et hoc est quod subdit : *Et spi-  
raculum omnipotentis vivificavit me*, scilicet  
ad opera vitae mouet et perficit, in-  
ter qua praecipuum est intelligentia veri-  
tatis. Et ne videatur hoc induxisse quasi  
praejudicium afferre intendens Job, ne  
contra divinitus loquentem responderet,  
subdit : *Si potes, responde mihi*, quantum  
scilicet ad ea qua contra dicam, *Et ad-  
versus faciem meam consiste*, ut scilicet  
tu etiam contra me objicias, si quid di-  
xero quod tibi non placet. Et ne Job de-  
dignaretur cum eo disputare propter  
suam famosam sapientiam, et illius ju-  
ventutem, ad hoc excludendum subdit :  
*Ecce et me sicut et te fecit Deus* : et ita  
ex parte factoris ulerque nostrum eam-  
dem spem veritatis inquirendae potest  
habere ; ex parte vero materiae utrique  
adjacet idem impedimentum ; unde sub-  
dit : *Et de eodem luto ego quoque forna-  
tus sum* : ex enjus scilicet grossilio lu-  
men intelligentiae obtenebratur. Videbat  
autem Elihu sibi posse responderi, hoc  
quasi ad miraculum pertinere, si juveni  
ta sapientia et facundia praeberetur,  
quod contra sapientissimum senem suf-  
ficeret disputare ; et ideo, quasi innuens  
hoc miraculo se esse asseculum, subdit :  
*Verumtamen miraculum meum non te-  
tereat*, scilicet ut respondere non audeas  
miraculose scientiam adeptu, et eloqua-  
tia mea non sit tibi gravis, ut scilicet ex  
ea obstupescas.

His igitur praemisis quasi proemiali-  
ter, subiungit ea in quibus Job repre-  
hendere intendit ; unde subiungit : *Dixisti  
ergo in auribus meis* ; quasi dicat : Excu-  
sare te non potes cum dixeris : *Et vocem*

*verborum tuorum audiri*, scilicet per so-  
licitudinem attentionis. Primo ergo in  
verbis Job notaverat, quod se immunem  
esse dixerat a peccato : unde dixit :  
*Mundus sum ego*, scilicet ab immunitate  
earum. *Et absque delicta*, scilicet peccato  
omissionis, *innoculatus*, idest gravibus  
peccatis que sunt contra Deum, puta idola-  
latria, vel aliquid hujusmodi, *et non est  
iniquitas in me*, ut scilicet proximos la-  
serim. Secundo notat in verbis ejus quod  
Deo iniquitatem judicii imposnerit : ini-  
quitas autem judicii solet ex odio judica-  
ntis procedere. Quantum ad hoc com-  
memorat Job dixisse : *Quia querelas in  
me reperit, ideo arbitratus est me ini-  
cium sibi*. Supra quidem xiii, Job dixerat  
interrogative, *Cur faciem tuam abscondis*, et arbitraris me iniicum tuum ? hoc  
autem quod dicitur hic, *Querelas in me  
reperit*, non inventur dixisse : unde hoc  
est additio Elihu, prave interpretantis  
verba Job. Judicis enim odium justum  
esse videtur, si certificatus de malitia  
alienigena, odio cum habeat ad puniendum;  
sed si ex levibus querelis judex provoce-  
tur ad odium alienigena, erit odium injus-  
tum : et taliter interpretabatur quod Job  
dixerat se a Deo inimicus reputatum esse.  
Secundo ad iniquitatem judicis per-  
tinere videtur, si alicui facultatem justae  
defensionis auferat : et quantum ad hoc  
subdit, *Posuit in nervo pedes meos*, idest  
compedivit, quasi impediendo me a meis  
operibus. Tertio pertinet ad iniquitatem  
judicii, ut qualibet levia ad condemna-  
tionem congreget alienigena : et quantum  
ad hoc subdit, *Custodivit omnes semitas  
meas*, quasi in singulis operibus cum ob-  
servans. Hoc autem Job non dixerat ad  
ostendendum perversitatem divini judi-  
cii, sed quasi figuraliter loquens, ut su-  
pra xiii, ostensum est. Unde et ibi prae-  
mittitur, *Ænigmata auribus vestris* : et  
quia hoc secundum excludit, primum  
subdit : *Hoc est ergo in quo non es justifi-  
catus* quasi dicat, Non potes te justum  
dicere : quia hoc ipsum ad injusti-  
tiam tuam pertinet, quod Deo injusti-  
tiam imponis.

## LECTIO II

Respondebo tibi, quia major sit Deus homine Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur Deus, et secundo ad ipsum non repetit. Per somnum in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiant in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina, ut avertat hominem ab iis quæ fecit, et liberet eum de superbia. Eruens animam ejus a corruptione, et vitam illius, ut non transeat in gladium. Incepit quoque per dolorem in lectulo, et omnia ossa ejus marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, et anima illius cibis ante desiderabilis. Talescet caro ejus, et ossa que recta fuerant maledicuntur. Appropinquabit corruptioni anima ejus, et vita illius mortifera. S fuerit pro eo angelus loquens unius de milibus, ut annunciet homini aquitatem. Miserebitur ejus, et dicit: Libera eum, ut non descendat in corruptionem; inveni in quo ei propitiatur. Consumptus est caro ejus a suppliciis, revertatur ad dies adolescentia sua. Deprecabitur Deum, et placabilis ei erit, et videlicet faciem ejus in jubilo, et reddet homini justitiam suam. Respicet homines, et dicit: Peccavi et vere deliqui, et ut eram dignus non recepi. Liberavit animam suam, ne pergeret in infernum, sed vivens lucem videret. Ecce haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, ut revocet animas eorum a corruptione, et illuminet lucem viventiam. Attende Job, et audi me, et tace, dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, responde mihi: loquere, volo enim te apparere justum. Quod si non habes, audi me: tace, et docebo te sapientiam.

Proposuerat supra Elihu ea de quibus contra Job disputare intendebat; verum quia Job antequam praemissa verba dicebat, premiserat supra, c. xiii: *Disputare cum Deo cupio*: videtur autem inconveniens cum qui anhelat ad disputandum cum superiori, revocare ad hoc quod cum inferiore disputat: antequam super praemissis cum Job disputationem Elihu incipiat, de hoc ipso eum redarguit quod cum Deo disputare cupiebat. Et primo quidem quia hoc ipsum magna presumptio videtur quod aliquis majorem se provocet ad disputandum: unde dicit, *Respondebo tibi*, idest tuo desiderio, quod disputare cum Deo cupis, *quod major sit Deus homine*: unde presumptuoso est, quod homo cupiat disputare cum Deo. Et in hoc quidem juste argueretur Job, si cum Deo disputare voluisset ad contradicendum quasi de pari. Job an-

tem cum Deo disputare volebat quasi ad addiscendum, sicut discipulus cum magistro: unde supra xii, dixit: *Os meum replebo increpatiis, ut sciam verba quæ mihi respondeat*: quod tamen Elihu interpretabatur, quasi haec Job contentiose contra Deum dixerit conquerendo quod ei non responderet; unde subdit: *Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi*; quod quidem ex prædictis verbis Job colligere voluit: et ex hoc quod etiam supra xix, dixerit: • *Ecce clamabo rim patiens, et nemo erudit; voriferabor, et non est qui judicet*: que quidem verba, et que similia superiori dicta sunt, non per modum contentiois dicebantur, sed quia desiderabat rationes divinae sapientiae cognoscere. Ad repellendum autem prædicta verba Job, quæ interpretabatur Elihu, ac si essent contentiose dicta, consequenter ostendit Elihu, non esse necessarium quod Deus homini ad singula verba respondeat, si uniuersique sufficienter loquitur ad ejus instructionem; unde subdit: *Semel loquitur Deus*; scilicet homini sufficienter ad ejus instructionem: unde deinceps nou oportet quod ad singulas hominis interrogations respondeat: unde subdit: *Et secundo idipsum non repetit*: quia quod sufficienter factum est, iterare superfluum esset. Quomodo autem loquatur Deus homini, ostendit subdicens: *Per somnum in visione nocturna*. Potest autem et alias esse sensus, ut hoc quod dixit, *Semel loquitur Deus*, scilicet homini, referatur ad mentis instructionem, quae est per lumen rationis, naturalis, secundum illud Psal. iv, 6: *Muli dicunt, quis ostendit nobis homi?* et quasi respondens subdit, *Signatum est super nos lumen canticus tui Domine*, per quod scilicet discernere possumus bonum a malo. Et quia naturalis ratio immobiliter in homine manet, ut non sit necesse eam iterare, ideo subdit: *Et secundo idipsum*

<sup>1</sup> Al.: « per hoc. »

*non repetit: et deinde ostendit modum quo aliquando Deus homini loquitur per imaginariam visionem in apparitionibus somniiorum; unde subdit: Per somnum in visione nocturna: quod quidem potest referri ad propheticae revelationem, secundo illud Num. xii, 6: Si quis fuerit inter eos propheta Domini per Somnum aut in visione loquar<sup>1</sup> ad eum. Vel potest referri etiam ad communia somnia, que credebat Elihu divinitus procurari. Modum autem et ordinem somniorum consequenter exponit. Primo quidem tangens naturalem causam, cum dicit, *Quando irruit sopor super homines*: quod quidem fit debilitatis exterioribus sensibus per vapores descendentes ad principium somniandi. Secundo ponit dispositionem ex parte voluntatis humanae, cum subdit: *Et dormiunt in lectulo*: quia scilicet homines maxime ordinata et significativa somnia vident, quando quiete dormiunt: unde infirmis propter inquietudinem apparent distorta somnia: unde signanter dicitur Dan. n, 28: *Somnium tuum et visiones capitis tui in cubiculo tuo hujuscmodi fuerunt. Tu rex capisti cogitare in strato tuo* etc. Tertio ponit operationem divinam circa dormientem: quae quidem attenditur primo quantum ad hoc, quod debilitatis exterioribus sensibus per soporem in homine in lectulo quiescente, datur divinitus facultas quadam percipiendi divinam instructionem, qui ejus anima circa exteriora non occupatur; unde subdit: *Tunc aperit aures virorum*: et satis convenienter vim perceptivam divine instructionis in somnis vocat aures, quia de hujusmodi instructione loquitur sicut de quadam locutione, eo quod non sit per inspectionem ipsarum rerum, sed per signa quadam sicut et locutione. Data autem facultate audiendi, consequens est ut doceat; unde subdit: *Et erudiens eos instruit disciplinam*: et sumitur hic disciplina pro instructione eorum quae homini ocurrunt agenda vel vitanda, non pro cognitione scientiarum speculativarum, quae non consueverunt in somno revelari; unde subdit: *Ut averterat hominem ab iis quae fecit*: frequen-*

• ad illum

ter enim homo in somnis corripitur de peccatis commissis. Et quia principium peccatorum est superbia, quia Dei præcepta contemnuntur, subdit: *Et liberet eum de superbia*. Per hoc autem quod homo liberatur a culpa, consequens est ut evadat prenam: quod quidem consequenter ostendit, quantum ad duplice penam: primo quidem quantum ad spiritualem penam animæ; unde subdit: *Eruens animam ejus de corruptione*, quæ scilicet est per deordinationem potentiarum animæ. Secundo vero quantum ad paenam corporalem; unde subdit: *Et ritum illius*, scilicet corporalem, *ut non transeat in gladium*, puniendus scilicet pro suo peccato. Vel potest utrumque referri ad mortem corporalem: quæ quandoque accedit per interiorum corruptionem sicut cum aliquis ex aegritudine moritur, quam Deus immittit pro peccato; quandoque vero accedit ex violentia gladii. Deinde subiungit alium modum divinæ locutionis, quod scilicet corrigit hominem per aegritudinem corporalem: in qua primo notat dolorem sensibilem; unde dicit, *Increpat quoque*, scilicet hominem de peccatis præteritis, *per dolorem*, scilicet corporalem ex aegritudine provenientem; unde subdit: *In lectulo*, secundum illud Psal. xl, 4: *Super lectulo doloris ejus*. Secundo tangit debilitatem infirmorum, cum dicit: *Et omnia ossa illius marescere facit*, idest fortitudinem ejus annihilat, quæ in ossibus consistit. Tertio ponit amissionem appetitus, cum subdit: *Abominabilis ei fit in vita sua*, idest dum adhuc vivit, scilicet propter infirmitatem, *panis*, qui scilicet est cibus communis, et *animal illius cibus ante desiderabilis*: quod refertur ad alios cibos, qui diversimode a diversis desiderantur. Quarto ponit matrem ex hoc provenientem, cum subdit, *Tabescet caro illius*, idest deficiet; et sic per consequens *ossa quæ lecta fuerant*, scilicet carne, nudabantur, idest manifestabuntur sola cute cuncta. Quinto ponit mortis periculum et timorem; unde subdit: *Appropinquabit corruptioni anima ejus*, idest vita ipsius quæ est per

<sup>1</sup> Al.: « ostendit aliquando modum quo Deus. »

animam; unde subdit: *Et vita illius mortiferis*, idest canis indecentibus mortem. Notandum est autem quod hoc propositum ad respondendum conquestioni Job, quod Deus non ad singula ei non respondebat: vobis enim ei per predictum probare, quod tripliciter ei Deus sit locutus: primo quidem per naturalem rationem, sicut ad omnes homines. Secundo arguendo per somnia: dixerat enim supra vi: *Terribis me per somnia, et per visiones horrore concuties.* Tertio per infirmitatem: dixerat enim supra, xxx: *Nunc in memetipso marcescit anima mea.* Item considerandum est quod Eliihu, sicut et tres alii, credebat omnes infirmitates pro peccato homini advenire; non tamen principaliter ad puniendum, sicut sonabant verba illorum trium, sed magis ad redarguendum. Et quia Job non solum videbatur conuestus fuisse quod Deus ei non loqueretur, sed etiam quod ipse accedere non posset ad colloquendum Deo, et ad ponendum iudicium suum coram ipso, ut patet supra xxiii; ideo hinc questioni satisfacit: quia etsi homini non patet manifeste accessus ad Deum, sunt angeli medi inter Deum et homines, qui justitiam Deo proponunt, non quasi enim instrumenta, sed sicut suis desideriis homines<sup>1</sup> adjuvantes: et sic nihil deperit homini quod ipse per seipsum usque ad solium Dei non potest accedere, ut ei justitiam sua cause proponat; unde ad hoc ostendendum subdit: *Si fueris pro eo,* idest pro homine afflito, *Angelus loquens,* idest intercedens. Et ne timere quod unus Angelus non sufficeret ad interpellandum pro omnibus, subdit: *Unus de Millibus,* secundum illud quod supra xxv dictum est: *Nunquid est numerus militum ejus, ut enuiciet aquitatem,* scilicet Deo, homini, scilicet affliti; *misererib[us] ejus et diri?*, idest Angelo imperabat: *Libera eum;* ut scilicet, sicut ipse est allegator justitiae hominis apud Deum, ita et ipse sit executor divine misericordiae apud homines. Et a quo liberandus sit, subdit. *Ut non descendat in corruptionem,* idest in mortem. Et ut

haue liberationem Deo esse gratiam ostendat, subdit ex persona Dei dictum: *Inveni in qua ei propitiatur,* idest appetit in homine aliiquid aquitatis, ex quo ei misereri possim: quod querebam. Et quia primo, supra vi, quasi reparari non posset, dixerat, *Induta est cura mea patredine:* ad hoc excludendum subdit: *Consumpta est cura ejus a suppliciis;* quasi dicit, hoc mea potestati non prajudicat; unde subdit: *Reretur ad dies iudicentiarum sue,* idest recuperet vigorem in adolescencia.

Sic igitur positis Dei verbis liberantis, Eliihu utens suis verbis describit modum liberationis humanae, dicens: *Deprecabitur Deum,* quasi dicat. Non sufficit quod angelus pro eo loquatur; sed ad hoc quod liberetur, oportet quod ipse etiam pro se retinet. Vel aliter potest continuari: quia enim supra ostenderat quod homo non potest conqueri de hoc quod iudicium coram Deo ponere non possit, quia Angelus pro eo efficaciter proponit: num ostendit quod etiam ipse pro se propone potest orando. Et ut ostendat etiam hoc esse efficax sicut et primum, subdit: *Et plurabilis erit ei,* scilicet Deus homini, secundum illud Joel, ii, 13 *Benignus et misericors est, et placibilis super iustitiam:* et ex hoc sequitur in homine fiducia cogitandi de Deo enim quadam spirituali letitia; unde subdit: *Et videbit,* scilicet homo, *Faciem ejus,* idest considerabit bonitatem ipsius in presenti quidem vita imperfecte, in futura autem perfecte: *In jubilo,* idest in quadam inexplicabili gaudio; et sic, *Reddet,* scilicet Deus, *hominis justitiam suam,* idest remunerabit enim pro meritis, remoto impedimento peccati. Sed hoc esse non potest nisi homo humiliiter suum peccatum recognoscet et confiteatur; unde subdit: *Respicit homines,* quasi ultra se offerens ad confessionem peccati; unde subdit, *Et dicit, pecavi,* id est non creditur hoc ex humilitate dicere, subdit: *Et vere deliqui.* Quod inducit contra Job: quia supra dixerat, xvii: *Non peccavi, et in iniquitudinibus moratur oculus meus:* et

<sup>1</sup> Al. : « hostes. »

<sup>2</sup> Al. sic legitur: « ut enuiciet hominis aquita-

tem, scilicet Deo, homini, scilicet affliti; et dicit etc.

in sua confessione non murmurabat de penitentia gravitate; unde subdit: *Et ut eram dignus non recipi*; quasi dicat: graviorem penam merui. Et hoc videatur dicere contra hoc quod supra vi, dixerat: *Utinam apprenderentur precata mea, quibus iram merui*. Et fructum humiliatis ostendit subdens, *Liberavit animam suam, confitendo peccatum, ne pergeret in interitum*, id est in mortem, corporalem scilicet, et spiritalem, ut ulterius bona consequeretur; unde subdit: *Sed ricens videbat lucem, scilicet vel corporalem, vel spiritalem sapientiam*. Et quia Deus non statim hominem finaliter damnat, sed multoties monet, ideo subdit: *Ecce hac omnia*, scilicet quae pertinent ad instructionem per somnia et increpatiōnēm, per dolores et sanationem, *operatur Deus tribus vicibus*, id est multoties, quamdiu viderit expedire; sed utitur numero ternario, ut congruat humana consuetudini, per quam solent homines ter moneri vel citari; et hoc non facit nisi tantum, sed omnibus indigentibus; unde subdit: *Per singulos*, quos scilicet viderit instruendos et increpandos: et assignat utilitatem, subdens: *Ut recaret unimas eorum a corruptione*, quod

pertinet ad liberationem a malo, et *illuminet lucem viventium*, quod pertinet ad consecrationem bonorum. Et potest utrumque exponi corporaliter, vel spiritualiter. Quod autem dicitur hic de tribus vicibus, referendum est ad duos secundos modos locutionis: nam de primo dictum est, quod secundo id ipsum non repetit. Inducit autem hoc ad ostendendum rationem, quare aliquando peccatores sustinentur in prosperitate, et non statim condemnantur. Et quia videbatur ei quod efficaciter locutus esset, inducit Job ad tacite audiendum ea quae restant; unde subdit: *Attende Job, scilicet corde, et audi me*, scilicet auribus, *et tace dum ego loquor*, scilicet ne me impediās. Et ne videatur ei auferre facultatem respondendi, subdit: *Si autem habes quid loquaris, responde mihi*. Et quasi desiderans ejus responsiōnem, subdit: *Loquere*: et cansam desiderii subdit dicens, *Volo enim te apparere justum*: quod dicit ad ostendendum, quod non intendebat ad ejus confessionem<sup>1</sup>. Et quia non credebat eum justum, subdit: *Quod si non habes, quid scilicet pro tua justitia dicas, audi me, tace, et docebo te sapientiam*, quam scilicet ignoras.

## C A P U T   T R I G E S I M U M   Q U A R T U M

---

### LECTIO I

Pronunciatus itaque Elihu etiam haec locutus est: *Audite sapientes verba mea, et eruditis ausecultate me*. Ante enim verba probat, et guttar escas gustu dijudicat. *Judicium eligamus nobis*, et inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Job, *justus sum, et Deus subvertit iudicium meum*. In iudicando enim me mendacium est; *violenta sagitta mea absque illo peccato*. *Quis est vir ut est Job*, qui habuit subsannationem quasi aquam: Qui graditur cum operatibus iniqualitate, et ambulat cum viris impensis? *Dixit enim*. Non placet vir Deo, etiam si cœcurerit cum eo. Ideo viri cordati, audite me: abist a Deo iniuntas, et ab omnipotente iniunctis. *Opus enim hominis reddet ei*, et iuxta vias singularium restituet eis. *Vere enim Deus non condemnabit frustra*, nec omnipotens subvertet iudicium. *Quem constitutum alium super terram?* aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? Si direxerit ad eum caro summa, spiritus illius et flamma ad se trahet. Deficit omnis caro simus; et

homo in cinerem revertetur. Si habes ergo intellegiū, audi quod dicitur, et auseulta vocem eloquii mei. Numquid qui non auat iudicium sanari potest? Et quomodo tu eum qui justus est iustatum condemnas? Qui dicit regi, apostata; qui vocat duces impios; qui non accipit personas principum, nec cognovit tyramnum, cum discepularet contra pauperem: opus enim inanum ejus sunt universi. Subito morientur: et in media nocte turbabuntur populi, et pertransibunt, et auferent violentam absque manu. Oculi enim ejus super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenetra, et non est umbra mortis, ut abscondantur ibi qui operantur iniqualitem. Negue enim ultra in hominis potestate est, ut veniat ad Deum in iudicium.

Postquam Elihu reprehendit Job de hoc quod cum Deo disputare cupiebat, ac-

<sup>1</sup> Al. : « confusionem. »

cedit ad disputandum contra illa duo quae supra premisserat. Et primo disputat contra id, quod sicut sibi<sup>1</sup> videbatur, Job dixerat divinum judicium esse injustum. Et quia haec materia est valde difficilis et sublimis, non est contentus in hac disputatione<sup>2</sup> ad solum Job verba dirigere, praeceps quia putabat in hac materia eum esse erroriem; sed invocat sapientes ad hanc rem dijudicandam. Hominum autem quidam sapientiam per scipios considerant; et quantum ad hoc dicit: *Audite, sapientes, verba mea.* Quidam vero de iis, quae ad sapientiam pertinent, instruuntur; et quantum ad hoc subdit: *Et erudit, scilicet ab aliis, auscultate me.* Quare autem alios ad sapientiam invitat, seu ad audienciam, ostendit subdens: *Atris enim verba probat*: quasi dicat: Vos invito ad hoc quod verba mea audientes, ea dijudicetis; et inducit similitudinem, cum subdit: *Et escas guttur gustu dijudicat*; quasi dicat: Si-  
c ut gustus habet dijudicare de esca, ita auditus de verbis. Ad quid autem hoc pertineat, exponit subdens: *Judicium eligimus nobis*: quasi dicat: Ex communii consensi judicemus, quid verius sit; et hoc est quod subdit: *Et inter nos videamus quid sit melius*: utrum scilicet id quod Job dixit, ant id quod ego sum contra eum dicturus. Unde consequenter proponit verbum Job, subdens: *Quia dixit Job, justus sum*: hoc idem dixerat supra xxv: *Justificationem meam quam corpori tenere, non deseram*: et ultius suam justitiam manifestaverat, quantum ad multa, supra xxxi. Subdit autem secundo, *Dens subvertit judicium meum*: hoc idem accipit ex hoc, quod Job supra xxv, dixerat: *Vixit Dens qui abstulit judicium meum*. Et ad idem pertinere videtur, quod supra xix, dixerat: *Dens non a quo judicio affixit me*: que quidem verba Elihu in pejus interpretatus est. Job enim suum judicium ablatum esse dixerat: quia penas sibi irrogatas esse existimabat, non ex judicio punientis enipam, sed ex providentia probantis justitiam: unde supra xxiii, dixerat: *Probabit me quasi aurum, quod per ig-*

*nem transit.* Non autem quicumque non ntitur iudicio, subvertit judicium, sed solum ille qui judicium profert injustum. Sie ergo interpretatus est quod Job dixerat, *Dens abstulit judicium*, ac si dixisset, Deus subvertit judicium meum, injuste judicando; unde subdit: *In iudicando enim me est mendacium*, idest falsitas judicii: quod quidem Job nunquam dixerat. Sed Elihu hanc esse ejus intentionem in verbis premissis eredit, ut diceret se esse injuste punitum. Ideo autem hauc opinionem Elihu conceperat, quia non videbat qualiter aliquis absque peccato posset affligi, nisi injuste. Et quia Job sine peccato se esse dicebat, existimabat quod Job sentiret se a Deo perensum per violentiam contra justitiam; unde subdit: *Et violenta est sagitta mea absque peccato*; quasi dixisset Job, cum sim absque omni peccato, sagitta qua Deus me vulneravit, idest adversitas immissa, violenta fuit et injusta: et videtur alludere verbis Job, quibus supra dixerat, cap. vi: *Sagittæ Domini in me sunt.* Postquam ergo hanc perversitatem<sup>3</sup> Elihu imposuerat ipsi Job, eum super hoc vituperare incipit, dicens: *Quis est vir, ut est Job*, quasi nullus, qui vir videatur esse ita perversus, ut ipse: nam maxima perversitas esse videtur, ut aliquis Deum irrideat, ejus judiciis detrahendo; unde subdit: *Qui habilit subsannationem*, idest divinorum irrisiōnēt et reprobationēt, *quasi aquam*: quae scilicet et faciliter et cum refrigerio bibitur: ac si ei imponeret, quod hoc quod in contumeliam Dei prorūperet, et esset tribulationis refrigerium, et absque obstaculo conscientiae contradicentis hoc ageret. Solet autem hoc proprimum esse in peccatis perseverare volentium, ut divina con-  
tentant judicia: unde subdit: *Qui gradit*, idest consentit, *cum operantibus iniuriam*, qui scilicet iudicia divina despiciunt. Homines autem contra pietatem divina religionis agentes, non solum despiciunt divina iudicia, sed etiam ea negant, vel asserunt injusta: quorum partiment Job esse credebat; unde subdit: *Et auhulat cum viris impiis*, qui

scilicet pietatem divine religionis abjiciunt. Quare autem eum cum eis consentire dicat, ostendit subdicens : *Dixit enim, non placebit vir Deo, etiam si evurrerit cum eo, id est si eum securus fuerit per viam justitiae.* Hoe autem Job non dixerat, sed verbis ejus Elihu abutens, hoc ei imponit : dixerat enim supra Job xxii : *Vestigia ejus securus est pes natus :* et postea supra xxx, dixerat, *Mutatus es mihi in crudellem : et in duritia manus tue aduersoris mihi.* Ex quibus verbis credebat Job hoc sentire, quod Deo displaceceret, quamvis eum fuerat securus. Sed Job prædicta verba retulerat ad exteriorem persecutionem, non ad interiorum reprobationem. Quia ergo Elihu verbis Job abutens, ei imponere nitebatur quod ipse non sentiebat, nec in suis verbis intellexerat, manifestum est, quod tota sequens *disputatio* contra Job non erat : quia tamen Elihu existimabat Job tantæ perversitatis esse, ut Dei iudicium reputaret injustum, dñeatur eum super hoc ad disputationem provocare : sed alios sapientes advocat ad iudicandum ; unde subdit : *Idee, viri cordati, id est intelligentes, audite me :* sicut enim cor est principium vite corporalis, ita intellectus est principium totius intellectualis vitae : unde et supra xii, cor pro intellectu posnerat dicens : *Et mihi est cor sicut et vobis.* In sua autem disputatione Elihu opponit<sup>1</sup> primo quod probare intendit : quod scilicet in divino iudicio injustitia esse non possit : ipse enim est Deus, cui debetur pietatis cultus : et per snam omnipotentiam omnibus dominatur, leges justitiae statuens homini : et ideo contra divinitatem ejus esset, si inpietas faveret ; et ideo dicit : *Absit ab eo inpietas :* esset enim contra dominum omnipotenter ejus, si ad injustitiam declinaret ; unde subdit : *Et ab omnipotente iniquitas, scilicet absit.* Remota autem divina injustitia, ostendit modum divinae justitiae, subdicens : *Opus enim hominis reddet ei, id est retribuet ei bonum vel malum pro suis operibus.* Et quia corum qui bene operantur quidam aliis melius faciunt, et eorum qui male operantur, qui-

dam aliis magis peccant ; ideo subdit : *Et iusta vias singulorum restituet eis,* scilicet melius meliori, et pejori pejus. Quod autem in Deo non sit injustitia, probat primo quidem ex hoc quod si ipse injustus esset, nosquam justitia reperiatur ; quia ad ipsum pertinet universale iudicium omnium ; unde subdit : *Quem constituit alium super terram ?* quasi dicat : Numquid credendum est, quod aliquis sit constitutus a Deo, qui juste iudicet omnem terram, si apud ipsum sit iniquitas ? Ideo autem dicit credendum non esse quod alius terram iudicet, quia idem est factor mundi et gubernator : unde sicut alii nulli commisit, quod faceret mundum, ita nullum alium prepositum gubernationi mundi ; et hoc est quod subdit : *Aut quem posuit super orbem quem fabricatus est ?* id est totius mundi gubernatorem quasi dical. nullum : quia sicut ipse per seipsum orbem fabricatus est, ita etiam per seipsum orbem gubernat et iudicat. Habet quidem et gubernationis sue executores tanquam ministros, sed ipse est omnium ordinator. Nullo autem modo possibile est quod universalis mundi gubernatio sit iusta. Secundo ostendit, quod apud Deum non sit violentia et iniquitas, per experimentum : tanta est enim ejus potentia, qua res conservat in esse, ut si violentia uti vellet contra justitiam, omnes homines subito posset extinguerre ; unde subdit : *Si direxerit, scilicet Deus, ad eum,* scilicet ad hominem conterendum, *cor suum* id est voluntatem suam, *spiritum illius,* id est animam ejus, *et flatum,* id est corporalem vitam ex anima subsecutam. *Ad se trahet,* id est ad eum, scilicet sua virtute a corpore separans, secundum illud Eccl. ult. 7 : *Et spiritus revertatur ad Dominum qui dedit illum.* Ablato autem spiritu divinitus homini dato, consequens est, ut carnalis vita deficiat ; unde subdit : *Deficiet omnis caro similiter,* id est species carnis cessabit, et ulterius in sua componentia resolvetur ; unde subdit : *Et homo in cinerem revertetur,* secundum illud Ps. cii, 29 : *Afures spiritum eorum, et deficienit, et in pul-*

<sup>1</sup> Al. : « proponit. »

*rerem suum revertentur.* Polverem autem in quem caro resolvit, cinerem nominat: vel quia apud antiquos corpora mortuorum igne combusta resolvebantur in cinerem, vel quia ea in qua: corpus mortuum resolvit, sunt quedam reliquia naturalis caloris, qui in humano corpore vigebat. Quia ergo tam facile est Deo, si velit, in cinerem redigere totum genus humanum; ex ipsa hominum conservatione appareat, quod ad eos violentia injusta non utitur. Quia ergo Elihu putavit praedictas rationes esse sufficietes, ad earam considerationem Job invitat, cum subdit: *Si ergo habes intellectum, ut scilicet vim mearum rationum percipere possis, audi quod dicitur, scilicet interioribus auribus, et, interiori attentione, ausculta vocem eloquii mei, ut scilicet justitiam divini judicii cognoscas;* ad quod etiam enim inducit ex proprio periculo vel utilitate, cum subdit: *Nunquid qui non amat judicium sanari potest?* quasi dicat: Tu qui sanari indiges, quasi multis infirmitatibus oppressus, hoc consequi non potes nisi ames divinum judicium.

Improbatus autem ejus sententiam, quam esse putabat de injustitia divini judicij per multa evidenter indicia divinitate justitiae; unde subdit: *Et quo modo tu rum, scilicet Deus, qui justus est, ut scilicet per multa appareat, intutum condemnas, ut scilicet cum dicas iudicij subversorem?* Ad condemnationem autem divinitate justitiae primo assumit, quod potentiū personas Deus non accipit, sed eos arguit et puniit pro suis peccatis. Inter potestates autem humanas praeceps regia dignitas; et quantum ad hoc primo dicit: *Qui, scilicet Deus, dicit regi, upostata,* idest non vereatur regem arguere de apostasia propriae professionis, qua profitetur se justitiam servaturum. Secundum autem locum tenent duces exercituum, de quibus subdit: *Qui vocat duces impios;* quasi dicat, non timet eos de crudelitate arguere. Tertio loco ponit rectores civitatum, cum subdit: *Qui non accipit personas principum,* quin scilicet eos arguat et judicet pro peccatis. Quarto autem loco tangit eos qui non habent legitimam,

sed usurpatam potentiam, scilicet tyrannos: et quantum ad id subdit: *Nec cognorit, idest approbat, tyramnum, scilicet ei deferendo, cum disceptaret,* scilicet tyrannus, *contra pauperem:* quasi dicat non favit potentibus contra impotentes: quod ad ejus justitiam pertinet. Et quare eis non deferat, subdit: *Opus enim manuum ejus sunt universi,* scilicet tam magni quam parvi; et ideo parvos non despiciit, sed amat sicut sua opera, nec potentes timet, cum sint sua potestati subjecti. Et ne crederet aliquis quod potentes Deus solum argueret, non autem eos ulterius puniret, subdit de eorum dupliciti pena: primo quidem de morte ex improviso eis superveniente; unde subditur: *Subito morientur;* secundum illud Isa. xxx, 13 Subito, dum non speratur, veniet contritio ejus: si enim consueto modo ei mors expectata superveniret, non imputaretur hoc divino iudicio, sed inferioribus causis. Secundo ponit penam rebellionis subditorum per quam potestatem amittunt; unde subdit: *Et in media nocte turbabuntur populi,* idest populi regibus et principibus subjecti subito turbabuntur ex aliqua occulta machinatione ad hoc quod principes suos deserant; unde subdit: *Et pertransibunt scilicet dominium communitantes, et auferent,* idest deponent a dominio, vel etiam occident violentum, idest eum, qui spreta justitia, violentiam subditis inferebat: *Absque manu,* scilicet armatorum. Cum enim aliquis princeps ab extraneis auferatur, requiritur quod habeant manus armatam contra ipsum; sed quando subditi in quibus erat tota ejus potentia, subito cum deserunt, videtur auferri sine manu: quamvis et hoc possit referri ad penam populorum subditorum; sed primum melius est: quia nunc agitur de justitia quam Deus exercet in magnos, postea autem dicitur de justitia quam exercet in populos. Et autem hujusmodi penae ex divino iudicio provenire credantur, subdit: *Oculi enim ejus,* idest prospectus divine providentie est super vias hominum, idest super opera eorum. Et ut ex principali Deus singulariter omnia particularia opera humanorum<sup>1</sup> cognoscere,

<sup>1</sup> Al.: « humana. »

*subdit : Et omnes gressus eorum, idest omnes processus operationum humanarum, considerat, scilicet distinet, non solum in generali. Posset autem aliquis credere, quia Deus lux est, impii autem in tenebris sunt, quod oculentur a Deo; sed hoc excludit subdens : Non sunt tenebrae, scilicet ignorantiae, et non est umbra mortis, idest obscuritas culpa dicens ad mortem, ut abscondantur ibi qui operantur iniquitatem; quasi dicat : sicut ipsi cognoscere Deum nolunt, ita Deus eos non cognoscit. Dicitur tamen eos ignorare reprobando. Et quia dixerat, principes pro suis peccatis subito mori et auferri, quod videtur esse irremediabilis*

pona; hujus rationem ostendit consequenter ex hoc quod, ex quo Deus hominem iudicat pro suis peccatis subito mori, et finaliter condemnandum, non datur homini facultas ut interius in iudicio decerter eum Deo : et hoc est quod subdit : *Negat enim ultra, scilicet postquam Deus iudicat eum condemnandum : In hominis potestate est, ut veniat ad eum in iudicium; quasi dicat : Deus sit properter eum suum iudicium retractatus; et hoc praeципue videbatur dicere contra Job, qui postquam condemnatus erat ad patrum, supra xxiii dixerat : Veniam usque ad solium ejus, ponam eoram eo iudicium.*

## LECTIO II

*Conteret multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis. Novit enim opera eorum, et idcirco inducit noctem, et conterentur. Quasi impios percussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias ejus intelligere nonulerunt. Et pervenire facerent ad eum clamorem egeni; et audiret vocem pauperum. Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempnit eum; et super gentes, et super omnes homines. Qui regnare facit hominem hypocrita propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad Deum te quoque non prohibeo. Si erravi, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, ultra non addam. Numquid a te Deus expedit eam, quia dispiicit tibi? tu enim copisti loqui, et non ego: quod si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi: et vir sapientis audiat me. Job autem stulte locutus est, et verba illius non sonant disciplinam. Pater mi, probetur Job usque ad finem: ne desinat ab hominibus iniquitas. Qui addit super peccata sua blasphemiam, inter nos integrum constringatur, et tunc ad iudicium provocet sermonibus suis Deum.*

*Duo sunt propter quae homines maxime solent a justitia declinare: quorum primum est quia deferunt magnatibus; secundum est, quia deferunt multititudini contra justitiam. Ostenderat autem supra perfectionem divinae justitie ex eo, quod magnatibus non defert. Unde nunc consequenter ad commendationem divinae justitiae addit, quod nec etiam multititudini peccantium defert; unde dicit, *Conteret multos, scilicet peccatores, eos occi-**

*dendo, vel aliter puniendo. Et ne credatur usque ad aliquam certam quantitatem multitudinis procedere divinam justitiam, et non ultra, subdit, *Et innumerabiles: quasi dicat: Certo numero comprehendendi non possunt illi, quos propter peccata Dei justitia conterit. Sed ne ex hoc deperire credatur humani generis status, subdit: Et stare faciet alios pro eis: quia scilicet quibusdam morientibus, alii succedunt: et quibusdam a prosperitate decadentibus, alii sublevantur: ut sic quodammodo uniformitas in genere humano appareat. Solet autem contingere quod quando sunt multi puniendi, non possunt judices singulorum causas sufficienter perscrutari; sed ne hoc de Deo credatur, subdit: Novit enim opera eorum, quid scilicet unusquisque mereatur; et ideo singulis secundum sua opera retrahit; unde subdit: *Idcirco inducit noctem, idest subitam et inopinatam adversitatem: Et conterentur, scilicet ex improviso. Quare autem in nocte opprimantur, ostendit ex hoc, quod cum ipsis possent videre illud quod eis expediebat, hoc contemptur: et ideo justum est ut non detur eis facultas providendi supervenientia mala ad cavendum; et hoc est quod subdit: Quasi impios, idest pietatis noti-***

<sup>1</sup> Al. : « praevedere. »

tiam respuentes, percussit eos, scilicet existentes; in loco videntium, idest in statu in quo videre poterant, tum per naturalem rationem, tum per sacram doctrinam, quid esset faciendum, et quid esset vitandum; sed hoc ipsi respuerunt; unde subdit: *Qui quasi de industria recesserunt ab eo*, scilicet Deo, peccantes ex certa malitia: unde ponit consequenter in eis ignorantiam affectatam, cum subdit: *Et omnes vias ejus*, idest mandata Dei, intelligere noluerunt: et sic patet, quod propter ignorantiam non excusat, sed magis damnablem redduntur. Effectum autem hujus malitiae affectatae ostendit subdens: *Ut pervenire facerent ad eum clamorem egeni*; quasi dicat: Intantum ostendunt se viarum Dei ignarus, ut pauperes opprimerent, quos Deus exaudiat: unde sicut non exhortarent pauperum oppressionem, ita non timent Dei indignationem; unde subdit: *Et audiaret vocem pauperum*; quasi dicat: Parvipendunt, quod Deus voluntatem suam adhibet ad pauperes exaudiendum. Et quia multitudo contritionem attribuerat judicio divino posset aliquis credere hoc provenire non ex divino iudicio, quod aliqua multitudine conteratur et alia prosperetur; sed per alienus potentis principis aut gubernationem aut impugnationem: ideo ad hoc excludendum subdit: *Ipsò enim concedente pacem, quis est qui condemnat?* quasi dicat: Ideo dico, quod ipse est qui conterit multis et innumerabilibus, quia si ipse vellet eis pacem temporalis prosperitatis concedere, nullus posset multitudinem condemnare; et e contrario, si ipse condemnare intendit, nullus est qui possit pacem prabere; unde subdit: *Ex quo absconderit vultum*, scilicet faciem suam; subtrahendo scilicet sua consolationis praesentiam: *Quis est qui contempletur eum?* idest qui possit in eum consolationem invenire, quasi ejus pulchritudinem videndo? Est autem et alia pena multitudinis prater contritionem, quia scilicet affligitur tyrannorum dominio: et quantum ad hanc penam subdit: *Et super gentes, et super omnes homines*; quasi dicat: Non solum in una gente iudicium suum exercet per contritionem vel tyrannorum oppressio-

nem, sed etiam in omnes homines; et subdit de tyrannorum oppressione, *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*, scilicet ex eius regimine affligitur: in quo etiam videtur respondere questioni quam Job proposuerat, supra xxi: *Quare impū vivunt, et confortati sunt, sublimataque divitii?* hoc enim esse asserit, non propter eorum merita, sicut ibidem Job probaverat, sed propter aliorum demerita, qui ex eorum prosperitate puniuntur. Sic ergo manifestata justitia Dei ex iudiciis quae exercet in principes et in multitudinem, dat locum respondendi; unde subdit: *Quia ergo ego locutus sum ad Deum*, idest ea quae ad Dei honorem spectant: *Te quoque non prohibeo*, dans scilicet tibi locum respondendi. Et ad quid debeat sua responsio tendere, ostendit subdens: *Si erravi*, scilicet sicut aliis amicis suis imposuisti, scilicet quod essent cultores perversorum dogmatum: *Tu doce me*, scilicet veritatem tuam, ut possim ab hoc errore liberari. Potest autem aliquis in loquendo deficere, non solum errando contra veritatem doctrine: sed etiam in particulari iudicio, deficiendo contra veritatem justitie: unde subdit: *Si iniurit locutus sum, ultra non addam*: ostendens sciit correctioni se paratum. Et quia existimabat quod Job contra eum graviter turbaretur, consequenter ostendit ejus turbationem esse injustam, subdens, *Numquid a te Dens experit eam?* quasi dicat: Etiam dato quod sim iniurit locutus, in pro ea Deo non debes respondere: unde non debes graviter per hoc turbari; unde subdit: *Quia discipuli tibi?* scilicet per inordinatam animi turbationem. Ostendit autem consequenter secundo, quod non debet inde graviter turbari, quia ipse etiam habet facultatem dicendi quod sibi placuerit; unde subdit: *Quod si quid nosti melius*, scilicet quam ego dixerim: *logere*, scilicet ostendendo errorem vel iniuriam meam. Et ne videretur hoc dixisse quasi

dubitans de sua justitia et veritate suorum verborum, intendit asserere consequenter Job in sapientia et intellectu defleere, et propter hoc reputabat eum indignum sua disputatione. Cuius una pars pertinet ad opponentem, in qua maxime requiritur aemne intellectus ad inveniendum rationabiles vias ad propositum ostendendum; unde subdit: *Viri intelligentes loquuntur multi*, scilicet mibi objicentes. Altera vero pars disputationis pertinet ad respondentem, in quo maxime requiritur sapientia, ut bene iudicet de auditis; unde subdit: *Ez vir sapiens audiat me*, scilicet opponentem, scilicet paratum ad respondendum. Illorum autem defectum in Job ex ejus verbis collegatur; unde subdit: *Job autem stulte*, idest contra sapientiam, *locutus est*, quantum scilicet ad hoc quod reputabat eum aliquid dixisse contra rectitudinem divini judicij: *Et verba illius non sonant disciplinam*, quae scilicet pertinet ad ordinatum intelligentiam: et hoc videtur retulisse ad hoc quod Job se justum asserebat. Et quia Job istos defectus in se non recognoscet, convertit Elihu

verba sua ad Deum, postulans ut Job suos defectus recognosceret; unde subdit: *Pater mi*, idest o Deus, quem a trem reputo propter reverentiam quam ad te habeo, justitiam tuam ubique defendens: *Probetur Job*, idest ostendatur sibi per flagella suus defectus, *usque ad finem*, idest quonsque recognoscet se injustum. Vel, *Iisque ad finem*, idest usque ad mortem: et hujusmodi petitionis justitiam ostendit subdens, *Ne desinas ab homine iniquitatis*; quasi dieat: Iniquitas sua hoc meretur, ut flagella non cessent: et ad majorem exaggerationem subdit, *Qui super peccata sua*, scilicet praeterita, pro quibus flagellatus est: *Addet blasphemium*, ut scilicet se justum, Deum vero asserat injustum; pro quo exoptat ei, primo quidem penam in presenti; unde subdit: *Inter nos interim constringatur*, scilicet adversitatibus. Secundo autem innuit penam futuram; unde subdit: *Et tunc*, scilicet jam temporaliter afflicitus, *ad judicium*, scilicet futurae ultionis, *provolet sermonibus suis Deum*, quibus scilicet contra eum blasphemat.

## C A P U T T R I G E S I M U M Q U I N T U M

### L E C T I O I

*Igitur Elihu* haec rursus locutus est. Numquid aqua videtur tibi tua cogitatio, ut diceres, justior sum Deo? Dixisti enim, non tibi placet quod rectum est; vel quid tibi proderit si ego peccaver? Itaque ego respondebo sermonibus tuis, et amicis tuis tecum. Suspicere ceterum et intuire et contemplare aethera quod altior te sit. Si peccaveris, quid ei nocebit? et si multiplicaveris fuerint iniquitates tue, quid facies contra eum? Porro si justus eris, quid donabis ei, ant quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est nocebit impietas tua, et Elihu homini adjuvabit justitia tua. Propter multitudinem calamitorum clamabunt, et ejulantur propter vim brachii tyrannorum. Et non dixit, ubi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super jumenta terre et super volares corvi erudit nos. Ibi clamabunt, et non exaudiet, propter superbiam nitorum. Non ergo frustra audierit Deus, et omnipotens causas singulorum intuebitur. Etiam cum dixeris, non considerat: *Judicare coram illo*, et expecta eum. Num enim

non infert furem suum, nec ulciscitur scelus valde. Ergo Job frustra aperit os suum, et absque scientia verba multiplicat.

Postquam Elihu improbaverat verba Job, quantum ad hoc quod sicut ipse existimabat, imposuerat iniquitatem divino judicio; hic intendit improbare verba ejus quantum ad hoc, quod dixerat se esse justum; unde dicitur: *Igitur Elihu haec rursus locutus est*, interrupto scilicet sermone, expectans si Job responderet: quo non respondente, iterato sermonem assumpsit dicens: *Numquid aqua videtur tibi tua cogitatio, ut diceres, justior Deo sum?* hoc quidem nunquam Job dixerat:

<sup>1</sup> Al. doest. : = scilicet.

nece Elihu ei imponit quod haec verba protulisset, sed quod verba qua protulit, ex hac cogitatione provenirent; unde signanter fecit de cogitatione mentionem, habuisset, Elihu ostendit subdens : *Dixisti enim, non tibi placet quod bonum est : alia littera habet, quod rectum est.* Vel *quid tibi prodest si ego peccavero?* Haec duo verba in premissis Job verbis nunquam inveniuntur : sed primum horum, scilicet quod Deo non placeat quod bonum est, videtur accipere ab eo quod Job, supra x, dixerat, *Si impius furio, et mihi est ; si justus, non levabo caput;* quod Job dixerat ad signandum quod temporalibus poenis justi pariter et injusti affliguntur : sed Elihu hoc interpretabatur esse dictum, quasi Deo hominis justitia non placeret. Ille vero quod secundo proponit, *Quid tibi prodest, si ego peccavero ?* numquam legitur Job dixisse ; sed hoc accipere voluit Elihu, ex hoc quod idem Job dixerat : ibid.: *Si peccavi, et ad horum pepercisti mihi, cur ab iniunctate mea mundulum me esse non pateris ?* quod Job dixerat ad ostendendum, quod prosperitas temporalis non semper innocentiam comitatur, alioquin ipse prosperitatis tempore innocens fuerat. Dismissis igitur sibi peccatis, non erat ratio quare post peccatorum remissionem iterato a Deo peccatis mundaretur. Sed Elihu ad hanc sententiam haec verba retorsit, quasi Job putaverit peccatum suum aut ponam peccati Deum induxisse propter suam utilitatem. Ex his autem duobus, scilicet quod Deo non placeat quod bonum est, et quod ipse sibi reputaret peccatum, sequi videretur quod Job justior Deo esset ; cum de se supra dixerit quod displicerent ei mala, et placherint bona. Concludit autem ex premissis, propter eorum absurditatem se compelli ad respondendum ; unde dicit : *Itaque ego respondebo sermonibus tuis, et amicis tuis tecum, qui scilicet talia dicentem convincere non potuerunt : et incipit ab eo quod ultimo dictum est, ostendens quod Deus non potest juvari nec fandi ex operibus nostris bonis vel malis : et hoc propter ejus sublimitatem. Quam primo*

proponit dicens : *Suspice, id est sursum inspicie, cursum, quod scilicet est sedes Dei et intuere, scilicet visu, et contemplare, scilicet mente, ulla, id est totum superius corpus : ex eius non solum altitudine, sed etiam magnitudine, motu et ornatu concidere potes, hoc scilicet, *Quod altior te sit, intantum scilicet quod opera tua ei nec proficiere, nec nocere possunt ; unde subdit : Si peccaveris, scilicet vel in te, vel in Deum, quid ei nocabis ?* quasi dicat : In nullo ex hoc detrimentum patietur. Quantum autem ad peccata qua committuntur in proximum, subdit : *Et multiplicatur fuerint iniuriae tuae, quibus scilicet injuste proximos laidis, quid facies contra Deum ?* quasi dicat, in nullo ex hoc ledetur. Quantum ad bona que in proximum fiunt, subdit : *Porro si juste egerris, scilicet jus suum proximis reddens, quid donabis ei ?* quasi dicat : Quid ex hoc lucrabitur ? Quantum autem ad opera divini cultus subdit : *Aut quid de manu tua accipiet ?* scilicet in sacrificiis et oblationibus ; quasi dicat : nihil, secundum illud Ps. xlix, 9 *Non accipiam de domo tua vitulos.* Et quia posset aliquis credere quod ad eum non pertineret utrum homo ageret juste vel injuste, ad hoc excludendum subdit : *Hominis, qui similis tui est, nocbit iniurias tua, qui scilicet susceptibilis est nocimenti, Et filium hominis adjudicabit justitia tua, qui scilicet auxilio justitiae indiget : propter hoc prohibetur a Deo iniurias, et justitia mandatur, quia Deo est de hominibus cura, quia per hoc vel juvantur vel leduntur. Et ex hac fide contingit, quod oppressi clamant ad Deum contra oppressores : quorum quidam dolose opprimuntur per calumniam : unde subdit quantum ad hos : *Propter multitudinem calumniatorum clamabunt, scilicet ad Deum illi qui ab eis oppressi sunt.* Quidam vero opprimuntur manifeste per violentiam ; et quantum ad hos subdit : *Et jurabunt propter vim brachii tyrannorum,* id est clamabunt ad Deum propter violentiam et potentiam tyrannorum. Ex quo datur intelligi quod non solum Deo non placet quod aliquis peccat, sed ei**

displaceat et punit ; alioquin frustra clamarent oppressi. Deinde convertit se ad improbadum aliud verbum quod premiserat. *Nou tibi placet quod rectum est :* quod divina sapientia repugnaret : quod primo quidem appareret in rerum creatione : *Et non dixit*, scilicet Job sentiens quod Deo bona non placebent : *ubi est Deus qui fecit me ?* nou enim Deus fecit res nisi propter bonum ; unde dicitur Gen. i, 10 : *Vidit Deus quod bonum esset* : unde manifestum est quod placet Deo bonum. Secundo inducit beneficium humanae instructionis, quo aliqui instruntur ad bonum ex revelatione : unde subdit : *Qui dedit*, scilicet per revelationem, divina carmina, humanae instructionis dogmata, que ab antiquis multoties carminibus comprehensibiles utrū : *In nocte*, idest ad litteram, in somnio nocturno, vel in quiete contemplationis, sed obscuritate visionis. Non autem erudiret homines ad bonum familiariter, nisi bonum ei placeret. Tertio inducit infusionem naturalis luminis, quo bonum a malo discernimus per rationem in qua excedimus bruta ; unde subdit : *Qui docet nos super jumenta terræ*, quæ scilicet ratione carent. Et quia antiqui avium garritus et motus observabant, quasi divinitus instructarum, ac si rationem haberent : ideo ad hoc excludendum subdit : *Super volucres cœli erudit nos*, quæ etiam rationem non habent. Et quia odit malum, et placet ei bonum, ideo oppressos clamantes audit, oppressores non audit : unde subdit : *Illi clamabunt*, scilicet oppressores et tyranni, quasi petentes a Deo desideriorum suorum impletionem, *Et non exaudiet*, sci-

lent Dens ; et hoc propter superbiam malorum, scilicet hominum, secundum illud Ps. ci, 18 : *Resperit in orationem humilium*. Et ne crederet aliquis, bene indifferenter omnes exaudiere ; subdit : *Non ergo frustra*, idest sine ratione, *Eraudiet Deus* : quia scilicet justissima ratione hos exaudit, et non illos ; unde subdit : *Et omnipotens singulorum causas intabitur*, ut scilicet dignos exaudiat, non indignos. Maxime autem videtur quod Deus singulorum causas non videat ex hoc quod quandoque impii prosperantur ; sed ad hoc excludendum subdit : *Etiam cum dixeris*, idest corde tuo cogitaveris non considerat, idest Deus facta hominum, *Judicare coram illo*, idest preparare, ut judicium ejus suscipias ; *Et expecta eum*, scilicet in futurum judicantem, etsi hic non puniat : tardat enim ut in futuro gravis condemnatio : unde subdit : *Nunc enim idest in presenti vita*, *Non infert furorum suum*, idest magnitudinem penae : *Nec ueliscitur scelus valde*, idest non punit in presenti, secundum quod exigit gravitas culpæ ; quia penæ praesentis vita sunt ad correctionem : et ideo illos quos correctione indigos judicial, futurae damnationi reservat : et haec est alia ratio, quare impii in hoc mundo prosperantur : in quo concordat cum opinione Job. Sed quia ejus verba prave intellexerat, ideo ea reprehendit, concludens ex dictis Job, *Ergo frustra Job*, idest sine causa et ratione, *aperuit os suum*, quasi prolixitatem sermonis in eoreprehendens ; et *absque scientia verba multiplicat* ; in quo arguit in ipso ignorantiam, et loquacitatem inutilem.

## C A P U T   T R I G E S I M U M   S E X T U M

---

### LECTIO I

Addens quoque Eliu hoc locutus est : *Sustine me paululum*, et indicabo tibi : *ad hinc enim habeo quod pro Deo loquar*. Repetam scientiam meam a principio, et operatore meum probabo justum. Vere enim absque mendacio sermones mei : et perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abhiciet, enim et ipse est potens : sed non salvat impios, et judicium pauperibus tribuit. Non auferit

a justo oculos suos : et reges in solo collocaat in perpetuum ; et illi eriguntur. Et si inverti in catenam, et vinciantur fumibus paupertatis, judicabit eis opera eorum, et sceleris eorum, quia violenti fuerint. Reuelabit quoque aures eorum, ut corripiat ; et loquetur ut revertantur ab iniuitate. Si audierint, et observaverint, complebunt dies suos in bono, et annos suos in gloria. Si autem non audie-

rint, transibunt per gladium, et consumantur in stultitia. Simulatores et callidi provocant iram Dei, neque clamabunt cum vici fuerint. Mortierat in tempestate anima eorum, et vita eorum inter effematos. Eripit de angustia sua pauperem, et relevabit in tribulatione aurem ejus. Igitur salvabit te de ore angusto latissime, et non habente fundatum subter se; requies autem mensa tua erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij judicata est, causam, judiciumque recipies. Non te ergo supererit ira, ut aliquem opprimes, nec multitudine donorum inclinet te. Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, et omnes robustus fortitudine. Ne prostrabis noctem, ut ascedant populi pro eis. Cave ne declines ad iniqutatem; hanc enim coepisti sequi post misericordiam.

Praemiserat Elihu supra duo in verbis Job, contra quae disputare intendebat: primo quia dixit se esse justum, et quod Deo imposuerat iniqutatem judicii, prout Elihu verba Job interpretatus fuerat; et contra haec duo, Elihu in superioribus etiam disputaverat; nunc iteratoper aliam viam contra eadem disputare intendit; unde subdit: *Addens quoque Elihu, scilicet subsequentes rationes ad praemissas, haec locutus est*, scilicet quae sequuntur; inter quae primo eum ad attentionem exicit: *Sustine me paululum*: quia scilicet breviter sub una responsione contra duo praemissa disputare intendit; unde subdit: *Et indicabo tibi*, scilicet veritatem rei de qua agitur. Et ne videatur superflus, quia scilicet hoc jam supra ostendisse videbatur quod volebat, subdit: *Aduic enim habeo quod pro Deo loquar*; quasi dicat: Adhuc mihi aliae supersunt rationes, quibus aequitatem divinae justitiae defendam. Et quia contra utrumque praemissorum iteratoper intendit rationes inducere, subdit: *Repetam scientiam meam a principio*: quasi dicat: Contra totum id quod est a principio dictum, iterato secundum meam sententiam rationes adducam; et quod huiusmodi rei sit debitor, subdit: *Et operatum meum*, idest Dei, qui me fecit: *Probabo justum*, excludens scilicet iniqutatem ab ejus iudicio, quam tu Job ei imponere videris, ut te asseras justum. Et ne aliquis dicaret, quod ea quae dicturus erat, non ex vera scientia, sed ex falsa opinione procedebant, subdit: *Vere enim absque mendacio sermones mei*: quasi dicat: Non sum dicturus nisi vera quae recta scientiae convenient: unde subdit: *Et*

*perfecta scientia probabitur tibi*, idest probationes sequentes tibi concludent ex iis que videntur pertinere ad perfectam scientiam.

His igitur quasi proornaliter praemissis, incipit disputare super praemissis verbis, quae Job imponebat: et primo contra hoc quod Job dixerat, se esse justum: ad hoc excludendum hoc modo procedit. Jam prosperitatis tempore magnae potestatis erat. Contingit autem quandoque, quod aliqui aliquos potentes perseguuntur, vel propter invidiam, vel propter timorem, quo timent ne ab eis per potentiam opprimantur: quod quidem proprie est impotentum, qui et potentioribus invidet, et de eorum oppressionibus timet. Sed hoc de Deo dici non potest, qui est in potentia excelleus; unde subdit: *Deus potentes non abicit, cum ipse sit potens*. Ex quo datur intelligi, quod Deus nihil in homine odit, in quo ei assimilatur: quia cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, non potest esse quod aliquid similetur ei nisi in bono. Ex quo patet quod Deus non persequitur aliquos quia sunt potentes, sed quia in eis quandoque inventur iniqutias, et pro hac puniuntur a Deo: unde subdit: *Sed non salvat inpios*, idest dannat eos. Et causam damnationis ostendit subdens: *Et iudicium pauperibus tribuit*, idest iudicium facit de potentibus iniquis, pauperibus qui ab eis sunt oppressi. Non autem propter potentiam desistit a subventione justorum: unde subdit: *Non auferat justo*, scilicet homine etiam potente, *oculos suos*, idest prospectum sue benignitatis et misericordiae: secundum illud Ps. xxxviii, 16: *Oculi Domini super justos*. Et quod a potentibus, si sunt justi, non auferat suam misericordiam, manifestat per beneficia que potentibus confert: pri mo quidem stabilendo potestatem eorum: unde subdit: *Et reges in solo collocat in perpetuum*, scilicet si fuerint justi. Secundo, quia eos promovet in magis: unde subdit: *Et ille*, scilicet in solo collocati: *Eriguntur*, idest ad maiora exaltantur, dum scilicet Deus eis et potentiam ei divitias angel. Tertio per hoc quod etiam si puniri fuerint propter peccata, miseretur eorum, si ponitare

vulnerint; unde subdit: *Et si fuerint*, scilicet reges, *in catenis*, idest in carcere positi: *et vincuntur*, idest ligantur, *Fenibus paupertatis*, idest si in carcere possit paupertatem patiantur, que est quoddam viceulum quo homines ligantur, ne opera sua possint implere, et insuper multis miseriis astringantur. Et tamen eis sic in miseriis constitutis, primo quidem Deus hoc beneficium confert, quod eos recognoscere facit pristinam peccata pro quibus puniti sunt: unde subdit: *Indicabit eis opera cornu*, idest faciet ut cognoscant ea quae fecerunt esse inusta; unde subdit: *Et scelera eorum*: quasi dicat: Faciet cognoscere quod opera quae fecerant erant scelerata. Et quantum ad hoc, quid peccaverint ostendit subdens: *Quia violenti fuerunt*: hoc enim est peccatum proprium potentum, ut subdit violentiam inferant, utentes sua potentia quasi lege justitiae: nec solum facit eos peccata sua preterita cognoscere, sed etiam ostendit eis quod pro suis peccatis puniuntur; unde subdit: *Revelabit quoque aurem eorum*, idest faciet ut intelligent quod eis Deus puniendo loquitur, quod scilicet propter peccata sua puniuntur; unde subdit: *Ut corripiat*: quasi dicat: Hic faciet eos recognoscere, quod Deus eos punivit ad correctionem: et ulterius persuadebit eis, quod paeniteant; unde subdit: *Et loquitur*, scilicet interius, vel per exteriorem admonitionem, *ut revertantur ab iniuste*, paenitentia scilicet a pristinis peccatis. Et hujusmodi paenitentiae fructum ostendit subdens: *Si audierint*, scilicet corde proponentes, et observaverint, opere impletentes, reducentur ad statum pristinum: et ita, *Complebunt dies suos in bono*, scilicet virtutis, vel prosperitatis terrenae, *et annos suos in gloria*, scilicet terrena. *Si autem non audierint*, idest si non obediverint interiori inspirationi ut paeniteant, *transibunt per gladium*, idest de carcere reducentur ad occisionem gladii, *et consumentur*, idest destrucentur, *in stultitia*, idest propter suam stultitiam. Unde considerandum est, quod Elihu in hoc dicitur cum amicis Job convenire, quod possint adversitates praesentes esse poenae peccatorum, et quod

per paenitentiam quis reddit ad pristinam prosperitatem. Haec autem, etsi aliquando contingat, non tamen semper, secundum opinionem Job. Sed quia quandoque contingit quod aliqui adversitates patiuntur, quorum peccata non apparent; ne per hoc prædicta ejus sententia elidatur, interpretatur eos simulatores esse, quantum ad hoc, quod prætendunt justitiam quam non habent: et callidos, inquantum scilicet astutis quibusdam utuntur ad hoc quod sub colore justitiae injustitiam faciant: et ex hoc ipso gravius peccant: unde subdit: *Simulatores et callidi provocant iram Dei*, quia scilicet hos Deus magis detestatur. Tales etiam non de facili paenitent in penitentia; ideo ab adversitate non liberantur etiam inter flagella, quia existimant se justos, sicut ab aliis laudantur: unde subdit: *Neque clamabunt*, scilicet ab Deum misericordiam petentes, *cum vincti fuerint*, scilicet catenis et funibus paupertatis: in quo dat intelligere, quod existimaverat Job simulatorem et callidum fuisse; et ideo in penas peccatum suum non recognoscebat: et quia tales non paenitent in penitentia, ideo ab adversitate non liberantur: unde subdit: *Morietur in tempestate anima eorum*, quia scilicet usque ad mortem diversas angustias patietur: et *vita eorum*, scilicet deficiet, *inter effeminate*, quibus scilicet non est virtus ut se de manu opprimentium liberent. Recte autem simulatores effeminate comparat, quia ex parvitate animi contingit, quod homines sint simulatores: est enim primum magnamini esse manifestum, ut dicitur in *IV Ethicorum*. Et quia dixerat quod Deus potentibus in tribulatione constitutis subvenit, ne videatur Deum dicere acceptorem personarum, ostendit quod etiam idem beneficium pauperibus confert: unde subdit: *Eripiet pauperem de angustia, scilicet eum ab adversitate liberando. Et ordinem liberationis ostendit subdens: *Et rerelabit in tribulatione aurem ejus*, idest faciet eum intelligere quod pro peccatis suis punitur, et ad sapientiam eum inducit, sicut et supra de potentibus dicit. Ea autem quae supra committunt de potentibus dixerat, applicat ad personam Job: et primo qui-*

dem, quia dixerat, quod Deus in tribulatione salutem assert et pauperibus et potentibus, concludit quod etiam Job hujusmodi salutem sperare potest a Deo, cum subdit : *Ideo salvabit te de ore angusto latissime*, idest de tribulatione, que est sicut quoddam foramen angustum, per quod homo in quamdam latitudinem diversarum misericordiarum intrat : unum enim malum fit homini causa diversorum malorum, et horum malorum multiplicatio procedere potest usque ad infinitum, ut nunquam sit pervenire ad statum quietis ; et hoc est quod subdit : *Et non habente fundamentum*, scilicet in quo homo possit quiescere, *subter se*, idest cum descenderit in profundum malorum : quod praecipue pertinere videtur ad peccatas que sunt post mortem, que in perpetuum durant sine quiete. Non solum autem promittit ei liberationem a malis, si peccatum recognoscere et penitere voluntur, sed etiam abundantiam honorum ; unde subdit : *Requies autem mensa tua erit plena pinguedine*; quasi dicat : Cum saturitate et quiete comedere poteris abundanter de bonis que tibi divinitus restituentur. Et quia ostenderat quod Deus potentes non abicit, sed iniquos ; Job autem videbatur a Deo dejectus per multiplices adversitates, subdit : *Causa tua quasi impii judicata est*; quasi dicat : Non est punitus quia potens eras, sed quia impius : et contra hoc recompensationem promittit, si paenituerit, cum subdit : *Causam judiciumque recipies*, idest causa et judicium restituentur tibi, ut possis aliorum causas discentere, et de eis judicare : et quasi jam hoc factum esset, mouet eum, qualiter in statu illo se debeat habere. Contingit autem quandoque quod iudices a justitia declinant propter iram ; et quantum ad hoc dicit, *Non te ergo superet ira*, ut aliquem opprimas injuste, quando scilicet causam et judicium recipies. Quandoque vero iudices a justitia declinant propter cupiditatem munorum ; et quantum ad hoc subdit : *Nec multitudo domorum inclinet*

*te, in illo scilicet statu futurae auctoritatis*. Contingit etiam quandoque quod aliquis ex sola superbia alis justitiam facere contemnat ; et quantum ad hoc subdit : *Depone magnitudinem tuam*, idest superbiam animi tui, *absque tribulatione*, idest antequam tibi tribulatio immittatur a Deo ad tuam humilationem. Quandoque vero contingit, quod iudices a justitia declinent deferentes aliquibus potentibus propter timorem ; et quantum ad hoc subdit : *Et omnes robustos fortitudine*, scilicet tua deponas : vel quantumcumque robustos in sua fortitudine, tu non dubites deponere propter justitiam. Quandoque autem contingit, quod aliqui iudices a justitia deficiant, pareentes propter suam quietem ; unde subdit : *Nec prostrahas noctem*, idest ne velis nimis dormire ut expeditione justitiae non intendas. Vel *Ne prostrahas noctem*, idest non permittas diu latere justitiam cause, sed festina, ut veritas manifestetur : et causam ostendit subdens : *Ut ascendat populi pro eis*, scilicet robustis ; quasi dicat, non ita prostrahas judicium, quoniam totus populus concitat ex violentiis robustorum, et pro eorum injuriis ad te inquirendum accedant. Vel aliter : *Ne prostrahas noctem, ut ascendat populi pro eis* ; quasi dicat : Ne differas judicium contra robustos exercere, ne forte per suam potentiam inventiant multos fautores, qui pro eorum defensione consurgant, ut sic tum judicium impediatur. Omnia autem ista ad hoc tendunt ut in statu futurae prosperitatis injustitiam vitet ; unde subdit : *Cave me declines ad iniuriam*, scilicet per aliquem predictorum modum, vel aliquos alios. Posset autem Job dicere, hanc admonitionem esse superfluan, quia ipse solebat justitiam diligenter execuiri, sicut dixerat *supra xxix* : et ideo Elihu subjungit, *Hunc enim, scilicet iniuriam, capisti sequi post misericordiam*, scilicet in hoc quod te reputas Deo justorem. Et ideo cayendum est tibi ne a justitia declines, si te contingat ad statum prosperitatis redire.

## LECTIO 11

*Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, et nullus ei similis in legislatoribus.* Quis poterit scrutari vias ejus, aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem? Memento quod ignoras opus ejus, de quo cecinerunt viri. Omnes homines vident eum: uniusquisque intuetur procul. *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorum ejus inestimabilis.* Qui auferit stillas pluviae, et effundit imbre ad instar gurgitum, qui de nubibus fluit, que praetexunt emeta desper. Si volerit extendere nubes quasi tentorium suum. Et fulgurare hominem suum desper, cardines quoque mari operet. Per hoc enim iudicat populos, et dat escas multis mortalibus.

Postquam Elihu improbaverat verba Job, quantum ad hoc quod se justum dicebat; hic initur improbare verba ejus quantum ad hoc quod credebat eum locutum esse contra justitiam divini iudicii. Unde primo proponit sublimitatem divinitatis prosperitatis cum dicit: *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua,* id est habet potestatem easteris sublimiorem. Non est autem rationis consonum, ut major potestas a minori de injustitia condemnatur. Secundo proponit ejus auctoritatem, cum subdit: *Et nullus ei similis in legislatoribus:* quia scilicet legum conditores per ejus sapientiam iusta decernunt ut dicitur Prov. viii. 43: unde nullus legibus potest ipse de injustitia condemnari, quin potius sua sapientia est regula et mensura omnium legum. Tertio proponit incomprehensibilitatem operum ejus, cum subdit: *Quis poterit scrutari vias ejus?* id est sufficienter investigare rationes operum ipsius: et ex hoc concludit quod non potest de injustitia condemnari: unde subdit: *Aut quis audet ei dicere, Operatus es iniquitatem? ad hoc* enim quod aliquis de iniquitate condemnatur, requiritur quod sit subjectus superiori potestati, et quod legibus alienis astringatur, et quod ejus opera cognoscantur; que in Deo locum non habent, ut dictum est.

Consequenter manifestare incipit quod vias Dei, id est opera ejus, homo perscrutari non possit, dicens: *Memento quod ignoras opus ejus, de quo cecinerunt viri,* id est sapientes: quos viros nominat,

propter animi virtutem. Dicit autem, *Cecinerunt,* propter antiquam sapientum consuetudinem, quia metrice divina et prophethica describant. Quantumcumque autem homines aliqui sint sapientes, non possunt pertingere ad cognoscendam et enarrandam scientiam ejus; sed tota hominis cognitione et sermo est de Deo per opera ejus, que tamen neque Job neque aliquis aliis homo perfecte cognoscere potest: et ideo subdit: *Omnis homines vident eum,* scilicet per sua opera: nullus enim adeo in sapientia deficit, quin aliqua divinorum operum percipiat: et rursus nullus est adeo sapiens, cuius cognitione non multum vincatur ab excellentia claritatis divinae: unde subdit: *Uniusquisque intuetur procul,* id est cognitione hominis longe distat a perfecta comprehensione divinitatis essentie: tum quia non potest homo nisi per opera cognoscere, que in infinitum distant ab excellentia essentie ejus, tum quia etiam opera ejus perfecte homo non cognoscit: et ex hoc concludit, quod Deus per suam excellentiam hominis cognitionem excedit, juxta illud Psal. cxxxviii, 6: *Mirabilis scientia tua:* unde subdit: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram.* Quod enim a nobis perfecte Deus cognosci non possit, non contingit propter defectum ipsius, sicut contingit de motu et tempore, sed propter ejus excellentiam. Posset autem aliquis dicere, quod namvis de Deo non possumus cognoscere quid sit, possumus tamen cognoscere de Deo an est, quod perficit ad ejus durationem. Sed quod hoc etiam excedat hominis cognitionem ostendit subdens: *Numerus annorum ejus inestimabilis:* quia videlicet aeternitas durationis ipsius humano intellectu comprehendi non potest.

Ostendit autem consequenter magnitudinem operum Dei, que humana ratione excedunt, enumerans diversas aeris transmutationes. Qui quandoque per seicitatem disponitur: et quantum ad hoc dicit, *Qui auferit pluviae stillas,* scili-

cet impediendo ne pluat: quandoque vero in aere abundant pluviae, quarum magnitudinem describit dicens: *Et effundit imbras ad instar gurgitum*, qui scilicet flunt in terram; et huiusmodi abundantia pluviae admirabilis appetat, si consideretur pluviarum origo, ut scilicet tanta aqua prorumpat de nubibus, quae soliditatem non habent: et quantum ad hoc subdit: *Qui scilicet gurgites, de nubibus fluant*: non tamen ita quod acta tanta pluvia in nubibus existat, sed quia ipsi vapores nubium successivo in pluvias condensantur. Est autem et aliud in pluviasi mirabile, quod longo spatio terrarum super effunduntur; unde subdit: *Quæ prætexunt cunctu desuper*, scilicet loca in regione in qua pluit, ut nulla pars illius terre remaneat non compluta. Consequenter de ipsis nubibus loquitur, dicens: *Si voluerit nubes extendere quasi tentorium suum*, quia scilicet per

nubes occultatur colum, quod est sedes Dei, sicut sedes alicujus hominis occultatur tentorio. De nubibus autem procedunt fulgura propter collisionem venti: unde subdit: *Et fulgurare lumine suo desuper*. Nubes autem quandoque contingunt colum usque ad horizontem alicujus regionis, infra quem extremitates maris claudi videntur; et ideo dicit: *Cardines quoque mari operiet tentorio nubium*. Dicit autem: *Si voluerit*, ut ostendat divinam voluntatem principium esse naturalium operum. Est autem principium voluntatis ut propter finem operetur: et ideo fiuem horum operum ostendit subdens: *Per hæc enim judicat populos*, quantum scilicet ad aliquos qui per hoc pueriuntur, et dat escus multis mortalibus, quantum ad hoc scilicet quod pluviae sunt utiles ad terrae fecunditatem, per quam hominibus cibaria parantur.

## CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM

## LECTIO I

*In manibus abscondit lucem, et precipit ei ut rursus adveniat. Annuntiat de ea amico suo, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere.*

Super hoc expavit eorū meum, et quantum est de suo loco. Audierit auditionem in terrore vocis ejus, et sonum de ore illius procedentem. Subder omnes caelos ipse considerat, et lumen illius super terminos terra. Post eum rugit sonitus: tonabit vox magnitudinis sue, et non investigabili, cum audiatur vox ejus. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna et inscrutabilia. Qui precipitat nivi ut descendat in terram, et hyemis pluvias, et imbris fortitudinis sue. Qui in manus omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulum suum, in altero suo morabitur. Ali interioribus egreditur tempestas, et ab arcturo frigus. Plante Deo concrevit gelu, et rursus latissime funduntur aquæ. Frustratum desiderat nubes, et nubes spargunt lumen suum. Quæ iustrant cuncta per circumflexum, quocumque eas voluntas gubernantibus duxerit, ad unum quod precipitat illis super faciem orbis terrarum. Sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocumque loco misericordia sue eas jussiter inveniri.

Prosecurutus est Elihu supra de mutatione aeris quæ fit secundum siccitatem et pluviam, et nubium superinductionem, ex quibus Deus lumen suo fulgorat; nubes autem de ipso lumine, quod a nubibus quandoque occultatur, et quandoque reseratur: et de tonitruo, quod ex nubibus oritur, latens prosequitur: et incepit a lumine, dicens: *In manibus abscondit lucem*, idest per opera virtutis sue facit ut quandoque lux solis et stellarum nubibus occultetur. Sed quia haec occultatio non est perpetua, sed ad tempus, subdit. *Et precipit ei ut rursus adveniat*, videlicet descendenteribus nubibus. Vel possunt haec verba referri ad obtenebrationem et illuminationem aeris per solis occasum et redditum. Est autem consider-

randum, quod sensibilia sunt quedam intelligibilium signa: unde per effectus sensibiles ad cognitionem intelligibilium devenimus. Inter omnes autem sensibiles effectus spiritualior est lux: unde et efficacior est ad producendum intelligibilem cognitionem, in quantum scilicet visus, enjus cognitio per lucem perficitur, plurimum intellectualem cognitionem juvat: Quia igitur ista lux sensibilis ex potestate Dei hominibus occultatur et communicatur; datur per hoc intelligi, quod apud ipsum sit quedam excellenter lux, scilicet spiritualis, quam Deus in premium virtutis hominibus reservet; unde subdit: *Annumat de ea*, scilicet luce spirituali per corporalia signata, *amico suo*, scilicet virtuoso, quem Deus amat, *quod possessio ejus sit*, idest quod illa lux spiritualis sit thesaurs, quem Deus amicis suis reservat in premium: et quod ad eam possit ascendere, scilicet per opera virtutum ipsam promerendo, et ad ipsam possidendum se preparando. Qnamvis etiam hoc posset exponi de luce corporali. Posuerunt enim Platonici, quod anima hominum derivabantur ab animalibus stellarum; unde quando anima humanae suam dignitatem servant secundum rationem vivendo, revertuntur ad claritatem stellarum, unde defluxerunt: unde in *Somnio Scipionis* legitur, quod civitatum electores et servatores hinc profecti, scilicet a celo, luce revertuntur. In quo etiam dat intelligere, quod non ponebat ultimam remunerationem virtutis in temporalibus bonis, sed in bonis spiritualibus post hanc vitam. Hoc autem est inter omnia maxime admirandum, quod homo terrenus corruptibilis ad spiritualium et celestium possessionem promoveatur: et ideo subdit: *Super hoc*, scilicet quod homo possit ascendere ad lucem possidendum, *exparit cor meum*, timore scilicet admirationis et stuporis, *et motum est de loco suo*, ut scilicet non solum desideret et concupiscat quæ videntur ei connaturalia secundum sensibilem vitam, sed etiam ad spiritualia et celestia transferatur. Post visum autem, qui est cognoscitivus lucis corporalis, maxime deseruit intellectui auditus, in quantum est perceptivus vocum, quibus

intellectuales conceptiones exprimuntur. Sicut autem per visionem lucis corporalis homo reductur in cognitionem et expectationem cujusdam altioris lucis, ita etiam et per auditum corporalium sonorum divina virtute formatorum, homo mannducitur ad audiendam spiritalem Dei doctrinam; unde subdit: *Audiet*, scilicet homo a Deo, *auditionem*, scilicet spiritualis doctrinæ, *in terrore vocis ejus*, idest signo tonitri: quod quasi terribilis vox Dei est. Auditionem autem prædictam exponit, subdens: *Et sonum de ore illius procedentum*; sonus enim tonitri corporalis est quasi manus ejus, idest potestate formatus; sed sonus ex ore ejus procedens est doctrina sapientie ejus, secundum illud Eccl, xxiv, 5: *Ego ex ore altissimi prodii*. Et ne aliquis crederet Deum non habere aliam superiorum lucem quam sit lux corporalis coeli, hoc excludit subdens: *Super omnes caelos ipse considerat*; quasi dicat: Ejus visio non est infra caelum, sed supra caelum. Nihil autem videtur nisi in aliquo lumine, quia *omne quod manifestatur, homo est*, ut dicitur ad Ephes. v, 13: unde necesse est quod lux Dei sit excellenter ista luce corporali, quae primo inveniatur in caelis: unde subdit: *Et lumen illius*, scilicet intelligibile, est *Super terminos terræ*, idest super omnem corpoream creaturam. Et siue lux corpora coeli est infra ipsum, ita etiam et sonus tonitri corporalis est inferior ipso: unde subdit: *Post eum*, idest sub ipso, *Rugit sonitus*, scilicet tonitri corporalis. Habet autem etiam vocem spiritualarem, scilicet sapientia doctrinam, quae est homini incomprehensibilis, de qua subdit: *Tonabit vocem magnitudinis sua*, idest quæ docet magnitudinem ejus; et hanc vocem non omnes audiunt sicut tonitruum corporale: et illi qui aliqualiter audiunt, eam comprehendere non possunt: unde subdit: *Et non investigabitur*, scilicet perfecte: *Cum audita fuerit*, idest recepta spiritualiter ab aliquo homine, *Vox ejus*, idest sapientiae doctrina. Illius autem vox non solum ordinatur ad doctrinam hominum, qui eam audiunt, sed etiam ad perfectionem naturalium operum, quæ ex præcepto divinæ sapientiae

sunt. Inde secundo repetit: *Tunc Deus in voce sua, id est in imperio sapientiae suae, mirabiliter, id est mirabiles effectus producendo; et hoc est quod subdit: Qui facit magna, scilicet secundum eorum veram rationem, et inscrutabilia, scilicet rationi humanae.*

Et horum enumerationem<sup>2</sup> incipiens, subdit: *Qui præcipit nivi, scilicet vocē sapientiae suae, ut descendam super terram, quia scilicet ex ejus imperio nives generantur, et etiam pluvias et imbræ; unde subdit: Et pluvias hyemis, que scilicet in hyeme abundant, et in bribus fortitudinis suæ qui scilicet ex aliqua vehementiori causa generantur, et cum impetu venti. Et quia omnia que in rebus inferioribus sunt, ad homines quodammodo ordinantur; ideo subdit: Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.* Diversis enim hominum operibus diverse dispositiones aeris congruant: aliud enim est opus noctis, et aliud diei; et rursum aliud opus exercet homo tempore serenitatis, et aliud tempore pluvioso. Quod autem opus enīlibet temporis congruat, discerit homo secundum rationem sibi divinitus datam: et hoc est signum quod Deus posuit in manu, id est in operativa virtute omnium hominum, ut sciānt congrue distribuere sua opera diversis temporibus. Et ista providentia usque ad animalia bruta protenditur, quia scilicet quodam naturali instinctu diversis temporibus diversa operantur: unde subdit: *Ingreditur bestia latibulum suum, scilicet tempore pluvioso, et in autro suo morabitur, scilicet tempore congruo.*

Deinde ostendit effectus diversorum ventorum. Circa quod considerandum est, quod meridionales venti pluvias et tempestates producunt; venti autem septentrionales causant frigus in aere; meridionales autem venti oriuntur nobis ex parte qua est versus polum antarcticum, qui occultatur a nobis, utpote depresso sub nostro horizonte secundum quantitatēm qua polus arietius super horizontem elevatur: ideo dicit: *Ab interioribus egredieatur tempestas; quasi dicat: Tem-*

pestas apud nos causatur per ventum procedentem a parte coeli quæ quidem semper deprimitur sub nostro horizonte, qui quidem ventus dicitur auster. Et quantum ad aquilonem subdit: *Et ab Arcturo frigus; arctos enim in greco dicitur pars septentrionalis; unde Arcturus vocatur constellatio Ursæ, quæ semper elevatur supra horizontem, et ex illa parte procedit aquilo, qui causat frigus, propter remotionem solis ab illa plaga coeli. Et ut hoc attribuatur divine sapientiæ, subdit: Flante Deo cons crescit gelu; quasi dicat, Ventus aquilo, qui causat gelu, oritur Deo flante, id est ipsum flatum causante: Et rursum, scilicet Deo flante, id est producente ventum australē, latissime, id est abundantissime, funduntur aquæ, scilicet pluviarum, que causantur ex austro. Et ut hujusmodi etiam effectus ad utilitatem hominum referri ostendat, subdit: Frumentum desiderat nubes; quasi dicat: Nubes ordinantur ad frumentum sicut ad quendam finem, propter quem sunt utiles. Qualibet autem res desiderat suum finem: et pro tanto dicit quod nubes desiderant frumentum quia videlicet ex nubibus utilitas frumento provenit, vel ratione pluvia ex nube descendens, quæ irrigando terram, fecundet eam ad productionem frumenti: vel etiam quantum ad hoc, quod utile est frumento, quod aliquando nubibus obumbretur, ne desiceatur continuis solis ardoribus. Subiungit autem aliam utilitatem nubium, enī dicit, et nubes spargunt lumen suum: quod potest referri vel ad lumen cornucionario num secundum id quod supra in praecedenti capitulo prædixerat, *Si voluerit extenderre nubes, et fulgurare lumine suo;* vel magis potest referri ad lumen quod resplendet in aere ex radio solis reverberantis ad unbes quodammodo contemperati per ipsas: unde claritas solis apparet in aere ante ortum solis ad unbes quæ sunt in loco sublimiori, ad quem cūtius accedunt radii solares, et tardius eas deserunt. Posita autem utilitate nubium, describit eorum motum, dicens, *Quæ lustrant cūmetā per circuitum: non**

<sup>2</sup> Al. : « manifestationem. »

<sup>1</sup> Al. : « unde. »

enim nubes super manu tantum partem terre resident, ex qua vapores sunt elevati; sed ventorum impulsu ad diversas partes transferuntur. Solent autem venti, ut plurimum gyrum quendam facere, sequentes motum solis: unde et in mane flant<sup>1</sup> venti orientales, postea meridionales, et tandem versus vesperas occidentales: unde ex consequenti nubes cirenit quodam moventur. Et ut ostendat hoc ex providentia divina procedere, subdit: *Quocumque eas voluntas gubernantis scilicet Dei, duxerit: quia scilicet non semper ad omnem partem terra nubes pervenient; sed quandoque ad hanc, quandoque ad illam, secundum Dei dispositionem.* Procedunt autem ex nubibus diversi effectus: puta pluviae, nives, grandines, tonitrua et similia; et sicut ex divina dispositione dependet ad quam partem terrarum nubes perveniant; ita etiam ex ea pendet quis effectus ex nubibus consequatur; unde subdit: *Ad omne quod praeceperit illis super faciem terrarum quasi dicat: Ex precepto divino dependet quis*

*effectus sequatur ex nubibus super terram.* Et quia dixerat: *Quocumque eas voluntas gubernantis duxerit, hic expounit subdens:* *Sire in una tribu: quia scilicet contingit quandoque quod in uno territorio nubes apparent, et in alio non apparent, secundum illud Amos iv, 7: Plui super unum civitatem, et super alteram civitatem non plui: et hoc dupliceiter contingit: quia quandoque nubes apparent in eadem regione ex qua vapores generantur: quod contingit quandoque ex impulsu venti ad loca remota vapores non transferuntur, et quantum ad hoc subdit: Sire in terra sua, scilicet nubium, unde sunt exortae; quandoque vero transferuntur ad aliam regionem: et quantum ad hoc subdit: Sive in quocumque loco misericordiae sue ras jusserrit inveniri: ex magna enim misericordia Dei procedit, quod nubes et pluvias alieni regioni provideat temporibus optimis, et praecipue in terris calidis, ubi sunt pluviae rariores.*

## LECTIO II

Ausulta haec Job, sta, et considera mirabilia Dei. Numquid sis quando præcipit Deus pluvias ut ostenderent lucem nubium ejus? Numquid nosti semitas nubium magnas, et perfectas scientias? Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perfleta fuerit terra australi? In fortissimam cum eo fabricatus es celos, qui solidissimi quasi aere fusi sunt. Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe involvimus tenebris. Quis narrabit ei que loquitur? etiam si locutus fuerit homo, devorabit. At nunc non vident lucem: subito aer cogetur in nubes, et ventus transiens fugabit eas. Alio aquilone aurum venit, et a Deo formidolosa laudatio. Digne cum invenire non possumus: magnus fortitudine et iudicio et justitia, et enarrari non potest. Ideo timebunt eti viri, et non audiebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

Postquam Elihu multa mirabilia operum divinorum narraverat: hic invehitur contra Job qui Denique de iniustitia argnere videbatnr, cum tamen ejus opera comprehendere non posset; et ideo dicit, *Ausulta haec Job, quia scilicet a me dicuntur de magnitudine divinorum ope-*

*rum: Sta, scilicet per mentis rectitudinem, Et considera, scilicet per te ipsum, Mirabilia Dei, quae scilicet in ejus operibus manifestantur. Inter quae mirabilia a pluviis incipit: quas quidem sensibiliter homines percipiunt: sed tamen carum primam originem, secundum quod a Deo sunt instituta, scientia comprehendere non potest; unde subdit: Numquid sis quando Deus præcipit pluvias, quae scilicet ex divina ordinatione super terram cadunt: et post eorum casum aer, qui prius erat tenebrosus ex densitate nubium, eis rarescentibus redditur clarus; unde subdit: Ut ostenderet, scilicet pluviae cadentes, lucem nubium ejus, id est<sup>2</sup> lucem solis per nubes rarefactas splendentem, quae per nubes condensatas occultabatur; de quarum motu subdit: Numquid nosti semitas nubium? quomodo scilicet et ex qua causa ad diversas partes propellantur?*

<sup>1</sup> Al. : & flunt. &

<sup>2</sup> Al. : & in. &

tur flatu ventorum. Nubium autem cognitio est principium cognoscendi omnes aeris permutationes, puta ventos, pluvias, nives, grandines, tonitrua, et cetera hujusmodi; et ideo subdit: *Magnas et perfectas scientias*: magnas quidem propter hoc quod hujusmodi impressiones in sublimi corpore sunt; perfectas autem, quia per nubium scientiam comprehendit omnem notitiam praedictarum impressionum et effectuum, qui ex eis consequitur ex his inferioribus. Et quia nubes a ventis impelluntur, consequenter de effectu venti subjungit, dicens: *Nonne vestimenta tua collida sunt, cum perflata fuerit terra austro?* ventus enim auster, quia procedit ex regionibus calidis, aerem calefacit: ex cuius calore vestimenta hominis magis calefaceret eum possunt: et signanter facit mentionem de effectu austri, quia ipse quasi ab imo veniens, vapores congregando condensat in nubes, et eas moveat; aquilo vero, quasi ab alto veniens, magis eas dispergit. Et quia ad omnes hujusmodi effectus virtus coelestium corporum operatur, ideo ulterius procedit usque ad coelestia corpora; unde subdit: *Tu forsitan cum eo fabricatus es celos?* in quo metaphorice causalitatem Dei super coelestia corpora exprimit. Nam sicut artifex est causa fabricæ, ita Deus est causa coelestium corporum: aliter tamen et aliter: nam artifex fabricam constituit ex materia praeciente: coelestia autem corpora ex materia praecienti fieri non potuerunt, sed simul in eorum productione fuit materia cum forma producta. Et ut distinguatur superiores celos a celis qui diuinuntur aerei, subjungit: *Qui solidissimi quasi ære fusi sunt.* Sciendum est autem, quod apud nos quadam corpora sunt quae cedunt tangenti, et a transenutibus dividii possunt, sicut aer et aqua, et hujusmodi; quadam vero sunt, quae non cedunt tangenti, nec pertransiri possunt, sicut corpora lapidum et metallorum: et ideo ut ostendat superiores celos non esse divisibiles aut pertransibiles ad modum aeris et aquæ, comparat eos aeri, præcipue inter cetera metallæ, quia eo ut plu-

rimum homines ad talia opera utebantur. Et ne forte presumptiose Job diceret se Dei opera perfecte cognoscere, irrisorie subdit dicens, *Ostende nobis quid dicimus illi;* quasi dicat: Si tu es ita sapiens quod omnia Dei opera cognoscas, et quod super his etiam possis disputare cum eo, doceas nos, ut possimus ei respondere: et necessitatem ostendit, subdens: *Nos quidem involvimur tenebris;* quasi dicat: multum indigeremus quod praedicta nobis ostenderes, quia nos ea penitus ignoramus. Et quia ipse multa de effectibus divinis locutus fuerat, ne hoc ei ad presumptionem imputaretur, quasi ipse astimaret se praedicta perfecte cognoscere, ad hoc excludendum subdit: *Quis narrabit ei quæ loquor?* quasi dicat: Haec que de effectibus ejus locutus sum, nullus sufficienter narrare potest, prout convenit ei, secundum excellentiam scilicet sua virtutis: et si quis in tantam presumptionem erigeretur, ut sufficienter de eo<sup>1</sup> loqui se astinaret, ex hoc ipso sibi periculum imminet<sup>2</sup>; unde subdit: *Etiam sit locutus fuerit homo,* quasi volens divinos effectus comprehendere, devorabitur quasi absorptus, a magnitudine materiae de qua loquitur: secundum illud Prov. xxv, 27: *Qui perscrutator est majestatis, opprimitur a gloria.* Vel potest aliter intelligi, ut sit sensus: non solum homo non potest sufficienter et convenienter enarrare divinos effectus: sed etiam si ipse Deus eos locutus fuerit homini, scilicet revelando: homo devorabitur, quasi tantam rem capere non valens; unde dicitur Joan. xvi, 12: *Multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo* et Deut. v, 26, dicitur: *Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei ridentis?* Sed ne aliquis crederet, quod cognitione veritatis divinae in perpetuum esset homini subtrahenda, ad hoc excludendum subdit: *At nunc, idest in praesenti tempore: non cident*, scilicet homines, *lucem*, idest claritatem divinæ cognitionis. Amico tanen Dei aumuntatur, quod ad eam quandoque possit ascendere, ut supra dictum est: et ad hoc similitudinem inducit, dicens: *Subito*

<sup>1</sup> Al. : « eis. »<sup>2</sup> Al. : « iniuniqueret. »

*arr cogetur in nubes*, propter congregatiōnēm vaporū ab austro, et ex hoc redditur aer tenebrosus; sed hujus tenebra postmodum transeunt umbib⁹ fugatis; unde subdit: *Et ventus transi⁹s*, scilicet aquilo, *fugabit vas*; quasi dicat: Per hunc modum, si etiam tenebris involvatur, tamen superveniente morte, quae est quasi quidam transitus venti, predictæ tenebre fugabuntur. Contingit autem quandoque, quod in aliquo loco tenebroso aliiquid fulgidum<sup>2</sup> invenitur: sicut pars septentrionalis tenebrosa dicitur propter elongationem ejus a sole: et tamen in septentrionalibus regionibus multum aurii invenitur, quod est inter cetera metalla fulgidus<sup>3</sup>: et hoc ideo, quia calore propter circumstans aeris frigus recurrente ad interiora viscera terræ, effacieat ibi operatur ad aurii generationem; et hoc est quod subdit: *Ab aquilone aurum veniet*; quasi dicat: in regione aquilonari aurum magis abundat. Et sicut in tenebris septentrionis invenitur fulgor aurii, ita etiam inter tenebras ignorantiae huiusmodi vita invenitur aliqua, sicut obscura, refulgentia divina cognitionis; unde subdit: *Et ad Deum formidolosa laudatio*: si enim nihil divinæ lucis in nobis fulgeret, nullatenus enim laudare possemus: rursus si fulgeret nobis divina veritas manifeste, sicut in meridie, eum secure laudaremus; sed quia in terra cum quadam obscuritate nobis aliiquid de divina luce fulget, cum formidine ipsum laudamus: sicut enim formidine homo facit illud quod scit se perfecte facere non posse, unde subdit: *Digne eum invenire non possumus*: ut scilicet per nostram inventionem perveniamus ad eum cognoscendum sicuti est. Quod quidem ex ejus excellentia contingit; unde subdit: *Magnus fortitudine*: quia scilicet ejus virtus in infinitum excedit omnes effectus suos, unde ex eis digne inveniri non potest. Et ne credatur propter virtutis magnitudinem sola violentia uti in hominum gubernatione, subdit: *Et iudicio*, scilicet magnus est, quia scilicet incomprehensibilia sunt iudicia ejus: nec hoc propter justitiae defectum,

sed propter excellentem justitiam: unde subdit: *Et justitia*, scilicet magnus est, et propter suam magnitudinem, nec mente cogitare, nec ore sufficienter de eo loqui possumus; unde subdit: *Et narrari non potest*, scilicet digne ab homine. Et haec est causa, quare est ejus laudatio formidolosa; unde subdit: *Ideo timebunt eum viri*, scilicet quantumcumque fortes propter fortitudinis magnitudinem, et non audiēbunt contemplari, scilicet prorsentes ad plenum cognoscere, omnes qui sibi videantur esse sapientes. Et hoc signanter dicit, quia sapientia hominis, quantumcumque ei vel aliis videatur, divinæ sapientia comparata, quasi nihil est.

Est autem considerandum ex premissis Elihu verbis, quod partim cum Job conveniebat, partim cum amicis ejus: in hoc enim conveniebat cum Job, quod credebat remunerationem honorum futuram post hanc vitam, et punitionem malorum; cum amicis autem Job conveniebat in hoc, quod credebat omnes adversitates praesentis vita pro peccatis provenire: de quibus si quis pœnitiat, ad prosperitatem redibit. Conveniebat etiam cum amicis Job quantum ad personam ipsius Job, quia putabat eum pro peccato puniūt, et quod justitia quae in eo primitus fundabatur, seu videbatur, fuerit simulata. Prave etiam verba Job accipiebat, sicut et alii. Circa prosperitatem autem malorum in hoc mundo solus tangit hanc causam, quod prosperantur pro peccatis aliorum. Similiter etiam solus manifeste tangere videatur Angelos esse medios inter Deum et homines. Job autem verbis ejus non respondet; primo quidem, quia in principibus dogmatibus cum eo concordabat, in quibus amici ejus errabant, quos supra e. xii, vocaverat perversorum dogmatum cultores. Quid autem de sua persona sentiret Elihu, non tantum cura erat ei, quod propter hoc cum Elihu velle contendere: præsertim quod puritatem conscientiae sue non aliter quam supra poterat probare, scilicet divino testimonio. Secundo, quia ex juvenili

<sup>1</sup> Al. : « tunc. » — <sup>2</sup> Al. : « frigidum. »

<sup>3</sup> Al. : « frigidus. »

quadam præsumptione more contentio-  
sorum Job imponebat verba que non  
dixerat, vel quæ aliter dixerat quam ipse

aceperit; et ideo ut se a contentionibus  
separaret, decrevit magis esse silendum,  
et divino iudicio committendum.

## CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM

## LECTIO I

Respondens autem Dominus Job de turbine, dixit: quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Aceinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te et responde mihi. Ubi eras quando ponebam fundamenta terra? indica mihi si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ejus si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? Super quo bases illius solidate sunt, ant quis demisit lapidem angularem ejus? cum me laudarent simul astra matutina, et jubilarent omnes illi Dei? Quis consulsit ostia mare, quando erumphebat quasi de vulva procedens, cum ponere nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infans obvolverem? Circumdedi illud terminis meis, et posui veste et ostia. Et dixi: usque hoc venies, et non procedes amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos. Numquid post ortum tuum precepisti diluvio, et ostendisti aurora locum suum?

Praemissa disputatione Job et amicorum ejus de providentia divina, dum Elihu sibi vires determinantis assumpserat, in quibusdam redarguens fuit Job, in quibusdam autem amicos ipsius. Sed quia humana sapientia non sufficit ad veritatem diuinae providentiae comprehen-  
den-  
dam, necessarium fuit ut prædicta dis-  
putatio divina auctoritate terminaretur. Sed quia Job circa divinam providentiam recte sentiebat, in modo autem loquendi exesserat in tantum, quod malorum cor-  
diens exinde scandalum proveniret, dum putabant eum Deo debitam reverentiam non exhibere: ideo Dominus tanquam questionis determinator, et amicos Job redarguit ex hoc quod non recte sentie-  
bant, et ipsum Job de inordiato modo loquendi, et Elihu de inconvenienti determinacione; unde dicitur: *Respondens autem Dominus Job, quia scilicet propter eum ista responsio tiebat, quanvis non fuerit ipso immediate ante locutus. Modum autem respondendi ostendit subdens, De turbine; quod quidem potest ad litteram intelligi, ut dicatur formatam esse vocem Dei miraculose in aere eum*

quadam aeris turbatione, sicut in monte Sinai factum legitur Exod. xix: vel sicut ad Christum vox facta est, quando quidam dixerunt, tonitrum factum esse, ut legitur Joan. xii. Vel potest intelligi ut sit metaphorice dictum, ut haec responsio dicta sit inspiratio interior divinitus facta ipsis Job: et sic dicitur Dominus ei de turbine respondisse, tum propter turbationem quam adhuc patiebatur, tum etiam propter turbinis obscuritatem: quia scilicet divinam inspirationem in haec vita non possumus clare percipere, sed cum quadam obumbratione sensibilium similitudinum, ut Bionysius dicit I cap. cel. Hier.: et hoc etiam significavit Domini supra, si de turbine corporali vo-  
cem suam sensibiliter fecit audiri. Determinata autem disputatione quasi per sententiam iudicii, nihil ultra restat dicendum, nisi determinationis sententia reprobatetur: et ideo Dominus primo im-  
probavit determinationem disputationis quam Elihu fecerat; improbat autem, quia veras sententias quas proposuerat, involverat multis falsis et frivolis verbis; unde sequitur: *Dixit, quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?* Sententias quidem Elihu dixerat arguendo Job de hoc quod dixerat se velle disputare cum Deo: et de hoc, quod intantum se justum dixerat, quod quasi videbatur justitiae divini iudicij derogare. Sed istas sententias involverat multis præ-  
sumptuosis, et etiam falsis sermonibus, ut ex supradictis patet: qui hic dicuntur sermones imperiti, quia omnis inordinatio ex defectu rationis procedere videtur. Sie ergo exulta determinatione Elihu, Dominus ipse incipit determinare disputationem: et primo excitat Job ad attenden-

dum, cum dicit : *Accinge sicut vir lumbos* : quod metaphorice dicitur. Homines enim solent lumbos praecingere ad hoc quod sint prompti ad iter, vel ad quamlibet actionem ; unde volebat enim Dominus esse promptum ad considerandum quae ei dicebantur, remotis quibuslibet impedimentis : unde signanter de praecitione lumborum facit mentionem, quia per lumbos voluntas carnalis intelligitur, quae praecipue impedit spiritalem auditum, secundum illud Isa, xxviii, 9 : *Quem docebit scientiam, et quem intelligere faciet auditum ? Ablactatos a lacte, avulos ab uberibus.*

Primo autem incipit in sua determinationem Job arguere de hoc, quod presumptuose videbatur esse locutus, dum Deum ad disputandum provocaret. Et quia supra c. xiiii, videtur Deo dedisse duorum optionem, cum dixit : *Foca me, et ego respondebo tibi, aut certe loquar, et tu responde mihi :* quia Job jam satis locutus fuerat, Deus quasi alteram partem elegit, cum subdit : *Interrogabo te, responde mihi :* que quidem interrogatio Dei non est ut addiscat, sed ut hominem de sua ignorantia convineat. Interrogat autem ipsum de suis effectibus qui humanis sensibus praesto sunt : quos cum homo ignorare ostenditur, multo magis convincit, sublimiorum scientiam non habere. Inter alios autem sensibiles effectus incipit interrogare de principaliibus partibus mundi, inter quas terra est nobis notior, utpote propinquior ; de qua interrogare incipiens, dicit : *Ubi eras quando ponebam fundamenta terræ ?* Recte fundamento terram comparat : quia sicut fundamentum est infima aedificii pars, ita etiam terra est infimum corpus, quod subiect est omnibus. Et quia terra est praecipue materia humani corporis, materia autem tempore praecedit id quod ex ea fit, et multo magis ratio artificis quae materia condidit; ideo signanter dicit: *Ubieras quando ponebam fundamenta terræ ?* ac si dicat : Cognoscere rationem fundationis terra non potes, quia cum terra fundata est, nouum eras in rerum natura. Est autem considerandum quod quidam antiquorum situm terra et aliorum elementorum non attribuebant alieni rationi ordinanti, sed

necessitati materiae, secundum quod via levibus succidunt. Ut autem haec opinio excludatur, Dominus consequenter comparat fundationem terre foundationi aedificii, que fit secundum aedificatoris rationes : et similiter fundatio terra est facta secundum providentiam divinam, quam humana intelligentia comprehendere non valet ; et hoc signat cum subdit, *Indica mihi si habes intelligentiam :* quasi dicat : Ideo horum rationem indicare non potes, quia ad haec capienda intelligentia tua non sufficit. Est autem considerandum quod artifex in aedificiis fundatione quatuor disponit : primo quidem quantum debeat esse fundamentum : et similiter divina ratione dispositum est, quod tanta debeat esse quantitas terræ, non major vel minor : et quantum ad hoc subdit : *Quis posuit mensuras ejus, scilicet secundum omnes dimensiones :* et signanter dicit : *Posuit :* non enim species terræ ex necessitate talem quantitatem requirit, sed haec quantitas est terra in posita ex sola ratione divina, quam homo recognoscere non potest ; et ideo subdit : *Si nosti,* quia scilicet haec homo nec noscere nec indicare potest. Secundo artifex per suam rationem disponit determinatum situm fundamenti, quem comprehendit per extensionem lineæ mensuralis ; unde subdit : *Vel quis tetendit super eam lineam,* per quam scilicet significatur ratio divinae dispositionis, designans determinatum situm terra in partibus universi. Tertio excogitata quantitate fundamenti, et ubi collocandum sit; disponit artifex in quo possit fundamentum firmiter collocari ; et quantum ad hoc subdit : *Super quo bases illius, scilicet terra, Solidata sunt,* quia firmata est super centrum mundi. Quarto autem praedictis tribus excogitatis, artifex jam incipit jaceere lapides in fundamentum ; et primo lapidem angularem, ad quem diversi paries congregantur ; et quantum ad hoc subdit : *Aut quis demisit, idest deorsum misit, lapidem angularem ejus,* per quem scilicet significatur ipsum centrum terra, cui diversæ partes terra conneuntur. Solet autem homo fundamentum aedificii collocare propter necessitatem

habitationis; sed ut ostendatur Deus non ex indigentia fundamenta terrae jecisse, subiungit: *Cum me laudarent simul astra matutina;* quasi dicit: Quamvis adeset mihi habitatio cœli, cuius astra me laudant, terram tamen fundavi non ex indigentia famulantium qui eam inhabitarent, sed ex sola voluntate. Non autem hoc dicitur quasi cœlum prius sit factum quam terra: præsertim cum in Genesi 1 legitur, in principio Deum creasse cœlum et terram; astra autem, de quibus hic fit mentio, leguntur facta fuisse quarta die; sed hoc dicitur ad ostendendum, quod ordine naturæ cœlum, vel astra priora sunt terra, sicut incorruptibile corruptibili, et movens moto. Dicit autem, *Astra matutina,* idest de novo condita, sicut apud nos astra matutina dicuntur, quaæ in principio diei solent apparere. Quod autem dicuntur astra matutina Deum laudare: potest uno modo intelligi materialiter, inquantum scilicet propter sui claritatem et nobilitatem erant materia divinæ laudis, etsi non hominibus qui adhuc non erant, saltem angelis, qui jam erant. Secundo secundum illos qui dicunt corpora celestia animata, astra in sue institutionis initio Deum laudabant, non laude vocali, sed mentali: quod etiam potest referri ad angelos, quorum ministerio cœlestia corpora moventur: ut quod<sup>1</sup> subditur: *Et jubilarent omnes filii Dei,* referatur ad angelos supremas Hierarchiae, quos Dionysius dicit esse collocatos in vestibulo deiatis: et ideo signanter illis tanquam inferioribus laudem, istis autem tanquam superioribus attribuit jubilationem, qua excellentiam quandam laudis importat.

Præmisso igitur de fundatione terra, subiungit consequenter de aquis, que immediate superponuntur terra. Videtur autem naturalis ordo elementorum requiri ut aqua ex omni parte circumdaret terram, sicut aer ex omni parte circumdat terram et aquam; sed divina dispositione factum est propter generationem hominum, animalium et plantarum, ut aliqua pars terra discooperta remaneret ab aquis, Deo sua virtute aquas maris

sub certis limitibus retinente: unde subdit: *Quis conclusit ostia mare?* idest certis terminis. Fuerint aliqui, qui putaverunt per actionem solis aliquam partem terræ excicatam esse; sed Dominus ostendit, a principio ita fuisse dispositum ut mare non undique terram operiet. Describit autem productionem maris sub similitudine nativitatis rei viventis, scilicet pueri, quia aqua est res maxime formabilis in res vivas: unde et omnia semina generativa humida sunt: puer autem primo de utero matris progreditur; et hoc significal, cum dicit: *Quando erumpet, quasi de vulva procedens.* Utitur<sup>2</sup> autem in productione maris verbo erumpendi, quia scilicet proprium est aquæ quasi continue moveri. Dicitur autem quasi de vulva procedere, non quod ortum habuit ex alia materia corporali, sed quia ex oculo divinæ providentiae procedebat,<sup>3</sup> quasi ex utero quodam. Secundo autem puer natus induitur; et quantum ad hoc subdit: *Cum ponerem nubem vestimentum ejus:* quia enim nubes ex vaporibus resolutis ex aqua generantur, consequens est, ut in locis maritimis hujusmodi nubes magis multiplicentur. Tertio autem puer natus quibusdam fasciis involvitur; et quantum ad hoc subdit: *Et caligine illud quasi panis infantia: obvolverem.* Et possunt per caliginem designari vapores non elevati, nec condensati in nubes, sed super maris superficiem aerem obscurantes; et forte alludit ei quod dicitur Gen. 2, quod *tenebra erant super faciem abyssi.* His igitur positis, que pertinent ad novam maris productionem, explicat ejus conclusionem: ac si dicas, quando in aere de novo factum est: *Tunc circundederi illud terminis meis.* Et videtur tria ponere pertinencia ad conclusionem maris: quorum primum signatur, enī dicit: *Terminis meis,* idest a me positis; secundum signatur, enī dicit, *Et posui rectem;* tertium est, enī dicit, *Et ostia.* Haec autem tria pertinent ad imperium divine virtutis: unde quasi exponens prædicta, subdit: *Et dico. Hucusque renies:* quod pertinet ad rationem terminorum; nam terminus est

*ultimo motus : Et non procedes amplius :* quod scilicet pertinet ad vectem per quem processus alienus impeditur : *Et hic confringes tumentes fluctus tuos :* quod pertinet ad ostia, quae ad hoc ponuntur quod aliquis non passim egrediatur aut ingrediatur, sed secundum certam regulam : ita etiam mare non passim transgreditur littus, sed secundum quamdam mensuram fluctum intumescentium. Post terram autem et aquas ulterius procedit ad aeren, qui secundum aspectum celo continuatur. Prima autem dispositio communis ad totum corpus quod superjacet aqua et terra, est variatio noctis et diei, quae sunt secundum motum diurnum, qui est prius motus ; et ideo consequenter dicit, *Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculum?* quasi dicat : Numquid ex precepto tuo alternantur nox et dies super terram? diluculum enim est quoddam confinium diei et noctis. Et signanter dicit, *Nunquid post ortum tuum,* sicut et supra quando de terra lo-

quebatur dixerat : *Ubi eras?* quia sicut terra est principaliter materiale principium hominis, ita etiam supremum coelum, quod suo motu variat<sup>1</sup> diem et noctem, est principale principium humani corporis inter causas corporales. Est autem considerandum, quod claritas diluculi, sive aurora diversificatur secundum diversas partes elevationis signorum, quae sol perambulat ; quia quando est in signo veloci ascensionis, in quo scilicet cito oritur, parum durat aurora ; quando autem est in signo tardie ascensionis, amplius durat : et est determinata mensura loci, ex qua sole ibi existente incipit claritas diluculi apparere : et hoc est quod subdit : *Ostendisti auroræ locum suum?* quasi dicat : Nunquid tu dispensasti loca in celo, ex quibus aurora illucescat? quasi dicat, non : et ex his omnibus datur intelligi, quod tua ratio deficit a comprehensione divinorum operum : unde patet quod tu non es idoneus ad disputandum cum Deo.

## LECTIO II

*Nunquid tenisti concutiens extrema terræ, et excussisti impios ex ea? Restituetur ut intum si gnaculum et stabit sicut vestimentum. Auferetur ab impiis lux sua, et brachium excusum confinatur. Numquid ingressus es profundum maris, et in novissimis abyssi deambulasti? Numquid aperte sunt tibi portæ mortis, et ostia tenebrosa vidisti? Numquid considerasti latitudinem terre? indica mihi si nosti omnia. In qua via lux habitet, et tenebrarum quis locus sit. Ut duas unumquodque ad terminos suos, et intelligas semitas ejus. Sciebas tunc, quod nasciturus es, et numerum diecum tuorum noveras? Numquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexisti? Quia preparavi in tempore hostis, in die pugnae et bellii? per quam viam spargitur lux : dividitur astus super terram? Quis dedit vehementissimum imbri cursum, et viam sonantis tonitru, ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur, ut impleret inviam et desolatam, et produceret herbas virentes? Quis est pluvias pater, vel quis genuit stellas rotis? De ejus ictu egressa est glacies? et gelu de celo quis genuit? In similitudinem lapidis qua durantur, et superficies abyssi constringitur. Numquid conjungere valebis mientes stellas pleiades, aut gyrum arcturi poteris dissipare? Numquid producis luciferum in tempore suo, et hesperum super fines terra consurgere facis? Numquid nosti ordinem coli, et ponens rationem ejus in terra? Numquid elevabis in nebula vocem tuam, et impetus aquarum operiet te?*

*Nunquid mettes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, adsumus?*

*Postquam Dominus connumeravit principales partes creatura corporalis, scilicet terram, mare et celum; hic incipit prosequi mirabilia divinorum operum, quae in dispositione prædictiarum trium partium mundi apparent: et incipit a terra, in qua præcipue admirandum appetit, quod accedit circa terræ motum: de quo metaphorice loquitur ad similitudinem hominis, qui tenens corpus aliquod, concurrit ipsum; unde dicit, *nunquid tenisti, idest virtute tua comprehendisti, concutiens extrema terræ:* quod non est sic intelligendum, quod tota terra simul concutiatur in terræ motu; sed quia aliqua extremitates terra concutiuntur. Omnia vero quæ accident in corporali creatura, in utilitatem hominum redundant; terra motus autem et alia hujusmodi utilia sunt per hoc, quod homines territi a peccatis desistant; unde subdit: *Et excussisti impios ab ea: et loquitur ad**

<sup>1</sup> Al. : « general. »

similitudinem hominis, qui concutit vestimentum, ut ex eo excentiat pulverem seu tineam; ita etiam Deus videtur concutere terram, ut excentiat peccatores ex ea, quandoque quidem per mortem, quandoque autem per emendationem vitae. Solet autem in terra motu contingere, quod aliqua aperta recluduntur, sicut parietes vel aliquid hujusmodi: et quantum ad hoc subdit: *Rerumque ut lumen signaculum: lumen enim quando dividitur, de facili ad eamdem dispositionem reintegratur; ita etiam aliquid signaculum, puta in pariete vel in quocumque aliquo hujusmodi quod videbatur immutatum per aperitionem parietis, quandoque divina virtute restituatur in pristinum statum.* Contingit etiam quandoque quod turres et arbores, et alia hujusmodi per terrae motum concutiantur, et non cadunt; et quantum ad hoc subdit: *Et stabit sic ut vestimentum, quod scilicet si concutatur, pristinam integritatem non perdit.* Contingit autem quandoque et contrario, quod homines, vel absorpti terra, vel etiam oppressi parietibus per motum terre cedentibus, moriuntur; et quantum ad hoc subdit: *Aufert ab inpiis lux sua, per mortem.* Contingit etiam quandoque quod munitiones et turres fortissime per terrae motum dejicimur; et quantum ad hoc subdit: *Et brachium excelsum confinxerat, id est aliqua fortissima munitio, vel aliquis potens amicus, in quo homo confidit sicut in suo brachio.*

His igitur premissis de terra motu et de effectibus ejus, procedit ad dispositionem medii elementi, scilicet maris, in quo hominibus videntur occulta et mirabilia; primo quidem ea, que sunt in profundo mari, puta piscium dispositiones in mari viventium; et quantum ad hoc dicit, *Nunquid ingressus es profundum mari?* ut scilicet cognosceres animalia, que in eo latent. Aliud autem quod in mari videtur oculatum et admirandum, est dispositio terrae sub aquis mari existentis; et quantum ad hoc subdit: *Et in novissimis abyssi deambulasti,* id est in intumis ejus partibus. Post dispositionem autem terra et maris procedit ad dispositionem colli, sub quo etiam confinatur aer: et in hoc latius immoratur, propter

multa mirabilia que in eo apparent. Et primo incipit a dispositione lucis et tenebrarum, que communiter respicit totum superius corpus. Est autem considerandum quod corpora caelestia per lucem suam agunt in ista inferiora, eo quod lux est quasi qualitas activa celestium corporum, sicut calor et frigus elementorum: et ideo effectus celestium corporum in istis inferioribus conjungit eum consideratione lucis et tenebrarum. Inter alios autem effectus celestium corporum in istis inferioribus, communior est generatio et corruptio: et ab hoc incipit dicens, *Nunquid aperte sunt tibi portae mortis?* mors enim est corruptio corporis viventis; et sic proprie ad hominem pertinet, eni præsens serino dirigitur. Portæ autem mortis sunt cause corruptionis quautum ad virtutes celestium corporum, per quas primo proceditur ad talum effectum. Est autem difficillimum cognoscere, quis sit periodus vitae et permanentia cuiuslibet rei: et ideo portæ mortis nobis aperte non sunt, quia non possumus in corporibus caelestibus cognoscere propriam causam corruptionis enjuscumque rei. Morti autem competit ratio tenebrarum: tum quia per mortem homo privat corporali visu, eni cognitio est per lumen: tum etiam quia post mortem homo in oblivionem quasi in tenebras quasdam vadit; et ideo subdit: *Et ostia teucrosa cidiisti:* ut intelligatur idem appellare ostia teucrosa propter proprietatem mortis, quod prius appellaverat portas mortis. Vel hoc quid dicit, *ostia teucrosa,* potest referri ad alium effectum celestium corporum, qui est obtemperatio aeris: ut sic hoc quod dixit de portis mortis, referatur ad sola viventia corpora: quod autem dixit de ostiis tembris, ad corpora petrispiena. Subdit autem de diversitate caloris et frigoris circa terram dicens, *Nunquid considerasti latitudinem terræ?* Ibi considerandum est, quod longitudine terræ secundum astrologos attendunt secundum progressum ab oriente in occidentem, latitudo autem ejus attenditur a meridie in septentrionem: eo quod in alia qualibet re major diuenienti valet longitudine, minor autem diuenienti vocatur latitudo. Est autem experimento probatum, quod

dimensio terra: a nobis habitatae major est ab oriente usque ad occidentem, quam a meridie usque in septentrionem: unde latitudo terra accipitur secundum progressum a meridie usque in septentrionem. In quo quidem progressu est diversitas caloris et frigoris: quia quanto magis appropinquatur a meridie in nostrum habitabile, tanto loens calidior est propter solis propinquitatem: unde quod de latitudine terrae dicitur, potest referri ad diversitatem locorum calidorum et frigidorum. His ergo praemissis, qua<sup>1</sup> pertinent ad effectus celestis lucis in hac inferiora, facit mentionem de ipsa luce, cum subdit: *Indica mihi si nosti omnia, ut scilicet sis idoneus ad disputandum cum Deo, qui omnia novit, in qua via lux habitat.* Ubi considerandum est, quod lux in luminaribus mundi invenitur, quae propter hoc luminaria dienntur, quia sunt luminis vasa; sed quia via ad motum referunt, quaestio<sup>2</sup> de via, in qua lux habitat refertur ad luminarium motum. Excedit autem humanam cognitionem qualiter luminaria moveantur: quod ostenditur ex diversis opinionibus hominum circa motus eorum: dum quidam assentunt ea moveri per excentros et epicielos; quidam autem per motum diversarum sphærarum; et sicut lux ex motu huminariis causatur, prout in superiori hemisphaerio moventur, ita etiam tenebrae procedunt ex motu eorum, prout moventur in hemisphaerio inferiori: quod etiam habet eandem difficultatem: unde subdit: *Et tenebrarum quis locus sit.* Non potest autem perfecte mensurari motus alienus corporis, nisi via per quam ambulat cognoscatur, quia magnitudo mensuratur motu, et motus magnitudine, ut dicit Philosophus in iv *Phy.*; et ideo, quia per certitudinem via motus luminarium cognosci non potest ab homine, consequens est, quod nec mensura motuum eorum perfecte seiri possit: unde subdit: *Ut ducas unumquodque, scilicet lucem et tenebras, ad terminos suos, ostendendo scilicet rationem apertoris et occultoris uniuseniusque luminarium quantum ad principium et finem, et etiam quantum*

ad medium; ad quod pertinet quod subdit: *Et intelligas semitas domus ejus, scilicet lucis:* quando enim in meridie circa sumnum celi moveatur, tunc quasi perambulat semitas domus sue; termini autem ejus sunt apud orbum et occasum. Secundum autem motum caelestium corporum mensurantur durationes inferiorum corporum, et tempora generationis et corruptionis, ut Dionysius dicit iv cap. de *div. Nomin.*; et ideo, ignoratis illis causis, consequens est, ut hi effectus ignorentur; et ideo subdit: *Sciebas tunc quod nasciturus eses?* quasi dicat: Numquid praecognoscere potuisti per considerationem motus caeli tempus tuae nativitatis? et tu quidem hoc non potuisti, quia antequam nascereris non eras: sed nec alius homo hoc praecognoscere potuit propter debitatem cognitionis humanæ (loquitur enim Dominus ad Job in persona omnium hominum): et sicut non potuisti praecognoscere tempus nativitatis tuae, ita non potes praecognoscere terminum vitæ; <sup>3</sup> unde subdit: *Et numerum dierum tuorum noveras;* quasi dicat: Cognoscere hoc non poteras ex computatione caelestium motuum, quorum terminum et certam mensuram ignoras.

His autem praepositis quea pertinent ad immutationem lucis et tenebrarum, procedit ad diversas immutaciones aeris, secundum quod aer variatur per tempes-  
tatem et serenitatem: et incipit a nive et grandine, dicens. *Nunquid ingressus es thesauros niris, aut thesauros grandius asperisti?* thesauros nivis et grandius vocal vapores sursum elevatos, ex quibus nives et grandines generantur: sed quia grandines grossioris substantiae sunt, et in loco multo magis propinquu nobis generantur, frigore ad interiora nubis expulso a circumstante calore; ideo circa grandines facit mentionem de visu, quia magis visui subjici possunt; circa nives autem de ingressu, quia magis propter eorum tenuitatem possunt penetrari. Iujusmodi autem quandoque Deus uitetur ad hominum correctionem, sicut supra xxxvi habitu est, per hoc iudicat populos; unde subdit: *Qua preparavi in tempus*

<sup>1</sup> Al.: « quomodo. »

<sup>2</sup> Al.: « vita temp. »

*hostis*, idest in tempus, quo est ultio sumenda de hostibus, contra quos Deus utitur his quasi bellicis armis; unde subdit: *In diem pugnæ*, idest actualis conflictus, *et bellum*, idest guerra, in qua fit preparatio ad pugnam. Finis autem tempestate nivis et grandinis, subsequitur serenitas, in qua claritas et calor aeris praeparantur; unde subdit: *Per quam viam spargitur lux*, quod pertinet ad claritatem; *dividitur æstus super terram*, quod pertinet ad calorem. Ubi considerandum est, quod supra, ubi de luce loquebatur quantum ad ipsa lumina in quibus habitat, fecit mentionem solum de via ejus: quia scilicet lux per motum luminariorum viam suam peragit, sive sit tempestas, sive serenitas; sed ad nos ex ea non pervenit claritas et calor nisi cessante tempestate. Non autem sensibiliter diversificatur claritas intensio in diversis terris, cum aer fuerit serenus; sensibiliter autem diversificatur intensio caloris: et ideo lucem spargi dixit, quasi diffondere effusam; æstum autem dividi, quasi pro diversitate locorum diversimode distributum.

Consequenter autem procedit ad effectus quosdam ventorum in aere, ex quibus dum pluvia impellitur, causatur imber; unde dicit: *Quis dedit vehementissimo imbre cursum?* est enim vehementia imbris cursus ex forti impulsu ventorum, quos divina virtus producit. Similiter autem dum ex ventis nubes impelluntur, causatur sonus tonitrii; propter quod non auditur hujusmodi sonus in uno loco, scilicet quasi alieius corporis transmittens; unde subdit: *Et viam sonantis tonitrii*. Subdit autem rationem quare pluviae et nubes a ventis impelluntur, cum dicit, *ut plueret super terram absque homine in deserto*, quod scilicet habitari non potest propter terra ariditatem; vapores autem pluviosi elevantur maxime ex locis humidis: unde si nubes et pluviae non impellerentur a ventis, sequeretur quod nunquam in locis siccis plueret. Contingit autem quandoque quod aliqua loca humana industria irrigantur, idest cessans pluvias; sed hoc ibi accidere non

potest; unde subdit: *Ihi nullus mortuum commoratur*; et sic illi terra per humana industria provideri non potest: et propter hoc Deus ordinavit ut ventis impellerentur nubes et pluviae, ut etiam in locis desertis plueret; unde subdit: *Ut impleret*, scilicet pluvias, *inviam*, idest terram per quam nec transire potest homo, *et desolatum*, idest destitutam humana procurazione; et sic sola procuratione divina produceret herbas virentes, scilicet ad decorum terræ, et ad pastum animalium silvestrum, qui etiam divina providentia procurantur. Consequenter autem facit mentionem de pluvias absque vento, cum dicit: *Quis est pluvia pater?* idest efficiens causa non ex necessitate, sed ex ordine providentiae, que convenient patri: a Deo enim moveatur sol et alia celestia corpora, quae sunt proxima causa efficiens generationis pluviarum; ros autem ex eadem causa generatur ex qua et pluvia: nec differt nisi secundum multitudinem et paucitatem materiae; unde dicit: *Vel quis genuit stillas roris*. Si gnatuer stillas nominat, ad designandum parvitatem guttarum. Est autem considerandum, quod sicut pluviae congelatae sunt nives; ita ros congelatus est pruina; unde subdit: *De cuius utero est glacies*. Ubi notaendum, quod glaciei causa est frigus, quae est qualitas feminina; pluviarum autem et roris causa est calor resolvens, et non permittens congelari vaporem, calor autem est qualitas masculina: et ideo signanter circa generationem pluviae et roris usus est nomine patris; circa generationem autem glaciei usus est nomine uteri, qui pertinet ad matrem. Ex frigore autem duplex glacies causatur: una quidem in aere, quod pertinet ad pluviam de celo cedentem; unde subdit: *Et gelu de celo quis genuit?* quod adhuc attribuit patri, quia non apparet tanta vis<sup>2</sup> frigoris in pruina, sicut in interiori glacie: alia vero est glacies quae generatur in inferioribus aquis, in qua major vis frigoris appetat: unde subdit: *In similitudinem lapidis aqua duratur*, scilicet per vehemens frigus in glaciem condensate: et hoc quandoque intantum

procedit, quod in frigidissimis terris etiam maria congelantur; et hoc est quod subdit: *Et superficies abyssi constringitur, scilicet aqua, que est in ejus superficie per frigus condensata.* Non autem frigus aeris irrimpere potest usque ad maris profundum.

His ergo euarrantis de variis mutationibus aeris, procedit ultraius ad immutabiles mutationes celestium corporum: circa qua primo in stellis fixis consideratur immobilitas figuræ: quia qualibet earum conservat situm suum, ita quod una alteri non appropinquat magis vel minus: et hoc præcipue apparet in stellis vicinis, qua nunquam conjugantur; unde subdit: *Nunquid conjugere valebis micantes stellas pliades?* stelle pleiades dicuntur quadam stellæ, que lucent in capite Tauri: quarum sex apparent valde propinquæ, septima autem est obscurior. Secundo consideratur in celestibus corporibus uniformitas primi motus, quo revolvitur totum coelum, et omnes stellæ in eo, semel in die et nocte super polos mundi; hic autem motus sensibilis percipitur ex stellis propinquis polo septentrionali, qua sunt nobis perpetua apparentiae<sup>1</sup> propter elevationem poli super nostrum horizontem: inter quas stellas vocatur maxime constellatio Arcturi, qui est Ursa major, cuius stelle manifeste apparent uniformiter moveri in gyro circa polum mundi: et quantum ad hoc subdit: *Aut gyrum Arcturi poteris dissipare?* ut scilicet non cireneat polum. Tertio admirabilis apparet in celestibus corporibus motus Planetarum: in quo, cum sit omnino uniformis, quædam planetarum varietas<sup>2</sup> ad sensum videtur: et hoc maxime comprehendendi potest in stella Veneri, qua quandoque ortitur ante solem, et tunc vocatur Lucifer; quandoque autem occidit post solem, et tunc vocatur Hesperus. Manifestum est autem, quod stellæ que semper sunt tardioris motus quam sol, incipiunt primo apparet in mane ante ortum solis, eo quod sol proprio suo motu, quo movetur ab occidente in orientem, deserit eas, sicut patet in

Saturno, Jove, et Marte. Luna autem quæ habet velociorem motum quam sol, semper incipit apparet in sero, quasi deserens solem, praecedens ipsum versus orientem. Venus autem et Mercurius quandoque incipiunt apparet de mane, quandoque autem de sero; sed de Mercurio, quia raro videtur, et est parva quantitas, non ita est manifestum; in Venere autem clarius apparet: unde manifestum est quod quandoque habet velociorem motum quam sol, quandoque tardiorum. Ex quo manifeste apparet varietas<sup>3</sup> in motu planetarum; et ad hoc designandum subdit: *Nunquid produces luciferum,* idest Venerem mane apparentem: *In tempore suo,* idest in determinato tempore, quia haec diversitas semper in eo contingit: *Et hesperum,* idest camlem Venerem sero apparentem, *Super filios terra consurgere facis?* Et notandum est, quod per hoc quod dicit, *consurgere et producere facis,* designatur nova apparitio stellæ. Quarto autem admirabilis videtur in celestibus corporibus ordo, situs, et motus ipsorum; unde dicit: *Nunquid nosti ordinem caeli,* qui scilicet ad hominem comprehendi non potest. Quintum autem admirabile est dispositio inferiorum corporum secundum superiora: et quantum ad hoc subdit: *Et ponas rationem ejus in terra,* ut scilicet cognoscas effectus proprios singularium causarum celestium corporum. Praedicti autem effectus divinae virtutis maximi quidem sunt: non tamen in eis apprehenditur a multitudine vulgaris illa magnitudo virtutis divinæ, sicut in tonitruo et fulgere: et ideo istos effectus ultimo ponit: unde quantum ad tonitruum dicit: *Nunquid elevabis in nebula vocem tuam:* tonitruum enim generatur in nube, eni⁹ sonitus videtur quasi vox Dei. Post tonitruum autem ut plurimi pluviae magnæ subsequuntur propter condensationem nubium ex commotione ventorum, ex quibus tonitruum causatur; unde subdit: *Et impetus aquarum operiet te?* videtur enim multitudo pluviae quasi Den⁹ operire, in quantum nobis occultatur coelum, quod dicitur sedes Dei. Con-

<sup>1</sup> Al.: «perpetuo apparentes.»

<sup>2</sup> Al.: «quædam irregularitas.»

<sup>3</sup> Al. irregularitas.

sequenter subjungit de fulgure, dicens : *Numquid mites fulgura, idest numquid per tuam virtutem erit motus eorum, et ibunt, quasi scilicet obedientia tuo imperio.* Solent autem motus fulgorum reperiunt ab uno loco in alium : et hoc designat subdens : *Et revertentia dicent tibi. Ad-*

*sumus ?* quasi in sua reversione parata esse, ut iterum obedientia divino imperio, ut ad alium locum vadant, seu mittantur. Hac autem omnia inducuntur ad ostendendum, quod homo non potest attingere neque ad sapientiam neque ad virtutem divinam.

## LECTIO III

*Quis posuit in visceribus hominis sapientiam ? vel quis dedit gallo intelligentiam ? Quis enarrabit colorum rationem, et concentum celi quis dormire faciet ? Quando fundabatur pulvis in terra, et gieba compingebantur. Numquid capies lemea praedam, et animam catulorum ejus implebis quando enhant in antris, et in specubus insidiantur ? Quis preparat corva escam suam, quando nulli ejus clamat ad Deum vagantes, eo quod non habeant cibos ?*

Postquam Dominus commemoravit mirabilia suorum effectum, quantum ad principales partes mundi, quae sunt terra, mare, celum et quantum ad dispositionem eorum; nunc accedit ad enarrandum mirabilia suorum operum specialiter quantum ad diversas proprietates animalium, inter quas praeponit cognitio, quae quidem perfectius in homine quam in ceteris animalibus invenitur; et ideo ab homine incipient dicit : *Quis posuit in visceribus homini sapientiam ?* Per viscera hominis intelliguntur intimae vires animae ipsius, scilicet intellectus et ratio, quibus Deus sapientiam indidit, et inquantum lumen rationis homini dedit, et inquantum quedam seminaria sapientiae et scientiae naturaliter indidit rationi ipsius, cognitionem primorum principiorum. In aliis autem animalibus multa indicia apparent naturalis cuiusdam prudentiae; sed praeceps hoc manifestatur in gallo, quasi in animali noto et domestico; unde subdit : *Aut quis dedit gallo intelligentiam ?* Intelligentia hic sumitur pro naturali quedam estimatione, secundum quam ad motum intelligentis operatur, quia ipsa ejus naturalis estimatio ab intellectu divino ei datur. In hoc autem videtur gallus quedam intelligentiae similitudinem habere, quod determinatis horis in eantum prorumpit, ac si cognosceret proportiones celestium motuum,

unde subdit : *Quis enarravit, scilicet gallo, colorum rationem, idest proportionem caelestium motuum, ut possit ex hoc determinatas horas cognoscere, seu discernere ad cantandum ?* Solent autem vigiles quodam cantu, aut alienigenis instrumenti sono, propinquitatem diei declarare, et certarum horarum noctis. Non autem potest dici quod aliquis sonitus celi determinatis temporibus sileat, ut ex hoc gallus discernat ad cantandum; unde subdit : *Et concentum celi quis dormire faciet ?* quasi dicat : Concentus celi non sicut sicut vigilis dormientis, ut ex ejus auditu vel silentio possit gallus instrui ad cantandum. Considerandum autem est hic, quod ex motu colorum pythagorici posuerunt sonitum harmonizatum provenire propter convenientissimam proportionem caelestium motuum : et quia posuerant celestia corpora animata, ideo talis consonantia sonorum posset concentus celi vocari. Sed Aristoteles probat in *de celo*, quod ex motu celestium corporum nullus sonitus procedit : et ideo hic concentum accipere possumus metaphorice positum pro sola convenientia celestium motuum, qui nunquam requiescent. Hujus autem inspiratio sapientiae vel intelligentiae, aut etiam concentus celi ab initio fundationis terre fuit : nunc subdit : *Quando fundabatur pulvis in terra :* quod referunt ad situm terre, quae in imo ponitur, sicut in fundamento, *et clebe compingebantur*, quod referunt ad humorem continentem in unum partes terrae, ne scilicet terra propter sui siccitatem in pulverem resolvatur. Deinde accedit ad aliam proprietatem animalium, quae attenditur secundum acquisitionem nutrienti, circa quam admirabile ali-

quid appetet in leæna : cum enim leo multo cibo indigeat, mirabile videtur, quomodo in aliqua regione tantum potest de præda animalium capere, quod sibi sufficiat et filiis suis ; unde subdit : *Nam quid capies leæna prædam, id est numquid tantam abundantiam præde ei parabis?*, ut habeat sufficierenter sibi et filiis suis ? unde subdit : *Et animam catulorum ejus implebis.* Hoc autem non videtur multum difficile quando per diversa loca discurrunt, sed quando in eodem loco manent : vel propter necessitatem nutritionis filiorum, ad quod pertinet quod dicit, *Quando cubant in antris*, vel quia, *In specubus insiduntur*, scilicet animalibus aliis capiendis. Apparet etiam aliquid mirabile in avibus circa corvum : dicitur

enim quod corvus pullos ex ovis eductos non pascit, donec suos deprehendens plumbis nigriscere viderit : unde septem diebus eis cibos non ministrat, sed a Deo sustentatur per naturalem virtutem eis inditam ; unde subdit : *Quis preparat corvo escum suum, quando pulli ejus clamant ad Deum rugantes*, id est huc et illuc prospicentes : *Eo quod non habent cibos?* quasi a parentibus derelicti. Hoc autem non est intelligentum quasi pulli corvorum Deum cognoscant : sed hoc dicitur, quia quelibet res naturalis suo desiderio, in hoc ipso quod aliquid bonum appetit, quasi intendit aliquid a Deo inquirere, qui est anctor honorum omnium.

## C A P U T      T R I G E S I M U M      N O N U M

### LECTIO I

*N*onquid nosti tempus partus, ibicem in petris, vel parturientes cervas observasti ? Dic numerasti menses conceptus earum, et scisti tempus partus earum ? Incurvantur ad fortunam, et parvunt, et rugitus emittunt. Separantur filii earum et pergunt ad pastum, ergreduntur, et non revertuntur ad eas. Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit ? Cui dedi in solitudem domum, et tabernacula ejus in terra salsuginis. Contemnit multitudinem civitatis, clamorem exactoris non audit. Circumspecti montes pascue sue, et virentia queque perquirit. Numquid volet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum ? Numquid aligabis rhinocerota ad arandum loco tuo, aut confringet ghebavium post te ? Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, et derelinques ei labores tuos ? Numquid eredes illi, quod semetem reddit tibi, et arcum tuum congregat ? Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris. Quando derelinquit ova sua in terra, tu forsan in pulvere derelocafies ea ? Olivisector quod per conculet ea, aut bestia agri conterat. Duratur ad filios suos quasi non sint sui : frustra laboravit nullo timore cogente. Privavit enim eum Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam. Cum tempus fuerit, in altum alias erigit, deridet equum et ascensorum ejus. Numquid præhebis eoque fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hiuimatum ? Numquid suscitabis cum quasi locustas ? gloria narium, ejus terror. Terram ungula fodiit, exultat, audacter in occurrsum pergit armatis. Contemnit pavorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus. Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Ubi au-

dierit buccinam, dicit, vah ; procul odoratur helium, exhortationem ducent, et ubertatum exercitum. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum ? Numquid ad præceptum tuum elevabit aquila, et in arduis ponet nidum suum ? In petris mauet, in præruptis silicibus connumeratur, atque iu inaccessis rupibus, inde contemplatur escam, et de longe oculi ejus perspicunt. Pulli ejus lambunt sanguinem : et ibicunque cadaver fuerit, statim adest. Et adjecit Dominus, et locutus est ad Job : Numquid qui contredit cum Deo, tam facile conquiescit ? utique qui arguit Deum, debet et respondere ei. Respondens autem Job Domino, dixit : Qui leviter locutus sum, respondere quid possum ? manum meam ponam super os meum. Unum locutus sum, quod utinam non dixisse, et alterum, quibus ultra non addam.

Commemoraverat Dominus in prædictibus id quod pertinet ad vim cognitivam, loquens de sapientia hominis, et intelligentia galli : commemoraverat etiam de præda leonum et esca corvorum quæ pertinent ad vim untritivam ; nunc autem commemorat quadam pertinencia ad vim generativam ; et incipit agere de parti ibicem et cervarum, in quibus aliquid occultum esse videtur. Ibices enim sunt quadam animalia parva corpore,

<sup>1</sup> Al. : « equiparabis. »

qua: in locis petrosis habitant, in quibus et parinnt: unde ad hujusmodi loca de facili non patet hominibus accessus: propter quod dicit: *Numquid nosti tempus partus ibicum in petris?* quasi dicat: hoc hominibus est ignotum propter asperitatem locorum in quibus parinnt. *Cervae* autem, ut dicitur, eligunt loca occulta in quibus pariant, ubi lupi accedere non solent: et ideo ad ostendeudum oculuationem partus ipsarum, subdit: *Vel parturientes cervas observasti?* quod dicitur ad divinae providentiae commendationem: mulieres enim cum parinnt, indigent obstetricum obsequio; sed animalibus, quorum partus homines latet, Deus sua providentia exhibet auxilium quod est eis necessarium ad pariendum, in quantum scilicet dat eis industriae naturalem, ut cognoscant ea quae sunt in talibus cognoscenda. Quorum primum est, quod sciant spatium temporis, quo fetus in utero perficitur: et quantum ad hoc dicit: *Dinumerasti menses conceptus,* quando se debent preparare ad partum, unde subdit: *Et scisti tempus partus eorum?* ut scilicet eis indicares quando parere deberent: in his enim solent mulieres puerpe ab aliis instrui; sed animalia, quae etiam sunt longe a conversatione humana, per naturalem industriae eis divinitus inditam, hoc cognoscunt, et determinato tempore se preparant ad partum, eo modo quo facilius possit partus emitti; unde subdit: *Incurvantur ad factum scilicet emitendum, et parunt,* scilicet per seipsa instruente natura: et tamen partus non est eis delectabilis, sed paenitus; unde subdit: *Et rugitus emittunt,* scilicet propter dolorem quem pariendo patiuntur, et sicut matres naturali industria divinitus indita sibi necessaria conquerunt; unde subdit: *Separantur filii eorum:* quod dicit ad differentiam fortis humani: nam puer mox natus non potest se movere ut discedat a matre, quod tamen in praedictis animalibus contingit: statim enim postquam nascentur, moventur, et prius eorum motus est ad escam querendam; unde subdit: *Et pergyunt ad pastum:* sed tamen in principio indigent pasci lacte matris: unde sic a matre separantur,

quod tamen ad eam redeant; postmodum vero, eum perfecta fuerint haec animalia, totaliter a matre separantur; unde subdit: *Egrediuntur, et non revertuntur ad eas,* quia scilicet ulterius ab eis lactari non indigent.

Hic autem praemissis ad speciales quasdam animalium proprietates pertinentibus, scilicet ad cognitionem, escam et partum, commemorat ea quae pertinent ad totam conservationem vite. Circa quam primo mirabile appareat, quod quaedam animalia dum sunt domestica, sustentari non possunt absque hominum cura: inveniuntur tamen aliqua ad illud genus pertinentia, quae sunt silvestria, et absque hominum providentia gubernantur: et hoc maxime mirabile appareat in asino, qui cum est domesticus, totaliter videtur humanæ servitutis deputatus: a qua tamen servitute asini silvestres, qui onagri dicuntur liberi esse apparent; unde dicit: *Quis dimisit onagrum,* idest asinum silvestrem, liberum, idest ab hominum servitute. Quod quidem dicitur secundum id quod consuetum est apprehendi ab hominibus quasi naturale: unde quia consueti sunt homines non videre asinos nisi servituti subjectos, videtur eis quod sint natura-liter servi: et ideo si inveniantur aliquando liberi, videtur eis quod sint a servitute dimissi. E contrario autem se habet: nam prius fuerunt hujusmodi animalia homini non subjecta per modum quo nunc sunt: postmodum autem humano artificio sunt domita, et hominum servitutis deputata. Signa autem servitutis asinorum sunt vineula quibus ligantur, sicut camus, vel aliquid hujusmodi; et quantum ad hoc subdit: *Et vineula ejus quis solevit?* onagri enim vineulis carent. Apparet etiam in asinis domesticis, quod perent si remaneant absque habitatculis ab hominibus preparatis: sed onagri habent sibi per divinam providentiam habitatculum preparatum: unde subdit: *Cui dedi in solitudine,* scilicet ad quam homo non accedit, *domum,* puta aliquid antrum vel cavernam quamecumque. *Et tabernacula ejus,* puta, sub herbis aut arboribus, *in terra salsa-gnisi,* idest in aliqua terra inhabitata propter seccitatem et solis exusionem, ex qua humor ejus quasi in sa-

porem salis convertitur. Et quamvis hujusmodi habitatio videatur incolitur et horridior propter solitudinem, tamen eam prefert quantumcumque nobili civitati : unde subdit : *Contemnit multitudinem civitatis*, scilicet in comparationem ad habitationem deserti. Et assignat duplēcē rationē : quarum prima est, quod ibi non exiguntur ab eo laboriosa opera ; unde subdit : *Clamorem exactoris non audit*, idest domini exigentis ab eo portationem onerum, vel aliquid hujusmodi. Alia ratio est, quia ibi liberius evagatur ad pastum querendum ; unde subdit : *Circumspicit montes pascuae suae*, quia scilicet patet ei liber aditus ad diversa loca pro pascuis querendis : et ipsa etiam pascua pro suo libitu accipit : unde subdit : *Et circuitur quaque perquirit*. Asinus autem domesticus non datur omnia pascua, sed interdum vixiora, melioribus pasenis nobilioribus animalibus reservatis. Sicut autem asinus servit homini ad onera deferenda, loco enjus in silvestribus inventitur onager ; ita etiam servit homini inter domesticā animalia bos ad arandum propter sui fortitudinem, cui comparat inter silvestria rhinocerontem, idest unicornem, quod est animal quadrupes, valde forte et ferum, habens unum cornū in media fronte. Hoc autem animal propter sui ferocitatem non de facili potest domari, sicut bos domatur ; unde subdit : *Numquid volet rhinoceros*, idest unicornis, *servire tibi*, ut scilicet domesticatus sponte tibi obediatur. Animalia autem domestica cibum libenter ab hominibus capiunt : ad quod excludendum subdit : *Aut morabitur ad præsepe tuum*, ut scilicet paratus sit comedere quod a te ei offertur. Boves autem domesticati ad hoc nutritur, ut in ministerio arationis applicentur : et ad hoc excludendum subdit : *Numquid alligabis toro tuo rhinocerota*, idest unicornem, *ad arandum*, sicut aratur in bobus. Utuntur etiam homines bobus ad aliud ministerium, ut scilicet trahentes quoddam rastrum terram aratam complanent, glebas comminando ; unde subdit : *Aut confringet glebas vallum*, quia scilicet solent diligentius excoli propter majorem fecunditatem, post te idest postquam ter-

ram araveris : vel, *post te*, idest ut te precedente, ille sequatur glebas confringens. Divisuntur etiam quedam animalia fortia ad agrorum custodian contra latrones, vel animalia qua possent segetes devastare, sicut custodiuntur agri per aliquos canes feroes ; sed hoc per unicornem fieri non potest, quia non domesticatur ; nude subdit : *Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus*, et *dilequies ei labores tuos*, idest fructus agrorum ad custodiendum. Sic ergo non potes eo uti sicut bove ad arandum neque sicut cane ad custodiendum : similiter non potes eo uti sicut forti agriculta ad fructus terrae procurandos ; unde subdit : *Numquid credes ei*, quod reddit *sementem tibi*, et *arcam tuam congreget*, sicut scilicet facit operarius, qui semen a domino serit, et multiplicatum reddit, segetes congregando in horreum, et post tritum in horreum, domini reportando.

Illi igitur positis, in quibus quadam animalia silvestria a domesticis diversificantur, subdit quasdam proprietates quorundam animalium, in quibus videntur ab omnibus aliis animalibus quadam proprietates diverse ; et hoc præcipue apparel in struthione, que est avis quadam appropinquans ad genus bestiarum : unde licet habeat pennas ad modum animalium alte volantium, non tamen se potest in altum elevare ; unde dicit : *Penna struthionis similis est pennis herodii*, idest nobilissimi falconis, qui grifaleus dicitur, et *accipitrus*, qui est avis nota, et ambo sunt aves boui volutus. Est autem et alia proprietas struthionis, diversa ab aliis avibus : quod scilicet sua ova non fovet, sed fodiens in areia, ea dimittit, et operit sabulo ; unde subdit : *Qui derelinquit in terra ova sua*. Habet autem hanc naturalem industriam, quod observat tempus calidum, scilicet quando incipiunt stellæ apparere, qua dicuntur Vergiliae, scilicet in mense Julii, et tunc parit ova : et sic ex calore temporis et loci, quia scilicet non moratur nisi in locis calidis, ova vivificantur, et ex eis pulli nascuntur : unde subdit : *Tu forsitan in pulvere calcificas ea* ; quasi dicat, non : sed hoc agitur providentia divina, per quam etiam in pulvere conservantur illæsa :

struthio enim est naturaliter animal obliquosum, et nullam curam adhibet de conservatione ovorum; unde subdit: *Obliviscitur quod pes, scilicet hominis transuntis, per viam conculet ea, scilicet ova: aut bestia agri conterat, vel casu transeundo, vel propter appetitum cibi: et si-  
cet non habet curam de conservatione ovorum, ita non habet curam de nutritione pullorum: unde subdit: Dovatur ad filios suos quasi non sint sui, quia scilicet nullam curam habet de nutritione eorum, et ita quantum in se est, perdit fructum generationis; unde subdit: Frus-  
tra laboravit, scilicet concepiendo et con-  
ceptum portando, ex quo filios non nutrit. Contingit etiam quandoque quod etiam alia animalia fetus suos deserunt propter timorem: sed struthio hoc facit, nullo timore cogente. Facit tamen hoc etsi non propter timorem, tamen propter defectum naturalis industriae, quam circa haec et alia animalia habent; unde subdit: Privavit enim Deus eam, scilicet feminam struthionis, sapientia, scilicet ad ordinatae nutriendum et gubernandum factum; nec dedit illi intelligentiam, per quam scilicet sollicitudinem habeat de pullis suis. Sapientiam autem et intelligentiam nominat industram naturalem. Et quia supra dixerat quod habet pennas similes pennis herodii et accipitris, consequenter ostendit ad quid ei hujusmodi pennae prosint, dicens: Cum tempus fuerit, idest cum aliqua necessitas velocitatis motus sibi immineat, in altum alas erigit, ita tamen quod per alas corpus ejus sursum elevari non potest, sed per eas juvatur ad velociter currendum; unde subdit: Deridet equum, quia scilicet velocius currit quam equus hominem deferens, Et ascensorum ejus, scilicet equi, quia scilicet velocius curreret quam homo si suis pedibus iret. Sicut autem struthio habet quasdam proprietates a pluribus animalibus diversas, quibus ab aliis animalibus differt: ita equus habet quasdam proprietates ad nobilitatem pertinentes, in quibus ab aliis animalibus differt. Pri-  
mo autem equi fortitudinem commemo-  
rat, cum dicit, Numquid præbabis equo*

fortitudinem, scilicet non solum corporis, prout est potens ad onus ferendum, sed etiam animi, prout audacter ad pericula vadit. Aliam autem proprietatem ejus commemorat, quod scilicet ex exteriori ornatu ad libidinem provocatur: dieitur enim de equis quod jubarum decore ad coitum concitantur, et jubis abscissis eorum libido extinguitur; ad quod significandum subdit. Aut circumdabis collo ejus himmitum: solent enim equi himmire propter libidinem, secundum illud Hier. v, 8: *Equi amatores in feminas et emissarii facti sunt; unusquisque ad uxorem proximi sui himiebat.* Ergo himmitus collo equi a Deo circumdatur, quando juba ei dantur a Deo, ex qua consideratione ad libidinem provocatur. Est autem alia equi proprietas, quod velociter<sup>1</sup> salit, contra morem multorum quadrupedum: unde subdit: Numquid suscitabis eum, scilicet elevando in altum, quasi locustas, quae scilicet saliendo moventur. Alia vero proprietas equi est andacia ipsius in bellis: quam diffusius describit, quia est nobilis et admiranda; et primo manifestatur ejus andacia, quando adhuc odorato bellum percipit a remotis; unde sequitur: Gloriaria narium ejus terror; idest bellum quod est alii ad terrorem, naribus ab equo perceptum, est ei ad gloriam, idest ad quamdam animi magnitudinem; et hoc signum statim in eo appareat, de quo subdit: Terram ungula fulit, quasi preparans se ad pugnandum. Ex hoc autem quod bellum percipit, interius gaudet; unde subdit: Exultat, scilicet percepta opportunitate pugnandi; et hoc per effectum ostendit enim subdit: Audacter in occursum pergit armatis. Nec in ipso prælio existens terrore dejicitur; unde subdit: Contenit pavorem: et quod est amplius, etiam vulnerum dolore non pellitur; unde subdit. Nec ec' it gladio. Solet autem phara animalium ex solo strepitu terrori: sed hoc equo non accidit; unde subdit: Super ipsum subnit phar-  
eta, scilicet plena saeculis, cum concentetur ad motum militis equo insidelis. Similiter etiam ex hasta et clypeo militis sumus aliquis procedit; unde subdit:

<sup>1</sup> AL. : « vehementer. »

*Vibrabit hasta*, idest hasta dum vibratur, sonum emittit, similiter clypeus, dum movetur et ad arma colliditur, sonum facit ; unde subdit : *Et clypeus*, scilicet sonat ; sed tamen ad hunc sonitum equus non stupescit : unde subdit : *Ferrens*, scilicet interius per audaciam : *Et frenens*, scilicet hinmitu, quem fremitum nominat, qui est proprie leonum, propter equi audaciam. Et non solum voce interiori fervorem animi demonstrat, sed etiam exteriori actu ; unde subdit : *Nobet terram*, idest videtur eam sorbere pedibus fodiendo : et non solum non obstat pescit sonitu pharetræ, hastæ et clypei ; sed nec etiam sonu tubæ qua ntuntur in bellis ; unde subdit : *Nec reputat tuba sonare clangorem*, ut scilicet propter hoc obstupescat. Gaudere dicitur ad sonum buccinæ ; unde subdit : *Ubi audierit buccinam dicit rah*, idest emittit exultationis vocem : nam vah est interjectio exultantis. Et quia haec quæ prædicta sunt, pertinent ad equi audaciam, subjungit de perspicacitate, dicens : *Procul odoratur bellum*, idest cum hostes adhuc procul sunt, odoratu percipit bellum imminere. Et quia videtur sentire belli præparacionem, cum scilicet duces suis exhortationibus animant milites : et quantum ad hoc subdit : *Exhortationem ducum*, scilicet percipit, et ululatum, idest confusum clamorem et strepitum, *exercitus*, scilicet præparantis se ad bellum.

His autem præmissis de animalibus quæ gradinuntur in terra, accedit ad animalia quæ volant in aere : et primo commemorat naturalem industriam *accipitræ*, qui tempore mutationis pennarum expandit alas suas ad austrum, qui est ventus calidus, ut apertis poris veteres penne decidant et nova renascentur ; unde dicit : *Numquid per sapientiam tuam plumescit accipitor?* scilicet quando pennæ ejus renovantur, *expandens alas suas ad austrum*, ut scilicet facilius penas mutet. Ultimo autem loquitur de aquila, quæ ceteris avibus altius volat ; unde dieit : *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila?* scilicet sicut ad meum : facit enim hoc aquila naturali instinctu. Omnis autem naturalis cursus rerum est quedam motio creature ad

præceptum Dei, secundum illud Ps. cxlviii, 8 : *Ipnis, grande, nix, glacie, spiritus petrocellorum, quis faciat verbum regis.* Et sicut aquila habet motum in altum, ita etiam in altis conversatur : quod pertinet ad nobilitatem sue naturæ : et ideo dicitur : *Et in arduis ponit nidum suum*, ut pulli ejus statim natu consuecant in altis morari ; et ideo subdit : *In petris manet*, quasi gaudens aeris puritate : eo quod in petros locis non sit multa vaporum resolutio : *Et in præruptis silicibus commoratur*, ad quas scilicet noxiis bestiis non patet accessus, *atque inaccessis*, scilicet homini, *Rapibus*, per quod scilicet ejus securitati providebit. Habet autem aquila visum valde acutum, ut possit ex longinquæ videre necessarium cibum ; unde subdit : *Inde*, scilicet de locis altis, *contemplatur escam*, scilicet non propinquam, sed etiam remotam : unde subdit : *Et oculi ejus de longe prospiciunt*. Est autem et aquila potens in præda, sicut et leo inter quadrupedia ; et ad hoc designandum subdit : *Pulli ejus lambunt sanguinem*, scilicet animalium viventium, quæ aquila ad nidum defert. Pascitur autem aquila non solum animalibus vivis, sicut falcores et accipitres, sed etiam cadaveribus animalium mortuorum ; unde subdit : *Et ubiunque cadaver fuerit, statim adest* : per quod etiam velocitatem volatus ejus designat. Haec autem omnia inducta sunt ad ostendendum magnitudinem divinae sapientie et virtutis, per quam tam mirabiles effectus producuntur : unde datur intelligi, quod Job auditio tot mirabilibus divinorum effectum, stupens siluit. Sed Dominus eum excitat ad considerandum, quod homo non est idoneus ad disputandum cum Deo ; unde subditur : *Adjicit Dominus*, scilicet super verba præmissa : *Et locutus est ad Job*, scilicet eo tacente : *Numquid qui contendit cum Deo*, idest qui offert se disputandum cum eo : *tam facile conquiesci?* scilicet quasi sit superatus, sicut tu qui tales ; *utique qui arguit Deum*, quasi de ejus iudicis disputans, *debet ei respondere illi* : *justum est enim ut qui alium ad disputandum provocat, etiam ipse paratus sit respondere*. Et ne videretur Job, licet convictus, in

sua sententia obstinatus permanere, in verba humilitatis prorumpit: unde sequitur: *Respondens autem Job Dominum, dixit, qui leviter locutus sum, respondere quid possum?* Ubi<sup>1</sup> considerandum est, quod Job coram Deo et sua conscientia loquens, non de falsitate locutionis aut de superba intentione se accusat, quia ex puritate animi fuerat locutus; sed a<sup>2</sup> levitate sermonis: quia etiam si non ex superbia animi locutus fuerat, verba tamen ejus arrogantium sapere videbantur, unde amici ejus occasionem scandali suscipiant. Oportet autem vitare non solum mala, sed etiam ea quae habent speciem mali, secundum Apostolum, I ad Thessal. v, 22 *Ab omni specie mala abstinete vos;* et ideo subdit: *Mauum meam ponam super os meum, ut scilicet ad similia verba de cetero non porumpam;* et de his quae dixi penitet; unde subdit: *Uuum locutus sum: quod utinam non dirissim,* scilicet quod dixi me velle disputare cum Deo: *Et alterum,* scilicet quod meam

justitiam prætuli, dum de divinis iudiciis ageretur. Tertium autem quod ei Elihu imposuerat, ut scilicet diceret iudicium Dei esse injustum, non recognoscit: quia hoc non pertinet ad levitatem locutionis, sed ad blasphemiam. Sic autem de leviter dictis penitet, quod emendationem proponit; unde subdit: *Quibus ultra nos addam,* ut scilicet alia verba levia profaram. Est autem considerandum quod prædicta locutio Domini ad Job non fuit per exteriorem sonum prolata, sed interiorius inspirata. Job tripliciter in hoc libro invenitur fuisse locutus. Primo quidem quasi representans affectum sensualitatis in prima quæstione, cum dixit: *Pereat dires.* Secundo exprimens deliberationem rationis humanae, dum contra amicos disputeret. Tertio inspirationem divinam, dum ex persona Domini verba induxit. Et quia humana ratio dirigi debet secundum inspirationem divinam; post verba Domini, quæ secundum rationem humana dixerat reprehendit.

## CAPUT TRIGESIMUM NONUM

## LECTIO I

*Respondens autem Dominus Job de turbine, dicit: Aceinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, et indica mihi. Numquid irritum facies judicium meum, et condemnabis me ut justificeris? Et si habes brachium sicut Dens, et si voce simili tonas: Circumda tibi decorum, et in sublime erigere, et esto gloriosus, et speciosus induere vestibus. Disperge superhos in furore tuo, et confunde eos: et respiciens omnem arrogantem humum. Respic runcitos superhos, et confunde eos, et confere impios in loco suo. Absconde eos in pulvere simili, et facies eorum demergere in foveam. Et ego confitebor, quod salvare te possit dextera tua.*

In praecedentibus Dominus per commemorationem mirabilium que apparent in ejus effectibus, demonstravit suam sapientiam et virtutem, ut ex hoc manifestum sit, quod nullus homo nec sapientia nec potestate potest cum Deo contendere;

nunc autem ulterius procedit ad arguendum Job de hoc quod suam justitiam commemoraverat, per<sup>3</sup> quod aliquibus sonare videbatur in derogationem divini iudicii. Præmittitur etiam modus divinarum locutionis, cum dicit: *Respondens autem Dominus Job de turbine dicit:* et excitatio attentionis, cum subditur, *Aceinge sicut vir lumbos tuos;* et petitio responsionis, cum subdit: *Interrogabo te et indica mihi:* que quia supra exposita sunt, hic iterare non oportet expositionem eorum. Est autem considerandum, quod Job suam justitiam commemorando, non intendebat imponere iniquitatem divino iudicio, sicut tres amici ejus et Elihu perverse intelligant: sed intendere,

<sup>1</sup> Al. : a vel. s — <sup>2</sup> Al. : a de. s<sup>3</sup> Al. deest. : a per. s

quod non erat punitus in ultionem peccatorum; sicut ei imponebant, sed ad probationem, sicut supra xxii : *Probarit me quasi aurum quod per ignem transit.* Verumtamen hoc ipsum reprehensibile videbatur quod sic suam justitiam commendabat, quod alii videbatur hoc redundare in derogationem divinae justitiae; unde subdit : *Nuuquid irritum facies iudicium meum?* quasi dicat : Numquid hoc tibi videtur ut commandando tuam justitiam facias ab hominibus reputari, idest falsum esse iudicium meum? Falsitas autem iudicij est condemnatio judicantis, qui iniquum iudicium profert, vel ex ignorantia vel ex malitia: unde subdit : *Et condemnabis me ut tu justiceris;* quasi dicat : Numquid intantum vis te ostendere justum quod ego apud alios condemnabilis videar? Est autem notandum, quod si fuerint duo aequales, si oporteat alteri culpam imponi, non est reprehensibile, si alter eorum a culpa imposita se expurget, namvis alter culpabilis in aliorum opinione remaneat: quia homo plus se quam alium naturaliter diligat; sed ubi est tanta distantia quanta est Dei et hominis, potius homo debet pati culpam injuste in se referri, quam quod injuste referatur in Deum; et ideo Dominus ad arguendum Job proponit excellentiam Dei super homines: quae quidem excellentia ex ejus effectibus manifestatur. Sed quia nunc agitur de compunctione justitiae, que proprie attenditur respectu irrationalium rerum; ideo ad ostendendam divinam excellentiam accipit effectus quos Deus operatur in rationalibus creaturis. Qui quidem effectus secundum duo considerari possunt: uno modo secundum virtutis sua operationem et quantum ad hoc dicit: *Si habes brachium sicut Deus:* per brachium enim potentia divinae virtutis exprimitur. Quo quidem brachio utitur et ad sustentationem honorum, secundum illud Isa. xl. 11: *In brachio suo congregabit agnos;* et ad punitionem malorum, secundum illud Luc. i, 51: *Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis suis.* Alio modo operatur Deus in rationalibus creaturis per suae sapientiae doctrinam, quam propter ejus excellentiam tonitruum nominat :

et quantum ad hoc subdit : *Et si vox similitonus.* Hoc autem tonitruo utitur Deus ad instructionem honorum, secundum illud supra xxv : *Cum rix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri?* et terribilem incrationem malorum, secundum illud Psal. lxxvi, 19 *Vox tonitrui tui in rota;* et postea sequitur : *Commota est, et contremuit terra.* Et in hujusmodi effectibus excellentiam divinam demonstrat quantum ad tria: primo quidem ad decorum cum dicit, *Circunda tibi decorum;* quasi dicat : Si tam potens es in effectibus sicut Deus, attribuis tibi ejus decorum: unde signanter dicit : *Circunda tibi;* Deus enim non habet circumdatum decorum, quasi superadditum ejus essentia; sed ipsa essentia ejus est decor, per quem intelligitur ipsa claritas sue virtutis, et puritas sua simplicitatis, et perfectio essentiae ejus. Sed homo non potest habere decorum nisi circumdatum, quasi participando ipsum a Deo ut superadditum sue essentiae. Secundo tangit divinam altitudinem cum subdit, *Et in sublime erigere.* Attenditur autem divina sublimitas non loco, quia Deus loco non comprehenditur; sed perfectione et virtute: quia quidquid de eo dicitur, convenit ei in summo. Hujusmodi autem sublimitas essentialiter Deo esse convenit; unde ad eam non erigitur, sed in ea immobiliter manet. Homo autem secundum suam naturam est infusa conditionis; unde ad illam sublimitatem divinam pervenire non posset, nisi se erigeret supra se sublevando; ideo signanter dicit : *In sublime erigere.* Tertio tangit ejus gloriam cum subdit : *Et esto gloriatus.* Gloria quidem importat notitiam de honestate aliquis: unde Ambrosius dicit, quod «gloria est clara cum laude notitia.» Bonitas autem Dei infinita est, enjus notitia perfecta non est nisi apud Deum: et ideo gloria in solo Deo est, in quantum seipsum cognoscit: ad quam gloriam homo pervenire non potest nisi participando cognitionem divinam, secundum illud Hier. ix, 24 *In hoc glorietur qui gloriatur, scire et nosse me;* et ideo signanter dicit : *Esto gloriatus,* quia homo essentialiter hanc gloriam non habet.

His igitur positis, qua<sup>e</sup> pertinent ad excellentiam divinae potestatis et naturae, procedit niterins ad commemorandum divinos effectus in rationalibus creaturis, et quantum ad bonos, et quantum ad malos. Sed sciendum est, quod effectus quos Deus operatur in sublimatione justorum, magis attribuuntur misericordia; effectus autem quos operatur in punitionem malorum, proprie attribuuntur justitiae; et ideo quia nunc agitur de justitia, primo breviter tangit effectum divinae operationis quantum ad bonos, cum dicit: *Et speciosis induere vestibus*: omnes enim boni tam angeli quam homines, speciosi sunt ex participatione divine essentia, sapientia et justitiae. Et sicut homo ornatur ex specioso vestimento; ita omnis decor sanctorum angelorum et hominum, redundat in ornatum Dei, in quantum ex hoc Dei bonitas commendatur, per modum quo dicitur Isa. xl ix, 18: *His omniibus velut ornamento vestieris*. Est autem considerandum, quod hoc ad misericordiam Dei pertinet, quod sanctos suos facit speciosos: sed quod eorum decorum ad suam gloriam utitur, hoc ad justitiam pertinet, de qua unne loquitur; ideo non dicit speciosas fac vestes, sed speciosis induere vestibus.

Deinde diffusius prosequitur effectus divinae justitiae, quos exercet in malos; et primo hoc sequitur<sup>1</sup> quantum ad homines. Sciendum est autem quod omnis malitia hominum a superbia initium habet, secundum illud Eccl. x, 13: *Initium omnis peccati superbia*. Inter cuncta etiam vitia Deus maxime superbiam detestatur; unde dicitur Iac. iv, 6 quod *Deus superbis resistit*. Et hoc ideo quia superbii quasi Deo rebellant, dum ei humiliiter subdi non volunt; et ex hoc in omnia peccata incidunt, divinis praeceptis contemptis: unde et terreni principes maxime detestantur rebelles. Et ideo dominus specialiter commemorat effectum sue potentiae, quem contra superbos exercet. Est autem duplex genus superbiorum; quidam enim ex bonis qua<sup>e</sup> habent, se super alios effervent, sicut illo

qui dicebat Luc. xviii, 11: *Non sum si-  
cuit ceteri hominum*; et hi proprie superbi dicuntur, ut ipsum nomen sonat. Est autem propria superborum pena discordia: quia dum quilibet alii superesse ntitur, et subiecti recusat, ad invicem concordare non possunt; unde dicitur Proverb. xiii, 10: *Inter superbos semper iurgia sunt*; et ad hoc designandum dicit: *Disperge superbos in furore tuo*: quasi dicat: Exerce officium Dei quod est dispergere, ut in unum convenire non possint. Per furorem autem Dei intelligitur gravis vindicta. Aliud autem genus superbiorum est, qui sibi arrogant id quod supra ipsos est; et hi proprie arrogantes dicuntur: unde dicitur Hier: xiii, 29, 30; *Arrogantium et altitudinem cordis ipsius ego scio, ait Dominus, jactantiam ejus; et quod non sit justa cum virtus ejus*. Horum autem pena propria est dejectio: cum enim volunt se erigere supra posse, consequens est, ut per infirmitatem<sup>2</sup> corrulant, secundum illud Psal. lxxii, 18: *Dejecisti eos dum allecarentur*: unde subdit: *Respiiciens omnem arrogantem humilia*, id est dejectis ex prospectu tuae providentiae. Communis autem utrorumque prima pena est confusio: quia cum non possunt consequi altitudinem quam pretendebant, confunduntur apparente defectu eorum: unde subdit: *Respiice cunctos superbos, et confundes eos*. Consequenter autem ponit omnes penas eorum: unde supra xxii, dictum est: *Si ascenditer usque in cœlum superbia ejus, quasi sterquilinium in fine perdetur*. Secunda autem pena eorum est eorum destructio, quam designat subdens: *Et conteres impios in loco suo*. Superbos impios nominat, quia sicut Eccl. x, 14, dicitur, *Initium superbix hominis est apostatare a Deo*, quod reputat divino cultui, qui pertinet ad pietatem. Convenienter autem pena est superbiorum, quod contemnuntur: quod enim conteritur, quadam violentia fortioris corporis in minimas partes resolvitur. Justum est autem, ut superbii qui se inordinate magnos existimant, fortiori virtute, scilicet divina, ad minimum deduc-

<sup>1</sup> AL.: « prosequitur. »

<sup>2</sup> AL.: « ut periculose. »

cantur. Signantur etiam addit, *In loco suo*, ut ostendatur, quod id in quo confidunt, eos liberare non potest: immundus enim in suo loco conservatur: unde multitudo divitiarum, vel status dignitatis, vel si quid alius ejusmodi est in quo homo confidat, loens ejus dici potest: quibus non obstantibus, superbis a Deo conteritur, ut quasi in loco suo videatur contritus. Tertia pena est, quod postquam sunt ad minimum redacti, claritas famae eorum cessat: justum est enim ut qui gloria pompam quaerebant, ab hominum memoris delectantur, secundum illud Prov. x, 7: *Nomen impiorum putrescat*; unde sequitur, *Abscondes eos in pulvere*, idest facies eos obscuros propter statum vilitatis ad quem deducuntur. Quod autem addit, *Simil*, potest ad duo referri: videlicet ad hoc, quod omnes superbi talem finem simul patiuntur; et ad hoc quod non successive superbii deperirent, sed simul, idest subito dejiciuntur. Quarta autem pena eorum est, ut<sup>1</sup>

non solum ipsi ab aliis non cognoscantur, sed etiam bona de quibus superbierunt, agnoscere non sinantur; unde subdit: *Et facies eorum*, per quas scilicet virtutes eorum cognoscitiva significantur, eo quod visus<sup>2</sup> hominis in facie ponitur: *demerge in foscam* idest in profundum inferni: et loquitur de damnatione mortis secunda, per similitudinem mortis primae, per quam homines in corporalem pulvrem rediguntur in foream demersi. Hac autem Dominus praemiserat quasi propria opera sua. Ejus autem proprium est, ut non egeat auxilio alieno: quod homini convenire non potest, sicut nec potest praedicta opera exercere; unde subdit: *Et ego confitebor, quod solvere te potest dextera tua*; quasi dicat: Si praedicta opera facere potes, que sunt Dei solius, potes rationabiliter tibi attribuere, quod divino auxilio non egeas ad salutem; sed sicut illud non potes, ita nec hoc; unde non debes de tua justitia gloriaris.

## LECTIO 11

*Ecce Behemoth quem feci tecum, fenum quasi bos comedet. Fortitudo ejus in limbis ejus, et virtus illius in umbilico ventris ejus. Stringit candanam quasi cedrum: nervi testiculorum ejus perplexi sunt. Ossa ejus velut fistulae iveris, cartilago illius quasi lamina ferrea: Ipse est principium viarum Dei; qui fecit eum, applicabit gladium ejus. Huic montes herbas ferunt, omnes bestiae agri ludent ibi. Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humectibus. Protegunt umbrae umbram ejus, circumdabunt eum salices torrentis. Ecce absorbit fluvium, ut non mirabitur: et habet fiduciam, quod inflat Jordanis in os ejus. In oculis ejus quasi humo capiet eum, et insudibus perforabit nares ejus.*

*Supra Dominus narraverat effectus virtutis sue, quos in malis hominibus operatur; nunc autem accedit ad describendum malitiam diaboli. Manifestum est autem ex premissis, quod apud Job et amicos ejus eadem erat opinio de demonibus quam nunc Ecclesia catholica tenet, ut scilicet ex angelica dignitate per peccatum corruerint: unde supra iv, dictum est: *Ecce qui serviunt ei, non sunt**

*stabiles*; et sicut homo per peccatum decidit a ratione dignitatis, et contra rationem agens irrationalibus comparatur, ita etiam diabolus per peccatum avertens se a supremis et intelligibilibus bonis, dum principatum super inferiora et terrena appetit, animalibus brutis comparatur, in quorum effigie daemones frequenter apparent hominibus, Deo providente, ut tales figuræ corporum sinantur assumere, per quas eorum conditio designetur. Est autem considerandum, quod sicut angeli in sua dignitate remanentes, excellentiam quamdam habent super hominum dignitatem, unde et in fulgentiori quadam claritate apparent hominibus: ita etiam daemones excellentiam quamdam et principatum in malitia supra homines habent: et ideo sub figura quorundam excellentium et quasi monstruosorum animalium describuntur. Inter omnia autem terrestria animalia

<sup>1</sup> Al.: « quod. »<sup>2</sup> Al.: « virtus. »

excellit *elephas* magnitudine et virtute; inter animalia vero aquatica excellit *cetus*: et ideo dominus describit diabolum sub figura elephantis et ceti, ut hoc nomen Behemoth, quod significat animal, referatur ad elephantem, qui inter cetera animalia terrestria, quae communiter<sup>1</sup> animalia dicuntur, quemdam principatum tenet propter magnitudinem corporis; nomen autem Leviathan, quod significat additamentum eorum, referatur ac cete grandia, quae habent magnitudinis additamentum supra omne animalium genus. Posset autem forte alieni videri, quod dominus ad litteram intendere exprimere proprietates elephantis et ceti<sup>2</sup> propter magnitudinem, qua cetera animalia superant: sed quod proprietates horum animalium in figuram alterius describantur, manifestum est ex hoc quod proprietatis positis ad figuram pertinentibus, subditur veritas; nam praemissis proprietatis Behemoth, idest elephantis, quasi exponendo veritatem, subdit: *Ipse est principium viarum Dei.* Praemissis autem proprietatis Leviathan, idest ceti, subdit, *Rex super omnes filios superbiorum.* Et quasi satis convenienter in hac disputatione domini, in descriptione diaboli terminatur disputatio Job, que est de adversitate ipsius: quia etiam supra commemoratur satan fuisse principium adversitatis ipsius: et hic dum amici job causam adversitatis ejus ad ipsius job referre niterentur, putantes ipsum propter peccata sua a deo esse punitum, dominus postquam job redarguerat de inordinata locutione, quasi finali determinationem disputationi adhibens, agit de malitia satan, que fuit principium adversitatis job, et est principium damnationis humanae, secundum illud sap. n. 24: *Incidit diabolus introivit mors in orbem terrarum.* Primo ergo incipiens describere satan sub figura behemoth, assignat convenientiam ejus ad hominem, dicentes: *Ecce behemoth quem feci tecum;* et si quidem hoc referatur ad tempus inchoationis ultiusque quantum ad figuram, veritas appareat: nam sexto die

similis cum homine terrena animalia sunt producta; si referatur ad diabolum, de quo figuraliter sive metaphorice hoc dicuntur, non videtur simul diabolus factus cum homine: nam homo factus legitur die sexto; satan autem inter angelos factus creditur in principio, quo creavit deus eolum et terram. Sed si illa dierum enumeratio non designat temporis successionem, sed diversa genera rerum productarum, secundum sententiam Augustini, nulla repugnancia inventur; si autem secundum aliorum expositionem, angelorum creatione duratione praecessit hominis productionem, potest duplamente hoc verbum intelligi: uno modo, ut sit sensus: *Quem feci tecum.* idest quem feci sicut et te; et hoc dicit ad excludendum errorem eorum, qui considerantes malitiam diaboli, astimaverunt eum non esse dei boni creaturam; alio modo, ut sit sensus, *Quem feci tecum,* idest similitudinem tecum habentem quantum ad naturam intellectualem. Et huius etiam similitudinis aliquod vestigium in elephante appareat: dicit enim aristoteles in viii de Animal, cap ix, quod maxime domesticabile animalium silvestrum est elephas: ad multa enim erudit et intelligit, quoniam etiam adorare reges docentur: quod non ideo dicitur quia habeat intellectum, sed propria bonitatem naturalis astimativa.

Descripta igitur convenientia behemoth cum homine, describit proprietates ipsius. Et ut hoc primo ad figuram referamus, tria videtur circa behemoth describere. Primo quidem eibum ipsius cum dicit: *Femina quasi bos comedet:* ad litteram enim non est animal comedens carnes sed herbas, et alia huiusmodi ad modum bovis. Et quia herbae nascentur in terra, per hoc signatur quod satan pascitur, idest delectatur in terrenorum dominio; unde et jactanter de se dicit lue iv. 6: *Mihi tradita sunt regna orbis terrarum,* et cui<sup>3</sup> colvero, do illa. Secundo describit coitum ejus: in cibo enim, et coitu praeceps delectationes animalium consistunt. Describit autem coitum elephantis primo quidem quantum ad principium

<sup>1</sup> Al. : « communiter. »

<sup>2</sup> Al. : « proprietates horum animalium. »

libidinis, ex qua animalia commoventur ad coitum, cum dicit: *Fortitudo ejus in lumbis ejus; nam ex lumbis sive ex renibus semen ad membra genitalia derivatur.* Secundo describit figuram coitus: nam siue *Philosophus* dicit in v, *Anim., cap. ii*: *Patitur coitum femella elephantis coincidens, et masculus ascendit: et hoc significat subdens: Et virtus illius in umbilico ventris ejus, scilicet quia umbilicum superponit in coitu dorso femelle, et oportet quod sit in umbilico magna virtus ne frangatur propter collisionem corporum tam magnorum.* Animalia autem in quibus talis figura coitus non inventur, dum coenit, caudam inter tibias posteriores stringunt; unde subdit: *Stringit caudam suam quasi cedrum*, quod dicitur propter magnitudinem ejus. Tertio describit organa coitui deservientia, cum subdit: *Nervi testiculorum ejus perplexi sunt*, idest revolutiones quasdam habent, ut *Philosophus* describit in *m Animalium*, de testiculis animalium gressibilium et generantimm. Haec autem ad diabolum litteraliter referri non possunt, quasi ipsi ad modum animalium corporaliter coeant, quasi ipso coitu delectati: et si enim, ut *Augustinus* dicit in xv *De civit. Dei*, «Quidam incubi sape dicuntur extitisse mulieribus improbis, et earum appetitisse ac peregisse concubitum;» non tamen hoc agunt quasi coitu delectati; sed delectantur in hoc quod omnes homines ad peccata talia inducent, ad quae maxime sunt proni: unde *Augustinus* dicit in ii *De civit. Dei*: «Quis non intelligat, quantum moltantur maligni spiritus exemplo suo auctoritatem praebere sceleribus?» et propter hoc, ut ipse in eodem libro alibi dicit, «Hujusmodi spiritus luxurie obsceneitibus delectantur;» quae quidem eorum delectatio metaphorice in verbis praemissis exprimitur, quod propter concupiscentiam carnis, secundum hoc vitium maxime possunt homines superare; ideo dicit: *Fortitudo ejus in lumbis ejus*, ut hoc referatur ad viros, et *virtus illius in umbilico ventris ejus*, ut hoc referatur ad mulieres. *Stringit caudam suam, sicut cedrum*: quia quos in hoc peccatum dejicit, dulcedine voluptatis finaliter ligatos tenet:

*Nervi testiculorum ejus perplexi sunt;* quia si aliquis in hoc vitium dejectus evadere nittitur, diversis occasionibus iterato irretitur. Tertio describit motum elephantis: de quibus dicit, quod habent inflexiles pedes, tibias et crura propter pondus corporis sustentandum; et habent ossa solida sine juncturis; et ad hoc designandum dicit: *Ossa ejus refulgunt arris*, quia fleeti non possunt, sicut nec fistulae arris et hoc referunt ad exteriora organa motus, quae sunt tibiae et crura; interiora autem organa motus sunt cartilagines quedam et nervi, quae etiam in elephantibus non facile flectuntur: et quantum ad hoc subdit: *Cartilago illius quasi lamina ferrea*, quae scilicet incurvari et extendi non possunt: et per hoc significatur obstinatio diaboli, qui a proposito suae malitiae retrahi non potest, et erundelitas ejus per quam ab exteriori hominum ocumento non cessat. Haec autem quae figuraliter dicta sunt, exponit Dominus subdens: *Ipsa*, scilicet Satan, de quo praedicta metaphorica dicta sunt, est principium viarum Dei, idest operum ejus: et si quidem hoc referatur ad opera creationis, hoc ea ratione dicitur, quia Satan inter primas creaturas est conditus: vel etiam, quia secundum quosdam fuit excellentior inter eateras creaturas. Sed convenientius proposito videtur, ut per vias Dei intelligamus opera providentiae ejus. Considerandum est autem, quod Deo unum solum proprium est opus sua bonitati conveniens, scilicet benefacere et misereri, quod autem puniat et adversitates inducat, hoc contingit propter malitiam creature rationalis; qua primo est in diabolo inventa, et per ejus suggestionem est ad homines derivata; et ideo signanter dicit, quod ipse principium viarum Dei est, idest quod Deus diversis viis utatur, scilicet beneficiendo et puniendo: et ne creditur sic esse principium viarum Dei quod per se ipsum sit potens ad nocendum, hoc excludit subdens *Qui fecit eum*, scilicet Deus, *gladium ejus applicabit*, idest noxiā operationem ipsius. Voluntas autem nocendi inest diabolo a seipso, propter quod dicitur, *Gladius ejus*; sed effectus nocendi non habet nisi ex volun-

tate vel permissione divina. Et quia dixerat, quod fenum sicut bos comedet, ostendit unde fenum accipiat ad edendum : unde subdit : *Huius montes herbas ferunt* : per quod intelligitur, quod sublimes in hoc saeculo et superbi afferunt diabolo sua delectationis seu refectionis materiam : et quomodo hoc sit, ostendit subdens : *Omnes bestiae agri ibi ludent*. Sicut enim ad litteram in montibus silvestria animalia congregantur ad securitatem et otium ; ita sub quadam sublimium virorum<sup>1</sup> protectione homines bestialiter sevientes securi requiescent : quod signatur Dan. iv, ubi dicitur quod subtilis arborum, per quam significatur regia dignitas habitabant animalia et bestia. Deinde describit mansionem ipsius. Ubi considerandum est, quod sicut Aristoteles dicit in *n Animalium*, c. v, elephantes in solitudinibus manent : et maxime quia circa fluvios solent esse arundinetas et salices, et loca umbrosa ; ideo ad designandum elephantis mansionem dicit : *Sub umbra dormit in secreto calami in locis humentibus*. Et quia hoc animal non qualemcumque umbram habitat, sed condensam, subdit : *Protegunt umbras umbras ejus*, ut scilicet inferior umbra per superiorum umbram ab astu defendatur. Et causam facientem umbram designat subdens : *Circumdant cum salices torrentis* : nam salices densiorem umbram faciunt et frigidorem quam arundines. Inhabitat autem ad litteram hoc animal umbrosa loca, quia est animal melancholicum et siccum complexionis, et habitat in terris calidis : unde contra calorem et siccitatem astus querit refrigerium humiditatis et umbræ. Per quod designatur, quod gladius diaboli non solum effectum habet in montibus, scilicet in superbis, qui ei et ipsi herbas ferunt, et bestias agri ludentes sustinent ; sed etiam in hominibus, qui in otio quasi in umbra vivunt, quam ipsi multiplici studio continuare procurant, ut sic umbræ protegant umbras, et qui in deliciis quasi in locis humentibus nutritur. Propter eamdem autem causam, propter quam hoc animal humentia et umbrosa loca

querit, etiam multum de aqua potat ; unde Aristoteles dicit in *viii de Anim.*, cap. ix, quod jam quidam elephas bibit aquae metretas macedonicas quatuordecim, pro semel, et iterum alia octo. Et ideo ad describendum magnitudinem potus ejus subdit : *Ecce absorbit fluvium, et non mirabitur* : quia scilicet consuevit multum bibere, et postquam multum bibit, expectat alium multum potum ; unde subdit : *Habet fiduciam quod fluvius Jordani influat in os ejus*, qui scilicet fluvius notus est in terra illa, ubi haec dicuntur. At haec quidem hyperbolice dicuntur, secundum quod referuntur ad elephanterem ; secundum autem quod referuntur ad diabolum, in cuius figura haec dicuntur, significatur ejus presumptionis, qua se confudit de facilis sibi incorporare per consensum omnes homines instabiles, etiam si habeant aliquam Dei cognitionem : ad quod significandum inducitur specialiter de Jordane, qui est fluvius in terra, in qua vera Dei cognitione habebatur : in his enim tribus generibus hominum maxime diabolus habet effectum : scilicet in superbis, voluptuosis, et instabilibus, sive curvis sacculi deditis, qui possunt per fluvium designari. Aliqui tamen sunt qui a diabolo non superati sunt, sed potius contra ipsum victoriam obtinent : quod quidem principaliter convenit Christo, de quo dicitur Apoc. v, 3 : *Ecce ricit leo de tribu Iuda* : consequenter autem convenit aliis per gloriam Christi, secundum illud I ad cor xv, 37 *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum*. Et hanc quidem victoriam describit Dominus sub similitudine venationis elephantis, dicens : *In oculis ejus quasi homo capiet eum*, scilicet venator : per quem Christus et sui significantur. Dicitur enim esse unus modus venationis elephantis, quia fit fovea subterranea in via elephantis, in quam incidit ignoranter, ad quam veniens unius venator percutit et pungit ipsum ; alter autem venator veniens percutit primum venatorem, et amovet eum ne perentiat ipsum elephantem, et dat ei comedere hordeum :

<sup>1</sup> Al. : « vitiorum. »

quod cum ter vel quater fecerit, diligit se liberantem, et deinceps ei obediens mansuescit, et sic capiuntur per cibum ei oblatum, sicut pisces hamo. Est autem alius modus venationis elephantum, ut Aristoteles dicit in viii de *Animalibus*, ubi dicit, quod venatores domesticos elephantes equitant, et persequuntur elephantes silvestres, et pungunt eos cum quibusdam instrumentis : et ad hoc potest pertinere quod subdit : *Et insudibus per-*

*forbit nares ejus*, in quibus scilicet habent carnem magis sensibilem, et ideo magis ibi punguntur a venatoribus. Per hoc autem mystice designatur quod Christus diabolum superavit, ostendens ei naturam infirmam, ut sic quasi hamo ab eo caperetur : et postmodum virtutem suam in eum exerent, secundum illud Coloss. ii, 15 : *Expolians principatus et potestates, traduxit confidenter.*

## LECTIO III

*An extrahere poteris Leviathan hamo, et fane ligabis lingnam ejus? Numquid pones circulum in naribus ejus, aut armilla perforabis maxillam ejus? Numquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Numquid feriet tecum pactum, et accepies eum servum semper tuum? Numquid illudes ei quasi avi, aut ligabis eum ancillis suis? Concedent eum amici, divident illum negotiatores? Numquid impletis sagena ejus, et gurgiti pumicis impletis illius? pones super eum manum tuam momento belti, nec ultra addas loqui. Ecce spes ejus frustrabitur eum, et videntibus cunctis precipitabitur.*

*Postquam Dominus descripsit proprietates diaboli in similitudine elephantis, qui est maximum animalium terrestrium, describit ipsum sub similitudine Leviathan, id est ceti, quod est maximum animalium marinorum, et sicut Plinius dicit, est magnitudinis quatuor jugerum : et Isidorus dicit, quod habet corpora aequalia montibus : ad quod referunt nomen Leviathan, quod interpretatur additamentum eorum : et ut Isidorus dicit, hoc animal dicitur balena a Βελῶνι quod est emittere, quia altius easteris animalibus emittit aquas : et potest dici, quod sicut diabolus comparatur elephantus, qui vivit in terris propter effectus manifestos, quos operatur in terrenis et corporalibus creaturis, ita comparatur ceto, vel baleina in fluctibus maris degenti, propter effectus quos operatur in fluctuatione interiorum motuum. Et quia supra victoriam hominis contra diabolum expressebat sub figura venationis elephantis, ne credatur quod homo sua virtute possit diabolum superare. hoc incipit excludere sub figura animalis Leviathan. De quo*

primo ostendit quod non potest superari per modum quo capiuntur pisces; unde dicit : *An extrahere poteris, scilicet de aquis, Leviathan hamo?* quod fieri non potest duplice ratione : primo quidem, quia tanta est magnitudinis, quod nulla hominis virtute aut instrumento sursum elevari possit ; et ad hoc significandum dixit : *An extrahere poteris.* Secundo, quia tanta est fortitudinis, quod hamo retineri non possit ; et ad hoc significandum subdit : *Et fane ligabis lingnam ejus?* pisces enim qui capiuntur hamo, per funem cuius hamus appenditur, retinentur ; per quod significatur, quod nullus homo potest diabolum neque a malitia sua extrahere, neque etiam eum ligare, ut in sua malitia non procedat. Secundo ostendit, quod non potest superari ab homine per modum quo quedam animalia terrestria magna superantur : retinetur enim *bubalus* ab homine per annulum ferreum qui naribus ejus impunitur, per quem homo ducit ipsum quo vult ; et ad hoc excludendum subdit : *Numquid pones circulum in naribus ejus?* subiectis sibi etiam equum, aut asinum, vel camelum imponendo frenum vel camum in ore ejus ; et ad hoc excludendum subdit : *Aut armilla perforabis maxillam ejus?* Predictorum enim animalium quasi perforantur maxilla, *armilla*, id est ferro, quod ponitur in ore ipsorum. Sicut autem circulo naribus imposito duicitur bubalus, ita etiam frons vel cano maxillis equi imposito regitur gressus equi, ut hominem convenienter

ferat. Per hoc ergo datur intelligi, quod nullus potest diabolum ducere quo vult, nec eum dirigere, ut sua voluntati deserviat. Tertio ostendit, quod Leviathan superari non potest per modum quo homo subjicitur homini : quod quidem fit dupliciter ; uno modo per simplex verbum : puta cum aliquis in tantum alteri humiliatur, quod eum rogat : et hoc tangit, cum dicit. *Nunquid multiplicabit ad te preces?* vel etiam cum addit blanditiarum verba : et ad hoc pertinet quod subdit : *Aut loquetur tibi mollia,* id est blanda verba ad te placandum, secundum illud Prov. xv, 4 : *Responsio mollis frangit iram.* Alio modo accedente aliqua obligatione, quae sit vel per aliquod partienlare pactum : ad quod pertinet quod dicit : *Nanquid feriet tecum pactum?* vel per servitatem perpetuam : ad quod pertinet quod dicit, *Et accipies cum seruum sempiternum.* Et ista quatuor quandoque per ordinem se habent : nam quandoque aliquis primo quidem propter timorem preces porrigit victori ; secundo blanditur ; tertio ad pactum suscepitur ; quarto per pactum servituti perpetua subjugatur. Per quae omnia datur intelligi, quod diabolus non timet hominem, ut ei quasi superiori aut fortiori preces ex timore, aut blanditiis aut pactum aut servitatem exhibeat ; et si hujusmodi silexerit, facit ad hominum deceptio-nes, ut potius eos sibi subjiciat, quam eis subjciciatur. Quinto ostendit, quod non potest superari, quoniam ab homine superantur. Circa quod considerandum est, quod aves primo quidem aliqua deceptione capiuntur per retia, vel per visum, vel per aliquid hujusmodi ; et hoc excludens subdit, *Nunquid illudes ei sicut avibus,* ut scilicet decipiendo ipsum in tuam redigas potestatem. Secundo postquam jam capti fuerint, ligantur ne a volare possint, et exhibentur pueris et ancillis ad ludum : et hoc significatur cum subdit, *Aut ligabis eum aurillis tuis.* Per quod datur intelligi, quod homo non potest sua industria decipiendo diabolum superare, nec eum aliis decipiendum exponere.

Sic igitur ostento, quod non potest subjici per modum quo alia animalia sub-

jiciuntur, ostendit consequenter quod homo non potest uti eo, etiam si subjiceretur per modum quo utitur aliis animalibus magnis, quando sunt in potestate hominis redacta. Et primo hoc ostendit assumens modum quo homines utuntur animalibus terrestribus captis, puta servis et apris, et aliis hujusmodi. Quorum carnes dividuntur dupliciter : uno modo gratis distribuendo amicis : et hoc excludens subdit : *Concident cum amici?* et hoc interrogative legatur. Alio modo, vendendo diversis ; et quantum ad hoc subdit, *Dividunt illum negotiores?* quasi dicit : Non : tanta est enim hujus animalis magnitudo, quod si quandoque capiatur, tali regioni sufficiat ; unde nec particulariter dividitur inter amicos, nec venditur in macello ad modum aliorum animalium. Per quod designatur quod homo non potest auxilium daemonis vel alteri gratis communicare, vel etiam vendere. Secundo ostendit, quod non potest homo uti Leviathan ad modum quo utitur pisibus captis, quorum majoribus pescatores implent maximas saginas : et quantum ad hoc dicit, *Nunquid implebis saginas pelle rias.* Et forte signanter dicit pelle, ad exprimendum modum quo maximi celi capiuntur, qui longissimis culmis, quos habent quando dormiunt, in rupibus pendent ad saxa, ut dicitur : et tunc pescator appropinquans, quantum potest de pelle, solvit a lardo justa caudam, est enim animal valde pingue : propter pinguedinem talem incisuram non sentit : et sic immisis funibus quos ligat ad saxa vel arbores, excitat cetum lapidibus funde : qui volens recedere, pellem dimittit. Minoribus autem pisibus implent quedam alia minora instrumenta : et quantum ad hoc subdit, *Et gurgustum piscium capite illius :* dicitur enim gurgustum quoddam instrumentum, de viminiis factum, quod pescatores in gurgite ponunt ad capiendum pisces. Est autem tanta magnitudo ceti, quod nec totus, nec etiam una pars ejus, puta caput, potest in gurgistro quantumcumque magno contineri : dicitur enim habere tam magnum caput, quod ab ipso quadraginta lagene sanguinis effuant : et hoc ponitur ad figuraliter ostenden-

dum, quod diabolus virtute humana includi non potest, sicut quidam nigromantici se eum posse includere opinantur; sed hoc totum provenit ex ejus astutia, qua uitium ad homines decipiendos. Et si quis recte consideret, omnia premissa pertinere videntur ad presumptionem nigromanticorum confundandam, qui intentuntur cum daemonibus pactum inire, aut etiam sibi subjicere, vel qualitercumque constringere. Ostendo ergo, quod homo nullo modo sua virtute diabolum superare potest, quasi ex omnibus praemissis concludit subdens, *Pone manum tuam super eum, subandi, si potes: quasi dicat: Nullo modo potes tua virtute manum tuam ponere super eum, ut eum tibi subjecias.* Sed quamvis non possit ab homine superari, superatur tamen divina virtute; unde subdit, *Momento belli, quo scilicet contra eum pugno, nec ultra addas*

*loqui, scilicet contra me, dum scilicet vi-  
des eum mea virtute superari: quem tua  
virtute superare non potes. Et de supera-  
tione qua superatur a beo subditur, Ecce  
spes ejus frustrabitur eum: quod quidem  
si referatur ad cetum, manifestum est:  
dum enim cetus persequitur pisces, spe-  
rans eorum capturam, impingit ad ali-  
quod litus, unde propter parvitatem  
aque se eriere non potest, frustratur spe  
sua, quam habebat de piscium capture:  
et sic super aquam apparens præcipitatur  
in mortem: et hoc est quod subditur:  
Et videntibus cunctis præcipitabitur, quia  
undiue homines cum videntes concur-  
ront ad eum occidendum. Per quod sig-  
nificatur, quod spes diaboli, quam habet  
de subversione sanctorum, frustrabitur:  
et ipse cum omnibus suis sequacibus,  
sanctis videntibus, in die judicii præcipi-  
tabitur in infernum.*

## CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM

### LECTIO I

Non quasi crudelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo? Et quis ante dedit mihi, ut reddam ei? omnia que sub celo sunt, **mea sunt.** Non parcam ei verbis potenteribus, et ad depreciationm compositis. Quis relevabit faciem indumenti ejus, et in medium oris ejus quis intrabit? Portas vultus ejus quis aperiet? per gyrum dentium ejus formido. Corpus illius quasi seuta fusilia, compactum squamis se prementibus. Una uiri conjungitur, et ne spirantium quidem incedit per eas. Una alteri adhaerebit, et tenentes se nequaquam separabunt.

Postquam Dominus enumeraverat virtutem Leviathan, quantum ad hoc quod non potest superari ab homine, sed solum a Deo; nunc enarrat potestatem ipsius, quantum ad hoc quod ipse potest contra alios agere. Et quia *non est potestus nisi a Deo*, ut dicitur Rom. xiii, 1; posset aliquis ad crudelitatem Deo adscribere, quod tam noxia creatura tantam potentiam dedit: et ideo ad hoc exclusendum dicit, *non quasi crudelis susci-  
tabo eum*, idest altum esse permittam per potentiam sibi datam: et videtur hic responde ad id quod supra Job. xxx, dixe-

rat: *Mutatus es mihi in crudelem.* Quod autem hoc sibi ad crudelitatem adscribi non debeat, ostendit triplie ratione: primo propter potestatem ipsius Dei, cum dixit: *Quis enim potest resistere vultu meo?* idest providentiae meæ; quasi dicat: *Quantumcumque Leviathan iste sit potens, non tamen potest providentia meæ resistere ut potentia sua utatur, nisi quantum mihi placuerit:* et mea voluntas non ad perniciem, sed ad salutem hominum tendit. Secundo ostendit idem ex largitate bonitatis ipsius, qua gratis omnibus bona sua distribuit; unde subdit: *Et quis ante dedit mihi ut reddam ei?* quasi dicat, Nullus. Ex quo patet quod omnia que feci, diligo, quibus bona mea gratis communico, unde non habeo contra ipsa quae feci, crudelitatis animum: et ad idem pertinet quod subdit: *Omnia que sub celo sunt, mea sunt:* quia scilicet sunt a me creata, conservata et gubernata; nullus autem rebus suis adver-  
satur. Tertio ostendit se non esse crude-

lem permittendo Satan in sua potentia exaltari, per hoc quod in nullo ei deferit : videtur enim ad crudelitatem quamdam pertinere, quod aliquis dum vult alieni tyranno favere, patienter tolerat afflictiones multorum. Duplici autem ratione homo alieni potenti faveat : uno modo timens comminationes ipsius : sed hoc Dominus a se excludit dicens, *Non parcam ei*, idest in nullo ei deferam, quin ei resistam, secundum quod oportet : *verbis potentibus*, idest propter aliqua comminationis verba, quae ejus praeferrant potestatem. Alio modo faveat aliquis alieni potenti, quasi affectus ab eo blanditiis : et ad hoc excludendum subdit : *Et ad deprecaendum compositis*, scilicet quasi dicat : quamvis potenter vel deprecator loqueretur, tamen in nullo ei defero, quia non est *convenientia lucis ad tenebras*, ut dicitur u ad Cor. vi, 14.

His igitur praemissis ad removendum opinionem snae crudelitatis, accedit ad describendum virtutem Leviathan, et primo describit figuram<sup>1</sup> ejus a capite incipiens. Dicitur quod super oculos ceti sunt quadam additamenta cornua in figura maguae falcis, et sunt ducenta quingaginta super unum oculum, et totidem super alterum ; et utitur eis cetus pro opertorio oculi tempore magna tempestatis ; et ad hoc exprimendum dicit : *Quis revelabit faciem iudimenti ejus?* idest quis homo potest accedere ita prope cetum, ut a predictis operulis possit faciem ejus detegere ? Per quod datur intelligi quod astutias diaboli nullus homo sufficit aperire. Dicitur etiam quod in guttura habet quamdam pellem in modum membranae, et haec multis meatibus perforata, ne scilicet quicquam corpulentum magnum ingredi ventrem ejus possit, quia scilicet per hoc impediretur ejus digestio : scilicet si aliquod magnum animal integrum absorberet ; et ad hoc designandum subdit : *Et in medium oris ejus quis intrabit?* ut scilicet perseretur strictos illos meatus, quibus parvi pisces in ejus ventrem descendunt. Per quod designatur, quod intentionem da-

monis, qua ad homines spiritualiter absorbendos utitur, nullus homo potest cognoscere. Dicitur etiam de ceto, quod habet aperturamoris dentatam valde longis et magnis dentibus ; et praeципue duo dentes sunt aliis longiores, ad modum dentium elephantis vel apri. Ergo ad designandum hos duos dentes extremos maximos, dicit : *Portas vultus ejus quis aperiet?* videntur enim illi duo dentes maximi, quasi due portae, quibus os ceti aperiatur : per quod designatur, quod nullus homo potest os diaboli aperire ad extrahendum de potestate ejus peccatores quos absorbet, quasi duabus portis, scilicet violentia et astutia. Quantum ad alios dentes ceti subdit : *Per gyrum dentium ejus formido* : quia scilicet in circuituoris habent dentes tam magnos, ut aspicientibus terrorem inutere possint : per quod significatur terror, quem demon hic hominibus iucutit, ut per hoc eos impellat ad peccandum ; et potest dici, quod dentes ejus sunt ceteri daemones, vel etiam mali homines qui potentia sua alios terrendo ad malum inducunt.

His igitur praemissis de dispositione capitis Leviathan procedit ad dispositionem corporis ejus quod describit ad modum piscium habentium squamas : unde secundum magnitudinem sui corporis debet esse maximas squamas ad modum senorum, unde dicit : *Corpus ejus quasi scuta fusilia*, que quidem sunt continua : nam scuta lignea per colligationem adnuantur. Comparatur autem diabolus ad homines<sup>2</sup> malos, sicut caput ad corpus : unde peccatores qui alios in malitia defendunt, sunt quasi scuta corporis diaboli. Ostendit autem consequenter quod squamae ejus non solum sunt magna, sed etiam compressae ad modum piscium multas squamas habentium : et hoc est quod subdit : *Compactum squamis se se prementibus* : per quod designatur multitudo malorum : et perversa eorum concordia in malo ostenditur consequenter cum subditur : *Uia mihi conjungitur* : quia scilicet sicut in corpore alienus pisces non qualibet squama e conjugitur cuius-

<sup>1</sup> AL. : « virtutem. »

<sup>2</sup> AL. : « omnes. »

bet, sed una uni per ordinem : ita etiam in multitudine malorum non omnes omnibus socialiter concordant, sed quidam quibusdam. Quamvis autem pisces est vivus et fortis, et squamae ejus sunt in suo vigore, ita et ad invicem et cum corporis stricte adhaerent, quod nec aper potest inter eas transire; quando vero pisces fuerit vel mortuus vel infirmus, aut ex aliqua occasione ejus squamae desiccantur, tunc paulatim prædicta conjunctio squamarum remittitur, ita quod ipsæ squamae incurrvantur, et potest etiam aliquid grossissimum inter eas transire. Ad ostendendum ergo vigorem squamarum

Leviathan subdit, *Et ne spiraculum quidem incedit per eas*, id est per intermedium squamarum : per quod designatur quod ad consensum malitia non disjunguntur per aliquam spiritalem persuasionem, aut per inspirationem internam; et ideo ad ostendendum obstinatum eorum consensum in malitia, subdit : *Una alteri adhaerbit*, per mutuum favorem et consensum : *et tenentes se nequaquam separabuntur*, propter obstinatum scilicet consensum eorum in malitia : sicut nec squamae Leviathan humana virtute possunt ab invicem disjungi.

## LECTIO XI

Sternutatio ejus splendor ignis, et oculi ejus ut palpebre dilucili. De ore ejus lampades procedunt, sicut teda, ignis accensa. De naribus ejus procedit fumus sicut olla succense atque ferventis. Halitus ejus primum ardere facit, et flamma de ore ejus egreditur, in collo ejus morabitur fortitudo, et faciem ejus præcedit egestas. Membra carnium ejus coherentia sibi : mittet contra eum fulmina, et ad locum alium non ferentur. Cor ejus indurabitur tamquam lapis : et strigetur quasi malleatus mens. Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, et territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque hasta neque thorax. Repulabit enim quasi palea ferrum, et quasi lignum putridum as non fugabit eum vir sagittarius : in stipulam versi sunt ei lapides fundae. Quasi stipulam estimabunt malleum, et deridebit vibrante hastam. Sub ipso erunt radii solis : et sternet sibi aurum quasi latum. Fervescere faciet quasi olla profunda maris, et ponet quasi cum unguento bullitum. Post eum lucchet semita, astribabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram potestas qua comparetur ei qui factus est ut nullum timuerit. Omne subline videt. Ipse est rex super universos filios superbie.

Postquam descripsit Dominus dispositionem Leviathan, hic describit operationem fortitudinis ejus : et sicut prius<sup>1</sup> descriperat dispositionem tam capitum quam corporis, ita etiam et prius incipit enumerare operationes ad caput pertinentes. Prima autem et principalior pars capitum est cerebrum, ex ejus commotione sternutatio animalis cansatur ; et ideo sternutationem Leviathan describens dicit : *Sternutatio ejus splendor ignis* : quia scilicet ex sternutatione Leviathan tanta

fit aquarum commotio, quod cansatur quidam candor aquarum commotarum ad modum splendoris ignis : vel etiam potest referri ad hoc, quod fortiter commoto capite vel oculis, videtur nobis, quod emittatur quidam splendor ignis ; unde cum multo major sit commotio capitum Leviathan ex ejus sternutatione, multo magis talis splendor procedit. Significatur autem per hoc quod per commotionem capitum diaboli, id est per tentationem ipsius, emittaurus splendor ignis, scilicet ira, aut concupiscentia, aut etiam inanis gloria. Inter alias autem partes capitum sunt præcipue oculi : unde subdit : *Et oculi ejus, ut palpebra dilucili* : oculus enim ratione sua levitatis lucidus est. Habet autem ceteros maximos oculos secundum magnitudinem capitum et corporis totius ; et ideo inspectione ipsorum appareat quædam claritas diffusa sicut est claritas diluculi : per quam designatur temporalis prosperitas, quam diabolus homini repromittit. Tertio autem describit operationem sive effectum oris ejus, cum dicit : *De ore ejus lampades procedunt teda sicut ignis accensa*. Ubi considerandum est, quod teda est quoddam lignum, quod accensum suavem odorem emittit. Dicitur autem de ceto, quod quando multum esurit, vaporem odoris

<sup>1</sup> Al. : « primo. »

ferum ad modum odoris ambrae ex ore suo emittit, in quo pisces delectati os ejus ingrediuntur, et sic ab ipso devorantur. Hujusmodi vapores ergo missi ab ore ceti lampades dicuntur propter magnitudinem caloris, qui ex interioribus ejus egreditur. Teda autem accusatio comparatur propter redolentiam ut dictum est. Per hoc autem designatur quod diabolus ad concupiscentiam peccati homines incendit per ostentationem alienigenae boni, quasi per redolentiam quamdam. Quarto ponitur operatio marium ejus : hoc enim animal habet pulmonem, et respirat sicut delphinus : et ad hoc designandum subdit : *De naribus ejus, quæ scilicet sunt præcipua instrumenta respirandi, procedit, scilicet per respirationem, fumus, idest aer per respirationem adustus ex multitudine caloris, qui est necessarius hunc animali ad tantam molem movendam ; et ideo signanter subdit, Sicut otte succensæ, atque ferventis : aer enim qui respirando emititur, in pulmone continebatur ; in quo calefiat per calorem cordis, qui pulmoni conjungitur, sicut aqua in olla calescit et fervet per hoc, quod apponitur igni. Et quia animal respirat non solum per narcs, sed etiam per os, ideo quinto subdit operationem oris, dicens : Halitus ejus, idest exhalatio de ore procedens, prunas ardore facit, idest tam calidus est<sup>1</sup> et vehemens, quod sufficeret ad prunas ascendendas : loquitur enim ad similitudinem eorum, qui sufflando prunas ascendunt : unde subdit, Et flamma de ore ejus egreditur : quia scilicet tam calidus et ignitus est vapor de ore ejus agrediens, quod merito potest flammæ comparari. Per haec autem omnia designatur, quod diabolus sua occulta vel manifesta suggestione perverseæ cupiditatis ignem in homine accedit.*

His igitur praemissis quæ pertinent ad virtutem capituli Leviathan, accedit ad narrandum ea quæ pertinent ad virtutem aliorum membrorum ipsius. Est autem considerandum, quod sicut *Aristoteles* dicit in *Anim*, nullus pisces habet collum nisi illi qui generant animalia, si-

ent delphini : et ex horum genere sunt etiam ceti ; et ideo incepit describere fortitudinem colli ejus, cum dicit, *In collo rjns morabitur fortitudo* : quæ quidem necessaria est tanto animali ad pondus capitis ejus portandum. Et quia per collum caput conjungitur corpori, possunt per collum Leviathan designari illi per quos diabolus in alios malitiam suam exerceat, qui ut plurimum sunt potentes, quos alii reverentur, aut etiam timent. Est autem manifestum quod hoc animal cum sit magni corporis, multo indiget cibo, et ideo cum in aliqua parte mari fuerit catus, absorbet multitudinem piscium ibi existentium, ut quasi mare in conspectu ejus remaneat piscibus vacuum : et hoc est quod subdit : *Et faciem ejus præcedet egestas, quia scilicet attrahit ad se pisces, ut supra dictum, est, et mare remaneat piscibus vacuum ante eum : per quod significatur, quod egestas virtutum in hominibus causatur ante faciem diaboli, idest per suggestionem ipsius. Consequenter autem ostendit fortitudinem ejus quantum ad alias partes corporis, cum dicit; Membra carnium ejus cohærent sibi, scilicet propter carum spissitudinem : per quod designatur consensus membrorum diaboli in malum.*

His igitur praemissis de fortitudine Leviathan ad agendum, consequenter agit de fortitudine ejus ad resistendum. Quanvis autem possit resistere virtuti humanae agenti, tamen virtuti actionis divinae usquequaque resistere non potest : et ideo primo ostendit, quod Deus contra ipsum agat, cum dicit : *Mittet contra eum fulmina. Manifestum est enim, quod frequenter in mari fulmina cadunt, quibus quandoque etiam naves periciantur : unde etiam probabile est, quod quandoque ceti fulmine feriantur : et hoc opus præcipue attribuitur Deo propter magnitudinem et ferrem eorum hujus effectus : unde supra xxxviii, Dominus dixit : Numquid mittes fulmina, et ibunt ele. Subdit autem : Et ad locum animalium non ferentur : quod potest ad duas intentiones referri : primo quidem ad designandum magnitudinem corporis ejus :*

solet enim fulgor aliquem locum percun-  
tiens per quondam percussionem<sup>1</sup> ad alia  
loca reflecti, propinquā tamen ; sed cor-  
pus Leviathan tam magnum est, ut ful-  
men in ipsum percūtens, extra corpus  
eius non reflectatur. Alio modo potest re-  
ferrī ad infallibilitatem divine operatio-  
nis. Sicut ergo sagittarī sapientē directe  
sagittas emittit, ita quod non percūtit  
nisi ad signum ; ita cum Deus contra Le-  
viathan, sive quācumque aliam creatu-  
ram fulgura quasi sagittas quasdam  
emittere vult, non ad alium locum per-  
gnat nisi quo ipse emittit, secundum il-  
lud Sap. v. 22 : *Ibunt directe emissiones fulgurum.* Per quod designatur quod di-  
vina flagella que Deus immittit contra  
diabolū et membra ejus, ita emittit,  
quod contra alios non feruntur ; nam si  
quandoque boni per temporales adversi-  
tates flagellantur a Deo, hoc tamen cedit  
in glorificationem sanctorum, et in ma-  
jorem damnationem diaboli et impio-  
rum. Secundo ostendit qualiter se habeat  
Leviathan ad ea quae Deus contra ipsum  
agit, eum dicit : *Cor ejus indurabitur  
quasi lapis :* durum autem significat poten-  
tiā naturalem, ut scilicet aliquid non  
facile corrumpatur ab exteriori actione  
agente. Per hoc ergo virtus naturalis de-  
signatur, quae est in corde ceti, ut non de  
facili corrumpatur ab exteriori actione  
inferente aliquod nocēmentum : et ad istam  
duritiam designandam sufficiebat  
exemplum lapidis quantum ad leves per-  
cussiones, non autem quantum ad graves :  
lapis enim etsi non confringatur manu,  
confringitur tamen malleo ferreo. Et ideo  
ad designandam virtutem ceti etiam con-  
tra graviā nocēmenta, subdit : *Et strin-  
getur quasi malleatoris incus,* qui scilicet  
ex percussione malleorum non construi-  
gitur, sed magis solidari videtur. Per hoc  
ergo significatur obstinatio diaboli et  
membrorum ejus, quia nulla percussione  
divina a sua malitia emollimuntur. Tertio  
ostenditur finalis effectus divinitate percu-  
ssione : quantumcumque enim flagellis  
divinis resistere videatur, oportet tamen  
quod finaliter ab eis supereret : unde subdit : *Cum sublatuſ fuerit,* scilicet virtute

divina de loco suo, *timebunt Angelī,* ad-  
mirando divitiam virtutem, in qua admirati-  
onē multi effectus divinitatis virtutis eis  
imnotescunt : et ideo subdit : *Et territi  
pargabuntur :* ut enim *Dionysius* dicit,  
v. cap. de dir. Non., Angelī purgari dicen-  
tūr non ab immunditia, sed a nescientia. Sed quia omnis creatura corpora-  
lis modicum quid est in comparatione  
sanctorum Angelorum, ideo videtur prin-  
cipaliter hoc esse dictum ad significan-  
dum, quod celestes Angelī multum admira-  
mentur de occasione aliquis corpora-  
lis ceti : nisi forte per Angelos sanctos  
homines intelligamus. Sed melius est ut  
principaliter referatur ad spiritualem Le-  
viathan, scilicet diabolū, qui sublatuſ  
fuit virtute divina, quando de cœlo cecidit  
per peccatum : et tunc angelī admirantes  
divinam majestatem, sunt purgati per  
separationem ab ejus societate. Similiter  
etiam in die iudicii, quando diabolus cum  
omnibus membris suis detrudetur in in-  
fernū, Angelī et omnes sancti admirabun-  
tūr divinam potestatem, et erunt de  
cetero purgati per totalem separationem  
a malis : et hoc significatur Apoc. xn, 10  
ubi postquam projectus est diabolus, au-  
ditur magna vox in cœlo dicens : *Nunc  
facta est salus, et virtus et regnum Dei  
nostrī.*

Sic igitur ostendo qualiter se habeat ad  
impugnationem Dei, ostendit qualiter se  
habeat ad impugnationem creaturā : et  
primo qualiter se habeat ad impugna-  
tionem hominis. Impugnat autem homo de  
propinquō, et a remotis : et de propinquō  
quidem munitus gladio et hasta ad per-  
cussionem, et thorace ad sui munitionem ;  
et quantum ad hoc dicit : *Cum appre-  
henderit eum,* scilicet Leviathan, *gladius,*  
scilicet hominis, *subsistere non poterit,*  
scilicet gladius hominis, qui frangitur  
propter duritiam corporis ejus ; *Neque  
hasta,* scilicet subsistere poterit : *neque  
thorax,* quo scilicet munitur pectus, *sub-  
sistere poterit contra Leviathan :* et hujus  
rationem assignat subdens, *Reputab-  
erim ferrum quasi paleas :* quia scilicet  
sicut homo non potest ladi a paleis, et  
de facili eas frangit, ita Leviathan non

<sup>1</sup> AL : « repercussionem. »

potest laedi a ferro gladii vel hastae, sed de facili ea frangit. *Et similiter reputabat* *æs*, scilicet thoracis, *Quasi signum pulrum*, quod scilicet resistere non potest percussione. Per hoc autem significatur, quod nulla virtus humana efficeax est ad diabolum laendum, vel ad resistendum ei; sed omnis virtus humana pro nihilo a diabolo reputatur. Impugnat etiam homo a remotis per sagittas et lapides fundæ: sed nec ista contra ceterum valent; unde subdit, *Non fugabit eum vir sagittarius*, scilicet emissione sagittarum quas non timet, nupte ab eis laidi non valens. Sicut autem sagittæ de longinquæ emissæ laedunt interiori vulnerando, ita lapides fundæ exterius atterendo; sed ceteri sicut non potest perforari sagittis, ita non potest conteri lapidibus in eum projectis; unde subdit: *In stipulam versi sunt ei lapides fundæ*: quia scilicet sicut stipula propter suam levitatem nullum conturerere potest, ita nec ceteri potest a lapidibus fundæ aliquod nocumentum pati. Per hoc autem significatur, quod sicut diabolus non potest laedi virtute humana quasi quadam percussione propinquâ; ita etiam non potest laedi homini astutia quasi quadam percussione a longinquæ. Sicut autem per lapides fundæ aliquis atteritur a remotis, ita etiam per malleum aliquid atteritur de propinquo: sed nec sic etiam ceteri ab homine laedi potest; unde subdit: *Quasi stipulum astimabit malleum*: quod etiam referri potest ad eandem significacionem enim præmissis, nisi quod mallei est gravior percussura quam lapidum fundæ: unde potest significari quod quantumcumque intendatur hominis fortitudo et conatus, a diabolo contemnitur. Solent autem homines aliquos superare non solum perentiendo, sed etiam per ensionem<sup>1</sup> comminando: sed nec ceteri nec diabolus aliquam hominis comminationem timent; unde subdit: *Et deridebit vibrantem hastam*: vibratio enim hastæ videtur esse quadam comminationem per ensuræ. Sicut autem homo quandoque alium superat comminando, ita etiam promissis alliciendo. Maxime autem solent aliqua dona promissa allicere hominem propter

pulchritudinem vel propter pretiositatem. Nihil autem videtur esse pulchritus in corporalibus rebus quam radii solares, ad quorum pulchritudinem Leviathan vel corporaliter vel spiritualiter intellectus, non allicitur: et ad hoc significandum subdit: *Sub ipso erunt radii solis*: quia scilicet non appretiat eos tamquam aliquid magnum: et per consequens datur intelligi quod nihil aliud præclarum in rebus humanis appretiatur. Aurum autem reputatur valde pretiosum inter res quae in usum hominis veniant: et quantum ad hoc subdit: *Et sternet sibi aurum quasi lutum*, idest quasi vile aliquid confemet ipsum: et sic patet quod ab homine allici<sup>2</sup> non potest. Sic ergo ostendo quod non potest superari ab homine, consequenter ostendit quod non potest superari neque a mari, neque ab aliquo pisce mari: et hoc propter fortes operationes quas in mari exercet. Dicit autem Plinius, quod quædam belluae sunt in mari orientali tanta magnitudinis, ut ab imo vertant maria, et faciant tempestates in mari: quæ quidem belluae ad naturam ceti pertinere videntur: et ad hoc significandum subdit: *Ferrescere facit quasi olla profundum maris*: sicut enim quando olla fervet, aqua fervens in ea commovetur, ita ex violentia hujus pisces fluctus maris commoventur: et incipit haec commotio a profundo, et pervenit usque ad aquæ superficiem: unde subdit, *Et ponet quasi cum inuenta bullavit*, que scilicet facinat majorem spumam et commotionem in superficie quam simplex aqua, in qua non tantum de aere continetur. Per hoc autem significatur turbatio quam diabolus concitat in hoc mundo: et sicut facit magnum effectum quando movetur in profundo maris, ita etiam facit magnum effectum quando movetur in superficie, et ad hoc significandum subdit: *Post eum lucebit semita*: sicut enim quando navis movetur per mare ad longum spatium, vestigium navis transversum relinquunt propter commotionem et spumam generatam in aqua, ita etiam contingit ex motu istius pisces præ sua magnitudine. Per hoc autem significatur,

quod effectus perturbationis quam diabolus in mundo concitat, non statim aboleatur, sed diu in duret. Ex hoc autem quod tam fortes operationes cetus in mari operatur, in molo timet maris profunditatem; unde subdit, *Estimabit abyssum*, id est profundum maris, *quasi senescensem*, id est quasi finem habentem, *Et quasi impotentem*, ad absorbendum ipsum: nam quod senescit, et debile est et fini propinquum. Ex hoc autem significatur quod diabolus damnationem inferni non tantum estimat, ut propter eam desinat contra Deum nisi, ac si ejus damnatio esset terminanda: et sicut Leviathan non potest superari ab homine, nec a mari, neque ab aliqua creatura maris, ita etiam non potest superari a quacumque alia creatura terrestri; unde subdit: *Non est potestas super terram, quaer ei comparetur*; non enim est in terra aliquod animal tam magnum sicut cetus maris: unde et Plinius dicit, quod in mari sunt majora animalia terrestribus et causa evidens est humoris luxuria et superfluitas. Per hoc autem significatur, quod nulla virtus corporalis potest aequari potestati daemonis, qua est potestas spiritualis naturae.

Quia igitur multa praemiserat de proprietatibus Leviathan in figura diaboli, consequenter predictam metaphoram exponit: et sicut dictum est, omnes prae-

dite proprietates ad duo pertinere videntur: quorum unum est, quod ipse ab alio ledi non potest; et quantum ab hoc exponus subdit: *Qui factus est, ut nullum timeret*: id est hoc habet diabolus ex conditione sue naturae, in qua factus est a Deo, ut neque hominem timerat, neque aliquam creaturam corporalem. Aliud autem est, quod Leviathan habet facultatem ad magnas et fortes operationes exercendas; et hoc exponus subdit: *Omne sublime videt*, id est intentio diaboli est ad quacumque sublimia aggredienda. Et quia haec videntur ad superbiam pertinere, ostendit contra, quod diabolus non solum in se superbos est, et homines in superbia excedit, sed est etiam aliis superbieri initium; unde subdit: *Ipse est rex super universos filios superbie*, id est super eos qui superbiae subjiciuntur, qui omnes sequuntur ejus ducatum. Ubi considerandum est, quod Dominus operationem suam, quam exercet in malos, contra superbos manifestare incepit: et in superbis narrationem terminat, ut ostendat hoc praeceps Job fuisse timendum, ne diabolus qui cum expetierat ad tentandum, praeceps eum ad superbiam inducere conaretur, ut sic transferretur in regnum ipsius: et ideo cavere<sup>1</sup> dedebat affectum et verba quae superbiam sapient.

## CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM

### LECTIO I

Respondens autem Joh Domino dixit: Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consilium absque scientia? Ideo insipient locutus sum, et quae ultra modum exceedunt scientiam meam. Audi, et ego loquar; interroga, et responde mihi. Audit auris, audi te, nunc autem oculus meus videt te. Idecirco ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themaniensem: frater est furor mens in te et in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job. Sumit ergo vobis septem lauros et septem arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte

holocaustum pro vobis. Job autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam, ut non vobis imputetur stultitiae: neque enim locuti estis coram me rectum, sicut servus meus Job. Abierunt ergo Eliphaz Themaniensis, et Baldad Salutes, et Sophar Naamathites, et fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, et suscepit Dominus faciem Job. Dominus quoque conversus est ad penitentem Job, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quacumque fuerant Job, duplicitia. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universae sorores suas, et cuncti qui noverant eum prius, et comederunt cum eo panem in domo ejus. Et moverunt super eum caput, et consolati sunt

<sup>1</sup> AL.: « tacere. »

eum super omni malo quod intulerat Dominus super eum; et dederunt ei uniusquisque ovem unam, et iuareum auream unam. Dominus autem benedixit novissimis Job magis quam principio ejus. Et facti sunt ei quatuordecim milia oviuum, et sex milia camelorum, et mille juga bovum, et mille asinum: et fuerunt ei septem filii et tres filie. Et vogavit nomen unius Diem, et nomen secundae Cassiam, et nomen tertium Cornistibii. Non sunt autem inventae mulieres speciosiores sicut filiae Job in universa terra. Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres carum. Vixit autem Job post Iazella haec, centum quadraginta annis; et vidi filios suos, et filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem; et mortuus est senex, et plenus dierum.

Postquam Dominus redarguit Job de incauta locutione, quae superbiam sapere videbatur: quia scilicet intantum se justum asserebat, quod hoc quibusdam videbatur in derogationem cedere divini iudicij; ideo<sup>1</sup> Job humiliiter convictum se reputans respondebat, primo quidem confitendo divinam excellentiam quantum ad potentiam; unde subdit: *Respondens autem Job Domino dixit, Scio quia omnia potes*: et etiam quantum ad scientiam; unde subdit: *Et nulla te latet cogitatio*: per quorum primum constabatur, quod Deus poterat adversitatem removere a diabolo induciam, quam Dominus sub figura Behemoth et Leviathan descripserat; per secundum autem recognoscit se interius fuisse aliqua cogitatione superbiam pulsatum, quod Deum non latuisse recognoscit; et ideo consequenter invehitur contra eos qui divinam providentiam negant, dicens: *Quis est iste qui celat consilium absque scientia?* idest quis est tam temerarius et stultus qui dicit humannum consilium posse celari a Deo absque hoc, quod Deus illud cognoscet? Ex consideratione autem divinae excellentiae procedit ad considerationem propriarum culpae, cum subdit: *Ideo insipienter locutus sum*, idest debitam reverentiam non exhibens divinae excellentiae in meis verbis: *Et quae ultra modum excedunt scientiam meam*, scilicet culpam confitendo, idest disentiendo divina iudicia. Et quia insipienter locutus sum, de cetero loquar sapienter; unde subdit: *Audi et ego loquar*, meam scilicet culpam confitendo. Et quia locutus sum quae excedunt scientiam

tiam meam, de cetero de ea non andeo loqui, sed solum de his interrogare; unde subdit: *Interrogabo te*, scilicet petitendo, orando, pulsando, et *responde mihi*, scilicet interius instruendo. Quare autem sic mutatus sit, ostendit subdensus: *Auditu auris audiri te*: scilicet olim cum insipienter loquerer, *nunc autem oculus meus videt te*, idest plenus te cognoscere quam prius: sicut id quod videtur oculis, certius cognoscitur quam quod aure auditur: proficerat enim Iacob ex percusione, tum ex revelatione divina. Quanto autem aliquis magis Dei justitiam considerat, tanto plenius culpam suam recognoscit; unde subdit: *Ihureo ipse me reprehendo*, propriam scilicet culpam considerando. Et quia non sufficit culpam confiteri, nisi sequatur satisfactio; ideo subdit: *Et ago paenitentiam in favilla et cincere*, in signum scilicet fragilitatis naturae corporae: convenienter enim humiliis satisfactio ad expiandam superbiam cogitationis. Quia ergo superius Dominus redargnerat Elihu et etiam Job, nunc tertio redargnit amicos ejus, inter quos praecipuus erat Eliphaz: quod patet ex hoc quod primo loqui incepérat: unde dicitur, *Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos*, scilicet Baldad et Sophar. Ubi considerandum est, quod Elihu ex imperitia peccaverat, Job autem ex levitate; et sic neuter eorum graviter peccaverat; unde nec Dominus dicitur iratus fuisse contra eos: sed contra tres amicos Job graviter dicitur fuisse iratus, quia graviter peccaverant perversa dogmata asserendo, ut supra habitum est; unde subdit: *Quoniam non locuti estis vorum me rectum*, idest fidelia dogmata, sicut servus meus Job, qui scilicet a veritate fidei non recessit. Pro gravibus autem peccatis expiandis antiqui consueverunt sacrilegia offerre; unde subdit: *Sumite ergo robis septem tauros et septem arietes*, quia scilicet ipsi erant duces populi lorum. Septenarius autem est numerus universitatis; unde septenarius sacrificiorum competit ad gravium delictorum

<sup>1</sup> Al omittitur: « ideo. »

expiationem. Sed quia infideles per fidèles Deo reconciliari debent, subdit : *Et ite ad serrum meum Job*, ut scilicet eo mediante reconciliemini mihi, et offerte pro vobis holocaustum, ut scilicet vos satisfacatis, qui peccastis. Sed vestra satisfactio indiget fidelis viri patrocinio ; unde subdit, *Job autem servus meus orabit pro vobis* ; qui scilicet digum est exaudiens propter suam fidem ; unde subdit : *Faciem ejus*, idest deprecatius, *suscipit*, scilicet exaudiendo ejus orationem, *Ut non imputetur vobis stultitia*, scilicet infidelis dogmatis : et hoc exponit, subdens : *Neque enim locuti estis coram me rectum, sicut servus meus Job*. Accepta autem spe veniae ; impleverunt quod eis fuerat mandatum ; unde sequitur : *Abierunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites, et fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos* : et ita per obedientiam et humilitatem suam digni facti sunt ut pro eis oratio Job exaudiretur ; unde sequitur : *Et suscepit Dominus faciem Job*, rogantis scilicet pro amicis suis. Nec solum humilitas amicorum efficaciam præstithit ejus orationi, sed etiam humilitas propria ; unde subdit : *Dominus quoque conuersus est*, scilicet a furore in clementiam, *Ad paenitentiam Job cum oraret pro amicis suis* : dignum enim erat ut qui pro levi suo peccato humiliiter paenitenthal, etiam aliis graviter peccantibus veniam impetraret. Plus autem prodest unienique sua paenitentia quam aliis : unde si oratio et paenitentia Job meruit anotionem indignationis divinæ ab amicis, multo decentius fuit ut etiam ipse ab adversitate liberaretur. Et quamvis Job spem suam non referret ad prosperitatem temporalem recuperandam, sed ad consequendam futuram felicitatem, Dominus tamen ex abundanti etiam prosperitatem temporalem ei restituit, secundum illud Matth. vi, 33 : *Primum querite regnum Dei et iustitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis*. Et hoc quidem tempore erat congruum, propter statum veteris testamenti, in quo temporalia bona promittebantur : ut sic per prosperitatem quam recu-

peraverat, aliis daretur exemplum ut converterentur ad Deum. Erat etiam congruum persona ipsius Job, cuius apud aliquos opinio erat laesa propter multiplices adversitates qua supervenerant ei : et ideo ut ei famam restitueret, ad statum majoris prosperitatis eum redixit ; ideo sequitur : *Et addidit quoque Dominus omnia que fuerant Job, duplia*. Inter adversitates autem Job quasi præcipua erat, quod fuerat ab amicis suis deseritus : et ideo hujusmodi adversitatis primo remedium ponitur, cum dicitur : *Venerunt autem ad eum amnes fratres sui, et universæ sorores sur, et cuncti qui norerant eum prius* : in quo designatur pristinal amicitiae recordatio : *Et comedierunt cum eo panem in domo ejus* : in quo designatur reditus ad antiquam familiaritatem : *Et moverunt super eum caput*, scilicet compatiendo afflictioni ipsius. Et quia non solum oportet afflictis compati, sed etiam eorum afflictioni remedium præbere, primo quidem præbuerunt remedium ejus interiori dolori per consolatoria verba : unde subdit : *Et consolati sunt eum super omne malum quod intulerat Dominus super eum*. Secundo autem adhibuerunt subventionis remedium contra exteriorem inopiam. Et quia amiserat et animalia in campis, et supelletilia in subversione domus ; ideo in utroque ei subveniunt : sequitur enim : *Et dederunt ei manusquaque ovem unam, quantum ad animalia; et inaurem auream unam, quantum ad supelletilia*. Hoc autem medium fuisset ad reparationem<sup>4</sup> ipsius : sed Dominus manum suam adhibuit ut ex eis in majora proficeret ; unde sequitur : *Dominus autem benedixit novissimis Job*, scilicet multiplicando ea, magis quam ejus principio, idest quam primæ ejus prosperitati. *Est enim potens facere plus quam intelligimus aut petimus*, ut dicitur Eph. iii, 20. Desideraverat autem Job supra xxix, ut esset juxta menses pristinos ; sed Dominus ei majora restituit et in duplo, ut supra dictum est ; unde sequitur : *et facti sunt ei quatuordecim millia ovium* : supra enim cap. i dictum est quod fuit possessio ejus septem

<sup>4</sup> Al. : recuperationem.

millia ovium ; et sex millia camelorum : nam primo habuerat tria millia camelorum, ut supra dictum est : fuerant ei quingenta juga boum ; unde hic duplum ponitur, cum dicatur, *Et mille juga boum* : supra etiam dictum est quod habuerat quingentas asinas ; sed hic duplum ponitur, cum sequitur : *Et mille asinæ*. Amiserat autem non solum possessiones, sed etiam filios, qui ei restituuntur, sed non in duplum : sequitur enim, *Et fuerunt ei septem filii et tres filiae* : cuius ratio duplex potest esse : una pertinet ad futuram vitam : quia scilicet filii quos habuerat, non totaliter ei perierant, sed reservabantur in futura vita, cum eo victuri ; alia ratio potest esse quantum ad vitam præsentem : nam si duplicatis ceteris rebus, etiam numerus filiorum esset duplicatus, non videretur fortuna domus augmentata fuisse, quia eamdem quantitatem in bonis ejus unusquisque filiorum habuisset quam prius ; et ideo decentius fuit ut proles ei augeretur non numero, sed magis in valore ; quod occulte insinuat in siliabus, quae pulcherrima huic leguntur : quarum pulchritudini etiam nomina conuererunt : sequitur enim : *Et vocavit nomen unius Diem*, scilicet propter claritatem ejus, et *nomen secunda Cassium*, quae est species aromaticæ, propter suavitatem ipsius, et *nomen tertiam Cornutibii* : est autem stibium, quo mulieres utuntur ad ornatum oculorum, secundum illud iv Reg. ix, 30 : *Depinxit oculos stibio, et ornavit caput suum* : quod

quidem stibium in cornu a mulieribus conservatur, ut habeant ipsum paratum, cum opus fuerit. Unde vocavit eam Cornutibii ad designandam abundantem pulchritudinem oculorum : unde et de pulchritudine carum subditur : *Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiae Job in universa terra* : propter quod etiam datur intelligi quod filii ejus erant in virtute præcellentes : sequitur enim, *Deditque eis pater suus hereditatem inter fratres earum*, scilicet ad designandam convenientiam virtutis in utrisque. Quia Job etiam in proprio corpore fuerat flagellatus, additur ei ad prosperitatis augmentum longitudo dierum ; unde sequitur : *Vicit autem Job post flagella haec, centum quadraginta annis*. Et ut intelligatur toto hoc tempore in prosperitate vixisse, subdit : *Et vidit filios suos, et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem* : et ista prosperitas datur intelligi durasse usque ad mortem : unde sequitur : *Et mortuus est senex*, quod pertinet ad diuinitatem vite, et *plenus dierum*, quod pertinet ad vitæ prosperitatem. Unde supra c. vii, ad significandum suam adversitatem, dixit : *Sicut et ego habui menses vacuos*. Unde et per plenitudinem dierum designatur abundantia ipsius, et quantum ad bona fortuna, et quantum ad bona gratiæ, quibus perductus est ad futuram gloriam, quæ durat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

---

# IN PSALMOS DAVIDIS EXPOSITIO

## PROEMIUM SANGTI THOMÆ

In omni opere suo dedit confessionem sancto,  
et excuso in verbo glorie. Ecli. xlvii. 19.

Verba haec dicuntur de David ad litteram ; et satis convenienter assumuntur ad ostendendum causam hujus operis. In quibus ostenditur quadruplex causa hujus : scilicet materia, modus, seu forma ; finis et agens. Materia est universalis : quia cum singuli libri canonicee Scripturæ speciales materias habeant, hic liber generali habet totius Theologiae : et hoc est quod dicit Dionysius in lib. *cœlest. Hierar.* : Divinarum odarum, idest Psalmorum, sacram Scripturam intendere, est, sacras et divinas operatio-nes universas decantare. Unde signatur materia in hoc quod dicit : *In omni opere*, quia de omni opere Dei tractat. Est autem quadruplex opus Dei : scilicet Creationis : Gen. ii, 2 cap. : *Requievit Deus die septimo ab omni opere* etc. Gubernatio-nis : Joan. v 47 : *Pater mens usque modo operatur* etc. Reparationis : Joan. iv, 34 : *Mens cibis est ut faciam voluntatem, ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus.* Glorificationis : Ecli. xlvi. 16 : *Gloria Domini plenum est opus ejus.* Et de his omnibus complete in hac doctrina tractatur. Primo de opere creationis : Psal. viii, 4 : *Videbo caros tuos, opera digitorum tuorum.* Secundo gubernatio-nis : quia omnes historiae veteris testame-nti tanguntur in hoc libro : Psal. lxxvii, 2 : *Aperiam in parabolis os meum* etc. Tertio reparacionis, quantum ad ea-put, scilicet Christum, et quantum ad omnes effectus gratiae : Psal. iii, 6 : *Ego dormivi et soporatus* etc. Omnia enim quæ ad finem Incarnationis pertinent, sic dilucide traduntur in hoc opere, ut

fere videatur evangelium, et non pro-pheetia. Quarto est opus glorificationis : Psal. cxlix, 5 : *Exultabunt sancti in glo-ria etc.* Et haec est ratio, quare magis fre-quentatur Psalterium in ecclesia, quia con-tinet totam Scripturam. Vel secundum *Glossam*, ad dandam nobis spem divinæ misericordiæ : quia enim peccasset Da-vid, tamen per penitentiam est reparata.

Materia ergo universalis est, quia omne opus. Et quia hoc ad Christum spectat : Coloss. i 19 : *In ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis in habitare*; ideo materia hujus libri est Christus et mem-bra ejus.

Modus seu forma in sacra Scriptura multiplex invenitur. Narrativus : Ecli. xlvi, 17 : *Nonne Deus fecit sanctos suos enarrare omnia mirabilia sua?* Et hoc in historialibus libris invenitur. Admonito-rius et exhortatorius et preceptivus : Ad Titum ii, 15 : *Hæc loquere et exhortare. Arque cum omni imperio.* Tim. ii, 14 : *Hoc communio, testificans coram Deo etc.* Hie modus invenitur in lege, prophetis, et libris Salomonis. Disputativus : et hoc in Job et in Apostolo : Job xiii, 3 : *Dis-putare cum Deo cupio.* Deprecativus vel laudativus : et hoc invenitur in isto li-bro : quia quidquid in aliis libris prædic-tis modis dicitur, hic ponitur per modum laudis et orationis : infra Ps. ix, 2 : *Con-fitabor tibi Domine etc. narrabo etc.* Et ideo dicit, *Dedit confessionem*, quia per modum confitendi loquitur. Et hinc sumitur ratio tituli qui est, incipit liber hymnorum, seu soliloquiorum prophete-

David de Christo. Hymnus est laus Dei cum canticō. Canticum autem exultatio mentis de aeternis habita, prorumpens in vocem. Docet ergo laudare Deum cum exultatione. Soliloquium est colloquio hominis cum Deo singulariter, vel secum tantum, quia hoc conuenit laudanti et oranti. Hujus Scripturæ finis est oratio, quæ est elevatio mentis in Deum. Damascenus lib. iii : de Fid orth. : «Oratio est Ascensus intellectus in Deum : » Psal. cxl., 2 : *Elevatio manuum mearum sacrificium respetuum.* Sed quatuor modis anima elevaratur in Deum : scilicet ad admirandum colitudinem potestatis Ipsius : Isa. xi., 26 : *Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit haec :* Psal. cii., 24 : *Quoniam mirabilia sunt opera tua Domini :* et haec est elevatio fidei. Secundo elevatur mens ad tendendum in excellentiam aeternæ beatitudinis : Job xi., 15, 46 : *Levare poteris faciem tuam absque macula, eris stabilis et non timebis : miseriae quoque oblivisceris, et quasi fulgor meridianus consurget tibi :* et haec est elevatio spei. Tertio elevatur mens ad inhaerendum divinae bonitati et sanctitati : Isa. i., 17 : *Elevare consurge Hierusalem etc.*, et haec est elevatio caritatis. Quarto elevatur mens ad imitandum divinam justitiam in opere : Thren. iii., 41, *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum in celos :* et haec est elevatio justitiae. Et iste quadruplex modus insinuat, cum dicit. *Sancto et excelso :* quia duo ultimi modi elevationis pertinent ad hoc quod dicit, *Sancto*; duo primi ad hoc quod dicit, *Excelso*. Et quod hic sit finis Scripturæ hujus, habetur in Psalmis. Primo de *Ecelso* Psal. cxu, 3 : *A solis ortu, et post, Excelsus super omnes etc.* Secundo de *Sancto* : Psal. xcviij, 3 : *Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est.* Ideo Gregorius dicit hom. I super Ezech. quod vox psalmodie, si cum intentione cordis agitur, omnipotenti Deo per eam ad eorū iter paratfir, ut intentio anime aut propheticæ mysteria, aut gratiam compunctionis infundat. Finis ergo, ut anima conjugatur Deo, sicut sancto et excelso.

Auctor autem hujus operis significatur ibi, *ha verbo gloriæ.* Notandum autem, quod aliud est in sacra Scriptura, et aliud in aliis scientiis. Nam aliae scientie sunt per rationem humanam editæ, hæc autem Scriptura per instinctum inspiratio-  
nis divinæ : n Petr. i., 21 : *Nou enim vol-  
lante humana ollata est prophetia, sed  
Spiritu sancto inspirati locuti sunt etc.* Et ideo lingua hominis se habet in Scriptura sacra, sicut lingua pueri dicentes verba quæ alius ministrat : Psal. xliv, 2 : *Lingua mea calamus, et u Reg. xxiiij : Spi-  
ritus Domini locutus est per me, et sermo-  
eius per linguam meam.* Et ideo dicit, *In  
verbo Domini, vel gloriæ,* quæ per reve-  
lationem dicuntur. Unde u Reg. xx,  
35 : *Percute me in sermone Domini,* idest in revelatione divina. Et potest dici haec Scriptura verbum gloriæ quatuor modis : quia quadrupliciter se habet ad gloriam : scilicet quantum ad causam a qua fluit, quia a verbo gloriose Dei hæc doctrina emanavit : n Petr. i., 17 : *Voce delapsa hujuscemodi a magnifica gloria :* *Hic est filius natus dilectus etc.* Quantum ad continentiam, quia in isto libro gloria Dei continetur quam annuntiat : Ps. xcv. 3 : *Anuntiatio inter gentes gloriam ejus.* Quantum ad modum emanationis : gloria enī idem est quod claritas : et revelatio hujus prophetie gloria fuit, quia aperta. Triplex est enim modus propheticæ. Per sensibiles res : Dan. v, 5 : *Aparuerunt digiti, quasi hominis scri-  
bentis etc.* ver aspiciebat articulos manus scribentis. Per similitudines imaginarias, sicut patet de somnio Pharaonis et interpre-  
tatione facta per Joseph. Genes. xiiij : Isa. vi, 1 : *Vidi Dominum sedentem su-  
per salium excelsum et cleratum etc.* Per ipsius veritatis manifestacionem. Et talis modus prophetice conuenit Danieli, qui solius Spiritus sancti instinctu sine omni exteriori administriculo suam edidit prophetiam. Alii namque prophetæ, sicut dicit Augustinus, per quasdam rerum imagi-  
nes atque verborum tegumenta, scilicet per sonnia et visiones, facta et dicta pro-  
phetaverunt : sed iste, unde doctus fuit de veritate. Unde u Reg. xxiiij, cum di-

<sup>1</sup> Al. ;<sup>2</sup> proinde. »

ceret David : *Spiritus Domini locutus est etc.* Statim addidit : *Sicut lux auroræ oriente sole mane absque nubibus rutilat.* Sol est Spiritus sanctus illuminans corda prophetarum, qui quandoque sub nubibus appareat, quandoque per duos modos predictos prophetis illucet, quandoque sine nubibus, sicut hic. Et ad hoc adduci potest quod dicitur in Reg. vi, 20 : *Quam gloriosus fuit hodie rex Israel, discopriens se ante ancillas servorum suorum, et nudatus est.* Et quia per eam nod invitad ad gloriam. Psal. cxlix, 9 : *Gloria hæc est omnibus sanctis ejus, bene premittitur. Quam gloriosus etc.* Patet ergo materia hujus operis, quia de omni opere Domini ; Modus, quia deprecatus et laudatus ; Finis, quia ut elevati conjugamur excelso et sancto ; Auctor, quia ipse Spiritus sanctus hoc revelans. .

Sed antequam ad litteram veniamus circa hunc librum, tria in generali consideranda sunt. Primo de translatione hujus operis. Secundo de modo exponendi. Tertio de ejus distinctione. Translationes sunt tres. Una a principio ecclesiae terrena tempore Apostolorum, et haec vitiata erat tempore Hieronymi propter scriptores. Unde ad precēs Damasi Papae Hieronymus Psalterium corredit, et hoc legitur in Italia. Sed quia haec translatio discordabat a græco, translūdit rursus Hieronymus ad preces Paulæ de græco in latinum, et hoc Damasus Papa fecit cantari in Francia, et concordat de verbo ad verbum cum græco. Post quidam Sophronius aliquando disputauit cum Judais, cum dicerent Judæi aliqua non sic se habere, sicut ex secunda translatione psalterii introduxerat, dictus Sophronius rogavit Hieronymum, ut Psalterium de hebræo in latinum transferret. Cuius petitioni annuit Hieronymus : que translatio concordat omnino cum hebraeo, sed non cantatur in aliqua ecclesia : habetur tamen a multis. Circa modum exponendi sciendum est, quod tam in psalterio quam in aliis prophetis exponendis evitare debemus unum errorem damnum in quinta synodo. Theodorus enim Mopsuestenus dixit, quod in sacra Scriptura

et prophetiis nihil expresse dicitur de Christo, sed de quibusdam aliis rebus, sed adaptaverunt Christo : sicut illud Psalm. 21 : *Diciserunt sibi vestimenta mea etc.*, non de Christo, sed ad litteram dicitur de David. Hie autem modus damnatus est in illo concilio : et qui asserit sic exponnendas Scripturas, haereticus est. Beatus ergo Hieronymus super Ezech. tradidit nobis unam regulam quam servabimus in Psalmis : scilicet quod sic sunt exponiendi de rebus gestis, ut figurantibus<sup>1</sup> aliquid de Christo vel ecclesia. Ut enim dicitur I Cor. x, 11 : *Omnia in figura contingebant illis.* Prophetæ autem aliquando dicuntur de rebus que tunc temporis erant, sed non principaliter dicuntur de eis, sed in quantum figura sunt futurorum : et ideo Spiritus sanctus ordinavit quod quando talia dicuntur, inserantur quedam quæ excedunt conditionem illius rei gestæ, ut animus elevetur ad figuratum. Sicut in Daniele multa dicuntur de Anthioce in figuram Antichristi : unde ibi quedam leguntur quæ non sunt in eo completa, implebuntur autem in Antichristo ; sicut etiam aliqua de regno David et Salomonis leguntur, quæ non erant implenda in talium hominum regno, sed impleta fuere in regno Christi, in cuius figura dicta sunt : sicut Psal. LXXI : *Deus iudicium etc.*, qui est secundum titulum de regno David et Salomonis ; et aliquid ponit in eo quod excedit facultatem ipsius, scilicet, *Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis, donec auferatur luna : et iterum, Dominabitur a mari usque ad marr, et a flumine usque ad terminos etc.* Exponitur ergo Psalmus iste de regno Salomonis, in quantum est figura regni Christi, in quo omnia complebuntur ibi dicta.

Distinctio ejus in prima est quod sunt centum quinquaginta Psalmi ; et competit mysterio, quia componitur numerus iste ex 70 et 80. Per 7 a quo denominatur 70 significatur decursus hujus temporis quod peragit septem diebus : per 8 vero a quo denominatur 80, status futurae vite. Octava enim secundum *Glossam* est resurgentium ; et significat quod

<sup>1</sup> Al. : « figurantes. »

in hoc libro tractantur ea quae pertinent ad decursum praesentis vite, et ad gloriam futuram. Item per septem significatur vetus testamentum. Patres namque veteris testamenti septenario serviebant: observabant enim septimum diem, septimam septimanam, septimum mensem, et septimum annum septimae decadis, qui dicitur Jubilans. Per octo vero significatur novum testamentum: celebramus enim diem octavum, scilicet diem Dominicum propter solemnitatem dominicae Resurrectionis: et in hoc libro compleuntur<sup>1</sup> mysteria veteris et novi testamenti. Secunda distinctio est secundum quosdam, qui dicebant quod Psalterium dividitur in quinque libros, per quinque Psalmorum distinctiones, quae sunt per statu*fiat*; et hoc in greco, ubi hebreus habet amen, amen. Et in hoc notatur finis libri cuiuslibet secundum eos: et hoc est primo in Psalm. xl: *Beatus qui intelligit.* Item in lxxi: *Deus iudicium tuum.* Item in lxxxviii: *Misericordias Domini.* Item in cvi, scilicet in secundo: *Confitemini:* et sunt quinque libri. Sed haec distinctio non est apud Hebreos, sed pro uno libro habetur. Act. i, 20: *Sicut scriptum est in libro Psalmorum lxviii: Fiat commoratio etc.* Qnod autem dicit, *fiat, fiat,* vel amen, amen, non refertur ad finem libri, quia in aliis libris multoties hoc ponitur, nec est finis libri. Tertia distinctio est, quia psalmi distinguuntur in tres quinquagena; et haec distinctio comprehendit triplicem statum populi fidelis: scilicet statum penitentiae: et ad hunc ordinatur prima quinquagena, quae finitur in *Miserere mei Deus,* qui est psalmus penitentiae. Secunda justitiae: et haec consistit in iudicio, et finitur in Psal. c: *Misericordiam et iudicium.* Tertio laudem gloriae concludit aeternae; et ideo finitur: *Omnis spiritus laudat Dominum.*

Sed circa ordinem Psalmorum secundum est, quod Psalmi quidam tangunt historias, sed non sunt ordinati secundum ordinem historiae. Nam *Diligam te Domine,* pertinet ad historiam Saulis, sed

*Domine quid multiplicati sunt, ad historiam pertinet Absalonis;* et haec est posterior: nude aliquid aliud significant praeter historiam tantum. Prima ergo quinquagena pertinet ad statum penitentiae, et ideo figuraler tractatur in ea de tribulationibus et impugnationibus David, et liberatione ejus. Et ut divisio fiat secundum litteram, David in regno suo existens, contra duplice impugnationem vel persecutionem oral. Primo contra eam que fuit contra totum populum Dei: et hoc in quinta decade: Psal. xli: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontem aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.* Universaliter autem iustus in persona sua duplice affligitur: quandoque a temporaliter consequentiibus, quandoque ab aliquibus injuste viventibus: n Petr. ii: *Animam justi iniquis operibus cruciabant:* Ps. xli: *Defecatio tenuit me etc.* Et ideo primo ponit Psalmos pertinentes ad primam persecutionem David, secundum quod significat aliquid contra Christum et ecclesiam. Secundo ad secundam tribulationem pertinentes, in quarta decade: Ps. xxxi: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* Item David in regno suo existens duplice tribulationem passus est: quia a specialibus personis, et a toto populo. Primo ergo ponuntur Psalmi contra personam. Secundo Psalmi in quibus orat contra secundum: et hoc in tercia decade, scilicet *Deus Deus.* A specialibus autem personis duabus persecutionem passus est: scilicet ab Absalone, et a Saule. Et per hoc significatur persecutio quam sancti patiuntur, vel a domesticis, vel ab estraneis: sic Christus passus est a Iuda, et a Iudeis. Primo ergo ponuntur psalmi contra primum. Secundo contra secundum: et hoc in secunda decade: Psal. xi: *Salve me fac Domine, quoniam deficit sanctus, quoniam diminuta sunt veritates a filiis hominum.* Primo ergo agendum est de prima decade, in qua premititur psalmus iste, scilicet *Beatus vir etc.*

\* justam

<sup>1</sup> Al.: « continentur. »

## PSALMUS PRIMUS

1. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non seddit.* Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

2. *Et erit tamquam lignum quod plantatum est securus deversus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Et folium ejus non defluet.

3. *Et omnia quaecunque faciet prosperabuntur.* Non sic impi, non sle : sed tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terre. Ideo non resurgent impi in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam novit Dominus viam iustorum, et iter imotorum peribit.

1. Hic Psalmus distinguitur contra totum opus : non enim habet titulum, sed est quasi titulus totius operis. Sed et David Psalmos composit per modum orantis, qui non servat unum modum, sed secundum diversas affectiones et motus orantis se habet. Hic ergo primus Psalmus exprimit affectum hominis elevantis oculos ad totum statum mundi, et considerantis quomodo quidam proficiunt, quidam deficit. Et inter beatos Christus fuit primus ; inter malos Adam. Sed notandum : quod in uno omnes convenient, et in duobus differunt. Convenient in beatitudine, quam omnes quarunt ; differunt autem in processu ad beatitudinem, et in eventu hujus : quia quidam pervenient, et quidam nou. Dividitur ergo psalmus iste in partes duas. In prima describitur processus omnium ad beatitudinem. In secunda eventus, ibi, *Et erit tamquam lignum quod plantatum est securus decursus.* Circa primum duo facit. Primo tangitur processus malorum ; secundo bonorum, ibi, *Sed in lege Domini voluntas ejus etc.* In processu malorum tria consideranda sunt. Primo deliberatio de peccato, et hoc in cogitatione ; secundo consensus et executio ; tertio inductio<sup>1</sup> aliorum ad simile : et hoc est pessimum. Et ideo primo ponit consilium malorum, ibi, *Beatus vir etc.* Dicit autem qui non abiit : quia quandiu homo deliberat, est in eundo. Secundo ponit consensus et executionem dicens : *Et in via peccatorum,* idest in operatione. Prover.

iv, 19 : *Vix impiorum traherosa, nesciunt ubi corruant. Nou stetit,* scilicet consentiendo et operando. Dicit autem *impiorum*, quia impietas est peccatum contra Deum, et peccatorum contra proximum, et in cathedra, ecce tertium, idest inducere alios ad peccandum. In cathedra ergo quasi magister, et alios docens peccare : et ideo dicit *pestilentiae*, quia pestilenta est morbus infectivus. Prov. xxix, 8 : *Homines pestilentes dissipant civitatem.* Qui ergo sic vadit, non est beatus, sed qui contrario modo. Beatitudo autem hominis in Deo est. Psalm. cxiii, 15 : *Beatus populus cuius est Dominus Deus ejus etc.* Est ergo processus rectus ad beatitudinem primo, ut subdamus nos Deo : et hoc dupliceiter. Primo per voluntatem, obediendo mandatis ejus ; et ideo dicit : *Sed in lege Domini;* et hoc specia-liter pertinet ad Christum. Joan. vi, 38 : *Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Convenient similiter et cuiilibet justo. Et dicit in lege per dilectionem, non sub lege per timorem 1 Timoth. 1, 9 : *Justo non est lex posita.* Secundo per intellectum jungiter meditando ; et ideo dicit, *In lege ejus meditabitur die ac nocte,* idest continue, vel certis horis dici et noctis, vel in prosperis et adversis.

Describitur in hac parte felicitatis even- tus : et primo ponit diversitatem ejus : secundo assignat rationem, ibi, *Quoniam novit Dominus etc.* Circa primum duo facit. Primo ponit eventum bonorum : secundo malorum, ibi, *Non sic impi etc.* Circa eventum bonorum nimirum similitudine : et primo proponit eam ; secundo adaptat, ibi, *Et omnia quaecunque faciet etc.* Similitudo namque sumitur a ligno : in quo tria considerantur, scilicet plantatio, fructificatio, et conservatio. Ad plantacionem vero necessaria est terra humectata ab aquis, alias areseceret ; et ideo dicit : *Quod plantatum est securus decursus aquarum,* idest juxta fluenta gratarum. Joan.

<sup>1</sup> Al. : « introductio. »

vu, 38 cap. : *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ viae.* Et qui juxta hanc aquam radices habuerit, fructificabit bona opera faciendo; et hoc est quod sequitur, *Quod fructum suum dabit.* Gal. v, 22 *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas etc.* In tempore suo, scilicet modo quando est tempus operandi, Gal. ult. : *Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Sed nec arescit, immo conservatur. Quaedam arbores conservantur in substantia, sed non in foliis: quedam etiam in foliis conservantur, sic et justi: unde ait, *Et folium ejus non deflectet*, idest nec in minimis operibus et exterioribus deseruntur a Deo. Prov. xi, 28 : *Justi autem quasi vires folium germinabunt.*

3. Deinde enim dicit, *Et omnia*, adaptat similitudinem, quia beati in omnibus prosperebuntur: et hoc quando consequentur finem intentum, quantum ad omnia quæ desiderant, quia justi pervenient ad beatitudinem. Ps. cxvii, 23 : *O Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare, etc.* Eventus malorum contrarius est, quod describitur, ibi, *Non sic etc.* Et circa hoc duo facit. Primo ponit similitudinem; secundo adaptat, ibi, *Non resurgent.* Sed nota quod hic præmittit *non sic*, et *non sic* his, propter majorem certitudinem. Gen. xli, 32 *Quod secundo vidisti, indicium firmitatis est.* Vel *non sic* faciunt in processu, ideo *non sic* recipiunt in eventu. Luc. xvi, 25 : *Recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tibi vero cruciatur.* Comparantur vero proprie pulveri, qui tria habet contra ea quæ de viro justo sunt dieta. Quia non adhaeret terre pulvis, sed est in superficie. Lignum vero plantatum est radieitus. Item lignum in se compactum est. Item humidum est. Sed pulvis in se divisus, siccens et aridus est. Per quem signatur, quia boni adunati sunt caritate sicut lignum. Ps. cxvii, 27. *Constituite diem solennem in condensis, usque ad cornu altissimum.* Mali vero divis. Prov. xii, 10 *Inter superbos semper iugia sunt.* Illos boni inhaerent radieitus in spiritualibus et bonis divinis, sed mali in exterioribus bonis sustentantur.

Item sunt sine aqua gratiae. Gen. iii, 19 *Pulvis es etc.* Et ideo omnis malitia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea et de fico, Isa. xxxiv, 4. De bonis vero dicitur hic quod *folium ejus non deflectet.* Luc. xxi, 18 : *Capillus de capite vestro non perribit.* Sed de istis malis dicitur quod tota liter projiciuntur a facie, idest bonis superficialibus, quos *centus*, idest tribulatio projicit a facie terre. Job iv, 8 *Vide eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo perisse, et spiritu oris ejus esse consumptos.* Deinde adaptat similitudinem ibi, *Youresurgent, quia sicut pulvis sunt.*

Sed contra u Cor. v, 10 : *Omnes nos manifestari uoptet ante tribunal Christi.* Item I Cor. xv, 51. *Omnes quidem resurgen-*

*genus.* Ad quod dicendum, quod dupliciter hoc potest legi. Resurgere enim proprie in judicio dicitur homo, quando causa sua sublevatur per sententiam judicis. Iste ergo non resurgent, quia sententia pro eis in judicio non fertur, sed potius contra: unde alia littera habet, *Non stabilientur.* Boni vero sic: quia licet afflicti sint ex peccato primi parentis, tamen habebunt sententiam pro se. *Nec que peccatores congregabuntur in consilio justorum.* Quia boni congregabuntur in vitam aeternam, ad quam mali non admittentur. Vel dicendum, quod hoc intelligitur de reparacione justitie ad quam reparantur proprio iudicio. I Cor. xi, 31 *Si nosmetipsos iudicaremus, non utique iudicaremur.* Et quantum ad hoc dicit, *Non resurgent in iudicio*, scilicet proprio, de quo dicitur Eph. v, 14 *Exurge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.* Quidam vero reparantur consilio honorum: et isto modo etiam mali non resurgent a peccato. *Vel impa-* <sup>djudica-</sup> <sup>remus</sup> *tidem* *in iudicio*, id est in iudicio discussionis et examinationis, quia, secundum Gregorium, quidam condemnabuntur, et non iudicabuntur, ut infideles; quidam iudicabuntur nec condemnabuntur, scilicet Apostoli et viri perfecti; quidam iudicabuntur et condemnabuntur, scilicet mali fideles. Sic ergo fideles non resurgent in iudicio discussionis, ut examinentur. Jean. iii, 18 : *Qui non credit,*

*jam judicatus est.* Peccatores vero non resurgent in consilio justorum, ut scilicet judicentur, et non condemnentur. Deinde ratio<sup>1</sup> redditur quare hujusmodi non resurgent in iudicio : *Quaniam novit etc.* Et proprio loquitur : quia quando aliquis seit quod perditum est, reparatur ; quando vero nescit, non reparatur. Justi autem per mortem dissolvuntur, sed tamen Deus novit eos. u Tim. ii, 19 Cog-

*norit Deus qui sunt ejus, novit scilicet notitia approbationis, et ideo reparantur ; sed quia non novit viam impiorum notitia probationis, ideo iter impiorum peribit. Ps. cxviii, 176. Erravi sicut ovis quae perierunt : quare servum tuum, Domine, quia mandata tua non sum oblitus. Ps. xxxiv, 6*

*“ Fiant viae illorum tenebrae et lubricum etc.*

## PSALMUS 11

1. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania ? Astiterunt reges terra, et principes converuerunt innum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

2. Dirumpamus vineula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.

3. Qui habitat in celis irridebit eos, et Dominus subsaepnabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.

4. Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus, predicans praeceptum ejus.

5. Dominus dixit ad me : Filius mens es tu, ego hodie genui te.

6. Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.

7. Reges eos in virga ferrea, et tamquam vas fragili confringens eos.

8. Et nunc, reges, intelligite : erudiunni qui iudicatis terram.

9. Servile Domino in timore, et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta.

10. Cum exarserit in brevi ira ejus, beati omnes qui confidunt in eo.

Præmisso Psalmo, in quo quasi universaliter descripsit statum et processum humani generis, in hoc procedit ad materiam propriam, scilicet tribulationes suas signantes tribulationes Christi : et circa hoc tria facit. Primo implorat divinum auxilium contra tribulationes imminentes orando. Secundo gratias agit exauditus, et hoc in octavo Psalmo : *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra ?* Tertio ostendit fiduciam inde conceptam, et hoc in decimo Psalmo : *In Domino confido : quomodo dicitis animæ mox, transmigra in montem sicut passer.* In tribulationibus autem potest homo duo petere. Primo petit ut liberetur. Secun-

do ut hostes deprimantur ; et hoc facit in septimo Psalmo, *Domine Deus meus in te etc.* Circa primum duo facit. Primo implorat auxilium contra tribulantes. Secundo contra decipere molientes, et hoc in quinto Psalmo : *Verba mea.* Circa primum tria facit. Primo commemorat machinationes insurgentium contra ipsum. Secundo implorat auxilium contra iam insurgentes, et hoc in tertio Psalmo : *Domine quid multiplicati.* Tertio confidens se exauditum, invitat alios ad confidendum de Deo ; et hoc in quarto Psalmo : *Cum invocarem.* Sed attendendum est, quod totus iste Psalmus nihil continet de oratione, sed de malitia insurgentium. Circa quem Psalmum in generali sciendum est, quod de eo fuit duplex opinio. Quidam enim dixerunt quod idem est cum primo Psalmo : et haec fuit Gamalielis. Et propter hoc dicebant, quod sicut ille Psalmus : *Beatus vir qui etc.* ita iste quasi pars ipsius finit : *Beati omnes qui confidunt in eo,* ut sit quasi circularis. Sed contra hoc sunt duo. Primo quia sic non essent centum quinquaginta Psalmi. Sed ad hoc respondeatur, quia addunt unum qui invenitur in pluribus Psalteriis : et incipit, *Pusillus cram etc.* Et secundo, quia in hebreo Psalmi secundum ordinem litterarum ordinantur, ut quotus sit Psalmus statim occurrat : nam in primo est Aleph, ad designandum quod sit primus ; in secundo est Beth, ut designetur quod sit secundus ; in tertio est Gimel, et sic est in aliis.

<sup>1</sup> Al. : e non. \*

Quia ergo Beth, quae littera est secunda in ordine alphabeti, ponitur in principio hujus Psalmi, patet quod est secundus Psalmus, et hoc tenet Augustinus. Dicendum est ergo, quod Psalmus iste in ordine Psalmorum est secundus, sed primus in titulo: et hic est titulus ejus. Psalmus proprio dicitur a Psalterio, quod est quoddam instrumentum decachordum, quod manu tangitur: nnde dicitur a psallere, quod est manu tangere, et habet tactum a superiori: unde Psalmus proprio dicitur cauticum, quod David cantabat, vel cautari faciebat ad Psalterium. Mystice autem per decachordum Psalterium signatur lex Dei, quia in decem praeceptis consistit, et oportet quod tangatur manu, idest bona operatione, et a superiori, quia praecepta sunt implenda propter spem aeternorum, alias tangetur ex inferiori. Est ergo Psalmus David, quia ab eo compositus, et de regno ejus in figura regni Christi agit. Per David enim Christus convenienter significatur, quia David dicitur manu fortis, et Christus *Dei virtus*, I Cor. i, 48. Dicitur etiam David aspectu desiderabilis, et Christus *splendor gloriae*, Heb. 3: Ipse est in quem desiderant Angeli prospicere. I Pet. i, 12.

*Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* Psalmus iste dividitur in duas partes. In prima narratur machinatio molientium contra regnum David et Christi. In secunda ponitur eorum represso, ibi, *Qui habitat in carnis irridebit eos*. Circa priimum tria facit. Primo narrat machinantium rebellionem. Secundo contra quem machinatur. Tertio propositum machinantium. Secundum ibi, *Adeversus Dominum*. Tertium ibi, *Distrupans rincipia eorum*. Primo ergo historialiter sciendum, quod quando populus molitur rebellionem, primo surgit murmur in populo, post accedit auxilium magnatum ad perficiendum. Primo ergo ponit conatum populi murmurantis. Secundo auxilium magnatum, ibi, *Astirrunt reges terræ, et principes coniverunt in unum*. In populo autem sunt quidam minus habentes de ratione, qui sunt impotens: quidam plus, qui canti dicunt-

tur. Primi non moventur sensu ad rebellandum, sed magis impetu; et ideo dicit de his, *Fremuerunt*, quod est bestiarum: Prov. xix, 12: *Sicut frenitus leonis, ita et regis ira*. Secundi moventur consilio; et ideo de his dicit: *Meditati sunt inania*. Quia *vane sunt cogitationes hominum*, Psal. xcii, 11. Populus est multitudo hominum juris consensu sociata. Et ideo Iudei dicuntur populus, quia cum lege et sub lege Dei sunt. Alii dicuntur gentes, quia non sunt sub lege Dei. Vel ad litteram. In regno David erant gentes subjugatae, et Iudei fideles; et utriusque moliebantur contra eum; ideo dicit: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?* Non interrogat sed increpat, sicut ibi Sap. v, 8: *Quid nobis profuit superbia, aut dicitarum jactantia quid contulit nobis?* Item minores nihil per se facere possent, nisi haberent auxilium majorum: nnde ponit quosdam praebentes auxilium: primo per potentiam adjuvando: et quantum ad hoc dicit: *Astirrunt reges terræ, et principes coniverunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus*; quasi dicat, Illi fremuerunt sed alii astirrunt, idest affuerunt huic malitia. Item quidam præbuerunt auxilium per sapientiam consulendo: et quantum ad hoc dicit, *Convenierunt in unum*, scilicet ad consilium. Littera Hieronymi habet: «tractabant pariter.» Hier. v, 5: *Ibo igitur ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei sui etc.* Deinde enim dicit, *Adversus Dominum, et adversus Christum ejus etc.*, ponit patientes rebellionem. Ostendit enim contra quos fuit rebellio, quia contra Dominum, et contra regem ejus: Reges enim dicuntur Christi, idest mei: Psal. cxv, 15: *Nolite tangere Christos meos*. Qui ergo rebellat regi instituto per Deum, rebellat etiam Deo: Rom. xiii, 2: *Qui potestati resistit, Dei ordinatio resistit*. Et ideo dicit, *Adeversus Dominum, et adversus Christum ejus*, Reg. viii, 7: *Non te abjecerunt, sed me*. Mystice haec dicta sunt sub similitudine David de Christo: Act. iv, 25: *Domine, tu dixisti per os patris*

*nostri pueri tui David, quare fremuerunt gentes etc.* Convenerunt enim vere tu civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem uiristi etc. Et secundum hoc intelligendum est, quod gentes, scilicet milites, convenerunt contra Christum : *Et populi, scilicet Iudei, meditati sunt inuenia, credentes eum occidere totaliter, scilicet quod non resurgeret : Et reges terrarum, scilicet Herodes Asealonita prior qui occidit infantes : et posterius<sup>1</sup> Herodes Antipas ejusdem filius qui Pilato consensit : Et principes, idest Pilatus, ut ponatur plurale pro singulari per synecdochem. Vel principes sacerdotum convernerunt in unum, idest unam pravam voluntatem, adversus Doenium et adversus Christum ejus.*

2. Consequenter ponit propositum machinantium : unde dicit : *Dirumpamus vincula eorum etc.* Quod proprio dicitur : nam regis dominum dicitur jugum. In Reg. xii, dicitur ad Roboam, quod alleviaret de jngō quod imposuerat eis Salomon. Sicut enim boves junguntur jugo ad opus, ita homines ad dominium regni. Jugum antem removeri non potest nisi solvantur vincula. Vincula autem sunt in regno illa quibus firmatur potestas regia in regno, sicut milites, castra, et arma. Primo ergo oportet ista dissolvere, et tunc removere jugum. Spiritualiter in Christo est jugum lex charitatis : Matth. xi, 30 : *Jugum meum suave est etc.* Vincula sunt virtutes, spes, fides, charitas : Ephes. iv, 3 : *Solliciti serrare unitatem spiritus, in vinculo pacis : Eel. vi, 31 : Vincula illius alligatura salutaris.* Quod ergo conscientia hominis non sit sub jugo legis Christi, non potest esse nisi prius ruuntur haec vincula : quod faciunt qui dicunt Deo, *Recedo a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus etc.* Job xxi, 14. Hier. ii, 20 : *A seculo confregisti jugum, dirupisti vincula, et dixisti, non serviam.* Vel hoc dicitur in persona David a Christo ad suos servos ; *Glossa* : « quasi ipsi ita moluntur : sed, omei, *dirumpamus etc.* » sed non facit ad propositum.

3. Deinde cum dicit, *Qui habitat, po-*

*nitur oppressio molientium in regnum David.* Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo opprimitur a Domino. Secundo quomodo a Christo ejus, ibi, *Ego autem constitutas etc.* Contra hos, scilicet Dominum et contra Christum ejus moliti sunt, ut dictum est. Circa primum nota quatuor : scilicet irrisiōnēm, subsannationē, iratam locutionē, et conturbationē. Nam sicut aliquis puer nullius virtutis et potestatis, si pugnat contra gigantem, irridetur a gigante : ita si aliquis nullius potestatis moliri vult contra eum qui habitat in celis, irridetur ab eo. Job xxxv, 5 : *Suspice cerum et intuere et contemplare aetheram, quod altior te sit. Si peccaveris quid ei nocabit?* Et si perseveret impotens, tunc ille qui est potentior reprehendit et subsannat. Irrisio namque fit bucca, secundum Hieronymum in *Glossa*; sed subsannatio rugato naso atque contracto, ex quadam scilicet levi indignatione. Prov. i, 26 : *Ego quoque in interitu vestro ridebo, et subsannabo, cum vobis id quod timebatis advenierit.* Si autem nullo modo desistat, procedit ad vindictam ; et ideo dicit, *tunc loquetur ad eos in ira sua, idest proferet sententiam vindictae contra eos :* nam in Deum non cadit ira : sed quod est creatura, aliquando attribuitur creatori peranthropopathos, quod est humana propassio. Ps. vi : *Domine ne in ira tua etc.* Ultimo autem sententia executioni mandatur ; et ideo dicit, *Et in furore suo conturbabit eos, in corde et in anima in aeterna poena : hoc est sua virtute puniet eos.* Job xv, 23 : *Cum se moverit ad querendum paucem, novit quod paratus sit in manu ejus tenebrarum dies : terribit eum tribulatio, et angustia vallabit eum.* Haec quatuor erunt in judicio. Quia irridebit statuens eos a sinistris : Matth. xxv : *Subsannabit, dicens : Esuriri improveyando. Loquetur in ira, sententiando : Ite maledicti in ignem aeternum etc. Conturbabit, sententiam exequendo : Ibunt hi in supplicium aeternum etc.*

4. Sequitur consequenter ostendere, quomodo comprimantur a Christo ejus, cum dicit, *Ego autem. Insurrexerunt an-*

<sup>1</sup> Al. : « posterior. »

tem contra Christum David, populus, gentes, et principes. Primo ergo ostendit, quomodo Christus se habeat ad populum. Secundo quomodo ad gentes, ibi, *Dominus dixit ad me*. Tertio quomodo ad reges, ibi, *Et nunc reges intelligite etc.* Dicit ergo : *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus etc.* Scendum est autem, quod constitutus est rex a Deo in Ierusalem, et sua predicatione reduxit populum ; quasi dicat : Illi sic faciunt, sed intentum summ habere non possunt, quia *sum constitutus*, idest stabilitus, *rex super Sion*, idest super populum Iudaorum, qui erat in Ierusalem, cuius arx est Sion. *Ab eo*, scilicet a Deo : Ps. cxvi, 6 : *Dominus misericordia adjutor, non timebo quid faciat mihi hono.* Job xvii, 3 : *Pone me Domine iuxta te, et cujusvis manus pugnet contra me.* — *Sum autem constitutus rex super Sion montem sanctum ejus*, non propter me, sed ut regam populum secundum legem Dei ; et ideo dicit, *Prædicans præceptum ejus*, Mysticæ autem constitutus est rex, secundum illud Hier. xxiii, 5 : *Regnabit rex, et sapiens erit etc.* *Sion*, idest ecclesiam Iudaorum, quia dicitur mons sanctus, quia prius recepit radios solis : Matth. xv, 24 : *Non sum missus nisi ad oves etc.* II Reg. xix, 22 : *An ignoror me hodie regnum factum super Israël?* *Prædicans præceptum*, idest evangelium. Vel illud speciale præceptum de quo dicitur Joan. xm, 34 : *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem* ; et ejusdem xv, 12 : *Hoc est præceptum meum etc.* Hoc autem præceptum personaliter predicavit Iudeis, in persona scilicet propria : Matth. iv, 23 : *Circuibat Jesus totum Galileam doceens in synagogis eorum, et prædicans evangelium regni.* Rom. xv, 8 : *Dico autem Christum Jesum ministruum fuisse circumcisiorum propter veritatem Dei etc.*

5. Deinde cum dicit, *Dominus*, ex eadem historia ostenditur, quomodo se habet ad gentes : et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod Christo convenit habere potestatem super gentes. Secundo ponit usum potestatis, *Reges eos*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quo juro potestas sibi competit super gentes.

Secundo ponit acceptiōnēm ipsius potestatis, ibi, *Dabo tibi gentes*. Dicit ergo, *Dominus dixit ad me*. Hoc non usquequam completur de David ; et ideo intelligitur de Christo cui competit dominium super gentes duplii jure : scilicet hereditario, et meritorio. Primo ergo ponit jus. Secundo meritum, ibi, *Postula etc.* Est autem Christus rex universorum, sicut dicitur Hebr. i, 2 : et hoc competit ei, quia filius : Gal. iv, 7 : *Si filius, et heres per Deum* : et ideo agit de aeterna generatione Christi : in qua tria notantur. Primo modus generationis. Secundo proprietas filiationis. Tertio aeternitas filii generati. Modus ostenditur in hoc quod dicit : *Dominus dixit* : quia scilicet processit per modum intellectus. Uniuscujusque generatio est per modum ejus. Modus divina natura non est carnalis, sed intellectualis, immo est ipsum intelligere. Secundo generatio est processio secundum originem que inventur in re intelligibili, quae est secundum conceptionem verbi procedens ab intellectu ; et hoc est dicere verbum in corde ; et ideo dicit, *Dominus dixit*, quasi, dicendo me generavit. Unde Filius est verbum quod Pater dixit, idest gignendo produxit. Proprietas vero ostenditur in hoc, quod dicit, *Filius meus*, non adoptivus, sicut illi, de quibus dicitur Joan. i, 12 : *Dedit eis protestatum filios Dei fieri etc.* ; sed proprietate naturæ. Unde *Filius meus es tu naturalis, singularis, consubstantialis* : Matth. iii, 17 : *Hic est Filius meus dilectus.* Aeternitas ponitur in hoc, quod subiungit : *Ego hodie genui te*, idest aeternaliter : non enim est nova, sed aeterna generatio ; et ideo dicit : *Hodie genui te* : quia hodie praesentiam signalat, et quod aeternum est, semper est. Dicit etiam, *Genui te*, et non genero, ad designandum generationis perfectionem : cum enim generatio sit sine motu, simul est generari et generationum esse. Dicit etiam *Hodie*, ut designet praesimalitatem cum claritate que convenient Christo, *qui et haec inhabitat inaccessibilem*, I Tim. vi, 16 : et qui vere est, in quo nihil est praeteritum, vel futurum, vel obscurum, sed claram.

6. Supra positum est privilegium aeternae generationis, ex quo Christo compe-

tit dominium gentium, jure hereditario : hic ostendit, quomodo acquisivit per summum meritum. Ubi considerandum est quod sicut in naturalibus forme infunduntur secundum dispositionem materiae : ita Deus gratuita dona largitur : Philip. ii, 13 : *Dens est qui operatur in nobis velle et perficere etc.* ; et ideo vult ut recipiamus dona petendo et orando : hoc exemplum voluit ostendere per Christum, quia voluit quod petret, quod sibi iure hereditario competit. Haec autem postulatio pro gentibus vocandis potest intelligi dupliceiter. Primo per orationem, quia pro eis oravit : Joan. xvii, 20 : *Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me.* Item per passionem : Hebr. ix, 13 *Ut morte intercedente in redemptionem eorum prævaricationum quæ erant sub priori testamento, reprobationem recipient, qui vocati sunt aeternæ hereditatis* : quæ quidem postulatio non fuit vacua, quia in omnibus exauditus est pro sua reverentia Hebr. v, 7. Unde subditur concessio, cum subdatur, *Et dabo tibi gentes*. Ubi notandum est, quod ad Christum nullus venit nisi dono Patris : Joan. vi, 44 : *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum.* Datio autem gentilium est pure donum : nam Judæi quasi redditi sunt, quia ante dati erant : Rom. xv, 8 : *Dico Iesum Christum ministrum fuisse circumcisioñis etc.* et ideo dicit : *Dabo tibi gentes, ut scilicet subjiciantur tibi, et sint tua hereditas* : Phil. ii, 10 : *Ut in nomine Iesu omne genitiflectatur, caelatum, terrestrium et infernum*: Ps. xv, 6 : *Hereditas mea præclara est mihi.* Item non habet eas sicut ministri habent, ut Petrus vel Paulus, sed sicut dominus : Hebr. iii, 5 : *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tanquam fanulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant : Christus vero tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* Et ideo dicit, *Possessionem tuam* : Isa. xlix, 8 : *Ut possideres hereditates dissipatus, ut diceres his qui vinci sunt, exite, et his qui sunt in tenebris, revelamini. Terminos terræ :* quia per totum mundum adficata est Ecclesia. Sed postmodum per Nicolaum hereticum, et Mahometum ad infidelita-

tem redierunt. Vel expectatur fundanda : Isa. xlix, 6 : *Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Jacob, et facies Israel convertendas. Dedi te in lucrum gentium, ut sis salus mei usque ad extremum terræ* : Hebr. i, 2 : *Quem constituit heredem universorum etc.*

7. Deinde enim dicit, *reges*, ponitur executio potestatis : et secundum historiam posset expouiri, quia erat constitutus rex Judæorum, ideo et dominabatur gentibus aliquibus quas subiungaverat in figura universalis dominii Christi. Sed quia aliter reguntur cives, nam cives reguntur regimine misericordia, aliter hostes subjugati, scilicet regimine severa justitiae ; ideo dicit : *In virga ferrea.* Sed melius est ut referatur ad dominium spirituale Christi : necesse est enim quod qui regit, habeat virginem : Ps. xlvi, 7 : *Virga directionis, virga regni tui.* Ad hoc enim necessarii sunt reges, ut virginem habeant disciplinas qua puniant delinquentes. Et quia Christus constitutus est rex a Deo ad populum regendum, ideo dicit : *Reges vos in virga ferrea.* Et addit, *Ferrea*, ad designandum inflexiblem justitiam disciplinam. Virga namque qua regebantur Judæi, non fuit ferrea, quia frequenter exenserunt se adorando idola. Sed haec est virga ferrea qua regit gentes, quia non recedent amplius a dominio Christi, quando plenitudo gentium intraverit : Apoc. xi, 5 : *Mulier peperit masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Et tanquam vas siguli confringens eos ; quod exponitur per illud Hier. xviii, 3 : *Descendi in domum siguli, et ecce ipse faciebat opus super rotam, et dissipatum est vas quod ipse faciebat et luto manibus suis.* Conversusque fecit illud vas alterum. Et post, *Sicut lutum in manu siguli, sic vos in manu mea.* Quando enim vas siguli est recens, frangitur de facili a mida forma, et restituitur in bonam. Judæi conversi erant, unde non erant confringendi : eadem enim est fides eorum et nostra. Gentiles autem erant idololatria : et ideo erant confringendi, ut aliam formam acciperent, idest aliam fidem veram. Vel aliter : *In virga ferrea, bonos scilicet, et tanquam vas siguli, malos qui finaliter conferendi sunt* : Luc. ii, 34 *Ecce positus*

*est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum : Isa. xxx, 14 : Subito dum non speratur, veniet contritio ejus, et comminuentur sicut conteritur lagena figuli contritione percavida etc., ut sic, qui justus est, justificetur adhuc, et qui in sorribus est, sordescat adhuc.* Apoc. ult., 11.

8. Deinde cum dicit, *Et nunc*, ostenditur quomodo se habeat ad reges. Reprimat antem eos admonendo et attrahendo ad servitum Dei. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit admonitionem. Secundo assignat admonitionis rationem, ibi, *Ne quando irascatur*. Monet autem ad tria. Ad doctrinæ veritatem, ad obsequii humilitatem, ad correctionis susceptiōnem. Secundum, ibi *Servite*. Tertium, ibi, *Apprehendite*. Veritas autem dupliciter cognosci potest ab aliquo : vel per inventiones, et tales dicuntur bene intelligentes; vel per eruditionem, et tales dicuntur bene dociles. Iam regentium duplex est gradus. Quibusdam enim committitur universalis gubernatio, qui dicuntur reges. Quibusdam aliquid speciale judicium, et hi dicuntur judices. Primos ergo exhortatur ad intelligentiam : nam *intelligens gubernacula possidebit*, Prov. i, 5. Secundos ad erudendum, ut scilicet ab aliis formam judicij accipiant; et ideo dicit, *Intelligite et eruditimi*: Sap. vi, 2: *Audite reges et intelligite, discite judices finium terræ*.

9. Deinde enim dicit, *Servite*: post intellectum convenienter ponit servitum, quia servitus Dei, quae est latraria, est professio fidei. Et ideo primo oportet quod credat, et postea confiteatur et serviat : Rom. x, 10: *Corde creditur ad justitiam, ore autem etc.* Dicit autem Dominus : qui enim servit homini, sufficit ut exterius subjiciatur ei obediendo; sed qui servit Deo, oportet quod interius secundum animam subjiciatur ei, bonum affectum habendo : Psal. lxi, 6: *Nunc Deo subjecta erit anima mea etc.* Dicit autem *In timore*, qui sanctus permanet, nec sinit peccare, ut *Qui stare se existimat, videat ne cadat.*<sup>1</sup> i Cor. x, 12. Et notandum secundum Augustinum<sup>2</sup>: quod rex servit Deo in quantum homo, in se juste viven-

do, sed in quantum rex, leges ferendo contra ea quae sunt contra Dei justitiam: unde in hoc Psalmo prefiguratur status ecclesie: nam a principio reges terræ faciebant leges contra Christum et christianos, sed postea considererunt leges pro Christo. Et primum ostenditur cum dixit : *Astiterunt*: secundum ibi, *Servite Domino*. Ne autem haec servitus, miseria videatur, addidit : *Et exultate ei cum tremore*. Quia timor Domini non est miseria, sed gaudii: propter quod Lev. x, 19: *Respondit Aaron ad Moysen, Quoniam possunt placere Deo mente lugubri?* Sed ne ista letitia presumptionem habebet vel negligentiam, ideo subiungit, *Cum tremore*, qui est metus subitanus: Phil. ii, 12: *Cum metu et tremore vestram salutem operamini*. Consequenter monet ad susceptionem, cum subdit, *Apprehendite*: ut nemo vivat ut liber, sed ut dectet. Et ideo dicit *disciplinam*, praecpta et bonos mores, vel adversa, quasi presidium et munimentum: Ps. xvii, 36: *Et disciplina tua correxit me etc.* Et ponitur ratio admonitionis, *Ne quando irascatur*: et est duplex ratio: ad evitandam punam, et ad consequendam gloriam, ibi, *Beati omnes qui confidunt in eo*. Dicit autem : *ne quando*, propter patientiam Dei, quia in hoc saeculo diu sustinet: Psal. vn, 12: *Nunquid irascitur per singulos dies?* dicens: *Nisi conversi furitis*: quasi dicat, Servetis admonitionem, ne veniat tempus punitionis. *Ne percatis de via justa*, scilicet justitiae et societatis honorum, quod est valde penosum his qui dulcedinem justitiae gustaverunt. Littera Hieronymi habet, *Percatis de via*; non est ibi *justa*. Quando enim homo in mundo est, est sicut in via: nam si cedit, potest resurgere. Nec dicitur perire quod reparari potest, etiam quod non cedit de via, sed in via. Sed si perit de via irreparabilis est. Et quia nullus intelligit, in aeternum peribunt. Et ideo dicit *Cum*.

10. Ponitur alia ratio, quae est ad consequendam gloriam: quasi dicat, *Apprehendite disciplinam*, quia *cum exarserit etc.* *Beati erunt omnes qui confidunt in eo*. Bene dicit *Cum exarserit*: modo cuim

<sup>1</sup> Parm.: « Rom. x, 9. »

non ardet, cum castigat ut pater; sed in futuro absorbebit et ardebit, quando puniet poena aeterna Isaiae xxx, 27: *Ecce nomen Domini venit de longinquuo: ardens furor ejus, et gravis ad portandum: labia ejus repleta sunt imbuicatione, et lingua ejus quasi ignis decorans.* Dicit autem in brevi, quia non singula peccata separationem sed simul omnia discutiet. Unde illud iudicium in brevi fieri, nec durabit per milles annos, ut Laelantius dixit: 1 Cor. xv, 52:

*In momento, in iectu oculi, in novissima tuba: et tunc omnes boni in immortalitatis gloriam immutabuntur: unde, Beati qui confidunt; quasi dicat: Vindicta non modo non attinet confidentes, sed beati erunt, quia ad regnum pervenient: quae beatitudo vel gloria major apparabit ex pena malorum: Hier. xvii, 7: Beatus vir qui confidit in Domino, erit Dominus fiducia ejus etc.*

## PSALMUS DAVID III

*1. Cum fugeret a facie Absalon filii ejus.*

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgent adversum me. Multi dicunt anima mea: non est salus ipsi in Deo ejus.

2. Tu autem, Domine, susceptor meus es; gloria mea, et exaltans caput meum.

3. Voces mea ad Dominum clamavi, et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormivi et soporatus sum, et exsurrexi, quia Dominus suscepit me.

4. Non timebo nullia populi circumdantis me: exurge Domine, salvum me fac. Deus meus. Quoniam tu percessisti omnes adversantes nulli sine causa: dentes peccatorum contrivisti.

5. Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.

1. Superior Psalmus ostendit conatum adversariorum: hic contra eorum conatum implorat auxilium divinum. Et est hic Psalmus editus per modum orationis. In quo Psalmo possumus ponere fundimentum historicum, et postea ponere sensum allegoricum, et interius moralem. Sensus historicus patet per titulum, qui est, *Cum fugeret a facie Absalon filii sui.* Ut II Reg. xv, habetur, Absalon filius David persecens patrem suum quererebat eum occidere: cui David cessit cum suis exiens de Hierusalem nudis plantis. Intellexit hoc sibi contingere propter peccatum homicidii et adulterii, sicut Nathan propheta ei praedixerat: II Reg. xi, 10: *Non recedet gladius de domo tua in semipermanum, eo quod despereris me.* Num autem Absalon perseceretur David, conversus est contra eum exercitus David; Absalon autem impetu multo ductus est sub ramosam querem, ubi circumnecessitibus ramis collum ejus, ibique capite intercepto pendens, a Joab principe mili-

tia: David, interfectus est. Quo mortuo, David restitutus in regnum in pace regnavit. Contra istam ergo persecutionem est iste Psalmus, *Domine quid etc.* Per haec tamen praefigurabatur persecutio quam Christus passus est a filio suo Iuda. Ioan. vii, 33: *Filioli, adhuc modicum vobiscum sumus.* Et iterum Matth. ix, 15: *Nimquid possunt filii sparsi lugere etc.* A quo Iuda Christus fugit, quando illo discendeente, cum caeteris Apostolis in montem Oliveti secessit imminente passione. Et sicut David pacem exhibuit iniquo filio, quando praecepit populo eunti ad bellum II Reg. xviii, 5: *Servate puerum Absalon, et eo interempto dixit, II Reg. xviii, 33 Quis mihi det ut moriar pro te, filium Absalon etc.*: ita Christus Iuda preditori, ut patet in convicio et in osculo: propter quod bene Absalon pax patris dicitur. Abba enim hebraice, latine pater interpretatur. Salutem vero pax. Et ipse Judas cum prolatione pacis prodidit Christum. Et sicut Absalon, ita et Judas suspensus interiit. Quo mortuo Christus in pace regnavit, quia in gloria resurrexit. Et potest ad omnes tribulationes Ecclesia referri. Potest et moraliter contra tribulationes, quas quis ab inimicis sive temporalibus, sive spiritualibus patitur. Et ideo exprimitur affectus hominis implorantis. Cire hoc ergo duo facit. Primo premitit adversariorum conatum, sive exponit Deo suum tormentum. Secundo constitetur adesse sibi divinum auxilium, *Tu autem Domine etc.* Persecutionem autem ponit, quantum ad nocentium numerum, *Multo-*

*plicati sunt, scilicet gentes, populi, reges, et principes.* Et non solum hi extranei, sed etiam filius : Ps. xxxix, 13 : *Multiplicatae sunt super caput meum etc.* Et quantum ad nocendi, molivum, quia sine causa. Unde : *Quid : I Reg. xxvi, 18 : Quid feci, aut quod est in manu mea malum ?* Et quantum ad multiplex tormentum, quia vexant multipliciter tribulando. Unde *Tribulant.* Tribulus est herba pungitiva : Gen. iii, 18, *Spinas et tribulos germinabit tibi.* Illi igitur tribulant, qui pungunt. Christum autem punxerunt colaphizando, flagellando, conspuendo, et illundendo, et mortem intentando. Et hoc est quod dicit : *Multi insurgunt, scilicet factis.* Absalon enim voluit occidere David, ut patet in consilio Chusi, II Reg. xvii. Similiter et Judas tradidit Christum ad mortem. Item tribulant verbis detrahendo, sive falsa proponendo : unde *Multi dicunt etc.* Contra illud quod dicitur Ps. xxxvi, 39 : *Salus autem justorum a Domino.* Si enim hoc considerarent impii, non de facili insurgerent contra justos ; sed quia hoc non credunt, vel quia contument Dei potentiam vel hominis justitiam, ideo dicunt ore et opere, *Non est salus illi etc.*, idest in eo quem colit, et sibi Deum facit. Hoc dicunt etiam persecutores de Christo : si enim resurrectum sperarent, nec Judas traderet, nec illi occiderent. Et est sensus : Non salvabit eum, nec est filius Dei : unde dicebant Matth. *Si filius Dei es, descende de cruce :* et infra, *Si rex Israel est, descendat nubes de cruce, et credimus ei?*

2. *Tu.* Hae est pars secunda. Ubi ostendit sibi a Deo paratum auxilium. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit sibi specialiter adesse divinum auxilium. Secundo generaliter omnibus, ibi, *Domini est salus.* Et circa primum tria proponit. Primo auxilium divinum. Secundo auxilium experimentum, ibi, *Voce mea.* Tertio securitatis conceptum, ibi, *Non timebo.* Dicit ergo, *Tu autem Domine* ; quasi dicit : *Isti insurgunt ad bellandum, sed tu suscips ad protegendum.* Et hoc est melius per litteram Hieronymi quae dicit : *Clypeus meus circa me, quasi defensus*

*tue : deus clypeus.* Item non solum servans in vita contra delere volentes, sed etiam in gloria contra infanantes ; unde ait *Gloria mea : I Cor. i, 31 : Qui gloriatur, in Dominio glorietur : Hier. ix, 24 : In hoc glorietur qui gloriatur, seire et usse me.* Et non solum contra infanantes mihi assistis, sed etiam praevale me facis contra opprimentes ; unde subiungit : *Exaltans caput meum : Psal. xxvi, 6 : Et nunc exaltarit caput meum super inimicos meos.* Hac possunt referri ad Christum, qui conceptus fuit secundum humanam naturam in incarnatione, quoniam *Verbum caro factum est.* Joan. i, 14. Isa. xlii, 4 : *Ecce servus meus, suscipiant eum ; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea : Ps. lxxiv, 5 : Beatus quem elegisti et assumpsisti.* Item gloriosus fuit in resurrectione : Joan. xvii, 5 : *Clarifica me tu, Pater.* Item exaltatus in ascensione ; Phil. ii, 9 : *Propter quod et Deus etc.*

3. Deinde cum dicit, *Voce,* ostendit experimentum auxillii. Et ponit tria : scilicet orationem, ibi, *Voce mea.* Secundo exauditionem, ibi, *Et exaudiavit me.* Tertio ostendit in quo est exauditus, ubi ait : *Ego dormiri etc.* Circa primum duo tangit quae debent esse in oratione : nam debet esse attenta. Et ideo dicit : *Voce mea,* scilicet cordis, quae sonat Deo, qua Moyses tacens ore clamabat corde ad Dominum : Exod. xiv, 13 : *Dixit Dominus : Quid clamas ad me etc.* Hac etiam voce clamans Susanna est exaudita : Dan. xii, 35 : *Quia fleus susperit in cordum, erat enim cor ejus habens fiduciam in Dominum etc.* I Reg. i, 13 : *Porro Anna loquebatur in corde suerte.* I Cor. xiv, 13 : *Orabo spiritu, orabo et mente.* Et ideo dicit *Mea.* Vox enim quando non procedit ex corde, non est mea. Item debet esse recta : tunc enim est recta, quando tenet ibi debet : et ideo dicit, *Ad Dominum,* ubi est auxilium : n Paral. xx, 12 : *Cum ignoramus quid agere debemus, hoc solum habemus residuum ut oculos nostros diriganus ad te : Ps. cxx, 1 : Auxilium nomen a Domino.* Item debet esse devota : unde addidit, *Clamari : clamosa manusque*

<sup>1</sup> Ali. : « autem. »

dicitur oratio, propter magnitudinem affectus : Ps. ci, 2 : *Cum amor meus ad te veniat etc.* Heb. v, 7 : *Cum clamore valido et lacrimis etc.* v, 7 : Deinde ponitur exauditio, cum dicit : *Et exaudiuit me de monte*, idest de sublimitate divinae maiestatis, quia inaccessibilis est : Ps. xxiii, 3, *Quis ascendet in montem Domini*, idest ad omnipotentiam suam : vel de altitudine justitiae sue, quia incomprehensibilis est : Ps. xxxv, 7 : *Judicia tua abyssus multa* : *vel de monte sancto*, idest de me qui eram mons sanctus, de quo Is. ii, 2 : *Et erit in novissimis diebus preparatus mons dominus domini etc.* Sequitur, *Ego dormivi*. Ubi ostendit in quo sit exauditus. Quia surrexi. Est autem differentia inter mortuum et dormientem : quia mortuus non resurget : Job xiv, 14 : *Putasne mortuus hominum vivat*; dormiens vero resurget : Ps. xl, 9 : *Nunquid qui dormit non adieciet ut resurgat?* Sic ergo quando tribulatio est tanta ut homo non redeat ad statum priorem, dicitur mors. Sed quando tribulatus, vel tentatus cadit in peccatum et resurget, dicitur dormire. Sic David quasi dormit, quia liberatus est a filio et peccato. Dicitur autem dormire, quasi parum ; soporari vero, quasi multum : unde alia littera dicit, *Somnum cepi*, idest profunde dormivi. Sic Christus dicitur dormivisse, quia sponte se passioni obtulit ; et quia soporatus est, mors subsequuta est. Unde a dormitione transivit ad somnum. Iste sopor signatur in sopore Adam. Gen. ii, 21 : *Immisit dominus soporem in adam etc.* quia de latere Christi in cruce mortui formata est Ecclesia. Ait ergo, *Et exsurrexi*, propria scilicet virtute : Joan. x, 18 : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam*. Et hoc est, quia *dominus suscepit me*. Alia littera, *Sustentavit*. Habuit enim virtutem divinitatis, quod surgeret. Ps. xxxv, 24 : *Cum ceciderit justus, non collidetur, quia dominus supponit manum suam*.

4. Deinde cum dicit, *Non timebo*, ponitur fiducia securitatis : quasi dicat : ox

quo sic sum exauditus, *Non timebo etc.* Iufra Ps. xxvi, 3 : *Si consistant adversum me castra etc.* In quo signatur, quod Christi ecclesia non potest omnino deprimenti. Christo etiam post resurrectionem multitudine populi, quae crucifixum circumstetit, nihil nocere potuit : nam *christus resurgens ex mortuis jam non moritur*, Romauor. vi, 9. Et unde habeat istam fiduciam, ostendit cum dicit, *Exurge, scilicet manifesta virtutem tuam faciendo me resurgere a morte* : et hoc est, *Salvum me fac etc. Quoniam tu percussisti etc.* Supra duo dixerat : *Quod tribulant oum : Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me* : et contra hos dicit : *Quoniam tu percussisti, item infamabant, non est salus illi etc.* : et contra hos, *Gentes peccatorum, idest maladicta verba in iritum deduxisti*; Job. 8 : *Contrebam molas iniqui etc.* Littera Hieronymi habet, *Percussisti molas et dentes* ; quasi dicat : Ita fortiter percussisti quod dentes contriti sunt. Maxilla fuit Absalon, dentes vero adhaerentes sibi. Unde destructo Absalone, alii sunt contriti.

5. Ultimo cum dicit, *Domini*, ostendit auxilium divinum esse toti populo. Et primo quantum ad conservationem<sup>1</sup> a malo ; et ideo dicit, *Domini est salus*. Et ideo oratio diriguntur<sup>2</sup> debet ad Deum. Secundo quantum ad multiplicationem bonorum ; et ideo dicit : *Super populum tuum benedictio tua*, idest super populum, qui de te et in te sperat, et non in alio, *Benedictio tua*. Benedictio Domini semper importat multiplicationem bonorum : Prov. x, 22 : *Benedictio domini divites facit*. Potest autem alter legi Psalmus iste secundum *Glossam*, ut scilicet loquatur hoc totus Christus, idest Ecclesia et caput ejus inter procellas persecutionum constituta. Vel moraliter potest legi Psalmus iste in persona uniuscujusque fidelis, qui a vitiis et cupiditatibus impugnatur. Et secundum hoc per David accipitur quilibet fidelis, per Absalon vitia et carnales concepientia, sicut patet in Glossa.

<sup>1</sup> Al. : « preservationem. »

<sup>2</sup> Al. : « fieri. »

## PSALMUS IV

1. *Victori in Psalbris canticum David.*

*Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi. Miserebre mei, et exaudi orationem meam.*

2. *Fili hominum usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendaciam?*

3. *Et scitote quoniam misericordia Dominus sanctum suum; Dominus exaudiens me, cum clamavero ad eum.*

4. *Irascamini et nolite peccare: quia dicitis in cordibus vestris, in cibilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiae, et sperate in Domino.*

5. *Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.*

6. *Dedisti letitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini et olei sui multiplicatis sunt.*

7. *In pace in idipsum, dormiam et requiescam. Quoniam tu Domine, singulariter in spe constitueristi me.*

4. In praecedenti Psalmo David imploravit auxilium Dei contra tribulationes orando, et sentiens se exauditum hortatur alios ut in Deo confidant. Et exprimit Psalmus iste affectus hominis qui experitus divinam misericordiam et beneficia et justitiam, hortatur alios ut non desperent. Titulus ejus est in finem Psalmus cantici David. In hoc titulo duo consideranda sunt pro toto libro: scilicet quod dicit Psalmus cantici. Secundo quod dicit, in finem. Quid primum ergo nota, quod David sicut legitur in Reg. vi, faciebat Psalmum metrice, et cantabat ante arcem eum Psalterio. Ergo psalmus dicitur quod cantatur ad Psalterium, sed non absque psalterio. In quibusdam autem Psalmis describitur psalmus David, ubi intelligitur quod est factus ad psalterium. In aliquibus prescribitur canticum David, quia cantabatur sine instrumento. In aliis, Psalmus cantici David, vel e converso: eo quod ille Psalmus cantabatur simul voce humana, et ad Psalterium. Sed in aliquibus incipiebat unus vel multi voce humana sine instrumento, et unus respondebat eum Psalterio; et hi intitulantur canticum Psalmi. In aliquibus vero unus cantabat Psalmum, eum Psalterio, et alii respondebant sine Psal-

terio: et hi intitulantur Psalmus cantici. Et haec differentia litteralis: sed mystica et secundum *Glossam*, Psalmus significat bonam operationem; canticum vero exultationem mentis de aeternis. Quando vero simili utrumque ponitur in uno Psalmo, significatur<sup>1</sup> quod de utroque agitur. Quod vero dicit in finem, si consideretur hoc quantum ad rem per Psalmum figuratum, manifestum est quia in finem intelligitur, idest in Christum: Rom. x, 4: *Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Sed si consideretur in finem secundum figuram, datur intelligi quod cantabatur pro consumptione operis vel negotii, sicut hic Psalmus pro consummata liberatione David a persecutione Absalonis factus fuit, quasi pro victoria. Alii dicunt victori, scilicet David, in Psalmis, quia omnes in Psalmis faciendis vinebant; sed hoc verum non videtur. Dividitur autem Psalmus iste in duas partes: nam primo incipit a gratiarum actione pro receptis beneficiis; unde ait: *Cum invocarem etc.* Secundo finitur in exhortatione aliorum ut convertantur ad Deum, ibi, *Fili hominum etc.* Circa primum duo facit. Primo enim agit gratias de praeteritis. Secundo orat pro futuris, ibi, *Miserere mei etc.* Circa primum duo facit. Primo agit gratias quod est exauditus. Secundo ostendit qualiter est exauditus, ibi, *In tribulatione etc.* Sed notandum quod hic est duplex littera: una dicit: *Exaudire*; alia habet *exaudisti*; et hinc concordat Hieronymus dicens, *Exaudisti*; in hoc tamen non est vis. Dicit ergo: *Cum invocarem, exaudisti etc.* ubi quatuor consideranda sunt. Primo ponit orationem et exauditionem: unde dicit: *Exaudisti.* Sed non *exaudisti* non clamantem; unde dicit: *Cum invocarem;* quod est implorare auxilium in necessitate. Ps. cxix, 4: *Ad Dominum, cum tribularer, clamari, et exaudire me.* Item requiritur, quod sit justus: quia si

audit peccatores, est ex misericordia non est ex justitia; et ideo dicit: *Justitiae meae*; ibi *Glossa*; idest dator justitiae, vel justificationis meae. Ps. xxxvi, 16: *Oraui Domini super justos*. Alius quod est primum, quod justitiam suam homo attribuit Deo, et non sibi; et ideo dicit: *Deus*. Contra quod Rom. x, 3: *quarreantes ignorantes Dri justitiam, et suam' rolementes statuere* etc. Primo ergo debet bonum suum attribuere Deo, secundo habere justitiam; tertio clamare: quarto exaudiri. Modus autem exauditionis describitur cum dicit, *In tribulatione*. Dicit exaudierit et dilatasti vel quia forte metrice factus est Psalmus ubi oportuit multari constructionem propter metrum; vel quia per modum orantis, ubi ex diversis affectibus mutat homo loquendi modum. Dicit autem, *tu tribulacione dilatasti mihi*, quia plus est dilatasti quam liberasti; quasi dicat, Non solum liberasti, sed in ipsa tribulatione cordis latitudinem tribuisti. Psal. xvii, 37: *Dilatasti gressus mros subtus me, et non sunt infirmata vestigia mea*. Vel latitudinem animi ad patienter sustinendum, vel latitudinem potestatis de qua dicitur Gen. ix, 27: *Dilatet Deus Japhet*. Deinde cum dicit<sup>1</sup>, *Miserere mei*, removendo scilicet quidquid remansit miseriae praeterite: *Et exaudi me*, orantem pro futuris bonis.

2. Deinde cum dicit, *Fili etc.* Convertit se ad aliorum exhortationem: et circa hoc duo facit. Primo redarguit peccatores; secundo exhortatur eos ad emendam, ibi, *Et scitote etc.* Circa primum duo facit. Primo commemorat conditionem; secundo arguit culpam, ibi, *Ut quid diligitis*; conditionem<sup>2</sup> commemorat dicens, *Fili hominum*: quod dupliciter potest intelligi. Primo in malo, sic, *Fili hominum*, quasi homines secundum naturam inferiorem corruptibles et propi ad peccandum. Gen. vi, 3: *Non permanebit spiritus natus in homine in eternum quia caro est*. Et iterum viii, 21: *Sensus et cogitatio hominum in malum prouident ad adolescentiam sua*. *Fili ergo hominum*; quasi dicat ostendit vos esse filios hominum, idest peccatorum, scili-

et Eva et Adae: *Usquequo gravi corde?* Isa. i, 4: *Vx genti peccatri, populo gravi iniuriantur etc.* Secundo in bono: quia homo in quantum homo, est imago Dei: unde *Fili hominum*, non bestiarum. Psal. 48: *Homo cum in honore esset, non intellexit*, etc. Et, *o gravi corde*, idest quia debetis habere cor grave et stabile, usquequo non convertimini ad Deum; et hoc est quod Hieronymus habet, *Fili viri, usquequo iniquiti mei ignoriniose diligitis vanitatem, quarreantes mendacium*; et sic convenienter arguit culpam, *Ut quid diligitis etc.* In peccato namque sunt duo consideranda, scilicet voluntas inhaerens rei, et intentio ordinata. Primo ergo tangit inordinatum amorem cum dicit, *Ut quid diligitis etc.* idest aliquid vanum, non solidum; temporalia quippe vana sunt, quia non continent solidum, sed pertransiens honum. Eccl. i, 2: *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*. *Ut quid ergo diligitis etc.* quasi dicat ut quid diligitis temporalia. Secundo tangit pravam intentionem cum dicit: *Et queritis mendacium*, idest quare amatissimam divitias, ut habeatis sufficientiam? Nam, Eccl. v, 9: *Avarus non impiebitur pecunia*. Hier. iv, 23: *Asperci terram etc.*, vel mendacium, idest idolum, I Cor. viii, 4: *Idolum nihil est*. Usquequo ergo diligitis, et queritis hoc, et non convertimini ad Deum?

3. Secundo cum dicit, *Et scitote*, hortatur peccatores ad emendam: et circa hoc tria facit. Primo commemorat beneficia sibi exhibita. Secundo hortatur ut ad Deum redeant, ibi, *Irascimini etc.* Tertio ostendit preminentiam sui ad illos in bonis, ibi, *Dedisti laetitium etc.* Dicit ergo, *Et scitote etc.* Sed notandum est, quod hic in greco est Diapsalma, in Hebreo vero est Sela, quod Hieronymus transtulit, feliciter, vel semper. Diapsalma ergo divisio psalmi est: quia quando cantabant, fiebant aliqua intervalla in Psalmo, ut ostenderetur quod sequentia ad aliam materiam pertinebant secundum Augustinum. Sed contra hoc est, quia secundum hoc, Diapsalma nunquam inveniretur in fine Psalmi; sed in Psalte-

<sup>1</sup> Al. deest: « cum. »

<sup>2</sup> Al.: « condemnationem. »

rio Hieronymi Sela invenitur in fine Psalmi. Et ideo sumptum est Sela ex ly *Salon*, idest *pucifice*. Et concordat cum Hieronymo qui interpretatus est *feliciter*. Sic ergo melius *pucifice*, quasi semper, et hoc Sela importat. Beneficium autem quod commemoratur est duplex : unum de praeterito, et aliud de futuro, ibi, *Dominus exaudiet*. Quantum ad primum dicit, *Et scitote etc.* : et cum sit principium sententiae continuatur cordi prophete, si-  
cūt illud in principio Ezech. : *Et factum est in trigesimo anno etc.* Nam Sela quod interpretatum est Diapsalma, ponitur hic : quod notat interruptionem. Vel con-  
tinuatur ad praecedentia ; quasi dicat : Nolite diligere vanitatem, et scitote qua-  
re? *Quoniam mirificavit Dominus etc.* Ecce quod bona mili fecit : quia scilicet *mirificavit etc.*, idest mirabilem reddidit. Potest etiam aliter continuari secundum *Glossam* ; quasi dicat : quia vana scitote, et scitote quid sequanimini : *Quoniam mi-  
rificavit Dominus etc.*, idest Christum per  
figuram principaliter intellectum, qui est *sanc tus sanctorum*, de quo Dan. ix, 24 : Hunc Deus ostendit mirabilem suscitando, et ad dexteram ejus eum collomando. Quilibet etiam justus mirabilis est ; quia majora sunt opera justitiae, quam miracula exteriora. Ps. lxvi, 36 : *Mirabilis Deus in sanctis suis*. Sed Christus est ma-  
xime mirabilis. Isa. ix, 6 : *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis*. Quantum ad se-  
cundum dicit, *Dominus exaudiet*. Isa. lxxv, 24 : *Antequam element, ego exaudiam etc.*

4. Deinde cum dicit, *irascimini*, exhorte-  
tur eos ad emendationem vita : et circa hoc tria facit. Primo exhortatur ut recedant a malo ; secundo ut tendant in bonum, ibi, *Sacrificate sacrificium* ; ter-  
tio movet questionem, ibi, *Multi dicunt etc.* Circa primum considerandum est, quod peccatum in nobis ut plurimum ex tribus consurgit : scilicet ex corruptione irascibilis, rationalis et concupiscentialis. Primo ergo prohibet peccatum quod con-  
surgit ex primo ; nūde dicit, *irascimini etc.* Hoc autem intelligitur tribus modis. Primo de ira inordinata ; quasi dicat : Permititur nobis quod motus iracundiae surgat in nobis : non tamen perducatis

iracundiam ad actum peccati. Ephes. iv, 26 : *Sed non occidat super iracundiam restram*. Secundo sic : *Irascamini*, idest contra vestra peccata. Isa. lxiii, 5 : *In-  
digatio tua ipsa auxiliata est mihi etc.* *Et nolite peccare*, scilicet iterum ; quasi dicat : Sic irascimini contra peccata praeterita ut non commitatis alia. Tertio de ira per zelum sic exponitur : *Irascamini* contra vitia aliorum ; et tamen *nolite peccare*, eos inordinate corrigoendo, quia debet ira dirigi per rationem. Secundo prohibet vitium rationalis, scilicet simulationem, dicens : *Quae dicitis in cordibus vestris, supple sint in vobis* ; quasi dicat : Non aliud sitis in corde, et aliud pretendentatis extra. Tertio prohibet quod surgit ex concupiscenti. *Compuigimini*, scilicet de peccatis quae fecistis : *In cu-  
bilibus vestris*. Rom. xii, 13 : *Non in cu-  
bilibus et impudicitias etc.* Vel dicendum, quod tangit duplex peccatum : scilicet ira, sicut dictum est, *irascimini* de ira per zelum. Secundo concupiscentiae. *Compuigimini quae dicitis in cordibus ves-  
tris*, idest male cogitatis, *in cubilibus ves-  
tris*, idest de occultis, vel in occultis. Et hoc magis sonat littera Hieronymi, qui dicit, *Loquimini et taret*, idest non pub-  
blicet inordinate execundo. Vel de ira per vitium, quam prohibet proce-  
dere ad opus, quod pejus est. Vel de ira contra peccata. Consequenterhortatur eos ut faciant bonum. Et primo dirigit eos circa principium boni, quia *Sacrifice-  
sacrificium justitiae* ; quasi dicat scilicet *compuigimini*. Levit. iv, mandatur quod offerant sacrificium pro peccatis. Sed Do-  
minus de hujusmodi non multum curat. Psalm. xxxix, 7 : *Sacrificium et oblatia nem admisi* : *ores autem perfecti mili* ; unde et vos, *Sacrificate sacrificium justitiae et sperate in Deo* : *muli di-  
cant quis ostendit etc.*, idest satisfactionis et penitentiae. Rom. xii, 1 : *Exhibeatis corpus vestrum Deo, hostiam circumtem, sanctam*, *Deo pro ente etc.* Secundo di-  
rigit eos circa finem boni, dicens : *Et specate in Domino etc.* ; quasi dicat : Si sitis sperantes in Domino qui dedit vobis haec operari.

5. Deinde cum dicit, *multi*, movet questionem quam dicunt. *Multi*, idest

stulti : dicunt autem, *Quis ostendit nobis bona*; quasi dicat : Quomodo scire possumus quae sunt haec sacrificia Deo acceptabilia? Hanc autem questionem solvit cum dicit : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine etc.* quasi dicat : Ratio naturalis indita nobis docet discernere bonum a malo; et ideo dicit : *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine etc.* Vultus Dei est id per quod Deus cognoscitur, sicut homo cognoscitur per vultum suum: hoc est veritas Dei. Ab hac veritate Dei refugiet similitudo lucis suae in animabus nostris. Et hoc est quasi Innen, et est signatum super nos, quia est superior in nobis, et est quasi quoddam signum super facies nostras, et hoc lumine cognoscere possumus bonum. Ps. lxxxvii, 16 : *In lumine vultus tui ambulant etc.* Super hoc autem signavimus signo Spiritus. Eph. iv, 30 : *Nolite contristare Spiritus sanctum in quo signati estis.* Et iterum signo crucis, cuius signaculum nobis impressum est in baptismo, et quotidie debemus imprimere. Cant. viii, 6 : *Pone me ut signaculum super cor tuum.*

6. Deinde enim dicit, *dediti*, ponit praeminentiam ejus ad illos peccatores in bonis: quasi dicerent ei : Tu nos exhortaris ad beneficia tua, sed non habemus omnia<sup>1</sup>; ideo comparat temporalia spiritualibus. Et primo ponit spiritualia; secundo temporalia, ibi, *A fructu etc.* Tertio praeminentiam spiritualium, ibi, *In pace etc.* Dicit ergo : Verum est quod omnes habeant lumen vultus desuper se: sed, o Domine, sanctis et mihi *dediti letitiam*, scilicet spiritualem, *in corde meo*, ut scilicet de te gaudeam. Rom. xiv, 17 : *Non est regnum Dei esca et potus; sed justitia et pax, et gaudium in Spiritu sancto:* et hoc est beneficium spirituale. Malis autem habent abundantiam temporalium; et ideo dicit : *A fructu frumenti, vini et olei sui, multiplicati sunt,* id est dilatati. Et per omnia ista temporalia intelliguntur omnia alia: quia omnia referuntur ad necessitatem vivendi: et sic frumentum pro cibo, et vinum pro potu,

oleum vero pro condimento accipitur. Alia littera habet, *A tempore frumenti;* ubi duplex bonorum istorum defectus innuitur, quia temporalia dicuntur a tempore. Sap. n, 5. *Umbra enim transitus est tempus nostrum.* Et quia unum non sufficit, oportet quod sint multa; ideo dicit : *Multiplicati sunt.*

7. Deinde cum dicit, *in pace*, ponit praeminentiam spiritualium; quasi dicit, Quid inter haec excedit? Certa laetitia cordis. Et hoc patet duplicitate. Primo, quia hoc bonum erit aeternum, illud vero temporale; secundo quia est unum et simplex, illud est multiplex. Secundum ponit ibi, *Quoniam tu, Domine singulariter etc.* Dicit ergo, *In pace etc.*: quasi dicit : alii in tempore, sed ego non, immo *in id ipsum.* Nola ergo, quod etiam in praesenti vita dicitur justus stare in bono, propter quatuor. Primo, quia non impeditur exterior: et ideo dicit : *In pace:* Isai. xxxii, 18 : *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis etc.* Secundo ex immutacione rerum habitarum, quia hoc semper idem manet; unde *in id ipsum.* Psalm. cxx, 3 : *Hierusalem quæ adfiscatur ut civitas, cuius participatio ejus in id ipsum.* Tertio, quia sine solicitudine: unde, *dormiam.* Cant. v, 2 : *Ego dormio etc.* Quarto ex quiete a labore conquirendi; unde dicit, *Ei requiescam.* Et hoc potest esse etiam hic in praesenti vita secundum inchoationem; quia sancti omnia ista habeunt hic æqualiter in Deo; sed haec omnia perfecte erunt in patria. Ethoc ideo habeo, dicit David, quia unum habeo, in quo sunt omnia haec: et hoc est quod ait, *Quoniam tu Domine etc.*: quasi dicit : uno modo in quadam spe singulari; *Constituisti me, scilicet vita æterna*, de qua infra dicitur Psal. xxvi, 4 : *Unam petum a Domino etc.* Et hoc respondet contra id quod dicit, *Multiplicati sunt:* ut *Quoniam tu Domine etc.*, quasi dicat, in te singulariter spero. Et hoc magis sonat littera Hieronymi, quæ dicit : *Quia tu Domine specialiter securum habitare me fecisti.* Ps. cxvn, 8 : *Bonum est confidere vel sperare in Domino etc.*

<sup>1</sup> Al. : « nostra. »

## PSALMUS V

## 1. In finem, pro ea qua consequitur hereditatem.

Verba mea auribus percipe Domine : intellige clamorem meum. Intende voci orationis meae, rex mens et Deus meus. Quoniam ad te orabo Domine.

2. Mane exaudies vocem meam. Mane astabam tibi et videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tuam. Neque habitabit juxta te malignus. neque permanebunt in iustis ante oculos tuos.

3. Odisti omnes qui operantur iniquitatem : perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus.

4. Ego autem in multitudine misericordiae tuae, introibo in dominum tuum, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

5. Domine deduc me in justitia tua, propter iniurias meas : dirige in conspectu tua viam meam.

6. Quoniam non est in ore eorum veritas : eorum vanum est. Sepulerum patens est guttura eorum, linguis suis dolose agebant.

7. Judica illos Deus. Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos : quoniam irritaverunt te Domine.

8. Et latentur omnes qui sperant in te : in aeternum exultabunt, et habitabis in eis. El gloriaruntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.

9. Quoniam tu benedices justo. Domine, ut sento bone voluntatis tuae coronasti nos.

1. Supra Psalmista orationem proposuit contra persequentes manifeste ; hic contra dolosos orat, ne decipiatur. Et circa hoc duo facit. Primo ponit petitionem contra dolosos, ne decipiatur. Secundo, ut lapsus reparetur, ibi, *Domine ne in furore etc.* Hic Psalmus habet titulum in quo est aliquid novi, qui talis est : *In finem pro ea qua consequitur hereditatem.* Ubi tangitur figura et mysterium. Figura quidem intelligi potest dupliciter. Primo, secundum quod Glossa exponit, et habetur in historia Genesis xxi, quod Sara videns indutem Ismaeleum cum Isaac filio suo, turbata est, et dixit ad Abraham : *Ejice ancillam hanc et filium ejus : non enim erit heres filius ancilla cum Filio meo Isaac.* Intellexit quidem Sara Iudum illum persecutionem esse contra Isaac ; Abraham autem dure accepit quod dixerat Sara de filio suo Ismaele ; sed dixit ei Deus : *Non tibi rideatur aspernum super pueram et ancillam tuam : omnia qua dixerit tibi Sara, audi*

*vocem ejus, quia in Isaac vocabitur tibi semen,* etc. : quasi dicat : Isaac tibi haberes erit unus, non Ismael. Unde infra xxv, dicitur : *Dedit Abraham cuncta qua possederat filio suo Isaac, filii autem concubinarum largitus est munera etc.* Potest ergo hic Psalmus referri ad hoc : quod populus Iudaorum secundum figuram consequebatur hereditatem promissionis Abrahæ, cuius erat capit̄ David, et Rex ; secundum mysterium vero populus christianus : Gal. iv, 28 : *Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus.* Ergo Psalmus iste tendit in finem, idest in Christum quem landat pro ea, scilicet pro Ecclesia, quar consequitur hereditatem, reprobata Synagoga. Alio modo, secundum litteram Hieronymi, titulus est, *Victori pro heredibus cunctis David :* et sic potest intelligi, quod iste Psalmus factus est pro victoria quam David habuit ad litteram. Et sciendum, quod David fugiens hereditatem amisit per Absalonem, sicut habetur u Reg. xvi. Unde sicut praeceps Psalms fuit pro liberatione et victoria contra Absalonem, ita hunc fecit pro recuperatione hereditatis : quia David reverso in Hierusalem, adhuc malitiosæ insurrexerant sibi et quidam alii contra eum. Unde u Reg. xx, mandavit David Amasa, quod usque in diem tertium convocaret omnes viros Iuda, ut persecuteretur Siba filium Bochri : quia magis afflicturns est nos filius Bochri quam Absalon. Pertransiverat enim omnes tribus Israel usque Abelam, omnesque electi congregati erant ad eum : quo decapitato regnavit David super omnem Israelem. In hoc ergo Psalmo secundum litteram tria considerantur. Primo petit exaudiiri. Secundo ostendit fiduciam sua exauditionis, ibi, *Mane exaudies.* Tertio proponit petitionem, ibi, *Domine deduc me.* Circa primum duo facit. Primo petit exaudiiri. Secundo signaliter rationem exauditionis, ibi, *Rex meus.* Notandum,

quod qui vult petere aliquid ab aliquo, sic procedit. Primo desiderat quod vult petere. Secundo meditatur verba propnenda. Tertio proponit ea apud exaudientem. Et e converso auditor. Primo percipit verba auditu. Secundo intellectu capit sensum verborum. Tertio inclinatur ad implendum desiderium potentis. Loquitur ergo David ad Deum, secundum similitudinem hanc. Et primo petit primum, scilicet ut audiat verba ejus exteriori auditu, cum dicit, *Verba mea auribus preceperunt, Domine.* Secundo petit sensum, scilicet intellectum verborum, cum dicit, *Intellige clamorem meum, non exteriorem, sed interiorem affectum:* Ps. xvii, 7 : *Clamor mens in conspectu ejus :* Hieronymus : Intellige murmur meum, quod cogitavi proponendum : et consonat illi translationi quae dicit *Meditationem.* Tertio petit tertium, scilicet exauditionem : *Intrude vocis orationis meae,* idest velis exaudire orationem meam : Psal. lxix, 2 : *Deus in adjutorium meum intende.*

Sed numquid Deus haec seorsum facit, audit, intendit, exaudit?

Dicendum quod metaphorice loquitur : scilicet ut omnia haec approbet, verba exteriora, meditationem interioram, et quae proponit.

Secundo ponit rationem exauditionis, cum dicit, *Rex mens.* Et est hoc principium versus secundum gravem. Ponitur autem triplex ratio exauditionis, scilicet ex parte Dei. Quarum una est *Rer mens.* Regis enim est gubernare. Ex quo ergo ad Deum pertinet, pertinet ad eum necessaria providere : Hier. x, 7 : *Quis non timebit te o rex gentium?* Alia ratio est, quia *Deus :* Deus enim finis est voluntatum nostrarum et conservator : Ps. xxvii, 7 : *In Deo speravit cor meum, et adiutus sum etc.* Et ideo dicit *Deus mens :* Isa. viii, 7 : *Nunquid non populus a Deo suo requiriat visionem pro risis et mortuis etc.* Tertia ratio sumitur ex parte orantis, cum dicit : *Quoniam ad te orabo, Domine;* quasi dicat : Conveniens est, quia promisi orantibus exauditionem. Matth. vn, 8 : *Omnis qui petit accipit, et qui querit inventit, et pulsanti aperietur.*

Nec refertur<sup>1</sup> quod dicit Hieronymus, *Deprecor, et hic dicitur, Orabo :* quia hoc designat continuationem orationis sine intermissione : quasi dicat : *Orabo, quod tamen semper deprecor :* Luc. xviii, 1 : *Oportet semper orare, et non desistere.*

2. Hac est secunda pars Psalmi. Ibi primo ostendit fiduciam se habere de exauditione. Secundo fiducie rationem, ibi, *Mane astabo etc.* Dicit ergo : *Exaudiens vocem meam name :* secundo litteram, idest celeriter, quasi dicat tempestive. Hoc enim sperare debemus de Deo quod cito exaudiatur : Isa. xxx, 19 : *Ad vocem clamoris tui statim ut audierit respondebit tibi.* Idem penul. *Aduh illis loquentibus ego audiam.* Ratio fiduciae ponitur cum dicit, *Mane astabo etc.* Nota quod mane quadrupliciter dicitur : scilicet naturalis diei : Gen. i, 5 : *Factum est espere et mane dies unus.* Item vita humanae ; et sic juventus dicitur mane. Psal. lxxxix, 6 : *Mane floreat et transseat.* Item diei gratiae in prima conversione hominis ad Deum, quia tunc incipit habere lumen gratiae : Ps. lxxxix, 14 : *Repleti sumus mane misericordia tua.* Item aeternitatis : Ps. xxix, 6 : *Ad vesperam, scilicet in vita presenti, demorabitur fletus, et ad matutinum, scilicet aeternitatis, latitia.* Duplex ergo ratio assignatur confidentiae. Primo, quia mane astat, idest Deo adheret, et ad Deum se preparat ; unde Hieronymus habet, *Præparabor :* Eccl. xviii, 23 : *Ante orationem præpara animam tuam et noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Mane ergo dici, idest in matutinis, *Astabo tibi,* idest tibi intendam. Et hoc, quia tunc est homo liber a solitudinibus, et magis habet cor liberum ad cogitandum de Deo : Psal. lxi, 7 : *In nocturnis Domine meditabor in te :* Isaiae xxvi, 9 : *Sed et spiritu meo in praecordiis meis de mente vigilabo ad te, et exaudiens vocem tuam etc.* Quia devotos audit. *Mane,* scilicet gratiae, propulsis tenebris culpæ, *Astabo et Contemplabor,* ut habet littera Hieronymi. II Reg. xxii, 4 : *Sicut lux auroræ mane absque nubibus rutilat oriente sole etc.* *Exaudiens vocem tuam,* scilicet libe-

<sup>1</sup> A : a ete refert, o

rando a culpa et poena. Vel *manc*, scilicet in die aternitatis : Job xxxviii, 7 : *Ubi eras cum me laudarent astra matutina* etc. Et tunc homo totaliter exauditur. Vel *manc*, idest a juventute : *Astabotibi* : Thren. iii, 27 : *Bonum est vivo cum portaverit jugum Domini ab adolescentia sua* : Eccl. ult. 1. *Diligentis me diligo : et qui mane vigilaverint ad me, inceniet me.* Secunda ratio fiduciae est, quod videt; unde dicit, *Et videbo*: et exponit hoc primo quomodo aslet, cum dicit: *Ego autem in multitudine*. Primo dicit qui videt: scilicet qui sunt illi qui impeduntur ab exauditione, et quae sunt hujusmodi impedimenta: et isti sunt mali; unde dicit *Videbo*, scilicet *Quoniam Deus etc.* Ubi notanda sunt duo. Primo, quod mali excluduntur ab istis. Secundo quod inducuntur in mala poena, ibi, *Odisti omnes etc.* Circa primum loquitur de Deo sicut de aliquo homine qui diligit aliquos seu odit. Ubi triplex gradus potest esse: quia alicui peccatoris placet peccatum, alieni placet persona peccantis, alicui nentrum: sed tamen libenter et sine indignatione videt eum. Hoc autem non est in Deo: quia Deo non placet peccatum, nec respicit ad familiaritatem peccatoris. Item deditur eum videre: et ideo dicit quantum ad primum, *Videbo quoniam tu non es Deus volens iniqitatem*, idest non placet tibi. Quantum ad secundum dicit: *Neque habitabit iusta te malignus*, idest non habes eum in familiaritate tua. Ps. c, 7: *Nou habitabit in medio ihuus meus etc.* Item ibidem xxv, 3: *Odiici ecclesiam malignantium*. Quantum ad tertium dicit, *Neque permanebunt iusti*, idest peccatores, *ante oculos tuos*, scilicet approbationis: Habacue i, 13: *Mundi sunt oculi tui, et respicer ad iniqitatem non poteris.*

3. Hic ostendit quomodo inducuntur ad penam: et ponit triplicem ordinem. Triplicem enim gradus est, quo modo aliquis odit aliquem. Primo habet enim odio, volendo ei malum in corde. Secundo hoc exequitur inferendo penam. Tertio si quando punivit, tamen reconciliat eum sibi. Sed Deus primo odit; unde dicit, *Odisti omnes etc.* Sap. xiv, 9: *Similiter est odio Deo impius et impieos ejus.*

Sed contra. Sap. xi, 23: *Diligis omnium que sunt etc.*

Respondeo, quod Deus fecit, non odit; sed quod non fecit, scilicet peccatum. Sed, si nos perlitaciter insistamus, peccatorem odit inquantum non revoeat, et per penas ordinat.

Secundo infert ponam: et ideo dicit: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium*: Sap. i, 14: *Os quod mentitur occidit animam.* Nota quod triplex est mendacium: scilicet perniciosum, quod fit in nocumentum alterius sive spiritualis sive temporalis rei, puta in doctrina: et hoc est gravissimum. Jocosum, quod dicitur ad delectandum. Offiosum, quo quis loquitur ad proficiendum sive temporaliter sive spiritualiter. Et sciendum Augustinum, *Nihil mendacium officiosum est sine peccato*: quia si mentiris ut liberes aliquem hoc non est bonum: quia Apostolus dicit Rom. iii, 8: *Nostri sunt facienda mala ut veniant bona.* Praeterea omne malum posset fieri propter bonum; potest tamen officiosum esse aliquando veniale. Sed jocosum semper est veniale. Perniciosum vero semper est mortale: et de isto hic intelligitur. Tertio Deus sic odit sicut penas inferens qui non reconciliatur; unde subdit: *Virum sanguinem et dolosum abominabitur Dominus.* Illa abominatur quae in cognitione nostra non patimur. Viri sanguinum dicuntur illi quorum affectus est ad effundendum sanguinem: Prov. i, 16: *Pales \*\*\* curvum ad malum currunt, et festinat ut effundant sanguinem*; II Reg. xvi, 7: *Egredere vir sanguinem.* Dolosus est qui in dolo loquitur. Sed avertendum, quod ordinate procedit Psalmista: quia primo homino simpliciter operatur malum cogitando; et hos Deus odit. Sed quando addunt malitiam exequendo, provocant Deum ad puniendum. Sed quando perdurant, tunc Deus abominatur: Prov. xv, 9: *Abominatio est \*\*\* Deo rix a impia etc.*

4. Consequenter enim dicit, *cqd*, ostendit, quomodo astal domino: et circa hoc dno facit. Primo ostendit quomodo acedit ad Deum. Secundo, quam oratio ueni porrigit, ibi, *Adorabo*. Dicit ergo aliquis sibi: Tu dicas quod *non habitabit*

*juxta te malignus.* Sed numquid non tu es peccator? Quomodo ergo astabis? Et ideo dicit. Non secundum merita, sed *in multitudine misericordiarum tuarum introibo*, idest appropinquabo tibi. *In domum tuam.* Vel ad litteram dicitur templum, vel congregatio fidelium: 1 Tim. iii, 15: *Quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei.* Dan. ix, 18: *Non enim in justificationibus nostris prosternimus precies ante faciem tuam etc.* Sed tu cum sis peccator, idest vir sanguinum, quomodo appropinquas vel adoras? Certe, *In timore tuo*: Eccl. i, 28: *Qui sine timore est, non poterit justificari;* ideo dicit, *In timore tuo.* scilicet cum reverentia.

5. Supra petit orationem exaudiri; hic proponit eam. Et primo orat pro se. Secundo pro aliis. Circa primum duo facit. Primo proponit orationem. Secundo ponit ejus rationem<sup>1</sup>, ibi, *Quoniam non est.* Circa primum duo petit; scilicet deduci et dirigi; et hoc ideo, quia homo in mundo est sicut in via: Isa. xxx, 21: *ambulate Hac est via:* *ambulabitis in ea.* Qui autem vadunt per viam, indigent duobus: quia si via non sit secura, indigent duecatu· vel dirigente, si sit dubia. In mundo undique sunt hostes: Psal. cxli, 4: *In via hac qua ambulabam, abscondi- derunt laqueum mihi.* Item ignota est via: Joh. iii, 23: *Viro cuius abscondita est via etc.* Et ideo primo petit, *Domine, deduc me in justitiam tua*, secundum justitiam tuam, vel ut ambulem in tua justitia: et hoc, *Propter inimicos meos*: Ps. cxlii, 10: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:* *propter nomen tuum Domine vivificabis me in aequitate tua.* *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Alia translatio habet, *Dirige in conspectu meo viam tuam:* prima concordat cum Hieronymo: secunda cum greco; sed tamen idem est sensus: quasi dicat: *Domine, sum in via occulta:* Prov. xiv, 12: *Est via qua videtur homini recta*<sup>2</sup>, novissime autem deducit ad mortem: et ideo, *Dirige me in conspectu tuo,* idest secundum tuam providentiam, quia tibi nihil est occultum. Vel *in conspectu tuo*,

ut tibi semper placeam. Vel *in conspectu meo viam tuam*, ut scilicet semper sit in corde meo, ut te semper sequi possim.

6. Deinde cum subjungit, *Quoniam*, assignat rationem petitionis, et describit inimicos, et periculum imminens. Primo ex defectu boni. Secundo ex abundantia mali, ibi, quia *Cor eorum etc.* Defectus quidem est, quia si servarent pacem, possem eis pacificari et secure incedere. Sed *non est in ore eorum veritas;* quia alius habent in ore, et aliud in corde: Osse iv, 1: *Non est veritas:* et ideo non possum secure incedere. Item ex abundantia mali. Et primo quantum ad meditationem, cum dicit: *Cor eorum vanum est,* idest vana meditantur, ad quae attingere non possunt, scilicet decipere pauperes qui custodintur a te: Eccl. xi, 31: *Multa insidia sunt dolosis.* Secundo ex aviditate: quia, *Sepulcrum patens est guttus eorum.* Guttur servit ad gustum et locutionem. Uno modo potest legi, ut exponatur secundum quod ordinatur ad locutionem; quasi dicat: *Guttur eorum est sepulchrum patens:* nam sicut sepulcrum est locus mortuorum, et de eo egreditur fotor, ita locutiones eorum mortificant alios, vel spiritualiter vel corporaliter: 1 Cor. xv, 33: *Corruunt bonos mores colloquia prava.* Item facta sunt eloquia talium, quia turpia loquuntur: Eccl. xi, 32: *Erucent praecordia fœtentium.* Alio modo ut exponatur quantum ad comedionem et aviditatem: et hoc possumus accipere vel ad litteram; et sic sunt *Sepulcrum patens*, quia sunt voraces. Et propter hoc ut impleant voracitatem suam, adulantur, et inique agunt. Vel figuraliter: et sicut sepulcrum quantum est de se paratum est ad suscipiendum mortuos, sic isti semper sunt parati ad decipiendum: Hier. v, 16: *Pharetra ejus quasi sepulcrum patens.* Tertio quantum ad eorum oppressionem, *Linguis suis etc.:* quasi dicat: *Per verba blanda ducent ad mortem:* Rom. xvi, 18: *Per dulces sermones et blandie seducunt corda innocentium:* Hier. ix, 8: *Sagitta vulnerans lingua eo-*

<sup>1</sup> novissima  
<sup>2</sup> pma

rum etc. Haec potest esse oratio justi et ecclesiæ.

7. Consequenter cum dicit, *Judica*, oral pro aliis. Et primo contra malos. Secundo pro bonis, ibi, *Et latentur*. Circa primum tria facit. Primo petit corum judicium. Secundo determinat judicij modum, ibi, *Decidant* etc. Tertio assignat judicij causam, ibi, *Quoniam irritaverunt*. Dicit ergo, *Judica illos*, ex quo suut mali. Sed advertendum, quod duplex est judicium: scilicet discretionis, quo etiam boni judicantur: Psalm. xiiii, 1: *Judica me Deus, et discerne causam meam* etc. Secundo condemnationis: Jo. iii, 18: *Qui non credit, jam judicatus est*. Hic loquitur de judicio condemnationis, quo mali judicabuntur in extremo judicio: unde Hieronymus habet, *Condenna eos Deus*.

Sed contra: Matth. v, 44: *Orate pro persequentibus et calamitibus vos*.

Respondeo. Dicendum, quod prophetæ in sua prophetia non loquebantur voluntate propria: II Pet. i, 21: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophætia, sed Spiritu Sancto* etc. Et ideo que proferebant, dicebant secundum intellectum divine iustitiae: et ideo haec erant magis prædictiones futurorum quam orationes eorum: unde *Judica*, idest scio quod judicabis. Modus iustitiae duplex ponitur. Primo, ut deficiant ab intento. Secundo, ut removeantur a loco. Per primum impediuntur mala que intendunt: et ideo dicit, *Decidant a cogitationibus suis*, idest consiliis: Job v, 13: *Qui apprehendit sapientes in ustitia eorum, etc.* Vel *decidant*, idest puniantur propter cogitationes suas: Rom. ii, 15: *Cogitationum accusantium* etc. Sed per secundum expelluntur societate honorum; unde sequitur: *Secundum multitudinem* etc. Ille erit tuus quando Matth. xxv, 41, dicetur: *Ite maledicti etc.* Job xviii, 18: *Expellet eum de luce in tenebras etc.* Et dicit secundum multitudinem impietatum, quia secundum eas erit modulus condemnativus: Deut. xxv, 2: *Pro mensura delicti erit et plagarum modus*. Causa ponitur, *quoniam irritaverunt*, idest ad iram provocaverunt. Hoc in Deo

non iram, sed voluntatem ponendi ostendit. Alia littera *amaricarerunt te*, qui dulcis es, in te pertinaciter peccando. Peccatores primo peccant, post aggravant peccatum suum ex pertinacia, et Deus tunc non parcit, sed irritatur, idest inducitur ad vindictam: Rom. ii, 4: *An ignoras quod beniguitos Dei ad pauperrimam te addarit? tu autem secundum duritiam tuam*: Deut. xxxii, 21: *Ipsi me provocaverunt in eos quia non est Deus qui non erat*.

8. Consequenter cum dicit, *Et latentur*, ponit petitionem. Et primo ponit eam. Secundo subdit expositionem, *In aeternum*. Circa primum duo facit. Primo enim ponit quid petit, quia laetitiam; unde dicit *latentur*: hoc est enim finis bonorum omnium. Ps. lxvii, 4: *Justi epulentur et exultent in conspectu Dei, et delectentur in laetitia*. Secundo, quibus petit, quia sperantibus: *nude, Qui sperant in te*. Consequenter cum dicit, *In aeternum exultabunt*, exponit primo, et dicit, *Latentur*. Secundo, cum dicit, *Sperent*, ibi, *Quoniam tu benedixisti justo*. Laetitia namque sanctorum in patria est semiperna: et ideo dicit, *In aeternum*: et secura; unde addit, *Et habitabis in eis*: plena, propter quod subdit, *Et gloriaribuntur etc.* Semiperna quidem est, non temporalis: Isa. i, 11: *Lætitia semiperna super capita eorum etc.* Secura absque perturbatione: Isa. xxxii, 18: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiducie*; et ideo dicit, *Et habitabis in eis*, sicut protector: unde Hieronymus habet, *Et proteges eos*: Apoc. xxi, 3: *Ecco tabernacula Dei cum hominibus, et habitabit cum ris*. Est etiam plena: et hoc patet ex quatuor. Primo ex gloria inde concepta: unde, *gloriaribuntur*, quia non gloriantur quis de re nisi habeat eam excellenter. Sancti vero excellentissime Deum habent: ideo dicit, *gloriaribuntur*. Secundo ex materia: quia gloriantur de re plenissima, et de omni hono: Iohann. xvi, 24: *Usque modo non petistis quiddam in nomine meo: petite et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum*: Job. xv, 11: *Ut gaudium meum*

<sup>1</sup> Al. *addeat*: "quis."

*in robis sit etc.* Et ideo dicit *in te*. Tertio ex societate : quia solus homo non potest bene gaudere de aliquo, sed quando amicos habet secum particeps illius boni : et ideo dicit, *Omnis Ps. lxxxvi, 7 : Sicut letentur omnia habitat in te*. Quarto ex perfectione, *Qui diligunt* : hoc enim proprium est amicorum gaudere de bono amici, nec facile homo dimittit quod diligit.

9. Consequenter enim dicit, *Quoniam*, ostendit quare sperant. Quia primo de dono gratiae. Secundo ex misericordia predestinationis etc. Ex dono namque gratiae ; unde ait, *Quoniam tu benedicisti justo*, dando scilicet ei specialem gratiam : Ephes. 1, 3 : *Benedixit nos omni benedictione spirituoli in celestibus*. Et misericordia predestinationis : Eph. 1, 11 : *Prædestinati sumus secundum propositionem voluntatis ejus, qui operatur omnia in omnibus* : et hoc est quod ait, *Scuto bonæ voluntatis*, scilicet aeterna voluntate

\* in omni

misericordia suæ, qua ab aeterno disponuit salvare : Ephes. 1, 4 : *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaclati*. Quod autem ait ; *Ut scuto*, inquit quod ipsa voluntas Dei bona est sicut sentimus contra omnia mala : II Reg. xxii, 2, 3 : *Dominus sentum et robur meum etc.* Vel est hic ut sentum protegens, in patria vero ut scutum coronans. Consuetudo namque fuit Romanis antiquis uti sentis rotundis, et in illis habebant spem victoriae ; et quando triumphabant, illomet sento utebantur ut corona. Et inde sancti pinguntur cum scuto rotundo in capite : quia de hostibus adepti triumphanti, scutum rotundum ad instar Romanorum gerunt in capite pro corona. Dicit ergo : *Scuto bonæ voluntatis tue coronasti nos*; quasi dicat, Pro scuto coronationis nostræ habemus bonam voluntatem inam, que nos hic<sup>1</sup> defendit, et ibi coronat.

## PSALMUS VI

### 1. In finem in corinibus pro octava.

Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

2. Miserere mei, Domine, quoniam inturmo sum : sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde, sed tu, Domine, usquequo? Convertere, Domine, et eripe animam meam : salvum me fac propter misericordiam tuam.

3. Quoniam non est in morte qui memor sit tui : in inferno autem quis confitebitur tibi?

4. Laboravi in genitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo.

5. Turbatus est a furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.

6. Discidite a me omnes qui operamini iniuriam, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei. Exaudiavit Dominus depreciationm meam : Dominus orationem meam suscepit.

7. Erubescant et conturbentur vobiscenter omnes inimici mei : convertantur et erubescant valde velociter.

In praecedenti Psalmo petitum David ut deduceretur in via iustitiae propter inimicos ; hic autem ut lapsus reparetur. Et videtur hic Psalmus exprimere affectus hominis, qui pro peccatis castigatus, et

in manibus inimicorum datus, paenitentia peracta liberationem obtinuit : et ideo hic est primus Psalmus septem<sup>2</sup> paenitentialium. Qui septem sunt propter septem doinae sancti Spiritus, per quem quis paenitet : et omnes incipiunt a luctu, et terminantur in letitiam : quia per planctum paenitentie pervenitur ad regnum glorie : Matth. v, 5 : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Titulus talis est, *In finem Psalmi David pro octava*. Hieronymus transtulit, *Victori in Psalmis super octara canticum David*. De isto titulo restat videre, quid sibi velit hoc quod dicitur pro octava. Nam cetera exposita sunt. Scindendum ergo, quod tituli ab Esdra facti sunt partim secundum ea quae tunc agebantur, et partim secundum ea quae contigerunt. Habetur enim in historia Levit. xxiiit, quod in mense septimo Iudei faciebant festum tabernaculaorum septem diebus, et octavus dies inter omnes erat celeberrimus : erat enim dies

<sup>1</sup> Al. mittitur : & hic .

<sup>2</sup> Al. : & autem. »

cœlus atque collectæ, quæ siebant pro necessariis ad cultum divinum et pauperibus. Et forte David fecit hunc Psalmum in ista solemnitate, et dicebatur in octavo die. Pertinet autem festum istud ad mysterium: quia per octo significatur resurrectio, quando colligentur omnes a quatuor ventis a summo terra usque ad summum cœli, Matth. xiii. Vel dicitur octava propter *quorundam* falsam opinionem qui dicebant quod post septem millia annorum futura esset resurrectio, Domino ad judicium veniente. Sed nulli hoc tempus notum existit: Act. i, 17: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta etc.* Matth. xxiv, 36: *De die autem illa et hora nemo scit; neque Angeli eorum; nisi Pater solus.* Unde alia ratio est, quare per octavam designatur resurrectio: quia in praesenti saeculo duplex vita est. Una qua vacat homo rebus corporalibus, alia spiritualibus. Prima vita significatur per quaternarium, quia est numerus corporum, ut etiam dicit Plato, quia per ipsum significantur dimensiones. In solidis namque primus numerus corporalis est pyramis ut tradit Boetius in *Arith.* sua. Cum igitur pyramidis illa sit prima, quae triangula basi in altitudinem se tollit, sequitur quod quaternarius sit primus numerus solidus; ut v. g. si<sup>1</sup> posito triangulo super tres angulos erigantur linea, et ad unum medium punctum vertices jungantur, fit pyramis; cuius basis est suum triangulum; latera vero triangula. Secunda vero vita quae spiritualis est, significatur per ternarium: nam in planis figuris ternarius primus numerus superficialis existit. Et idem Boetius in *codem* libro dicit. Est enim primo superficies triangularis omni prorsus crassitudine carens. Septenarius, quod ex hismodi quaternario et ternario constitutur, sucedit octava, resurrectio corporum scilicet et animarum. In *Glossa* tamen alia ratio assignatur, ut dicatur quod ad corpus pertinet quaternarius, quia constat ex quatuor elementis, et quatuor afficitur qualitatibus, scilicet secca et humida, calida et frigida; et quatuor temporibus administratur: Vere,

Aestate, Autumno, et Hyeme. Ad animam vero pertinet ternarius propter tres vires anime, scilicet rationabilem, irascibilem et concupiscebilem. Peracta vero ultraque vita, scilicet corporali et spirituali, quasi septenario numero transacto, veniet dies iudicij, et suis iniunctique pro meriti jus reddetur. Vel ideo per octavam significatur resurrectio, quia octava aetate erit. Nam prima aetas currit ab Adam usque ad Noe. Secunda a Noe usque ad Abraham. Tertia ab Abraham usque ad David. Quarta a David usque ad transmigrationem Babylonis. Quinta a transmigratione Babylonis usque ad Christum. Sexta a Christo usque ad finem mundi. Currunt simul sexta et septima aetas, scilicet quiescentium et laborantium, et post has erit octava aetas resurgentium. Dividitur autem Psalmus iste in tres partes. Primo enim ponitur peccatoria; secundo penitentia fletus, ibi, *Laboravi etc.* Tertio utrinque fructus, ibi, *Discedeite.* Sed homo existens in peccato tria incommoda patitur, a quibus petit liberari. Primum est perversitas actus; secundum est valueratio naturae et debilitas; tertium reatus penae immensus. Primo ergo petit liberari a primo; et ideo dicit, *Domine ne in furore etc.* Secundo contra secundum; et ideo addidit orans, *Miserere mei etc.* Tertio contra tertium; et ideo subjungit, *Sed tu Domine etc.* Dicit ergo: *Domine, ne in furore tuo.* A malis actibus liberalis aliquis aliquem arguendo verbis, et corripiendo penis; et utrumque facit Deus. Sed argutio quandoque fit ad emendationem; et hoc est, *In misericordia Ps. cxl, 3: Corripet me iustus etc.* Quandoque ad condemnationem; et hoc est ira; et ideo dicit, *Domine, argui me, sed non in furore,* quia hoc est vindicta, et hoc fieri in iudicio, quando dicit Matth. xxv, 41: *Discidete a me maledicti etc. Esurici enim etc.* Isa. xxx, 27: *Ardeus furor ejus, et gracis ad portandum etc.* Modo autem arguit, sed non in furore; quia ad emendandum arguit, et non ad condemnandum: et hoc petit iste cum dicit, *Neque in ira tua corripies me:* quasi dicat, *Corripe me,* sed non in ira vel in furore, sed

<sup>1</sup> Al. deest: & si. \*

per flagella temporalia. Augustinus: « Hic ure, hic seca, hic non parcas, ut in aeternum parcas. » Hier. x, 24 : *Corripe me, verumtamen in iudicio.*

2. Deinde cum dicit : *Miserere*, petit liberari a secundo, scilicet a vulneratione naturae et debilitate. Et primo in generali infirmitatem exponit ; secundo in speciali, ibi, *Sana* etc. Dicit ergo, *Miserere mei Domine, quantum infirmus sum.* Peccatum est spiritualis infirmitas : nam infirmitas corporalis ex solutione debita proportionis humorum accidit : sic quando affectiones animae non sunt proportionatae, est ibi spiritualis aegritudo ; et ideo dicit *infirmus sum.* *Glossa.* *Infirmus sum* natura et vitio adeo quod justitiam tuam sustinere nequeo. Ps. cxv, 16 : *Serrus tuus ego sum, et filius ancilla tua.* Sap. ix, 5 : *Homo infirmus et exigui temporis, et minor ad intellectum iudicii et legum.* Deinde cum dicit, *sana*, etc. exponit in speciali quomodo sit infirmus : et hoc dupliceiter. Primo, quia anisit suam fortitudinem ; secundo, quia perdidit suam discretionem, ibi, *Et anima mea turbata est etc.* Dicit ergo : *Sana me Domine.* Hier. xvii, 14 : *Sana me Domine, et sanabor etc.* Quia si homo est liber a peccato, aptus est ad retinendum gratiam et virtutes, que sunt fortitudo hominis ; et ideo *sana me Domine*, et hoc ore, quia *ossa mea*, idest fortitudo mea, animae scilicet meæ virtus et fortitudo, *turbata est.* Item turbatur discretionis, inquantum peccatori videtur recte agere cum peccat ; et ideo dicit : *Et anima mea turbata est valde* : quia perversum habet iudicium de agendis ; ut scilicet quod bonum est judicet esse malum, et e converso. Deinde cum dicit, *Sed tu Domine*, orat contra reatum damnationis. Ubi tria facit. Primo enim ostendit periculum imminentem ; secundo petit auxilium gratiae, ibi, *Converte*re ; tertio exponit periculum imminentem, ibi, *Quoniam non est in morte etc.* Dicit ergo : *infirmus sum*, non possum per me surgere : *Sed tu Domine*, qui potes, usquequo non exaudies ? Ps. xii, 4 : *Usquequo Domine oblivisceris me in finem?* In hoc videbatur periculosum sibi, quod non convertebatur. Eccli. v, 8 : *Ne tardes converti ad Dominum, et ne*

*differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictæ disperdet te.* Habacuc i, 2 : *Usquequo clamabu, et non exaudiens vociferabor ad te eum potrem, et non sanabis etc.* quasi dicit : Quamdiu ero in peccato, et non dabitis auxilium ut resurgam ? et ideo petit auxilium, dicens, *Converte*re etc. Et tangit tria : scilicet conversionem, creptiunculam, et salvationem. Oculus hominis non illuminatur a sole nisi habeat directam oppositionem ad illum ; ita anima si debet recipere lumen divinum, debet habere directum aspectum ad Deum : et hujusmodi directus aspectus semper est paratus a Deo ; sed homo avertit se, et oportet quod Deus convertat, inquantum prims convertitur ad nos convertendo nos ad se ; et ideo dicit, *Converte*re. Thr. v, 21 *Converte nos Domine, et convertentur ad te etc.* Si aliquis compeditus traheretur ad suspendendum, ac videret aliquem de quo consideraret, rogaret attente ac diceret, *Eripe me.* Hoc modo orat iste dicens, *Eripe animam meam* ; quasi dicit, Eripe me tractum per peccatum, ductum ad mortem. Prov. xxiv, 14 : *Erue eos qui ducuntur ad mortem.* Ps. lxviii, 15 *Eripe me de luto ut non infigur etc.* Coloss. i, 13 : *Eripuit nos de potestate tenebrarum.* Item *Salve* me fac. Postquam liberaveris me a malis, perduc ad salutem, ps. lxi, 8 *In ipso salutare meum:* et hoc non per merita mea, sed propter misericordiam tuam, ad Titum iii, 3 : *Non ex operibus justitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit.*

3. Deinde cum dicit, *Quoniam*, ostendit periculum imminens. Et primo periculum praesentis mortis, scilicet naturalis. Secundo damnationis aeternæ a qua non est reditus : unde, *Quoniam non est in morte*, idest post mortem, qui memor sit tui, scilicet cogitando honestatem, si de ea non fuit memor in vita. Et hoc ideo, quia anima rationalis non habet flexibilitatem arbitrii post mortem. Eccl. xi, 3 *Sive occiderit ligum ad Austum, sive ad Aquilonem: in quocumque loco occiderit, ibi erit.* Secundum periculum est, quia in inferno est obstinatio, et non est ibi confessio, ista scilicet de qua

dicit Apostolus. Rom. x, 10: *Ore autem fit confessio ad salutem: et ideo dicit: In inferno autem quis confitebitur tibi?* Vel aliter; *in morte*, scilicet peccati, qui memor sit tui: quasi dicat: Te deprecor, eripe animam meam ne consentiam: quia in peccato meo non ero memor tui: Daniel. xiii, 9: *Declinaverunt oculos suos ut non viderent calum nec recordarentur judiciorum justorum. In inferno autem, idest in profundo peccatorum, quis confitebitur tibi?* Prov. xviii, 3 *In iugis cum in profundum venerit peccatorum, contemnet.*

4. Deinde cum dicit, *Laboravi*, ponit gemitum pénitentis: ubi tria videtur tangere. Primo tristitiam cordis. Secundo defectum rationis, ibi, *Turbatus est*. Tertio infirmitatem virtutis, ibi, *Iueteravi*. Tristitia cordis tripliciter indicatur. Primo per gemitum et suspiria. Secundo per corporis inquietudinem. Tertio per lacrymas. Quantum ad primum dicit, *Laboravi in gemitu meo*, scilicet suspirando: Thren. i, 22: *Multi gemitus moi, et cor meum maren* etc. Ps xxxvi, 9: *Itugiebam a gemitu cordis mei.* Dicit autem, *Laboravi*, quia labor est pugnare contra se, et tamen labor iste bonum fructum habet: Sap. iii, 15: *Bonorum laborum glorirosus est fructus.* Quantum ad secundum dicit, *Lavabo*: ubi duo ponit, scilicet lectum<sup>1</sup> et statum; et haec duo licet pro codem accipientur, tamen proprietatem sequimus. Stratum dicuntur panni qui sternuntur in lecto. Lectum, illud quod subtus ponitur, et dicitur lectus ab eligendo, scilicet stramina et similia, unde sit lectus. Per hoc ergo quod dicit: *Lacabo per singulas noctes lectum meum*, dat intelligere quod qualibet nocte surgebat, et appodiatus juxta lectum plorabat. *Littera Hieronymi* est, *Nature faciam lectum meum*: et est parabolica locutio. Vel *nature faciam*, idest ad modum natantis faciam habere ex inquietudine mea in eo. Dicit autem, *Lacrymis stratum meum rigabo*, quia etiam in lecto jacens plorando perfundebat pannos lecti, quasi irriguum lacrymarum. Moraliter, lectus in quo homo quiescit,

est conscientia, hanc lavat homo per lacrymas in pénitentia: Hier. iv, 14: *Lava a malitia cor tuum.* Per stratum vero designantur peccata, quae supersternuntur conscientia: quae quidem abluenda sunt lacrymis. quia lacrymae lavant delictum, quod pudor est confiteri. *Glossa*: Thren. ii, 11: *Defecerunt pre lacrymis oculi nici* etc. *Per singulas ait noctes*, idest per singula peccata. De singulis enim peccatis debet homo pénitendo plorare. Datur autem hic intelligi quod pénitens habeat vices interpolatas: quia inter bona que faciebat aliquando peccabat, et de singulis plorabat: unde non dicit per unam, sed per singulas noctes. Dicit autem *Rigabo* per inundantiam lacrymarum; Hier. ix, 15: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis* etc. Thren. ii, 18: *Deduc quasi torrentium lacrymas per diem et noctem, ne taceant pupille oculi tui.*

5. Consequenter cum dicit, *Turbatus*, ponit defectum rationis. Tristitia enim est causa ire; et ideo tristis irascitur de facili. Ira autem semper turbat oculum rationis. Turbati autem minus praeventit; et ideo dicit: *Turbatus est oculus meus*, idest ratio mea, sed a furore aliorum: irascitur enim David et turbabatur, quando videbat insurrexisse contra se Absalon filium suum et consiliarios ejus. Vel a furore suo, quia turbabatur contra peccata propria. Recognoscebat enim in statu persecutionis illius, quod propter peccata sua juste affligeretur; et haec ira non cecat, sed turbat. Alia vero ira excusat. Vel: a furore tuo, Domine Deus quo me punis, quasi provocatus a me, quia te turbavi: Isa. xxxvii, 14: *Attenuati sunt oculi mei, suspicentes in excelsum*: Job. xvi, 17: *Facies mea intuimuit a fletu et planctu* etc. Tertio ostendit infirmitatem virtutis, cum ait: *Iueterave* etc. Quando aliquis in juventute victoriosus fuit et fortis, si postmodum patiatur non solum ab extraneo, sed etiam a suis, reputatur senescere. Ita David, qui in juventute sua vicebat omnes, modo autem fugiebat bilini suum, dicit *iueterave*, scilicet aliorum reputatione: *Inter omnes inimicos meos*, manifestos scilicet et oculi

<sup>1</sup> Al. : a lectum.

\* Al. deest : a in.

tos : Hebr. viii, 13 : *Quod autem antiquatur et senescit, prope interitum est.* Vel peccator inveterasit, recedens a novitate Christi : de qua dicit Apostolus Rom. vi, 4 : *In novitate vita adulterii, ut serviamus in novitate spiritus.* Rom. vi, 6, Glossa : *Serviamus operibus novi hominis, idest Christi, quia non nostris viribus vel lege attingimus, sed gratia Spiritus sancti. Scientes quia retus homo noster simul crucifixus est.* Rom. vi, 6 : *Ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato.* Per quam servitatem reducitur quis in vetustatem peccati, membrum factus veteris hominis : propter quod monet Apostolus et suadet, Rom. xii, 2 : *Reformamini in novitate sensus restri, vel mentis restræ.* Reformamini, dicit Glossa, quia in Adam fuitis deformati in novitate etc. Novum hominem, scilicet Christum ; videlicet, imitantes hanc vetustatem et deformitatis miseriam, propheta sub interrogatione deplorat dicens, Baruch iii, 10 : *Quid est, Israel, quod in terra inimicorum es? Inveterasti in terra aliena etc.* Et consonat ei quod hic dicitur, *Inveterari inter omnes inimicos meos : vel daemones, vel omnia peccata quibus omnibus consensi ; et sic hoc quod dicit : Inveterari, secundum hunc sensum est materia gemitus ; quasi dicas, ideo lavabo etc.* quia *inveteraci* veterem hominem imitatus, vitiis omnibus me subiectus ; et tunc hoc quod dictum est *Turbatus est, etc.*, refertur ad statum penitentis. Vel potest referri ad materiam justitiae, et hoc quantum ad statum peccati ; quasi dicas : ideo *Inveteravi*, idest peccavi, quia *oculus meus, idest caro mea, turbatus est a furore,* idest ab impetu passionis : Ps. lvi, 9 : *Supercedidit ignis, scilicet concupiscentia secundum Glossam Augustini :* Et non viderunt solem, scilicet justitie : Daniel. xiii, 56 : *Concupiscentia subvertit cor tuum.* Item idem : *Exarserunt in concupiscentiam ejus etc.* ut neque recordarentur *judiciorum justorum.* Ab impetu ergo passionis dicit David in eo forte turbatum oculum rationis ut non videret coolum, et hoc fuit concupiscentia Bersabee, II Reg. II, quam ad se vocatam cognovit. Et postunodum cognito quod esset gravida, ad **crimen** adulterii

addidit crimen homicidii. Unde Uriam virginem Bersabee proditorie jussit occidi : pro quibus peccatis gravissimis justo Dei iudicio passus est a filio persecutorem.

6. *Discedite.* Haec est tercia pars principalis, in qua fractus poenitentie ponitur : unde hic se exauditum ostendit, et exinde gratulatur : et circa hoc tria facit. Primo enim repellit a se inimicos. Secundo confitetur se esse exauditum, ibi, *Quoniam exaudisti.* Tertio praenuntiat inimicorum eventum, ibi, *Eruescant.* Dicit ergo, *Discedite, etc.* Detur quod aliquis propter peccatum afflictus fuerit : post datum indulgentiam insultare potest inimicis, vel inducentibus ad peccatum, vel consequentibus corporaliter. Ad litteram Hieronymus dicit, *Discordit a me, inducentibus me ad peccatum : quia societatem vestram nolo :* II Cor. vi, 17 : *Propter quid separamini, dicit Dominus et immundum ne totigeritis, et ego recipiam vos.* Vel *Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, idest vos operarii iniqui persequendo me injuste.* *Discedite, inquam, a me quia Dominus mecum est tamquam bellator fortis :* II Cor. xx, 11 : Unde Ps. xxv, 3 : *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum.* Et per hoc signatur futura persecutio et separatio malorum a bonis : Matth. xiii, 49 : *Separabunt malos de medio justorum.* Item ejusdem xxv, 32 : *Separabunt eos ab invicem, sicut pastor segregat etc.* Et infra eod. cap : *Discedite a me maledicti etc.* Consequenter cum dicit quoniam exaudivit, praenuntiat se exauditum. Ubi advertendum est, quod superius tria præmisit : scilicet orationem, cum dixit, *Miserere : secundo deprecationem, ut liberaretur : Convertere.* Tertio luctum : *Laboravi etc.* Et haec tria dicit exaudita ordine retrogando. Et primo gemitum, dicens, *Exaudivit Dominus etc.* Gemitus sanctorum vocem habet apud Deum : Ecol. xxxv, 17 : *Non despiciet vocem pupilli, nec viduum, si effundat loquacem genitum.* Nonne lacryma vidua ad maxillam descendunt, et exclamatio ejus super deducentem eas ? A maxilla enim ascendunt usque ad coolum, et Dominus exauditor declarabitur in illis. Et Genes.

*Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Propterea diebat illa sancta domina Judith viii, 14 : *Indulgentiam ejus cum lacrymis postulemus.* Secundo depreciationem : est namque deprecatione proprie secundum *Glossam Cassiodori*, pro removendis malis ; Luc. i, 13 : *Exaudita est deprecation tua.* Dicit ibi *Glossa*, « *qua rogasti pro liberatione plebis.* » Ut ergo ostendat se liberatum a malis pro quibus rogaverat dicens : *Converte etc.*, subiungit, hic, *Exaudivit Dominus deprecationem meam.* Tertio orationem, ut scilicet intret in conspectu ejus : et hoc est quod subinfert, *Dominus orationem meam suscepit.* Et nota, quod ponit hic ter *Dominus* ut ostendat se exauditum a tota Trinitate : Ps. lxvi, 7 : *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.*

7. Consequenter cum dicit, *Eribescant*, ponit inimicorum evenitus ; ac si diceretur : Tu dicas inimicis tuis : *Discedite.* Sed quid erit eis discedentibus a te ? Certe *Eribescant etc.* Haec verba possunt exponi in bono et in malo. Si in bono, tunc dicta sunt per modum orationis. Ubi petit quatuor pro eis, scilicet erubescientiam de peccatis, quia hoc est principium emendationis vite ; Eccl. iv, 25 : *Est confusio adducens gloriam.* Unde *Eribescant.* Secundo dolorem de peccatis, *Conturbentur* : Ps. lix, 4. *Commovisti terram et conturbasti eam etc.* : Debet enim penitus habere vehementiam doloris, plus quam habuerit delectationem in peccato. Tertio conversionem ad Deum : unde *Convertantur* ; Isa. xxxi, 6 : *Convertimini sicut*

*in profundum recesseratis filii Israel.* Et quarto erubescientiam, *Eribescant et conturbentur vehementer.* Est autem erubescientia principium et finis emendationis. Sed aliter posset reddi ratio ; quia scilicet a principio erubescit quis oculos hominum, et hoc dolet, et vital mala ; in fine vero erubescit oculum rationis sue et oculum Dei : Rom. vi, 21 : *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* De secundo Luc. xviii, 13 : *Publicanus a longe stans nolebat nec oculos ad calum levare.* Ille autem fieri debet *valde velociter*, ut non tardetur : Eccl. v, 8 : *Ne tardes converti ad Dominum etc.* Si autem accipiuntur in malo, tunc per modum prænunciationis intelligenda sunt, quasi dicat, *Eribescant*, præ detectione peccati eorum coram omnibus : Isa. i, 29 : *Eribescant super hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus desfluen foliis etc.* Et *conturbentur*, timore et tristitia mirabili : Sap. v, 2 : *Turbabuntur timore horribili etc.* Et ideo dicit, *Vehementer omnes inimici mei convertantur*, recognoscendo culpam propriam et gloriam sanctorum : Sap. v, 3 : *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisione, et in similitudinem improprietatis: nos insensati etc.* Et *eribescant*, quia erit eis haec recognitio ad confusionem : et hoc, *valde velociter* : Isa. xxx, 13 : *Subito dum non speratur, veniet contritus ejus etc.* Job xxi, 13 : *In puncto ad inferna descendunt;* Thess. v, 2 : *Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet.* Cum enim dicent *pax et securitas etc.*

## PSALMUS DAVID VII

## 1. In finem Psalmus David quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Gemini.

*Domine Deus mens, in te speravi; salvum me fac ex omnibus persequentiis meis, et libera me. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.* Domine Deus mens, si feci istud : si est iniurias in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala.

2. Decidam meritum ab inimicis meis manus. Persequitur inimicus manus meam, et comprehehendat, et concolebit in terra vitam meam, et gloriam meam in polverem deducat.

3. Exurge Domine in ira tua : et exalte in finibus inimicorum meorum. Et exurge, Domine

Dens meus, in præcepto quod mandasti : et synagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in alium regredere.

4. Dominus iudicat populos, Iudica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innoecitatem meam super me. Consumetur iniquitas peccatorum, et diriges justum.

5. Scrutans corda et renes Deus. Justum adiutorum meum a Domino, qui salvos facit rectos corde.

6. Deus iudex justus, fortis, et patientis ; numquid trahet per stupulos dies ?

7. Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit : arcum suum tetendit, et paravit illum. Et in eo paravit vas mortis : sagittas suas ardentes efficit.

8. Ecce perturbit in justitiam, concepit dolorum, et peperit iniugitatem.

9. Laemus aperut, et effodit eum; et incibit in favorem quam fecit. Converteatur dolor ejus in *rapidum* ejus; et in verticem ipsius iniugatus ejus descendat.

10. Confitebor Domino secundum justitiam ejus, et psalmum nomini Domini altissimi.

1. Supra praemissi sunt Psalmi pro liberatione ab hostibus; hic ponitur Psalmus in quo petit vindictam de eis: et praeponitur titulus talis, *In finem quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Gemini*. Historia habetur II Reg. xvii, quod David fugit a facie filii sui, et Achitophel sapientissimus adhaesit Absalon. Chusi vero adhaesit David: quem remisit ut seiret consilia Achitophel, et ea sibi si-gnificaret. Cum autem Achitophel consilium dedisset Absalon nocivum valde patri suo David, scilicet ut statim eum invaderet antequam intaretur alieni, Chusi secreto significavit David, ut de campes-tribus fugeret ubi erat, et transiret Jordani ad Ioea munitionis. Isto ergo nuncio Chusi andito David, hoc cantinemus eccegit Domino: et ideo dicitur hic, *Quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Gemini*. Dicitur autem filius Gemini, quia forte de tribu Benjamin erat: vel ex aliquo descenderat qui habebat hoc nomen. Hieronymus non habet, *In finem*: nec pro *victoria*, sed pro *ignoratione*, vel *ignorantibus*. Et dicit *Super verbis athiopis*: tamen nescitur an fuerit athiops. Mystice autem hic Psalmus potest esse ecclesia, et contra persecutores. Et dicitur pro verbis Chusi, qui interpretator silentium, sed Gemini dextera; quasi dicat: Occulto divinae providentiae judicio factum est ut Achitophel, qui fratris ruina interpretatur, scilicet Judas Iscariotes, in ruinam, idest in mortem fratris sui, Christi videlicet, qui non confunditur vos vocare fratres, Hebr. II, 11. consilio et auxilio conspiravit. Sed quod ille ad perniciem unius hominis fecit, Christus ad salutem omnium inflexit, ut dicit *Augustinus in Glossa*. Hie autem Psalmus habet tres par-tes. Primo ponitur oratio. Secundo exauditio, ibi, *Dominius iudicat*. Tertio gratia-rium actio, *Confitebor Domino*. Circa pri-mum duo facit. Primo orat ut liberaretur ab hostibus. Secundo, ut hostes depri-

matur, *Exurge Domine in ira tua*. Circa pri-mum duo facit. Primo petit misericordiam. Secundo allegat suam innocentiam: *Domine Deus meus si feci istud*. Circa pri-mum tria facit. Primo premit orantis affectionem. Secundo proponit petitionem: *Salve me fac*. Tertio petitionis rationem, *Ne quando rapiat*. Affectus orationis est ut speret in Domino: Eccl. II, 11: *Quia nullas sperarit in Domino, et confusus est*: et ideo dicit, *In te sperari*. Petatio est duplex; petit enim salvum et liberari, secundum Dionysium. Liberari est removeri a malo; salvum conservari in bonis. Sic ergo petit quod salvetur a corruptione hostium, et liberetur ab eis. Et potest intelligi de corporalibus hostibus, et de spiritualibus: quasi dicat: *Salvum me fac ab hostibus, et a temptationibus*: Psal. xxi, 22: *Salva me ex ore leonis*. Idem, ibidem, *Libera animam meam a malignitate eorum*. Ponit petitionis rationem cum dicit, *Ne quando rapiat*, etc.: quasi dicat: Nisi subvenias mihi, devorabit me Absalon, sicut leo: II Reg. xv, 14: *Surgite fugianus: neque erit nobis refugium a facie Absalonis*. Et supra dicit in plurali, *Ab omniabus persecutibus*: hic in singulare: *Ne quando rapiat ut leo*, quia omnes sub uno capite comprehen-duntur: spirituales sub uno diabolo: corporales sub Absalone. De primo I Petri v, 8: *Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens* etc. Psal. x, 9. *Insidiatur in abscondito quasi leo* etc. *Rapiat quasi subito*, Et *velociter*: Joa. x, 12: *Lupus rapit*: quia diabolus insidioso facit. Et hoc faciet, dum non est qui redi-mat etc. Redimitur quis, dum liberatur a malo: et hoc refertur ad liberationem a poena: Osee xiii, 14: *De morte redimam eos*. Neque qui salvum faciat, per libera-tionem a culpa: Matth. i, 21: *Ipse sal-vum faciet populum suum a percatis cor-rum*. Hieronymus: Ne forte rapiat ut leo animam meam, et laceret; et non sit qui cripial. Deinde allegat suam innocentiam: *Domine Deus meus, si feci istud*. Et hoc potest intelligi dupliceiter: per modum vel juramenti, vel praemunitiōnis. Si per modum juramenti, sic sciendum est quod duplex est juramentum, scilicet per con-testationem, sicut ad Rom. i, 9: *Testis est*

*michi Deus cui servio in spiritu meo etc;* et per execrationem, ut cum dicitur : Si ita feci sic contingat mihi ; Job. xxxi, 29 : *Si gavisus sum ad viam illius qui me oderat etc* : II Cor. 1, 25 : *Ego testem Deum invoco in animam meam* : Quasi dicat, Si non sum innocens rapiat me. Vel potest intelligi per modum praemunitonis ; quasi dicat : Si ego sum in istis defectibus, haec erit poena mea, *Decidam etc.* Et secundum hoc excludit primo a se culpam, *Si feci istud, etc.* Secundo determinat sibi poenam, *Decidam etc.* Excludit autem a se culpam, primo in generali, cum dicit, *Domine Deus meus, si feci istud. Quid istud?* Peccatum, scilicet superbia secundum Glossam, quod est quasi<sup>1</sup> universale peccatum : Eccl. x, 15 : *Initium omnis peccati superbia.* Vel aliter ; *istud*, quia quando quis patitur tribulationem aliquam ex culpa sua, dicitur ei, Tu fecisti tibi istud ; quasi dicat : Tu es in causa ut hoc fiat. Et sic dicit : *Si feci istud*, ego huic persecutioni causam dedi : II Reg. viii, 15 : *Faciebat David iudicium et justitiam cum populo suo.* Mich. vn, 9 : *Iram Domini portabo : quia peccavi ei etc.* Secundo, cum dicit, *Si est iniquitas etc.* excludit culpam in speciali ; ubi tria facit : nam primo dicit quod nulli fecit injuriam ; et ideo dicit, *Si est iniquitas* : Job 8 : *Si iniuritatem quae est in manu etc.* I Reg. xxiv, 12 : *Animadverte et vide,* "quod non est in manu mea malum neque iniquitas. Unde cum homo nulli facit injuriam, injustum videtur quod affligatur. Secundo quidem remisit offensam ; et ideo dicit, *Si reddidi etc.* Et hoc I. Reg. xxiv, 11 : *Pepercit tibi oculus meus. Dixi eum : Non extendam manum meam in dominum meum : quia Christus Domini est.* Levit. xix, 18 : *Ne quicunx ulationem : nec memor eris injurias virium tuorum.* Tertio, quod inimicis beneficet : quod est tertium bonum. Unde littera Hieronymi habet, *Dimisi hostes meos vacuos.* Rom. xii, 21 : *Noli vincere a malo, sed vincere etc.* Prov. xxv, 21 : *Si esurierit inimicus tuus etc.* Matth. v, 44 : *Benefacite ris qui oderunt vos.* IV Reg. vi, 23 : *Regi Samariae mandavit Eliseaus ut apponaret cibos*

exercitu regis Syriae, qui venerat ad capiendum eum. *Appositaque est ris ciborum magna preparatio.*

2 Consequenter cum dicit, *Decidam*, determinat sibi poenam quae sequitur : quasi dicit : Si ista non sunt vera quae dico, fiant mihi ista. Et primo ponit detrimentum pecuniae. Secundo personarum. Tertio gloriae. Dicit ergo quantum ad primum : Hoc malum accidat mihi, scilicet quod *Decidam merito*, idest juste ab inimicis, idest auferantur mihi bona. Job xxxi, 7 *Si adhäsit\*\*\*\* membris meis macula, seram, et alijs comedat.* Quoad personam tria ponit quae homo patitur in se. Primo persecutionem. Secundo captivitatem. Tertio mortem. Quantum ad primum dicit, *Persequatur.* Quantum ad secundum, *Comprehendat.* Quantum ad tertium, *Et concudeat*, vel occideudo, vel totaliter me prostrat. Quantum ad gloriam subiungit, *Et gloriam meam etc.* Ac si dicereat, Quicquid sit illud in quo gloriatur, redigatur in pulvere et dispergatur. Mystice : inimicus diabolus persecutus tentando : Thren. iv, 19 : *Velociores fuerunt persecutores etc.* Comprehendat, per consensum peccati : Thren. i, 3 : *Omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.* Concudeat per consuetudinem et contemptum : Isa. ii, 23 : *Incurvare ut transsumus.* Gloria hominis duplex est : naturalis scilicet et spiritualis. De prima I. Cor. xi, 7 : *Vir non debet, idest mens, velare caput suum quia gloria et imago Dei est.* De secunda : II Cor. i, 12 : *Gloria nostra hac est testimonium conscientiae nostrae.* Gloriam ergo hominis deducit diabolus in pulvrem, quia imago Dei deturpatur, quia maenatur : I Tim. iv, 2 : *Canteriatam habentes conscientiam* : Ps. lxxii, 20 : *Domine in civitate tua, imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*

3. Supra proposuit orationem pro se, petens liberari et salvare ; hic petit contra inimicos : ibi duo facit. Primo petit eorum punitionem. Secundo punitionis fructum, ibi, *Et exaltare.* Legamus primo litteram secundum historiam, sicut potuit competere David. *Exurge, duobus gene-*

\*\*\*\* manus

ribus hominum dicitur : dormient et ja-  
centi. Deus autem quando peccata non  
punit, dormire videtur, quasi non haberet  
prudentiae vigilantium : Ps. xlii, 23 :  
*Exurge, quare addurris Dominu?* Item  
quando non punxit, videtur impotens ja-  
cere ; sed tunc surgere videtur, quando  
potestatem manifestat adversarios pu-  
niendo : Isa. xxv, 11 : *Exaltetur manus  
tua, ut non videant, rideant et confundan-  
tur zelantes populi, et ignis hereditatem  
tuam devoret.* In ira dicit, idest in puni-  
tione, quae est ira effectus. Fructum au-  
tem punitionis ponit triplicem. Unum ex  
parte Dei, ut Deus exalteatur, non in se,  
sed in opinione hominum, quia per hoc  
reputatur altus et potens : et ideo dicit,  
*Exaltare;* quasi dicat : Deprime inimicos  
meos, et in hoc altus apparebis. Eecil.  
xxxvi, 4 : *Sicut in conspectu illorum ma-  
gnificatus est in nobis, ita in conspectu  
nostro etc.* Et dicit, *In finibus,* ut totaliter  
deprimat, et nihil remaneat invadendo  
fines eorum. Hieronymus habet, *Elevare  
indignans super hostes;* quasi dicat, Iras-  
cere, et in hoc elevare. Alius fructus est  
ex parte David : nam I Reg. xii, 14, le-  
gitur : *Invenit Dominus cibum secundum  
cor suum, cui præcepit ut esset dux super  
populum suum :* et ipse David de se dicit  
II Reg. vi, 24 : *Præcepit mihi Dominus,  
ut sim dux, etc.* Hoc ergo præceptum vi-  
debatur evanesci David depresso : et ideo  
dicit : *Exurge in præcepto quod mandasti,*  
scilicet sim dux in regno : et ideo Hiero-  
nymus habet, *Exurge ad me in judicium  
quod mandasti.* Alius fructus est ex parte  
populi. In veteri lege ordinabatur per ho-  
mines de aliis principibus populi ; sed de  
summo principe solum dispensabatur per  
Deum : Num. xxvii, 46 : *Provideat Do-  
minus Deus spiritum omnis carnis homi-*  
\*\* *ingressus nem etc.* Beut. xvii, 14 : *Cum intraveris  
fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit ti-  
bi, et possederis eam, habitacerisque in  
illa, et dixeris, constituam super me regem  
sicut habent omnes per circuitum nationes,  
illum constitues principem quem Dominus  
tuus elegit.* Ergo populus<sup>1</sup> in magno  
principatu debebat sequi divinam ordina-  
tionem : et ideo subdit : *Et synagogapo-*

*pulorum circumdabit te,* idest sequetur  
tuam ordinationem, ut revertatur in me :  
*Et propter hoc in altum regredere,* idest  
apparebit magnificenti tua ; quasi dicat :  
Non solum propter vincitam, sed ut ho-  
mines revertantur ad me. Sed prout re-  
fertur ad Christum, petit incarnationis  
mysterium : in quo duplex est fructus.  
Primum depressio diu monit, et conversio  
hominum, *Exurge Domine.* Quantum ad  
primum dicit, *Exurge,* idest appare in  
mundo per incarnationem, et hoc *in ira  
tua,* idest ut punias damnatos : Joan. xii,  
31 : *Nunc judicium est mundi etc.* Marc.  
1, 24 : *Quid nobis et tibi Iesu Nazarene ?  
venisti ante tempus perdere nos.* Et *exal-  
tare in finibus inimicorum,* afferendo eo-  
rum possessionem : Luc. xi, 21 : *Cum  
fortis armatus custodit atrium suum, in  
pace sunt omnia quæ possidet.* Si autem  
fortior illo supervenerit, et vicerit eum,  
universa arma ejus auferet, in quibus  
confidebat, et *spolia ejus distribuet* : et  
Matth. xi, 29 : *Quomodo potest quisquam  
intrare domum fortis, et rasa ejus diri-  
pere, nisi prius alligaverit fortem, et tunc  
domum ejus diripiet?* vol contra Iudeos,  
ut sit petitio Ecclesie gentium contra eos.  
Et dicit, *Exaltare in finibus inimicorum:*  
alia non mutantur, illud quod exaltatum  
homini appetit, ex hoc occultatur : ut  
puta quando nimis in altum exaltatur.  
Sicut ergo quod latet in profundo si exal-  
tetur appetit : Job xviii, 11 : *Profunda  
fluvii scrutatus est, et abscondita producit  
in lucem :* sic ait, *Exaltare,* idest manifes-  
tare : et sicut quod nimis exaltatur occul-  
tatur ; nnde Act. 1, 9 : *Elevatus est, et  
nubes suscepit eum ab oculis eorum,* sic  
*exaltare,* ut efficiaris Iudeis oculatus : ut  
te non cognoscant, et sic erueant, et  
redimantur. Quantum ad secundum dicit,  
*Exurge Domine Deus in præcepto,* pro  
conversione hominum. Ubi primo ponit  
ur motivum conversionis. Secundo per-  
fectio. Tertio punitio. Dicit ergo, *In præ-  
cepto,* scilicet mansuetudinis et humilitatis  
: *Quod mandasti :* Matth. xi, 29 :  
*Discite a me, quia misericordia sum et humili-  
corde.* Erurge ergo in hoc præcepto, idest  
appare humilius altus existens ; quasi di-

<sup>1</sup> Al. : « Dominus. »

eat : Ita humilitatem accipias ut altitudinem non deseras : vel *exurge a mortuis*, et sic *synagoga populorum circundabit te*, congregatio scilicet beatorum qui remunerabuntur, et malorum qui punientur. Cant. i, 2 : *Oleum effusum nomen tuum etc.* Isa. ii, 2 : *Præparabitur mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes.* Et lx, 4 cap. : *Leva oculos tuos in circuitu: omnes isti qui congregati sunt venerunt tibi.* Et propter hanc in altum regredere, scilicet ut hanc synagogam perficias, credentium scilicet congregationem : Ephes. iv, 8 : *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem etc.* Mich. ii, 13 : *Ascendit pandens iter ante eos.* Vel in altum, absconderis ab oculis Iudaorum, etc. *Synagoga populorum circumulabit te*, contempnendo et perseundo : in quo maxime punientur.

4. Secunda pars est istius Psalmi, in qua agitur de exauditione petitionis. Et quia exaudito petitionis sit iudicio Dei, ideo introduceitur divinum iudicium. Et primo premittit ipsum. Secundo agit de dilatione ejus, *Deus iudez justus fortis et patiens, numquid irasceretur per singulos dies.* Carea primum tria facit. Praemittitur enim primo iudicium. Secundo ejus modum, *Judica me domine etc.* Tertio iudicis idoneitatem, *Scrutans cura et renes Deus.* Dicit ergo, Habeo iunieos persequentes: et peto divino auxilio liberari. Et de hoc confido. Quia *Dominus judicat populos:* " *Judicat enim orbem terre iniquitate, et populus in veritate sua:* Ps. xlv, 13; Isa. iii, 13: *Stat ad judicandum Dominus, et stat ad julicandos populos.* Et nota quod postquam dixit, *Propter hanc in altum, subiungit de iudicio:* quia post ascensionem revertetur ad judicandum: Act. i, 11: *Quemadmodum vidistis eum\*\*\* uscundentem in celum, ita veniet ad judicandum.* Modus iudicii ponitur in forma orationis, quia orando ostendit quid fieri in iudicio, dicens. *Judica me.* Et primo ponit bonorum retributionem. Secundo malorum punitionem, *Consumetur.* In iudicio duo retribuntur: quia bonis bona, et malis

malo. Qui ergo bonus est, et qui caret malis, habebit abundantiam honorum, et sublationem malorum: Prov. i, 33: *Qui me audierit, abundantia perfuerit, timore malorum sublato etc.* Et ideo quantum ad primum dicit, *Judica me secundum justitiam meam,* scilicet quam dedisti mihi, secundum quod sum justus: et haec justitia est, ut mihi retribuantur bona; Matth. v, 16: *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam, quoniam etc.* Quantum ad secundum dicit: *Secundum innocentium meam;* et haec justitia est ut nihil mali patiatur: Joh. xxi, 30: *Salvabitur innocens: salvabitur autem in misericordia manuum suarum.* Et nota, quod petit hoc iudicium secundum justitiam. Supra dicit in penitentiali Psalmi secundum misericordiam, nullum meritum commemorans: *nuce autem quia jam justificatus fecerat aliqua bona, quibus debebatur premium, petit iudicari secundum justitiam.* Quod ait, *Super me, designat quia justitia hominis et innocentia non sunt ab homine, sed a Deo.* Contra hoc quod petit, ut sibi sint bona, et mali nihil patiatur, videtur aliquando bonum esse et nile opprimi a malis, et etiam ultra' boni habent mala in mundo isto, et mali bona: Lue. xvi, 23: *Recordare quia recipisti bona in vita tua etc.* Et ratio huius assignatur, *Consume ut,* idest ad finem deveniet: *Nequitia peccatorum:* Apoc. ult. xxii, 11: *Qui in soldis est, sordecat adhuc.* Nota quod quandoque Deus distert penam ut predestinatae convertantur: Isa. xxx, 18: *Propterea expectat vos Deus, ut misereatur vestri.* Unde tunc, *Consumetur iniquitia peccatorum,* idest deficit. Quandoque ut mali militant suam amplius manifestent, et iudicia Dei appareant justa: et tunc, *Consumetur,* idest perficietur, *Nequitia peccatorum,* ut iustior appareat vindicta: propter quod dicit Gen. xv, 13: *Seita prenosens quod per regnum futurum sit senectus tuus, etc.* usque uerbum completere sunt iniquitates *Anno haec unum etc.* Act. vii, 5: *Et non dedi\*\*\*\* i hereditaten in ea, nec passum pedis etc.* usque dedit Dominus. Sic ait,

diriget

*Consumetur*; quasi dicat: Faciant quidquid possunt, quia tandem *Consumetur nequitia ipsorum peccatorum*. Sed numquid mali gravabunt bonos? Non: quia Deus dirigit justos. Unde, *Diriges justum Prover. xi, 3: Simplicitas justorum dirigit eos.*

5. Deinde cum addit, *Scrutans*, ostendit judicis idoneitatem. Et primo ponit idoneitatem judicis. Secundo confidentiam de eo conceptum, ibi, *Justum adjutorium meum*. Duo autem requiruntur ad idoneitatem judicis: scilicet ut sit sapiens, et ut sit justus. Haec autem sunt in Deo: et ideo iudex est idoneus: Prov. xx, 8: *Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo*. Est enim sapientissimus, omnis cognoscens, etiam interiora: Heb. iv, 13: *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*. Est etiam justissimus: Hier. xi, 20: *Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste etc.* Et ideo dicit, *Scrutans corda*. Hieronymus habet sic, *Probator cordis et rerum, Deus justus*: et post sequitur alius versus: *Clypeus meus in Deo*. Ubi littera nostra habet, *Justum adjutorium etc.* Dicit ergo, *Scrutans*. Tria sunt in homine: unum apparens, scilicet exterius opus: et duo que latent, scilicet intentio et delectatio. Haec duo nobis latent, sed Deo patent. Et quia Deo sunt nota, licet nobis occulta, ideo dicit, *Scrutans corda*, quia novit intentionem, et renes, idest delectationem, utrum scilicet delecteris in laude Dei vel hominum. Sed quia scrutari est inquirere, inquirere autem est ignorantis, hoc a Deo removet. Et ut ostendat quod Deus evidenter seit; cum dixit, *Consumetur etc.* convenienter dixit, *Scrutans*: quia in tribulatione maxime appareat conditio hominum. Deinde subinfertur, *Justum adjutorium meum a Domino etc.* Ubi ponitur fiducia concepta de iudice, a quo adjutorium est sperandum. Est enim duplex adjutorium Dei: scilicet misericordiae, et aliud justitiae. Adjutorium quo liberatur a malis et peccatis, est misericordiae: et non est justum, quia non ex meritis. Sed quando quis justificatur, Deus perficit: et hoc est justitiae, quia respondet aliqualiter merito. De primo dicitur Psal. ix, 10: *Adjutor in opportunitatibus etc.*

De secundo Psal. xlv, 6: *Adjurabit eam Deus etc.* Sed quare? quia, *Saluos facit etc.* Prov. ii, 7: *Custodiet rectorum salutem. Rectos corde idest qui intentione tendunt in Deum.*

Sed querit Cassiodorus. Quare non dicit, Qui salvos facit rectos renibus, sed rectos corde.

Respondeo. Rectitudo pertinet in ordine ad finem, et ad hoc est intentio: et ideo oportet quod intentio sit recta. In renibus autem est delectatio sensibilis.

6. Supra praemisit divinum judicium; hic autem agit de dilatione futuri eventus, scilicet pœnae. Et primo ostendit causam dilationis. Secundo preparacionem ad vindictam, *Nisi conversi etc.* Proponit autem tres causas, quare Deus potest putari non punire peccatores. Una est eo quod non sit justus, ut auferatur providentia humanorum actuum: Ezech. ix, 9: *Iniquitas domus Israel et Iuda magna est nimis valde, et repleta est terra sanguinibus, et civitas repleta est aversione.* "Dicunt enim: *Dereliquit Dominus\*\* di terræ, et Dominus non ridet*: Job. xxii, 14: *Circu cardines eari perambulat, nec nostra considerat*: et hanc excludit a Deo, qui iudex est et justus: Is. Ecce in justitia regnabit rex, et princeps in iudicio praverit. Alia causa est, quia non est potens; sed hoc excludit, quia Deus fortis, Job. ix, 19: *Si fortitudo queritur, robustissimus est*. Quae ergo causa? quia Patiens: et ideo dicit, *Nunquid irascitur etc.*: idest non quolibet die puniet, sed expectat aliquando et dissimulat: Sap. xi, 24: *Dissimulans peccata hominum propter parvitudinem*: Isa. xxx, 18: *Expectat vos\*\*\* Deus, ut misereatur vestri.* ...Do et xxviii, 28: *Non in perpetuum triturus trituras*, Hieronymus habet, *Communiens tota die*, scilicet per sacram Scripturam.

7. Deinde enim dicit, *Nisi*, ostendit quod Dominus parat se ad priam inferendam, et si differat ex causa: et ponitur haec preparatio. Primo ex parte Dei punientis. Secundo ex parte hominis puniti sive recipientis, ibi, *Ecce parturū*, *Preparatio ex parte Dei describitur secundum præparationem hominis contra*

meritum vel peccatum: quia, *Odio sunt Deo impius, et impietas ejus.* Sap. xiv, 9: Et sicut homo preparat se gladio contra hostes qui sunt prope, sed arcu contra remotos; ita divina vindicta contra eos qui videantur sibi adhaerere, et possunt videre causam punitionis, dicitur gladius quasi contra propinquos sed arcus contra remotos: et ideo non statim te punit, sed preparat se ut convertaris. *Et nisi conversi fueritis, gladium suum etc.* idest vindictam suam: Job. xix, 29: *Fugite a facie gladii. Ultor enim iniquitatis est gladius etc.* Zach. ix, 44: *Exibit ut fulgor jaculum ejus: Vibrabit ad terrendum, et ad propinquos ut fortius percutiat: quia nisi per comminationes homo convertatur, fortiter percutit.* Maximus Valerius: Lento gradu ad vindictam sui procedit divina ira: tarditatemque supplicii gravitate compensat. Hieronymus habet, *Gladium suum acutum,* idest preparabit majorem damnationem: Deut. xxxii, 41: *Si acero ut fulgor gladium meum etc.* Matthi, x, 34: *Non enim veni mittere pacem in terram, sed gladium etc.* Secundum *Glossam,* Gladius Dei Christus est. Vibratio ergo est comminatio gehennae in quo percutientur impii, sicut eo vindicante: Isa. xxvi, 4: *In die illa visitabit Deus in gladio suo duro etc.* Preparat et se arcu, quasi ad remotos; unde *arcum suum etc.* Et primo agit de preparatione arcus. Secundo sagittarum. *Et in eo paravit.* Qui parat arcum, primo tendit. Secundo ordinat in manu. Quantum ad primum dicit, *Arcum suum,* idest divinam vindictam, quasi ex inopinato punientem. Quantum ad secundum dicit, *Et paravit illum:* Isa. xxx, 33: *Praparata est enim ab heri Tophet; u rege praparata, profunda et dilatata:* scilicet ad puniendum. Secundo agit de preparatione sagittarum. *Et in eo etc.* Et primo quantum ad ipsas sagittas. Secundo, quomodo in eis aliquis magis nocivum ponit, puta ignem vel venenum. Dicit ergo, *Et in eo,* scilicet arcu, *prparavit rosa,* idest instrumenta mortis, scilicet occidentiae: Ezech. ix, 2: *Unusquisque habet ras interius in manu sua. Ardentibus effecit,* quia ibi aliiquid combustivum, per quod intelligitur pena ignis aeterni; sed

dicitur quod in hebreo est, *sagittas suas persquenteribus me effecit.* Per hunc arcum secundum Augustinum in *glossa* intelligitur sacra Scriptura: Job. xxix, 20: *Arcus meus in manu mea instaurabitur.* Hic tenditur, quando duritia veteris testamenti est emollita per novum. Preparatur, quando exponitur. *Et in eo paravit rosa mortis.* Vasa mortis possunt dupliceiter accipi: scilicet in bono, vel in malo. Hi sunt haeretici, qui ex sacra Scriptura mortem simplicibus parant: et sic paravit, idest parari permisit: Ps. cxi, 40: *Errare fecit eos etc.* *Effecit,* idest extra fecit, hoc est in apparentia posuit: *Sagittas,* penetrabiles sententias: Ps. cxix, 4: *Sagitta potentis acutæ etc.* Vel in bono *Vasa mortis* Apostolus inobedientibus: in Cor. ii, 16: *Aliis sumus odor mortis in mortem.* Ethos efficit aptos ad comburendum igne charitatis: Eccli. xlvi, 1: *Surrexit Elias quasi ignis, et verbum etc.*

8. Deinde cum dicit, *Ecce,* agit de preparatione ex parte hominis puniendi. Ubi duo proponit. Progressum scilicet in peccatum, quo paratur scilicet ad punitionem. Et secundo incursum poena, *Lucum* etc. In progressu peccati tria occurunt. Malum propositum, conatus, et effectus. Et sic inimici David primo conceperant, sed tunc temporis erant in conatu, et post fecerunt. Propositum autem est sicut conceptio: conatus sicut parturitio: effectus sicut partus. Et ideo dicit, *Ecce parturiunt, idest nitor efficeri, iniustitiam, contra proximum: Concepit dolorem,* quia Hier. ix, 5: *Ut iniuste agerent laboraverunt:* Isa. lxx, 4: *Concepit iniquitatem:* Iac. i, 15: *"laborem Concupiscentia cum conceperit, porit peccatum. Peperit autem iniquitatem conceptum,* quia abstulerant Hierusalem Ab-salon et Achitophel cum suis complicibus.

9. *Lucum.* Agit de pena. Et primo ponit metaphoram. Secundo exponit eam, ibi, *Couertetur.* Venatores ponunt ingenia, ut capiant lupos in foveis. Ipsi etiam inimici, ut capiant homines, exercent ingenta sua: et hoc illi per proliferationem; et ideo est iuxta fovea. Apud Hebraeos fovea dicitur laicus: Zach. ix, 14: *"couectus Tu autem in sanguine testamenti tu*" in quo non est**

*eduxisti vincitos de lacu, in quo non erat aqua. Lacum ergo, idest foveam profundam, aperauit, idest exegitavit fraudem, fodit, profunde cogitando: et hoc expondo, *incedit etc.* quia cogitabat occidere, et fuit occisus: Ps. lxi, 7: *Federunt ante faciem meam foveam etc.* Et hoc exponit, quoniam meam? quia *convertetur etc.* Quia conceperunt dolorem, dolor convertetur in capit ejus, scilicet*

iniquitas quam peperit, descendit in veritatem ipsius; Isa. xxiv, 20: *Gravabit eum iniquitas sua etc.*

10. *Confitebor;* hæc est tertia pars, ubi ponit gratiarum actionem secundum justitiam ejus, quia præcessit meritum: Ps. cx, 3: *Confessio et magnificencia opus ejus. Et psallam cum Psalterio: Ps. lxxx, 3: Sumite psalmum, et date tympanum etc.*

### PSALMUS VIII

#### 1. In finem pro torcularibus.

Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificencia tua super cœlos.

2. Ex ore infantium et laetitium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.

3. Quoniam videlicet cœlos tuos, opera digiterum tuorum, humum et stellas, que tu fundasti.

4. Quid est homo quod memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?

5. Ministrasti cum paucis minus ab Angelis: gloria et honore coronasti eum: et constitueristi eum super opera manuum tuarum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus: oves et boves universas, insuper et pecora campi. Volueres cœli, et pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, quoniam admirabile est nomen tuum in universa terra?

1. Supra posnit Psalmum in quo David orabat pro sua persecutione; hic ponit Psalmum ad gratiarum actionem: et primo præmittitur Psalmus pro beneficiis collatis toto humano generi. Secundo alius pro beneficiis collatis sibi pro destructione inimicorum, vel pro bonis concessis. Tertio pro malis sublatis, ibi, *Confitebor:* nam hic exprimit affectionem hominis considerantis beneficia Dei concessa humano generi, et gratias agentis. Titulus, *In finem Psalmi David pro torcularibus.* Quia aliud est supra expositum, exponam hic solum ultimum. Ubi considerandum est, quod Dent. xxi, 13: dicitur: \* *Septem diebus facies festum tabernaculum celebrabis naculorum, quando de area et torculari per septem dies colliges fruges tuos etc.* Scindendum enim est, quod David specialem devotionem habebat in festis celebrandis: et aliquid faciebat speciale ad laudem Dei. Festum

autem tabernaculorum præcipuum erat. Et hoc fiebat in vindemiis in commemorationem divini beneficii, quando eduxit de Aegypto filios Israel in tabernaculis, et induxit in terram promissionis ubi sunt fructus: et ideo oportebat quod haberent fructus pulcherrimos, quo tempore erant torcularia; et ideo dicitur *pro torcularibus.* Hoc ad litteram. Sed spiritualiter<sup>1</sup> torcular est Ecclesia: Isa. v, 2: *Plantavit vineam electam, torcular extrixit in ea: Matth. xxi, 33: Plantavit vineam, et fodit in ea torcular.* Dicit ergo *pro torcularibus*, idest Ecclesiis orbis; et dicitur Ecclesia torcular, quia sicut in torculari separatur vīnum a vinatīs, sic in Ecclesia boni separantur a malis opere ministrorum: et si non loco semper, affectu tamen. Eadem ratione dicitur et area: quia separatio fit grani a paleis. Item a verbis litteraliter positis separatur sensus spiritualis. Item torcularia sunt martyria, in quibus fit separatio animarum a corporibus, dum corpora eorum qui pro Christi nomine afflictione et persecutione caelestis, quassatis remanent in terra, animæ vero ad requiem in cœlestibus emanant. Psalmus iste dividitur in duas partes. Primo enim Psalmista admiratur divinam excellentiam. Secundo ejus clementiam, ibi, *Quid est homo.* Circa primum duo facit. Primo ostendit majestatem Dei esse admirabilem. Secundo esse manifestam, ibi, *Ex ore infantium.* Circa primum duo facit: quia primo ponit eum mirabilem. Se-

\* *solemnis tamen celebrabis naculorum, quando de area et torculari per septem dies colliges fruges tuos etc.* Scindendum enim est, quod David specialem devotionem habebat in festis celebrandis: et aliquid faciebat speciale ad laudem Dei. Festum

cundo rationem dicti manifestat, ibi, *Quoniam elevata etc.* Dicit ergo, *Domine omnium: Dominus omnium tu es; sed specialiter Dominus noster, qui te colimus, tibi adhaeremus. Hieronymus habet, Dominator noster: Iudic. viii, 23: Non dominabor vestri, nec filius meus, sed dominabitur super eos Dominus. Quam admirabile est nomen tuum etc.* scilicet divinitatem Psal. xcii, 4: *Mirabiles elationes maris etc.* Iudic. xiii, 18: *Cur queris nomen meum quod est mirabile? Item Christi incarnati: Isa. ix, 6: Vocabitur nomen ejus Admirabilis.* Sed numquid solum in Iudea, ut dicunt Iudei, vel in Africa, ut Donatista? non; sed in universa terra: Malach. i, 11: *Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus.* Ratio admirationis subhjungitur, *Quoniam elevata est magnificentia tua, quia in celis apparet magnitudo tua.* Admiratio, est quando aliquis videt effectum, et ignorat, causam. Dupliciter est ergo aliqua causa admirabilis: vel quia ignota totaliter, vel quia non producit effectum manifestantem causam perfecte. Primum non est in Deo: quia producit effectum: Rom. i, 20: *Invisibilia Dei per ea quae facta sunt etc.* Producit deo effectum, non tamen manifestantem perfecte causam: et ideo remanet admirabilis: ei hoc est quod dicit: *Magnificentia tua, idest lans vel virtus tua, quae potest facere magna. Est elevata super celos, impropotionaliter excedens factiem celorum.* Unde excludit errorem dicentium, quod Deus sit forma celi: esset enim secundum hoc proportionatus celis. Item dicentium quod agit ex necessitate naturae: quia non extenderet se supra celos: tamen potest in infinitum maius facere. Vel *super celos*, idest Scripturas, quia plus est quam in Scripturis commendatur: Eccli. xliii, 32: *Glorificantes Deum quantumcumque potestis, supervalebit auctor, et admirabilis magnificentia ejus.* Vel *magnificentia tua* idest filius tunc Bens homo, elevata est, in ascensione super celos: Ephes. iv, 10: *Qui descendit,*

*ipse est qui ascendit super omnes celos etc.* 2. Deinde cum dicit, *ex ore*, ostendit quod est maxime manifesta. Et primo ostendit manifestationem. Secundo ejus rationem, ibi, *Quoniam ridebo.* Quod sit manifesta, probat; quia illud est manifestum quod est omnibus inditum, quantumcumque simplicibus, quasi quadam naturali cognitione. duplex namque est genus hominum, qui consequuntur<sup>2</sup> naturalem et rectum instinctum, sicut sunt simplices, vel sapientes. Quod sapientes cognoscant Deum, hoc non est magnum; sed quod simplices sic. Sunt autem quidam qui naturalem instinctum pervertunt: et isti cognitionem Dei repellunt: Ps. lxxxii, 3: *Nescierunt, idest nescire voluerunt, neque intellexerunt etc.* Job. xxi, 14: *Dixerunt Deo, recede a nobis; scientiam viarum tuarum nolumus.* Deus autem facit ut per illos, idest per simplices, qui sequuntur naturalem instinctum, confundantur qui pervertunt naturalem instinctum. Per infantes designantur simplices: 1 Pet. ii: *Sicut modo geniti infantes, rationabiles sine dole etc.* Dicit ergo, *Admirabile quidem est nomen tuum, ita tamen quod ex ore infantum et lacrymarum perfecisti lumen, qui interius instigas ad hoc: et hoc propter inimicos tuos;* qui aduersantur scientie et cognitioni tue: Phil. iii, 18: *Inimicos crucis Christi etc.* Ut destrinas inimicum et ultorem, quemcumque persecutorem. Vel Pharaonem qui velit uilesci contra confidentem nomen tuum: II Cor. x, 3: *Consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientium Dei.* Vel tyrannum qui armis impugnat nomen sanctum tuum: 1 Pet. ii, 15: *Ut benefacientes obnubescere faciat imprudentium hominum ignorantiam.* Hoc fecit Christus: nam Matth. xxi, de pueris Hebreorum respondit Christus, quod ex eorum verbis perfecta sit lans, qui Spiritus sancti instinctu fundabant: quod tamen videbatur pueriliter agi. Hoc locum habet quando simplices recognoscunt Deum, et alii pervertunt studia cognitionis naturalis, ne cognoscant ipsum Deum. Item hoc

<sup>1</sup> Parm.: « Gen. xxxv. » Sed in Gen. non legitur: « quod est mirabile. »

<sup>2</sup> Ali. « consequuntur. »

in Apostolis qui *sine litteris et idiotice* : Act. iv, 13 : *Simplices sicut columbe* : Matth. x, 16 : *Et sicut ores in medio luporum* ; et dextruxerunt omnes inimicos Christi. i, 27 : *Quae stulta sunt maudi elegit Deus, ut confundabat sapientes, et inficiat etc.*

3. Consequenter hujus manifestationis rationem submettit dicens, *Quoniam*. Tullius dicit in lib. de *Natura drorum*, et fuit dictum etiam ab Aristotele, quauis in ejus libris que apud nos habentur non inventatur, quod si aliquis homo intraret palatium quod videret bene dispositum, nullus est ita amens, qui licet non videret quomodo factum fuerit, quin percipiat quod fabricatum sit ab aliquo. Nos intramus mundum, nec videmus quomodo factum sit; sed ex hoc ipso quod est ita bene ordinatus, debemus perceperre quod est factus ab aliquo. Et hoc specialiter ostendit ordo corporum coelestium. Fuerunt quidam errantes qui causas rerum attribuunt necessitatim materiae : unde dicunt facta omnia propter calidum et frigidum, sicnum et humidum, ut elementa qua sic convenerunt. Hoc autem si apparentiam posset habere in aliis, nullo tamen modo in coelestibus corporibus : quia non possunt attribui necessitatim materiae, quod tantum distet hoc ab illo, et tanto tempore compleant cursum suum. Hoc autem nominis in causam intellectivam oportet reducere. Et ideo Scriptura quando vult manifestare Dei potentiam, rednit nos in considerationem celorum. Is. xl, 26 : *Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit haec* : ideo dicit, *Quoniam ridebo caelos tuos, opera digitorum tuorum*. Dicit autem, *opera digitorum*, propter tria: quia quemadmodum facimus, attente et distinete facimus. Et que de corporibus coelestibus consideranda sunt, non reducentur nisi in causam intelligibilem; et ideo dicit, *opera digitorum tuorum* : Ps. cxlxxv, 5 : *Qui fecit carlos in intellectu* : vel respondeat ad id quod dicit, *Elevata*. Quando quis facit elevari quod grave est, supponit humerum; sed quando facit elevari quod est leve, supponit digitum; et ideo dicit, *opera digitorum*, quasi leve sit ei facere carlos : I.a. xl, 12 : *Quis appendit*

*tribus digitis mollem terrae, et carlos palma ponderacit?* Vel que digitis facimus subtilia opera sunt. Ut ostendat ergo quod haec subtiliora sunt aliis, dicit, *opera digitorum etc.* Lunam vero nominat, et non solem, propter gentiles, qui eredebant cum summum Deum : et ideo ponit specialiter, *Lunam stellas*, in quibus non est manifesta ratio erroris : Ecl. xlii, 10 : *Species cœli gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus*. Mysticæ apostolos vel Scripturas *opera digitorum*. Tres digitii tres personæ; quasi dicit, *Opera totius trinitatis vel Spiritus sancti, Lunam, Ecclesia : stellas, doctores*. Et haec Deus fundavit.

4. *Quid.* Supra Psalmista admiratus est divinae majestatis excellentiam; et nunc commemorat duo beneficia divinitus collata hominibus. Secundo ex hoc Psalmum terminal in laudem. ibi, *Domine Dominus noster etc.* Circa primum tria facit. Primo ostendit clementiam Dei ad homines, per comparationem ad ea quae sunt supra homines. Secundo per comparationem ad primum hominem, ibi, *Gloria et honore*. Tertio per comparationem eorum, quae sunt sub homine, *Et consti-tuisti*. Supra hominem duplex est natura: divina scilicet, et Angelica. Primo ergo ponit beneficia per comparationem ad Deum. Secundo per comparationem ad angelos, ibi, *Mirasti*. Primo exponatur secundum quod competit quantum ad beneficia naturalia. Secundo quantum ad gratuita. Et secundum primum modum et circa eum duo facit. Primo ponit speciale curam hominis a Deo. Secundo familiaritatem specialem, *aut filius hominis*. Mirabile est quod quis magnis alieni parvo speciali familiaritate conjungatur: et ideo primo Psalmista commemorat parvitatem hominis ex conditione *quid est homo, tam parva res?* Job xiv, 1 : *Homo natus de muliere* : et xxv, 6 : *Homo putredo, et filius hominis vermis*. Secundo quantum ad originem: quia etiam vilis: Job xiv : *Quis potest favere mundum de immundo conceptum semine?* et x, 10 : *Nonne sicut luc etc.* Et ideo dicit, *Aut filius hominis?* Sed isti sic parvo sic vili, dicit quod duo facit: scilicet quod memoratus est ejus, et quod visitat

eum. Primum pertinet ad curam. Secundum ad familiaritatem specialem. Et est talis modus loquendi : sicut si aliquis artifex fecisset magna, et inter aliqua unum minimum, scilicet acum, et quando fecit acum ostendit se habere ejus scientiam. Sed quod in dispositione operum curaret de acu, esset valde mirabile ; et ideo dicit, *Quid est homo, quod inter magnas creaturas recordaris ejus ?* Eccl. xvi, 46 : *Ne dicas, a Deo abscondar etc. et quia est anima etc.* Quia propter parvitatem Deus non obliviscitur lui.

Sed quid magnum est hoc ? Deus enim habet curam de omnibus : Sap. xi, 13 : *Nec est enim aliis quam tu, cui cura est de omnibus.*

Dicendum, quod de homine habet specialem curam, scilicet quod in judicio remunerant actus ejus : xiv, 3 : *Dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos etc.* Item non curam solum habet de homine, sed familiaritatem habet cum eo ; et hoc est quod dicit, *Quoniam risitas cum* . Sola natura rationalis est capax Dei, cognoscendo et amando. In quantum ergo Deus nobis praesens efficitur per amorem vel cognitionem, visitat nos : Job x, 12 : *Visitatio tua custodirit etc.* Sic ergo magna clementia Dei est in comparatione hominis ad Deum.

5. Sed sequitur de homine hoc in comparatione ad Angelos, quibus homo invenitur propinquus. *Mimisti.* In angelis invenitur imago Dei per simplicem intuitum veritatis, absque inquisitione ; in homine vero per discursum ; et ideo in homine aliquantulum. Iude est quod homines dicuntur Angeli : Malach. ii, 7 : *Legem requirent ex ore ejus : quia angelus Domini exercituum est.* Est et homo corruptibilis, sed modicunus ; quia aliquando homo in patria omnia sine discursu cognoscet ; et erit secundum corpus incorruptibilis : 1 Cor. xv : *Oparet corruptibile hoc induere incorruptionem.* Consequenter ostendit clementiam Dei ad hominem, per comparationem ad ipsum hominem, cum dicit, *Gloria et honor etc.* Coronari est regnum. Deus fecit hominem quasi regem inferiorum et est gloria, scilicet claritas divinae imaginis ; et haec est quadam corona hominis : 1

Cor. xv, 33 : *Vir imago est et gloria Dei :* Ps. iv, 7 : *Signatum est super nos lumen cultus tui Domine.* Sed ille honoratur, qui non subjicitur alieni. Homo enim nulli creature naturali corporali subjicitur, quantum ad animam, nec in ingressu, nec in progressu : non in ingressu, quia a creatura non producitur, et liberè agit : nec perit cum corpore ; et in hoc honor hominis consistit ; et ideo dicitur Sap. ii, 22 : *Nec judicaverunt honorem animalium sanctorum etc.* usque fecit illum : Ps. xlvi, 12 : *Honor cum in honore esset, non intellexerit etc.* Consequenter cum dicit, *Constituisti*, ponit clementiam Dei ad hominem per comparationem ad ea quae sunt sub homine, quia voluit habere hominem dominium super ista inferioria : et circa hoc tria facit. Primo proponit dominium. Secundo facultatem dominandi. Tertio numerum subditorum. Secundum, ibi, *Omnia subjecisti.* Tertium, ibi, *Oves et bores.* Dicit ergo, Ex quo homo est rex, dedisti ei dominium. *Super opera manuum tuarum :* Gen. i, 26 : *Ut prasit piscibus mariis, et volvituribus cordi, et bestiis universa terra, et reptili quod nascetur in terra.* Hoc habet per rationem, quia excedit omnia animalia : et ideo statim cum dixit, *Gloria et honor,* subdidit *constitutisti*, id est dedidisti dominium. Sed nota quod dicit, quod homo habet auctoritatem super opera matrum, non digitorum ; quia non sunt subtilia ut coeli, qui sunt opera digitorum. Homo non potest sibi ea subiecere : et ideo secundo ostendit facultatem dominandi. *Omnia, inquit, subjecisti*, ut praeesset et dominaretur ad nutrum. Hoc signatur Gen. ii, ubi Deus adduxit omnia animalia ad Adam. Et haec subiectio plenarie fuit ante peccatum : sed aliqua nunc resistunt in penam peccati. Tertio cum dicit, *Oves et bores etc.*, enumerat subiecta : et ponit animalia ut etiam plantæ intelligentur. In animalibus autem quædam subiectiuntur secundum totum genus suum, scilicet animalia mansuetæ et domesticæ secundum suam naturam, scilicet et oves et boves ; et hoc in femino dicit, *Universa,* quia armenta sunt præcipue de vaccis et ovibus. Alia sunt quæ non subiectiuntur secundum totum ge-

mis : et horum quedam sunt gressibilia : et quantum ad hoc dicit, *Insuper et pecora campi etc.* : scilicet apri, cervi, et huiusmodi : quedam volatilia, scilicet aves : et quedam natatilia sicut pisces. Possunt et haec<sup>1</sup> ad beneficia gratiae referri : et tunc in his omnia mysteria Christi numerantur. Primo Incarnationis, *Quid est homo?* Duo tangit : scilicet causam Incarnationem : et dicit, *Quid est homo?* Videbatur enim Deus oblitus hominis, quando expulit eum de paradyso : huiusmodi recordatur quando reducitur ad illud Psalm. cx, 4 : *Memento nostri Domine.* Et sic sequitur Incarnatio : quia visitat : et ideo dicit, *Aut filius hominis etc.* Quia licet totum genus humanum visitaverit, specialiter tamen illum hominem assumptum in unitate hypostasis : Hebre. ii, 16 : *Nunquam Angelos apprehensit, sed semen Abraham.* Secundum est passionis. *Ministrasti propter passionem.* Hebr. ii, 9 : *Euna autem qui modico quam Angeli minoratus est etc.* In hebreo habetur, *Et minores eum parum a Deo :* quia conjunctus est Deo in unitate persona: sed mihius propter passibilitatem assumptam. Tertium est beneficium resurrectionis in honore exhibito Apostolis, quae numerat per passionem : Phil. ii, 10 : *In nomine Jesu omne genuflectatur etc.* Iohann. v, 23 : *Ut unnes honorificant Filium, sicut honorificant Patrem.* Quartum mysterium est Ascensionis : *Constituisti eum super etc.* Eph. i, 21 : *Constituens eum ad dexteram suam supra omnem principatum et potestatem etc.* Quintum mysterium est adventus ad judicium, *Omnia subjecisti etc.* idest constitueristi eum iudicem super omnia : Hebr.

ii, 8 : *Nunc autem needum videmus omnia subiecta ei :* tunc omnia subjiciuntur sub pedibus ejus, id est humanitate ejus, quia *caput Christi Deus,* I Cor. xi, 3 : Et sunt pedes humanitas : Iohann. v, 27 : *Potestatem dedit ei iudicium facere.* Et hi in iudicio quidam boni : et horum quidam subditi sunt signati per *oves* : II Reg. ult, 17 : *Isti qui sunt oves quid fecerunt?* Quidam prelati, et hi signati sunt per *boves* : Prov. xiv, 4 : *Ubi plurima segetes, ibi manifesta fortitudo bovis.* Quidam mali : et horum sunt tria genera : I Iohann. ii, 16 : *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vita.* Et primo ponit luxuriosos : et hi sunt *oves et boves et pecora campi*, quia bestialibus delectantur : Joel. i, 17 : *Putruerunt jumenta in stercore suo, et demoliti sunt horrea campi.* Dicit hoc, quia vadunt per amplam viam, Matth. vii. Secundo superbos, *Volucres* : Matth. xm, 4 : *\*\* Aves cari comedenter illud :* Deut. xxxii, 24 : *Decorabunt eos aves morsu anarissimo ; Tertio cupidos, Qui perambulant semitas maris, ad litteram ; vel mundi : Ps. xi, 9 : In circuitu impii ambulant : Job. i, 7 : Circuvi terram, et perambulavi eam.* Sicut Deus est mirabilis eminentia majestatis, ista ostenditur ex clementia ; et ideo concludit admirationem, *Domine Dominus noster etc.* Tamen sciendum est, quod iste Psalmus est circularis, quia eumdem versum habet in principio et in fine. Quidam sunt semicirculares, quia non repetunt totum versum, sed partem ; sicut *Benedic omnia mea Domino, finis,* *In omni loco dominacionis ejus.*

## PSALMUS DAVID IX

1. *In fidem pro occultis Fili.*

Confitebor tibi Domine in toto corde meo : narium omnia mirabilia tua.

2. Letabor et exultabo in te ; psallam nomini tuo, Altissime.

3. In convertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, et peribunt a facie tua.

4. Quoniam fecisti iudicium meum et causam

meum ; sedisti super thronum qui judicas justi-  
tiam.

5. Incepisti gentes, et perit impius : nouen-  
trum delesti in aeternum, et in seculum sa-  
culi.

6. Inimici defecerunt frammeæ in finem, et civita-  
tes eorum destruxisti.

7. Perit memoria eorum cum sonitu ; et Domi-  
nus in aeternum permanet. Paravit in iudicio thro-

<sup>1</sup> Al. : « hoc. »

uno summi, et ipse judicabit orbem terre in equitate ; judicabit populos in justitia. Et factus est Dominus refugium pauperi : adjutor in opportunitatibus in tribulatione.

8. Et sperent in te qui noverunt nomen tuum ; quoniam non dereliquerunt querentes te Domine. Psallite Domino, qui habitat in Sion ; annuntiate inter gentes studia ejus. Quoniam requirens sanguinem, eorum recordatus est ; non est oblitus clamorem pauperum.

9. Misere mei Domine, vide humilitatem meam de iniunctis meis. Qui exaltas me de portis mortis.

10. Ut annuntiem omnes laudationes tuas, in portis filii Sion.

11. Exulta ho in salutari tuo ; infixe sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem abscondetur, comprehensus est pes eorum. Cognoscet Dominus iudicia faciens ; in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

12. Convertantur peccatores in infernum ; omnes gentes quae oblidicunt Deum. Quoniam non in finem oblitio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.

13. Exurge Domine, non confortetur homo : judicetur gentes in conspectu tuo. Constitue Domine legislatorem super eos ; ut sciант gentes quoniam homines sunt.

14. Ut quid Domine recessisti longe ? despicias in opportunitatibus, in tribulatione ? Dum superbit impensis, incenditur pauper ; comprehenduntur in consilis quibus cogitant.

15. Quoniam laudatur peccator in desideriis animae sue et iniquus benedicitur. Exacerbat Dominum peccator : secundum multitudinem ire sue non queret.

16. Non est Deus in conspectu ejus : inquinata sunt via illius in omni tempore.

17. Afferuntur iudicia tua a facie ejus ; omnium inimicorum suorum dominabitur. Dixit enim in corde suo, Non movebor a generatione in generatione sine malo.

18. Cujus maledictione os plenum est et amaritudine et dolo : sub lingua ejus labor et dolor.

19. Sede in insidiis cum diribitis in occultis, ut interficiat innocentem. Oculi ejus in pauperem resipiunt : insidiatur in absconde, quasi leo in sphynce sua.

20. Insidiatur ut rapiat pauperem ; rapre pauperem dum atrahit eum.

21. In laqueo suo humiliavit eum ; inclinabit se et cedet, cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, avertit faciem suam ne videat in finem.

22. Exurge Domine Deus, et exalte torus tua ; ne oblidiscaris pauperum. Propter quid irritavit impensis Deum ? dixit enim in corde suo, Non requiri.

23. Vides quoniam tu laborem et dolorem consideras ; ut tradas eos in manus tuas.

24. Tibi enim derelictus est pauper : orphano tu eris adjutor.

25. Contice brachium peccatoris et maligni : quereret peccatum illius, et non inventetur. Dominus regnabit in aeternum et in seculum seculum ; perditis gentes de terra illius.

26. Desiderium pauperum exaudivit Dominus : preparacionem cordis eorum audivit auris tua. Judicare pupillo et humili : ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

4. Supra in Psalmo gratias agit pro beneficiis toti humano generi collatis ; in isto autem Psalmo specialiter gratias agit pro beneficio sibi collato in destructione inimicorum : et hoc patet ex titulo secundum Hieronymum, qui talis est, *Victori pro morte filii cauticum David etc.* Et tangit historiam II Reg. xviii, et xix, quod mortuo Absalone recuperavit regnum : et pro isto beneficio fecit istum Psalmum. Sed in nostra littera titulus occultior est. *In finem pro occulis filii Psalmus David.* Occulta filii, mors filii, scilicet quia per eam occultatur ab oculis omnium. Secundum mysterium referunt ad Christum, qui dicitur filius Antonomastice : qui est filius naturalis Dei Patris Joan. vii, 36 : *Si Filius vos liberaret, vere liberi eritis.* Item filius David principaliter reprobatus. Lnc. xviii, 38 : *Miserere mei, fili David.* Pro occultis filiis, idest Christi que occultata sunt. Duplex est filii Dei adventus. Primus fuit occultus, quantum ad divinitatem et ejus gloriam, que latebat in infirmitate carnis Isa. xlvi, 13 : *Vere tu es Deus absconditus.* Secundus erit manifestus. Lnc. xxi, 27 : *Videbunt filium hominis venientem in uube cum potestate magna et uajestate.* Item est duplex Christi iudicium. Unum occultum ; et hoc est in dispositione mundi, secundum quod permittit bonos persecutionem pati a malis. Ps. xxv, 7 : *Judicia tua abyssus multa.* Item alius est manifestum in fine. I Cor. iv, 5 : *Quousque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.* Agitur enim de occulto iudicio, secundum quod boni afflictionem patiuntur a malis. Job. xxx, 26 : *Expectabam bona, et ecce mala ; prestolabar lucrum etc.* Et totum in idem reddit : quia gratias agit de liberatione ab iniunctis. Dividitur autem iste Psalmus in duas partes. Primo ponit gratiarum actionem ; secundo materiam gratiarum actionum, ibi, *In convertendo.* Gratias agit tripliciter : corde, ore et opere. Ore dupliceiter : lamenando et predicando. Laudando, quia dicit, *Confitebor.* Est autem triplices confessio : scilicet tibi : Rom. x, 10 : *Confessio fit ad salutem.* Psal. xxxi, 5 : *Dixi, confitebor etc.* Peccatorum. Jac.

ult. 16 : *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Laudis (Tob. xi.) *Coram omnibus ridentibus confitemini ei etc.* Et de hac confessione agitur hic. *O Domine confitebor tibi,* idest gratias agam, idest laudabo te. Psal. lxxvii, 31 : *Laudabo nomen Dei mei etc.* Hac in corde : quia I Reg. xvi, 7 : *Homines rident quoniam apparet, Deus autem intuetur cor.* Contra quod Isa. xxix, et Marc. vi, 6 : *Populus hinc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Sed dicit, *in toto,* quia Deus est major corde nostra. I Joan. iii, 20. Et ideo, quantumcumque laudemus secundum posse nostrum, minus est ipso. Dent. vi, 3 : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Qui ergo non totum eorū dat Deo, sed aliquid aliud vult habere simul cum ipso, perdit eum. Isa. xxviii, 20<sup>\*\*</sup> : *Angustiatus est stratum, ita ut alter decidat : et pallium breve est, et utrumque operire non potest.* Ille ergo toto corde laudat eum, qui nihil acceptat contra Deum, sed totum in eum actu vel habitu referit. Tob. xi, 7 : *Opera Dei reverentiae et confiteri* (scilicet annuntiando) *honorablem est.* Narrabo, pradicando et annuntiando, aliis, quia Deus dat beneficia aliis communicanda . et hoc bene fit aliis enuntiando. Lue. viii, 39 : \*\*\* *Vade et annuntia quanta fecerit tibi Deus :* et ideo dicit, *Narrabo mirabilia tua.* Sed rationem habet quod dicit, *Mirabilia,* quia opera Dei mirabilia sunt. Psal. lxxvi, 15 : *Tu es Deus qui facis mirabilia.* Sed quid est quod dicit, *Omnia?* Hoc videtur impossibile. Job v, 9 : *Qui facit magna et inscrutabilia mirabilia et absque numero.* Quomodo ergo dicit, *Omnia?* Dieendum, quod omnia secundum genus, vel omnia quaecumque narrat, omnia sunt mirabilia : vel omnia, quia intentio narrantis non debet sistere in aliquo, sed procedere quantum potest. Hilarins in lib. de Trin. : « Qui pie infinita prosequitur etsi nunquam perveniet, proficiet in prodendo. Eeccl.» xliii, 32 : *Glorificantes Deum quantum potestis, superrelabit adhuc, et admirabilis majestas ejus :* et xlii, 17 : *Nonne fecit Deus sanctos suos enarrare mirabilia?*

2. *Lætabor.* Hie gratias agit quantum ad cor. Aliqui narrant aliis bona sua, et

gaudent de se, sicut peccatores. Lue. xxiij, 41, de Pharisæo, qui dicebat : *Gratias tibi ago, quoniam non sum etc.* Sed hie gaudet in Deo semper. Eccli. xxxv, 11 : *In omni dato hilarem far vultum tuum, et in exultatione sanctifica decimas tuas. Lætabor,* interius in corde, et exultabo in te, exiliens ad exteriorem latitudinem. Habac. iii, 18 : *Ego autem in Dominio gaudebo, et exultabo in Deo Iesu meo. Psallam.* Hie gratias agit quantum ad opus : psallere enim est opus manuale, et per hoc intelligitur bona operatio : quia omnia opera nostra ad gloriam Dei terminari debent. Matth. v, 16 : *Sic lucrat lux vestra etc.* Ps. cxlv, 2 : *Psallam Deo meo, quoniam fuero.* Sed addit, *Nomini tuo, Altissime ;* quasi dicit : Deus non proficit ex hoc quod *Confitebor* et *Psallam* tibi, quia nomen tuum altissimum est, sed nobis proficit. Psal. xxxiv, 13 : *Oratio mea in sinu meo convertetur.* Job. xxxv, 7 : *Si juste eroris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Eccl. xxii, 3 : *Quid prodest Deo si justus fueris, aut quid ei conferes si innoculatus fuerit via tua?*

3. In. Hie ponitur materia gratiarum actionis. Primo in speciali pro se, secundo in generali, *Convertantur.* Circa primum tria facit. Primo proponit factum ; secundo auctoritatem facientis laudat, ibi, *Dominus in aeternum permanet.* Tertio subdit fructum, ibi, *Sperent in te.* Duo proponit : factum, et facti justitiam. Secundum, ibi, *Quoniam fecisti.* Factum est destructio inimici, in qua dicit tria : quia si aliquis destruitur, primo deficit a proposito : et quantum ad hoc dicit, *In convertendo inimicum meum retrorsum, supple in hoc, Confitebor,* idest dabo gratias Deo : Tunc convertitur inimicus retrorsum, quando deficit ab eo quod proponit. Ps. lxix, 4 : *Avertantur retrorsum et erubescant, qui cogitant mala.* Secundo debilitatur ejus virtus : et quantum ad hoc dicit, *Infirmabuntur,* scilicet in sua potestate. Hier. xx, 11 : *Dominus mecum est tanquam bellator fortis : idecirco qui persequuntur me cadent, et infirmi erunt.* Tertio pereunt ipsi ideo dicit, *Peribunt,* vel desinendo impietatem : et hoc, *A facie tua,* idest cogni-

\* parent

\*\* coangus-  
tulum

\*\*\* Redi-  
et terra

tione, vel condemnatione tua. Vel, *Peribunt te vindicante et sententiaente eorum malitiam.* Vel *peribunt a facie tua, quia te videre non poterunt.* Isa. xxvi, secundum aliam translationem : *Tollatur inpiusne videat gloriam Dei.*

4. Hic ponit justitiam facti. Primo ex parte sua cum dicit, *Quoniam fecisti.* Aliquando quis habet justitiam, non tamen habet judicem qui facial eam. Aliquando habet judicem, sed non testem vel advocateum ; sed iste habens justitiam invenit judicem ; et ideo dicit, *Quoniam fecisti iudicium meum, idest dedisti, et causam meam, idest testis mens.* Hier. xxix, 23 : *Ego sum testis et iudex, dicit Dominus.* Deus enim est iudex et testis : in quantum iudex, facit iudicium, in quantum testis, causas defendit. Secundo ponit justitiam facti ex parte judicis : et dicit de Deo auctoritatem judicandi : *Sedisti super thronum, qui sedes judicis est, idest habes regiam potestatem ad destruendum malum.* Prov. xx, 8 : *Rex qui sedet in solo, intuitu suo dissipat omne malum.* Item habes amorem justitiae ; ideo dicit, *Qui iudicas justitiam.* Hier. xi, 20 : *Tu autem Domine Sabaoth qui iudicas etc* quasi dicat : Tibi proprium est hoc. Ps. x, 8 : *Justus Dominus et iustitias dilexit.* Isa. lxiii, 4 : *Ego qui loquor justitiam, et propagulator sum ad salvandum.* Vel si hoc ad Christum referatur, *Quoniam fecisti etc.* Christus iudicatus fuit et causam habuit. Job. xxxvi, 17 : *Causa tua quasi inipiū iudicata est.* Sed fuit sua, quia pervenit ad gloriam suam. *Sedes, scilicet Deus Pater, super thronum, idest animam Christi.* Vel Christus ad dexteram Dei Patris sedet : cetera adapta ut vis.

5. *Incepasti.* Supra ostendit Psalmista iudicium factum ex parte sua, quia in hoc est factum sibi iudicium debitum, et ex parte judicis ; hic ostendit iudicium sive justitiam factam sibi ex parte iudicatorm. Et primo ponit ipsam justitiam. Secundo exponit, ibi, *Inimici de fecerunt.* homines primum malos, tria per ordinem facit in eis. Primo quia non statim procedit ad ultimam penam ; sed primo reprehendit ; secundo, nisi corriganter puniat ; tertio exterminat. Quantum ad priuimum di-

dit, *Incepasti*, per praedicatorum. Isa. lviii, 4 : *Anuuuntat populo meo scelera eorum, et dormiuī Jacob peccata eorum.* II Tim. iv, 2 : *Argue, observa, increpa in omni patientia et doctrina.* Item per tribulationes Job xxxiii, 19 : *Incepit quoque per dolorem in lecto, et ossa illius marcescere facit ; et quantum ad hoc dicit, Periūt inpius, vel Absalon, vel diabolus, Job iv, 20 : Quia nullus intelligit in eternum peribunt. Incepasti gentes, scilicet deceptas, et inpius, concitans, periit, quia tota multitudo rebellavit ; sed non est destruta, quia fuit seducta. Quantum ad tertium dicit, Nomen eorum detesti, quod impii perpetuare nituntur ; sed ipsi in perpetuum non inveniuntur.*

Contra : nomen Jude est in memoria.

Dicendum, quod homines non intendunt nomen magnificare in malo, sed in bono ; sed nomen Jude manet in malo. Prov. x, 7 : *Nomen impiorum putrescit.* Hieronymus dicit quod quidam ignotus, ut in memoria esset, combussit templum ; et sic in malo remaneat nomen malorum.

6. *Inimici.* Hie exponit quomodo periit : et duo facit. Primo assignat causam quare periit. Secundo modum, ibi, *Periit memoria.* Causa quare periit, est, quia periit illud unde sibi voluit facere nomen. Quandoque scilicet aliqui faciunt sibi nomen ex potentia militari et bellorum : unde Gen. vi, 3 : *Hic sunt potentes a seculo viri famosi.* Aliquando additando civitatem : Eeccl. xl, 17 : *Edificatio civitatis confirmabit nomen, et super hanc mulier intuiculata computabutur :* sicut nomen Romuli per Romanum : sed Dominus destruxit utrumque, *Frances,* scilicet gladii, *inimici,* scilicet hominis, *decesserunt in finem* : Psal. lxxv, 3 : *Ibi confringit potentias.* *Civitates eorum deseruerunt : Isa. i, 7 : Terra vestra deserta, civitates vestar succensus igni.* Hie inimicus specialiter diabolus : Matth. xii, 28 : *Inimicus homo hoc fecit.* *Frances* ejus tentationes. *Cirritores mala consilia, quibus uititur ad pervertendum hominos.*

7. *Periit.* Hie ponitur modus quo pe-

rit: dupliceiter exponitur hoc. *Perit*, idest simul periret memoria et sonitus eorum, Malo sonitum facit et concientio regna, destruit civitatem: Ezech. xxxi, 14: *Omnis traditi sicut in noctem ad terram ultimam in medio filiorum hominum ad eos qui descendunt in terram.* Vel *impīi*, quando quis madus homo destruitur, sed non sine magno tumultu: quia oportet aliquam tribulationem pati: ut patet Marc. 1, 26: quando diabolus exivit clamans et nullum dispergens. *Littera Hieronymi* habet, *Perit memoria cum impīi*, quia nihil boni fecerunt unde memoria eorum inaneret in bono: Ecol. vi, 4: *Frustra renit, et pergit ad tenebras, et oblitione de'ebitur nomen ejus. Et Dominus in aeternum permanet.* Hic ponit auctoritatem facientis; et tangit sex conditiones circa iudicium Dei. Primo quod non est momentaneum, sed aeternum. Aliorum potentatus, vita brevis: ideo Psalmista dicit, *Dominus in aeternum permanet.* Hieronymus: *sedet quasi ad iudicium Dominus.* Item dicit quod semper promptum est, aliorum non sic est; unde dicit, *Parvit in iudicio thronum suum, idest paratum habet:* Isa. iii, 13: *Stat ad judicandum Dominus, stat ad iudicandos populos.* Item dicit quod est universale; unde dicit, *Judicabit orbem terrae, et non solum Iudeos,* Gen. xvii, 25: *Abiit a te Domine ut perdas justum cum impio.* Item, quod est justum; unde dicit in *aequitate, judicabit populos in justitia.* Item, quod est justum; unde dicit in *aequitate, judicabit populos in justitia.* Duo dicit: scilicet *aequitatem et justitiam*: quia *justitia* importat exceptionem eorum quae sunt secundum se justa, quae non sunt justa in aliquo casu: quia regulæ et numerus sunt circa contingencia, nec possunt adaptari ad singula partitionaria, sed in aliquo casu intermittuntur: sicut sunt quaedam regulæ, et numerus, et conclusiones, que in casu propter aliiquid non servantur. *Applicatio* autem horum principiorum universalium ad facta particularia<sup>2</sup> pertinet ad *aequitatem.* *Hieronymus* dicit, *Judicabit populos in aequitate*, quia ad singularia

est aequitas, que quoddammodo restringit et regulat justitiam. Item dicit, quod est misericordia plenaria. *Hoc commendatur ex persona eni sit misericordia, puta si facis indigentem:* Luc. xiv, 12: *Cum facis praudium aut evanescas, nali rucare amicos tuos aut cognatos, neque vicinos divites etc.* Job xxx, 23: *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi.* Et ideo dicit, *factus est Dominus refugium pauperi, scilicet oppresso:* Isa. i, 17: *Subvenite oppreso, iudicate pipillo, defendite viduum:* Ps. lxxxv, 3 *Judicate egem et pipillo, et humilem et pauperem justificate;* et hoc verum est ubi habent justitiam: Lev. xix, 15: *Non\*\* iniuste iudicabis; neque consideres personam pauperis, et non honores vultum potitus.* Item ex tempore, quia scilicet tempore quando indigent, est accepta misericordia ejus: Ecli. xxxv, 26: *Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluviae in tempore siccitatis.* Et ideo dicit: *Adjutor in tribulatione:* et addit in *opportunitatibus*, quia tempore tribulationis homines convertuntur ad Deum, et tunc est cis praedicandum. Et possunt haec de Christo exponi. *Dominus in aeternum permanet*, quia *Jesus Christus heri et hodie,* Hebr. xiii, 8: *Paravit iudicium*, quia sedet in throno suo iudicans, et ipse *judicabit orbem terrae in aequitate:* Isa. xxxix, 17: *Iudicatus est justitia ut lorica, et galba salutis in capite ejus.*

8. *Et sperent.* Supra Psalmista posuit factum de quo gratias egit, et auctoritatem facientis; hic ponit fructum facti. Et primo quantum ad alios: secundo quantum ad se, ibi, *Miserere mei, Domine, vide etc.* Primo ponit triplicem fructum in alios. Primus est notitia, vel fiducia nominis Dei. Secundus spiritualis, latititia diligentissimum eum. Tertius denunciatio nominis ejus. Secundum, ibi, *Psalitte, Terrium, ibi, Annunciate.* Ilos fructus inducit per modum exhortationis: et circa hoc tria facit. Primo inducit ad sperandum. Secundo ostendit quibus convenient sperare. Et tertio quare. Dicit

<sup>1</sup> Parm. : « Matth. ix. »

<sup>2</sup> Al. : « universalia. »

ergo, *Et sperent in te*: Ecli. ii, 9: *Qui timet Dominum, sperate in illum*. Sed unde venit? *quia uocerunt nomen tuum*. Ex duobus enim spes consurgit; quod sit potens: et hoc patet, *quia Dominus nomen illi*; et quod sit voleus, *quia summe bonus*; unde Due. xviii, 19: *Nemo bonus nisi solus Deus*. Et praecepit hoc nomen Jesus Matth. i, 21: *Ipse salvum faciet populum suum etc.* Philip. ii, 40: *In nomine Iesu omne genuflectatur*. Et quare? *quia non derelinquis querentes te*: Sap. i, 2: *Inventur ab his qui non tentant illum*; *apparet autem eis qui fidem habent in illum*, scilicet qui querunt cum bona intentione: *quia mali non inueniunt eum*: Joan. vi, 34: *Quareatis, me, et non inueniatis*. Item ubi est, *quia non inter cognatos et notos*, Luc. ii, 44: Job. xxvii, 13: *Nec invenitur in terra suaciter ridentium*. Tertio inducit ad secundum fructum, scilicet ad laetitiam. *Psallite Domino qui habitat in Sion*. Dominus dicitur habitare in loco non corporaliter: ii Reg. vi: *David posuit aream in Sion*; sed secundum veritatem habitat in Ecclesia. Sion interpretatur specula, et in Ecclesia *speculanum aeternum*, isti ergo de bonis psallere, idest gaudere corde et ore et operibus, pro beneficiis datis. Tertio inducit ad tertium fructum, *Annuntiate*: i Pet. iv, 10: *Uniusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illum administrantes*. Et ideo primo inducit quod debeant annuntiare, Gregorius: Ille uberes fructus sue predicationis colligit, qui semina bona operationis praemittit. *Inter gentes*, idest inter gentiliter viventes, idest inter peccatores: Isa. xxi, 14: *Occurrentes sicuti ferte aquam*. *Studia*, idest curam ejus sive sollicititudinem de salute humani generis: Hier. xxix, 11: *Ego cogito cogitationes pacis*. Secundo haec studia exposuit ibi, *Quoniam requirens etc.* Illud quod aliquis cum studio et diligentia facit, non obliviscitur quin illud faciat; Deus autem studiosus est ad salutem hominum: et ideo non obliviscitur. Duo faciunt obliuionem: scilicet mors: Ps. xxx, 13: *Obliviori datum sum tanquam mortuus a corde*, item paupertas: Proy: xix, 7: *Fratres hominis pauperes oderant*

*enim: Apoc. vi, 40: Quare non vindicas etc.* Sed Deus non obliviscitur mortuorum? *Quoniam requirens sanguinem eorum*, scilicet te querentium; etiam si contingat eos occidi; et hoc judicando. Vel requirent sanctorum sanguinem, in resurrectione reparando illum: Sup. v, 3: *Ecce quando compatati sunt etc.* Dicitur autem *Recordatus*, non quod sit oblitus, sed quia videtur oblitus propter dilatationem. Item non obliviscitur pauperum et parvorum: unde, *Nam est oblitus clamorem pauperum*: Ps. xxxiii, 7: *Iste pauper clamavit, vel in periculis, vel in oratione*: Iac. v, 4: *Clamor eorum etc.* Ps. xxi, 23: *Nom, sprevit uerque despexit depreciationm pauperis*: Ex. iii, 7: *Videns cidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, et descendit liberare eum*.

9. *Miserere*. Hie ponit fructum quantum ad se. El primo commemorat beneficium, Secundo ponit fructum, ibi, *Ut annuntiem etc.* Beneficium duplex: nunc futurum: aliud habitum. *Qui exaltas etc.* Primo duo facit. Primo ponit misericordiam. Secundo misericordiae motivum. Futurum beneficium est misericordia. *Miserere Mei*: Ps. xxxii, 3: *Misericordia Domini plena est terra*. Motivum ad eam, consideratio Dei. *Vide*, idest considera, *humilitatem meam*. Haec humilitas non importat virtutem, sicut illud, *Si non humiliter sentiebam*, sed dejectionem. Unde Hieronymus habet *affectionem de iniurias meas*, quia scilicet a flagitu. Vel aliter: *Vide humilitatem, quia humilis dat gratiam*. Iac. iv, 6: Sed hoc potest considerare ex consideratione inimicorum, qui sunt superbi et mali. Consequenter confitetur beneficium habitum: *Qui exaltas me etc.*: quasi dicit: De tanto periculo erunsti me, quod non restabat nisi ut moreret: Hier. ix, 21: *Accedit mors per fenestrar nostras; in primis est dominus nostrus disperdere pauculos domiris*. Spiritualiter autem porta mortis sunt heretici: Matth. xvi, 18: *Potest opifex non pervalebatur inde a cruce*. Et sensus hominis: Hier. ix, 21: *Mors intridit per fenestras*. Odiun verbi Rei: Ps. cxli, 18: *Omnia esse sternuntur est anima nostra, et aperte aperte sunt usque ad portas mortis*. Tentationes et vi-

tia: Sap. xvi, 43: *Deducis ad portas mortis, et reducis.* Qui ergo liberatur ab istis, dieat, *Exaltos me,* idest liberasti me de portis mortis.

10. Consequenter cum dicit, *Ut ponit fructum; sed ordine retrogrado.* Primo annuntiationis. Secundo exultationis, ibi, *Erultabo.* Tertio cognitionis, ibi, *Cognoscetur.* Dico quod misertus es, et pele quod miserearis; et hoc ut *annuntiem prædicationes.* Antiquitus iudicia siebant in portis; et ideo dicit, *In portis filiarum Simeon,* idest Hierusalem, quia subiecta erat ari qua vocabatur Sion; quasi dicat: In multitudine populi Hierosolymitani, *annuntiem omnes laudationes,* non quod *omnes*, sed de omni genere laudis. Item *porta filia Sion* dicuntur doctores Ecclesiæ: Isa. liv, 42: *Ponam portas ejus in lapides sculptos; universos filios tuos doctos a Domino.* Item justitia: *Hoc porta Domini, justi intrabunt in eam.* ut dicitur Psal. cxvii, 20: Item bona cogitationes: Ps. cxlvii, 43: *Seras portarum.* In his ergo portis annun-ciabio laudes tuas.

11. *Erultabo.* Posito uno fructu, scilicet prædicatione divinae laudis, hic ponit secundum, scilicet laetitiam spiritualem a Deo. Et primo ponit snam exultationem. Secundo occasionem exultandi, ibi, *infixæ sunt gentes.* Dicit ergo: *annuntiem omnes laudes tuas.* Sed ha' essent<sup>1</sup> steriles, si ita essent in ore quod non in corde esset jucunditas: Psal. cxlvii, 1: *Deo nostro jucunda sit laudatio;* et ideo subdit, *Exultabo id salutari tuo.* Non in mundo vel in carne, sed in tua salvatione<sup>2</sup> qua me exaltas. Vel in Christo salvatore: Habac. iii, 48: *Exultabo in Deo Iesu meo;* I Reg. ii, 1: *Lavata sum in salutari tuo.* Ocasio exultationis est inimicorum destructione, qui persecuntur<sup>3</sup> sanctos. Et persecuti sunt sanctos dupliciter. Primo violentia. Secundo fraudulenta. Dicit ergo quantum ad primum, *Infixæ sunt gentes;* ex hoc quod paraverunt occasionem<sup>4</sup> alii, ipsi occisi sunt; et ideo dixit *infixæ,* vel secundum Hieronymum *submersæ:* quia illud quod infi-

gitur, deprimitur enim violentia. Et isti qui alias enim violentia occidere videbantur, violenter oppressi sunt: Isa. lix, 8: *Semita eorum incruentia sunt in eis;* Ps. xxxvi, 15: *Gladius eorum intrit re.* Vel spiritualiter quis immarginatur in interitu, quando facit peccatum; quia ex hoc penam aeternam intrat et damnatur: et in his operibus infingitur ex consuetudine: Job xviii, 8: *Inveni in rete pedem suum, et in nacula roris ambulat.* Quantum ad secundum dicit, *In lacu isto,* insidiatores avibus et animalibus ponunt laqueos: sic qui insidioso procedunt Ps. lxi, 7: *Loquuntur paraverunt pedibus meis.* Et dicit absconduntur, quia ad litteram ancipes abscondunt laqueos; sic fraudulenter per verba pacis quae dant, parant venenum seductionis: Ps. cxxxix, 6: *In via hac qua ambulabam, abscondunt superbi laqueum mihi.* Tertius fructus est agnitus divinae maiestatis. *Comprehensus est pes eorum,* idest malus affectus eorum: Osee xiii, 12; *Colligata est iniurias Ephraim, absconditum est peccatum ejus,* qui inclinatur solum ad malum. Et isti abscondunt laqueum, sed frustra: quia cognoscetur Dominus. Et per qua? Quia in operibus. Aliquando aliqui in prosperitate non cognoscunt Deum, sicut Pharao, sed in adversitate: Ps. lxxxii, 17: *Impie facies eorum ignominia;* et ideo dicit: *Judicis faciens.* Quia autem sunt iudicia Dei, subdit: *In operibus.* Proprium divinae sapientiae est, quod disponat *omnia suaviter,* Sap. viii, 1. Et hoc facit dando rebus ut per proprias formas in propriis finibus tendant: sic per ea per quae cogitant peccatores offendere, incident in penas: Job v, 13: *Qui apprehendit sapientes in astutia eorum.* Et ideo dicit: *In operibus manus suarum comprehensus est peccator:* Prov. v, 22: *Iniquitates suæ capiunt impium, et filii filiorum peccatorum suorum constringitur:* Job xviii, 7: *precipitabit eum consilium suum.* Item *Cognoscetur Dominus,* hic a sanctis. Etiam fugiens laqueum: Prov. i, 47: *Frustra jacitur rete ante oculos pennatorum.* Dicit ibi,

<sup>1</sup> Al.: « scilicet ha' non essent steriles. »  
<sup>2</sup> Al.: « salutatione. »

<sup>3</sup> Al.: « qui consequuntur. »  
<sup>4</sup> Al.: « occasionem. » — <sup>5</sup> Al.: « quod. »

*Glossa:* « Facile evadit laqueos in terris qui semper habet oculos in cœlis.» Hieronymus: « Uniusquisque secum portat funes, vinclia et tormenta, unde sustinet mala; et occulto Dei iudicio comprehendunt peccatores in laqueis quos abscondunt, et justi evadunt.»

42. *Convertantur.* Supra Psalmista prosecutus est de iudicio Dei quantum ad suos adversarios: hic prosequitur quantum ad totum humannum genus, et quantum ad mala quae ubique per peccatores aguntur: et circa hoc duo facit. Primo per modum orationis prænuntiat Dei iudicium contra malos. Secundo ponit malorum progressum. *Ut quid Domine etc.* Circa primum duo facit. Primo prænuntiat peccatorum penam. Secundo exposcit divinum iudicium punientis, ibi, *Exurge Domine.* Circa primum tria facit. Primo prænuntiat optandam penam. Secundo ponit causam penam ex parte peccatorum, ibi, *Omnes gentes.* Tertio ex parte justorum, *Quoniam non in finem.* Dicit ergo, *Convertantur.* Hac petitio duplicitate potest intelligi. Uno modo de punitione malorum in praesenti per mortem. Alio modo in futuro per penam ateriam. Et dicit, *Convertantur peccatores,* id est puniantur. Sed numquid hoc est petendum? Dicendum est, quod propheta dicit hoc per modum prænuntiationis, et non petitionis, vel conformando se divina voluntati: Ps. LXII, 10: *Introibunt in inferiora terre.* Isa XIV, 45: *Verumtamen in infernum detraheris,* id est profundum lacis. Vel per infernum intelligitur obstinationis in peccato etc. Eliam vivus in inferno convertitur peccator, quando immittitur in obstinationem: Rom. I, 28: *Tradidit Deus in reprobum sensum;* quasi dicit: in hac vita dejiciantur. Est ergo pena conversio in infernum, ut dictum est. Causa penae est oblitio Dei: qui enim recedit ab uno termino, disponit se ad tendendum in alium. Duo termini hominis sunt, Dei fruitio, et geheuna: et hoc est quod dicit, *Convertantur etc.* scilicet illi peccatores qui obliviscuntur Dei mandatorum et beneficiorum ejus. Ps. LXXV, 41: *Obliti sunt beneficiorum et mirabilium ejus que ostendit eis:* Dicit, XXXII, 18: *Deum qui te genuit dereliquisti,*

*et oblitus es Domini creatoris tui.* Ex parte justorum est alia causa, quæ petit vindictam de peccatoribus. Sunt autem in iustis duo quæ exigunt vindictam: scilicet affectio temporalis, et virtus spirituialis. Quantum ad primum dicit: *Quoniam non in finem oblitio erit pauperis.* Res viles habentur despectui, sermo traditur obliioni; sed non sic traduntur obliioni justi apud Deum: Jac. II, 5. *Dens elegit pauperes divites in fide, heredes regni quod repromisit Deus diligenteribus se.* Matth. V, 3: *Brati pauperes spiritu, quoniam ipsum est regnum caelorum.* Ergo licet hic videatur obliioni traditi, hoc tamen non est *In finem*, scilicet finaliter: Isa. LIV, 7: *Ad Punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te.* Et sequitur: *Et in misericordia sempiterna misertus sum tu.* Quando enim recordabitur, tunc puniet opprimentes: Ps. LXXVI, 10: *Non obliviscetur misereri Deus, neque continebit in ira sua misericordias suas.* Quantum ad secundum, *Patientia pauperum etc.* Vel expectatio secundum Hieronymum. Cum enim hic sustineat oppressionem patienter et paupertatem, ex patientia merentur vindictam: nec *Expectatio peribit in finem*, quia consequentur bonum quod expectant. Alter *Et in finem,* quia scilicet est vita aeterna. Sed numquid patientia est in patria? Dicendum, quod non secundum essentiam, sed secundum fructum: scens de caritate et justitia, quæ erunt etiam secundum essentiam. Consequenter cum dicit, *Exurge,* prænuntiat divinum iudicium: et circa hoc tria facit. Primo excitat iudicem. Secundo implorat iudicium. Tertio ostendit iudicij fructus. Dicit quod non est oblitus in finem pauperum: unde ipse quasi unus de pauperibus dicit, rogo ut non differas usque in finem premiare; sed *Exurge.* Et circa hoc tria facit. Primo repudiat pravum, sive humanum, iudicium. Homo enim humanitus absque ratione opprimens *Non confortetur,* id est non valeat facere quod vult: Prov. XXIX, 2: *Cum impii sicut principatum generi populi oblitus.* Secundo exposcit iudicium alterius: *judicentur gentes,* non secundum voluntatem humanam, sed *in conspectu tuo,*

scilicet tu iudicio, quasi, appello ad te,  
V. L. xxxv. 19 : *Arce it bonum Cesaris*  
*ut et nos regemus*, p. xvi, 1 :  
*et nunc q. tua etc.* Tertio  
tempore : *C. iustitia legis latiorum,*

*Exultare finum : Isa. xxviii : Domi-*  
*nus tuus vester.* Vel aliter *Constitue-*  
*re regnum tuum*, id est pluitorem secundum  
scripturam ; secundum enim legem  
convenit factum. Hieronymus habet : *Pone-*  
*te regnum tui* ; alia translatio : *Mitte eis*  
*in regnum tuum.* *Glossa* : *Non coniugetur*

*id est Antichristus : judicentur,*  
*vestrum inimicorum. Fructus iudicii, quia*  
*reversio vel se esse homines : Sciant*  
*quod quoniam homines sunt, fragiles,*  
*fractores et mortales.* Isa. xxvii, 19 :  
*Vox tua dicit intellectum.* Sic Alexander  
quando fuit percusus, recognovit se non  
filium Jovis, sed mortalem, ut ipse ait  
sui militibus.

13. Hie ponit processum impiorum. Et  
primo ponit causam aequitatis eorum.  
Secundo id scribit ne punitum, ibi, *Cujus*  
*modet etiam etc.* Tertio contra eam im-  
plerat divinum auxilium, ibi, *Exurge*  
*Dominus Deus.* Causa punitae est duplex :  
scilicet permissiva et induktiva. Secunda, ibi,  
*Quoniam laudatur peccator.* Circa  
primum tria facit. Primo ponit divinam  
dissimulationem, quae videtur causa male  
avendi malis. Ecol. viii, 11 : *Quia non*  
*covertitur ei contra malos sententia, abs-*  
*que timore filii-omina perpetrant mala;*  
unde subtilis : *Ut quid Dominus recessisti*  
*de nobis?* in quantum non punis  
malentes nos, et in hoc videris<sup>2</sup> nos  
despicere, *in opportunitatibus*, id est tem-  
pore in quo deberes ferre auxilium. Vel  
*In opportunitatibus*, id est opportune hoc  
facis ; quia simili inde proficiunt ad  
mali ritum vita aeterna. Secundo ponit  
diuinum bonum effectum, *Dum superbit*  
*iustus.* Et ponit duplarem effectum in  
modo Superbiacum, eo quod non statim  
percedatur a Deo ; et ideo dicit : *Superbit*  
*iustus in potestatis, incurritus patitur,*  
*et affligitur. Vel inveniuntur spirituali-*  
*ter ex consideracione superbiae impiorum*  
*et eorum peccatis :* Psal. lxvii, *Zelus*  
*datus tuus conseruit me.* Tertius effectus

est, quia *comprehenduntur in consilis*  
*quibus cogitant, quia co-silia eorum finali-*  
*ter destinent eos : Prov. v, 22 : Iniqui-*  
*tates surcipiant impia u, et fanibus prae-*  
*vatorum sursum constringitur.*

14. *Quoniam.* Hie ponuntur tres can-  
sa inducentes ad peccatum. Prima est  
adulatio. Secunda contemptus Dei, ibi,  
*Dirit enim in corde suo.* Tertha presump-  
tio, ibi, *Non est Deus.* Circa primum tria  
facit. Primo ponit adulacionem ejus. Secundo effectum. Tertio divinam ele-  
mentiam. Laudantur autem, secundum  
Glossam, peccatores de duplice peccato :  
scilicet carnalis concupiscentiae quantum  
ad seipsum<sup>3</sup>, et injustitiae quantum ad  
proximum ; ideo superbiunt. Sed secun-  
dum Hieronymum, *Quoniam laudatur*, et  
ideo *exacerbat*, in desideriis, quantum  
ad concupiscentiam, et *iniquas*, quantum  
ad injustitiam contra proximum. Littera  
Hieronymi habet, *Vir avarus.* Alia littera,  
*Ruptor* : Isa. v, 20 : *Fu qui dicunt bo-*  
*num malum, quoniam illa est.* *Exacerba-*  
*rit Dominum peccator*, id est ad ira-  
cundiam provocavit. Hieronymus habet totum  
hoe sub uno versu : et aliis versus incipi-  
pit, ibi, *Peccator secundum multitudinem*  
*etc.* Potest autem legi *secundum multitu-*  
*dinem ira sue non queret.* Vel quia extra  
condignum punit, vel quia magna ira non  
punit modo, ut fortius punit in futuro.  
Vel *ira sue*, scilicet peccatori, *non queret*  
peccatum Deus.

15. *Non.* Supra posuit Psalmista quas-  
dam causas malitiae impiorum : quarum  
una erat permissiva, quia Dens recede-  
bat longe ; secunda induktiva, scilicet  
lingua blanditus : hic ponuntur aliae  
causes motivae, scilicet intrinsecæ : que  
sunt due : scilicet Dei contemptus, et  
propria presumptio. Secunda, ibi, *Dirit*  
*enim in corde suo.* Circa primum dno fa-  
cit. Ponit primo, quod de Deo non recon-  
gitat. Secundo, quod ejus iudicia non for-  
midat, ibi, *Aferuntur.* Circa primum  
dno facit. Quia primo ponit aversionem  
a Deo, sive ejus contemptum. Secundo  
aversionis effectum, ibi, *Inquinata.* Dicit  
ergo, *Non est Deus in conspectu ejus.*  
Hieronymus habet, in cogitationibus quia

<sup>1</sup> Ali. : *in hunc.* <sup>2</sup> Ali. : *videtis.* \*

<sup>3</sup> Ali. : *a seipsum.* \*

nihil de eo cogitat; et continuatur sic: *Non queret Deum peccator, quia non est in conspectu ejus*, idest in intentione, vel cogitatione: Job xxi: *Dixerunt Deo, recede a nobis; scientiam vironum tuorum nolumus*. Effectus est, quia *Inquinatur sunt*, idest sordent omni tempore viae suae. Viae peccatoris sunt cogitationes, vel voluntates: Sap. i, 4: *In malerolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditio peccatis*. Et dicuntur inquinari per peccatum, vel ad similitudinem peccatorum praecedentis temporis. Hoc allegorie de Antichristo, moraliter de peccatoribus dici potest: quia ex ipso quod Dens non est in intentione eorum, convertunt se ad temporalia; ex quibus anima inquinatur, in quantum permiscentur eis quae sunt pejora quam anima. Sed anima permixta Deo, qui est anima melior, non inquinatur, sed clarificatur: Thren. i, 9: *Sorles ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui*: Ps. xxxii, 6. *Viae illorum trahunt et lubricant*: Hieron. ii, 13 *Me deceduerunt fonte, et aqua viae, et foderunt sibi cisternas dissipatas que continere non valent aquas*. Hieronymus habet, *Partierunt viae ejus*, quia peccatores proponunt facere diversa: Lue. xi, 19: *Anima mea, habebit multa bona reposita in annos plurius, emende et epulare*. Et dicit Dominus, *Sulte, hac nocte etc.* Ps. vi, 13: *Concepit dolorem, et preperit iniquitatem*. Temporalibus adhaerens, in uno non infigitur, quia non sufficit: et propter hoc diversa cogitat.

46. *Ausseruntur*. Hie ostendit quomodo contemnunt divinum judicium. Et primo ponit causam. Secundo ostendit effectum, ibi, *Omnium inimicorum Judicari tunc*, idest beneficia tua, *ausseruntur a facie ejus*, idest a mente et memoria ejus: et sic non timebit quia non cogitat de eis: Prov. xxviii, 5: *Viri mali non cogitant iudicia*; qui autem requirunt Denuo, animadvertisit omnia: Dan. xii, 9: *Dei auferunt orulos suos ne videantur eorum*. Sed Hieronymi litteram oportet extorte dicere *omnes inimicos suos despiciunt*, quasi scilicet non credito iudicia Dei. Et

*dominabitur, supple in corde suo*. Non aliquando ex Dei permissione mundi dominatur inimicis. Ita hoc est causa, quia non cognoscuntur divina iudicia: Propterea, *Ipse de regibus trium habet*: Ps. cxviii, 1. *In ipsius praevalenti adversus justos, et contra egressionem est iustus in iugis*: Ps. cxviii, 3. *Non causa est praesumptio de seipso*: Ps. cxviii, 4. *Qui sumunt diu, et libidinem: et non est quod dicit: Dixit in corde suo, rabi rebor a generatione*, idest deinde: *meum non extendetur ab una generatione in aliam, non nullis mala inferam: non morbor, idest non amittere prospectus tem*: Isa. xlvi, 6, 7: *Apparisti priuatum vobis, disti in sapientiam et in dominum*. Hieronymus habet, *Et dixit a alterum ergo a generatione sic a Te*, idest inquit quoniam patiar in hunc: Apoc. xviii, 7: *Sedea Regis, et cultura a te sum*. Et Lue, in *Glossa* expolens inquit: *Bixit peccator a te per diluvio nouum suum non miti per eam debet circa et faciam*. *Sed mali*, idest non facient malum. *Vel non morbor*, idest non perveniant ad possessionem domorum, *Sed uult*. Violentia et iniquitas. Ita sic faciet. At etiam isti secundum *Gr. sag.* V. lego Antichristus. *Non morbor*, id est inquietabor, *a coercitione in genitivo et in sin. et al.*, scilicet ero secundum quod est in genitivo.

47. *Cujus* Hie postea ostendit effectum. Et primo in corde suo quoniam justum est. Secundo in membris. Tertio in rebus. *Sed tunc in aliis, ut capitulo 100 ponat*. Peccatum enim sine lepra non tripliciter. Aliquammodo in membris, et in aliis vel proximis in aliis, et in aliis. *Propter iniquitatem fratrum*: B'ps. 100, 1. *Concedit de te semper*, quoniam *semper* in aliis. Aliquando in hinc oris scripto: *Et est semper plena in aliis, et in aliis*. C'ps. 100, 2. *Concedit de te in aliis verbis et in aliis*: Ps. 100, 3. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 4. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 5. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 6. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 7. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 8. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 9. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 10. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 11. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 12. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 13. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 14. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 15. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 16. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 17. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 18. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 19. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 20. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 21. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 22. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 23. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 24. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 25. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 26. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 27. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 28. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 29. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 30. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 31. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 32. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 33. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 34. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 35. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 36. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 37. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 38. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 39. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 40. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 41. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 42. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 43. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 44. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 45. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 46. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 47. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 48. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 49. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 50. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 51. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 52. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 53. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 54. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 55. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 56. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 57. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 58. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 59. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 60. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 61. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 62. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 63. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 64. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 65. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 66. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 67. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 68. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 69. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 70. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 71. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 72. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 73. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 74. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 75. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 76. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 77. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 78. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 79. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 80. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 81. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 82. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 83. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 84. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 85. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 86. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 87. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 88. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 89. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 90. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 91. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 92. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 93. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 94. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 95. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 96. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 97. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 98. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 99. *Concedit de te in aliis*: Ps. 100, 100.

*multi. Secundo ponit radicem cordis, Sub lingua, idest in interioribus cordis labor latet : Glossa : idest iniquitas. Cogitat enim perfidere iniquitatem in qua labor : Hier. ix, 9 : Ut inique agerent laborem : Job xx, 12 : Cum dulce fuerit in ore ejus etc. Vel labor, quia alii cogitat inferre laborem et dolorem : dolor, idest pernicies ex labore sequens : Isa. ix, 3 : Labi in vici locuta sunt mendacium, et lingua vestra mendacium et iniquitatem facit.*

18. Ille ostendit processum malorum quantum ad corpus; et circa hoc duo facit. Primo proponit eorum processum. Secundo processus terminum, *In laqueo*, Circa primum tria facit. Primo proponit eum quibus insidiatur, ibi, *Cum divitibus*. Secundo, contra quos : *Ut interficiat innocentem*. Tertio quomodo insidiatur, *Insidiatur in abscondito*. Dicit ergo : Mali non contenti locutione, laborent perfidere, unde *Sedet in Insidiis*, cogitans quomodo noceat aliis. *In occultis*, propter simulationem : Eccli. xi, 34 : *Multa insidia sunt dolosi. Cum divitibus*, idest consiliariis. Eccli. xiii, 23 : *Venatio leonis onager in eremo, sic pascua divitum pauperes*. Hieronymus habet *juxta vestibulum*, idest *cameram* suam. Contra quos ostendit? Certe contra innocentes : unde *ut interficiat innocentem*, corporaliter vel spiritualiter : Exod. xxiii, 7 : *Insontem et justum non occides*. Et contra pauperes ; unde *Oculi ejus in pauperem respiciunt* : Isa. iii, 45 : *Quare atteritis populum meum, et facies pauperum commolitis?* Glossa, Antichristus cum divitibus habebit consilium contra pauperes. Hieronymus habet, *Oculi ejus in robustos*, quia pauperes in temporalibus non sunt robusti, sed in spiritualibus : Job xvi, 10 : *Hostis meus terribilibus oculis intutus est me*.

19. *Insidiatur*. Ille ponitur modus insidiandi. Ut primo ponit similitudinem, *Sicut leo in spelunca sua*, scilicet sic principes mali pauperes oppriment : Prov. xxxviii, 13 : *Leo rugiens et ursus esurios principis impius super populum pauperem*. Secundo ipsum modum insidiarum, *Insidiatur ut rapiat* : Prov. xii, 6 *Verba impiorum insidiantur sanguini*. Vel *Insidiatur*

*tur ut rapiat pauperem*, idest bona pauperis per violentiam et fraudulentiam. Subdit modum rapinae *Dum ultrahit*, alliciendo promissis, vel violentia, vel fraudulentia : Prov. vii, 21 : *Blouditiis laborum* \* attrahit illum in sagena. \* protra

20. *In laqueo*. Ille ponitur duo. Et primo, ad quid pervenit eorum conatus. Secundo causam, ibi, *Dirit enim*. Pervenit enim conatus peccatoris secundum ejus intentionem ad prostrationem pauperis : unde, *In laqueo sua*; sed secundum Dei ordinationem pervenit primo ad evanescationem potestatis : unde, *Inclinari se*. Contingit enim bellicosos quandoque in principio, postea converti ad delicias, et sie facti effeminati expelluntur. Et ideo Philosophus dicit, quod servantes dominium, non faciant filios suos delicate nutrire : Eccli. xlvi, 21 : *Inclinasti femora tua mulieribus* : Ps. xiiii, 3 : *Omnes declinaverunt*. Secundo ad totalem casum : Prov. xvi, 18 : *Ante ruinam exaltatio* : \* exalte quia signum ruinae exaltatio. *Glossa* exponit de Antichristo. Hieronymus habet aliter, *Dum ultrahit eum ad laqueum suum*, et confractum subjicit et irruit viribus suis valenter. Leo primo prosteruit animal captum. Secundo subjicit. Tertio incumbit super illud. Causa eius est falsa securitas quam concipit. Primo de praeterito : quia *Oblitus est Deus*, scilicet peccatoris. Contra Eccli. xvi, 26. *Ne das in corde tuo, a Deo abscondas* : et ex summo quis mei memorabitur? Item ibidem, xxiiii, 26 : *Delictorum mtorum non remorabitur Altissimus*, et non intelligit quoniam omnia videt oculus ejus. Secundo de futuro. Avertit faciem suam ne videat in finem : Job 37 : *Nubes latibulum ejus etc.*

21. *Exurge*. Supra Psalmista diligenter prosequens ordinem humanae iniquitatis, hic quasi zelo ductus et exclamans implorat auxilium contra hujusmodi nequitiam. Et primo implorat auxilium. Secundo inducit orationes et exauditiones. Tertia premutat suam exauditionem. Secundum, ibi, *Ne obliviscaris*. Tertium, ibi, *Coutere*. Et petit unam, et alind presupponit : petit quod surgat, *Exurge*. Videtur dormire Dominus quando patitur bonos affligi ; surgit, quando liberat : Isa.

11, 9 : *Consurge consurge, induere fortitudine tua Sion* : Supponit divinam potentiam, *Exaltetur manus tua*, in potentia : et loquitur ad similitudinem perentientis irati quando vult percutere hostem qui sublevat manum : Eccl. xxxvi, 3 : *Allera manus tuam super gentes alienas, ut videant potentium tuam*. Isa. xxvi, 11 : *Exaltetur manus tua ut non videant*. Videant etc. *Et confundantur zelantes populi*. Rationes ponit, *Ne obliviscaris*. Et nota quod quia iste Psalmus est factus contra peccatores persequeentes justos, semper ponit ex una parte malitiam peccatorum, et ex alia justorum afflictionem. Ponit ergo primo rationes. Secundo ostendit eas efficaces, *Vide quoniam etc.* Et ponit duas rationes : unam ex parte justorum ; et aliam ex parte malorum, ibi, *Propter quid irritari?* dicit ergo *Et exaltetur*, quia alias videbitur verum quod mali dicunt, te esse ollitum pauperum : Isa. xlix, 13 : *Nunquid potest oblivisci mulier infangentem suum, ut non misereatur filio uteri sui?* Et si illa oblitia fuerit, ergo tamen non oblidiscar tui : Ps. cxxxvi, 6 : *Adharrat lingua mea facibus meis, si non meminero tui*. Alia ratio ex parte malorum qui gravius peccant si non puniantur : Eccl. 8 : *Et quia non cito profertur contra malos sententia etc.* Et ideo dicit *Propter quid*; quasi dicat, Propter hoc peccando Deum irritauit impii, quia non credunt ab eo requiri per penas : Job : xxii, 14 : *Circu cardines cori perambulat, nec nostra considerat : et diris quid morit Deus; et quasi per caliginem judicat* : Ezech. viii, 12 : *Derehiquit Deus terram*.

22. *Vides*. Fortificat rationes. Primo secundam, dicens, *Tu salus vides faborem* quem inferunt mali bonis, ut ex hoc tradas, idest in posterum, *eos in manus tuas*, idest justitia tuae, qui<sup>1</sup> modo habes eos in manibus potestatis tue, et modo justitiam non exerces. Hoc autem ignorant peccatores : quia ratio providentiae tuae eis ignota est : Job xi, 11 : *Videns iniuratem nomine considerat?* Item ibidem xii, xii, 16 : *Apud ipsum est fortitudo et sapientia, ipse novit decipientem et cum qui*

*decipitur : et adducunt consiliarios in studiū finem, et judices in stuporem* : Rom. xi, 33 : *Incomprehensibilia sunt iudicia ejus*. Vel, *In manus tuas, idest filii tui* : Joan. xiii, 3 : *Sciens quod omnia*<sup>2</sup> tradidit ei *Pater in manus*. Vel secundum Augustinum hic versus dictus est ex parte impiorum quod<sup>3</sup> *Dixit in corde suo non requiret*, scilicet Deus. Et iterum Dixit, *Quoniam vides tu laborem*. Praelatus aliquando videt culpam subditi, et non punit timens laborem, vel etiam poenam a punito ; et ideo dicit, *Impius dixit* : o Deus non punis : quia non te sequitur labor et dolor. Sed prima est melior litera.

23. *Tibi*. Hic confirmat primam rationem : quasi dicas : non debes oblivisci, quia *Tibi derelictus est pauper*, nunc ad te spectat cura de eo. Isa. i, 9 : \*\*\* *Gaudete et latere simul deserta Hierusalem* : quia *consolatus est Dominus populum suum*. Omnes qui nihil habent in mundo nisi solum Deum, auxilium eorum ad Deum solum spectat ; Paral. xx, 12 : *Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus* \*\*\* *refugii ut oculos nostros dirigamus ad Deum*. Sed signanter loquitur : homines enim in mundo isto defendant se quandoque per divitias. Ps. xlviii, 7 : *Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine dicitarum suarum gloriantur*. Quandoque per consanguineos et amicos et defensores ; sed qui<sup>4</sup> non habent ista, derelinquantur Deo, et ideo dicit, *Tibi enim derelictus est pauper* : Job. xxxvi, 13 : *Eripiet pauprem de angustia tua*. Item ibidem xxx, 23 : *Flebam quondam super eo qui afflictor etc.* Thren. ult. 3. *Pupilli facti sunus absque patre* : Ps. lxxxvii : *Sicut homo sine adjutorio*. Et si sic de paupere ex necessitate ; multo magis de paupere ex spiritu : et hoc quantum ad secundum. Quantum ad secundum dicit, *Orphono tu eris adjutor*, qui non habet defensorem : Ps. lxvii, 6 : *Patris orphanorum et iudicis riduarum*. Item. xxvi : *Quoniam pater mens et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpit me*.

23. *Contere*. Hic annuntiat suam exau-

\*\*\* dedit

<sup>2</sup> *omnia* = *totum* = *totum quod est*

<sup>3</sup> *dictus est ex parte impiorum*

<sup>4</sup> *qui non habent ista* = *qui non possunt*

ditionem. Et primo quantum ad peccatores. Secundo quantum ad pauperes, ibi, *Desiderium pauperum etc.* Circa primum duo facit. Primo annuntiat cessationem potestatis malorum, qua mala interferebant. Secundo cessationem ipsorum malorum. Quantum ad primum dicit, *Contere brachium peccatoris, qui contra Deum peccat*; Isa. xiv, 3: *Conterit Dominus brachium sive baculum, impiorum virginum et credentium populus etc.* Et molitur, qui peccat contra proximum; Ps. xxxvi, 17: *Brachia peccatorum contenterunt etc.* Job xxxviii, 13: *Auferetur ab impiis lux sui, et brachium eorum confingatur.* Sed quandoque contingit quod aliquis tyranus facit malitiam, et licet ipso consumatur, in malitia durat. Sed non ita: quia *quereretur peccatum illius, et non invenietur*; id est opus peccati illius actu transit, sed non reatus: et pena peccatoris manet. Vel *Queretur peccatum illius et non invenietur*, in mundo: I Macc. ii, 63: *Hodie extollitur, et cras non invenietur.* Aliquando Deus permittit aliquos peccare propter bonum quod inde elicit; sicut ex ira tyranni passio vel patientia martyrum: et ideo hic invenitur locus malorum; sed tunc non invenietur habere peccatum aliquam utilitatem. Sed quomodo fieri hoc? quia regnum Dei auferri non potest, ideo ab eo impij conteneruntur, *Dominus regnabit in eternum, quod comprehendit omnia: saecula, et in saeculum saeculi, id est aeternitatem.* Vel in saeculum quod succedit saeculo: Dan. iv, 31: *Potestas ejus potestas aeterna*

\* *sempiter  
na*

*que non auferetur, et regnum ejus quod non corrumpetur, et eos impij peribitis de terra ista videntibus:* Ps. i, 4: *Tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terre.* Psal. xxxvi, 33: *Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedrus Libani; et transi, et ecce non erat; et quiescere cum et non est inventus locus ejus.*

25. *Desiderium.* Hic preannuntiat exauditionem ex parte pauperum: et ponit tria. Primo exauditionem, ibi, *Desiderium* Secundo in quo exaudiuit, ibi, *Judicare.* Tertio quo fructu, *Ut non apponat.* Circa primum ostendit quod exaudiuntur pauperes efficaciter, quia Deus dat eis quod desiderant: Prov. x, 24: *Desiderium suum justis dabitur.* Aliquando vero exaudiuntur in particularibus desideriis, ut exaudiuntur sancti in his quae plus desiderant. Item *Exaudiuit*, velociter preparationem: Isa. penit, 24: *Antequam clamet, ego exaudiem: Ps. xc, 15: Clamabit ad me, exaudiem eum.* Exaudiuit autem in hoc, quod *judicat pupillo*, quia pupillus est: Isa. xi, 4 *Judicabit in justitia pauperes, et arguet iniquitate pro mansuetis terræ, scilicet humilibus.* Humilis dicitur qui non innilitur sue virtuti; Job. xxxvi, 6 *Judicavit pauperibus tribuit.* Et quo fructu? *Ut non apponat homo, scilicet territus: hoc non est bonum, quia superbia est.* Ps. cxxx, 2: *Si non humilietur scientiam, sed exaltat animam meam.* Sicut ab *biciatu*: etc. Item xi, 5: *Linguam nostram nungificabimus.*

## PSALMUS DAVID X

### 1. *In finem.*

In Domino confido: quomodo dicitis animis meis, Transmigra in mortem sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: paraverunt sagittas suas in plenarie, ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam que perfecisti destruxerunt.

2. Iustus autem quid fecit? Dominus in templo sancto suo, in celo sedes ejus.

3. O fili ejus in pauperem respiciunt: palpebrae ejus interrogant bios hominum. Dominus interrogat iustum et impium.

4. Qui autem diligit iniquitatem, vidit animam

suum. Pluit super peccatores lapaces: iunis et sulphur, et spiritus procellarum, pars edicis eorum. Quoniam iustus Dominus, et iustitia dicitur: iniquitatem vidit vultus ejus.

4. In praecedentibus psalmis posita est gratiarum actio pro liberatione ab hostibus; hic ostendit fiduciam ex hoc concepatam. Et loquitur ex persona hominis desiderantis Dei beneficia, qui consequitur securitatem. Titulus, *In finem psalmus*

*David : Hieronymus habet, rictor.* Hoc supra expositum est. Hic psalmus potest exponi litteraliter de David ; mystice autem de Christo, sive allegorice. Moraliter vero de viro justo, et haereticis, ut exponit *Glossa*. Primo ergo David proponit suam fiduciam, *In Domino confida* : quasi liberalius per justum Dei judicium deprimentis peccatores et exaltans pauperes : Hier. xvii, 7 : *Beatus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus* : Dan. iii, 40 : *Non est confusio confidentibus in te*. Secundo ponit fiduciae ejus impugnationem, quae fidelis verbis : *Quomodo dicitis etc.* David enim fugienti consulebant quidam ut iret ad loca munita et montes ; vel ut ibi latitaret ut passer est factus. Quonodo ? *Ecce peccatores etc.* Et exponitur dupliciter. Primo ut sint verba non David, sed aliorum : quasi dicit : ideo *transmigra*, quia, *tenderunt arcum*. Vel sint verba David, quasi dicit, *In Domino confido* : *quia tendarunt arcum, paraverunt peccatores sagittas etc.* Et facit tria. Primo ponit eorum pravam sollicitudinem. Secundo perversam intentionem, *Utsagittent*. Tertio injustam operationem, *Quoniam que perfecisti*. Mystice de Christo sic : Ego Christus in Domino confido : *quonodo ergo vos pharisei dicitis, transmigra in montem*, idest ad legis observantias datas in monte Sinai : Deut. xxxiii, 2 : *Dominus de Sinai venit, et de Seir ortus est nolis* ; et nisi hoc feceris, *Ecce peccatores intenderunt arcum etc.* idest paraverunt se ad occidendum te et discipulos tuos ; et hoc, *Quoniam que tu perfecisti destruserant*, idest occiderunt. Vel moraliter dicit fidelis haereticis, secundum glossam, *In Domino confida*, tenens ejus fidem : *Quonodo ergo vos haeretici, dicitis, transmigra*, ad nos, *In montem*, idest Christum quem crediderunt habere haereticis ? Isa. ii, 2 : *Erit preparatus mons dominus Domini in vertice montium* : II Reg. i, 21 : *Montes Gelboe, nec ros nec pluria reviant super ros, neque sint agri primitiarum, quia ibi abjetus est clypeus fortium*, idest Judaorum, vel magnorum haereticorum : Hier. 31, 25 : *Ecce ego mons pestifer, qui corrumperunt universam terram*. Vel mons altitudo intellectus quem lingui se habere. Sed si

hoc facerem, essem passer levis, non mansionarius. *Quoniam ecce peccatores, idest haeretici, intenderunt arcum*, idest ad se traxerunt sacraam Scripturam, sicut qui tendunt arcum : *Paraverunt sagittas, venenosas eloquia, in pharetra*, idest memoria vel scientia : Hier. v, 16 : *Pharetra ejus quasi sepulcrum patens*. Hieronymus habet, *sagittas suas super uiruum*, idest chordam : intentio perversa, *Utsagittent rectos corde*, idest justos, *in obscuro*, idest dolose : Hier. ix, 8 : *Sagitta vulneris lingua eorum*. Vel, *In obscuro*, idest subtilitatis sacrae Scripturae. Alia littera habet, *In obscura luna*. Luna est Ecclesia : Cant. vi, 9 : *Pulchra ut luna*, propter ejus claritatem, et propter ejus obscuritatem. Claritas lunae est a sole ; sic claritas Ecclesie est a Christo : Jo. i, 9 : *Erat lux vera quae illuminat etc.* Item medius lumen globus est claus, et mediis obscurus ; sic in Ecclesia aliqui sunt clari, aliqui obscuri. Obscuratur autem luna, secundum *Glossam*, quandoque per revolutionem, et sic fit obscura : quandoque per eclipsim, et tunc in sauginem convertitur : quandoque per interpositionem umbabis, et tunc fit nigra. Sic Ecclesia fit obscura in novitate, quando non sunt in ea pradicatores et doctores ; sanguinea per persecutionem tyrannorum ; nigra per nubes, idest per seductionem haereticorum ; et tunc vult sagittare. Hic ponitur iusta actio eorum, *Quoniam que perfecisti destruserunt*. Alia littera, *Quoniam quem perfecisti* ; sed prima melior est, et secundum Hieronymum, *Quoniam leges quas perfecisti destruserunt* : Isa. xxviii, 8 : *Scia quod pravaricans prava-icatus es, et transgressorum ex utero vocari te* : Hier. ii, 20 : *A secundo fragiisti jacum, rupisti vincula ; divisisti, Non serviam* : quasi dicit : destruerunt legem tuam, quam tu praecepisti servari. Exod. xxvi, 7 : *Innocentem et justum ne iudicas subi* ; sed isti volunt eum occidere : Psal. cxvi, 126 : *Dissiperant iniqiū leges tuas* ; Et Deus perfectit eam, quia dedit eam : Psal. cxlvii, 20 : *Nisi per te non esset nationi* : Matth. x, 17 : *Vnde reuoln sabere legem, sed et diu plora*. Si datur, quem perfecisti destruserunt, sic intelligitur de Christo. *Quem tu perfecisti*.

**2. Justus.** Hie ponitur ratio fiduciae. Et primo ponitur quaestio. Secundo solutio, ibi, *Dominus in templo etc.* Tertio solutionis ratio, *Quoniam justus Dominus, et justitas dilexit.* Dicit ergo, Sic faciunt isti; sed justus Dominus auctoritate videns hoc, quid facit? Hier. xxxii, 16: *Hoc est nomen quod vocabunt cum Dominus justus noster.* Solvit quaestionem, et ponit quid facit hic justus. Et primo ejus judicariam potestatem, vel conditionem judicis. Secundo judicii discussionem, *Oculi ejus.* Tertio condemnationem concusserum, *Qui autem diligit.* Judex si semper punit, crudelis est; si semper parcit, remissus. Deus autem utrumque facit; et ideo locum habet tribunal misericordiae; et hoc est templum: Hebr. iv, 16: *Advenimus cum fiducia ad thronum gratiarum;* et ideo dicit, *Dominus in templo sancto suo:* I Cor. iii, 16: *Nescitis quia templum Dei estis, et Spiritus sanctus habitat in vobis?* Habet etiam locum justitiae, unde punit, scilicet eorum; et hoc est etiam, *Dominus in celo sedes ejus.* Ubi enumeratur potestas ejus: Isa. ult 1, *sedes mea Caelum mihi sedes' est.* Templum dicuntur fideles propter devotionem, eorum propter sapientiam. Item eorum dicitur anima in qua Deus sedet ut faciat eum eorum, idest secreta scientem. Item dicitur anima templum Dei, quia in templo Deus adoratur. Similiter in anima fidei: Matth. vi, 6: *Intra in cubiculum tuum,* idest secerla animae tuae, *et clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito.* Item ibi offeruntur sacrificia: similiter in anima fidei: Psal. l, 19: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* Item in templo funduntur orationes ad Deum, ita in anima operatur Deus: Isa. xvi, 12: *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Item, quia Deus eam sanctificat, et in eam descendit sicut in templum: Sap. iv, 15: *Gratia Dei in sanctos ejus, et respectus etc.*

**3. Oculi.** Hic agit de discussione judicii. Et primo ponit divinae cognitionis perfectionem. Secundo diligenter examinationem, ibi, *Palpebrae ejus interrogant filios hominum.* Tertio judicii aequitatem, ibi, *Dominus interrogat justum et impium.*

Per primum nullus potest occultari, quia videt affectum pauperis et impii, peccatoris et justi: Eccli. <sup>1</sup> xxiii, 28: *Oculi Domini lucidores sunt super solem, circumspectantes super omnes vias hominum, et profundum abyssi, et hominum corda intuentes.* Prog. xvi, 2: *Omnes viri hominum patent oculis ejus; spirituum pendor est Dominus, idest cogitationum, vel animarum secundum Glossam;* et ideo dicit, *Oculi ejus in pauperem respiciunt, ad miserandum:* Psal. xxx, 10: *Miserere mei, Domine, quoniam tribulor.* Item Ps. xxvii, 7: *Dominus protector meus, et in ipso speravit cor meum etc.* Ad protogendium etiam probando: Ps. xxxii, 16: *Oculi Domini super justos.* Item Ps. xxxi, 8: *In via hac quia gradivis, firmabo super te oculos meos.* Et sic respiciebus examinat diligenter. *Palpebrae ejus interrogant etc.* Per palpebras significatur discretio: quia sicut palpebrae oculi dirigunt visum, sic discretio moderatur humanam sapientiam: Prov. iv, 25, *Palpebrae tuar praeceperant gressus tuos.* Ipsa ergo discretio Dei interrogat, idest probat et examinat: Sap. i, 9: *In cogitationibus impii interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet.* Et quomodo? Quia quandoque puniit, quandoque parcit; quandoque dat beneficia, quandoque auferit: Job vi, 4: *Sagittas Domini etc.* Etiam claudit palpebras et aperit: Matth. xv, 32: *Misereor super turbam etc.* Item ibidem xxi, 43: *Auferetur a vobis regnum Dei:* Ps. cxlvii, 9: *Dat iumentis escam ipsorum etc.* *Interrogat filios hominum,* quia efficiuntur quidam ex ipsis meliores, quidam pejores; vel quidam ex Scriptura efficiuntur mali, quidam boni: quia quidam eam bene intelligunt et non fatigantur, sed exercentur; mali vero e converso faciunt. *Judicij aequitas ponitur:* quia, *Interrogat justum et impium,* quia immittit flagella justis et injustis, et tribuit bona temporalia bonis et malis: Sap. xi, 11: *Hos, scilicet homines, tanquam pater monens probasti; illos autem, scilicet malos, tanquam res duras interrogans condemnasti.* Propterea dicit, *Dominus interrogat justum et impium.*

<sup>1</sup> Parm. : & Ezech.

pium, idest per tribulationes probat. Gregorius : « Pœna inficta interrogat, si quis in tribulatione positus Deum veraciter amat. » *Iustum interrogat*, idest examinat Dominus ut premietur : Sap. x, 17 : *Redditus Deus mercedem laborum sacerdotum suorum*. Sed impium sive peccatorum interrogat, ut condemnetur : Matth. xxii, 13 : *Ligatis manibus et pedibus proiecite eum in tenebras exteriores*.

4. Hie ponitur condemnatio : et circa hoc duo facit : quia primo ponit culpam ; secundo penam, ibi, *Pluet super peccatores*. Ostendit quod quantum est ex parte Dei, non est perditio malorum, sed ex parte nostra ; unde dicit, *Qui diligit iniqitatem*, idest peccatum : I Joan. iii, 4 : *Omnis qui facit peccatum, et iniqitatem facit, quia peccatum iniqutus est. Odit animum suum* : Sap. xvi, 14 : *Homo per malitiam occidit animam suam*.

Sed queritur, Quomodo quis se odire possit.

Dicendum, quod quodammodo odit peccator seipsum ; sed simileiter se nullus<sup>1</sup> odit : Ephes. v : *Nemus inquam carnem suam odio habuit*. Sed quod mali quodammodo odiunt scipios, et etiam boni quodammodo se odiunt, declaratur hunc modo. Anima nostra duas habet facies : unam versus Deum secundum rationem, aliam versus carnem secundum naturam sensitivam, quæ tantum corporalia comprehendit. Et sicut qualibet res diligit proprium bonum, ita homo diligit illud quod estimat animam suam. Peccatores enim estimant animam suam quod principaliiter intendunt : quia qualibet res est illud quod est præcipuum<sup>2</sup> in ea, sicut rex dicitur regnum. Qui ergo naturam sensitivam habent principale, diligunt eam ; qui autem intellectivam, eandem amant. Nullus ergo odit animam quantum ad id quod estimat principale. Boni ergo odiunt quantum ad naturam sensitivam ; mali quantum ad intellectivam. Secundum ponit penam. Et hoc possumus exponere de praesenti, vel de futuro. De praesenti

sic, et servat metaphoram. Dixit quod Dominus est in celo, quia ibi est sedes ejus ; sed de celo venit pluvia : ideo eorum pœna signatur cum dicitur, *Pluet super peccatores*. Et quid ? *Luquos*. Et si exponatur hic in praesenti, notandum est, quod in peccato sunt quatuor. Primum est seductio : unde dicit : *Pluet super peccatores luquos*. Quasi justo iudicio permittit eos illaqueari et seduci : Isa. viii, 13 : *Et offendunt ex eis plurimi et cedent, et conterrentur et irretinentur et capientur*. Secundum est concupiscentia : et ideo dicit, *Ignis concupiscentia* : Psal. lvi, 9 : *Supercedeit ignis, et non videbunt solem, scilicet carnis concupiscentiae etc*. Tertium est fotor infamie : et ideo dicit, *Sulphur*. Sic pluit Dominus super Sodomam et Gomorrham igne et sulphure. Potest addi et quartum, scilicet inquietudo mentis ; et ideo dicit, *Spiritus præcellarum* : Isa. lxi, 20 : *Cor impi quasi mare fervens. Pars calicis eorum* : quia calix est quædam mensura, et ipsi pœnas habent secundum eorum peccata : Isa. xxvii, 8 : *In mensura contra mensuram, cum obiecta fuerit iudicabis*. Sed si exponatur de futuro, sic punientur ibi motus : quia ligabuntur ut nec mala vitare, nec bona consequiri possint : ideo dicit, *Pluet super peccatores luquos*, idest colligantes sensus : et sic referuntur ad odoratum sulphur, ad tactum ignis : Isa. lxvi, 24 : *Ignis eorum non extinguetur*. Apoc. xix, 20 : *Missi in stagnum ignis*. Item affectus, quia non quiescent : quia, *Spiritus præcellarum pars calicis eorum*, idest daemons inquietantes, molestantes, et afflgentes. *Quoniam justus Dominus et justitas dilexit*, ideo non expectandum est ab eo nisi justitia : Bier. ix, 21 : *Ego Dominus qui facio misericordiam, iudicium et justitiam in terra* : Psal. cxlii, 17 : *Justus Dominus in omnibus viis suis. Et quoniam vidit cultus ejus vel facies, idest aquitatem visa est notitia ejus; quasi dicat: illis quibus innoscit et quos diligit, aquitatem ostendit*.

<sup>1</sup> Al. : « nullus seipsum. »

<sup>2</sup> Al. : « principiuū. »

<sup>3</sup> Parm. : « offenduntur. »

## PSALMUS DAVID XI

*1. In finem pro octava.*

*Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus : quoniam dominante sunt veritates a filiis hominum.*

*2. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum : labia dolosa in corde et corde locuti sunt.*

*3. Disperdat Dominus universa labia dolosa, et linguan magniloquio, qui dixerunt : linguan nostram magnificabimur : labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est?*

*3. Propter misericordiam iniquorum et gemitum pauperum, nomen exurgam, dicit Dominus. Ponam in salute, fiducialiter agam in eo. Elegua Domini elegua casta, argentum igne examinatione; probatum terra, purgatum septuplum. Tu Domine servabis nos, et custodies nos a generatione hac in aeternum. In circuitu iupi ambulant : secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.*

*1. In praemissa decade Psalmista fractavit de persecutione,<sup>1</sup> quam ipse passus est ab Absalone filio suo, per quam signabatur persecutio quam passurus erat Christus a Iuda ; in haec autem secunda decade, sicut ex titulis quorundam Psalmorum apparet, agit de persecutio quam passus est a Saulo, per quam signabatur persecutio quam Christus erat passurus a principibus sacerdotum. Dividitur autem decas haec in duas partes. In prima petit liberari ab inimicis. In secunda jam liberatus orat<sup>2</sup> pro sui exaltatione in Psal. *Eraudiat te Dominus*, qui quidem competit quantum ad historiam David, quia mortuo Saulo David promotus est in regem : et quantum ad mysterium Christi, cuius regnum in morte ejus confirmatum est : Phil. ii, 9 : *Propter quod, quia scilicet factus est obediens Patri usque ad mortem, Deus exaltavit illum.* In prima parte facit duo. Primo petit liberationem. Secundo de liberatione gratias agit : et hoc in xvii, 2 Ps. : *Diligam te.* Circa primum tria facit. Primo exaggerat persecutorum malitiam. Secundo commemora propriam justitiam, ibi, *Domine quis habitabit.* Tertio propter suam justitiam petit exauditionis efficaciam, ibi, *Eraudit Dominus etc.* Circa primum duo facit. Primo reprehendit adversariorum dolosita-*

tem. Secundo arguit eorum iniqitatem, ibi, *Dixit insipiens.* Circa primum duo facit. Primo commemora dolositatem eorum. Secundo petit divinum lumen, ne ab eis illaqueatur, ibi, *Usquequo Domine.* Hoc etiam satis competit quantum ad historiam David, contra quem n. Saul dolose procedebat. Praemittit autem hinc Psalmus talem titulum, *In finem pro octava Psalmus David*, quod expositum est supra. Circa primum tria facit. Primo describit commemorationem dolositatis eorum ; secundo petit eorum destructionem, ibi, *Disperdat Dominus*; tertio ponit rationis exauditionem, ibi, *Propter misericordiam etc.* Circa primum duo facit. Primo describit eorum defectum ; secundo subdit defectus signum, ibi, *Vana locuti sunt.* Circa primum sciendum est quod David considerans malitiam adversarii contra se invalescentem, quasi stupefactus, primo recurrat ad divinum auxilium dicens, *Domine salvum me fac.* Et merito : quia praeter eum non est salvator, ut dicitur Isa. xlvi, 11. Secundo enumerat eorum defectus. Duo autem preservant hominem a malo : scilicet timor Dei : Ecol. ii, 21 : *Qui timet Deum, custodiet mandata eius :* et amor veritatis : quia scilicet <sup>Deum</sup> eius recta opera dicuntur vera quasi concordantia regulae : que si non sint recta, pertinient ad infamiam. Aliqui enim etsi propter timorem Dei mala non vident, retrahuntur tamen ab eis propter infamiam. Sed aliquis nec infamiam timet : unde dicitur Luc. xviii, 4, de quodam qui *Nec Deum timet, nec hominum reveretur.* Et ista duo excludit ab adversariis Psalmista. Primo quidem timorem Dei, cum dicit, *Quoniam defecit sanctus : sanctitas enim in timore et cultu Dei consistit. Unde et divino cultui dedicata sancta dicuntur : quasi dicat : Non inventur in hoc mundo homo qui Deum timeat.* Mich. vii, 2 : *Perit sanctus de terra, et rectus in hominibus non est.* Secundo excludit

<sup>1</sup> AL. : *potuisse.* <sup>2</sup> AL. : *erat.*

<sup>2</sup> AL. : *erat.*

veritatis amorem cum dicit, *Quoniam diminuta.*

Sed querendum est, quare dicit, *Veritates in plurali?* Osee, iv, 4 : *Non est veritas G*od* in terra.*

Ad quod dicendum est, quod una est primordialis veritas, que est in intellectu divino. Joan. xiv, 6 : *Ego sum via, veritas et vita.* Sicut autem ab una facie hominis diversæ similitudines resultant in diversis speculis, et in uno similiter speculo fracto ; ita in diversis animabus ab una veritate divina diversæ veritates resultant. Et similiter in una anima, quia non attingit ad simplicitatem divinam, sed est composita ex quo est et quod est, apparent ab illa una veritate qua sancta anima illustratur, diversæ veritates : que quidem veritates, cum anima recedit a Deo per culpas, diminuntur. Vel dicendum, quod dicit veritates, propter tripli-  
cem veritatem creatam que est in sanctis : scilicet vita, de qua Isa. xxxviii, 3 : *Memento quomodo ambulaverim coram te in veritate.* Doctrinae. Matth. xxi, 16 : *Scimus quia vera es, et viam Dei in veritate doces.* Et justitiae : de qua Exod. xvi, 21 : *Provide de omni plebe viro potente et timente Deum, in quibus sit veritas.* De ista veritate videtur loqui Psalmus iste : scilicet de veritate justitiae ; a qua quidem recessit Saul cum persecutio-  
ret ipsum David injuste. Dicendum ergo est, quod huiusmodi veritates diminutas sunt non a scipsis, sed, *A filii hominum,* per quorum culpas depravantur. Et quidem veritas vita diminuitur, quando bonum judicatur malum. Doctrinae, quando lux dicitur tenebrae. Veritas vero justitiae, quando amarum judicatur dulce, et e converso. Isa. v, 20 : *Vix qui dicitis homini malum, et nulum bonum ; ponentes lucem tenebras, et tenbras lucem ; ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.* Dicit autem sanctitatem delicere, quia cum sit a Deo per gratiam, statim tollitur unico peccato mortali. Veritas autem quasi successive diminuitur. Hieronymus ha-  
bet, *Quoniam defectus misericors :* et quoniam diminuti sunt fideli, quia misericordia et justitia requiruntur ad proximum. Proverb. xx, 6 : *Virum autem fidelem quis inveniet ?*

2. Consequenter cum dicit, *Vana, ponit signum defectus sanctitatis :* et ex duplex, scilicet vanitas et dolositas. Primum signum defectus est vanitas : et quantum ad hoc dicit, *Vana locuti sunt etc.* Vanum est quod non habet subsist-  
tentiam. Vera ergo quibus nihil vanitas subest, sunt : unde I Tim. i, 5 : *Pinis praecepti est caritas de corde puro, de conscientia bona, et fide non ficta ; a qua quidam aberrantes converti sunt in cani loquimur.* Hier. ix, 4 : *Unusquisque a proximo suo se custodiat.* Gregorius : *Sermo vanus, vanus mentis judex est.* Item vanum est quod intellectu non teme-  
tur : etiam superflua verba vana sunt. Prov. xiv, 23 : *Ubi plurima verba, ibi frequenter regestus.* Item vanum est quod non est stabile : et sic verba de temporali-  
bus vana sunt, Joan. iii, 31 : *Qui de terra est, de terra loquitur : Isa. xxix, 4 : De homo massitudine eloquuntur tuum.* Sed ad quem loquuntur vana ? *Ad proximum,* cui debet dicere verum. Eph. iv, 23 : *Loquimini unusquisque veritatem cum proximo suo.* Secundum signum defectus sanctitatis est dolositas ; et quantum ad hoc dicit, *Labi dolosa in corde et corde locuti sunt.* Geminatio duplex cor significat. Ostendunt autem ore se habere unum, corde autem habent aliud. Ostendunt se dolere, et gaudent : diligere, et odirent : compati, et latenter. Jac. 1, 8 : *Vir duplex animo inconstans est in omnibus ruis suis.* Eccli. u, 14 : *Vix duplicitas cordis et labiis sceleris.*  
3. *Disperdat.* Hic petit destructionem eorum. Et primo petit eam ; secundo innuit causam, ibi, *Universa labia etc.* : quasi his perdat, scilicet in anima et cor-  
pore. Hier. xvii, 18 : *Indue super eis diuinæ afflictionis, et duplice contritione contere eos Domine Deus.* Consequenter ponit causam malitiae eorum : et ponit tria : scilicet fraudulentiam, quia *Labi dolosa* : est enim dolus, cum quis aliud agit et aliud simulat. Dolus in corde concipiatur, sed legitur verbis vel factis. Prov. xii, 20 : *Dolus in corde cogitantum mala.* Hoc dispergit Deus, quoniam de-  
legit : tunc enim non habet rationem dolis : dolus enim est occulta malitia. Unde non petit eorum destructionem,

sed malitia detectionem. Vel petit eorum perditionem per gratiam. Prov. xix, 25 : *Pestilento flagellato, stultus sapientior erit; unde dicit, Lahia dolosa. Glossa, quasi ratio petitionis « est dolositas. »* Vel *disperdet eos, quasi de malitia puniendo, ut ipsi in ea incidunt, justo bei judicio, ut de Aman diebitur Esther vii, 10, contra Mardochæm : Suspensus est Aman in patibulo quod paraverat Mardochæo. Ezech. vii, 26 : Lingua tuam adhucere facium pulato tuo : et eris mutus, quasi non audens ulterius fraudes facere. Prov. xxi, 11 : Multatio pestilente sapientior est parevulus. Ibidem xxii, 15 : Stultitia colligata est in corde pueri, et virga discipline fugabit eum. Secundo ponit jactantiam, *Et linguam magniloquam, de se apud eos, qui eos magnos reputant. Ps. lxxii, 9 : Posuerunt in cultum os suum, et lingua eorum transivit in terram.* Illud antem quod est maius in alio consuevimus revereri, et quod minus non reputare. Ut ergo appareant magni, et Deo aquales, contemnunt Deum, idest divinos honores. Sic de Antichristo dicitur, quod adversus Deum deorsum loquitur. II Thess. ii, 4 : *Advertisatur et extollitur super omne quod dicitur Deus et colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se quasi ipse sit Deus.* Et de Antiocho II Mach. ix, 2 : *Justum est subditum esse Deo, et mortalem Deo non paria sentire :* et Act. xi, 22, de Herode, *quod acclamabat ei populus voces Dei et non hominis.* Et ne possent excusari quod non ex proposito fecerunt, subdit : *Qui dixerunt, scilicet ex proposito, Linguam nostram magnificabimus.* Tertio ponit eorum blasphemiam, sive superbiā : *Labia nostra a nobis sunt.* Haec est enim prima species superbiā, quando quis estimat se habere a semetipso. I Reg. ii, 3 : *Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriante.* II Cor. iii, 3 : *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis ; sed sufficientia nostra a Deo est.* Secunda species superbiā est, quando aliquis vult in aliquo gloriari præ ceteris ; unde dicit, *Quis noster Dominus est ? Job. xxi, 43 : Quis est omnipotens**

*ut serriamus ei ? Osee, vii, 16 : Reversi sunt ut essent absque iugis, et facti sunt quasi arcus dolosus. Job xi, 12 : Vir vanus in superbiā erigitur, et quasi pulchrum ouangri se liberum natum putat.*

3. Propter. Hie tertio ponit orationis exauditionem. Et primo premittit eam ; secundo ponit ejus certitudinem, ibi, *Elogia Domini ;* tertio ponit suam credulitatem, ibi, *Tu Dominus.* Dicit ergo, *Propter misericordiam, idest multiplicem defectum, inopum, idest carentium opibus, et geminum, idest singulatus, pauperum, idest parum habentium. Psal. x, 14 : Tibi derelictus est pauper.* Exod. n, 24 : *Audirit gemitus eorum, et recordatus est a foderis.* *Nunc exurgam, dicit Dominus.* Nunc in tempore opportuno. Psal. ix, 10 : *Adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.* Isa. xliiv, 8 : *Tempore\*\* accepto plausum in salutari tuo, idest apponam, fiducialiter agam in eo,* idest ergo ero in eo Hier. i, 8 : *Ne timeras a facie eorum, quia ego tecum sum.* Isa. xv, 27 : *Dominus exercituum decrevit : et quis poterit infirmare ? manus ejus extenta : et quis uertet eam ?* Hier. i, 19 : *Bellabunt aduersum te, et non pravalebunt, quietum sum ut liberam te.* Et xxxix, 18 : *Et in tibi anima tua in salutem, quia in me locusti fiduciam ait Dominus.* Consequenter ponit promissionis certitudinem, *Elogia Domini, eloquia casta : non adultera per admistionem alienjs extranei : vel castigata a superfluitate; vel incorrupta, quia castus quis dicitur ante experientiam, sed continens post. Non vana, sed firma.* Matth. xxiv, 35 : *Caelum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Secundo sunt plena veritate ; unde, *Argentum igne examinatum.* Argentum est album sine maculatione, sonorum sine simulatione, odoriferum sine infectione, *Probatum terræ, idest a terra : Graeci autem ablative parent.* Haec antem est translatio de greco, *Purgatum septuplum,* idest perfecte. Et respondet propheta, *Tu ergo, Domine servabis nos a malo.* *Et custodis nos in hono a generatione hac in aeternum.* Ergo in circuitu impii am-

\* Sed ut in textu S. Thomas apud S. Paul-

lum, II. Cor. vi, 2.

*bulant, ita quod ad finem itineris quem intendunt, nunquam venient, scilicet ut affligant alios, sicut volunt.* Isa. lxx, 8 : *Semita eorum incurvatae sunt. Et quare? quia, Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum: quia in domo*

*mea non solum sanitas aurea et argentea sed lignea et stellata: et quædam quidem in honorem sanctificata ad omne opus bonum parata.* II Tim. ii, 20 : *Vel in circuitu, vitiorum, ambulant impii, non pertingentes ad medium virtutis etc.*

## PSALMUS DAVID XII

## 1. In finem.

*Usquequo Domine oblivisceris me in finem, usquequo avertis faciem tuam a me?*

2. *Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorum in corde meo per diem.*

3. *Usquequo exaltabitur iniimens mens super me?*

4. *Respite et exaudi me, Domine Deus mens, Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte; ne quando dicat iniemens meus, Praevalui adversus eum. Qui tribulant me, exultabunt si morbus fuero.*

5. *Ego autem in misericordia tua speravi. Exultavit cor meum in salutari tuo: cunctu Domino qui bona tribuit mihi: et psalmum nomini Domini altissimi.*

1. In praecedenti Psalmo Psalmista posuit adversariorum dolos; hic contra eos petit remedium a Deo. Titulus, *In finem Psalmus David*, hoc supra expositum est. Dividitur autem Psalmus iste in tres partes. In prima ponitur conquestio; in secunda questio, ibi, *Respite et exaudi me*; tertio exauditio, ibi, *Ego autem in misericordia tua*. Conquestio tria continet. Admiratur divinam dissimulacionem, contitetur proprium defectum, conqueritur de adversariorum potestate; secundum, ibi, *Quamdiu*; tertium, ibi, *Usquequo exaltabitur*. Qui dissimulat injurias alienjns, hoc ideo facit aut quia non recordatur ejus, aut quia non vult remedium apponere; et ideo dicit, *Domine, ego gravor ab adversariis, et non apponis remedium?* *Usquequo oblivisceris me in finem*, idest finaliter videtur quod velis me vitare. Isa. xlix, 14 : *Dirit Sion, dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei.* Habac. i, 13 : *Quare non respicias super inique agentes, et taes deoriente impio justiores se?* *Usquequo avertis faciem tuam a me.* Avertit faciem quando non ponit remedium quis. Ps. xlii, 24 : *Quare faciem tuam avertis, oblivisceris*

*inopiar nostrar, et tribulationis nostrar?* Hoc secundum historiam David, qui dum est persecutus a Saulo. Allegorice dicitur de patribus veteris testamenti, qui continuie expectabant Christum, et Deus quasi oblitus eorum, differerat remedium adhibere; et dicunt, *Usquequo Domine etc. Usquequo avertis faciem tuam a me,* idest praesentiam Filii tui a nobis. Vel, ut sit conquestio modernorum iustorum de secundi adventus dilatione, *Usquequo Domine oblivisceris me?* Erit hoc usque *In finem*, idest in die judicii, vel usque ad mortem? Et *Usquequo avertis faciem tuam a me*, idest faciem glorie tua, ut videam te facie ad faciem. Exod. xxxiii, 13 : *Ostende faciem tuam mihi.* Ps. lxxxix, 4 : *Ostende faciem tuam, et salvi erimus.* Possunt tamen assignari et multæ causæ, quare antiqui patres tantum desiderabant adventum Christi in carnem. Prima propter exaltationem humanae nature, in cuius persona dicitur Thren. i, 11 : *Vide, Domine, quoniam facta sum vilis;* sed exaltata est per incarnationem. Ps. lxxii, 24 : *Cum gloria suscepisti me,* idest facta sum gloriosa, sicut mulier ignobilis sublimatur si contrahat cum nobili viro. Inde est quod omne peccatum post adventum Salvatoris gravius est quam fuerit ante. Sicut si mulier nobilis vel homo aliquam turpitudinem faceret, est magis ignominiosus, quam si faceret unus rusticus. Secunda causa est, ut liberarentur captivi de carcere inferni sive limbi : Job. xvii, 16 : *In profundissimum inferni descendenter omnia mea; putasse saltem ibi erit requies mea?* quasi dicat, non; sed per Christum liberati sumus ab eo : Zach. ix, 11 : *Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti viuctum de lacu in quo non erat aqua.* Tertio propter inferni  
requis  
laci

depressionem diaboli : Ps. lxxxviii, 11 : *Tu humiliasti sicut culveratum superbum*, id est minorasti potentiam ejus. Quarto, quia per adventum Christi pacificatus est nobis Ieus ; Ephes. vi 14 et 20 : *Lapis angelalis qui facis utraque unum*. Quinto propter delectationem quam sperabant habere cum Christo, videndo, audiendo conversando cum ipso : Luc. x, 23 : *Broti oculi qui rident quia vos ridetis etc.* Moderni vero secundum adventum desiderant. Primo, quia tunc exaltabimur : Sap. iii, 8 : *Judicabunt sancti nationes, et dominabuntur populis*. Et iterum ibid. v, 5 : *Computati sunt inter filios Dei*. Secundo, quia liberabimur ab omni pena : Isa. xxv, 3 : *Ausseret Dominus omnem lacrymam ab omni facie*, id est causam lacrymandi, vel penam. Tertio, quia liberabimur<sup>1</sup> ab omni peccato : Isa. xxv, 8 : *Opprobrium populi sui ausseret Dominus de universa terra*. Quarto, quia tunc eripiemur a potestate diaboli : Isa. xi, 9 : *Non nocebut neque occident in iuventu sancto meo*. Quinto, quia liberabimur a servitute corporis : Psalm. cxli, 8 : *Educ de curvere aninam meam* : Rom. viii, 21 : *Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis*. Sexto, quia videbimus Deum facie ad faciem : I Joan. iii, 2 : *Scimus quoniam eum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* : Hier. : *Omnes cognoscent me a minimo usque ad maiorem*. Vel potest esse conquestio enjuslibet hominis justi pressi adversitate, vel corruptione peccati et concupiscentiae.

2. Ille confitetur proprium defectum : et circa hoc duo facit. Primo ponit auxilium cordis. Secundo dolorem consequentem ; ibi, *Dolorem in corde meo per diem*. Quantum ad primum dicit Philosophus in Rhetor. : Timor consiliatios facit. Hoc idem habetur Isa. xvi, 3 : *In consilium, euge consilium*. Sic homo aliquando in adversitate et tentatione consiliatur quomodo resistat ; et ideo dicit, *Quamdiu ponam consilium in minima mea*, id est quamdiu oportet me habere nova consilia ad resistendum inimicis ? sic Patres veteris testamenti habuerunt diversa

consilia ad figurandum Christum. Quando autem homo in consilio accipit unam viam, et tamen deficit ab ea, tunc sequitur dolor ; et ideo dicitur : *Quamdiu ponam, Domine, consilium in corde meo*, id est quotidie, dum continue deficit ; Hier. viii, 18 : *Dolor meus super dolorem, in me cor meum morrens*.

3. Ille conqueritur de prosperitate inimici, qui exaltabitur, scilicet Saulis super David, et inimici qui ducit in consensum peccati, et carnis, quoniam habent concupiscentias suas : Habac. i, 4 : *Propter hoc non pervenit usque in finem iudicium, quia prævaleat impius aduersus justum*.

4. Secunda pars hujus Psalmi ponitur oratio sive petitio respondens divina dissimulationi. Secundo proprio defectui, ibi, *Illumina oculos meos etc.* Tertio prosperitati inimicorum, ibi, *Ne quando dicat etc.* Primo dicit de divina dissimulatione oblitione et aversione ; quasi dicat, *Respic*, id est converte qui avertis tunc oblitus. Nunc *exaudi me* ; Isa. lxiv, 9 : *Respic, populus tuus omnes nos*. Secundo ponitur petitio correspondens proprio defectui : unum ex multis consiliis, et aliud ex doloribus. Et ideo, quia non habeo consilia ex me, *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*, id est doce me. Item Lue. i, 79 : *Illuminare his qui in tenebris etc.* Hoc competit ad litteram David fugienti a facie Saulis, quem oportebat sapientia cavere, ne aliquando in manus ipsius incideret et occideretur. Similiter quamdiu homo sollicitus est ut peccate resistat, non cadit in mortem ; sed quando dormit, occiditur. Sic II Reg. iv, 5 : *Quando Ihsosch dormiebat, et ancilla purgabat triticum occisus est* : Eph. v, 4 : *Exurge qui dormis*. Petitio contra adversarium, *Ne quando dicat inimicus*. Et ponit duo. Primo petitionem. Secundo ejus rationem, ibi, *Qui tribulant me, Illumina, Ne quando dicat inimicus*, exultando : *Prævalu*ti* aduersus eum*. Et diabolus exultat quando tentat et trahit in peccatum. Similiter, *Exurge, Domine, non prævaleat homo* : et hujusmodi est ut ratione gaudeat, quia *Erul-*

<sup>1</sup> custodia

*tabant si motus fuero, si dimisero statum  
justitiae, et labar in peccatum : Ecli.  
xviii, 30 : Post concupiscentias non  
eas, et a voluntate tua avertere. Si prae-  
stes animam tuam concupiscentias ejus, fariet  
te venire in gaudium inimicorum tuorum :  
Dan. ix, 17 : Propter temetipsum, Deus,  
inclinare aures tuas et audi, aperi oculos  
tuos et vide desolationem nostram, et  
civitatem super quam invacuum est na-  
men tuum.*

5. Hic signatur exauditio sue orationis : et circa hoc tria facit. Primo ponit<sup>2</sup> spem exauditionis. Secundo gaudium de exauditione facta, ibi, *Et exultavit cor meum*. Tertio gratias agit, ibi, *Cantabo*. Dicit ergo, *In misericordia tua sperari*, non in mundo : Thren. m, 22 : *Misericordia Domini multe quia non sumus consumpti* : non in potestate mea, quia nulla est contra diabolum : Job xl, 24 : *Non est potestas super terram quae posset ei comparari*. Et ponit hic tria per que homo iuvatur contra diabolum : scienciam per letitiam spiritualem, per orationem devotam, et per bonam operationem. Propter primum dicit, *Exultarit cor meum in salutari tuo*, non in temporalibus vel vanitatibus, sicut faciunt peccatores, de quibus Job xxi, 43 : *Gaudent ad sonitum organi, et dicunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt*. Osee ix 4 : *Noli letari Israel, noli exultare, sicut populi*, sed *In salutari tuo*, idest in Christo, qui ad hoc venit ut salvet nos : Matth. 1, 24 : *Ipse enim salvum fariet etc.* Et haec letitia armat hominem contra diabolum : Prov. xvii, 22 : *Animus gaudentem floridam facit; spiritus tristis exsiccat*

*ossa*. Secundum est oratio sive laus Dei : unde addit, *Cantabo Domino*, idest laudabo eum : Ps. xxi, 24 : *Qui timet Dominum, laudate eum*. Laus enim Dei multum valet ad expugnandum diabolum : Matth. xvii, 20 : *Hoc genus demoniorum non ejicitur nisi per orationem et jejuniu[m]*. Habac. m, \*18 : *Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Iesu meo*. Et hoc pro beneficiis concessis : et ideo sequitur, *Qui bona tribuit mihi*, idest qui bona tribuit. Jacob i, 17 : *Omne datum optimum etc.* Et dicit, *Bona*, quia sunt quedam bona temporalia que Dominus tribuit : Matth. xxv, 15 : *Tradidit illis bona sua, et uni dedit quinque talenta etc.* Item, *bona spiritualia*, que sunt bona gratia et virtutes : I Cor. xii, 4 : *Divisio[n]es gratiarum sunt etc.* Haec omnia operatur misericordia spiritus, dividen[s] singulis prout vult. Job ii, 10 : *Si bona suscepimus de manu Domini etc.* Item bona gloria : Psal. xxxi, 13 : *Credo videre bona Domini in terra riventum*. Haec omnia bona tribuit Dominus ; et ideo merito laudandus est : Ecli. ult, 23 : *Danti mihi sapientiam, dabo gloriam*. Tertium est bonum optatum, de quo subiungitur, *Psallam*, idest operabor. Psallere est manu tangere Psalterium, Hieronymus : « Semper aliquid boni facito, ut te diabolus inveniat occupatum : » Matth. xi, 43 : *Cum inimiculus spiritus exercit ab homine etc. usque ingressi habitantib[us] suuerte. Nomen Domini*, idest ad laudem nominis Domini Altissimi : Luc. vi, 43 : *Gloria in altissimis Deo* : Matth. v, 16 : *Sic lucet lux vestra cum hominibus, ut videant etc.*

## PSALMUS DAVID XIII

## I. In finem.

Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

2. Dominus de celo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requires Deum. Omnes declinaverunt, simul inuides facti

sunt : non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.

3. Separatum patens est guttur eorum : lacrimis suis dolose angelant, venenum aspidum sub libris eorum.

4. Quorum os inindectione et amaritudine plenum est : velocius pedes eorum ad circumfundendum sanguinem.

5. Contrito et infelicitas in via eorum, et viam

<sup>1</sup> Parv. : & Matth. xvi, 9

<sup>2</sup> Al. : & petr. \*

pneis non cognoverunt, non est timor Dei ante oculos eorum.

6. Nonne cognoscet omnes qui operantur ini-  
quitatem, qui devorant plebem meam sicut escan-  
panis? Dominum non invocaverunt, illie trepidave-  
runt timore ubi non erat timor. Quoniam Dominus  
in generatione justa est, consilium impis confu-  
distis: quoniam Dominus spes eis est.

7. Quid dabat ex Sion salutare Israel? cum aver-  
teret Dominus captivitatem plebis sue, exultabat  
Jacob, et letabatur Israel.

1. Supra Psalmista proprobavit dolosi-  
tatem inimicorum; hic ponit eorum maliti-  
am. Titulus, *In finem Psalmus David.*  
Et circa hoc duo facit. Primo manifestat  
eorum malitiam. Secundo ponit spem li-  
berationis suae ab eis, ibi, *Nonne cognos-  
cent etc.* Et circa primum duo facit.  
Primo proponit eorum malitiam. Se-  
condo certificat hanc malitiam eis inesse,  
ibi, *Dominus de curlo etc.* Prima in duo.  
Primo proponit radicem malitiae eorum.  
Secundo processum malitiae, *Corrupti  
sunt etc.* sicut dicitur Eccli. x, 14: *Ini-  
tium omnis peccati superbia, et initium su-  
perbiae hominis apostatare a Deo.* Quod ho-  
mo ergo non habeat Deum in corde, prin-  
cipium malitiae est; et ideo dicit, *Dixit inspi-  
iens in corde suo, non est Deus:* Sa-  
piens, i, 4: *In malevolentia animam non  
introibit sapientia, aut habitabit in cor-  
pore subditio peccatis.*

Sed numquid potest dicere? Dicere in  
corde est cogitare. Sed numquid potest  
cogitare Deum non esse? Anselmus dicit,  
quod nullus potest. Item Damascenus:  
Cognitio Dei naturaliter omnibus est in-  
serita: naturaliter cognita nullus potest  
cogitare non esse.

Sed sciendum, quod de cognitione Dei  
dupliciter loqui possumus: scilicet secun-  
dum se, vel quoad nos. Si primo modo,  
sic proenl dubio non potest cogitari non  
esse: nulla enim proposicio potest cogiti-  
tari falsa ex sua natura, cuius prædicatio  
includitur in definitione subjecti.  
Notandum est autem, quod in Deo est  
aliter esse quam in aliis; quia esse Dei  
est ejus substantia. Ergo qui dicit Deum  
secundum se, dicit ipsum esse: et ideo  
secundum se non potest cogitari non  
esse. Et verbum Damasceni solvitur:  
quia quod naturaliter insertum est, in-  
determinate seitur, scilicet quod Deus sit,  
sed non idem quod Deus: sed per fidem

habetur. Deus dicitur a theos quod  
est ardore omnem malitiam. Tunc  
ergo dicit aliquis quod non est Deus,  
quando cogitat quod non est omnipot-  
tens: et quod non habet curam rerum  
humanarum: Job xxi, 15: *Quis est omni-  
potens ut servimus ei?* Potest referri ad  
Judeos dicentes Christum hominem pri-  
rum esse, non Deum. Job. x, 33: *Tu  
homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Qui  
Iudei, non credentes ipsum qui promis-  
sus erat in lege, dicunt, *Nou est Deus,*  
iste scilicet qui nobis praedicat. Et hoc  
dixit, *Insipiens,* quia Dei sapientiam re-  
cipere noluerunt habentes oculos mentis  
excavatos; Ps. lxxxi, 3: *Nescierunt ne-  
que intellecerunt.* Sap. ii, 21: *Excavat  
enim eos malitia eorum.* Vel hic repre-  
henditur peccator. Primo de peccato cor-  
dis in consensu, ibi, *Dixit insipiens.* Se-  
condo de peccato operis, ibi, *Corrupti  
sunt.* Tertio de peccato consuetudinis,  
ibi, *Et abominabiles.* Primo vocat pecca-  
torem insipientem; quia sapientiam non  
habet, ut dicit etc. Item quia non sa-  
piunt ei spiritualia; I Cor. ii, 14; *Ani-  
malis homo non percipit que Dei sunt.*  
Consequenter ponitur processus malitiae,  
*Corrupti sunt et abominabiles.* Sicut duae  
partes justitiae sunt facere bonum et vi-  
tare malum; sic injustitiae duae partes  
sunt, facere malum et vitare bonum. Et  
primo ponit primam partem. Secundo se-  
cundam. Circa primam duo ponit. Primo  
perversitatem vitiorum. Secundo abomi-  
nationem eorum. In corporibus sequitur  
corruptionem per exhalationem natura-  
lis caloris expulsi ab extraneo calore. Ca-  
lor namque naturalis animæ est amor  
Dei. Quando ergo subintrat extraneus  
amor concupiscentia, et aliorum pecca-  
torum, recedit Deus. Et ideo cum dixit,  
*Non est Deus, statim subdit, Corrupti  
sunt;* Hier. v, 12: *Negaverunt Deum,*  
et dixerunt, non est ipse, scilicet peccato-  
rum damnator, justorum remunerator:  
Eccl. xxi, 17: *Cor satui, scilicet pecca-  
toris, quasi vas confractum.* *Corrupti  
sunt,* peccatores per malum actum:  
Job. iii, 19: *Erant autem eorum mala  
opera;* quia postquam per consensum  
amittunt bona gratuita, corrumpuntur in  
eis naturalia; et ideo sequitur eos pena:

Ps. xcvi. 3: *Ignis ante ipsum praecedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus.* Item quando corpus putrescit, redditur abominabile. Sic anima hominis, quamdiu amor Dei est in ea, est Deo accepta; sed quando corruptitur per peccatum, fit abominabilis. Abominabile est quod humanus appetitus refugit: et ideo dicit, *Et abominabiles facti sunt.* scilicet Deo et hominibus peccatores per consuetudinem peccandi: Hier. ii, 36: *Quoniam viles facta es nimis, iterans vias tuas!* \*ab alienati Osee ix 10: *\*Alienati sunt in confusione, et facti sunt abominabiles sicut ea quae dilexerunt.* Et dixit: *In studiis,* quia per ea deveniunt abominabilia. Vel studiose faciunt, secundum Hieronymum. Plus enim abominatur Deus studiosam voluntatem peccandi, quam ipsum peccatum: Job xxxiv, 27: *Quasi de industria recesserant ab eo: et vias ejus intelligere moluerunt.* Alia littera habet, *Corruerpunt et abominati sunt studium,* scilicet sapientie et disciplina: Prov. i, 29: *Erosam habuerunt disciplinam, et timorem Domini non susciperunt;* Ezech. viii, 13: *Aduice videbas abominationes majores.* Consequenter agit de vita boni. *Nou est qui faciat bonum,* quia non est justus in terra qui faciat bonum, et non peccat, Eccl. vii, 21: *Usque ad unum,* idest Christum, quia ipse solus nec peccatum contractum habuit, nec commissum. Beata Virgo habuit contractum peccatum: Eccl. vii, 29: *Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.* Vel, *Usque ad unum,* quia nec unus est qui perfecte facial bonum. Verum est, supposito quod dixerunt, *Nou est Deus, Et corrupti sunt.*

2. *Dominus.* Hic primo certificat culpm. Secundo expounit, ibi, *Sepulcrum.* Peccatum certificatur per iniquitatem: et ideo hic ponit Dei inquisitionem, dicens, Vos dicitis quod *Nou est Deus,* sed falsum est, quia *Dominus de celo prospexit super filios hominum:* Prov. xvi, 2: *Omnis via hominis patet oculis ejus.* Prospexit ego mittendo filium suum Dominum Pater de celo, idest de simu pietatis sue: Isa. ult, lxxvi, 1: *Caelum\*\* nihili*

*sedes est.* Vel *de celo,* idest Christus per quem judicabit peccatores. Vel aliter. Dicunt aliqui quod Deus non cognoscit singularia et mutabilia, quia est immaterialis et simplex et aeternus. Et sic non cognoscit secundum motus rerum, et secundum modum sue cognoscibilitatis. Respondeatur: immo: quia cognoscit materialia immaterialiter, ut Dionysius concludit. Et ita etiam cognoscit intellectus: et ideo dicit: *De celo,* idest de altitudine sue dignitatis et naturae. *Prospexit super filios hominum.* Et vult invenire in nobis voluntate antecedente, qua null omnes salvos fieri, id quod pertinet ad salutem, scilicet ut cognoscamus Deum per intellectum, et amemus per affectum, et desideremus. Et ideo dicit, *Ut rideat,* idest, ut videre faciat, quia ipse semper videt. *Si est intelligens,* per intellectum: Deut. xxxi, 29: *Utimum supercent et intellegent etc.* Aut requirrus Deum, per affectum. Quid inveniet, cum hic quesiverit? contrarium: quia *Omnes declinaverunt:* et ponit tria: scilicet declinationem a Deo, inutili operationem, et cessationem a bono. Dicit ergo, *Omnes declinaverunt,* scilicet a Deo: Deut. xxxi, 29: *Nori quod post mortem meam inique agitis, et declinabilitis de via quam praecepvi vobis:* Osee iv, 1: *Nou est veritas, nou est scientia, nou est misericordia Dei in terra:* Hier. viii, 6: *Neuo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pernitentiam de perduto suo.* Item ex hoc quod declinata a Deo, efficitur inutilis: quia illud est inutile, quod non attingit ad id ad quod factum est. Homo autem factus est ad fruendum Deo: Sap. iv, 3: *Multigena impiorum multitudine non erit utilis.* Unde dicit: *Sicut inutiles facti sunt.* Item cessant a bono, quia *Nou est qui faciat bonum etc.* Hoc jam expositum est.

3. *Sepulcrum.* Hieronymus dicit, quod Apostolus utitur testimonio istorum versuum, *Sepulcrum patens etc.* Et inveniatur alibi in sacra Scriptura Rom. iii, ubi dicit quod aliquam partem accepit ex Isa. lxix, aliam ex aliis partibus Psalterii, et non ex isto Psalmo tantum, cum ipso

\*\* mea

† AL: ; &amp; quesierit. \*

Hebreus esset, et sciret hoc in Hebreo non haberit; habetur tamen in editione<sup>1</sup> vulgata, qua vulnus utitur, vel quae non attribuitur alieni certae personae. A sepulcro patenti exhalat fator; et ideo supra Psalmista certificavit malitiam, sive culpam inimicorum; hic autem exponit eam: et circa hoc duo facit. Primo ostendit, quomodo sunt peccatores inutiles aliis. Secundo quomodo sibi, ibi, *Contritus et infelicitus*. Circa primum, duo proponit. Primo quomodo nocent alii verbo. Secundo quomodo facto, ibi, *Velocias etc.* Circa primum duo facit. Primo ponit promptitudinem oris ad nocendum. Secundo modum nocendi, ibi, *Linguis suis dolose ugebant*. Dicit ergo: *sepulcrum patens est guttur eorum*. Tale autem ad nihil aliud est paratum nisi ut recipiat cadavera: sic os ejus qui semper est paratus ad mortificandum per detractionem, est sepulcrum patens. Apoc. ix, 17: *De ore eorum procedebat ignis, et fumus et sulphur*. Vel nota voracitatem eorum, quia guttur servit etiam ad comeditionem. Sed quandoque nocent dolo, quandoque malitia, et quandoque injuria. Et primo ponit dolum quem habent in lingua. *Linguis suis, exterius blande loquendo*: Hier. ix: *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est*; secundo dolum<sup>2</sup> in corde: *Venenum aspidum sub labiis eorum*. Occultatum venenum mortificativum est, sed venenum aspidum insanabile est, et incutari non potest: Ps. lvi, 3: *sicut aspidis surda, et obturantis, etc.* cuius venenum dormiendo interficit: Hier. v, 26: *Inventi sunt in populo meo impii insidiantes, quasi auences ad capiendos eiros*. Ibidem: *Sicut discipula plena avibus, sic domus eorum plena dolo*, qui dulci sono attrahunt ad laqueum aves. In quo designatur crudelitas, et pertinacia, et malitia: crudelitas, quia nituntur occidere: pertinacia, quia semper odium est in corde ipsorum; et ideo dicit, *Venenum etc.*

4. *Quorum os maledictione*. Hic ostendit quomodo aperte nocent, quia per verba detractoria: *Et amaritudine, idest amara verba*: Lev, xix, 14: *Non male-*

*dices surdo*. Vel quando verba contra Deum dicit, provocativa ad injuriam vel iram: Isa, v, 29: *Rugitus ejus ut leonis Ulores*. Hic ostendit quomodo nocent factio. *Ad effundendum sanguinem*: Prov. i, 16: *Pedes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem*.

5. *Contrito*. Hic ostendit quomodo sint nocivi sibi ipsi. Dupliciter aliquis sibi nocet: perdendo scilicet bonum quod habet, et deficiendo ab eo quod sperat. Dicit ergo: *In viis eorum est contritio*, quia conteritur bonum quod habent: et *infelicitas*, quia non perveniunt ad bonum speratum, scilicet felicitatem: Isa. ii, 49: *Vastitas et contritio in viis eorum, et viam pacis nescierunt; non est iudicium gressibus eorum*. Vel *contritio* in mundo isto: *infelicitas post mortem, que felicitati est opposita*: Job xxi, 30: *In diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris ducetur*; hoc provenit ex uno quod est contra dilectionem proximi, quia *viam pacis non cognoverunt*, scilicet quid sit. Vel *viam pacis non cognoverunt*, scilicet Christum, quia vie ejus sunt viae pacis: Prover. iii, 17: *Vix ejus, via pulchra; et omnes semita illius pacificaverunt*. Non *cognoverunt*, quia ipsum Christum peccando occiderunt. Aliud contra dilectionem Dei; unde dicit, *Non est timor Dei ante oculos eorum*: et ex hoc peccant: quia, ut dicitur Prov. xv, 27: *Per timorem Domini declinat omnis homo a malo*. Quia ergo hoc non habent, ideo sunt sepulcrum patens.

6. *Nomine*. Hic agit de spe liberationis. Et primo ostendit quod impii non habent spem: quia *Nomine cognoscunt*. Secundo ostendit quae sit huiusmodi spes, ibi, *Quis dabit ex Sion*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod non cognoscunt spem hanc. Secundo ponit signum, ibi, *Consilium inopis*. Movet primo questionem, et interponit in se culpam impiorum, et loquitur sic. Dico quod sunt sepulcrum patens, et quod non est Deus in corde eorum: sed numquid cognoscunt, quod Dominus est in generatione justa? quasi dicat: hoc debent cognoscere, et quod Dominus sit in ea: Hier. xiv, 9: *Tu*

<sup>1</sup> Al. : « meditatione. » Item : « versione. »

<sup>2</sup> Al. deest : « dolum. »

*in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum etc.* Ps. xxi, 4: *Tu autem in sancto habitas, laus Israel.* Est ergo Dominus in eo sicut in templo. *Et omnes qui operantur iniuriam, scilicet quantum ad Deum;* *Et decorant plebem meam sicut escana panis,* quantum ad proximos, quos devorant auferendo bona eorum: *Zach. xi, 9: Varet\* unusquisque carnem proximi sui;* Michæe iii, *Comederunt carnem populi mei, et pellem eorum de super cœrciaverunt;* Eccli. xxxiv, 25: *Panis egyptium vita pauperis;* qui defraudat illum, homo sanguinis est. *Non invocaverunt Deum,* idest non habent spem de Deo: *Et sequitur ex hoc, quod non habent<sup>1</sup> securitatem;* ideo dicit: *Illi tropidaverunt etc.* Prov. xxviii, 1: *Fugit impius nemine persequente;* Job xv, 21: *Sanitus terroris semper in anibus illius, et pars eum sit illi, semper insidias suspiratur.* Sed qui invocant Deum salvantur: Joel. ii 32: *"Omnes qui invocaverunt nomen Domini, salvi erunt;* Prov. verit... salva erit xvm, 10: *Turris fortissima nomen Domini.* Non ergo tales cognoscunt, quia *Dominus in generatione justus est.* Et os-

tendit quod non, per signum; quia *Confudistis consilium inopis,* idest confusibilem reputasti, et blasphemasti quantum in vobis est: et hoc est consilium inopis, ut sciat *Quoniam Dominus spes ejus est;* Ps. xxi, 9: *Specavit in Domino, eripiavit eum, sedem faciat eum, quoniam vult eum.* Matth. xix. Qui dicit: *Si vis perfectus esse etc.* Item ix. Hoc consilium semper divites contemnunt: Prov. Desperasti omne consilium tuum, et interpretationes meas neglectis. Et unde? *Quoniam Dominus spes ejus est;* quia non habent in mundo unde sperent nisi in Deo, qui spes sanctorum est.

7. Omnes antiqui expectabant hoc. Gen. xlix, 10: *Non auferetur sceptrum de Iuda etc.* Sed hoc expectabatur ex Sion, idest ex Iudeis: Jo. iv, 22: *Salus ex Iudeis est.* Sed quando? Responso: hoc habebimus. *Cum auerterit Dominus captitatem plebis sua,* qui sunt in captitate peccati et carcere inferni: Isa. xlix, 25: *Equidem captitatis a forti tolletur et quod captum fuerit a robusto.* Et tunc latetur Jacob, idest populus Dei interior: et exultet Israhel exterior.

## PSALMUS DAVID XIV

4. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescat in monte sancto tuo?

2. Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo; qui non egit dolum in lingua sua:

3. Nee fecit proximo suo malum, et opprobrium non accepit adversus proximos suos.

4. Ad nullum deductus est in conspectu ejus malignus; timentes autem Dominum glorificat.

5. Qui jurat proximo suo et non decipit; qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et numerus super innocentem non accepit. Qui facit haec, non commovetur in aeternum.

4. Supra Psalmista egit de malitia et dolo adversariorum; hic agit de propria iustitia. Et primo ostendit qualis sit iustitia quam Deus acceptat. Secundo, quasi gratias agens, ostendit qualis sit sua iustitia, ibi, *Conserva me.* Titulus, *Psalmus David.* In Psalmo isto deo facit: nam quasi sacerdos existens eorum Deo consu-

lit Deum. Primo ponitur quæstio. Secundo responsio<sup>2</sup> ibi. *Qui ingreditur sine macula.* Praemittit ergo duplum quæstionem: quia duplex est status presentis Ecclesie et futurae. Primus est militans: Apoc. xiv, 13: *Anno judicii dicit spiritus ut requiescant.* Et hi duo status signati sunt in veteri testamento. Quia primo habuerunt tabernaculum, Exod. xxvi, quondam habuerunt bellum et labores, ut Reg. vi, 12: *Factum est cum desisset Dominus regnum David ab universis inimicis suis, dixit ad Nathan: Vides quod ego habitem in domo cedarina, et arca Dei posita est in media pellum?* Postea fecit templum, quando habuit pacem. Per tabernaculum designatur Ecclesia militans, per templum in monte factum status futurae vite: et ideo dicit,

<sup>1</sup> Ali: a quod habent. <sup>2</sup>

<sup>1</sup> Ali: a expositio. <sup>2</sup>

\* inhabita-  
re...unius  
moris

*Quis habitabit in tabernaculo tuo?* idest in presente Ecclesia; quasi dicat: quis est dignus habitare? Peccatores enim habitant numero, non merito. Hieronymus habet. *Quis peregrinabitur?* Ps. lxvi, 7:

\* *Habitate facit manimes in domo.* Seconda quæstio, *Quis requiescat in monte sancto tuo?* Et dicitur Mons sanctus, quia nihil est ibi coquinatum: Hier. xxxi, 23: *Benedic tibi Dominus, pulchritudo iustitiae, mons sanctus:* Isa. xxxv, 8: *Via sancta rucabitur:* Exod. xv, 17: *Introduces eos, et plantabis in monte hereditatis tuarum, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine.*

2 *Qui.* Hic ponitur responsio: et circa hoc duo facit. Primo commemorat merita habitantium in predictis locis, scilicet in tabernaculo et in monte sancto Dei. Secundo præmium, ibi, *Qui facit haec, non commorabitur in aeternum.* Ponit autem decem effectus virtutum. Sed actio virtuosi consideratur dupliciter. Primo per comparationem ad se. Secundo per comparationem ad alios. Primo proponit ea per quae homo bene operatur in se. Secundo ea per quae se bene habet ad proximum. ibi, *Nec fecit proximo suo etc.* In se, quantum ad exteriora in opere, et in locatione. In opere, quantum ad duo. Primo, quod fugiat malum; et ideo dicit: *Qui ingreditur sine macula.* Vita ista quædam via est ad vitam aeternam; et ideo dicit, *Ingreditur,* idest in via gratia ditur. Ps. xli, 5<sup>\*\*</sup>: *Ingrediar in lucum taberneculi.* Item cxvii, 4: *Beati immunculati in via. Sine macula,* scilicet mortali, quia peccatum veniale non habet maculam proprie: Eccl. xxxi, 8: *Beatus dives qui inventus est sine macula.* Sed in Christo et in Virgine Maria nulla omnino macula fuit, et istic appropriat temperantia, quia contra temperantiam maculatur. Secundo, ut faciat bona; et ideo sequitur, *Et operatur iustitiam,* idest ea ad quarum iustitia inclinat; et rediuntur ad eam prout est specialis virtus. In sermone, primo, ut facial bonum; *Qui loquitur veritatem,* idest faciat bonum locutionis: Isa. xxxiii, 14: *Quis poterit habitare ex robis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulet in iustitiis, et loquitur veritatem.* Et dicit, *In corde,* contra illos

qui loquuntur veritatem, a casu, non ex proposito: Proverb. xii, 19: *Labiunt veritatis firmum erit;* I Petr. ii, 1: *Deponentes omne mendacium et omne dolum,* quasi modo genuit infantes. Secundo, ut vitet malum, scilicet dolositatem: Hier. ix, 8: *Sagitta vulnerans lingua corum dolum locuta est.* Qui non regit dolum in lingua sua. Alia littera, *Qui non est facilis in lingua sua.* Prov. xxv, 28: *Urbs patens et absque murorum ambitu, vir qui non potest in loquendo correre spiritum suum.* Alia littera. *Et non est accusatio in lingua ejus;* quia scilicet non est detractor et relator; vel quia verba sua non sunt reuersabilia: Eph. iv, 29: *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat.*

3. *Nec fecit.* Supra egit Psalmista de virtuosa operatione quam Deus acceptat, connumerando ea per quae homo bene operatur in se, hic autem connumerat ea per quae se bene habet ad proximum. Et hie quantum ad proximum petit tria. Primo, ut ei non noceat. Secundo, quod non consentiat nocenti: Rom. i, 32: *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur; sed digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Tertio, quod non decipiat ipsum. Dicit ergo quantum ad primum, *Nec fecit proximo suo malum,* ne corporaliter nec spiritualiter: Rom. xii, 17: *Nulli malum pro malo reddentes:* Gal. vi, 10: *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Quantum ad secundum dicit, *Et approbrium non accepit adversus proximos suos.* Aliquis dicit aliquid contra aliud, sed non est sustinendum; et ideo dicit, *Opprobrium non accepit,* tunc scilicet, quando ille qui audit verba detractionis contra eum, et ex his detestatur illum de quo dieuntur, vel etiam ipse dicit aliis: Eccl. xix, 10: *Audisti verbum contra proximum tuum, conmoriorat in te etc.* Eccl. 28: *Sepi aurem tuam spinis, et noli audire linguam nequam.* Hieronymus: « Si non est auditor, non est detractor. » Bernardus: « Detrahere aut detrahentem audire, quid horum damnabilis sit, non facile dixerim: » Prov. xxv, 22: *Ventus aquilo dissipat plurimum, et facies tristis linguam detrahentem:* quia, ad litteram, detra-

\*\* transibo

hens cessat cum audiens contristatur.

4. *Ad nihilum.* Hic ostendit quod non despiciat. In homine sunt duo : scilicet vitium et virtus. Vitium est despiciendum ; et ideo dicit *Malignus*, in quantum talis, *Ad nihilum est deductus*, idest nihil reputatur ; et hoc est bonum : primo ad tollendum emulationem : quandoque enim aliquis malus exaltatur : Hier. xiv, 4 : *Via impiorum prosperatur etc.* Sed propter hoc nullo modo debet eum reputare magnum, sed debet eum despiciere : 1 Mach. ii, 62 : *Gloria hominis peccatoris stercus et vermis est : hodie extollitur et cras non invenitur, quia conversus est in terram suam, et cogitatio ejus periret.* Vel aliquis magnus intendit nocere ; sed ex quo est malignus, contemnas eum : quia talium derogatio est nostrae vitae adprobatio : Ps. xxvi, 3 : *Si consistant adversari me castra, non timet cor meum, idest peccatores.* Sed virtuosum hominem reputa magnum ; ideo dicit, *Timentes autem Dominum glorificat* : Eccl. xxv, 43 : *Quam magnus est qui inventis sapientiam et scientiam, sed non est super timentem Dominum.* Glossa aliter exponit, *Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus*, idest diabolus vincitus est ab eo : 1 Joan. ii, 14 : *Vicistis malignum etc.* Dominus glorificat timentes dominum, scilicet se. Sed prima expositio est magis litteralis.

5. Hic prohibet ne decipiat proximum

In tribus autem proximus decipitur. Videlicet in promissis, et hoc per juramentum ; et ideo dicit, *Qui jurat etc.*, idest firmat ad decipiendum, quia non servat : Zach. viii, 15 : *Juramentum neudus non diligas* : Levit. xix, 21 : *Nou perfurabis in nomine Dei tui, et non polleres illud.* \* *meo... Jurare non pertinet ad virtutem, sed iuramento servare.* Item in contractibus. Unde : *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram* : Lue. vi, 35 : *Matronum date, nihil inde sperantes, et numeru super innocentem uon accepit* : Prov. xvii, 23 : *Muneru de sinu*, idest Ecclesia, impius accipit, ut pervertat semitas iudicij. Deut. xxii, prohibetur, quod non detur fratri ad usuram, quia vendit quod non est, enim non habeat usum fructum. Item in iudicij, quando dat sententiam contra innocentem ; et ideo dicit, *Et numeru* : Isa : *Vx qui justificatis impios* \*\* propter numeru : Job, xv, 34 : *Ignis derorabit tabernacula eorum, qui numeru libenter accipiunt.* Consequenter ponitur primum. *Qui facit, idest servat.* *Hoc omnia praedicta* : Jac. i, 22 : *Estote factores verbi.* Rom. ii, 13 *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores* : *Non commorebitur in aeternum idest hic habitat in monte sancto meo* : Infra cxxiv, 1 : *Qui confidunt in Domino sicut mons Sion etc.* Psal. lxx, 23 : *Nou dabit in aeternum fluctuationem justo.*

\* *pollue... men Dei tui*  
\*\* *pro... numeribus*

## PSALMUS XV

### 1. *Inscriptio tituli ipsius David.*

*Conserua me Domine, quoniam speravi in te : dixi, Domine, Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non egos.*

2. *Sanctis qui sunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates mens in eis.*

3. *Multiplicata sunt iniquitates eorum ; postea acceleraverunt.*

4. *Non congregabo convenientia eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

5. *Dominus pars hereditatis meae et calcis mei ; tu es qui restinas hereditatem meam mihi. Funes eciderunt mihi in praelaris ; etenim hereditas mea puerula est mihi.*

6. *Benedicunt Dominum qui tribuit mihi intellectum ; insuper et usque ad noctem incepserunt me venes mei. Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commovear.*

Propter hoc latatum est cor meum, et exultavit lingua mea.

7. *Insuper et caro mea requiescat in spe. Quoniam non dereliqueris annum meum in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptiolum. Nostas mihi fecisti vias vita ; adimplebas me letitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem.*

1. In precedenti Psalmo enumeravit justitias quas Deus requirit ab homine ; hic autem ostendit quomodo justitiam sequatur. Titulus talis est : *Inscriptio tituli ipsius David.* Et quantum ad litteram significat quod editus est specialiter de his que pertinent ad personam David. Sed quia David gerebat etiam personam

Christi ex ejus semine nascituri, ideo quedam hic de David, quedam de Christo ponuntur. Et ideo Petrus Act. ii, 23 : *Providebam Dominum etc.* de resurrectione Christi dicit proprio dictum esse, et non de David. Et secundum hoc tangit historiam in Psalmo isto de novo testamento, secundum quod dicitur Joan. xix, 19, quod Christo crucifixo imposuit Pilatus titulum super caput ejus. *Hec est Jesus Nazarenus Rer. Iudavarum.* et hic est quasi titulus regni ejus. T'plex titulus consuevit describi. Ali quando in sepulcro alienius : hoc est sepolcher talis. Aliquando in domo : haec est domus talis. Aliquando pro triumpho, sicut Romae fiebat : et hic titulus Christi est, qui triumphavit per crucem : Col. ii, 15 : *Palam triumphans illos in seipso, expoliatis principatus et potestates.* Signatur ergo hic, quod in Psalmo specialiter de regno Christi agitur. Titulus Hieronymi talis est, *Humilis et simplicis psalmus David.* Et signatur quod agitur in Psalmo illo de simplicitate et humilitate David, sive singularis, sive figuratis, scilicet Christi. Dividitur ergo Psalmus iste in duas partes in prima ostendit sive ex parte sua, sive ex parte Christi loquens, se soli Deo inhaerere. Secundo commemorat beneficia quae a Deo recepit, ibi, *Benedic Domum qui etc.* Primum ad simplicitatem, secundum ad humilitatem pertinet. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod soli Deo inhaeret. Secundo rationem assignat, ibi, *Domini pars etc.* Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo se habeat ad Deum. Secundo, quomodo se habeat ad sanctos Dei. Tertio, quomodo se habeat ad inimicos Dei. Secundum, ibi, *Sanctis.* Tertium, ibi, *Multipli- cate etc.* Ad Deum se habet ut sibi soli inhaereat : et hoc dupliceiter : per spem et fidem, ibi, *Dixi Domino.* Circa primum duo proponit : scilicet signum spei, et ipsam spem. Signum spei, ibi, *Conserva me, Domine :* quasi : non confido per me servari posse : sed tu, Domine, *Conserva me,* vel in se, vel in membris suis : Joan. xvii, 41 : *Pater, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Et hoc. *Quoniam speravi in te.*

Sed numquid speravit Christus?

Dicendum est quod sic : speravit quidem pro aliis vitam aeternam, pro se autem claritatem corporis. Claritatem autem anime habuit in instanti sua conceptionis.

*Dixi etc.* Hic primo ponit actum fidei. Secundum rationem assignat, ibi, *Quoniam honorum etc.* Actus fidei est confiteri Deo, vel in corde credendo, vel exteriori laudando, factis approbando : Rom. x, 10 : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem;* et ideo, *Dixi, corde, ore, et opere, Quia Deus meus etc.* Gen. xxviii, 21 : *Erit mihi Dominus in Deum.* Et ideo est, *Quia honorum meorum non eres.* Et hoc est proprium Dei : quia infinita bonitatis est, et nihil ei addi potest, quia est substantiale bonum ad omnia extendens bonitatem sicut sol lumen, non per participationem, sed per ipsum esse illuminans omnia. Cuilibet autem alii creature potest addi, etiam sanctis, et propter hoc aliquid eis accrescit, et ideo aliquo modo indigent nobis : sed Deus solus non indiget bonis nostris : Job xxxv, 7 : *Porro si juste egaris, quid donabis ei, aut quid de manu tua arripiet?* Hieronymus habet, *Quoniam bene non est nobis sine te :* quasi, ex hoc apparet, quia tu es Deus meus, quia tu es bonitas, nec mili bene est sine te.

*2. Sanctis.* Hic ostendit quomodo se habet ad sanctos, etiam ut legitur ex persona Christi. Et sciendum, quod voluntas Patris sicut voluntas Christi est, et in quantum homo, ut impletat voluntatem Patris : Ps. xxxix, 9 : *Ut faciam voluntatem tuam, Deus meus volui :* 1 Thess. iv, 3 : *Hoc est voluntas Dei sanctificatio nostra :* Job. vi, 38 *Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me, Patris, ut ame quod dedit mihi, non perdem, sed resuscitem illud in norissimo die.* Christus autem multa voluit : et hoc propter nostram utilitatem. Sed quid voluit? Pati, mori, resurgere, ut nos vivificearet. Dicit ergo : Deus pater, *Omnis voluntates meas mirificavit, idest mirifice adimplevit, In eis, in quibus? Eis, In sanctis qui sunt in terra ejus, idest in Ecclesia militante et triumphante.* Hieronymus habet sic, *Sanctis qui sunt in terra et magnificis, omnis ro-*

*luntas mea in eis.* Alia littera habet, *Robusti.* Et dato quod aliquis terrenus confidat in potestate robusti exercitus, sed David dicit, *Ego sperari in te* : Eec. ii, 11 : *Nullus speravit in Domino, et confusus est.* Et robusti mei sunt sancti tui, qui magna faciunt : Ps. c, 6 : *Oculi mei ad fidèles*, dicit Christus, ut sedeant mecum. Quod ipse Christus diligit sanctos, patet : Prov. viii, 17 : *Ego diligentes me diligio.*

3. *Multiplicatæ.* Hie ostendit quomodo se habeat ad adversarios Dei, sive ad peccatores. Et primo ponit coram conversionem; secundo conversionis modum, ibi, *Non congregabo.* Circa primum duo facit. Primo proponit statum praecedentis culparum; secundo ponit statum subsequentis gratiae, ibi, *Postea acceleraverunt.* Dicit ergo, *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum*, idest diversa peccata. *Vel infirmitates*, idest poenitentias ex peccato consequentes. Thren. i, 22 : *Multi genitus mihi.* Et ex hoc sequitur, *Postea acceleraverunt*, idest conati sunt ad curandam vitam, ut redimerent tempus perditum. Et signanter hoc faciunt, quia, *nbi' abundat delictum superabundat gratia* : ut dicitur Rom. vi, 1. Item post tribulationes homo erit ad Deum. Osee vi, 4 : *In tribulatione sua manu consurgent ad me, venite, revertamur ad Dominum.* Ps. lxxxii, 17 : *In pœnas eorum ignominia, et querent munera tua, Domine.*

4. *Nou.* Hie ponit modum conversionis. Et primo ostendit ad quem ritum convertantur; secundo, quomodo perfecte ibi, *Nec memor ero etc.* Dicit ergo, *Acceleraverunt.* Sed quomodo convertentur? In veteri lege illi qui convertebantur, offerebant diversa sacrificia. Sed ego adunabo ex diversis partibus ad finem; sed non ut effundant sanguinem; quia, ut Apostolus dicit Hebr. x, 4, *Impossibile est per sanguinem taurorum aut hircorum, auferri pœccata.* *Non congregabo concientia variorum de sanguinis,* idest de ritu legis : sed hie congregatio est de sanguine novo, idest Christi. Hebr. ix, 28 : *Christus semel oblatus est ad multorum exhaustiæ pœccata.* Heb. x, 4 : *Uno*

*oblitione consummarit in æternum sanctificatos etc.* Zach. ix, 11 : *Tu autem in sanguine testamenti tui\*\*\* ernasti vivos tuos de lacu in quo non est aqua etc.* Sed, quomodo perfecta erit ista congregatio? *Quia non ero memor nominis illorum*, quod habebant in statu peccati, quia unius dicebatur fornicator, alius latro. Sed nullus post conversionem debet sic nominari, quia hujusmodi nomina sunt deleta. Vel, non ero memor peccatorum in judicio, enim congregabo justos, *Venite benedicti*, Matth. xxv, 34. Et hoc *Per labia mea*, vel per predicatores meos. Sed dicetur eis, *Ite maledicti etc.* Hier. xv, 19 : *Si separareris pretiosum a rili, quasi os membris.* Hieronymus habet : Multiplicata sunt idola eorum : post tergum sequentium non libabo libamina eorum de sanguine, neque assumam nomina eorum in labiis meis: quasi dicat, Te colo, non idola. Sed illorum idola multa sunt. Osee : *Multiplicavi post dorsum recedentes ad te.* Hierem. ii, 27 : *Veterum ad me tergum et non farum, nec era particeps libaminum eorum.* Dent. xxxii, 38 : *De quorum victimis comedebant adipes, et bibabant vinum libaminum.* Nec jurabo per illa idola.

5. *Dominus.* Hie assignat rationem sue inhesionis soli Deo, quia scilicet ipse solus est hereditas sua; quasi dicat : Ideo solum huic inherreo<sup>4</sup> quia haec est hereditas mea. Primo dicit Deum esse suam hereditatem. Secundo commendat eam, quod est contentus de ea, ibi, *Etenim hereditas mea etc.* Ipsa est bonum nostrum quo fruimur : homines in mundo isto querunt possesiones et usus earum, sed possessio sua est Deus; unde *Dominus, pars hereditatis meæ*, intransitive, idest hereditas que venit mihi in partem. Quidam habent pro hereditate delectationes carnis. Sap. ii, 9 : *Hoc est pars et heres sors nostra.* Alii autem alia delectabilia mundi; sed Deus est sors mea. Thren. iii, 23 : *Pars mea Dominus, dicit anima mea.* Sed non solum est hereditas mea, sed, *Pars calicis mei*, idest calix meus veniens mihi in sortem; quia tota delectatio mea et potus est Deus. Ps. xxv, 3 : *Calix mens iubrionis quam preclarus*

*est.* Vel Christus habet hereditatem fidèles; et huiusmodi hereditatis, scilicet fidei, Deus est pars, sicut dictum est, *Dominus pars cœlicis mei*, quia passio mea ordinatur ad Deum. Ipse etiam est dator huius hereditatis: *Tu es qui restituas hereditatem meam mihi*, scilicet aeterna gloriae. Et sic Christus loquitur ex persona suorum, qui eam perdidérunt peccante primo parente. Vel, *Hereditatem*, idest claritatem corporis, quam perdidit homo peccando. *Funes extenderunt mihi in præclaris.* Divites terram mensurant fune. Deut. : *Jacob fumiculus hereditatis ejus.* Et ideo portio dicitur quasi fumiculus funis, idest portio mea cedit mihi in rebus optimis, quia nihil melius ipso Deo. Hier. iii, 19 : *Tribuum tibi terram desiderabilem, præclaram hereditatem.* Secundo ostendit quod sit ea contentus: *Etenim hereditas mea præclara est mihi;* quasi dicat: Nou solum hereditas mea in se præclara est; sed est ita præclara mihi, quod nullo modo mutarem eam. Ps. cxxxii, : *Hec requies mea in sacerulum saceruli: hic hababito, quoniam elegi eam.*

6. *Benedicam.* Supra Psalmista posuit rationem quare soli Deo inharet, quia scilicet ipse est pars hereditatis sue; hic recognoscit beneficia. Et primo proponit beneficia suscepta; secundo speranda, ibi, *Insuper et caro mea.* Circa primum duo facit. Primo commemorat beneficia suscepta; secundo ostendit gaudium quod habet ex eis, ibi, *Propter hoc latatum est cor meum.* Commemorat ergo duplex beneficium: unum in adiectione boni, aliud conservando contra mala. Quantum ad primum dicit, *Benedicam Dominum etc.* ut intelligam quam præclara sit illa hereditas aeterna. Ps. cxviii 34 : *Da mihi intellectum, et scrutabor etc.* Ps. xxxi, 8 : *Intellectum tibi dabo, et instruam te.* Eccli. ult: *Danti mihi sapientiam dabo gloriam.* Dedit autem Dominus homini rationem ad sapientiam, sed non totaliter abstulit infirmitatem; sed hoc erit in gloria<sup>1</sup>. Et primo proponit eam; secundo ponit auxilium contra eam, ibi, *Providebam Dominum.* Omnis homo habet a Deo secundum rationem lumen intellectus, et jus-

tus reformatur lumine gratiae. Sed adhuc infirmitas carnis restat; et ideo dicit, *Insuper adhuc increpauerunt me venes mei,* idest infirmitates meæ, scilicet culpe, vel peccata. Et hoc, *Usque ad noctem,* idest usque ad mortem, *increpauerunt me venes mei,* idest reprehensibilem me ostenderunt. Alia littera. Quia in renibus incentivum luxuria sedem habet, et sic delectionem tentando molestat. II. Cor. xvii, 7 : *Ne magnitudo revelationum etc.* Sed in Christo non sunt infirmitates culpe, vel infectionis, quia caro ejus non repugnat adversus spiritum; et ideo intelligitur solum de pœna. Heb. iv, 15: *Tractatum per omnia, quantum ad infirmitates corporales.* Sed si de nobis intelligatur, dicendum quod homo qui donum intellectus habet, vel gratiam, dicit adhuc cum Apostolo, Rom. vii, 23 : *Videamus legem in membris meis repugnare legi mentis meæ.* Vel *Renes,* idest Iudaïi sibi conjuncti, *usque ad noctem,* idest usque ad passionem, sive usque ad passibilitatem carnis. Et quia caro timebat passionem, ego in illa passione, *Providebam Dominum, erectis oculis in colum, non in mundo.* Providentia est prævisio rerum fieriadarum in futuro; sed visio sive conspectus est rerum presentium. Sed si adhuc tales res impungnant, non est timendum, quia paratum habet auxilium Dei. Et ideo primo ponit recordationem auxilii, dicens, *Providebam Dominum etc.*, quando scilicet increpauerunt merenes mei. Ps. xxiv, 15 : *Oculi mei semper ad Dominum quoniam etc.* Et hoc ideo quia *A dextris est mihi ne commovear, non ad sinistram.* Prov. iii, 26 : *Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris.* Isa. l, 8 : *Sustenus simul etc.* Propter hoc latatum est cor meum. Reg. ii, 4 : *Exultavit cor meum in Domino.* Ps. lxviii, 11 : *Luxabitur justus in Domino etc.* Et exultarit lingua mea etc. exterius, cum exteriori gaudio prorumpit in laudem vocis. Isa. xi, 5 : *Cantate Domino quoniam magnifice fecit.* Psal. lxxx, 2 : *Exultate Deo etc.*

7. *Insuper.* Hic enumerat beneficia spe-

<sup>1</sup> Al. : « dando gloriam. »

randa. Primo quantum ad resurrectionem carnis ; secundo quantum ad animam, ibi, *Notas*. Prima in duo. Primo ponit spem resurrectionis ; secundo modum, ibi, *Quoniam non derelinques*. Dicit ergo, bedisti mihi intellectum, et astitisti mihi homini, sed *Insuper et caro mea requiescat in spe*, resurrectionis. Ps. m, 6 : *Ego dormiri, et soporatus sum, et resurrexi*. Et etiam habebit caro mea spem in resurrectione. Sap. m, 4. *Spes illorum immortalitate plena est*. Ratio, quia resurrectio requirit unionem corporis et animae ; et ideo non debuit anima conjuncta divinitati remanere in inferno ; sed tamdiu debebat ibi stare, donec probaretur veritas humanitatis, et verae carnis : nec plus decebat relinquiri in inferno, ubi descenderat ad liberandum sanctos. Eccl. xxiv, 45 : *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes etc.* Item ex parte corporis, quia *Nec dabis sanctum*, idest corpus meum a te sanctificatum, *Videre corruptionem*,

idest putrefactionis, vel resolutionis, quam non est passus : sed mortis corruptionem passus est. Beneficia qua pertinent ad animam commemorat, cum Dicit. *Notas*. Hoc referunt ad Christum pro membris suis, et haec sunt documenta et praecepta<sup>1</sup> quae sunt via in beatitudinem. Prov. vi, 2 : *Serva mandata mea, et rives* ; et ideo dicit, *Notas mihi fecisti rias ritæ*. Secundo commemorat beneficium : ubi tria dicit. Primo plenam Dei visionem, *Adimplebis me letitia cum cultu tuo*, idest videbo vultum tuum. I Cor. xii, 12 : *Nunc cognoscas ex parte*, idest imperfecte, *tunc cognoscas farie ad faciem*. Plenam letitiam : Joann. xvi, 24 : *Ut gaudium vestrum plenum sit* ; quia delectationes<sup>2</sup> indeficientes, quia, *in dextera tua usque in finem*. Isa. li, 11 : *Lætitia sempiterna super cuncta eorum, gaudium et letitiam obtinebunt* : et fugiet ab eis dolor et genitus. Prov. m, 16 : *Longitudo dierum in dextera ejus, et in sinistra illius diritis et gloria*.

## PSALMUS XVI

I. *Oratio David.*

Exaudi, Domine, iustitiam meam, intende depreciationem meam. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis. De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi tui videant aquitatem. Prohasti cor meum, et visitasti nocte : igne me examinasti, et non est inventa in me iniurias. Ut non loquatur os meum opera hominum : propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.

2. Ego clamavi quoniam exaudisti me, Deus ; inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

3. Mirifica misericordias tuas, qui salvas facis spernentes in te. A resistilibus dextre tue custodi me, ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuorum protege me, a facie impiorum qui me affligerunt.

4. Inimici mei animam meam circumcederunt, adipem suum conculcerunt, os eorum locutum est superbiam. Projiciebant me anima circumcederunt me : oculos suos statuerunt declinare in terram. Suscepserunt me sicut leo paratus ad peradū, et sicut catus leonis habitans in abutis.

5. Exurge Domine, preveni em, et supplanta em ; eripe animam meam ab impiis, franeam tuam ab inimicis manus tue. Domine, a paucis de terra divide eos in vita eorum ; et de absconditis

tuis adimplenus est venter eorum. Saturati sunt filii, et dimiserunt reliquias suas parvulis suis.

6. Ego autem in iustitia apparebo conspectu tuo : satiabor cum apparerit gloria tua.

*In formam.*

Puero Domini David, qui locutus est Domino verba cantici hujus in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, et de manu Saulis.

4. Supradescritbit Psalmista<sup>3</sup> divinam iustitiam, et ostendit quod eam servabat : hic proponit orationem in qua petit examinari, propter iustitiam. Titulus, *Oratio David*. Et est primus Psalmus qui initiatitur ab oratione, quia hujusmodi totaliter est oratio ; et ideo ab oratione incipit, quia inter tribulationes singulare refugium est oratio. Psalm. cxviii, 4 : *Pro te me diligenter, detrahendum nabi, ego autem orahum*. Dividitur ergo Psalmus iste in duas partes. In prima orat pro stabilitate propria ; in secunda petit libera-

<sup>1</sup> AL. : « documenta, fides et praecepta. »

<sup>2</sup> AL. : « quia de summo homo et delectatione. »

<sup>3</sup> AL. : « Psalmographus, » item : « Psalmus. »

tionem a malo, ibi, *Ego clamari*. Circa primum duo facit. Primo petit exaudiiri; secundo proponit petitionem suam, ibi, *De cultu tuo*. Considerandum est autem, quod in examinatione sit triplex gradus. Primo ille cui est petitio, audit verba. Secundo attendit sensum<sup>1</sup>. Tertio implet petitum. Primo ergo petit ut exaudiatur, dicens, *Exaudi etc.* Dan. ix, 17 : *Exaudi, Domine Deus, orationem serui tui*. Secundo in examinatione ponit meritum pertinentis; et ideo dicit, *Justitiam meam*: quasi dicat: in me est meritum ut exaudiias. *Glossa*: *Justitia habet vocem apud Deum, qua penetrat eundem*: Iac. ult, 16: *Multam valet deprecationis justi assidua*: Joan. ix, 31: *Peccatores Deus non audit*; sed si quis Dei cultor est, huic Deum exaudit. Secundo petit quod intendat ad sensum orationis, *Intende deprecationem meam*. *Glossa* dicit: *Deprecationem, quae est pro malis amovendis. Alia littera, Intende ad canticos meos, quasi ad spiritualem intellectum*: Ps. cxxix, 2: *Fiant nubes tuae intendentiae in rocem deprecationis meae*. Tertio quod audiat verba orantibus; et ideo dicit, *Auribus percipe orationem, quae est, non in labiis dolosis, sed simplicibus*: Isa. lxi, 9: *Dolus non fuit in ore ejus.*

Sed cum omnia audiat, quare dicitur quadam audire, et quadam non? Sap. i, 5: *Spiritus sanctus disciplina effugiet factum, et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu*. Deus non dicitur audire nisi verba vera, et non quae proveniunt ex labiis dolosis: et ideo dicit, *Non in labiis dolosis*. Ps. xi, 3: *Labia dolosa in corde etc.* Et sic dolosum dupliciter accipitur: scilicet fictio respectu oris, et respectu operis, cum opus non concordat ori. Pharisaeus qui dicebat, Luc. xviii, 11: *non sum sicut ceteri hominum etc.*, non fuit exauditus; sed alius qui non in labiis dolosis, sed recte orabat, fuit exauditus, quia descendit justificatus in dominum suam. *Glossa*: *Labia dolosa sunt qui dicunt Domine Domine, et non faciunt voluntatem Patris mei. De cultu tuo*. *Judex non profert sententiam nisi audiatur petitione et discussa causa*. Et ideo hic

petitionem ponit: et petit tria. Primo sententiam. Secundo causie examinationem, ibi, *Probasti*. Tertio sententie qualitatem, *Perfice*. Circa primum duo facit. Primo petit judicium. Secundo temperatum, ibi, *Oculi tui*. Dicit ergo, *De cultu tuo*, idest de cognitione<sup>2</sup> tua: *Judicium meum prodrat, idest pro me*: Hier. x, 24: *Corripe ne Domine, recumtamen in iudicio, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me*. Sed hic petit judicium non severitatis: Isa. lxiv, 6: *Omnes justitiae vestrae quasipannus mensuratae, sed aequitatis, secundum quod patitur humana natura*: et ideo dicit, *Oculi tui videant aequitatem, idest judicent judicium aequitatum*: Isa. xi, 4: *Arguet in aequitate pro mansuetis terra*: Job. : *Equitatem proposuunt contra me, et ad victoriani provenient judicium meum*; quasi dicat: Non peto judicium, quia causa mea tibi examinata est. Quod causa sua sit examinata coram eo, ostendit cum dicit, *Probasti etc.* Et primo ponit ordinem examinationis. Secundo quid sit inventum exponit, *Et non est inventa*. Dicit ergo, *Probasti cor meum*. Differential est inter probare et examinare: probare querit rationem facti, examinare querit ipsum factum. Ratio autem facti magis tangit cor, sed factum magis tangit corpus. Dicit ergo, *Probasti cor meum*, idest probatum ostendisti, quod non est turbatum propter tribulationes quas patior. Deus cum examinat, tria facit. Probat, visitat, et examinat. Probat cum dijudicat an habeat cordis rectitudinem: quia si non habet, non curat examinare; sed quando hoc habet, indiget examinari utrum habeat firmitatem: Hier. xvii, 10: *Ego Dominus scrutans corda et probans renes, qui do inueni juxta viam suam*. Sed hec examinatione est dura et fortis, ita quod nullus sustineret nisi adjutus ab eo: Job vi, 11: *Qux fortitudo mea ut sub sistam, et quis finis mens ut patienter agam? nec fortitudo mea nec caro mea aenea est*. Et ideo premitit visitationem: Psalm. lxxxviii, 33: *Visitabo in virga, vel adjuvando, vel corrigendo. Visitasti nocte*. Sed potest idem intelligi per noc-

<sup>1</sup> AL. : « seorsum. »

<sup>2</sup> AL. : « cogitatione. »

tem et ignem, quia turbat animam : Job xxx, 17 : *Nocte os meum perforatur doloribus* : et incendium facit hoc idem. Vel *Nocte*, idest defectu spiritualis intelligentiae. Quandoque quis habet rectum cor, et supervenit sibi tentatio et negligentia : et hac est in nocte : et in hac visitat Dominus adjuvando contra tentaciones, et negligentiam executit et confortat : Ps. lxx, 9 : *Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Vel nocte, idest quiete et silentio, et tunc visitat per consolationes : Matth. xxii, 6 : *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Examinasti igne*, idest tribulatione ; quia tunc apparet si est bonus amicus, et non recedit : Eccl. vi, 8 : *Est amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.* Invenitur autem per istam examinationem innocentia et perfectio, quia examinat si in eo inveniatur innocentia. Hoc autem in isto invenitur. Et primo ponit ejus innocentiam. Secundo perfectionem, ibi, *Non est inventa in me iniquitas.*

Sed contra. I Joan. i, 8 : *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsi seducimus, et veritas in nobis non est :* et Prov. xx, 9 : *Quis potest dicere, mundum est cor meum ?* Eccl. vii, 21 : *Non est homo justus in terra qui faciat bonum et non peccet.* *Glossa.* Nec infans nūius dici.

Dicendum, quod loquitur de iniuritate peccati per quam in tribulatione recedit a Deo.

Perfectio innocentiae invenitur in eo, instantum quod non loquitur *Opera hominum*, idest peccatum : quasi dicat : Non solum in corde, sed nec in ore ejus est iniuritas : Joh. vi, 30 : *Non inveniatur in lingua mea iniuritatem, nec in faucibus meis iniurias persimilabit :* Eph. iv, 29 : *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat.* Vel sic : *Non est inventa in me iniurias, ut non loquatur os meum*, cum post sequitur, *Opera hominum etc.* : quasi dicat, Tu vidisti quod in me non est iniurias : et hoc, quia non decebat me loqui, in tunc vidisti hoc. Prov. xxvn, 2 : *Laudet te alienus, et non os tuum : extraneus et non labia tua.* Hieronymus habet sic : *Probasti cor meum, visitasti nocte;* *confasti me, et non invenisti cogitationes meus ascendere super os meum*; quasi dicat : Non in tantum turbatio processit, ut veniret acordeados per murinura. Secundo expponit quo igne fuerit examinatus, emendat, *Propter verba laborum tuorum ego custodivias duras.* Vias durae sunt adversitates ; et hoc sustinui, *Propter verba laborum tuorum*, idest ut servarem verba, aut annuntiare verba tua : Hier. xx, 8 : *Factus est sermo Domini in opprobrium et in derision.* Hieronymus habet, *Ct vias latas.* Latrones querunt diverticula ut lateant : ita David quando persequebatur eum Saul : Ps. xvii, 34 : *Posuit pedes meos quasi cervorum.* Spiritualiter dicitur de Christo punito inter latrones ut malefactor : Joau. xviii, 30 : *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissentur.* Si incepias versum ibi, *Propter opera hominum custodivi vias duras*, dicas vias duras quae sunt opera hominum : Prov. iv, 11 : *Viam sapientiarum inuestigabo tibi, duram te per semitas arquitatis quas dum ingressus fueris etc.* Consequenter determinat quid petit : *Perfice gressus meos in semitis tuis.* scilicet justitiae : Job. iv, 6 : *Ubi est fortitudo tua, potuictia, et perfectio viarum ?* Et hoc ut vestigia, idest affectus meus, non moveantur a mandatis tuis. Vel petit Christus pro Ecclesia ut gressus ejus perficiantur, et vestigia, idest sacramenta, non moveantur. Item, cum ex actibus generentur habitus, actus vestigia relinquuntur in voluntate. Vel ad litteram petit David, quod non praecepit de praeruptis per quae transibat fugiens Saul : I Reg. xxiv, 3 : *Sequebatur enim Saul per praeruptissimas petras.* Alia littera habet, *Sustenta pedes meos in calcibus meis, et non labentur vestigia mea.* Vel quod Christus secundum quod homo perficiatur in semipermanentia gloria divinitatis : Joan. xvii, 3 : *Clarificatur, Pater, apud temetipsam, claritate quam habui priusquam mundus foret.*

2. *Ego.* Supra petit Psalmista ut stabilitur in hono : hic autem petit ut libere retratur a molo : et circa hoc tria facit. Primo petit exandiri in sua petitione. Secundo ponit eam, ibi, *Mirifica misericordias tuas.* Tertio exanditionem sue petitionis manifestat ibi, *Ego autem.* Circa primum

duo facit. Primo proponit spem concep-  
tam de Deo. Secundo ex hac petit se  
exaudiri, ibi, *Inclina aurem*. Dicit ergo,  
*Ego clamavi*. Videtur ordo preposterus :  
quia convenientius videtur dici, *Quoniam  
clamavi, exaudisti me*. Et ideo tripliciter  
exponitur. Uno modo secundum Glossam,  
*Ego clamavi*. In clamore validior inten-  
tio mentis est, et libera. Tunc ergo clamant  
qui cum magna devotione orant, et  
libertate cordis. Et unde hoc? *Quoniam  
exaudisti*, dando scilicet libertatem.  
Gregorius : Neminem exaudit Deus nisi  
quem ut preectur inspirat, animam sci-  
licet per aliquam devotionem : Psalm.  
cxviii, 20 : *Concupivit anima mea de-  
siderare etc.* Alio modo, secundum Au-  
gustinum x de civit. Dei, quod ly quoniam  
non designat causam, sed signum; quasi  
dicat: hoc est signum quod clamavi,  
quia exaudiisti me. Tertio modo, quia  
cum quis exauditur semel, iterum fidu-  
cialius petit. Et ideo dicit, *Quoniam exau-  
disti ego clamavi*. Hieronymus habet,  
*Plane quoniam exaudisti*. Semper haec  
duo coniungit, clamorem, et exauditionem,  
quia qui sic clamat exauditur: Jona-  
n, 3: *Clamavi ad tribulatione mea ad  
Dominum, et exaudiuit me*: Psalm. cxii,  
6: *Clamavi ad te, dixi tu es etc.* Conse-  
quenter petit exaudiri. Et qui exaudit  
primo audit: ideo dicit, *Inclina*, nisi  
Dominus sit in alto loco, oportet quod  
inclinet aurem ad audiendum illum qui  
est in imo. Dominus sedet in maiestate  
sua; et si vellet nostra agere secundum  
altitudinem sue justitiae, non salvare-  
mur, quia Isa. lxiv, 6, *quasi pannus  
mnistrutae omnes justitiae nostræ*. Et ideo  
oportet quod inclinet, et tunc exaudiat:  
Dan. ix, 18: *Inclina Domine aurem tuam  
et audi*.

3. *Mirifica*. Hie ponitur petitio: et est  
duplex. Prima de sui liberatione. Secunda de inimicorum dejectione, *Exurge Do-  
mine præveni eum*. Circa primum duo  
facit. Primo petit liberationem. Secundo  
subdit necessitatem liberationis, ibi, *In-  
nici mei*. Circa primum tria facit. Primo  
petit misericordiam. Secundo salutem,  
ibi, *Qui saluos facit*. Tertio liberatiovis

modum, ibi, *Custodi me ut pupillum  
oculi*. Dicit ergo, *Mirifica*. Quod quis li-  
beretur a parvo hoste, non est mirum :  
sed cum quis liberatur a maximo malo,  
vel hoste, hoc est mirum: et hoc petit,  
*Mirifica*, idest mirabiliter libera me. Et  
hoc non secundum iudicium hominis,  
sed secundum *Misericordiam tuam*:  
Eeccl. xxxvi, 6: *Iunova signa et innanta  
mirabilia, glorifica manum et brachium  
destrum, excita furorem et effunde iram,  
extolle adversarium, et afflige inimicum*.  
Et huius ratio est, quia tuum est et pro-  
prum. *Qui saluos facis sperantes in te*:  
Eccli. n, 11: *Nullus speravit in Domino,  
et confusus est*. Et salvas,, *A resistentibus  
dexteru tuae*. Dextera Dei sive virtus est  
operativa spiritualiter in bonis: Prov.  
iii, 16: *Longitudo dierum in dextera ejus,  
et in sinistra illius dicitur et gloria*. Di-  
cuntur resistere dextera Dei daemones  
sive peccatores qui impediunt spiritua-  
lia. Vel dextera Dei dicitur Christus :  
Psal. cxvi, 6: *Dexteru Dei fecit virtutem*.  
Cui resistunt Judæi contradicendo ejus  
doctrinæ: Jo. vn, 45: *Quomodo hic  
litteras seit, cum non dicierit?* et detra-  
hendo illius operationi: Jo. ix, 16: *Non  
est hic homo a Deo qui sabbatum non  
custodivit*: Luc. ix, 45: *In Beelzebul  
principiæ daemoniorum ejicit daemonia*.

Sed est questio contra Psalmum (Ps.  
lxxv, 8: *Tu terribilis es, et quis resistet  
tibi?* Nullus ergo sua voluntati potest  
contradicere: Job. ix, 43: *Deus cuius  
ira nullus potest resistere*.

Et dicendum, quod nullus efficaciter  
potest resistere ei, sed potest habere  
voluntatem sive propositum resistendi.

Consequenter ponit modum liberatio-  
nis, quia diligenter et tute: ideo dicit  
*Custodi me ut pupillum oculi*. Pupilla  
oculi cum diligentia custoditur, quia  
nil quod lassere possit permittitur ap-  
propinquare; sic et facit Deus in custodia  
servi sui: Dent. xxxii, 10: *Circumducit  
eum, et docuit et custodivit quasi pupil-  
lam oculi sui*: Zach. n, 8: *Qui vos teti-  
gerit, tangit pupillam oculi mei*: Vel  
secundum Glossam. Pupilla oculi dicitur  
Christus dirigens: *Virtus visiva est in*

<sup>4</sup> Al.: « si. »

pupilla qua discernimus bonum a malo, et Christus discernit fideles ab infidelibus, et a bonis malos. Ad hanc diligentem custodiam manifestandam usitur duplice metaphora : scilicet umbra et alarum. Umbra enim refrigerat ab astu, sic et tutela Dei refrigerat dans securitatem. Item alis gallina pullos contra milvum custodit ; sic et Deus suis alis, quae sunt claritas et misericordia, justos defendit a rapacitate daemonum. Matth. xxii, 37 : *Quoties volui congregare vos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, et nolustis?* His ergo alis Deus nos elevat ad superna : Ps. lxxxviii, 45 : *Misericordia et veritas praecedent faciem tuam, beatus populus etc.* Hier. xxxi, 3 : *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, misericans.* Vel pupilla oculi dicitur anima ; quia sicut pupilla quae est in medio oculi, circumdatur multis pellibus ad defensionem, et homo apponit manum, et fere omne quod habet, ne ledatur ; sic debet homo facere pro anima : Job ii, 4 : *Pellem pro pelle* etc. : quia, ut dicitur Marc. xvi, 26 : *Quid prodest homini si mundum universum lucretur et animam* etc. Vel *Custodi me, ut pupillam oculi,* idest ut Christum, *sub umbra alarum tuarum protege me,* idest sub custodia angelorum : Ps. xc, 11 : *Angelis suis mandavit de te* etc. Vel due aliae sunt duo brachia Christi extenta in cruce : Deut. xxxv, 14 : *Expandit alas suas, et assumpit eos atque portavit in humeris suis.* Consequenter ostendit a quibus competit liberari, quia *A facie impiorum qui me affligerunt;* idest a potestate et praesentia daemonum, vel falsorum fratrum. II Cor. xi, 26 : *Periculis in falsis fratribus. Qui me affligerunt, tentationibus et persecutionibus.* Exod. i, 13 : *Oderant filios Israel Aegyptii et affligebant illudentes eis.* Sic nos debemus petere liberari a peccato : Eccli. xxi, 2 : *Quasi a facie colubri fuge peccatum.*

4. *Inimici.* Hic ponit necessitatem liberationis : et circa hoc duo facit. Primo proponit afflictionem quam patitur. Secundo afflictionis similitudinem, ibi, *Suscepserunt me.* Circa primum duo facit. Primo premitit afflictionem : Secundo afflictionis modum bi, *Adipem etc.* Dicit ergo, *Inimici, demo-*

*nus, sive peccata ita affligunt me, quod, Circumdederunt animam meam, idest sic undique concludunt, quod non inveniam viam liberationis.* Et dicit, *Animam, quia nihil querunt nisi animam.* Hostes corporales querunt tollere vitam ; hostes vero spirituales querunt animam. Vel potest intelligi de Christo, cuius animam Iudei suis malitiis circumdabant ; Ps. cxvii, 42 : *Circumdederunt me sicut apes etc.* Item Ps. xxi, 17 : *Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsecrit me.* Consequenter ponit modum ; unde dicit : *Adipem.* Adeps in Scriptura quandoque in bono, quandoque in malo accipitur. In bono, secundum quod signat devotionem mentis : Ps. lxii, 6 : *Sicut adipem et pinguedine repleatur anima mea.* In malo. Primo secundum quod signat nequitiam cordis. Secundo oris. Tertio operis : et ideo designat destestabilem malitiam : Job. xxi, 24 : *Viscera impii plena sunt adipem, et medullis ossa illius irrigantur.* Et hoc est multiplex. Quandoque delectatio de peccato quod faciunt : Prov. ii, 14 : *Qui latuntur cum male ferunt, et erulant in rebus pessimis.* Item superbia et falsitas : Job xi, 12 : *Vix rarus in superbiam erigitur, et quasi pullum onagris liberum natum putat.* Item carnales sensus. Dicit ergo, *Adipem suum,* idest carnalem sensum, vel superbiam, vel delectationem : *Concluserunt, in se, ut non capiant spiritualem sensum.* Hieronymus habet *Adipe suum,* idest abundantia temporaliū et secularis potestatis, *concluserunt me.* Secundo, quoad os, quia, *Os coram locutum est superbiam.* Et hoc quando Iudei diebant contra Christum : Matth. xxviii, 4 : *Si es rex Israel etc.* Tertio quoad opus, Et Primo ostendit quomodo procedit ad opus. Secundo causam hujus, ibi, *Oculos suos.* In operatione autem duo ponit. Primo defectum. Secundo solitudinem nocendi : et tamen quando quis contemnit, non sollicitatur nocere ; et ideo dicit, *Projicientes,* idest despicientes : Isa. xxix, 9 : *Proferit civitates, non reputat homines, et tamen circumdederunt me undique sollicite.* Et hoc fecerunt Iudei Christo, quando projecerunt eum extra civitatem : Luc. ii, 3 : *Et circumdederunt me,* convenientes ad spectaculum ut irri-

derent, Act. viii. Et hujus ratio est quia non  
respicunt bene, sed ad terrena: Ps. iii, 3:  
*Nou est salus illi in Deo ejus. Statuerunt*  
oculos suos declinare in terram, scilicet  
peccatores statuerunt intentionem cordis  
sui declinare in terram, cum delibera-  
tione et mora: Prov. xvii, 24: *Oculi stu-*  
*torum*, idest peccatorum, in finibus ter-  
rae, et ideo non recipiunt lumen gratiae:   
Eccl. ii, 14: *Oculi sapientis in capite*  
*ejus*; *stultus*, idest peccator, in tenebris  
idest in peccatis, *ambulat*. Dan. xiii, 9:  
*Declinaverunt oculos suos ut non viderent*  
*corlum*. Et hoc ad litteram fuit in Iudeis,

<sup>“ venient tollent”</sup> cum dicebant, Joan. xi, 48: *Ne forte* “  
veniant Romani, et tollant locum nostrum  
et gentem. Vel *In terram*, idest in carnem  
Christi, cuius infirmitatem tantum consi-  
derabant, et non ejus divinitatem: quasi  
dicat: *Statuerunt oculos suos etc.* De in-  
dustria similitudo ponitur quantum ad  
violentiam, quia, *Sicut leo paratus ad*  
*praedam suscepit me*, vel a Deo, vel a  
Pilato milites: quantum ad fraudulentiam,  
quia, *Sicut catus leonis habitans in abditis*. Leo in agro invadit; sed cat-  
ulus ejus in occulto morans, raptam  
praedam comedit vel invadit: Matth.  
xxvi. Osculo enim fuit traditus, de-  
nocte captus, per falsos testes condemnatus,  
et princeps sacerdotum scidit vesti-  
menta sua.

3. *Exurge*. Hie ponit aliam petitionem,  
idest dejectionem inimicorum; et ponit  
tria. Primo petitionem. Secundo exposi-  
tionem, ibi, *Eripe animam meam*. Ter-  
tio petitionis rationem, ibi, *De abscondi-  
tis*. Circum primum duo facit. Primo petit  
occultationem auxilii. Secundo destruc-  
tionem adversarii. Dicit ergo: Dormire  
videris dum pateris me affligi, sed,  
*Exurge Domine, præveni eum*, ut citius  
subvenias quam nocere possit: *Et sup-  
plantu eum*, idest destine eum quasi  
astute: Job v, 15: *Qui apprehendit sa-*  
“ *stultos* pientes in iustitia eorum: Prov. xix, 3: “  
*Astutia hominis supplantar gressus ejus,*  
*supplantu eum*, in duobus: scilicet in  
mei liberatione; et quantum ad hoc die-  
cit, *Eripe animam meam ab impio*, quia  
contra justitiam persecutus me, et ideo  
impius est: Ps. xlii, 1: *Ab homine ini-*  
“ *quo et doloso* “*eripe me*. Et hujus ratio

est, quia anima mea est francia, idest  
gladius acutus ex ultraque parte, qua  
destruetus est diabolus. Et hoc proprie-  
tate dicuntur de anima Christi: Isa xxvi, 1: *In die illa visitabit Dominus super Leviathan in gladio duro et* “*forti*. Dicit,  
*Franeam tuam ab iniuris manus tuae,*  
supple, *Eripe*: Psal. lxvii, 19: *Intende*  
*animæ meæ, et libera eam*. Vel, *Eripe*  
*franeam tuam ab iniuris*, idest anfer  
gladium et potestatum, quam habent a  
te: vi, 4: *Data est vobis a Deo potes-  
tas*. Et voluntatem quam habent a  
se: Zach. xii, 7: *Franea suscitare su-  
per pastorem meum*. Vel, *Supplantu eos*,  
in eorum frustratione, et eripe animam  
meam ab iniuris manus tuae, idest Christi  
filii tui; nam filius dicitur manus patris:   
Deut. xxxii, 40: “*Tollam in coram ma-  
nū meā*, idest filium meum. *Domine,*  
*a paucis de terra divide eos*; quia pro-  
pter hoc persequuntur me, ut regnum  
suum stabiliant. Haec est duplex littera:   
in Psalmo Romano sic, *o Domine, dispu-  
tare eos in rita eorum*; quasi dicat, ipsi  
oculos habent ad terram, et ideo mala  
faciunt; sed tu exclude eos de terra quam  
dedisti eis. Sed quomodo? Numquid ut  
vadant in unum locum? Non, sed dis-  
partire eos per totum mundum. Alia lit-  
tera, *Domine a paucis de terra dimitte eos*; quasi dicat: divide eos de terra, et  
*a Pancis*, idest a societate electorum, *in*  
*rita eorum*, idest dum vivunt. Vel quia  
legitur quod immunitate destructione  
sunt admoniti per Angelum, quod fideles  
recederent et irent in regnum Agrippæ.  
Et ideo, *Divide eos a paucis*, idest Chris-  
tianis, qui sunt reservati. *De absconditis*  
*tuis adimpletus est venter eorum*, idest de  
peccatis non confessis: Prov. xxviii, 13: *Qui abscondit sceleru sua, non dirigetur*:   
Job. xxxi, 33: *Si abscondi quasi homo*  
*peccatum meum, et celavi in sinu meo*  
*iniquitatem meum*. Vel hic ponitur ratio  
petitionis, et hujusmodi ratio est duplex:  
videlicet quia potest referri ad peccata,  
vel ad beneficia de quibus sunt ingratii.  
Si primo modo, sic. Primo ponit abund-  
tantiam peccatorum. Si secundo modo,  
ostendit quomodo beneficia Dei deriva-  
bantur ad filios. Dicit ergo quantum ad  
primum, *De absconditis tuis adimpletus*

*est venter eorum*, id est de peccatis que sibi abscondita sunt : non quod non videat, sed quia non vult ea videre : *Iacob.* i, 43 : *Mundi sunt oculi tui, Domine ne' videant modum ; etud iniquitatem respicere non possunt. Adimpletus est venter eorum.* id est conscientia, vel memoria, vel carnalis concupiscentia, vel sensualitas, *Saturati sunt filii*, id est peccatis, vel malis operibus. Mala opera dicuntur filii malorum, sicut bona opera filii bonorum. Alia littera habet, *Saturati sunt porciu[m]*, id est immunditia peccatorum ; et est expositio ejus quod dicit, *De absconditis : Et diciserunt reliquias suas parvulis suis* ; quasi dicat, derivantur ad filios, qui imitati sunt peccata eorum : *Sap.* iv, 6 : *Ex ini[us]tis omnes filii qui nascentur, testes sunt neguitiae adversus parentes in interrogacione sua.* Vel *Saturati sunt filii*, id est ad utilitatem filiorum, et diciserunt reliquias suas parvulis suis, qui eos ad peccatum, quantum in eis fuit, obligaverunt : *Matth.* xxvi, 25 : *Sanguis ejus super nos et filios nostros.* Vel, *Saturati sunt filii*, id est pro filiis : quasi : ita saturati sunt peccatis, quod sufficit eis et filiis suis ; id est reliqua peccata que non fecerunt ipsi, dimiserunt facienda filii suis. Si secundo modo, sic duo beneficia receperunt. Primo spiritualia, quia legem. Et ideo dicit, *De absconditis*, sapientiae tuae, *adimpletus est center eorum*, id est carnalis sensus : *Psal. cxlvii, 20 : Non fecit taliter omni nationi.* Secundo bona temporalia, quia, *Saturati sunt filii*, et quod plus est, reli-

querunt ea eis. Hieronymi littera habet ab illo loco, *Eripe animam meam ab ini[us]to*, qui, scilicet impius, sit gladius tuus : *Isai. x, 3 : Vx Assur virga furoris, A viris manus tua, qui sunt mortui in profundis, quorum pars est in vita* ; quasi dicat, *Eripe animam meam ab ini[us]to*, id est a Saule, et a viris manus tua, qui contradicunt innamini tuae, qui sunt mortui in profundo, id est peccato, *quorum pars est in vita*, scilicet ista, *quorum venter adimpletus est etc.* Saul secundum *Glossam* significativa mortem ; et sicut mortuo Saul David regnavit in pace, ita Christus morte devicta post resurrectionem.

6. *Ego.* Hie ostendit spem sue exauditionis : et ponit duo : scilicet justitiam quam habet, et visionem Dei. Et consequuntur se : quia per justitiam pervenitur ad Dei visionem : *Ps. xiv, 1 : Quis habitabit in tabernaculo tuo etc?* Qui ingreditur sine mucrone, et operatur justitiam. Alia littera : *Ego autem in justitia videbo faciem tuam*, et ideo apparabo in conspectu tuo, id est veniam ad videndum te ; et satiabor cum apparuerit gloria tua, id est quando videbo te, replebor omnibus bonis : *Psal. ci, 5 : Qui replet in bonis desiderium tuum*, scilicet gloria tua, in qua omnia bona sunt. Illi satiantur porcina, secundum LXX. Nostra littera dicit, *In terra sanctorum etc.* Isa. xxvi, 10, 11 : <sup>1</sup> *Tollatur ini[us]tus ut videat gloriam Dei.* Ego autem satiabor : *I Joan.* iii, 2 : *Cum apparuerit, similes ei erimus.*

## PSALMUS XVII

1. *Diligam te, Domine, fortitudo mea : Domini nomen firmamentum meum et refugium meum et liberator meus.*

2. *Dens meus adjutor meus, et speratio in eum. Protector meus, et cornu salutis meae, et susceptor meus. Laudans invoco Dominum, et ab ini[us]tis meis salvus ero.*

3. *Circumdecederunt me dolores mortis, et torrentes ini[us]titatis conturbaverunt me.*

4. *Dolores inferni circumdecederunt me : provocaverunt me laquei mortis. In tribulatione mea invocavi Dominum, et ad Deum meum clamavi. Et*

*exaudivit de templo sancto suo vocem meam, et clamor meus in conspectu ejus intravit in aures ejus.*

5. *Commota est et contremunt terra fundimenta montium conturbata sunt et commota sunt, quia nunc tratus est eis.*

6. *Ascendi funis in ira ejus et agmina facie ejus evaserunt : carbones succesi sunt ab eo.*

7. *Inclinavit corda, et descendit, et caligo sub pedibus ejus. Et ascendit super Cherubim.*

8. *Et volavit : volavit super penas ventorum. Et posuit tenebras latitudinem suum in circuitu ejus*

<sup>1</sup> In c. xxvi Isai. v. X et XI legitur : *Miseremur in ini[us]tio[n]e, et non videbit gloriam Dei... exaltetur ratio[n]s tua et non videantur.* Sed non inventur in dem verbus textus a S. Thomas his adductis.

tahernacendum ejus; tenebrosa aqua in nubibus aeris. Prae fuligine in conspectu ejus nubes transfracta; grande et carbones ignis.

9. Et intonuit de celo Dominus, et Altissimus dedit vocem suum: grande, et carbones ignis. Et misit sagittas suas, et dissipavit eos.

10. Fulgura multiplicavit, et conterribavit eos.

11. Et apparuerunt fontes aquarum: et revelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus tue tua.

12. Misit de summo et accepit me: et assumpxit me de aquis multis.

13. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his qui oderunt me, quoniam confortavit sunt super me. Pravenerunt me in die afflictionis meae: et factus est Dominus protector mens. Et eduxit me in latitudinem: salvum mefecit, quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodivi vias Domini, nec impie gressi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia ejus in conspectu meo, et iustitas ejus non repulsa a me.

14. Et ero immanculatus eum eo, et observabo me ab iniuste mea. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ejus.

15. Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocentie innocens eris. Et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris. Quoniam tu populum humiliasti salvum facies, et oculos superborum humiliabis.

16. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illuminia tenebras meas.

17. Quoniam tu in tecripar a tentatione: et in Deo meo transgrediar mormum.

18. Deus mens, impolluta via ejus: eloqua Domini igne examinata: protector est omnium spectantium in se. Quoniam quis Deus propter Dominum? aut quis Deus propter Deum nostrum?

19. Deus qui praeceperit me virtute: et posuit inmaculatum viam meam.

20. Qui perfecte pedes meos tanquam cervorum, et super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad praelium: et posuisti ut arcum aureum brachia mea.

21. Et dediti mihi protectionem salutis tuae: et dextera tua suscepit me. Et disciplina tua corredit me in lineam: et disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtilis me, et non sunt infracta vestigia mea.

22. Persequear inimicos meos, et comprehendam illos: et non convertar donec deficiant.

23. Confringam illos, nec poterant stare: cadent subtilis pedes meos.

24. Et praeceperisti me virtute ad bellum: et superplasti insurgentes in me subtilis me. Et inimici meos dedisti mihi dorsum, et odientes me disperdidisti.

25. Clamaverunt, nec erat qui salvos faceret, ad Dominum, nec exaudiret eos. Et communiam eos ut pulverem ante faciem venti: ut lutum plateau delebo eos.

26. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi; in auditu auris obedivit mihi.

27. Filii alieni mentiti sunt mihi; filii alieni inventari sunt, et claudicaverunt a sensibus suis.

28. Vivit Dominus, et benedictus Deus meus: et exaltetur Deus salutis meae.

29. Deus qui das vindictas mihi, et subtilis populos sub me, liberator meus de inimicis meis ira-

emidis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: viro iniquo eripes me. Propterea confitebor tibi in nationibus, Domine; et nomini tuo psalmum dicam. Magnificebas salutes regis ejus, et faciens misericordiam Christo suo David, et semini ejus usque in seculum.

1. In praecedenti Psalmo Psalmista petitiv orando liberari ab inimicis; hic autem liberatus gratias agit. Et primo gratias agit de beneficio liberationis. Secundo prorumpit in laudem liberatoris, ibi, *Carli cuarrant gloriam Dei*. Titulus, In finem puer domini David. Et locutus est verba cantici huius in die qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum ejus, et de manu Saulis. Et Psalmus iste de verbo ad verbum habetur II Reg. xxii. Et historia est, quia I Reg. xix, legitur quoniam Saul quarebat cum occidere: et eo mortuo II Reg. ii, iterum Abner et filius ejus fuit contra eum. Tandem victoriam habuit David contra eos. Et ideo fecit hunc Psalmum. Et Hieronymus dicit idem. Et quia per David significatur Christus, omnia ista referri possunt ad Christum, vel secundum caput, vel secundum corpus, scilicet Ecclesiam, quia liberata est a Saule, id est morte: Saul enim interpretatur petitio, quia ad petitionem populi datus fuit, immo potius extortus. Unde non fuit datus ad permanendum. Sic Christus primo sustinet mortem, postea remanet quietus, secundum *Glossam*. Liberatur etiam ab inimicis omnibus, Iudeis et daemonibus, et quantum ad corpus summum, id est Ecclesiam. Dividitur autem ista pars in tres. In prima in generali commemorat beneficium liberationis. In secunda ostendit potentiam liberantis, ibi, *Cononota est*. In tertia modum liberationis, ibi, *Misit de summo etc.* Circa primum duo facit. Primo commemorat affectum quem concepit ex beneficio praedicto. In secundo ostendit effectum inde sequentem, ibi, *Laudans*. Duplex affectus surrexit in eo ex huiusmodi beneficio; scilicet amoris et spei. Et primo ponit primum. Secundo secundum, ibi, *Deus meus*. Primo ponit affectum amoris ad Deum. Secundo rationem ejus, ibi, *Fortitudo*. Dicit ergo: O Domine qui me liberasti, ego semper diligam te, quia in te maneo: Jo. xv, 9: *Mauete in dilectione*; Ro. viii, 38: *Certus*

*sum, quia neque vita, neque mors, neque Angeli, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Christi.* Diligere enim est rationabilem, amare generale est : *Judic. v, 31 : Qui diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent.* Ratio autem dilectionis alicuius est propter proprium bonum. Unde quando quis reputat bonum suum dependere ab aliquo, haec est ratio quare diligit eum. David reputabat totum bonum suum a Deo ; unde dicit, *Diligante, quia tu es Fortitudo mea.* Fortitudo habet firmare animum, ne quis recedat a bono propter difficultates imminentes. Quomodo autem sit ejus fortitudo, ostendit. Homo indiget fortitudine ad duo. Primo in bonis, ut stabiliatur in eis : et ideo dicit, *Dominus firmamentum, idest firmum fundamentum : n Reg. xxu : Dominus petra mea : Matth. vii : Omnis qui audiret verba mea et facit ea, similis est viro adficianti domum suam supra petram.* Item in malis : et hoc ad duo. Uno modo antequam adveniat, ut fugiat : unde dicit, *Refugium meum : Prov. xviii, 10 : Turris forassima nomen Domini : Psal. cii, 18 : Petra refugium herinacis.* Alio modo, postquam evenierint, ut liberet ; unde dicit, *Et liberator meus.*

2. *Deus mens.* Ille ponit affectum<sup>1</sup> spei : et differt inter spem et amorem : quia amor est vis mitiva : amanans enim aliquid in quantum reputamus illud nostrum ; et ideo dicit quod ipse est fortitudo sua : *Isa. xi, 2 : Fortitudo et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem.* Spes importat defensionem ab extrusore ; et utrumque Deus facit. Vel sic. Objectum spei est bonum arduum futurum, possibile adipisci. Sicut ergo quis amat propter honum jam datum, ita sperat futurum ex fiducia ex amore concepta, et ex similibus, in quantum credit similia in futurum recipere. Et ideo hic tria facit. Primo sperat refugium et firmamentum quod est in bonis. Secundo petit protectorum quod est in malis, que jam evenierunt. Dicit ergo primo, *Deus mens adjutor mens : Psal. xcii, 17 : Nisi quia Dominus adjurit me, pauci minus habitassem in inferno anima mea etc.* Et ideo sperabo

in eum : *Ecli. n, 9 : Qui timetis Dominum, sperate in illum, et cum oblectatione venient volis misericordiar. Secundo speramus liberari a malis, quibus nondum subiecti sumus, quia defendit nos. Primo, ne ledamur. Secundo, quod ea vincamus et pro victoria coronam. Quantum ad primum dicit, *Protector meus.* Hieronymus habet, *Sentum, quod protegit ne transfigi possit a malis ; sic facit Deus : Ps. lxiiii, 3 : Proteristi me, Deus, a conuento malignorum. Quantum ad secundum dicit, Et cornu salutis, quia animalia cornu impingunt ; ita virtus Dei contra adversarios resistit, quia pugnat, ut vineat mala temporalia et spiritualia : Psal. xliii, 6 : In te inimicos nostros ventilabimus cornu : et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis : Reg. n, 1 : Erubat cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo, idest virtus mea. Quantum ad tertium, *Et susceptor meus.* Quando quis vincit, suscipitur cum triumpho : sic etiam facit Deus : *Joan. xiv, 2 : Iterum veniam et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Ps. lxii, 24 : Cum gloria suscepisti me.* Simile habetur n Reg. xxu. Consequenter ponit effectum sequentem, scilicet laudem. Lans est sermo elucidans magnitudinem virtutis, vel ex hoc saltem sequitur. Primo ergo ponit laudem. Secundo ejus efficaciam. Dicit ergo, *Laudans invocatio Dominum ;* quasi dicat : Ex hoc laudem propriam non habeo, sed querio tuam, quia tu fecisti ; *Isa. lxi, 7 : Miserationem Dominum recordabor : laudem Dominum super omnibus, que retribuit mihi. Et invocabo te, secure cum efficacia, quia sic invocans, salv ero ab iniiciis meis : Joel. ult. n, 32 : Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit.***

3. *Circumdecederunt.* Ille ponitur necessitas liberationis. Et primo magnitudinem liberationis ostendit. Secundo orationem quam fundit ad Deum. *In tribulatione.* Tertio ponit exauditionem, *Exaudire.* Nota quod ista tria sic sunt ad invicem ordinata, iniquitas, mors et infernus, quod ex iniquitate homo inducit ad mortem, et per mortem deducitur

<sup>1</sup> Al. : « effectum. »

ad infernum : et sicut priuum est via ad secundum, ita est secundum ad tertium. Ei ideo primo dicit de primo progressu. Secundo de secundo, quod de morte vadunt ad infernum, ibi, *Doloris inferni* etc. Primo punit modum. Secundo viam ad eam, scilicet iniquitatem. *Torrentes iniquitatis.* Dolor mortis maximus est : I Reg. xv : *Sicciue separas amara mors?* Eccli. xl, 1 : *Mors, quam amara est memoria tua!* Unde quando quis non potest eam effugere, tunc circumdant eum dolores ; et tanto magis, quanto sunt ineffungibles. Via est iniquitas : quasi : ideo timeo eam, quia, *Torrentes iniquitatis conturbarerunt me.* Trens est fluxus aquae decurrentis cum impetu : Jobi, 13 : *Sicut tressus qui raptum transit in concubibus.* Impetus ergo subitus iniquitatis interioris, puta subita tentationis et gravis, est trens impellens ad peccatum. Vel exterioris, sicut impetus alienus hostis. Et hi, *Conturbaverunt me.*

4. *Dolores.* Hie prosequitur secundum progressum ; et ideo dicit, *Dolores inferni*, idest similes infernibus : Gen. xxxvii, 34 : *Lugens in infernum descendens.* Vel dolores qui concipiuntur ex timore inferni. Ethi circumdant quando inevitabiles sunt. Et veniunt hi dolores, *Quia præoccupaverunt me lugae mortis.* Quae mors ? Prov. xxi, 6 : *Qui congregat thesauros lingua mendacii, vanus et excors est : et impingetur ad lugaeos mortis.* Ecce necessitas. Sed remedium apposuit orationis. Et primo ponitur oratio ; et ideo dicit, *In tribulatione mea invocavi Dominum.* Oscaevi, 1 : *In tribulatione sua manuie convergent ad me :* Barnich. iii, 1 : *Nunc Domine Deus etc.* Isa. lv, 6 : *Quarite Dominum dum inveneri potest etc.* Ps. xlix, 15 : *Invoca me in die tribulationis et eruam te.* Sap. vii, 7 : *Invocavi, et venit in me spiritus sapientiae.* Consequenter ponitur orantis devotione, quia, *Ad Dominum meum clamavi*, idest cum magnitudine devotionis orantis : Ps. cxix, 1 : *Ad Dominum cum tribularer, etc.* Hebr. v, 7 : *Cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est :* et dicit, *Ad Domi-*

*num meum clamari, non alienum.* Dent. vi, 33 : *Dominum Deum tuum adorabis etc.* Tertio ponitur exauditio, *Exaudiens.* Duo dixerat ; se invocasse et clamasse. Et ideo dicit exauditiam vocem, et clamorem. Unde ? *De templo sancto vocem meam exaudiens.* Templum Dei est ipsa excellitia sue sanctitatis, quia Dominus est templum suum : Apoc. xxi 22. *Templum non videlicet in ea :* Dominus enim Deus omnipotens templum illius est etc. Item templum est ipse Christus : Joan. ii, 21 : *Hoc autem dicebat de templo corporis Ille autem sui, in quo Deus est per gratiam.* I Cor. iii, 17 : *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Item Beata Virgo : Psal. v, 8 : *Adorabo ad templum sanctum tuum, in qua, idest per quam exaudivit nos Deus :* Ps. xciii, 5 : *Exaudiens me, et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Item Ecclesia : Ps. x, 5 : *Dominus in templo suo.* Et de quolibet templo isto exaudivit : III Reg. viii, 38 : *Si quis cognoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudiens in loco habitationis tue.* Et non solum orationem dicit exauditam, sed etiam clamorem ; ideo dicit, *Et clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus.* Et dicit, *In conspectu,* idest in oculis ejus, quia omnia videt : Exo. iii, 7 : *Videns vidi afflictionem etc.* Vel *In conspectu,* idest in beneplacito : vel in corde, ubi ipse solus conspicit : I Reg. xvi, 7 : *Homo videt ea quae apparent, Deus autem intuetur cor.* Et *introivit in aures ejus,* per acceptationem : Jac. v, 4. *Clamor eorum in aures Domini,* Vel, *In aures,* idest in clementiam ejus : Eccli. xxxv, 27 : *Oratio humiliantis se nubes penetrat.*

5. *Commota.* Supra egit Psalmista de affectu<sup>1</sup> concepto ex beneficiis liberacionis ; hic agit de potentia liberantis. Potentia agentis ostenditur ex effectu agentis ; que autem hic dicuntur, possunt ad duplicem Dei effectum pertinere : scilicet ad illum qui ostenditur in corporalibus, et ad effectum redemptionis. Et forte verius ad utrumque : quia ea quae dicuntur sub figura corporalium, spiritualliter compleuntur per effectum redemptio-

<sup>1</sup> penetra-  
bit

<sup>1</sup> Al. : « effectu. »

nis. Effectus autem divinae potentiae maxime manifestatur in rebus corporalibus quia spiritualia minus sunt nobis nota; et praeceps in illis quas homines admirantur; et haec sunt commotiones elementorum, scilicet terrae, aeris, aquae et ignis. Dividitur ergo pars ista in tres partes. Primo ostendit Dei potentiam in effectibus qui sunt circa terram. Secundo in permutationibus aeris. Tertio in permutationibus aquarum. Secunda, ibi, *Inclinavit carlos*. Tertia, ibi, *Apparuerunt fontes aquarum*. Sed si ad mysterium referatur, dividitur in duo. Primo ostendit fructum divinae redēptionis facta per Christum. Secundo modum ipsius, ibi *Inclinavit carlos*. Prima in duo. Ad primum referendo, primo agit de effectu terra, quae est ab ino. Secundo de eo, qui a summo ascendit. Si mystice, sic ostenditur duplex effectus redēptionis: scilicet penitentia peccatorum, et devotio justorum, ibi, *Ascendit*. Sed secundum quod refertur ad corporalem effectum, qui est ab ino terrae, maxime mirabilis effectus est terramoto etc. Ille tria tangit. Primo ipsam commotionem. Secundo id quod mirabilem eam reddit. Tertio ejus causam. Dicit ergo, *Commota est et contremuit terra*. Dupliciter aliiquid movetur. Uno modo movetur aliiquid de loco in locum: et sic non movetur terra. Alio modo ad modum trementis: et sic mirabilem facit esse terramoto concessio montium: quia si terra mollis moveretur, non esset mirabile; sed quando moventur montes, tunc mirabile est; et ideo dicit, *Conturbata sunt*, quia videntur stabilitatem amississe. Prima causa est voluntas divina; et hanc exprimit metaphorice cum dicit, *Quoniam iratus est eis*, scilicet Deus. Sicut cum Dominus turbatur, qui ei assistunt, trement; ita ad commotionem Dei omnia turbantur. Mystice designatur per hoc commotione hominum ad penitentiam. Item inter eos quidam sunt minores: ei hi designantur per terram; unde dicit, *Commota est et contremuit terra*, idest qui prius peccatores erant et terreni: Is. ii, 23: *Possuisti in terram cur tuum, et quasi viam transversilibus*.

\* corpus

Hac commota est per affectum<sup>1</sup> a terrenis ad caelestia, et hoc a tremore quem concepit de ponis: Is. xxvi, 18: *A timore tuo Domine concepius, et quasi parturimus et peperimus spiritum salutis*. Qui-dam sunt magni: et hi dicuntur montes, idest superbientes in seculo. *Commota sunt*, per Christiadventum. *Montium fundamenta sunt illa in quibus firmantur*, scilicet divitiae, potestates et honores: Ps. xlv, 3. *Transferunt montes incur maris*, puta turbantur quando veniunt adversitates; et post totaliter commovenuntur: Is. xxii, 9: *Dominus exercituum cogitabit hoc ut detraharet monem superbiam gloriarum, et ad ignominiam deduceret universos inclitos terrarum*. Omnia regna et potestates que habent initium, habebunt occasum: ratio est, *Quoniam turbatus est eis*. Hoc potest dupliciter intelligi. Si de malis, non est dubium quin ex vindicta Dei, quae dicitur ira, transferuntur; si de bonis, idest quoniam ira Dei eis innotuit, ideo convertuntur, innotuit enim per eum: Rom. i, 18: *Revelatur ira Dei de celi super omnem impietatem et injustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iustitia detinent*.

6. *Ascendit*. Ille ponitur corporaliter exponendo effectus, qui est a summo. Effectus autem terra a summo est, quando terra celesti igne in aliqua sui parte comburitur: et circa hoc duo facit. Primo tangit materiam ipsam. Secundo ascensionem ignis et combustionem. Materia ejus est fumus siccens resolutus ascendens quoique inflammatur: et ideo dicit, *Ascendit fumus in ira ejus*, idest in voluntate ejus, idest Dei per quam sic punit. *A facie*, idest a potestate ejus, *ignis eradescit*, idest accenditur; et *carbones*, idest materia combustibilis<sup>2</sup> sic incenditur. Mystice per hoc immunitur due: scilicet devotio orationis, et inflammatio caritatis. *Ascendit*: et ex hoc consideratur ira Dei contra peccatores. *Ascendit fumus*, devotio orationis: Apoc. viii, 4: *Ascendit fumus* \*\*\* <sup>terram</sup> *aromaticum*, idest ignis caritatis: *A facie ejus*, idest Christi, *eradescit*. Lue. xv, 49: *Ignem veni mittere in terram*. *Carbones succensi sunt ab eo*, scilicet isti sus-

<sup>1</sup> Al. : « affectum. »<sup>2</sup> Al. : « combustionis. »

reptivi accensionis. Carbo aliquando habuit ignem; sic homo a principio habuit caritatem, sed extinctus erat; sed isti suecensi sunt a Christo. Item carbones non humili si incenduntur, sed humili, non: sicut humili fluxu carnalium: Ps. exix, 4: *Sagittæ potentiæ acutæ cum carbonibus etc.* *Conuota est et contremuit terra; fundamenta montium conturbata sunt et conuota sunt, quoniam iratus est eis.* Deus irasci dicitur, quia ad modum irati se habet non in se, sed quantum ad effectum: Dominus autem iratus facit tremere servum, et leo catulum. Pro quo sciendum, quod virtus continuens membra dimittitur exterius, et revertitur interius, pnta ad cor quasi fugiens, et cedens malo imaginato: vel virtuti surgenti contra eam cui resistere non potest, et membra tremunt, sicut murus cum concutitur fundatum. Anima enim continet corpus, et est quasi fundamentum ejus; et pars animæ partem corporis. Unde concusso fundamento concutitur murus; et concussa virtute concutitur membrum. Sic ergo effectus ira in animali est tremor. Dicunt autem animal tremere, quando concutitur pars ejus, toto in eodem loco manente: et similiiter quia contingit hoc in terramotu, dicitur terra tremere per similitudinem ad animalia. Dicitur enim Deus irasci terræ in terramotu. Vel sic. In homine sunt quatuor: scilicet ratio, vires sensitivæ, natura, res<sup>1</sup> et corpus. Sed in mundo sunt Deus, angeli, animalia, plantæ, et elementa. Videmus enim quod ad malum imaginatum, cui corpus non potest resistere, corpus statim tremit: non ex cognitione, sed quodam naturali ordine sive naturaliter, inquantum virtus mali imaginati est potentior. Et similiiter Deus cum veritatem suam super terram, licet non cognoscat iram, naturaliter tremit. *Fundamenta*, idest aliqua concavitates sive terra concava, qua mota montes concutuntur. *Quoniam iratus etc.* Prima causa est voluntas Dei sive virtus ejus volens in eis agere: sed mediantebus causis secundis hoc agit; ita quod omnes causæ secundæ comparan-

tur ad terram sicut imaginatum madum commovens membra. *Ascendit fumus.* Ubi nota secundum Philosophum, quod a terra humida resolvitur virtute caloris solis vapor calidus et humidus; a terra autem secca vapor siccus et calidus; sed naturaliter plus ascendit secundus quam primus. Hie enim assimilatur igni, ille aeri: et hunc vaporem Psalmista vocat fumum, secundum calidum<sup>2</sup> et siccum. Philosophus vero vocat eum materiam incendi. Sursum enim latus hic vapor cum medio augmentatione caloris factus, per modum circulationis accedit. Qui quidem fumus siccus si habeat longitudinem et latitudinem, postquam accensus est, vocatur flamma. Est enim flamma, secundum Philosophum, spiritus siccus ardoris. Si longitudinem tantum, vocatur daly sive titiones et argibes sive caprae et sidera. Daly quidem quando est materia illa incendi longa, continua sine scintillatione. Caprae vocatur quando est cum scintillatione, idest quando videtur salire et discurrere, sicut caprae. Sidera, quando est materia discontinua, et videtur volare sicut sidera: et hoc habet minimum de materia. Est et aliud genus siderum, quod est frigus expellens calidum: et talia sidera non videuntur volare, sed magis projici, ut dicit Philosophus: et generantur non ex fumo omnino siccus, sed vapore magis humido et calido; qui secundum naturam suam non tantum ascendet sicut siccus, sicut dictum est. Et quia est siccum, patitur a frigido et repercutitur, et inferius projicitur. Et fit hoc in die et in sereno: alias extingueretur a densitate et humiditate aeris. Et quia videtur in die, signum est, quod est prope terram. Accenditur<sup>3</sup> autem dupliciter: et per continuationem, sicut superior flamma accedit inferiorem lucernam; sive per motum a frigore et constrictione, sive conglobatione calidi. Sic ergo dicit, *Ascendit fumus*, idest exhalatio siccus: *In ira ejus*, idest per voluntatem ipsius volentem agere in eo. *Et ignis*, idest ille fumus qui vocatur ignis etiam a Philosopho in principio *Metaph.* quasi eo quod non habeat

<sup>1</sup> Al. : « vires naturales. »

<sup>2</sup> Al. : « Psalmus vocat fumum, scilicet calidum »

etc. » — <sup>3</sup> Al. : « ascendit. »

proprium nomen : sicut exhalatio humida que vocatur vapor; sed dicitur ignis, quia disposita est ad ascensionem, et quia est calida et sicea sicut ignis. Iste enim<sup>1</sup>, ignis *Exorsit*, idest accensus est, scilicet a Deo tamquam a prima causa : qui quidem ignis accensus vocatur dahus, flamma et sidera : sidera dico generata primo modo, ut dictum est. *Etenim bones succensi sunt ab eo*, idest sidera secundo modo generata. Vel sic. *Cononota est etc.* Vapor siccus virtute caloris solis a terra elevatus, aliquando est subtilis : et tunc elevatur superius, et facit intensionem, ut dictum est supra. Aliquando in superficie terre est aliquantulum grossior ; unde a frigore repercussus non tantum ascendit, et est ventus ; aliquando in terram elevatn grossior vapor siccus, qui propter suam grossitudinem et terrae soliditatem et profunditatem non expirat extra, sed clauditur in terra, et<sup>2</sup> congregatur in aliqua concavitate terre simili sibi, et coaretur ab aliquo corpore non sibi simili in specie, et sic agitatur in terrae visceribus : et sic commovet eam : nec miru, cum videamus ventum in mari facere undas quasi montes, et in terra elevar arbores et aedificia facere corrue, et in aere tempestates maximas facere. Quod autem ventus sit causa terrae motus, signum est quod ante terrae motum consuevit fieri tranquillitas a ventis ; sed post terrae motum sunt venti. Materia autem terrae motus subtilita per calorem solis expirat a terra : et sic cessat terrae motus et fit ventus. Causa terrae motus est impulsio unius venti ab alio : et propterea non potest esse in tota terra simul, sed durat per ducenta miliaria ad plus, ut dicit Seneca. Et dicit quod terrae motus dividit Siciliam a Calabria, et Hispaniam ab Africa. Et durat aliquando per quadraginta dies ; aliquando per unum annum. Item nota quod terra solida a qua non potest vapor exire exterius, apta est ut citu moveatur : ea enim que est de natura lapidea, non leviter moveatur et conturbetur ; oportet tamen ab aliqua parte porosam esse, unde ingrediatur vapor : ut per poros intret, et per soliditatem

contineatur. Et si dicas, si ingrediatur non potest egredi, dicendum quod non potest semper hoc facere : quia aliquando semper continuatur ingressus et elevatio vaporis ad locum illum. Et iterum, quia calidum non vadit inferius, ad hoc cooperatur unda maris claudens poros, et pro frigore recludens inferius. Unde loca cavernosa circa mare faciunt frequenter terrae motum. Item nota quod iste vapor continet egreditur de terra quantum ad aliquid, et propterea tempore terrae motuum animalia quae portant caput juxta terram sape ex hoc inficiuntur per vaporum illum venenosum egredientem de terra.

7. *Inclinacit.* Hic agit de ventis. Ubi nota quod materia venti est vapor vel exhalatio siccus calefacta, sed non ita subtilata quod possit ad supremum locum ascendere, nec ita calefacta : unde impeditur a frigore et ingrossatur et reperiatur inferius : et haec repercussa movet aeren. Habet tamen tantum de caliditate quod non ita vineatur a frigore ut converatur ad terram ; et dicitur, *Caligo*, et dicitur, *Sub pedibus*, quia non est alta sicut illa que accendit in flamma. Aliquando autem non statim reperiatur, sed agitat in nubes, quia non totaliter vineatur, nec directe reddit inferius ad terram : et propter hunc motum fortissimum quasi initur sursum ascendere, et non valet propter repercussionem ; et hoc est quod dicit.

8. *Et rotarit.* Hic agit de permutationibus aeris secundum corporales effectus : et est triplex permutation : scilicet in ventis, in nubibus et tonitruis : et agit de qualibet. Circa primum proponit tria. Primo causam effectivam omnium istarum transmutationum. Secundo materiam. Tertio modum. Causa autem omnium istorum est corpus celeste, quod suo motu causat has alterationes aeris ; et ideo dicit. *Inlinarit caros*, idest virtutem celestium corporum ordinavit ad hos effectus : quia hoc habent a Deo. *Et descendit.* Lacet Deus immobilis mutans omnia operetur, dicitur tamen moveri per effectum, inquantum facit mobiles effectus.

<sup>1</sup> Al. : simplic. "

Al. : a vel. "

Sap. vii, 24 : *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia*; et secundum hoc dicitur descendere in quantum facit descendere virtutem eorum. Materia ventorum est caligo, sive fumus siccus; non ita subtilis quod ascendat usque ad ignem, sed subsistens; et dicit, *Sub pedibus*, idest sub potestate ejus; et totum est a Deo. Modus. *Ascendit super Cherubim*. Notandum quod Iudari siungunt quod sicut rex habet currum, ita habet Deus etiam currum, qui est Cherubim; et imaginantur Deum corporalem et similem Chernibin. Et ideo in Psalmo Hieronymi etiam de verbo ad verbum dicitur, *Equitavit super Cherubim*. Et isti habent falsam imaginationem; quia quae imaginabilius dicuntur in Scriptura, signa sunt spiritualis veritatis. Divina autem sapientia moveri dicitur, in quantum motum causat in mobilia. Quidquid autem causal Deus in istis inferioribus, causat ministerio spiritualis creaturæ: unde dicit Augustinus quod «Deus movet corporalem creaturam mediante spirituali:» sed non facit hoc sua virtute spiritualis creatura, sed Deo presidente. Et dicitur hoc specialiter<sup>1</sup> facere Cherubim, quia interpretatur plenitudo scientie: et Deus omnia per suam scientiam facit. Et dicitur esse super Cherubim, quia scientia Dei excedit scientiam angelorum. Et ideo facit hoc Deus, *Volans*, idest volare faciens. Et per Chernibin, idest per suam scientiam, et super eos qui excedit illos: et dixit *Volavit*, quia motus venti non est uniformis: et dicit, *Pennas ventorum*, propter velocitatem motus eorum. Mystice hic ponitur mysterium Incarnationis. Et primo ponitur Christi incarnatione, per quam exiit et venit in mundum. Secundo ejus ascensio, quia ivit ad Patrem, ibi, *Ascendit super Cherubim*. Tertio ea quæ post Christi Ascensionem in Ecclesia facta sunt, *Et posuit tenebras*. Dicit ergo, *Inclinavit cœlos et descendit*, etc. Si quis magnus facit humilitatem alicui parvo de villa, dicitur facere injuriam et dejectiōnem toti loco cui presidet. Sic filius hominis dicitur humiliare se et inclinare cœlos, quia voluit venire ad nos humiliare.

*Descendit*, idest visibilis apparet: Barnab. iii, 38 : *Post haec in terris visus est, et cum hominibus conversatus est*. I Joan. i, 1 : *Quod vidimus et audiivimus et manus nostra contractaverunt de Verbo vi-ue*. Descendit ergo per humilitatem accipiendo carnem humanam, moriendo et docendo humilia. Vel, *Inclinavit cœlos*, idest predicatores, et *descendit*, faciens eos dicere capacia hominibus. *Et caligo*, idest diabolus et omnes mali, *sub pedibus ejus*, idest Christi: Psal. cix, 1 : *Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. De ascensione dicit, *Ascendit super Cherubim*. Eph. iv, 10 : *Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos ut adimpleret omnia*. Super Cherubim, idest super ordines Angelorum: Eph. i, 20 : *Constituens eum ad dexteram suam in colestibus super omnem principatum et potestatem et virtutem et dominacionem etc*. Et omnia subjecit sub pedibus ejus, et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius: Hier. xxxii, 18 : *Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilium et incomprehensibilis cogitatu*. Et dicit specialiter, *Super Cherubim*, quia non solum ascendit ut est etiam eis superior, sed quia eis est incomprehensibilis. *Volavit, volavit*, duplex volatus intelligitur hic. Primo in quantum fama ejus post ascensionem in brevi tempore per totum mundum crevit; nude dicit, *Super pennas ventorum*, idest plus quam pennæ quæ sparguntur impulsu ventorum, quia in modico tempore ante tres annos: Psal. xviii, 5 : *In omnem terram exiit sonus eorum etc.*, quia ante destructionem Hierusalem. Vel, *Volavit etc*; ascendens in cœlum factus invisibilis, et *Volavit ab aspectu nostro*: Act. i, 9 : *Nubes suscepit eum ab oculis eorum*. Item *volavit super pennas ventorum*, idest super scientiam Angelorum: Ps. cui, 4 : *Qui facis Angelos tuos spiritus etc*. Unde dicitur in lib. v, de Causis, quod prima causa superior est omni narratione: et non deficiunt linguae a narratione ejus, nisi quia deficiunt a narratione esse ipsius, quia est super omnem causam. Et dicit Commentator,

<sup>1</sup> Al.: « spiritualiter. »

solen

quod ejus non est judicium nec cognitio. *Et posuit tenebras, etc.* Sicut dictum est, quae hic induentur ad ostendendum bei miram potentiam, qua David liberatus est, possunt referri ad corporales effectus in figura, et ad spirituales in mysterio. Primo ergo introducit Psalmista<sup>1</sup> secundum quod exponitur secundum corporales effectus excellentiam divinae potentiae in aere : et hoc tripliciter : scilicet quantum ad ventos, quantum ad pluvias et nubes, et quantum ad fulgura. Et quia de ventis supra dictum est, dicendum est de pluviis in aere. Secundum ergo nubes et pluvias, invenimus duplarem commutationem in aere ; unam de sereno in nubilum, aliam de nubilo in serenum. Primo ergo ponit primam commutationem. Secundo secundam, ibi, *Prae fulgore*. Circa primum tria facit. Primo ostendit nubilosum temporis obscuritatem. Secundo adhibet similitudinem. Tertio ponit obscuritatis causam. Dicit ergo quantum ad primum : *Posuit tenebras latibulum suum*. Dicitur quod Deus habitat in celo. Unde quando nubes occultant celum, videtur Deus habitatione in oculo : Ezech. xxxii, 7: *Carbum nube tegau*. Et ponit similitudinem de tabernaculo : et ideo dicit, *In circuitu ejus tabernaculum ejus*. Tabernaculum enim ponitur et depositum sicut nubes. Dicit, *Tenebrosa aqua in nubibus urit*. Consequenter agit de secunda, *Prae fulgore etc.*, et utitur tali similitudine : quando venit lux, expelluntur tenebre ; et sic Deo ostendente lumen sumum, fugit obscuritas nebularum. Et ideo dicit : *Prae fulgore in conspectu ejus nubes transierunt*, praे fulgore luxinis a facie tua nubes transierunt, sicut fulgore sive splendore solis, nubes fugient et liquefiant, ut in lib. *Meteo*, dicitur. Dali vel titiores ponuntur in transitu nubium : quia similem causam generationis habet grando et fulgor, sive ignis. Antiqui vero dicunt, quod generantur in loco supremo ; quod ostendit fortiorum congelationem a forti frigore cansari. Unde plus requiritur de frigore nix quam aqua : pluviae et grando plus quam nix : et tantum potest esse frigus, quod

statim condensat in grandinem : aliquando prius in aquam, et postea in grandinem. Et diem, quod vapores superius elevati congelantur multum, et ideo generantur grossi grandines. Sed Philosophus e contra dicit, quod grossiores essent in montibus, et in hyeme : enjus contrarium videmus, quia grossiores sunt in valle, et sunt in vere et autumno, et generantur in loco propriquo. Item secundum Philosophum, aliquando veniunt angulares, quod est signum quod veniunt de propinquio : anguli enim citius liquefiunt. Unde sciendum, quod naturale est quod oppositum fortius agat in oppositum. Constat autem quod in nubibus admisceatur frigidum et calidum ; ergo quando calor aeris circumstans constringit frigidum quod non potest consumere, tunc frigidum agit interioris circumstante extra calorem. Titios autem carentes habent duplarem causam generationis : unam per fumum superius ascendentem usque ad locum inflammationis, qui inflammatur ; et sic secundum inflammationem descendit quoque inventus materialis combustibilem. Et hoc tetigit quando dixit, *Carbone succensi sunt ab eo*. Et hic tangit aliun modum, qui est per contrariam resistantiam. In nube autem aliquando est aliiquid calidum, et istud a frigido exteriori constringitur interiori et multiplicatur, ita quod materialia grossam adducit et cadit : et ideo carbones, ignis et grando habent similem generationem, scilicet constrictiōnem frigoris vel caloris, ut dictum est. Dicit ergo, *Prae fulgore in conspectu ejus etc.* Et haec transierunt simul cum carbone et grandine, quae generantur ex nubibus, ut dictum est.

9. Hie agit de tertia permutatione. Et primo de tonitro. Secundo de fulgoribus, ibi, *Misit sagittas*. Sciendum quod Psalmista loquitur hie secundum hanc similitudinem, quod quidquid illi in celo, attributum Deo. Unde sonum auditum in celo accipit, quasi vox Dei esset. Est autem duplex sonus in celo. Unus qui est in tonitro : et hie, siue aliqui dicant extinctionem ignis in nube. Psalmista re-

<sup>1</sup> Al. : « Psalmus », et sic infra.

probat, et dicit quod fit per concussionem ventorum : ita et nubes. Et ideo Psalmista dicit, *Intronuit de celo Dominus*. Item aliquando nubes grossie ex quibus grandines generantur quando per eum sonitu : unde Philosophus dicit, quod aliquando ante grandinem est frager nubium, aliquando non : sicut enim vapor calidus et siccus expulsus a frigido scindens nubem facit sonum, et patet in fulgure, sic vapor humidus congelatus in grandinem, et expulsus a calido, scindit aliqualiter et facit sonum. Et ideo dicit, *Altissimus dedit vocem suam*, idest manifestavit potentiam suam. Et sequitur, *Grando et carbones ignis*, quae ex his nubibus generantur, ut dictum est. Vel sic, *Intronuit de celo*. Nota quod aliquando ad locum superioriem ascendit vapor humidus : et quia est de natura aquae, sicut ex eo impressiones humidæ, quae sunt nebula, ros, caligo, pluvia, grando, et nix, et hujusmodi. Diversificantur autem ista aliquando diversitate quantum ad caloris et frigoris tenuitatem et spissitudinem. Aliquando enim ascendit vapor siccus ; et si solus ascendit, facit ventos ; si autem sit comprehensus ille vapor siccus in vapore humido, tunc quando vapor humidus sursum ascendet, et incipit inspissari propter frigus, vapor siccus in vapore ille humidus inclusus facit agitationem magnam et inflammatur : talis etiam vapor cito inflammatur, ut est videre in vapore qui egreditur de ventre hominis : et haec inflammatio causa est fulgoris et coruscationis. Agitatus autem vapor siccus in interioribus nubibus multiplicem sonum facit. Si etiam sic inflammatus percussat latera nubis, et non scindat, tunc meat non clare : sicut si aliquis aliquem splendorem videtur per pannum : est enim nubes aliquantulum pervia, unde aliqualiter videtur. Sonat autem sicut sonus flammæ in medio incendio. Aliquando etiam sine inflammatione, et per consequens sine coruscatione fit sonus, quasi tumultuans : et hoc fit cum percussit, non inflammatus in lateribus nubis. Si autem percussat latera et scindat, tamen cum difficultate quadam, et hoc in parte grossiori nubis, tunc est terribilis sonus, quasi aliquis pannum immensa latitudi-

nis scinderet, et tunc visus fulgoris vel coruscationis est curvus : quia non recte egreditur de nube, ut dictum est. Ali quando scindit nubem virtute magna et quasi subito, et totus vapor simul egreditur ; et tunc sonat sicut vesica inflammat, vel si uler inflatus frangeretur super caput alieojus : et percussit aerem percussione fortissima. Aliquando vapor ille siccus ex inflatione crescit, et quarens majorem locum facit dissolvere nubem subito, et sonare ad modum viridum lignorum crepidantium in igne, vel ovo rum maxime ; et hoc maxime appareat in castaneis, quibus in igne positis cum humidum incipit resolvi, et majorem locum querere, frangit testam resistentem, et cum impetu et sono magno exit. Ali quando etiam non valens exire extinguitur : et sonat ad modum ferri caudentis in aqua extincti ; quem sonum vocal Philosophus sisimum, vel stridorem. Ali quando etiam ille vapor facit diversa foramina in locis nubis minus spissis, et tunc facit quasi sonum sibili, sicut ventus quando exit per foramina. Aliquando antequam incendatur erumpit de nube, et tunc sonat sicut folles fabiles cum susflant.

40. *Fulgura*. Hic describit motum fulgorum, et comparat ea sagittæ propter vehementiam venti a quo moventur. *Et dissipavit eos*, scilicet peccatores, qui aliquando ex eis moventur : secundum diversitatem enim ventorum est diversitas motus fulgoris : nam sicut superius cum de modo ventorum agebatur dicit, *Volavit volavit etc.* ut ostenderet diversum modum ventorum ita hic dicit, *Fulgura etc.* ut ostendat diversum motum fulgorum. Dicit, *Conturbabit eos*, quia dicit Plinius (lib. II, c. xii), quod secundum fulgura sunt auguraciones ; quia quandoque est bonum signum, scilicet quando sunt ab oriente : aliquando non est bonum ; et ideo homines augurantes conturbantur propter præsagia futurorum.

41. *Et apparuerunt*. Hic agit de generatione aquarum, que ex aliquibus principijs emanant, quæ fontes diemunt, ex quibus est omnis generatio aquarum. Hic autem dupliciter generantur. Aliquando

ex causa consneta et naturali: sicut enim vapores super terram elevantur, et ex hac elevatione infrigidantur superioris, et descendunt et sunt pluviae: ita etiam ex calore terrae interiori, et quando vapores non exēunt, congregantur et resolvuntur in aquam, et sunt fontes aquarum. Sicut pluviae generantur in aere, ita fontes in terra; et ideo circa montes a quibus vapores non exēunt, sunt fontes. Et hoc est quod dicit, *Apparuerunt fontes aquarum.* Aliquando generantur fontes ex subversione terrae ex terramoto, ex eundem commotione apparent venae aquae in profundo terrae submersae; et ideo dicit, *Et revelata sunt fundamenta orbis terrarum.* Philosophus: subversio est a vento intus inclusa, sicut ventus in aere commovet aerem. Sed quando retinetur ventus fit terramoto; et umer ventus visatur ira Dei. Et ideo dicit factam per terram, sicut terramoto, mystice secundum spirituales effectus. Et sicut supra ostensum est mysterium, Incarnationis signans ipsam incarnationem per quam descendit, et ascensionem; ita hic designantur ea quae secuta sunt post. Primo ergo ostendit ejus occultationem. Secundo Ecclesie congregationem, ibi, *In circuitu ejus.* Tertio Apostolorum prædicationem, ibi, *Tenebrosa aqua.* Quantum ad primum dicit, *Posuit tenebris.* Glossa distinguit quadrupliciter tenebras. Primo humanitatem: Ezech. xxxii, 7: *Solem nube tegam.* Isa. xlvi, 15: *Vere tu es Deus absconditus.* Secundo species sacramentales, sicut baptismus, et alia sacramenta, in quibus divina virtus operatur secreta. Tertio latitum in fide fideliū: ut Cor. v, 6: *Quandiu sanus in corpore, peregrinatur a Domino.* Quarto latenter operatur aliiquid per malos, qui sunt tenebrae: Jo. i, 5: *Lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.* Aliquando mali permittuntur aliiquid facere contra sanctos; sed his tenebris existentibus, *Tabernaculum ejus,* idest ecclesia, est in circuitu ejus: Ps. xlv, 5: *Sanctificari tabernaculum suum Altissimus;* Apo. xxi, 3: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus etc.,* per fidem et caritatem, in quantum sibi inhaerent tanquam medio, qui

eis aequaliter favet, ut dicit *Glossa.* *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Hie agit de prædicatione Apostolorum. Et primo ponit qualitatem prædicationis. Secundo conditionem prædicantium, ibi, *Nubes.* Tertio prædicationis effectum, *Apparuerunt fontes aquarum.* Dicit ergo, *Tenebrosa aqua,* idest doctrina, *in nubibus,* idest in prophetis et prædicatoribus. Hos vocat nubes, quia a terrenis elevati in nubibus complūnt verbum Dei: Isa. i, 8: *Qui sunt isti qui ut nubes volant etc.* Et xlvi, 8: *Rorate celi desuper, et nubes pluant justum.* Vel dicit, *in nubibus aeris,* idest Apostolis elevatis a terra: Isa. v, 6: *Mandabo nubibus ne pluant super eum inbreui.* Et dicuntur Apostoli aqua tenebrosa in comparatione ad fulgorem, idest Christum, qui apparebit videntibus eum: 1 Cor. xiii, 12: *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Vel aliter, et sic punctetur: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris; per fulgore in conspectu ejus nubes transirunt;* postea sequitur, *Grandis et carbones ignis etc.* Et distinguuntur duplex doctrina: scilicet prophetarum, et haec est obscura, quia velamen habet, ut dicitur in Cor. iii, 13: *Usque in hodiernum dixi id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo excruciat.* Ideo dicitur, *Tenebrosa aqua* in prophetis, idest doctrina. Sed doctrina novi testamenti est clara; et ideo dicit, *Per fulgore;* tota est una dictio, idest fulgida quia, ut dicitur Eph. iii, 5: *Aliis in generationibus non est agnita;* Ps. cxlvii, 20: *Non fecit tuber omni nationi.* Consequenter agit de ipsis doctoribus, et comparantur nubibus, sagittis et fulgoribus: nubibus pro prædicatoribus. Et dicit tria. Primo eorum transitum: *Nubes.* Qualitatem prædicationis, *Grandis et carbones ignis.* Anctius tamē prædicandi, *Intonit.* *Nubes,* idest Apostoli, *Transiunt,* de Judeis ad gentes: Job. xxviii, 14: *Audes spargere lumen suum, que instruit per circuitum.* Act. xiii, 46: *Vobis oportebat per omnes regni verbum Dei; sed quia etc.* Grandis nocet nullum fructibus et floribus, et eorum prædicatione fuit quasi gratia cominationis. *Et carbones ignis,* idest ver-

ba inflammantia; et anctoritas, quia Dominus per eos loquebatur. Unde, *Intonuit de celo Dominus*, idest ipsis Apostolis intonuit verba comminationis, Matth. x, 20: *Nou enim vos estis qui loquimini sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis etc.* Et Altissimus dedit vocem suam, scilicet mansuetudinis inflammando: Iac. 1, 21: *In mansuetudine suscipe insitum verbum etc.* Et primo sequitur verbum, *Grando*, ex secundo, *Carbone ignis*. Vel aliter, *intonuit*, super Christum: Joan. xi, 28: *Venit vox de celo dicens: Et clarificari et iterum clarificabo;* dicebat turba quae audiebat tonitrum factum esse. Et Altissimus dedit vocem suam, in transfiguratione. Lue. iii: *Hic est filius meus dilectus. Misit sagittas.* Comparantur hic isti doctores sagittis propter fervorem Spiritus sancti in eis: Isa. xlix, 2: *Posuit me quasi sagittam electum.* Et xxvii, 5: *Qui ergredientur impetu a Jacob, et amplebunt faciem orbis semine.* Et dissipavit eos, quia alii odor vite in vitam, alii fuerunt odor mortis in mortem. II Cor. ii, 16: *Fulgura multiplicavit.* Ps. xvi, 13; Hec dicit propter claritatem miraculorum: Job xxviii, 35: *Nunquid mittes fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi, Adsumus. Et conturbarit eos,* idest fecit eos obstupescere Act. iii, dicitur de miraculo Petri, quod repleti sunt omnes stupore et extasi in eo quod contingat. Apparuerunt fontes. Hic ponitur effectus prædicationis Et primo ponitur effectus: Secundo principium, *Ab increpatione.* Et est duplex effectus. Unus ostenditur cum dicit, Apparuerunt fontes aquarum, idest documenta sapientiae: Isa xli, 18: *Aperiunt in supinis collibus flumina, et in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivos aquarum.* Item xii, 3: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Vel dona Spiritus sancti: Zach. xii, 1: Erit fons patens domini David et habitatoribus Hierusalem, in ablutionem peccatoris et menstruatae. Alius effectus ponitur cum dicit, *Revelata sunt fundamenta:* scilicet sancti Patriarchæ, supra quos

<sup>1</sup> *cyr. dien. tur... ad Jacob*

fides nostra fundata est; quia quod in eis dictum vel factum est figuraliter, relatum est per Apostolos. Principium autem horum est, quando Christus incepit increpare Matth. iv, 17: *Ponitatem agite; appropinquavit etc.* Lue. xii, 5: *Nisi ponitatem egeritis, omnes simul peribitis.* <sup>2</sup> *Ab inspiratione spiritus irritatur,* quando inspiravit quod omnes turbarebamus contra peccata.

12. *Misit.* Supra egit Psalmista de potentia liberantis; hic prosequitur per ordinem beneficium liberationis; et circa hoc duo facit. Primo agit gratias de liberatione quantum ad praeterita. Secundo quantum ad futura quae sperat, ibi, *Et ero immaculatus cum eo.* Circa primum tria ponit. Primo narrat a quibus sit liberatus. Secundo liberationem, ibi, *Et factus est.* Tertio liberationis causam, ibi, *Salvum me fecit.* Circa primum duo facit. Primo se ostendit liberatum a magnis tribulationibus. Secundo exponit quomodo tribulationes sint magna, ibi, *Eripuit me.* Dicit Glossa secundum litteram, *Misit de summo;* quasi dicat: Deus potens est, quia omnia praedicta facit, scilicet commovere etc. *Intonuit etc.* habens summum potestatem. Et hoc, *De summo,* scilicet potestate, *Accipit me,* eripiendo: *Et assumpsit me,* idest elevavit me: *Protegendo de aquis multis,* idest de multis tribulationibus. Ps. xxxiii, 20: *Multe tribulationes justorum, et de omnibus etc.* Ecel. vi, 5: *Liberasti me de portis tribulationum quae circumdeederunt me, et a pressura flammæ quae circundedit me.* Mysticæ misit Deus proprium<sup>2</sup> filium suum de summo, idest de celo: Joan. vi, 38: *Descedi de celo, non ut faciam voluntatem meam etc.* Ille est quod petebat: Psal. cxlii, 7: *Emitte monum tuum de alto.* Et liberavit me de aquis multis. Ps. xviii, 7: *A summo celo egressio ejus etc.* Vel Spiritum sanctum: Thren. i, 13: *De excelso misit ignem.* Et accepit me, infirmum ad sanandum. Et assumpsit me de aquis multis, scilicet baptismi, vel de multitudine peccatorum. Vel, *Misit de summo,* idest viris justis gratiam suam: Jec. i, 17:

<sup>1</sup> Al. : « sumam. »

<sup>2</sup> Al. : « Pater. »

*Onus datum etc.* Et accepit me, ad potentiam: Isa. xl, 11: *Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos etc.* Osee xi, 3: *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eum in brachiis meis.* Vel popolorum: quia fideles de multitudine gentium sunt assumpti.

43. *Eripuit.* Ille probat quomodo tribulationes sunt multae. Et Primo ex conditione inimicorum. Secundo ex persecuzione eorum, ibi, *Quoniam confortati sunt.* Condicio inimicorum nociva est valde, quia potentes et odiates; unde, *Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et ab his qui oderunt me.* Potentes mystice sunt peccata carnalia: Eccli. xviii, 31: *Sipræstes animæ tuae concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis:* Isa. xlix, 24: *Nanquid tolletur a forti præda?* Odiates sunt dämones. Exod. i, 43: *Oderant Aegyptii filios Israhel:* Psalm. lxxviii, 24: *Concidam a facie ipsius inimicos ejus etc.* Consequenter ponitur persecutio. Dupliciter potest quis liberari ab inimicis: vel quod non permitrat se vinci, vel quod fugiat. Utrunque autem excludit a se. Primo, quia fortes et confortati, idest multiplicati, vicerunt eum, nec potuit fugere: et hoc est quod dicit, *Prævererunt me, præcludentes modo viam ad fugiendum:* Thren. iv, 19: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli, super montes persecuti sunt nos;* et hoc, in die afflictionis, quia tunc homo debilior est quando est afflitus: Thren. i, 3: *Onnes persecutores ejus apprehenderunt eum inter angustias.* Auxiliū liberatoris ponit duplex. Primo contra invalescentes hostes; unde dicit *Et factus est Dominus proctector meus, ut non noceant:* Psal. cxiii, 3: *Præteristi me a conventu malignantium etc.* Secundo, contra prudentes: unde sequitur, *Edur me in latitudinem,* de angusto in quo eram positus nesciens quid facerem, dans vias quid facerem. Vel in latitudinem caritatis: Psal. cxviii, 36: *Latum mandatum tuum nimis.* Causa liberationis est duplex: scilicet divina gratia, et meritum humanum. Unde dicit, *Salvum me fecit, quoniam voluit me.* Haec est potentissima causa liberationis, scilicet voluntas sua: Eph. i, 11: *Qui operatur omnia cum consilio voluntatis sue;* et tamen secundum subsequenter operatur ibi aliquid meriti humanum: i Cor. xv, 10: *Gratia Dei in me vacua non fuit.* Et ideo subdit, *Retribuet mihi Dominus etc.* Ubi tria facit. Primo proponit meritum. Secundo in quo consistit. Tertio ponit viam perveniendi ad hoc meritum. Secunda, ibi, *Quia custodivi etc.* Tertia, ibi, *Quoniam omnia iudicia.* Meritum homini consistit in duobus: scilicet in operatione boni, et in evitacione mali: xxxvi, 27: *Declina a malo, et fac bonum.* Et ideo quantum ad primum dicit, *Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam,* quam ipse in me operatus est: Sap. iii, 1: *Justorum animæ in manu Dei sunt et non tanget illos tormentum malitiae etc.* Prov. xi, 18: *Seminanti justitiam merces fidelis.* Quantum ad secundum dicit, *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi,* idest innocentiam: Job xxii, 30: *Salvabitur innocens, salvabitur autem in misericordia manuum suarum.* Non privabit bonis etc. Ps. lxxxiii, 30: *Hæc autem justitia consistit in observatione viarum Dei:* Ps. cxviii, 32: *Viam mandatorum tuorum cœcuri.* Et ideo dicit, *Quia custodivi vias Domini:* Job xxiii, 11: *Festigia ejus secutus est pes meus: viam ejus custodiri, et non declinari ex ea,* et quia *Non impiegasti, recedendo a deo,* quia per peccatum homo recedit a Deo, et inquinatur: Ps. cxiii, 19: *Non recessit retro cor nostrum.* Quomodo pervenit ad hoc? Quia, *Omnia iudicia ejus in conspectu meo.* Vallet valde ad operandum bona et evitanda mala cogitare divina iudicia: Job xix, 29: *Fugite a facie gladii, quoniam ulti iniquitatem est gladius.* Et custodiri hoc, *Quia justitas ejus repulit a me,* et industria peccando: Job xxi, 14: *Dixerunt Deo, recede a nobis,* Et sequitur, *Perveniet eis inundatio.* Qui ex intrinitate vel ignorantia peccat, faciliter veniam consequitur.

44. *Et ero.* Supra commemoravit Psalmista beneficium liberationis de praeterito; hic de futuro quantum ad spem. Et primo commemorat beneficia in generali. Secundo in speciali, quæ accepit, et quæ sperat, ibi, *Deus natus in pollutu via ejus.* tas sua: Eph. i, 11: *Qui operatur omnia cum consilio voluntatis sue;* et tamen secundum subsequenter operatur ibi aliquid meriti humanum: i Cor. xv, 10: *Gratia Dei in me vacua non fuit.* Et ideo subdit, *Retribuet mihi Dominus etc.* Ubi tria facit. Primo proponit meritum. Secundo in quo consistit. Tertio ponit viam perveniendi ad hoc meritum. Secunda, ibi, *Quia custodivi etc.* Tertia, ibi, *Quoniam omnia iudicia.* Meritum homini consistit in duobus: scilicet in operatione boni, et in evitacione mali: xxxvi, 27: *Declina a malo, et fac bonum.* Et ideo quantum ad primum dicit, *Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam,* quam ipse in me operatus est: Sap. iii, 1: *Justorum animæ in manu Dei sunt et non tanget illos tormentum malitiae etc.* Prov. xi, 18: *Seminanti justitiam merces fidelis.* Quantum ad secundum dicit, *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi,* idest innocentiam: Job xxii, 30: *Salvabitur innocens, salvabitur autem in misericordia manuum suarum.* Non privabit bonis etc. Ps. lxxxiii, 30: *Hæc autem justitia consistit in observatione viarum Dei:* Ps. cxviii, 32: *Viam mandatorum tuorum cœcuri.* Et ideo dicit, *Quia custodivi vias Domini:* Job xxiii, 11: *Festigia ejus secutus est pes meus: viam ejus custodiri, et non declinari ex ea,* et quia *Non impiegasti, recedendo a deo,* quia per peccatum homo recedit a Deo, et inquinatur: Ps. cxiii, 19: *Non recessit retro cor nostrum.* Quomodo pervenit ad hoc? Quia, *Omnia iudicia ejus in conspectu meo.* Vallet valde ad operandum bona et evitanda mala cogitare divina iudicia: Job xix, 29: *Fugite a facie gladii, quoniam ulti iniquitatem est gladius.* Et custodiri hoc, *Quia justitas ejus repulit a me,* et industria peccando: Job xxi, 14: *Dixerunt Deo, recede a nobis,* Et sequitur, *Perveniet eis inundatio.* Qui ex intrinitate vel ignorantia peccat, faciliter veniam consequitur.

44. *Et ero.* Supra commemoravit Psalmista beneficium liberationis de praeterito; hic de futuro quantum ad spem. Et primo commemorat beneficia in generali. Secundo in speciali, quæ accepit, et quæ sperat, ibi, *Deus natus in pollutu via ejus.*

Tertio commendat justitiam divinam. Circa primum duo facit. Primo proponit orationem ad Denim. Secundo commendat spem exauditionis, ibi, *Quoniam tu illuminas*. Tria proponit. Primo propositum perseverandi in innocentia. Secundo meritum retributionis. Tertio rationem assignat. Secunda, ibi, *Retribuet*, Tertia ibi, *Cum sancto sanctus eris*. Dicit ergo, *Et ero immaculatus cum eo*, idest adhaereo Deo, quia loquitur ex persona sui et aliorum, quorum quidam innocentes sunt : et ideo dicit, *Et ero*, idest stabo et perseverabo in innocentia : Eecl. xxxi, 8 : *Beatus vir qui invenitus est sine macula*; vel, *Ero immaculatus cum eo*, idest adhaereo Deo : 1 Cor. vi, 17 : *Qui autem adhaeret Deo, unus est spiritus etc.*, conservans te ab omni macula : Job xxv, 5 : *Donec deficiam, non redcam ab innocentia mea*. Quidam sunt porneitae : et ad hoc pertinet ne iterum in peccatum labantur ( Et ideo dicit, *Et observabo me ab iniuitate mea* : ) sicut canis qui revertitur ad comitum, et sus lata in volutubro tuti. II Pet. ii, 22. Eecli. xxvi, 25 : *In duobus contristatum est cor meum, et in tertio iracundia mihi advenit. Vir bellator deficiens præ inopia, et vir sensatus contemptus, et qui transgreditur de justitia in peccatum, Deus paravit illum ad romphæum*. Consequenter ponit spem retributionis cum dicit, *Et retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam*. Anselmus : « *Justitia est rectitudine voluntatis propter se servata.* » Vel secundum opera hominis reddet ei : Eecli. xvi, 15 : *Reddet unicuique secundum opera sua*. Dicit, *Observabo*, et, *Retribuet*, quia si homo aliquando fuit iustus et fecit opera justitiae, et non observat se a peccatis, vel non conservat se in operibus justitiae, ideo mortificatur, nec meretur retributionem : Ezechi. xviii, 24 : *Omnes justitiae ejus non recordabuntur*. Alia est que datur pro beneficiis ; nuda dicit ; *Retribuet secundum puritatem manuum measarum in conspectu oculorum*

*ejus*. Aliquando habent exterius tantum manus, idest operationes puras, et illis Deus non retribuet : sed quando habent puras in corde operationes, tunc retribuet. Et hoc est, *In conspectu oculorum ejus*, non illis bonis que sunt in conspectu nostro, sed in conspectu Dei : Isa. lxix, 4 : *Oculus non vidit Deus absque te*. Et quid retribuet ? juventudinem inefabilem, et augmentum gratie, que proveminent ex mandatis Dei servatis : Psal. xvm, 42 : *In custodiendis illis retributio multa*. Et retribuet secundum puritatem manuum measarum, idest operum. Dicitur autem opus impurum, ratione carnalis affectus : Is. i, 15 : *Mansus vestræ sanguine plene sunt*. Item ratione inanis gloria : Matth. vi, 4 : *Attendite ne justitiam vestram faciatis curam hominibus, ut videamini ab eis*; alioquin mercedem non habebitis. Gregorius : *Vocordia est magna agere, et laudi iuhicare, que unde eorum mercari potuit, inde vanum et transitorium sermonem querit*.

15. Consequenter ponitur ratio retributionis ; ideo sequitur, *Cum sancto*. Circa hoc duo facit. Primo ponit rationem retributionis. Secundo exponit eam, ibi, *Quoniam tu populum*. Primi duo versus duplice posse intelligi. Uno modo, ut intelligatur ad Deum loqui ; et sic est literalis sensus ; quasi dicit, *Tu Dominus, Cum sancto sanctus eris*. Et sic dicit duo : scilicet quod Deus sit remunerator et adprobator bonorum. Secundo, quomodo est reprobator malorum ; unde sequitur, *Et cum insidente etc. Et cum perverso perverteris*. Est autem sciendum quod nominat scilicet sanctum, innocentem, et electum. Electus autem potest duplice intelligi. Uno modo a Deo : hoc est commune omnibus sanctis : Ephes. i, 4 : *Elegit nos Deus ante mundi constitutionem etc.* Alio modo dicitur electus qui habet excellentiam innocentiae et sanctitatis : Cant. v, 10 : *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus*. Si primo modo sumatur electus, tunc secundum ponit ex parte nostra, et tertium ex parte Dei. Si secundo modo, sic proponit duo, que ex parte nostra sunt. Primum est

<sup>1</sup> Parm. : « Ps. lxi. »

operatio boni quae sit propter Deum; et quae proprie habet rationem sanctitatis: quia omnia quae ordinantur ad Deum, dicuntur sancta: et hoc est quod dicit, Domine, tu eris sanctus cum sancto, sanctitatem in eo causando: Lev. xx, 8: *Ego Deus qui sanctifico vos.* Vel sic. Tu eris sanctus effective, idest ostendens te amare et adprobare sanctitatem: non enim ostendit se nisi per opera; substantiam enim ejus non videmus. Nec aliter est sanctus cum sancto, nisi ostendendo sanctitatem: non est enim visibilis nunc nobis, ut dicamus quod conformat se sancto in motibus exterioribus, sicut de homine qui diversis diversimode se conformat, maxime amicis: quia omne animal diligit sibi simile; et quod diligit quis, illud remunerat. Unde ostendens te sanctum, quando remunerabis, inquit, sanctitatis opera? *Et cum viro innocentie innocens eris,* effective et remunerando. *Et cum electo,* quem tu diligis, *Electus eris,* quia facies quod ipse te eliget: Joan. xv, 16: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos* primordialiter: Deut. iv, 37: *Dixerit patres tuos, et elegit semen eorum post eos.* Et xxvi, 17: *Deum elegisti hodie, ut sit tibi Deus, et obedias eum imperio:* et Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus pecularis, et faciat te excelsorem cunctis gentibus, ut sis populus sanctus. Vel, *Electus,* idest excellenter separatus. *Et cum per verso perverteris,* idest permittes eum esse perversum. Vel perversi sunt illi qui non sequuntur illos quos debent sequi. Qui ergo non sequitur voluntatem Dei, videatur perversus. Ergo tu contra voluntatem Dei, et Deus contra voluntatem tuam; quasi dicas: Tu vis habere beatitudinem, et Deus dabit miseriari: Lev. xxvi, 21: *Si ambulaveritis mihi ex adverso, et ego contra vos aduersus incidam, et percutiam vos septies propter peccata vestra.* Et ideo dicit, *Cum per verso perverteris,* idest agens contra voluntatem perversorum. Alio modo potest legi, ut referat sermonem ad aliquem hominem: et sic homo cum sancto homine, vel cum Christo sanctus eris: quia non audies de Deo nisi sanctitatem. Eccli. xxxvii, 12: *Cum viro\*\*\* religiosa tracta de sanctitate:* et Ps. xvii, 27: *cum innocentie innocens eris.*

quia secundum conversationem informantur mores: I Cor. xv, 33: *Corrumput bonos mores colloquium mala.* Et cum per verso perverteris. Eccl. xii, 1: *Qui trumperit pacem, inquinabitur ab ea, et qui communicat superbo* etc. Consequenter expedit praemissa secundum primam lecturam. Quare eris Domine cum sancto? quia, *Tu populum tuum illumini salvum facies,* idest in hoc quod humiliasti salvum facies, ostendis te cum sancto sanctum esse: Jacobi iv, 6: *Humilibus dat gratiam:* Matth. x, 14: *Sicut parvulos venire ad me, talium enim est regnum cororum:* Psalm. cxvi, 6: *Exultans dominus, et humilia respicit.* Quare cum per verso perverteris? quia *Oculus superbiorum humiliabit:* Luc. xiv, 11: *Omnis qui se exaltat humiliabitur:* Isa. xi, 11: *Oriundi sublineas humiliati sunt, et inveniuntur altitudo rororum.* Et dicit, *Oculus,* quia superbia in hoc consistit, quod homo aspectum suum ad majora quam sit sua proportio, erigit: Isa. xvi, 6: *Superbia ejus et arrogancia ejus plusquam fortitudo ejus.* Et ideo Psalm. cxxx, 2: *Dominus non est exaltatus cor meum, neque elati sunt oculi mei.*

16. *Quoniam.* Hic convertit se ad orationem; quasi dicas: Ita justus es, *Quoniam tu illuminas lucernam meam.* Et duo facit. Primo refert gratiarum actionem de beneficio suscepto. Secundo ponit petitionem de suscipiendo, ibi, *Deus meus, illuminans tenebras meas.* Blict ergo, *Tu illuminas etc.* Hoc totum potest secundum litteram dupliceiter exponi: ut per lucernam intelligatur prosperitas, per tenebras intelligatur adversitas. Si autem quando homo est latius, videntur sibi clara omnia; quando est tristis, videntur sibi omnia obscurari. Hoc est ergo quod dicit, *Quoniam tu illuminas lucem meam.* *Domine,* quia tu dedisti mihi prosperitatem, et continue das: *Illumina tenebras meas,* idest si quid adversitatis remansit in me, expelle et tempeste a me. Alio modo potest intelligi moraliter, ut per lucernam intelligatur mens sive anima hominis: Prov. xx, 27, *Lucerna domini spiramentum hominis.* Mens ergo hominis est quasi lucerna Dei accusa divino lumen: Psal. iv, 7: *Signatum est*

*super nos etc.* Quamdiu sine peccato sumus, lucerna nostra accensa est, idest anima nostra splendet lumine gratiae; sed quando aliquid tenebra corruptibilis carnis remaneat, est extinta: Rom. vii, 25: *Ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati.* Et hoc est quod dicit, *Quoniam tu illuminas lucernam meam*, idest quia anima mea illuminata est lumine gratiae. *Illumina tenebras meas*, idest remove a me defectus et corruptiones, per quae homo incidit in tenebras. Vel potest legi allegorice, ut dicantur verba quasi ex persona Christi, vel eijusmodumque viri justi. In Ecclesia sunt multi luctantes, sicut fideles et sancti: Philip. ii, 15: *Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vita continentes.* Item multi tenebrosi, sicut infideles et peccatores: Ephes. v, 8: *Eratis aliquando tenebras etc.* Ergo homo orans pro Ecclesia vel Ecclesia pro se, dicit, *Quoniam tu illuminas lucernam meam*, idest fideles qui lucent, *Illumina tenebras*, idest peccatores,

47. Spem exauditionis ponit eum dicit, *Quoniam.* Hic facit duo. Primo tangit liberationem a malo. Secundo victoriā super malo. Dicit ergo, *Oro quia spero, in te*, idest in virtute tua, *Eripiar a tentatione*, idest a quacumque tribulatione sive impugnatione: I Cor. x, 13: *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis.* Et in *Deo meo transprediar murum*, idest victoriā a peccato virtute Dei habebo. Tunc enim hostis habet victoriā civitatis, quando transgreditur murum. Murus iste est quacumque difficultas quae impedit nos ad bene operandum, sive peccata quae provocant nos ad male faciendum. Hieronymus dicit, *frangam murum*, quia non possumus esse in mundo sine peccato: I Joan. i, 8: *Si dixerimus quia peccatum non habemus etc.* Sed transgredimur, quia superamus illud, dnm non consentimus concupiscentiis ejus.

48. Sequitur, *Deus.* Supra commemo-ravit in generali beneficia quae in futurum expectat a Deo, quia, *In te eripiar:* hie in speciali prosequitur ea. Et notan-

dum, quod loquitur ad modum habentis adversitatem et adversarios, de quibus sperat victoriā: in qua triplex est gradus. Primo, ut persecutur adversarius fugientes, et sicut captos destruet. Secundo ut in eis regnet, ibi, *Et præcinxisti me.* Tertia, ut exaltetur, ibi, *Et eripis me.* Circa primum tria facit. Primo commendat suum adjutorem, scilicet Deum. Secundo, ostendit quomodo a Deo iudicata sunt ei quedam, per quae idoneus est ad persecutum eos. Tertio agit de persecutione. Secunda, ibi, *Deus qui præcinxisti.* Tertia, ibi, *Persequar.* Prima in duo. Primo commendat Deum. Secundo commendationem probat, ibi, *Quoniam quis etc.* Commendat ergo Deum de tribus: quod sit justus in opere, verax in sermone, et quod sit misericors in subventione. Quantum ad primum dicit, *Eripiar a temptatione*, dnm considero divinæ justitiae puritatem, quia, *Deus meus impolluta via ejus.* Iterum dnm considero ejus dispositionem, quia nihil injustum est in eo: Ezech. xviii, 25: *Nomquid via mea aqua non<sup>1</sup> est, et non magis via tua prævarice sunt?* Vel via Dei per quam Deus vadit ad animam est impolluta. Et est haec charitas; I Cor. xxi, 31; *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstra*, idest ut scirent eatis. Haec est impolluta, quia charitas non agit perperam, idest perverse. Vel via Dei est ipse Christus, quia<sup>2</sup> peccatum non fecit: Isa. xxxv, 8: *Via sancta vocabitur, et non transibit per eam pollutus: et erit via recta, ita ut stultus non erret per eam.* Vel via Christi est Virgo Beata: Psal. lxxvi. 20: *In mari via tua.* Haec est impolluta: Can. iv. 7: *Tota pulchra es, amica mea etc.* Is. liv, 2: *Dilata locum tentorii tui.* Quantum ad secundum dicit, *Eloquia Domini.* Et loquitur ad similitudinem aurii et argenti, quod si sit purum, probatur per ignem. Unde sicut aurum per ignem purgatum nihil habet impuritatis, ita sunt purgata verba Domini: Prov. viii, 8: *Justi sunt omnes sermones mei, et non est in eis quidquam contrarium utque perversum etc.* Iyne examinata: Psal. xi, 7: *Eloquia Domini eloquia casta, argen-*

<sup>1</sup> Al. de est : « non. »

<sup>2</sup> Al. : « qui. »

tum etc. Et dienatur igne examinata, scilicet Spiritus sancti: Job xii, 41: *Annis verba dijudicat, et faves comedentis saporem.* Nullus potest examinare verba nisi habeat ignem Spiritus sancti: I Cor. ii, 14: *Animalis homo non percipit quae sunt Spiritus Dei.* Verum, quia est verax, implebit quod promisit. Et propter hoc dicit, *Protector est omnium sperantium in se:* Eccl. ii, 11: *\*Quis speravit in Domino, et confusus est?* Consequenter probat commendationem: quia haec sunt proprietates: quod sit justus, quod sit verax, et quod sit misericors. Si ergo ista bene convenientia Deo meo, non queras alium. Sed nullus aliis Deus est praeter ipsum. Et ideo dicit, *Quis Deus praeter Dominum?* quasi dicat, nullus: Isa. xlii, 8: *Ego sum Dominus: hoc est nomen meum;* Deut. vi, 4: *Audi Israel, Dominus Deus\*\* tuus unus est.* In hoc differebant Judaei ab aliis. Et quia alii colebant elementa mundi, vel homines vel angelos, hi vero dicebantur factores eorum; sed Judaei colebant verum Deum factorem eorum. Dicit ergo quod ipse est Deus totius creature. Secundo, quod ipse colebatur specialiter a Iudeis. Dicit ergo quantum ad primum, *Quis Deus praeter Dominum,* scilicet totius creature factorem? Judith xvi, 17: *Tibi seriat omnis creatura tua. Aut quis Deus praeter Deum nostrum,* specialiter. I Reg. ii, 2: *Non est sanctus ut Dominus: neque enim est alius extra te, et non est fortis sicut Deus noster:* Psal. lxxv, 2: *Notus in Iudea Deus etc.* Qui dicitur noster specialiter pietate, et cultura, et unione naturae, et carnis assumptione, et redemptione. In hoc confunduntur Manichaei: quia hic est Deus et Dominus visibilium, et quod Deus veteris testamenti est verus Deus, quia nullus Deus praeter eum.

49. *Deus.* Hic ostendit quomodo habet a Deo idoneitatem ad vincendum, Deus enim aliquando dat virtutem alieni ad bene operandum; nec tamen sufficit nisi Deus protegat eum exterius. Primo ergo ostendit quomodo Deus dedit virtutem interiorum. Secundo, quomodo iuvat exteriorius, ibi, *Dedisti mihi protectionem.* Tria sunt

necessaria alieni ad vincendum: scilicet quod sit fortis: Prov. ult, 25: *Fortitudo et decor indumentum ejus:* Luc. xi, 21: *Fortis armatus custodit atrium suum:* Quod sit agilis, et quod sit doctus in bello; et haec tria<sup>1</sup> dicit se habere. Secundo, ibi, *Qui perficit pedes meos.* Tertio, ibi, *Qui docet manus.* Circa primum duo facit. Primo confitetur sibi datam fortitudinem a Deo. Secundo debitum fortitudinis usum. Dicit ergo, *Deus qui praecepsit me virtute ad bellum etc.* Milites predicti praecepsuntur armis et gladio ut sint expediti et parati ad pugnam: I Mach. iii, 3: *Judas Machabeus induit se lorica sicut gigas: et succinxit se arma bellicia in praeliis.* Haec est fortitudo, scilicet virtus qua data est milii a Deo, non solum in corporalibus bellis, sed et in spiritualibus, que non vinecerem sine virtute Dei. Et ideo dicit, *Præcepsit me virtute:* Eph. vi, 10: *Confortamini in Domino et in potentia virtutis Dei:* Isa. xl, 29: *Qui dat leproso\*\*\* virtutem, et his qui non sunt, fortitudinem et robur multiplicat.* Vel præcepsit ad modum eurrentis ne impediatur ex defluxu vestium. Ita virtus Dei retinet affectum ne defluat ad terrena. Et ideo sequitur, *Et posuit immaculatam viam meam:* I Reg. xxv, 39: *Benedictus Deus, qui custodivit servum suum a malo:* Ps. cxviii, 1: *Beati immaculati in via.* Vel via ista est via charitatis, que non agit perperam, ut supra dictum est.

20. *Qui.* Hic ponitur agilitas, que necessaria est ad pugnandum<sup>2</sup> I Reg. xxiv, diebatur quod egressus est Saul contra David super petras abruptissimas, quae solis cervis perviae sunt: quasi dicat, tantam agilitatem mihi contulit Deus, quod quasi cervus ibam per montes. *Et super excelso statuit me.* In montibus delihibus vestigia hominis non figurauntur: sed Deus dedit ei tantam gratiam ut non laberetur in eis. Mystice legitur sic. Cervus transcendit sine lesione spinas et silvas: sic spiritualis affectus pertransit sine lesione et infectione mala, sive delectationes mundi: Gen. xlix, 21: *Neptidum cervus emissa dans eloquia pul-*

<sup>1</sup> Al. deest: « tria. »

<sup>2</sup> Al. . « pugnam. »

*christitudinis : Is. xxxv, 6 : Tunc saliet sicut cervus claudus. Et super excelsa statuit me, idest super coelestia statuit meum tem meum defixam : Habac. iii, 19 : Super excelsa tua deducet me rictor. Conquerenter ponitur doctrina militaris ; unde ait, Qui docet manus meas ad praelium. Doctrina militaris acquiritur scientia et perfectio exercitio. Primo ergo scientiam sive doctrinam queril, quia haec doctrina necessaria est militibus. Prov. xxiv, 6 : Cum dispositione initur bellum. Sed iste eductus a Deo dicit quantum ad secundum, Posuisti ut arcum aureum brachia mea, idest brachia quasi infatigabilia milii ad bellandum dedisti. Vel, Qui docet etc., idest contra vitia et daemones, docet nos operari ad superandos hostes, qui coeli portas claudere conantur. Postea immutans personam dicit, Posuisti etc. Alia littera habet, Confregisti arcum aureum, idest brachium meum. Psal. cxliii, 1 : Benedictus Dominus Deus mens, qui docet manus meas ad praelium etc. Nota, quod excellitia agilitatis et excellitia fortitudinis est in leonibus, qui ex seccitate nimia, non habent medullam in ossibus ; et hae contingunt ex magna inaequitate elementorum innixa ; et ideo parum vivunt ; et hoc non decet in homine propter operations ejus : unde Injusmodi dicuntur ex speciali minore data David, ut dicitur Eccl. xlvi, 3 : Lusit cum leonibus quasi cum agnis et ursis similiter fecit sicut cum agnis eorum. Et similiter sibi data est a Deo ex gratia doctrina pugnandi, Mystice. Oportet nos in spirituali bello esse doctos. Eccl. xi, 31 : Multæ insidiae sunt dolosi ; quas non possumus evadere nisi habeamus et doctrinam et auxilium divinum. Job. xxxix, 20 : Gloria narium ejus, idest daemoni, terror contemnit pavorem nec cedit gladio. I Cor. iv, 16 : Licet is qui foris est noster homo corrumperatur, tamen qui intus est, renovatur de die in diem.*

*21. Et dedisti. Illic ostendit quomodo praedicta sibi data conservantur a Deo exteriorius ; unde dicit, Præcinxisti me virtute : et tamen protegit me : Et dedisti mihi protectionem salutis tuae, idest protexisti me ad salutem : quia non sufficiunt praedicta nisi adsit protectio Dei :*

*Ps. lxiii, 3 : Proteristi me, Dens, a conventu malignantium etc. Et dextera tua suscepit me, idest favor gratiae tuae me in bello confortavit. De hoc bello, Ezech. iii, 11 : Manus Domini erat tecum confortans me. Vel, Dextera tua, idest filius tuus, Suscepit me, idest naturam meam. Vel, Me, infirmum ad curandum, Et disciplina tua correxit me in finem, idest finaliter et perfecte. Prov. m, 12 : Quem diligit Dominus corrigit et castigat, et quasi pater in filio complacet sibi : unde, Disciplina tua correxit me in finem. Quantum ad secundum dicit, Disciplina etc. Contingit aliquando quod aliquis dubitat, aliquando errat. Ille autem, scilicet Dens errata corrigit ; unde Disciplina tua correxit me in finem, ut supra dictum est. Item dubitata dirigit : Et disciplina tua ipsa me docebit Ps. cxvii, 66 : Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me. Quantum ad tertium dicit, Dilatasti gressus meos subtus me, quasi dans agilitatem, et in ea foves illos qui latos habent gressus quando non arcentur. Vel spiritualiter, quando cor est promptum per caritatem ad bonum. Ps. cxviii, 32 : Viam mandatorum tuorum cœcurri, cum dilatasti cor meum. Et non sunt infirma vestigia mea, quia non deficit. Vel Vestigia, idest signa quæ in itinere relinquuntur.*

*22. Persequar. Supra Psalmista posuit idoneitatem suam ad vineendum ; hic autem agit de victoria, quomodo persecutus est fugientes : et circa hoc duo facit. Primo ponit persecutionis modum ; secundo ostendit impotentiam resistendi, ibi, Confringam illos, nec poterunt stare. Circa primum tria facit. Primo ostendit persecutionem esse iustam ; secundo efficacem ; tertio perseverantem. Justam, cum dicit, Persequar inimicos, non amicos, sed inimicos. I Mach. iii, 5 : Persecutus est Judas inimicos perscrutans eos, et qui perturbabant populum suum succedit flammis. Sed non videtur quod licet bonis viris facere persecutionem aliquos. Gal. iv, 23 : Quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persecubatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Ergo carnalium est inferre persecutionem, et spiritualium est pati.*

Sed dicendum, quod affectus persecundus distinguit persecutionis genus. Quidam enim persecuntur amore et zelo. Psal. lxviii, 10 : *Zelus domus tuae comedit me ; et hoc faciunt ut ad bonum sive ad salutem perducant, vel malum impediant.* Psal. c, 5 : *Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar :* et hoc modo persecuntur boni malos, sive peccatores. Quidam persecuntur ex odio, inferentes malum, et impedientes bonum : et hoc modo persecuntur mali, sive carnales, viros justos. Ps. lxx, 11 : *Persequimini et comprehendite eum etc.* Vel, *Persecuar inimicos meos, idest carnales affectus, comprehendam illos, non illi comprehendent me, secundum Glossum.* Et ostendit quomodo est efficax ad persecutio inimicos : unde dicit, *Et comprehendam illos.* Tunc ostenditur efficax, quando peruenit ad finem ut capiat eos. II Reg. v, 19 : *Si ascendam ad Philistin, et si dabis eos in manu mea ?* Et dixit Dominus ad David : *Ascende etc.* Et supra : *Ingrederetur proficiens atque succrescens, et Dominus Deus exercituum erat cum eo.* Item ostendit, quonodo est perseverans, quia *Non convertar,* scilicet a persecutione injustorum : *Donec deficiant, idest donec consumantur* II Reg. i, 22 : *Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum.* Moraliter, inimici nostri sunt motus concupiscentiae qui in nobis sunt, et movent continua bella. Rom. vii, 23 : *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ etc.* Hoc dohemus persequi et comprehendere et ligare, eis dominari et refranare. *Et non convertar, idest desistam persequi, Donec deficiant, a rebellione.* II Reg. viii, 1 : *Percussit David Phlistenos, et humiliavit eos.* Sed haec non deficient in vita ista : licet enim semper minuantur, nunquam tamen totaliter extirpantur. Exod. xv, 9 : *Ecoyanabo gladium meum, interfici et manus mea.* Allegorice dicitur de Christo, qui persequitur inimicos nostros Iudeos, et alios peccatores, puniens eos corporaliter et spiritualiter.

23. *Confringam.* Hie excludit eorum potentiam resistendi ; quasi dicat, Non resistent mihi, quia, *Confringam illos,* idest ita vires eorum diminuam, quod,

*Nec poterunt stare.* Ps. xxxv, 13 : *Ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec poterunt stare.* Job xxxviii, 15 : *Brachium excelsum confringetur, idest non durabunt adversum me, vel non poterunt resistere.* Levit. xxvi, 7 : *Persequemini inimicos vestros, et corrue coram vobis.* Et hoc ideo, quia venient in potestatem meam : et hoc est quod dicit, *Cudent subtus pedes meus.* Hoc etiam debemus nos facere de malis motibus et peccatis vel daemonibus. Malach. iv, 3 : *Calcabitis impios cum furint cinis sub planta pedum vestrorum.* Luc. x, 19 : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et supra omnem virtutem ini mici, et nihil vobis nocebit.* Gen. iv, 17 : \* <sup>sub te</sup> *Subtus te erit appetitus tuus, et tu domaberis illius.*

24. Et hoc totum est ex eo quia, *Et præcinxisti.* Hie agit de eorum totali de rectione : et commemorat duo. Primo divinum beneficium ; secundo finale eorum extremum, ibi, *Et comminuan eos etc.* Et quia ea quæ dixit, videntur ad gloriam suam pertinere, ideo attribuit ea Deo. Et primo excludit propriam virtutem ; secundo ostendit inimicorum dejectionem, *Supplantasti ;* tertio eorum auxiliis destitutionem, ibi, *Clamaverunt.* Dicit ergo : O Domine, tu fecisti hoc mihi, *Et præcinxisti me virtute ad bellandum, idest tota virtus quam habeo ad bellandum, est a te, non a me.* Isa. xi, 29 : *Qui dat<sup>\*\*</sup> lapsu virtutem, et his qui non sunt fortitudinem multiplicat, et robur.* Et *supplantasti insurgentes in me subtus me.* Ponit dejectionem inimicorum, de qua tria dixit : scilicet fugam, *dediti dorsum* : diminutionem, *Confringam* : et eorum easum, quia *cadent* ; et hoc Deo attribuit, non eodem ordine. Primo ponit easum inimicorum suorum : quasi dicat, inuici mei cadent, *subtus me.* Isa. xi, 30 : *Deficient pueri et laborabunt ; et juvenes de infirmitate cadent* : sed tu hoc fecisti : *Et supplantasti insurgentes in me subtus me, idest virtutem abutisti, ne possint mihi resistere.* Levit. xxvi, 8 : *Persequenter quinque de vestris centum alienos.* Secundo ponit fugam inimicorum, *Et inimicos meos dediti mihi deorsum.* Isa. xlv, 1 : *Dorsa regum vertam,*

Tertio agit de fractione : *Et odientes me disperdisti*, in gentibus quas non noverunt. *Clamaverunt*. Hic ostendit, quod omnino sunt desolati ; unde dicit, *Clamaverunt, nec erat qui salvo faceret*, quia nec auxiliū hominum habebant ; nec etiam deorum, quos ipsi dicebant creatorēs rerum. Hier. ii, 28 : *Ubi sunt dii tui quos fecisti ? Surgant, et liberent te in die afflictionis tuarū* ; unde sequitur : *Clamaverunt ad Dominum, nec exaudivit eos*. Isa. i, 15 : *Cum multiplicaveritis orationem vestras, non exaudiām vos.*

Sed contra. Isa. penit. 1, 24 : *Antequam clament, ego exaudiam*. Psalm. xc, 15 : *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum.*

Et dicendum, quando recta intentione quis clamat, sive oral, tunc exauditur ; et Deus suam orationem approbat et exaudit. Joan. ix, 34 : *Si quis Dei cultor est, scilicet recta intentione, hunc exaudit* ; sed quando simulata oratione et facta clamat ad Deum, non exaudit. Iac. iv, 3 : *Petitis et non accipitis, eo quod male petatis*, idest mala intentione, vel injusta petitione. Prov. i, 28 : *Tunc invocabunt, et non exaudiam : mane consurgent et non invenient.*

25. Consequenter ostendit eorum totalem destructionem ; unde dicit, *Et comminuām eos*. Quando pulvis projicitur, nullum vestigium remanet, quia ventus ipsum dispergit ; sic quando mali destruuntur, nullo modo remanent ; ideo dicit, *Et comminuām eos ut pulvrem ante faciem venti*. Psal. i, 4 : *Impii tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae*, scilicet sunt dispersi. Psalm. ix, 7 : *Perit memoria eorum etc.* Sed quia aliqui destruuntur aliando cum honore, ostendit quod mali sive peccatores viliter consumuntur et inhoneste ; unde dicit, *Ut lutum platearum delebo eos*. Job xx, 6 : *Si ascenderit usque ad cælum superbia ejus, scilicet peccatoris, et caput ejus nubes teligerit, quasi sterquilinum in fine perdetur*. Psal. lxxviii, 29 : *Deleantur de libro viventium*. Isa. xvii, 13 : *Rapietur sicut pulvis montium a facie venti* (scilicet peccator) *et sicut turbo coram tempestate*

Job xii, 12 : *Redigentur in lutum cervi-ces restra.*

26. *Eripies*. Supra commemoravit Psalmista inimicorum persecutionem<sup>1</sup>, et omninodam destructionem ; hic autem commemorat suam exaltationem, qua promota est in regem ; et circa hoc duo facit. Primo ponit exaltationem ; secundo gratiarum actionem, ibi, *Vixit dominus*. Circa primum duo facit. Primo proponit suam exaltationem super Judaos ; secundo ponit devotionem Gentilium, ibi, *Populum* ; tertio proterviam Judeorum, ibi, *Filiī alieni*. Hoc magis specialiter<sup>2</sup> pertinet ad Christum, quam ad David. Et ideo circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo liberatur a contradictione Iudeorum ; secundo quomodo datur ei protestas contra gentes. Dicit ergo, Non solū *odientes me disperdisti*, sed *cripusti me contradictionibus populi*. Si intelligatur de David, multum contradixerunt ei Iudei. II Reg. xx, 4 : *Non est nobis pars in David, Inequa hereditas in filio sui. Revertere in tabernacula tua Israel*. Et etiam Christo contradixerunt, ut patet in Evangelio. Hebr. xii, 3 : *Recognite eum qui telum sustinuit adversus semetipsum contradictionem etc.* Et ex hac ereptus fuit David, et etiam Christus. *Constitutes me in caput gentium* ; quasi dicat : Iudei nolunt me dominari super se ; sed tu me fecisti Dominum et Iudeorum et Gentium. Et hoc maxime convenit Christo, ut dicitur Eph. i, 22 : *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, que est corpus ipsius*. Deinde ponitur devota subiectio gentilium ; unde dicit, *Populus quem non cognovi servivit mihi* : populus scilicet extraneus, puta Ismaelitarum et Moabitarum, qui, ut habetur II Reg. viii, facti sunt ei sub tributo. Similiter et Christo : quia quos non cognovit visitando eos corporaliter, servierunt et obedierunt ei. Matth. xv, 24 : *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt dominus Israel*, scilicet corporaliter visitare. Vel, *Non cognovi*, idest adprobavi dando ei legem et prophetas. Isa. lv, 5 : *Ecce gentes quas nesciebas vocabis, et gentes quae te non cognoverint, ad te current*. In auditu au-

<sup>1</sup> Al. : « consecrationem. »

<sup>2</sup> Al. : « spiritualiter. »

*ris obedievit mihi* : quia licet non videant  
ine, ex solo auditu fidei per Apostolos  
obedierunt. Isa. lxxv, 4 : *Invenierunt me,  
qui non quesiernunt me.* Rom. x, 47 :  
*Fides ex auditu.* Vel, *In auditu vtris obe-  
dievit mihi*, quia statim cum audissent, si-  
ent dicitur Matth. iv, 22 : *relictis omni-  
bus scenti sunt eum.*

27. *Filiū.* Hic ponitur protervia Iuda-  
orum ; et vocat eos filios alienos, quia  
olim fuerunt filii generati a Deo per gra-  
tiam et doctrinam legis. Exod. iv, 22 :  
*Primogenitus meus Israël;* sed *tamen  
alieni facti sunt.* Isa. i, 2 : *Filios enutrivi  
et exaltavi.* Et sequitur, *Abalienati sunt  
retrorsum.* Et sunt alieni triplici ratione :  
*Quia mentiti sunt mihi*, quia *inveteravi*,  
quia, *claudicaverunt*. Alienatus quis a  
Deo, quando non servat fidelitatem : et  
quoniam ad hoc dicit, *Mentiti sunt mihi*,  
idest fregerunt pactum. Item quando non  
sequuntur patrum fidelium vestigia ;  
unde, *Inveterati sunt.* Res inveterata est  
propter interitum. Iste fuerunt a principio  
novi. i Paral. xii, 18, cum dicunt : *Tui  
sumus, ô David, et tecum filii Isai;* sed  
panulatim teperunt. Aliud est quando-to-  
taliter recedit : unde dicit, *Claudicave-  
runt a semitis suis*, quasi uno pede debili-  
les, vetus testamentum male servantes,  
et novum responentes. Vel si referatur ad  
Christum, *Filiū alieni mentiti sunt mihi*,  
quia pepigerunt pactum eum Deo : Exo.  
xxiv, 3 : *Omnia quecumque locutus est  
Deus faciens*; postea fregerunt : Ps.  
lxv, 3 : *Mentientur tibi in multitudine  
virtutis tuarum inimici tui.* Item virtus que  
fuit in patribus, in filiis non est : ideo,  
*Inveterati sunt* : Baruch iii, 11 : *Quid est,  
Israël, quod in terra inimicorum es, et  
inveterasti in terra aliena?* Item *Claudi-  
caverunt a semitis suis*, idest praeceptis  
legis : quia uno pede incedunt, scilicet  
*sensu litterali*, non *spirituali*. Item littera-  
liter etiam, *Claudicaverunt*, quia seque-  
bantur solum traditiones Pharisaorum :  
m Reg. xviii, 21 : *Usquequa claudicatis in  
duas partes? si Dominus est Deus, sequi-  
mihi eum.*

28. *Vixit.* Hic ponitur gratiarum actio :  
et circa hoc tria facit. Primo proponit  
eam. Secundo ponit ejus materiam, ibi,  
*Deus qui dat etc.* Tertio Prorumpit in

landes Dei ibi, *Propterea civit Dominus.*  
Et loquitur ad modum regis de Deo. Antiquitus modus salutandi regem fuit : *Vi-  
vat rex.* Hoe convenit Deo : ipse est vita  
eterna : Ps. xxy, 10 : *Apud te es fons  
vitæ.* Et ideo dicit, *Vixit Dominus.* Ezech.  
xxv, 10 : *Vivo ego, dicit Dominus Deus.*  
Ipse enim est dator vitae hominibus : Joan.  
i, 4 : *Quod factum est in ipso vita erat.*  
Item aliis optatur beneficio, sed ipse  
est ipsa beneficio, *Benedictus Deus meus.*  
Deus meus dicitur filius : Is. ix, 6 *Filius  
datus est nobis* : Ps. lxvi, 7 *Benedictus nos  
Deus, Deus noster, benedicat nos Deus* :  
Dan. vii, 26 *Benedictus es Domine Deus  
patrum nostrorum, et laudabilis et bene-  
dictus in secula* : et quia nos benedictio-  
nibus implet. Tertio optat ejus exalta-  
tionem : *Et exaltetur Deus salutis meæ*,  
idest auctor et dator salutis, gratia in  
presenti, et gloria in futuro : Ps. xlvi,  
5 : *Tu es ipse rex meus et Deus meus,  
qui mandas salutes Jacob.* Item ibid. lxvi,  
12 : *Operatus est salutem in medio terræ.*  
Non petit ut exalteatur in se, quia Altissi-  
mus est : Ps. 86 : Fundavit eam Altissi-  
mus ; sed ut exalteatur in cognitione nostra.  
Et dicit, *Salutis meæ*, idest qui me sal-  
vat : Isa. xlvi, 21 *Deus justus et salvans  
non est propter me* : Act. iv, 12 *Non est  
alium nomen datum hominibus sub celo.*  
Vel, Deus qui salvat me, exaltetur per  
sum effectum, ut salvet me non solum  
in infinito, sed etiam in excelsis : Matth.  
xxi, 9 : *Benedictus qui venit in nomine  
Domini, Hosanna in altissimis* : Eccli.  
xliii, 33 : *Exaltate illum quantum po-  
testis* ; major est enim omni loude : Psal.  
xcviii, 5 : *Exaltate Dominum Deum nos-  
trum et adorate seabellum pedum ejus  
quoniam sanctum est.*

29. *Deus.* Hic ponitur materia gratia-  
rum actionis, et pro beneficio liberationis  
a malo, et pro benificio promotionis ad  
bonum ; unde dicit, *Deus etc.* Et hoc po-  
test dici in persona Ecclesie : quia qui  
perseverunt eam, subjiciuntur sibi : Isa.  
ix, 13 : *Venient ad te curi pli corum  
qui humiliaverunt te, et adorabunt vesti-  
gia pedum tuorum.* Sicut Paulus qui con-  
demnavit Stephanum prostratus est :  
unde pia vindicta est, dum rebellis subdi-  
tur et humiliatur : ideo tu es *Liberator*,

JOAN. VIII, 36 *Si filius vos liberaverit etc.*  
 — *Meus de inimicis meis, non quali buscumque, sed, iracundis : Prov. xxvii, 4 : Ira non habet misericordiam : unde major gloria a ferventibus malis liberari. Et ab insurgentibus in me : Ps. xxvi 7 : Insurrexerunt in me testes iniqui etc. Exaltabis me. Ut ostendat Dei providentiam hoc dicit, idest, in quo credunt deprimere exaltantur : Phil. ii, 8 : Propter quod et Deus exaltavit illum : Gen. vii, 17 : Multiplicata sunt aquæ, et elevaverunt arcum in sublime. A viro iniquo eripies me, idest a fraudulentis : Ps. cxxxix, 2 : Eripe me Domine ab homine mado, a viro iniquo eripe me. Consequenter concluditur gratiarum actio propter predictas causas. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine etc., idest coram omni populo te laudabo : Tob. xii, 18 : Benedicte Deum cœli, et corum omnibus viventibus confi-*

temini ei. Et nomini tuo Psalmum dicam. In Psalmo intelligitur bona operatio : quia quidquid boni facimus, debemus facere in gloriam nominis Dei. *Magnificans salutes regis ejus. Hieronymus habet, Sic magnificanti et facienti tibi, scilicet magnificanti et facienti, secundum litteram nostram, Deus qui das vindictas. Et est Deus in quantum magnificans. Et ponit duo : unum ad statum regni, aliud ad personam, quia utrumque magnificatum est. Quantum ad primum dicit, Magnificans salutes Regis ejus, quia promovisti me ad regnum. Vel, Regis, idest Christi, per cuius nomen omnes salvantur : Act. iv, 12 : Non est aliud nomen datum etc. Quantum ad personam dicit, Et faciens misericordias Christo suo David et semini ejus usque in saeculum, quia multiplicavit semen suum sicut promisit.*

## PSALMUS DAVID XVIII

### 1. In finem.

Celi enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiant firmamentum.

2. Dies diei erunt verbum, et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquebæ neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terre verba eorum.

3. In sole posuit tabernaculum summum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exaltavit ut gigas ad currendam viam.

4. A summo cœlo egressio ejus. Et oculus ejus usque ad summum ejus, nec est qui se abscondat a calore ejus.

5. Lex Domini immaculata, convertens animas ; testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis. Justitiae Domini recte, letificantes corda ; praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

6. Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi : iudicia Domini vera, justificata in sempitipa.

7. Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum : et dulciora super mel et favum. Etenim servus tuus custodit ea : in custodiendis illis retributio multa.

8. Delicia quis intelligit ? ab occultis meis mundame, et ab alienis parce seruo tuo.

9. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, et emundabor a delicto maximo. Et erunt ut complacent eloquia oris mei : et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, Domine adjutor meus, et redemptor meus.

10. Supra Psalmista multipliciter egit gratias de beneficiis datis et speratis : hic

autem ex consideratione illorum beneficiorum consurgit in laudem benefactoris. Titulus patet, *In finem Psalmus David.* Secundum litteram refertur ad David ; secundum autem mysterium ad Christum, *In finem.* Dividitur autem Psalmus iste in duas partes. In prima enim commendatur Deus ex sua eruditione, quia nos instruit. Et hoc dupliciter. Una communi, quæ se habet aequaliter ad omnes : et haec per opera sua manifestatur : Rom. i, 20 : *Invisibilita Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspicuntur.* Alio speciali, per legislationem, quæ est solum ad fideles. Secundum, ibi, *Lex Domini immaculata.* Psalmus iste secundum veritatem exponitur de Christo, quia Apostolus de hoc auctoritatem ad mysterium Christi Rom. x, 18, inducit, *In omnem terram exirat etc.* Nihilominus tamen, sicut mysteria Christi representantur figuraliter quandoque in figuris veteris testamenti, ita quandoque figuraliter premonstrantur in figuris operum sanctorum. Et ideo primo exponetur iste Psalmus quoad figuram. Secundo quoad veritatem. Et primo loquitur de cœlis. Secundo de sole. Per cœlos Apos-

toli ; per solem Christus intelligitur. *In sole.* Carea hoc duo facit. Primo ponit doctrinam qua nos erudit Deus per caelos, quomodo cumque intellectos. Secundo excludit impedimenta hujus doctrinae, ibi, *Dies dei eructat verbum etc.* Duo necesse est cognoscere de Deo. Unum, scilicet gloriam Dei in qua est gloriosus. Secundo opera ejus. Si respiciamus corporales caelos, isti mutant nobis gloriam Dei : quia in eis est mira et ordinata distinctio, quae est quadam redundantia illius in firmitate glorie : Ecol. xliii, 10 : *Species coeli gloria stellarum, mundum illumina in excelcis Dominus.* Et quia sol illuminans per omnia respexit, et gloria Domini plenum est opus ejus. Et ideo intelliguntur isti caeli materiales indicare nobis gloriam Dei, non quasi animalia materialia, ut Rabbi Moyes dicit, sed in ejus pulchritudine qua multo magis indicatur eorum artifex. Et firmamentum demonstrat nobis, quantum Deus sit magnificens. Firmamentum dicitur caelum, ut dicitur Gen. 1, 8 *Vocavit Deus firmamentum caelum.* Secundum autem distinctionem dicitur caelum : et sic in caelorum distinctione apparet divina sapientia : si totum accipiatur simul, sic narrat ejus virtutem, et ideo dicit quod. *Celi enarrant, idest manifestant, gloriam Dei, et firmamentum manifestat opera manuum ejus,* per qua opera appetet ejus virtus. Secundum autem veritatem, per caelos intelliguntur Apostoli, in quibus tamquam in eolis habitat Deus. Et dicuntur caeli propter sublimitatem conversationis : Phil. iii, 20 : *Nostra conversatio in eolis est.* Item stellati, propter multarum virtutum abundantiam : Ecol. xliii, 48 *Species caeli gloria stellarum :* Is. ix, 9 : *Sicut exaltati sunt eolis a terra etc.* quia lucidi per doctrinam et exemplum : Matth. v, 16 : *Sic lucet lux vestra coram hominibus, ut vidant operam restra bona, et glorificant Patrem vestrum qui in eolis est.* Quia volubiles per obedientiam et discursum predicationis : Eeci. xxiv, 8 : *Gyrum caeli circuici sola, et in fluctibus maris ambulavi, et profundum abyssi penetravi, et in omni terra steti, et in omni populo et in omni gente primatum tenui.* Isti enarrant gloriam Dei, scilicet Patris, in qua est Christus. Et quia

Christus est aequalis Patri; et quod est Deus, et quod gratis peccata dimittit : Isa. lii, 3 : *Gratis venundati estis, et sine argento redimimini.* Item Apostoli dicuntur firmamentum, quia firmati virtute Spiritus sancti : Lue. ult, 49 : *Sedete in civitate donec induamini virtute et alto.* Et annuntiant opera manuum ejus, idest mirabilia que fecit Christus, scilicet natiuitatem, passionem, resurrectionem, et ascensionem : Eccli. xlii, 17 : *Nonne Deus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia ejus?* Isa. xlii, 5 : *Annuntiate hoc in universa terra.* Psal. xcvi, 3 : *Annuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.* Vel *Cœli enarrant,* quia eoli novam stellam miserunt, ortum Salvatoris mutantem : Matth. II : *Vidimus stellam ejus in oriente.*

2. *Dies.* Hic excludit impedimentum doctrinae : et excludit triplex impedimentum. Aliquando impeditur doctrina, ut non possit addisci, ex tempore : aliquando ex linguarum varietate : aliquando ex locorum diversitate. Primum impedimentum est de nocte : non enim est tempus legendi, cum sit tempus quiescendi : et secundum diversatem temporis convenient docere et discere. Et primo dicendum est de materialibus diebus qui causantur secundum naturam ex motu caeli : et ideo non solum substantiam caelorum oportet considerare, sed etiam motum firmamenti : et sic oportet accipere in hac vicissitudine sapientiam : Eccli. xxxiii, 7 : *Quare dies diem superat, et lux lucem, et annus annum a sole? A Domini scientia separati sunt,* idest dispositi supra. Et ideo dicit *Dies, succedens, dici eructat verbum,* idest manifestat ordinem et bonitatem divine sapientie, inquantum una dies est major alia etc. Una die est major astus quam alia : et sic de singulis. *Et nox.* Supra ostendit divinam sapientiam et ordinem dispositionis divine, quia ordinate nox nocti succedit : et dicit quia *Dies eructat,* quia tempus diei est tempus loquendi : et ideo est tempus verbi. Propter quod dicit, *Eructat verbum.* Sed tempus noctis est tempus meditationis propter quietem : et ideo in quiete noctis homo mediatur, et adinvicit multa ex quibus fit sciens : et ideo est

*sapien-*  
*tiam*

tempus scientiae. Et ideo dicit, *Et nox, succedens, nocti indicat scientiam*, idest Dei; quia in una nocte est alia dispositio temporis quam in alia: et hoc totum a scientia Dei disponente. Secundum veritatem Apostoli dicuntur dies: et hoc est quod dicit, *Dies*, idest Apostoli, eructat verbum, divinas sapientiae: *Diei*, idest perfectis: I Cor. n. 6: *Scientiam loquimur inter perfectos*: non enim omnibus omnia pradicantur; sed clara claris, sancta sanctis, magnis magna praedicant. Item Apostolus in quantum est nox, idest in carne vivens et mortalis, infirmitatis et ignorantiae rudium condescendens, tanquam nox indicat nocti, idest imperfectis, scientiam, sed de rebus humanis: I Cor. iii. 1: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulus in Christo lac vobis dedi, non escam.* Vel *dies*, idest Gabriel, *Eructat verbum diei*, idest Virgini Beatae proponit verbum Salvatoris; sed, *nox*, idest diabolus, *indicat scientiam nocti*, idest Eva: Gen. iii, 5: *Eritis siue dii, scientes bonum et malum.* Item secundo impedit doctrina, secundum varietatem linguarum; sed haec doctrina per hoc non impeditur, quia, *Non sunt loquela, neque sermones*: idest, quaecumque sint illae linguae seu nationes, possunt erudiri de divina sapientia et virtute: et hoc sive per celos, sive per Apostolos: sed secundum veritatem dicendum quod. *Non sunt loquela etc. Quorum non audiuntur verba eorum*, quia voces, sive predicationes, sive doctrina Apostolorum auditur a quolibet.

Sed de loquela Apostolorum duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod Apostoli una lingua loquebantur; sed alii omnes eos intelligebant.

Sed contra hoc est Apostolus I Cor. xiv, 18: *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor. Unde Non sunt loquela, in quibus non audiuntur loqui.* Loquela significant linguas principales; sed sermones significant varietates idiomatum in eadem lingua. Vel *loquela lingue, sermones sunt modi loquendi.* Est autem triplices modus loquendi: unus humilis, quem communiter loquimur; aliis, quando est coloratus; et aliis quando est ornatus tantum. Primus convenient docenti.

Secundus persuadenti. Tertius delectanti; et quolibet istorum modorum loquebantur Apostoli: Isa. xxviii 41: *In loquela labii et lingua altera loquar ad populum istum.* Item impedimentum doctrinae est diversitas et remotio loci: quia doctrina aliquando non vadit ad remotas partes; sed non ita est de ista; quia, *In omnem terram exiit sonus eorum*, scilicet colorum, vel Apostolorum: quia ubique est doctrina, qua coeli erudit: sed de Apostolis melius dicitur, quia dixit *Exiit, non exierunt, sonus*, idest fama, *et in fines orbis terra verba eorum.* Isa. xii, 5: *Cantate Domino, quoniam magnifice fecit; annuntiate hoc in universa terra;* Matth. ult. 49: *Euntes docete omnes gentes.* Et ideo dicit: *In fines orbis terre verba eorum*; quia sonus pervenit ad remota; et verba ad loca propinquia. Sed non est ita de Apostolis; immo etiam verba, idest distinctio soni, pervenit ad fines orbis terrarum, vel prophetia aliqua, vel fama miraculorum.

3. *In sole.* Supra Psalmista fecit mentionem de coelis; et hic ad ostendandam laudem creatoris agit de sole. Et sic ut per celos intelliguntur Apostoli, ita per solem intelligitur Christus: Malach. iv, 2: *Vobis timentibus nomen meum, orietur sol justitiae.* Et quedam prophetiae dicunt hoc de Christo sub figura solis; ideo primo ponit figuram per quam incipit veritatem de Christo explicare. Circa figuram tria ponit. Primo situm solis. Secundo motum, *Et ipse tamquam sponsus.* Tertio effectum ejus: *Non est qui se abscondat etc.* Primo sciendum est, quod haec diversa littera Hieronymi habet, *Soli posuit tabernaculum in eis*; quasi dicat: Ita coeli enarrant etc. Et pro eis, scilicet coelis, *posuit soli tabernaculum*, idest collocavit eum in celis. Ponitnr convenienter tabernaculum: quia hic mundus est locus viatorum, non habitantium in certo loco, quia sunt in continuo motu. Nostra autem littera habet, *In sole posuit tabernaculum suum.* Dominus alicuius domini pulchrius stat in civitate quam in rure; ita pulchrius in celo videtur tabernaculum Dei: et ideo dicit, *In sole posuit tabernaculum suum*; quasi dieat: Sol est ejus tabernaculum: non quod Deus in loco contineatur, sed

quia, ut Dionysius dicit, in sole maxime repræsentatur bonitas et virtus Dei, sive divina. De moto solis duo dicit. *A summo celo.* Nota quod loquitur de celo sicut est in motu suo, qui est finis noctis et principium diei. Et secundum quod est finis noctis, non est nisi exitus de occulto in manifestum : quia non oritur quasi tunc esse incipial, sed quia tunc manifestatur : et ideo assimilat cum sponso egredienti de thalamo : quia sicut occultatus sponsus in thalamo, sic occultatur sol de nocte ; ideo dicit, *Ipsa tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Secundum autem quod est principium diei, qualiter ponit : scilicet proprietatem sive efficaciam ejus, magnitudinem, velocitatem, et regularitatem motus ejus. Proprietatem, quia nox tristitiam indicat ; sed dies letificat : Psalm. xxix, 6 : *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum letitia :* et ideo dicit, *Exultavit.* Magnitudinem, quia magnus inter omnia corporalia particularia ; et ideo dicit, *Ut gigas, Velocitatem ; unde dicit. Ad currendam.* Regularitatem ; unde dicit, *Viam,* quia non exorbitat a rectitudine viæ, sicut aliqui planetæ. Item hanc similitudinem exponit, cum dicit, *A summo celo.* Et quod hic dicitur, potest dupliciter intelligi. Uno modo, quia sunt duo puncta secundum astrologos, scilicet summitas cœlorum, ubi sol est quando est in meridie, et punctus oppositus qui est angulum terræ, ubi est sol est in medio noctis : et hoc est quod dicit, *A summo celo egressio ejus,* secundum illos qui incipiunt diem a medio noctis, et occursus ejus usque ad summum ejus, quantum ad angulum cœli ubi est in meridie. Sed si ad unum punctum summum referatur, sic est unus punctus, ubi sol est in meridie. Et hoc est quod secundum astrologos plures dies computantur a medio diei : quasi dicat : A puncto meridionali est recursus ejus, scilicet solis, usque ad locum illum : Ecol. i, 5 : *Oritur sol et occidit, et ad locum suum revertitur.* Effectus ejus manifestatur enim dicit, *Nec est qui se abscondat a calore ejus ;* quasi dicat, Sol in meridiano ita exurit terram, et ita calidus est quod in aliis terris vix homo subsistit : Ecol. xliii, 3 : *In meridiano exurit ter-*

*ram et in conspectu ardoris ejus quis potest subsistere ?* Secundum autem rem significatam designantur mysteria Christi. Et primo designatur ipsius conceptio. Secundo nativitas. Tertio ejus progressus. Quarto ejus ascensio. Conceptio designatur, cum dicitur, *In sole posuit tabernaculum suum.* Est autem consuetum, quod per tabernaculum intelligitur corpus : Il Pet. i, 14 : *Scio quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus noster Jesus Christus significavit mihi :* Il Cor. v, 2 : *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus.* Quod ergo dicit, *In sole posuit etc.* idest corpus summi posuit in sole, idest in beata Virgine, que nullam habuit obscuritatem peccati : Cant. iv, 7 : *Tota pulchra es amica mea, et mala non est in te.* Vel in sole sunt tria. Luce, ardor, et distinguunt vices temporum. *In sole posuit tabernaculum suum,* idest in manifesto, quia cum invisibilis esset, per assumptionem corporis factus est visibilis : Jo. i, 14 : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Item *In sole,* idest ardore, *posuit tabernaculum suum,* idest corpus sumum, quia suscepit passibile : Isa. lxi, 4 : *Vergilius nos vos ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.* Item subiectit ipsum varietati : et quia secundum quod Deus erat aeternus, secundum quod homo factus est temporalis : Psalm. xxx, 16 : *In manibus tuis tempora mea.* Vel, *tabernaculum suum,* idest ecclesiam : Apoc. xxi, 3 : *Ecco tabernaculum Dei cum hominibus.* *Posuit in sole,* idest in manifesto : Matth. v, 14 : *Non potest civitas abscondi supra montem posita.* Nativitas designatur enim dicitur, *Ipsa tamquam sponsus procedens de thalamo suo.* Thalamus uterus virginalis est : de hoc sicut sponsus processit, quia in ea unione perpetua desponsavit humanam naturam : nuda in morte divinitas remansit unita animæ et corpori : Osee ii, 19 : *Sponsabo te mihi in fulo.* Processus via ejus describitur a jucunditate. Unde, *Exultavit,* interius scilicet cum letitia spirituali, quam uerba mors nec tristitia aliqua in sensualitate potuit perturbare : quia etiam in passione fruebatur : Isa. xlii, 4 : *Non erit tristis neque turbulentus :* quia ex tristitia sensualitatis nulla tristi-

<sup>certus</sup><sup>sortes</sup>  
<sup>merx</sup>

tia in parte superiori fuit : tamen tota<sup>1</sup> patiebatur secundum quod erat natura ; non autem secundum quod erat conversa ad Deum. Item describitur magnitudine : quia, *Ugigis*, gemina substantiae : quia natura divina in qua magnus : Ps. lxxvi, 14 : *Quis Dens magnus sicut etc.* et humana natura in qua etiam magnus : Lue. i, 32 : *Hic erit magnus etc.* A velocitate : quia salutem nostram operatus est in modico tempore : unde dicit, *Ad currendam viam* : Act. x, 38 : *Pertransivit benefaciendo et sanando, quasi velociter.*

4. *A summo.* Hic prosequitur de ascensione : et circa hoc tria facit. Primo ponit ascensionem debitam. Secundo ejus terminum. Tertio effectum debitum ponit. Primum, cum dicit, *A summo celo egressio ejus.* Naturale est cuilibet rei tendere in locum suum sibi connaturalem. Locus naturalis summus debetur ei qui habet summam naturam. Christus est natus a Patre habens summam naturam : Ephes. iv, 10 : *Qui descendit, ipse est qui et ascendit.* Et ideo dicit, *A summo celo egressio ejus*, scilicet per aeternam generationem. Et dicit, *A summo*, non ex aethereo vel empyreo, vel alio ; sed ab esse Trinitatis, quia est consubstantialis Patri, idem in essentia. Deinde ponit terminum. Dicit ergo, *Et occursus ejus usque ad summum ejus* : Jo. xvi, 28 : *Exivi a Patre, et veni in mundum : iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.* Sequitur effectus : *Nec est qui se abscondat a calore ejus.* Ephes. iv, 28. *Dedit dona hominibus.* Ibidem : *Ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia.* Sed quando est in altis, omnes calefacit. Sic Christus ascendens misit spiritum sanctum discipulis ; unde dicit, *Nec est quis se abscondat a calore ejus.* Spiritus sanctus calefacit : Can. vim, 6 : *Lampades ejus lampades ignis.* Sed numquid multi non recipiunt calorem ejus ? Dicendum quod sicut est de sole materiali, ita contingit de Spiritu sancto. Multi autem possunt se abscondere, et non recipere calorem solis, sed sol ex parte sua se exhibet omnibus ; sic Spiritus sanctus effunditur ubique, et petit ab omnibus recipi, nisi aliquis se

per malitiam abscondat. Vel *Non est qui se abscondat etc.*, quia licet peccator non recipiat eum, tamen non potest abscondi quin cognoscatur ab eo etc. Prov. xv, 11 : *Inferius et perdito coram Domino.*

5. *Lex.* Supra Psalmista egit de sua generali instructione, que fit per creaturas ; nunc agit de speciali que fit per legislationem : et circa hoc duo facit. Primo ponit legis commendationem. Secundo agit de delictis que committuntur contra legem, ibi, *Delicta quis intelligit.* Et convenienter post mysteria incarnationis Christi, agit de lege veteri, quia est per Christum impleta, et nova tradita : et circa hoc duo facit. Primo ostendit legis bonitatem sive rectitudinem. Secundo ejus suavitatem seu dilectionem, ibi : *Desiderabilia.* Circa primum tria facit. Primo commendat legem in generali. Secundo ea que in lege continetur, ibi, *Testimonium Domini.* Tertio commendat ea que adjacent legi, ibi, *Timor Domini.* Est autem considerandum, quod de lege Domini dicit duo : et quod est immaculata, et quod est convertens : et potest ad utramque legem referri, scilicet novam et veterem : et ponuntur ad diffarentiam legis humanæ, in qua quedam illicita permittuntur, sicut usura et prostituta ; non enim potest omnia corriger. Sed lex Domini non est talis, sed est *Immaculata*, idest omnia mala excludens : Psalm. xi, 7 : *Eloquia Domini, eloquia casta etc.* Job vi, 30 : *Non inveniatur in lingua mea iniuritatem, nec in fauibus meis stultitia personabit.* Item lex humana non extendit se nisi ad ea ad quæ se habet judicium humanum, scilicet tantum ad exteriora : I Reg. xvi, 7 : *Homo videt quæ apparent, Deus autem intuetur cor.* *• pars* Et ideo lex humana retrahit ab exterioribus, licet divina lex convertat cor ad Deum ; et ideo dicit, *Convertens*, non tantum exteriores actus, sed et *Animas*. Sed lex vetus hoc faciebat imperfekte, lex nova perfecte : quia lex vetus cohibet per penas temporales, quae coercent manus ; sed lex nova cohibet per penas aeternas ; quae coercent cor. Continentur autem in lege tria : testimonia, iudicia,

<sup>1</sup> Al. : « anima. »

et præcepta. Testimonia, quia lex divina procedit ex necessitate super aliqua credulitate : Heb. xi, 6 : *Accedentem ad Dominum oportet credere.* Et ideo necessaria sunt testimonia per quæ fides recta hominis probetur ; et ita in ea sunt testimonia et cæremonia. Et dicit de eis duo : quod testimonia sive præcepta habent aliquid fidele, et quod sapientiam praestant. Doctrinæ autem humanae habent aliquid non fidele, nec sapientiam praestant. Non fidele, quia antiquitus confinxerunt in legibus quedam falsa, secundum quod videbatur eis ad utilitatem civitatum : sicut quod quidam homines nati sunt ex diis, ut conciperent magnos animos ; et quod bene regentes transfererant ad Deos, ut animarent ad honum reipublicæ. Sed *Testimonium Domini*, idest doctrina, seu mandatum divinum, est *Fidele*, idest habet veritatem ; sed illud, scilicet doctrina illorum est falsa : Psalm. xcii, 5 : *Testimonia tua, Domine, credibilia facta sunt nimis :* et hoc ideo est, quia lex illa ordinat ea quæ sunt in vita ista tantum ; sed lex divina ordinat ad futuram vitam Rom. viii, 18 : *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis.* Testimonia proprie diéuntur in lege illa quæ generant auctoritatem præcipiens in corde subditorum, ut obedient præceptis ; ut quod Deus sit unus, et quod sit creator cœli et terra, et Iujusmodi. Et quia cæremonia præcepta sunt ex sola auctoritate divina debita, possent dici testimonia ; præcepta vero moralia fundantur in debito omnis virtutis ; judicia vero præcepta fundantur in debito, quod est inter homines quantum ad contractus. Lex autem illa humana non praestat sapientiam : aliqua enim sapientia est in humanis, ubi est aliqua veritas, ut philosophica : et quedam sapientia est qua utebantur sacerdotes in templo, et haec est falsa : et haec multis proponebatur ; sed illa philosophica paucis, sed divina *Parvulis*, quia populis : Dent. iv, 6 : *Hoc est sapientia vestra et intellectus corum populis.* Vel, *Parvulis*, idest humiliis : Matth. xi, 25 : *Abscondisti hoc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Justitia Domini recte*, seu judicia illa quæ dicun-

tur Exod. xxii, 4 : *Qui furatus fuerit bovem aut ovem etc.* Isa. xxvi, 7 : *Rectus callis justi ad ambulandum* : Prov. xxi, 15 : *Gaudium est justo facere justitiam, et pavor operantibus iniquitatem.* Et dicit duo de eis : quod recta, et quod iucunda. Recta, quia continent justitiam. Rectum dicitur justum : Prov. viii, 8 : *Justi sunt omnes sermones mei, et non est in eis primum quid, nec perversum : recti sunt intelligentibus etc.* Iucunda, non severa et perturbativa, quia sunt aequitati permixta ; unde dicit, *Lætificantes corda*, propter aequitatem et spem premii : Ps. cxviii, 162 : *Lætabor ego super eloquio tua.* Moralia vero præcepta sunt lucida et illuminativa ; unde dicit, *Præceptum Domini lucidum.* Lucidum dicitur, quia in se est manifestum et evidens, sicut hic. Non occides, non mœchaberis, non furturn facies, et similia : quæ habent in se claritatem, quod quilibet servare tenetur dicens, Prov. vi, 23 : *Mandatum lucrat, et lex lux.* Præceptum dicitur ad quod attenditur secundum imperium superioris ; et est de agendis, et importat debitum faciendo in eo cui præcipitur : quod quidem debitum est vel ex parte regulæ divinae quam tenemur sequi : et sic illud cadit sub debito, sine quo rationis ordo servari non potest : vel est debitum ex auctoritate præcipiens, cui obedire tenemur : vel ex parte finis, quem omnino volamus, qui est præstitutus nobis : et tunc cadit sub præcepto illud sine quo non possumus servare subjectionem ad præcipientem ; vel sine quo non possumus consequi finem intentum. Dicitur enim præceptum quasi præcise ceptum, scilicet ad agendum : quasi quod præcise teneamus illud agere : ideo tale præceptum est : *Illuminans oculos*, scilicet rationis, qui oculi tenebrescunt per cupiditatem exteriorum et concupiscentias interiorum passionum : et hoc removet præceptum Domini, et ideo illuminans oculos. *Illuminans oculos meos, ne unquam abdormiam in morte*, Psal. xi, 4.

6. *Timor.* Hic ponit quedam adjacentia legi : quorum unum est ex parte nostra, scilicet timor, qui inducit nos ad servandum præcepta : Eccl. ult 13 : *Deum time, et mandata ejus observa.* Et de timore

isto duo dicit. Primo dicit eum sanctum. Secundo dicit eum permanentem. Omnis autem timor ex amore causatur; quia illud timet homo perdere quod amat. Et ideo sicut est duplex amor, ita est duplex timor: quidam est timor sanctus qui causatur ab amore sancto: quidam non sanctus, qui a non sancto causatur. Sanctus amor est quo amatur Dens: Rom. v. 5: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Timor iste sanctus tria facit. Primo timet Deum offendere. Secundo recautat ab eo separari. Tertio se Deo per reverentiam subiect: et iste timor dicitur castus et filialis. Non sanctus timor est qui causatur ab amore non sancto, qui est mundi, et suipius; et de tali amore non sancto causatur duplex timor non sanctus. Servilis, qui est ex amore sui: et mundanus, qui procedit ab amore mundi: Matth. x. 28: *Nolite timere eos qui occidunt corpus etc.* De timore sancto: Ps. xxxiii, 40: *Tinete Deum, omnes sancti ejus, quoniam non est inopia timenteribus eum.* Mundanus timor non permanet nisi cum mundo: servilis permanet in malis in perpetuum, sed sanctus permanet in bonis. De hoc dicit Psalmus xviii, 40: *Timor Domini sanctus permanet in saeculum saeculi.*

Sed contra. *Perfecta charitas foras mittit timorem,* 1 Joan. iv. 18.

Dicendum, quod charitas expellit timorem servilem: sed filialis timor dupliciter permanet: scilicet in patria. Primo quantum ad sui premium: Ps. ix, 19: *Patientia pauperum non peribit in finem.* Non quod ibi sit patientia, quia non est ibi tribulatio, sed fructus ejus: et sic fructus timoris permanet: Eccl. i, 13: *Timenti Deum bene erit in extremis, et in die defunctionis sue benedicetur.* Vel manet secundum aliquem sui actum: non quod timeat offendere, quia ibi non timet peccatum nec separationem, sed quantum ad reverentiam, quia submittent se Deo, nec audebunt se ei aquare: Job. xxvi, 11: *Columnae cœli contrescant et pavent ad nutum ejus.*

Ex parte Dei est aliud, scilicet judi-

cium ejus: quod dicitur executio justitiae: Ps. xcii, 15: *Quousque justitia correrat in iudicium.* Et haec sunt secundum quod primit vel premiat; et ideo *Judicium Domini dicuntur vera et justificata:* vera propter rectitudinem, quia in eis semper est veritas: Rom. ii, 2: *Judicium Dei est secundum certitudinem in eos qui talia agunt:* non enim sequitur, *Testimonia humana,* sed *justificata in semetipsa dicuntur,* quia vel non sequuntur<sup>1</sup> aliam superiori legem, sed in semetipsa. Vel quia in semetipsa ipsa iudicia Domini habent evidenter justitiam: Ps. xxxvi, 6: *Educet quasi lumen justitiam tuam, et iudicium tuum tamquam meridiem.*

7. *Desiderabilia.* Supra Psalmista commendavit legem divinam quantum ad ejus rectitudinem; hic autem commendat quantum ad ejus suavitatem et jucunditatem: et circa hoc duo facit. Primo ponit ejus commendationem. Secundo talen commendationem probat, ibi, *Etenim servus tuus.* Prafert autem legem quantum ad desiderium anima omnibus rebus mundi. In rebus autem mundanis desiderantur exteriores divitiae et voluptates corporales. Et supra ista est delectatio legis Dei. Quantum ad primum dicit ista quæ dicta sunt: *Desiderabilia super aurum:* Prov. viii, 11: *Melior est sapientia cunctis opibus pretiosissimis, et omne desiderabile ei non potest comparari:* Ps. cxviii, 127: *Dilexi mandata tua super aurum etc.* Et tangit illa duo quæ homines desiderant; unde dicit, *Aurum;* et pompas, unde *Lapidem pretiosum.* Lapi-des pretiosi non serviant nisi ad apparentiam: unde ibi *multum* potest referri, vel ad lapidem, vel ad pretiosum. Item quantum ad secundum dicit, *Et dulciora super mel et favum:* Psal. cxlvii, 103: *Quam dulcia fuscibus meis eloqua tua!* *super mel ori meo.* Dicitur mel et favum, quantum ad delectationes corporales. Mel extrahitur a cera; sed favus est mel et cera. Delectationes corporales quandoque sunt manifestæ, et sic est mel; quandoque sunt absconditæ et dulciores, et sic est favus: Prov. ix, 17: *Aqua furtivæ dulciores sunt etc.* Vel præferuntur favo-

<sup>1</sup> Al.: « dicitur, quia vel non sequitur. »

propter vetus testimonium<sup>1</sup>, in quo est mel in favo, veritas in figura : meli propter novum ubi est veritas manifesta.

Sed numquid spirituales delectationes sunt delectabiliores ?

Dicendum est quod sic : et est triplex ratio. Una ex parte boni delectati quod est potius bonum, et ex causa delectationis, quod est maius bonum, ergo magis delectabile. Secunda ex parte potentiae delectantis, quia vis intellectiva est fortior sensitiva. Tertia ex modo delectationum. Corporales delectationes consistunt in fieri et in motu ; sicut in cibis et in aliis. Motus autem est quid imperfectum ; et quoddam futurum et praeteritum importat : quia non habetur totum simil. Spirituales autem delectationes non sunt in motu : quia consistunt in amando et intelligendo bonum, quod non est in motu ; sed per accidens plus desiderantur illae, in quantum abundant aliqui in sensu, et deficiunt in intellectu. Vel sancti homines plus diligunt praecepta Dei quam seipso. Et sancti designantur per aurum et lapidem pretiosum : I Cor. iii, 12 : *Si quis adiuvaverit super fundatum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos.* Item per mel et favum significantur illi qui alieni sunt a rebus mundi ; sed favus sunt illi qui adhuc rebus mundi delectantur : et tales, quia non sunt totaliter alieni, diligunt plus se quam praecepta ; alii diligunt plus praecepta quam se. Et hoc probat dupliceiter. Primo experimento. Secundo ex effectu. Experimento, cum dicit, *Etenim seruus tuus custodit ea* ; quasi dicat : Possum dicere quia dulcie sunt, quia probavi ea : nam ego diligo et experior ea. Nullus autem testimonium potest ferre nisi qui experitur : Joan. vu, 47 : *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina mea utrum ex Deo sit, mihi ego a me ipso loquar* : Job. xxiii, 41 : *Vestigia ejus sequutas est pes meus.* Ex effectu, id est remuneratione probat idem, cum dicit, *In custodiendis illis retributio multa* : Matth. v, 12 *Gaudete et exultate, quia merces vestra copiosa est in carnis.* Et non dicit pro custodia ; sed, *In custodiendis illis*, quia ipsa

custodia eorum est magna retributio, scilicet gloria cordis et munditia : I Cor. 12, 11 : *Gloria nostra haec est testimonium conscientia nostre.* Et sic commendatur lex ab honestate, quando dicit, *In custodiendis illis etc.* quia honestum idem est quod virtus ; et est per se appetibile<sup>2</sup>.

8. *Delicta.* Hic orat pro delictis illorum qui prefererent legem. Et primo ponit occultationem peccatorum. Secundo petit corum remissionem, ibi, *Ab occulis.* Tertio ponit rationem petitionis, *Si mei etc.* Dicit ergo : Legem frequenter offendimus, sed, *delicta quis intelligit?* quasi dicat, Nullus. Et hoc propter tria. Primo, quia delictum excusat oculos peccantis, unde non de facilis discernunt parva peccata : Sap. ii, 21 : *Excavat eos malitia eorum.* Secundo, quia peccata sunt multa : Psal. xxxix, 13 : *Circumdecerunt me mala quorum non est numerus; comprehenderunt me iniuriantes meæ, et non potui ut vidarem.* Item propter eorum subtilitatem : Ps. xxxix, 13 : *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, ex subtilitate : sed non dicit peccata, sed, Delicta.* Duplex est peccatum : scilicet transgressionis : et hoc facilis cognoscitur, quia homo seit se fecisse actum pravum. Item omissionis : et hoc difficile cognoscitur, quia haec non obligant ad semper, sed pro loco et tempore. Et distingue. Quando est locus et tempus, est difficile affirmare : et quando danda est eleemosyna, qualiter etc., et ubi. Consequenter ponit peccatorum remissionem. Est autem duplex genus peccati. Unum quod sumit initium a nobis ; et hoc est principale originale, et quae ex corruptione fomitis procedunt, ut peccata carnalia ; et haec animauit iniquitatem, quia conjugant eam rebus terrenis. Et ideo dicit, *Ab occulis meis munda me.* id est que ab occulta radice procedunt, vel que in occulto sunt, vel que a secreta voluntate oriuntur : Eph. v, 12 : *Quae in occulto sunt ab ipsis, turpe est et dicere.* Aliquando sumunt originem ab alio ; ideo dicit, *Ab alienis parce servo tuo.*

<sup>1</sup> AL. : *a testamentum.* <sup>o</sup>

<sup>2</sup> AL. : *a appetibiliis.* <sup>o</sup>

Sed numquid alicui imputatur alienum peccatum? Ezech. xym, 20: *Anima qua peccaverit, ipsa morietur.*

Dicendum, quod non, quando totaliter est alienum; sed quando transit ad te per imitationem: Ecel. xiiii, 4: *Qui tetigerit picrem, inquinabitur ab ea.* Vel persuasione, vel consensum: Pro. i, 10: *Fili mi, si te lactaverint peccatores, non acquirescas eis.* Vel per dissimilationem tempore et loco debito, tunc fit tuum, et imputatur: Rom. i, 32: *Non solum qui faciunt ea, digni sunt morte, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Et hoc maxime in prelatis quando dissimulant scienter sceleria subditorum. Et dicit, *Parce servo tuo*, quia haec peccata videntur in nobis ex divina ira provenire, quod scilicet huiusmodi occasionses peccati dentur nobis. Vel, *Ab alienis*, superbis hominibus: Psal. xvii, 46: *Fili alieni mentiti sunt mihi.*

9. *Si mei.* Hic ponitur ratio petitionis. Et primo ex parte David petit immunitatem a malo. Secundo perfectionem in bono. *Et eruit ut complaceant.* Petit autem immunitatem a malo. Et hoc duplenter: a futuro et a praeterito. Dicit ergo, *Si mei non fuerint dominati*, vel, *Dominita*, scilicet peccata Ps. c, 8: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae*, idest omnia peccata, quae terra dicuntur propter multas proprietates terrae. *Ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem*, idest omnes operationes iniquas. Vel *dominati*, scilicet superbii. Vel, *alieni* idest peccatores, vel demones qui dicuntur tunc dominari, quando pertrahunt ad consensum; Joan. viii,

34: *Qui facit peccationem, servus est peccati*; Si ergo, non fuerint dominati, tunc *immaculatus ero*, idest servabo me sine maenla peccati mortalis, et si non venialis: Job. xv, 44: *Quid est homo ut immundus sit?* De praeterito dicit, *Et emundabor a delicto maximo*; Is. i, 18: *Si fuerint peccata vestra sicut coccum, quasi nix dealbahuntur*; Job. xi, 44: *Si iniuriam quae est in manu tua abstuleris a te, et non permanebit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc levare poteris faciem tuam.* Vel *maximo*, scilicet superbia, quia est initium omnis peccati: Ecli. x, 4: *Non est maius peccatum, quam apostatare a Deo*: et hoc fit per superbiam. Unde peccatum quod est ex superbia, potius est eo quod fit<sup>1</sup> ex ignorantia, vel ex infirmitate: superbia namque est initium et causa omnis peccati; et qui caret illa, est vere immaculatus. Consequenter ponit illud quod perficit ad perfectionem in bono. Et primo oris; unde dicit, *Et erunt ut complacant eloquia oris mei.* Quamdiu homo est in peccatis, eloquia sua non placent Deo: Ecli. xv, 9: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*: Psalm. xlix, 16: *Percator autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* Item ponit perfectionem cordis quae requirit placentiam Dei; unde dicit, *Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*, idest coram Angelis: vel, qui intus vides et conscientiam inspicis. Et hoc dico, quia tu, *Domine, es adjutor meus*, in bonis agendis, *Et redemptor meus*, a malis cavendis: Isa. xliv, 22: *Revertere ad me, quia redemi te.*

## PSALMUS DAVID XIX

### 1. In finem.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis, protegat te nomen Dei Jacob. Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueat te. Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat.

2. Tribunal tibi secundum eorum tuum, et omnem consilium tuum confirmet.

3. Letabimur in salutari tuo, et in nomine Dei nostri magnificabimur.

4. Impiebat Dominus omnes petitiones tuas; nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum.

6. Exaudi et illum de celo sancto suo: in potentissimus salus dexteræ ejus. Illi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invocabimus.

6. Ipsi obligati sunt, et eccliderunt; nos autem surreximus, et erexit sumus.

7. Domine, salvum fac regem; et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

<sup>1</sup> Al.: « quam sit. »

1. In precedentibus Psalmis agebatur de liberatione a persecutione, et gratias egit pro liberatione; hic autem liberatus, vel in spe liberationis existens, petit ad majora promoveri. Dividitur ergo Psalmus iste in duas partes. In prima parte ponitur petitio exaltationis. In secunda proponitur promissio, ibi, *Domine in virtute etc.* Circa primum tria facit. Quia primo ponitur petitio. Secundo ponitur spes exauditionis, ibi, *Nunc cognovi.* Tertio ponitur conclusio Psalmi, ibi, *Domine salveum fac etc.* Circa primum duo facit. Primo ponitur petitio pro malis. Secundo pro promotione ab bonum, ibi, *Retribuat tibi.* Psalmus iste procedit alio modo quam premissi. In aliis autem Psalmis inducitur quasi oratio David pro se pertinentis; hic inducitur quasi oratio aliorum pro ipso: et quamvis' secundum litteram ea que hic dicuntur, aliqualiter referuntur ad David, tamen proprie et vere pertinent ad Christum. Secundum mysterium autem pertinent ad Ecclesiam et virum justum: et qualitercumque intelliguntur, circa istam partem Psalmus duo facit. Primo ponitur exauditio deprecantis. Secundo ponitur ratio exauditionis, ibi, *Protegat te.* Dicit ergo: O David, vel Christe, *Exaudiat te Dominus;* Mach. 4: *Exaudiat orationes vestras etc,* *Exaudiat te Dominus.* David passus est tribulationes, et Christus in passione similiter: et ideo dicit, *In die tribulationis et corruptionis.* Isa. xxxvii, 3: *Dies tribulationis, et correctionis, et blasphemie dies haec.* Et in hac exauditus est Christus pro se et pro aliis: Heb. v, 7: *In die cornis sur cum clamore valido et lacrymis offrens exauditus est.* Et justus homo dicit, *Cum tribularer, clamari et exaudiuit me.* Est ergo triple causa qua facit orationem exaudibilem. Prima est divina bonitas. Secunda sanctorum suffragia. Tertia proprium meritum: quia, ut dicitur Jo. ix, 34: *Deus peccatores non audit; sed si quis Dei cultor est, hunc exaudiit.* Ratio exauditionis ponitur, cum dicit, *Protegat te nomen Dei Jacob.* Prima causa, idest propter suum nomen, idest propter suam bonitatem. *Protegat te* si

referatur ad Christum. Si autem ad alios pertineat, sic ponitur. Deprecantem, *Protegat te nomen Dei Jacob.* Quem Denun ipse adoravit quando apparuit ei in Bethel: Gen. xxviii: Deus Jacob, qui terrenos ad caelos ducit, et de caelis auxiliatur terrenis. Iste ergo, *Protegat te:* Prov. xvii, 10: *Turris fortissima nomen Domini:* Psalm. xxx, 12: *Proteges eos in tuber- naculo tuo etc.* Hoc nomen est Omnipotens: Exod. xv, 7: *Qui potest salvare etc.* Item est nomen misericordie: Luc. i, 49 *Sanctum, idest misericordia, nomen ejus:* Can. i, 2: *Oleum effusum nomen tuum.* Sic ergo ex potentia et misericordia Dei protegimur: Isa. xlix, 2 *Sub umbra manus sue protexit me;* Psalm. xvi 8: *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Secunda causa, *Mittat tibi auxilium de sancto,* idest de collegio sanctorum. Et est duplex collegium sanctorum. Unum reguantum eum Deo in gloria: alind est militantium in terra; et ex utrisque adjuvamur, quia angeli intercedunt pro nobis: I. Jo. ii, 1: *Advocatum habemus,* scilicet collegium Angelorum: Apoc. viii, 4: *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Augeli, coram Deo.* Fumus est ex humore et calore. Item Christus, qui est rex eorum, pro nobis assistit: Heb vii, 25: *Accedens per sanctipsum ad Deum, ad interpellandum pro nobis.* Et ideo dicit, *Mittat tibi auxilium de sancto,* idest de filio incarnato, qui anagogice dicitur sanctus: Luc. i, 35: *Quod unseretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei;* Dan. ix, 21: *Unguentus sanctus sanctorum.* Vel, *de sancto,* idest de Christo passo, quia in passione sua sanctificavit se pro nobis: Jo. xvii, 19: *Pro eis sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate;* I Reg. xi, 9: *Cras erit vobis salus cum invenierit sol.* Vel, *mittat tibi auxilium de sancto,* scilicet de beatorum collegio: Psalm. xxi, 5: *Tu au- tem in sancto habitus.* Et de Sion tuatur de Sion, idest specula, idest de arce David, ubi erat area, tunc ibi celebatur Deus: quasi dicit: Ex precibus illorum qui speculantur in hoc mundo celestia, *Tuatur te,* idest faciat te esse tutum. Vel

e converso : *De sancto*, scilicet collegio eorum qui sunt in mundo, *Et de Sime*, scilicet illis qui sunt in gloria, *Tuncatur te*. *Vel, De sancto*, quantum ad eos, qui sunt in vita activa, *Et de Sime*, quantum ad illos qui sunt in vita contemplativa, omnium scilicet istorum precibus *tuncatur te*. Tertia causa est ut Deo sua opera sint plaeita : unde dicit, *Memor sit omnis sacrificii tui*. Omne opus bonum est sicut sacrificium : quia omnia debent Deo offerri : *I Cor. x, 31 : Omnia in gloriam Dei facite*. Ergo omnia nostra sunt sacrificium quodammodo : sive elemosyna : *Hebr.xm, 16 : Beneficentia et communione nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus*; sive jejunium : *Rom. xii, 1 : Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum*. In veteri quadam testamento quadam sacrificie fiebant, qua non totaliter comburebantur, sed pars ; et pars in usum offereuntum veniebat, sicut hostiae pacificeae quadam qua non totaliter comburebantur, qua dieabantur sanctissima, qua vocabantur holocaustum ab *olon* quod est totum, et *cauma* quod est incensum. Et ideo est duplex genus bonorum operum. Quadam qua dicuntur sacrificium, quando aliquis de bonis suis dedicat Deo, ut si quis conjugatus aliquibus diebus abstineat : *Eec. iii, 5 : Tempus amplexandi, et tempus longe fieri ab amplexibus*. Sed quando aliquis totum dat, nihil sibi reservans, vel totaliter continet, sic dicitur holocaustum ; ideo dicit, *Memor sit omnis sacrificii tui* : *Ps. r, 19 : Sacrificium Deo etc.* Et holocaustum tuum pingue fiat, idest acceptum Deo : *Eec. xxxv, 8 : Oblatio justi impinguat altare, et odor suavitatis est in conspectu Domini*. Et dicit, *Pingue* : quia holocaustum incendebatur et odorem faciebat, quia pinguis plus odoris habent. Et ideo qui plus devote sacrificium offert, magis est acceptum, quantumcumque sit illud. Haec referri possunt ad sacrificium Christi, qui totum se obtulit in ara crucis. Et sic, *Memor sit*, idest memores nos faciat esse passionis et mortis : *Thre. iii, 19 : Re-*

*cordare paupertatis et transgressionis meae, absinthii et fellis*. *Vel Memor sit bonorum operum nostrorum quae sacrificavimus ei*.

2. *Tribuat*. *Sopra* petit Psalmista orando promotionem in bonum, quod est<sup>1</sup> exterius desideratum; hic petit illud bonum quod est interioris petitum : et circa hoc duo facit. Primo petit impleri quod postulat. Secundo ponit rationem, ibi. *Lxtabimur*. Circa primum duo facit. Paimo petit illud quod est in interiori motu animæ, secundum voluntatem finis. Secundo petit impleri consilium de his quæ sunt ad finem. *Et omne consilium tuum etc.* Dicit ergo, *Tribuat tibi secundum cor tuum*, idest secundum voluntatem quæ est de fine ; quasi dicit : Perducat te ad finem quem intendis, qui debet esse Deus : *Prov. x, 24 : Desiderium suum iustis dabitur*. *Et omne consilium tuum confirmet*, hoc est de his quæ sunt ad finem. Consilia enim nostra, debilia sunt, quia non possumus providere omnia : *Sap. ix, 14 : Cogitationes mortaliū timide, et incertæ providentie nostræ*. Sed Deus est qui confirmat dirigendo consilium nostrum, quod debet esse de aternis petendis : *Io. xvi, 24 : Petite ut gaudium vestrum sit plenum* : Et dando efficaciam ad nostra consilia exequenda. Sed *consilium præcorum dissipat*, ut dicitur *Joh. v, 13*.

3. *Lxtabimur*. Illic ponitur ratio exauditionis. Deus libenter dat bona eis, qui communicant aliis : *iv, 10 Petri : In alterum illam administrantes*. Et ideo ratio exauditionis est, quando debet aliis bonum quod petitur, communicari. Et hoc fit primo quantum ad multorum laetitiam ; quasi, nos exaltati, *Lxtabimur in salutari tuo*, non in nobis. *Gregorius : Iustum est ut in se semper misericordem inveneriam, qui derelicto Deo in se gaudium quarebat*. *Et magnificabimur in nomine Dei nostri*, per invocationem ejus qui te exaltavit : *Sap. ult. In omnibus magnificasti populum tuum, et honorasti, et non despexisti, in omni loco et in omni tempore assistens ei*. Et ideo dicit, *Magnificabimur etc.*, idest magni erimus.

<sup>1</sup> Al. : « est bonum. »

*4. Impletat.* Hic agit de petitionibus exterioribus : et hoc quando Deus quae petimus exaudit, quia Christus pro nobis multas petitiones fecit, Joan. I : *Nunc cognovi.* Hic ponitur spes exauditionis, et dicit : Considerans quod de bono tuo multiplicabimur, *Nunc cognovi quoniam salvum fecit Dominus Christum suum*; ut intelligatur vel de Christo, per quem multi salvati sunt, vel de David, quem salvum fecit in predestinationem. *Nunc*, quasi ex nunc antequam fiat : I, 10 Petr. I *De qua salute exquisierunt prophetæ prænuntiantes quia in Christo sunt passiones, et posteriores glorias.* Et non solum est hoc quod salvum fecit Christum Jesum suscitando eum a mortuis, Psalm. xv, 10 : *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: et sic salvo capite salvabuntur membra; sed exaudiens illum, scilicet Christum oravimus pro membris : Jo. xi, 42 : *Pater scio quia semper me audis.* Vel David.

*5. Exaudiens.* Hic commendatur virtus exaudientis. Et primo ponit virtutem. Secundo experimentum virtutis, ibi, *Hic in curribus.* Potentatus dicit multitudinem potentiae. Potentatus est opus validum dominatoris. Et potest referri ad homines, ut sit sensus, *Salus dexteræ tuæ*, qua salvas Christum et nos per eum, appetet *In potentiaibus*, idest in omni loco, qui virtuose et potenter est in nobis. Vel potest referri ad Deum : et sic, *Salus dexteræ tuæ est in potentiaibus*, idest in magnitudine potestatis tue : Ps. lxviii, 7 : *Qui educit vincos in fortitudine.* Et dicit, *Dexteræ*, quia duplex est salus Dei : Una, scilicet sinistra, qua salvat in temporibus, bona temporalia largiendo : Ps. xxxv, 7 : *Homines et iumenta salvabis Domine*; Alia est salus dexteræ, que est aeternorum, qua salvat justos, dona tribuendo : Sap. x, 17 : *Reddidit Deus mercenari laborum sanctorum suorum.* Consequenter ponit experimentum virtutis. Et primo ponit diversitatem fiduciae et glorie que est in hominibus. Secundo ponit eventum utrumque, ibi, *Ipsi obligati sunt.* Est enim duplex genus hominum. Quidam enim ponunt totam spem suam in potentia seculari : contra quos dicitur Hier. xvii, 5 : *Maledictus homo, qui confidit in homine* : Ps. lxi, 8 : *Vide-*

*bunt justi et irridebunt,* "et dicent etc. Qui cum bunt ponunt spem in Deo : Psalm. cxvii, 9 : *Bonum est sperare in Domino.* Et ideo dicit, *Hic in curribus, et hic in equis*; quasi dicat : Quidam confidunt in potentia seculari, de quibus dicitur : *Hic in curribus etc.* Vel referunt ad pugnam, vel ad triumphos; quia quidam pugnant in curribus, quidam in equis : Exod : *Ingressus est Pharaon cum curribus et equitibus.* Vel ad triumphos, et tunc non confidunt, sed gloriantur : quia secundum *Glossam*, antiquitus erat duplex genus triumphi : unus major, alter minor. Primus dicebatur laureatus, quia vicer coronabatur lauro; et hoc siebat in curru. Secundus dicebatur ovatio; et siebat in equo. Quasi dicat : Quidam gloriautur in magnis, quidam in equis, ut in ovatione. «Ovo ovas» idem est, quod laetari; et est tractum a peritis qui latentur quando datur eis ovum. Sed nos magnis, idest gloriari in nomine Domini. Triumphus dicitur a «tris», quod est tres, et «phonos», quod est sonns; quia triplex sonns reverentibus victoribus exhibebatur. Primo enim totus populus ei obviam exibat. Secundo omnes captivi sequentur currum ejus ligatis manibus. Tertio ipse inditus tunica Jovis sedebat in curru quem trahebant quatuor equi albi; et sic ducebatur ad Capitolium. Sed in curru ponebatur eum eo servus quidam, qui colaphizabat eum dicens : *Cognosce te ipsum.*

*6. Ipsi.* Hic ponitur versus eventus, quia est eventus malorum. Hieronymus habet : «Incurvati» et tunc planum est, quia incurvatio est via ad easum, et sic potentia mundi paulatim deficit. Vel, *Obligati*, quia bona temporalia ligant, et maxime peccatores : Sap. xiv, 14 : *Creaturae Dei facte sunt in odium et in miscipulum pedibus insipientum*, idest peccatorum. Unde dicit, *Et ceciderunt*, quia finaliter conterentur : Isa. viii, 15 : *Cadent, et conterentur; et irrientur, et capientur.* Item eventus potentie, cum dicit, *Nos autem surreximus paulatim*: Michael. vii, 8 : *Cecidi, consurgam; cum in tenebris sudero, Dominus lux mea est.* Et erecti sumus. Sicut inclinatio est via ad easum, ita erectio, est via ad rectitudinem status. Et hoc in sanctitate est.

7. *Dominus.* Ponitur conclusio totius istius Psalmi : qui quidem ad duo videtur tendere. Quia vel petit pro Christo vero, vel pro Christo figurative. Quantum ad primum dicit, *Domine salveum fac regem,*

idest Christum. Vel pro David. Et sic deprecatur pro ipsis orantibus. *Exaudi nos in die qua invocaverimus te :* Ps. cxxxvii, 3 : *In quacumque die invocavero te, exaudi me.*

## PSALMUS DAVID XX

1. *In finem.*

*Domine, in virtute tua letabatur rex, et super salutare tuum exultabat vehementer.*

2. *Desiderium cordis ejus tribuisti ei, et voluntate laboriorum ejus non fraudasti eum.*

3. *Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulem : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretiosa. Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitudinem dierum, in seculum et in seculum seculi.*

4. *Magna est gloria ejus in salutari tuo : gloriam et magnam decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi : beatitudinem eum in gaudio cum vultu tuo.*

5. *Quoniam rex sperat in Domino, et in misericordia Altissimi non commovebitur.*

6. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, et dextera tua inveniat omnes qui te oderunt.*

7. *Pone eos ut elibano ignis, in tempore vulneri tui : Dominus in ira sua conturbabit eos, et devorabit eos ignis.*

8. *Fructum corum de terra perdes, et semen eorum a filiis hominum.*

9. *Quoniam declinaverunt in te mala : cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, in reliquis tuis preparabis vultum eorum.*

10. *Exaltare, Domine, in virtute tua ; cantabimus et psaltemus virtutes tuas.*

1. Supra in praecedenti Psalmo facta est petitio pro exaltatione regis : hic autem quasi exauditus prenuntiat eam. Titulus, *In finem psalmus David.* Dividitur ergo Psalmus iste in duas partes. In prima prenuntiat regis exaltationem. In secunda hostium dejectionem<sup>1</sup> ibi, *Inveniatur.* Carea primum tria facit. Primo prenuntiat regis gaudium. Secundo ponit cansam gaudium, ibi, *Desiderium.* Et tertio meritum causae, ibi, *Quoniam rex sperat in Domino.* Hic psalmus exponitur de Christo qui est rex, et de David qui fuit ejus figura; et ideo de utroque potest exponi; de Christo secundum veritatem, de David secundum figuram. Est ergo duplex gaudium: unum de Deo, aliud de Dei beneficio. Quantum ad primum dicit :

*O Domine Deus pater, rex, idest Christus, letabatur in virtute tua, idest tue divinitatis : Ps. lxxi : Deus iudicium tuum regi da.* Et tunc laetus est, quando vicit diabolum, et mortem morte sua : et quando fecit miracula, et quando ascendit in celum : Ps. xlvi, 9 : *Ascendit Deus in jubilo : Isa. i, 24 : Regnabit rex et sapiens erit etc.* I Cor. i, 24 : *Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.* Similiter si dicatur de David : *O Domine Deus, rex, sciencie David et alii sancti, letabuntur in virtute tua : Can. i, 3 : Lætabimur et exultabimus in te : memores uberum tuorum.* Quantum ad secundum dicit. *Et super salutare tuum etc.*, idest super adoptionem salutis per te factae. Praecipue Christus exultabit per hoc, quod per eum salvas genus humanum :<sup>2</sup> Matth. i, 21 : *Ipse salvum faciet populum suum.*

2. *Desiderium.* Hic ponitur causa gaudii, quae est impletio desiderii : Prov. xiii, 19 : *Desiderium si compleatur, delectat animam.* Sicut se habet desiderium ad gaudium, sic motus ad quietem, ad quam per motum pervenitur. Unde primo ponitur impletio desiderii. Secundo ponitur in quibus desiderium implevit, ibi, *Quoniam prevenisti.* Est autem duplex desiderium : unum quod est tantum in corde, aliud quod exprimitur ore : et utrumque impletur, quia Deus antequam oretur, exaudit. Quantum ad primum dicit, *Desiderium cordis ejus tribuisti ei : Luc. xxii, 15 : Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum ;* et dicitur de quolibet viro justo. Quantum ad secundum dicit, *Et voluntate laboriorum ejus, idest quam expressit per labia : Non fraudasti eum, quia exaudiisti eum : Heb. xlii, 10 : Exauditus est pro sua reverentia : Is. xlvi, 10 :*

<sup>1</sup> Al. • delectatione. »

<sup>2</sup> Parm. : « Luc. i. »

*Consilium meum stabit, et omnis voluntas  
mea implebitur.*

3. *Quoniam.* Ille ponit in quibus impletur desiderium. Et primo dicit de impletione desiderii cordis. Secundo de impletione desiderii orationis, quod idem est quod desiderium labiorum: et ideo primo ponit beneficium spirituale interius, quod est beneficium gratiae<sup>1</sup>: et quantum ad hoc dicit, *Quoniam prævenisti cum in benedictionibus dulcedinis.* Benedicere est bonum dicere; et dicere Dei est ejus facere. Unde in benedictione Dei intelligitur infusio bonitatis: Gen. xvii, 20: *Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum etc.* Et xvii, 20 *Benedicam ei, et multiplicabo eum, et augebo eum valde.* Haec ergo benedictio est dulcis: Sap. xii, 1: *O quam bonus et suavis est spiritus tuus in nobis!* Ergo, *In benedictionibus dulcedinis,* idest in bonis gratiae, et in immunitate a peccatis, *Prævenisti eum,* idest Christum, tempore: quia a principio conceptionis fuit plenus omni gratia: Jo. i, 14: *Vidimus eum plenum gratia et veritate, quasi unigenitum a Patre:* quia quam cito concepsit, fuit unitus divinae naturae, et tam cito fuit plenus gratia. Item, *Prævenisti eum,* quantitate: quia praे omnibus aliis gratiam accepit, et non ad mensuram. Sancti etiam dicuntur præveniri: I. Jo. iv, 10: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos:* Sap. vi, 14: *Præoccupat eos qui se concupiscunt.* Et sic in figura Christi David speciali gratia præventus est: quia unctus fuit in regem, cum adhuc esset puer, antequam ipse cogitaret de regno. Beneficium exterius ostendit dicens, *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.* Si haec referuntur ad Christum, tunc est sensus. *Posuisti in capite ejus coronam de lapide etc;* id est fecisti eum regem. Corona autem est signum regiae dignitatis: quia, ut dicitur Isa. xxxiii, 17: *Regem in decoro suo videbant:* Cant. iii, 11: *Egredimini filie Sion, et videte regem in diademe, quo coronavit eum mater sua:* id est divinitas. Propter hoc dicit, *De lapide pretiosa,* id est de divinitate: quia *Regnum suum*

*non est de hoc mundo,* Jo. xviii, 36: Hieronymus: *De auro obuizo,* id est purissimo: Apoc. vi, 2: *Data est ei corona.* Vel *corona de lapide pretioso* sunt Apostoli: qui dicuntur lapides pretiosi propter pretiositatem doctrinae: Apoc. xii, 1: *In capite ejus, scilicet Christi, corona stellarum duodecim.* Eccli. xxv, 1: *Corona secum multa peritia.* Unde caetus Apostolorum est quasi corona Christi. Vel *posuisti in capite ejus coronam,* id est Ecclesiam: Prov. xii, 4: *Mulier, id est ecclesia, diligens corona est viro suo,* id est Christo. Vel potest dici hoc de quolibet sancto: quia corona, sive merces, est ipse Deus: Isa. xxviii, 5: *In die illa erit Dominus corona gloriae.* *De lapide,* propter soliditatem, pretiosum, quia David ad litteram ab ipso Deo coronatus est. Consequenter ostendit, quomodo impletur petitio labiorum ejus: unde dicit, *Vitam petiū a te,* quando petiū a te resurrectionem: Ps. xlii, 1: *Tu autem Domine miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis.* Et hoc datum est ei: Ps. ii, 8: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem:* Lue. xi, 10: *Omnis qui petiū accipit.* Similiter etiam quilibet sanctus petiū hoc, scilicet vitam et maxime vitam aeternam: Ps. xxvi, 4: *Unum petiū a Domino, hanc requiram etc.* et David similiter hoc petit. Secundo ostendit quomodo impletur petitio quadam alios; unde dicit, *Tribuisti ei etc.* Petiū quod corpus ejus, scilicet Ecclesia, servetur in *Longitudinem dierum:* Et hoc ei tribuit Deus. Matth. ult. 20: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Hoc etiam petebat David vii, 19 Reg. ii: *Insuper locutus est de domo serui sui in longinquum.*

2. *Magna.* Ille ponit consummatio bonorum: et circa hoc duo facta. Primo ponit magnificationem istius regis preventi, in quo inchoata est benedictio. Secundo exponit magnitudinem, ibi, *Gloriam et magnum decorum.* Dico quod *Prævenisti cum etc.* sed adhuc plus: quia, *Gloria ejus, scilicet Christi et hominis,* est magna in salutori tuo, id est in Verbo cui unita est natura humana. Vel, *Magna est gloria ejus, apud hominios:* et hoc, *In sa-*

<sup>1</sup> Al.: « dulcediu[m]. »

*butari tuo, quia suscitasti eum : Hebr. v, 7 : In diebus carnis sui precer supplcationesque etc.* Vel *Magna est gloria eius in salutari tuo, idest in auxilio tuo : in quo institutum est, ut habeat magnam gloriam : et hanc exponit quantum ad tria.* Primo per comparisonem ad seipsum ; et ideo dicit, *Gloriam et magnum decorum imposuisti super eum, quidem decor impositus est super Christum in sua resurrectione, et gloria in aliorum admiratione.* Vel ut acripatur pro eodem, *Gloriam et magnum decorum imposuisti super eum : Job xi, 5 : Circumda tibi decorum, et in sublime erigere, et esto gloriosus.* Secundo in comparatione ad alios ; unde dicit, *Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi, quia per ipsum derivata est benedictio in omnes alios : Gen. xvii, 18 : In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Tertio in comparatione ad Deum ; unde dicit, *Lætificabis eum in gaudio cum cultu tuo, idest lætificat Christum hominem lætitia semi-piterna : Et in cultu tuo, idest in visione vultus tui : Ps. xv, 11 : Adimplebis me lætitia cum cultu tuo.* Vel gloriā impo-suit super eum, quando sanctis suis dedit facere miracula : et hoc super Christum, quia totum ad gloriam Christi factum est, scilicet quod benedixit eis, et quod perduxit eos, ad visionem suam : Isa. lxvi, 14 : *Videbitis, et gaudebit cor vestrum : Joan. xvi, 22 : Gaudium vestrum nemo tollerat a vobis.*

5. *Quoniam.* Supra Psalmista nuntiavit regis Christi exaltationem ; hic autem meritum est, quia Christus secundum quod homo, et quilibet justus non ponit nisi in Deo spem suam : *Hiere: xvii, 7 : Benedictus vir qui sperat in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.* Et ideo quia speravit in Domino, *Non commovebitur : Psal. cxxiv, 1 : Qui confidunt in Domino etc.* Quia spes in Deo est firmamentum : *I Mach. ii, 61 : Omnes qui sperant in eo, non infirmantur.* Ideo haec comparatur anchorae. Sed notandum, quod tria sunt quae debent movere ad sperandum in Domino. Primo divina providentia. Homo non consuevit sperare in illis ad quos sui

cura non pertinet. Ad Deum autem pertinet cura nostra : ideo dicit, *Sperat in Domino, cuius est gubernare.* Secundum est misericordia : *Lue. i, 50 : Misericordia ejus a progenie in progenies.* Tertium est potestas ; et ideo dicit, *Altissimi : Ps. xc, 1 : Qui habitat in adjutorio Altissimi.*

6. *Inveniatur.* Supra prænuntiavit Psalmista regis exaltationem ; hic autem agit de hostium dejectione : et circa hoc duo facit. Primo ponit hostium dejectionem. Secundo infert conclusionem, ibi, *Ereditate.* Circa primum duo facit. Primo proponit pœnam hostium. Secundo culpam, ibi : *Quoniam etc.* Circa primum duo facit. Primo ponit inflictionem pœnae. Secundo ipsam pœnam, ibi, *Pones etc.* Inflictor pœnae est manus Dei ; unde dicit, *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Hieronymus habet : *Inveniat manus dexteræ Dei inimicos odiens* ; sed hoc videtur repetitio Psalmiste, quia idem est manus et dextera Dei, et inimicus et odiens. Et consuetum est in Psalmis<sup>1</sup>. Vel si distinguatur, omnis dextera ejus est manus ; sed non omnis manus, dextera. Per manus ergo Dei intelligitur potentia Dei operativa : et haec est quædam dextera quæ exaltat bonos in spiritualibus bonis. Prov. iii, 2 *Longitudo dierum in dextera ejus.* Sinistra est, quia punit malos, et largitur temporalia. Ibidem : *In sinistra illius dicitur.* Dicit ergo, *Manus,* idest potentia, *inveniatur,* idest tradet ad votum, *omnes inimicos.* Isa. ix, 12 : *In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.* Et *Dextera;* quia hoc quod Deus punit malos, pertinet ad dexteram, inquantum talis punitio ordinatur ad salutem electorum. Sic ergo inquantum punit malos, dicitur manus ; et inquantum ordinatur ad bonum justorum, dicitur dextera. Vel *Dextera* est Christus est manus ; unde, *Manus tua,* idest Christus, *inveniatur,* idest cognoscatur in bonum ab his qui sunt amici tui, scilicet gentibus. Rom. lxv, 4, x : *Invenierunt me qui non quæsierunt me.* Vel in malum *Inveniatur etc.,* idest cognoscatur, *Ab inimicis tuis,* idest Judæis in judicio, cum venerit ad

<sup>1</sup> Al. : a ipsa. »

judicium. Lue. xxi, 27 : *Videbunt filium hominis venientem eis. Et dextero tua, id est filius tuus, invenerat, id est puniat, omnes qui te oderunt.*

7. *Pones.* Hic ponitur pona hostium. Et primo quantum ad bona eis sublata, ibi, *Fructum.* Ponit autem triplicem ordinem pœnae : et si referatur ad mysterium patet : quia in futuro judicio erunt tria. Primo erit ignis incendens superficiem mundi. Psal. xcvi, 3 : *Inflammabit in circuitu inimicos ejus* : ideo dicit, *Pones eos ut cibarium ignis, scilicet, in tempore virtutis tui, id est Christi, quo tempore apparabit ad judicium.* Ps. xvi, 2 : *De virtu tuo judicium meum prodeat etc.* Et dicit, *Ut cibarium, quasi undique igne oppressi.* Matth, xi, 30 : *Sicut ferum quod hodie est, et cras in cibarium mittitur.* Vel *Ut cibarium,* id est in se ignem continentis ; et per hunc intelligitur ignis quem mali patientur interius pravae cupiditatis et iracundiae. Bona affectio est bonus ignis. Thren. : *De excelso misit ignem in ossibus meis etc.* Mala affectio est malus ignis. Ps. lxi, 9 : *Supercedidit ignis, et non riderunt solem,* id est semper ardent in conscientia impietatis sua. Osea vi, 4 : *Omnes adulterantes quasi cibarium succensus a coquente.* Adulterantes omnes sunt, quicunque alii quam Deo se conjungunt inordinate. Coquens est diabolus, qui malas cogitationes ministrat ligna. Thren. ult. v, 10 : *Pellis nostra velut cibarus exusta est a facie tempestatum fumis.* Et hoc, *in tempore virtutis tui,* id est in tempore manifestationis tue ad judicium. Secundo ponitur disceptatio judicij : in qua improperebit impiis peccata, et profert sententiam damnationis, sive vocaliter, sive mentaliter. Et ideo *Dominus in ira sua conturbabit eos,* id est turbationem inducit tristitia de malis illatis, et de bonis sublati ; tertio ab igne involventur : unde, *Et devorabit eos ignis.* Job xx, 26 : *Devorabit eos ignis, qui non succendorunt,* scilicet humano flatu ; sed succendorunt virtute divina : unde Hieronymus habet, *Dejecisti eos.* Haec omnia possunt satis David convenire.

8. *Fructum.* Hic ponitur privatio bonorum.

rum. Bona que habent homines in hoc mundo, quædam sunt quibus cupinunt homines in hac vita frui, et quidam desiderant dimittere post se : et utraque perdent. Et ideo quantum ad primum dicit, *Fructum eorum de terra perdes,* quo frui querebant. Sap. iii, 11 : \* *Vana est spes etc.* Rom. vi, 21 : *Quem fructum etc.* Quantum ad secundum dicit, *Senem eorum scilicet peribit,* *A filiis hominum scilicet a societate sanctorum.* Isa. xiv, 22 : *Perdim\*\* Babylonem etc.* xiv, 20, *Onus opus Babylonia corruptibile in fine deficiet.* Sap. iii, 19 : *Nationis enim iniquæ dire sunt consummationes etc.*

9. *Quoniam.* Hic ponitur culpa peccatorum, et describitur quantum ad duo. Primo quantum ad conatum operis ; et quantum ad hoc dicit, hic, *Quoniam declinaverunt etc.* : quia licet non possint facere, tamen conantur quantum possunt mala inferre. Ps. xxxiv, 12 : *Retribuerunt mala mihi.* Vel, *Declinaverunt,* quia mala eis imminentia volunt aliis inferre. Imminebat enim duplex malum Judeis : scilicet malum pœnae : et hoc in Christum retrorquere conati sunt, quando, ne Romani auferrent dominium, occiderunt Christum. Secundo imminnebat eis malum culpe. Jo. vii, 44 : *Vos ex patre diabolo estis,* et hoc torquebant in Christum quando dicebant. Jo. viii, 48 : *Nonne bene dicimus etc.* Ipsi demoniaci erant, et Christo peccatum imponebant. Secundo describitur culpa Judeorum sive peccatorum quantum ad conatum cogitationis ; unde dicit, *Cogitaverunt consilia etc.*, id est cogitaverunt ut fidem ejus destruerent. Hier. xi, 19 : *Cogitaverunt \*\*\* consilium etc.* De \*\*\* *consilia* hoc ligno dicitur Sap. xix, 7 : *Benedictum est lignum per quod fit justitia :* sed non stabilierunt, id est non potuerunt perficere cogitatum. Isa. viii, 10 : *Intra consilium, et dissipabitur etc.* : quare? quia non est consilium contra Dominum. Prov. xxi, 30 El rationem hujus dicti assignat, quare non stabilierunt consilium contra, dicens, *Dorsum.* Littera Hieronymi plauior est : *Quoniam pones eos humerum, finium tuorum firmamentum contra faciem, corum.* Dupliciter contingit quod hostes

\* AL : \* fines tuos firmabis contra facies, et

sic infra. \*

contra aliquem consilia non stabilinunt. Uno modo, si ab eo vincuntur. Alio modo, si fiues hostium sint firmati; et ideo dicit, *Non poterunt stabilire consilium eorum : quoniam pones eos dorsum, idest fugient ante te.* Item *finium tuorum firmamentum contra rororum faciem.* Hoc spiritualiter intelligitur de Christo, cuius nullus potuit irrumpere fiues. Joan. x, 28 : *Non rapiet eas quisquam de manu mea.* Et in littera nostra habetur, *In reliquiis tuis preparabis vultum eorum,* idest contra vultum eorum, secundum *Glossam.* Supra Psalmista posuit pœnam malorum futuram; hic autem ponit<sup>1</sup> pœnam eorum praesentem. Et est duplex pena spiritualis, quæ est in anima : scilicet secundum aversionem a Deo, et secundum conversionem ad malum. Quantum ad primum dicit, tu secundum tuam providentiam, *Pones eos dorsum.* Quantum ad secundum dicit, *In reliquiis tuis preparabis vultum eorum.* Et hoc multipliciter exponitur, secundum *Glossam.* Uno modo de his quæ Christus reliquit, scilicet temporalia quæ contempnsit. Joan. xviii, 36 : *Regnum meum non est de hoc mundo :* quia in cupiditate rerum temporalium reliquies vultum eorum, idest præparabis intentionem eorum ut propter hoc occidant Christum, sicut cum dixerunt, Jo. xi, 48 : *et venient Ne forte' reniant Romani etc.* Vel, *in reliquiis eorum,* idest gentibus quas relinquis convertendas, Rom. xv, 12 : *In eum et tollent*

*gentes sperabunt. Præparabis vultum eorum,* idest cognitionem tuam, quæ est eorum, idest Iudaorum, idest eis promissam. Vel reliquie Christi extrema vita ejus dicuntur, idest passio et mors ejus; et in istis fuit præparata mala eorum intentio ad ejus passionem. Vel præparationem vultus in bonum, idest in reliquiis Iudaorum qui convertentur. Rom. ix, 27 : *Reliquæ salæx fient.* Et licet ponantur ut dorsum modo, tamen reliquia convertentur et cognoscent.

10 *Exaltare.* Hic ponitur conclusio. Et primo petit id quod est ex parte Dei; secundo promittit id quod est ex parte nostra. Dicit ergo, *Exaltare Domine in virtute tua,* ut scilicet in ea rex laetetur. Isa. xxvi, 11 : *Exaltetur manus tua ut non videant et confundantur.* Tamecum secundum mysterium, *Exaltare,* Christe in resurrectione, quæ erit, *in virtute tua.* Joan. x, 18 : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum sumendi eam,* per resurrectionem et ascensionem. *Exaltare,* quæ erit in virtute tua. Isa. lxiii, 1 : *Gradens in multitudine\*\* virtutis suæ.* Et nos, *Cantabimus,* scilicet interius, *et psalmemus,* exterius, *virtutes suas.* Vel, *cantabimus,* idest prædicabimus et annunciamus excellentiam potestatis tue. 1 Pet. 11, 9 : *Ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen sumum.*

## PSALMUS XXI

### 1. In finem pro assumptione.

Deus Deus meus, respice in me : quare me dereliquisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.

2. Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies : et nocte, et non ad insipientiam mihi.

3. Tu autem in sancto habitat, laus Israel.

4. In te speraverunt patres nostri : speraverunt, et liberasti eos. Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : in te speraverunt, et non sunt confusi.

5. Ego autem sum vernis et non homo : opprobrium hominum, et afflictio plebis. Omnes videntes me deriserunt me : locuti sunt labii, et moverunt caput.

6. Speravit in Domino, eripiat enim : salvum faciat eum, quoniam vult eum.

7. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre spes mea ab uberibus matris meæ ; in te projectus sum ex utero.

8. De ventre matris mee Deus meus es tu : ne discesseris a me.

9. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adjutet.

10. Circumdederunt me vituli multi : tauri pinques obsecderunt me. Aperuerunt super meos sumi, sicut leo rapiens et rugiens.

11. Sicut aqua effusus sum, et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liqueficiens in medio ventris mei.

12. Aruit tanquam testa virtus mea, et lingua mea adhesit facibus meis : et in pulverem mortis deduxisti me.

13. Quoniam circumdederunt me canes multi :

<sup>1</sup> Al. deest : « ponit. »

consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos; diu numeraverunt omnia ossa mea.

14. Ipsa vero consideraverunt, et inspexerunt me: divisernit sibi vestimenta mea, et super vestrum meum miserunt sortem.

15. Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me; ad defensionem meam consipe.

16. Erue a fratre, Deus, animam meam, et de manu canis unicani meam.

17. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornis humiliatorem meum.

18. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in media ecclesia laudabo te.

19. Qui timet Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum. Tineat eum omne semen Israel.

20. Quoniam non sprexit, neque despexit depreciationm pauperis. Nec avertit faciem suam a me; et cum clamarem ad eum, exaudiuit me.

21. Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddant in conspectu timentium eum.

22. Edent pauperes et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in seculum saeculi.

23. Reminiscuntur, et converterunt ad Dominum universi fines terrae; et adorabunt in conspectu ejus universe familiæ gentium.

24. Quoniam Domini est regnum, et ipse dominabit gentium.

25. Manducaverunt et adoraverunt omnes pinguis terra: in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram.

26. Et anima mea illi vivet: et senectus meum serviet ipsi.

27. Annuntiabitur Domino generatio ventura; et annunciarunt eis justitiam ejus populo qui uascetur, quem fecit Dominus.

4. In praecedentibus prius videtur esse actum de tribulatione quam sustinuit David a filio et a Saule; hic autem in tercia decade agitur de persecutione quam passus est a toto populo, qui eum abiecit ad mandatum Saulis. Dividitur ergo Psalmus iste in tres partes. In prima narratur tribulatio. In secunda funditur oratio ad Deum pro liberatione; in tercia ponitur gratiarum actio. Secunda incipit Psalmus xxiv: *Ad te Domine levavi: terrena ibi, Afferre Domino*, Ps. xxviii. Circa primum duo facti. Primo exponit tribulationem; secundo ostendit quomodo a Deo juvalitur in tribulatione, ibi, Ps. xxii: *Dominus regit me*. Sicut supra dictum est, sicut in aliis prophetis, ita hic agitur de aliquibus tunc presentibus in quauctum erant figura Christi et quæ ad ipsam prophetiam pertinebant. Et ideo quandoque ponuntur aliqua quæ ad Christum pertinent, quæ excedunt quasi virtutem

historiarum. Et inter alia specialiter<sup>1</sup> iste Psalmus agit de passione Christi. Et ideo hic est ejus sensus litteralis. Unde specialiter hunc Psalmum in passione dixit cum clamavit: *Heli Heli, lamuimus abruntani*; quod idem est quod: *Deus Deus meus etc.* sicut hic Psalmus incipit. Et ideo licet figuraliter hic Psalmus dicatur de David, tamen specialiter ad litteram referetur ad Christum. Et in synodo Toletana quidam Theodorus Mopsuestenus, qui hunc ad litteram de David exponebat, fuit damnatus, et propter hoc et propter alia multa; et ideo de Christo expoundens est. Sciendum est autem quod quinque Psalmi agunt<sup>2</sup> de passione Christi prolixè: quorum iste Psalmus primus est. Alii enim brevius tangunt passionem Christi. Secundus est, *Judica Domine norientes me*, Ps. xxxiv. Tertius est, ibi, *Erandi Deus orationem meam, et ne desperares depreciationm meam*. Quartus, Ps. lxviii: *Saluum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ*. Quintus, Ps. cxviii: *Deus laudem meam ne tacueris*. Et hoc propter quinque plagas Christi: vel propter quinque effusiones sanguinis. Et unus est modus procedendi in omnibus, quia incipiunt a gemitu, et terminantur in salutem populorum: quia ex passione facta est salus omnibus hominibus. Titulus Hieronymi est: *Victori pro Cervo matutino*. In nostra littera *Victori pro assumptione vel pro cervo matutino*. In hoc Psalmo principaliiter agitur de passione Christi. Secundo tangitur in eo de resurrectione: quia per eam datur intelligi passio, et passio ordinatur ad resurrectionem; sicut si dicam: *Iste est inammissus, ostendit quod fuit servus*. Ergo iste Psalmus est David, idest Christi. Et est pro assumptione, idest resurrectione, et haec fuit matutina; unde, *Pro cervo, idest pro humana natura, Vel pro verso matutino*, idest Christo: Ps. lvi, 9: *Exurgam dilucido*. Hic autem titulus est quando David ibat profugus, et latebat in desertis sicut cervus. Hude supra dixit, Ps. xvii, 34: *Et posuit pedes meos tanquam cervorum*. Unde pro ista tribulatione quæ figurabat passionem Christi, intitulatur iste Psal-

<sup>1</sup> Al.: « spiritualiter. »

<sup>2</sup> Al.: « quod quandoque prius agitur. »

mus. Hoc modo tamen melius refertur ad Christum, ut per cervum intelligatur humana natura in Christo, quia cervus transit spineta sine laesione pedum; sic Christus transivit per istam vitam praesentem sine sui inquinatione. Item cervus optime salit; sic Christus de fovea mortis ascendiit ad gloriam resurrectionis. Et ideo cervus dicitur, et matutinus dicitur, quia tunc surrexit. Psalmus iste dividitur in tres partes. In prima ponitur conquestio. In secunda narratio passionis, ibi, *Ego autem sum vermis.* In tertia ponitur liberationis petitio, ibi, *Tu autem, Domine ne elongaveris auxilium tuum a me.* Circa primum tria facit. Primo ponitur conquestio sive questio. Secundo ponitur expositio conquestionis, ibi, *Longe a salute.* Tertio ponitur ratio conquerendi, ibi, *Tu autem in Sancto habitat.* Haec est translatio Septuaginta. In greco autem et in Hebreo nou est, *Respic in me;* sed habetur sic, *Deus Deus mens quare me dereliquisti?* quia haec verba dixit Christus in cruce: sed, *Respic,* interpositum est. Ponitur ergo petitio cum dicit, *Deus Deus mens.* Repetitur autem his Deus ad maiorem certitudinem: Gen. xii, 32: *Quod autem secundo vidisti ad eundem rem pertinens, iudicium est firmatis.* *Respic in me,* idest miserere mei: Ps. xxiv, 46: *Respic in me,* et miserere mei, quia unicus etc. Quare me dereliquisti? Haec fuerunt verba Christi in cruce. Ex his autem verbis Arius occasionem sumpsit erroris: scilicet quod in morte Christi separata est divinitas ab humanitate. Unde de hoc, secundum eum, conqueritur Dominus, dicens, *Quare me dereliquisti?* Sed hoc erroneum est. Est autem sciendum, quod aliquis dicitur derelictus a Deo quando non adest ei Deus, sicut videtur adesse quando protegit eum, et implet ejus petitionem: Hier. xx, 11: *Dominus Deus mecum est tamquam bellator fortis:* idcirco qui persequuntur me cudent et infirmi erunt. Et quia Christus non est liberatus a passione corporali cum esset in passione, secundum hoc dicitur ad horam derelictus, idest passionis expositus: Rom. viii, 32: *Proprio filio suo non pepercit etc.* Item illa petitio: *Pater si fieri potest, transeat*

*a me calix iste,* ut dicitur Matth. xxvi, 39, non videtur impleta, quia erat secundum carnem: Isa. lxx, 7: *Ad punctum et in modico dereliqui te,* idest passioni exponi; *Et in miserationibus magis congregabo te,* scilicet in resurrectione. Et ideo dicit, *Quare me dereliquisti?* idest passioni me exponisti. *Longe a salute mea verba delictorum meorum.* Hic exponitur conquestio sive questio. Et primo in generali. Secundo in speciali, ibi, *Deus meus clamabo.* Dicit ergo, *Dereliquisti me.* Et hoc, quia *Longe sunt verba delictorum meorum a salute mea,* idest mei veri hominis, in quantum habeo humanam naturam: Ps. cxviii, 155: *Longe est a peccatoribus salus.* Et haec verba, scilicet, *Dereliquisti,* et *longe,* et *quare,* non videtur esse hominis justi sive justitiae, sed videntur esse *Verba delictorum meorum,* scilicet hominis peccatoris, idest ostendunt me non esse justum, sed peccatorem. Unde haec verba dixit Christus in persona peccatoris, sive Ecclesie. Et haec est una de regulis supra in principio Psalterii positis, quod ea que pertinent ad membra, dicit Christus de se propter hoc, quod sunt sicut unum corpus mysticum Christus et Ecclesia; et ideo loquuntur sicut una persona, et Christus transformat se in Ecclesiam, et Ecclesia in Christum: Rom. xii, 5: *Multi unum corpus sumus in Christo.* In membris autem Christi, idest in Ecclesia, sunt delicta sive peccata. In capite vero, idest in Christo, nullum est delictum, sed similitudo delicti: Rom. viii, 3: *Misit Dens Filium suum in similitudinem carnis peccati, et de peccato damnavit peccatum:* II Cor. v, 21: *Eum qui peccatum non norerat, peccatum pro nobis fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in Christo.* Christus autem imminentie passione oravit, *Pater si fieri potest transeat etc.* Matth. xxvi, 39. Sed haec verba Christi orantis possunt dupliceiter exponi. Uno modo ut Christus ea protulerit quasi gerens infirmorum personam, qui sunt in Ecclesia: quia futurum erat ut aliqua membra sua debilis, quando imminaret eis passio, formidarent. Alio modo quod protulit hanc petitionem gerens officium carnis infirmitate in Christo, quae naturaliter timet

et fugit mortem. Quod petuit ergo liberari, fuit verbum vel membrorum in quibus delictum invenitur, vel carnis Christi in qua est similitudo delicti sive peccati : et ideo dicit, *Verba, quibus petuit liberari, quae sunt, Delictorum meorum, id est fidelium, pro quorum delictis patior ; vel sunt infirmae carnis quae habet similitudinem delicti : longe a salute corporali, quia calix, sive passio, non transit a me ut petii ; quasi dicat, Non consequor salutem quam intendo, si petitio mea quam peteo, exaudiretur, Pater, transeat a me calix iste.* Et ideo littera Hieronymi habet, *Longe a salute mea verba genitus mei.* Aliter exponit Augustinus in lib. de gratia novi Testamenti : « Hæc verba quibus peto liberari a passione et conqueror quod sum derelictus passioni, sum longe a salute mea quam secundum quod Deus debeo facere. » Matth. i, 21 : *Ipse salvum facit populum suum a peccatis eorum.* Et assignat rationem quare sit de relictus : est enim duplex salus : una corporalis, que est communis hominibus et jumentis : Ps. xxxv, 7 : *Homines et jumenta salvabis Domine.* Alia spiritualis et aeterna ; et haec est propria Christi : unde dicit, *Mea, quia salus novi testamenti est per Christum facta : Isa. xlv, 47 : Israel salvatus est in Domino salute aeterna.* Et haec differunt : quia prima quareatur in veteri testamento ; secunda queritur in novo. Quare ergo derelictus est passibilis ? quia ipse venit in novo testamento. Et haec verba quae hic dixit, *Longe a salute mea, spirituali, quia sunt pro corporali salute, Longe, Christus loquitur in persona peccatorum, qui quandoque propter peccata derelinquuntur a Deo : unde dicit, Verba delictorum meorum, id est peccatorum, sunt longe a salute, spirituali : quia haec est causa quare peccatores non salvantur, quia sunt peccatores : Joan. ix, 31 : Peccatores Deus non audit.* Vel secundum Augustinum, loquitur, *A me, quasi derelinquendo me, fecisti me longe a salute mea, id est corporali : et haec verba sunt delictorum meorum.*

2. *Deus.* Haec in speciali prosequuntur. Per diem et noctem duo intelligere possumus. Uno modo ad litteram diem et

noctem temporalem, et sic clamare est clamare assidue ; unde dicit, *Non erandies* ; quasi dicat : Quamvis assidue clamem, non sum tamen exauditus. *Littera Hieronymi habet : Et nocte et non est silentium mihi,* quasi non silens dic et nocte orare. Alio modo, ut per diem intelligatur prosperitas, et per noctem adversitas. Et secundum Augustinum verba quae pro salute corporali dicuntur, sunt per diem pro prosperis ; per noctem, ut tollatur adversitas. Ergo Christus clamat per diem, quando est in prosperitate, et non exauditur, quia petit ut non percitat : et per noctem, ut tollatur adversitas, et non tollitur.

Sed contra dicitur de Christo (Hebr. v, 7) quod *Exaudiens est etc.*

Et dicendum, quod oratio est actus rationis : unde omnis oratio Christi procedens ex rationis judicio est exaudita. Seus est de oratione exprimente infinitatem naturae passibilis et proprium motum membrorum, quia nec ipse voluit eam exaudiri : Joan. xii, 27 : *Nunc anima mea turbata est, et quid dicam, Pater etc.* Et quare non est exauditus in prosperis et adversis, ostendit. *Et non ad insipientium misi :* quia haec petitio non pertinet ad salutem novi testamenti, quam ego intendo, quae est salus aeterna ; sed pertinet ad salutem veteris testamenti. Ut ergo hanc sapientiam discas, scias quod salus temporalis non pertinet ad novum testamentum, sed ad vetus. Haec est sapientia quae stultitia est apud homines : 1 Corinth. iv, 10 : *Nos stulti propter Christum : Ibid. i, 20 : Nonne Deus stultam fecit sapientiam hujus mundi etc.*

3. *Tu autem.* Supra posita est questio Christi inquirentis causam passionis sue : hic autem ostendit quod huiusmodi quiesatio est rationabilis, et rationabile est quod est derelictus. Et primo dicit hoc esse mirabile ex parte Dei. Secundo ostendit hoc experimento antiquo, ibi, *In terra speraverunt.* Hoc quod hic dicitur, triplieiter refertur ad predicta, secundum tres expositiones. Una est, quia est longe a salute temporali, et sic facta est ista divisio. Unde illud est mirabile ex parte Dei propter duo. Primum est, cum Deus

in sanctis habet, et non defendat eos : Judith : *Ni Dominus nobiscum est, cur haec mala omnia apprehenderunt nos? Ubi sunt mirabilia ejus quae patres nostri narrarverunt nobis?* Et ideo dicit, *Tu autem in sancto habitat* : Hierem. xiv, 9 : *Tu in nobis es Domine, sed specialiter habitat in Christo.* Alia ratio est, quia quidquid boni habemus, totum est in laudem Dei. Et ideo si nobis est bene, melius a nobis laudatur Deus. Et ideo sequitur, *Laus Israel* : Hierem. xvii, 14 : *Sana me Domine, et sanabor; salrum me fac, et salvus ero, quoniam laus mea tu es.* Secundum aliam expositionem, *Quare me dereliquisti?* ideo scilicet quia, *verba delictorum meorum sunt longe a salute mea*, spiritualiter : sed ego clamo pro temporali : tu vero qui habitas in sancto, ut sis, *Laus Israel*, non exaudies, quia non exaudis quando quis non clamat pro spirituali salute. Vel secundum tertiam expositionem, ut loquatur Christus in persona peccatoris, quasi dicat ideo es longe : a salute mea, quia non habitas in peccatoribus, sed in sancto.

*4. In te.* Hic ponitur alia ratio qua: sumitur ex antiqua consuetudine et experientio quo sancti patres liberabantur a tribulationibus invocantes Deum ; sicut patet Exod. xiv, quod liberati sunt de persecuzione Aegyptiorum : et de Susanna quae liberata est ab iniqua sententia secum, Dan. xiii : Daniel liberatus de ore sive de lau leonum, Dan. xiv. Quomodo ergo sum derelictus a te, et non sunt liberatus a passione ? Duo ergo facit circa hoc. Primo facit mentionem de malo corporalis afflictionis. Secundo de malo confusionis. Quantum ergo ad liberationem primi mali duo faciebant. Primo sperabant in eum ; unde dicit, *In te, non in mundo, speraverunt patres nostri* : Isa. Sperasti in Domino in seculis aeternis, in Domino Deo fulti in perpetuum etc. Et liberasti eos ; et iste est fructus spei, quia liberasti eos. Secundo clamabant ; unde dicit : *Ad te clamaverunt, ex magna cordis affectione, et salvi facti sunt* : Psal. cxix : *Ad Dominum cum tribularer clamaui etc.* Quantum ad secundum malum, scilicet confusionem, dicit, *In te speraverunt, et non sunt confusi.*

Sed contra : Dan. iii, 40 : *Non est confusio confidentibus in te* : Rom. v, 5 : *Spes non confundit.*

Dicendum quod patres pertinebant ad vetus testamentum in quo temporalia dabantur : et ideo, ut ostendat quod divina providentia temporalia etiam disponat, liberaliter eos etiam temporali liberatione. Sed Christus promittit et donat spiritualia : et ut ostendat contemnenda temporalia et speranda aeterna, noluit temporalis liberationem secundum rationem : et tamen aliqui in novo testamento sunt temporalibus liberationibus liberati, et in veteri testamento aliqui sunt spiritualibus afflictionibus eruditii, ut ostendatur Deus auctor esse utrinque testamenti.

*5. Ego autem.* Hic ponit passionem suam. Et primo proponit confusionem suam quam passus est. Secundo exponit eam, ibi, *Onnes videentes me. Tertio causam ejus assignat, ibi, Quoniam tu es.* Prima pars dupliciter potest legi. Uno modo, ut primo proponat similitudinem confusionis. Secundo exponat opprobrium. Dicit ergo, illi sunt liberati, ego autem non sum liberatus a confusione ; sed sic viliter concileatus ac si essem vermis et non homo : Joh. xxv, 6 : *Homo putredo, et filius hominis vermis* : Thren. iii, 14 : *Factus sum in derision omni populo, canticum eorum tota die.* Et quomodo exponit, *Opprobrium hominum, et abjectio plebis* : Matth. xxvi, 39 : *Praterente, blasphemabunt eum : Vah qui destruis templum. Et qui crucifixi erant conviciabantur ei.* Alios salvos facit, scipsum non potest salvum facere. Et Joan. xix, 2 : *Plectentes coronam de spinis etc.* Et ideo, *Opprobrium factus sum hominum, in verbis eorum, ut dictum est, Et abjectio plebis*, quia spreverunt eum, et quia abjecto eo petierunt Barabbam, Matth. xxvii. Thren. iii, 45 : *Abjectionem posuisti me in medio populorum.* Secundo modo ut pertineat ad Christi dignitatem : Vermis enim non generatur ex coitu, sed ex terra, solo calore solis celestis. Ipse enim quasi tenerimus ligii vermiculus, ut dicitur II Reg. xxii, sic Christus ex virginie sola operatione Spiritus sancti : Psalm. lxxxiv, 13 : *Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum*

*sum. Ideo dicit, Ego autem sum vermis et non homo, scilicet tantum, sed etiam Deus. Vel aliter secundum Augustinum. Per hominem intelligitur homo vetus, scilicet Adam, qui sic fuit homo quod non filius hominis. Per vermem intelligitur Christus, qui sic fuit homo quod filius hominis, id est virginis : ideo dicit, Sum vermis et non homo, scilicet gaudens temporalibus, sed filius hominis gaudens spiritualibus. Abiectio plebis, Hic non mutatur. Consequenter ponit derisionem : et primo ostendit quonodo sit universalis ; secundo<sup>1</sup> quonodo sit multiplex. Quod sit universalis, ostendit cum dicit, Omnes videntes me deriserunt me : Ille rem. xx, 7 : Tota die omnes subsannabunt mihi : quia populi et principes : et haec distributio, Omnes, pro toto populo intelligitor scilicet malo. Quod illusio fuerit multiplex, ostendit : quia verbis ; unde dicit quia Locuti sunt labii : Matth. xxvi, 39 : Praterentes blasphemabant eum : Isa. lvi, 4 : Super quem lusistis, et super quem dilatatis os, et ejecistis lingnam : Sap. ii, 48 : Si verus filius Dei est, suscipiet illum. Item factis : Et moverunt caput : Matth. xxvi, 39 : Movere capitua sua (scilicet praे derisu) dicentes, alios salvos fecit etc.*

6. *Speravit, Ostendit quae sint illa verba quae in ejus confusionem loquebantur : quia primo improberabant sibi spem quam habebat de Deo : unde dicit, Speravit in Domino, eripiat eum Matth. xxvi, 43 : Confidit in Deo, liberet eum si vult. Quasi dicat : Si sperasset in Domino, liberasset eum : quia dictum est supravstatim, Quia speraverunt in te patres nostri, et liberasti eos. Sed decipiuntur : quia non intelligitur de salute sive de liberatione temporali. Secundo improberant Christo, quod non sit Deo acceptus ; unde dicit, Salvum faciat eum quoniam ruit eum : Sap. ii, 43 : Filium Dei se nominat.*

7. *Quoniam. Consequenter ponitur causa confusionis ; et circa hoc duo facit. Primo ponit causam. Secundo prorumpit in orationem, Ne discesseris.. Causa irrisonis consuevit esse stultitia. Unde tem-*

porales reputant bonos homines stultos, quia non confidunt de mundo : Ps. xiii, 6 : Consilium inopis confudisti, quoniam Dominus spes ejus est. In hac causa duo facit. Primo ponit divinum beneficium motivum ad sperandum. Secundo ipsam spem, ibi, Spes mea ; quasi dicat : Derident me, quia spes mea est in te ; et ideo dicit : Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre matris meæ. Hic ponit primo quæ pertinent ad capit. Quacumque nascuntur naturaliter et universaliter ex utero matris, virtute divina producuntur, et ipsa est omnium causa : Gal. i, 15 : Qui me segregavit ex utero matris meæ, et vocavit per gratiam suum. Sed singulariter dicit Christum abstractum ex utero matris, quia mirabiliter conceptus est, et sine semine natus, servata matris integritate : hoc est beneficium, et ex hoc sequitur spes : et circa hoc tria ponit. Primo ipsam spem. Secundo ejus perfectionem. Tertio ejus rationem. Dicit ergo, Spes mea ab umeribus matris meæ : id est, tu es spes mea ex quo homo sum et suxi ubera matris meæ : quia enim erat Verbum apud Deum, non conveniebat ei sperare : Psalm. lxx, 8 : Spes mea a juventute mea.

Sed contra. Christus ab instanti conceptionis habuit usum liberi arbitrii, ergo ex tunc speravit.

Respondeo. Dicendum quod ubera, id est lac umerum, in eodem tempore preparatum fuit, quo fuit conceptus : unde ubera ad ipsam conceptionem referuntur.

*In te projectus sum ex utero. Contra. Si postquam egressus est ex utero, projectus est in Deum, ergo antequam exiret uterum, non fuit projectus in Deum.*

Dicendum, quod ille projicitur in alterum, qui non in se, sed in eum immititur : i Pet. v, 7 : Ommem sollicitudinem vestram projicientes in eum : unde, Projectus sum ex utero, quia tibi soli immitor. Et sic describitur perfectio spei.

8. *De ventre. Hic ponitur ratio spei : quasi dicat : In te speravi, quia te habui semper ut Deum : Psalm. xvii, 7 : In*

<sup>1</sup> Ali. : « secundo ostendit. »

*D*eo speravit cor meum, et adjutus sum : et ideo dicit : *Tu es Deus meus de ventre matris meæ, id est ex quo factus sum homo, quia ante non erat Dei filius homo.* Sed si exponatur de membris Christi, projectio sive extractio est de uno in aliud secundum carnem ; Christus autem semper tenebat in Deum. Sed loquitur de membris quae secundum carnem semper sunt in ventre carnali, scilicet concupiscentiis mundanis ; sed per Deum ab hujusmodi concupiscentiis extrahuntur, et projiciuntur in Deum : ut nihil nisi Deum sperent et quaerant. Consequenter concludit orationem cum dicit, *Nr discesseris a me, scilicet defendendo, vel in me, vel in membris meis quantum ad spiritualia ; quasi dicit, Dere liquisti me, expонendo passione corporali. Ne recedas a me, fovendo me spirituali auxilio.*

3. *Quoniam*. Hoc, secundum Hieronymum, est principium versus sequentis : et ideo potest, ut dictum est, convenienter cum praecedentibus legi ; et etiam cum sequentibus. Et ut dicit Hieronymus, convenientius legitur cum sequentibus : nam Psalmus ex persona Domini exponens passionem, præmittit primo orationem : postea ordinem passionis subsequitur, ibi, *Circumdederunt me etc.* Circa primum duo facit. Primo proponit orationem. Secundo accessitatem orandi ostendit, *Quoniam tribulatio*. Dicit ergo, *Tu es Deus meus de ventre matris meæ, et ideo orne discesseris a me, quoniam tribulatio proxima est.* Hæc enim intelligenda sunt ut Christus loquatur in persona membrorum suorum, ut non derelinqueret ea in tribulationibus : 1 Corinth. x, 13 : *Fidelis Deus qui non patitur vos tentari supra id quod potestis.* Psalm. lxx, 9 : *Ne derelinquas me, quia diximus inimici mei mihi, et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.* Non autem dicit hoc pro se. Necessitas autem est duplex ; tribulatio quæ imminet, et auxilium quod deficit : unde dicit : *Tribulatio proxima est, scilicet tempore : Matth. xxvi.* : *Hæc appropinquabit hora, et filius hominis tradetur etc.*

Sed objicitur, quod cum haec verba sint Christi jam in cruce existentis, quomodo dicit : *Quoniam tribulatio proxima est etc.*

Possimus dicere quod David mutant tempora. Augustinus aliter solvit. Tribulatio quandoque est propinqua, quandoque remota. Sensus doloris est in anima : propinquum anime est corpus, remota sunt bona exterior. Quando ergo est afflictio in exterioribus tribulatio non est propinqua ; sed quando est in proprio corpore, tunc est propinqua et proxima : et impossibile est quin homo sentiat. Christus autem in proprio corpore affligebatur : Psalm. cxiv, 3 : *Tribulationem et dolorem inveni.*

Item deficit auxilium : *Quoniam non est qui adjuvet.* Et ideo est orationi instantium : Isa. lxiii, 5 : *Circumspiri, et non erat auriliator ; quæsivi, et non erat qui adjuraret :* quia etiam Apostoli relieto eo fugerunt.

9. *Circumdederunt*. Supra ostendit Psalmista in persona Christi suam conquestiōnem sive querelam rationabilem esse, et ex parte Dei, et ex antiquorum consuetudine, sive experimento : hic autem prosequitur ordinem passionis quantum ad afflictionem carnis. Et proponit primo persecutores. Secundo persecutionis effectum, ibi, *Sicut aqua.* Tertio persecutionis modum, ibi, *Circumdederunt me canes.* Primo ergo introducunt persecutores invadentes opere : quorum quidam minores, ut plebs et ministri ; et quantum ad hos dicit, *Circumdederunt me vituli multi.* Eccl. i, 45 : *Stultorum infinitus est numerus.* *Circumdederunt me*, quia inuidique invaserunt : Psalm. cxvii, 12 : *Circumdederunt me sicut apes,* etc., Quidam sunt majores : unde dicit, *Tauri pingues obsederunt me* : Eccl vi, 2 : *Ne extollas te in cogitatione tua, \* sicut taurus qui ex pinguedine et fortitudine, nec jugo premitur, et multum generat et superbis.* Dicitur quod taurus est animal melancholicum : et propter hoc diu retinet iram. Et sient minores habent audaciam propter multitudinem, ita majores propter divitias. Et ideo dicit, *Pinguis.* Job xv, 26 : *Pingui cervice armatus est.* *Obsederunt me* : Job xix, 12 : *Obsederunt in gyro tabernaculum meum.* Consequenter ponit persecutores insurgentes ore : unde dicit, *Aperuerunt super me os suum.* Et quidem multipliciter eum tentando :

Matth. xxii, 48 : *Quid me tentatis hypocrita?* accusando, invidendo, ad mortem expetendo, dicentes, erucifige : Thren. iii, 46 : *Inimici mei aperuerunt os suum super me.* Consequenter adhibet similitudinem, *Sicut leo rapiens et rugiens*, cui comparantur propter crudelitatem : Hier. xii, 8 : *Facta est mihi hereditas mea quasi lev in sylea : dedit contra me vocem : nam leonis est ut capta preda rugiat :* Amos vi, 4 : *Nunguadabit catus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit?* Et dicit, *Rapiens*, insidiando, et *ruggiens*, manifeste in mortem expetendo : Ezech. xxii, 25 : *Sicut leo rugiens rapiens que prædam animum devoraverunt.*

44. *Sicut.* Consequenter ponit persecutio[n]is effectum. Et primo proponit hunc effectum. Secundo exponit eum, ibi, *Dispersa.* Dicit ergo. *Persequuntur me et nocent;* quia quantum ad corporalem salutem totaliter invulnerunt; et ideo dicit : *Sicut aqua effusus sum.* Si effundatur oleum, aliquid remanet in vase; si effundatur vinum, saltem remanet odor in vase; sed de aqua nihil remanet; quasi dicit : Totaliter effusus sum secundum eorum opinionem : II Reg. xiv, 14: *Quasi aqua dilabimur, que non revertuntur super terram.* Aqua leviter effunditur et projicitur: sic ego effusus sum. Sicut etiam Iudei non solum cum delere desuper terram conati sunt, sed etiam famam ejus perdere voluerunt. Vel assimilatur Christus aquæ, quia aqua lavat; sic passio Christi de omnibus peccatis et onnes sordes lavat: Apoc. i, 3: *Dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Item aqua rigat et facit fructificare: sic passio Christi : Eccli. xxiv, 42: *Dixi\*\*\* irrigabo hortum meum etc.* Et fructificat fructum vitae aeternae: Eccli. xxiv, 23: *Flores mei (festis passionis meæ) fructus honoris et hourstatis.* Item facit viam lubricam: sic passio Christi disponit Iudeos ad casum : I Cor. i, 23: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandulum, gentibus autem stultitiam; ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem et Dei sapientiam.* Consequenter exponit hunc

effectum: et ideo dicit, *Dispersa sunt etc.* quasi dicat, Quiequid videbatur in me forte, est dissolutum: quidquid pulchrum, emarenit. Et ideo dicit, *Dispersa etc.* In homine est duplex fortitudo. Una est fortitudo corporis, et haec consistit in ossibus et nervis; et quantum ad hoc dicit, *Dispersa sunt omnia ossa mea:* quasi dicit: Omnis virtus mea corporalis defecit. Tamen de Christo dicitur spiritualiter: nam Apostoli qui sunt ossa Christi, dispersi fuerunt: Zach. xiii, 7: *Perirent pastorem, et dispergerent oves gregis.* Alia est fortitudo animæ, qua consistit in corde; unde dicit, *Factum est cor meum tanquam cera liquecens.*

Querit Augustinus quomodo de Christo capite verum sit: quia hoc videtur provenire ex superabundanti timore, quod non est dicendum de Christo: quia et si fuerit in eo timor naturalis, non tamen fuit tantus quod liqueceret eorū. Et ita intelligitur de Christo non secundum se, sed quantum ad membra; quæ quidem sunt eorū Christi, quæ et præcipue diligunt: Phil. i, 7: *Eo quod vos habeam in corde.* Et sequitur, *Testis est mihi Deus, quomodo cupiam vos esse in visceribus Iesu Christi.* Hui fuerunt Apostoli qui fuerunt ossa ad sustentandum intimos in Ecclesia, sicut ossa sustentant carnes: Rom. xv, 1: *Debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere.* Et fuerunt corda eorum sicut cera liquecens. Primo mala liquefactione per timorem, sicut in fuga discipulorum: Matth. xxvi, 56: *Tunc relicto eo fagerunt omnes.* Et in negatione Petri: Due. xxii, 60: *At ille negavit, dicens, homo nescio quid dicas.* Secundo bona liquefactione, sicut in conversione discipulorum, ut patet in Petro et Andrea. Vel dicendum quod liquefactio etiam est amoris. Cant. v, 6: *Anima mea liquefacta est.* Res antequam liquefiat, dura est et constricta in se; si liquefecit, diffunditur et tendit a se in aliud. Timor etiam quandoque induitat, quando scilicet non est magnus: et sic est etiam de amore: quia quando supervenit amor, tunc homo tendit<sup>2</sup> in aliud quod ante in se erat. Et de hac liquefactione potest

exponi etiam de Christo secundum hunc quod est caput: nam hoc liquetieri et est a Spiritu sancto, et est in medio ventris, id est affectus. Vel per eum Christi intelligitur sacra Scriptura, quae manifestat eum Christi. Hoc autem erat clausum ante passionem, quia erat obscura; sed aperta est post passionem, quia eam iam intelligentes considerant, et discernunt quomodo do proposita sint exponenda.

12. *Aruit.* Hic ostendit quod quicquid pulchrum fuit in Christo evanuit. Florere videbantur in Christo ante passionem tria: operatio miraculorum, facundia doctrinæ, fama et gloria populorum. De primo, Joan. vi, 2: *Multitudo magna sequebatur eum, quia videbant etc.* Et haec virtus aruit in passione quantum ad opinionem eorum: unde clamabant: Alios salvus fecit etc. *Aruit,* id est viluit, *tangquam etc.* Vel *Testa,* quando arescit inducatur: sic in passione virtus Christi fuit inducata ad sustentandum: Eccli. xxvii, 6: *Vasa signi probat fornac, et homines justos tentatio tribulationis.* De secundo, Matth. vii, 29: *Erat docens eos tangquam potestatem habens;* sed in passione: *Adhæsit lingua mea fauicibus meis, præ taciturnitate:* Ezech. iii, 26: *Adhævere faciam linguam tuam palato tuo, et eris mutus.* Et hoc est factum in passione; quia non respondebat Herodi: Luc. xxiii, 9: *Interrogabat eum Herodes multis sermonibus. At ipse nihil respondebat ei.* De tertio Matth. xxi, 8: *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via. Alii autem cædebant ramos de arboribus etc.* Tunc impletum est quod David prophetaverat de Christo dicens, (Ps. cxvii, 25:) *Domine salvum me fac, o Domine bene prosperare; benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus et illuxit nobis.*

Sed in passione viluit; unde dieit, *Et in pulverem mortis deduxisti me,* id est vilem mortem me pati fecisti: Sap. ii, 20: *Morte turpissimo condonemus eum.* Vel si referatur ad membra, *In pulverem mortis deduxisti me,* id est membra mea quae sunt incinerata, non autem Christi. Vel *In pulverem etc.,* id est in potestatem Iudeorum dedisti me qui sunt sicut pulvis etc.

13. *Quoniam.* Hie ponitur modus passionis. Et primo ponit ea quae facta sunt ante crucifixionem; secundo quae facta sunt in ipsa crucifixione. Tertio quae facta sunt post crucifixionem. Ante crucifixionem facta fuerunt duo. Primo fuit captus; et quantum ad hoc dicit, *Circumdederunt me canes multi: Philip. iii, 2: Videte canes, videte malos operarios: Isa. lvi, 11: Canes impudentissimi nescierant saturitatem.* Item secundo quomodo fuit illusus; unde dicit, *Consilium malignantium obseruit me.* Consequenter ponit ea quae facta sunt in ipsa crucifixione. Et primo quantum ad affixionem, *Foderunt manus meas et pedes meos, grossis clavibus affigentes liguo.* Zach. xii, 6: *Quid sunt plaga istæ in medio manuum tuarum.* Item quantum ad distensionem dicit, *Dimumeraverunt omnia ossa mea,* id est numerabilia fecerunt.

14. *Ipsi vero.* Hie ponuntur illa quae facta sunt post passionem; unde dicit, *Ipsi vero consideraverunt, convenientes ad spectaculum ut illudcerent: Luc. xxiii, 36: "Milites illudentes implaverunt spongiam aceto dicentes. Si rex Israel es, salvi etiam te fac etc.* Et inspererunt, scilicet <sup>"I</sup><sub>es</sub> <sup>bant a</sup><sub>ri et</sub> <sup>viam te fac etc.</sup> <sup>tum</sup> *Et inspererunt, scilicet tes, et quid eveniret de me. Diviserunt inter se vestimenta mea,* quæ erant plura et dividuntur, <sup>reutes</sup> *Et super vestem meam, scilicet insensibilem, miserunt sortem,* et hoc fecerunt vel propter cupiditatem, vel propter quamdam illusionem. Per haec vestimenta divisa signantur Ecclesiæ sacramenta; sed per vestem quæ non dividitur, signatur unitas Ecclesiæ quam quilibet credit habere: sed non habet nisi unus, quia sola est unitas Ecclesiæ: Cant. vi, 8: *Una est columba mea, perfecta mea.*

15. *Tu autem.* Narrata passione, hic procedit ad orationem: et circa hoc duo facit. Primo petit divinum auxilium. Secundo petit præstiti auxiliū fructum, ibi, *Narrabo nomen tuum.* Circa primum duo facit. Primo petit divinum auxilium in generali. Secundo per se in speciali, ibi, *Erue a framea.* Circa primum duo facit. Primo petit accelerationem auxiliū. Secundo auxiliū necessitatem. Dicit ergo quantum ad primum: *Sic fecerunt: Foderunt manus meas et pedes meos etc,* sed *Tu Domine, ne elongaveris auxilium*

*tuum a me*, id est ne differas præbere mihi homini Christo auxilium divinitatis; quasi dicat: Factum est, quia liberatus est a morte per gloriam resurrectionis, quae non est elongata: quia post triduum resurrexit. Et fuit Christus resurgens: I Cor. xv, 20: *Christus resurgens ex mortuis primitæ dormientium*: Ps. lvi, 9: *Exurgam diluculo. Ad defensionem meam conspice*: quasi dicat: Ad hoc necessarium est auxilium tuum mihi, scilicet: Ad defensionem. *Sub umbra alarum tuarum protege me etc.* Defende me, scilicet contra persequentes ad mortem, et contra daemones ne detineant in limbo. Sic ergo petiit ne corpus resolvatur in cineres, et ne anima detineatur in inferno: Actor. ii, 24: *Solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat tenaci illum*: Psal. xxxvii, 22 *Nec derelinquas me etc.*

16. *Eruere*. Hie exponit in speciali a quibus petit defendi. Et primo contra mortem. Secundo contra tentationem mortis, ibi, *De manu canis*. Dicit ergo, *Conspice ad defensionem meam*, et, obens, *erue uniam meam*, quam ipsi querunt, *a framea*, id est a gladio qui fremit agitatus.

Sed contra Christus non fuit occisus a gladio, sed lancea; et lancea etiam fuit percussus post mortem.

Sed dicendum, quod gladius sua acutato dividit; Heb. iv, 12: *Acutior omni gladio ancipi, et pertingens usque ad divisionem*: et ideo quia mors dividit animam a corpore, et patrem a filio, et e contra, et fratrem a fratre, dicitur gladius: Zach. xii, 7: *Framea, id est mors, suscitare super pastorem meum*: et ab hac eruitur in resurrectione. *Vel framea* a est lingua adversariorum: Psal. lvi, 5: *Lingua eorum gladius acutus*. Vel hic loquitur Christus pro membris, quorum plures sunt occisi gladio: Act. xx *Ocridit autem Jacobum fratrem Joannis gladio*. *Et de manu canis*. Hie orat contra tentationes: et tripliciter describit hic eos irrationalibes, et hoc facit sub similitudine canis, qui latrat antequam percipiat contra quem debeat latrare, propter subitanam iram ejus. Sic Judæi antequam scirent quare latrarent contra Christum, clamabant: Phil. iii, 2: *Vide te canes, vide te*

*malos operarios*; et supra, *Circundaverunt me canes multi*. Hoc maxime pertinet contra Judæos, qui contra Christum latrantes *Clamabant, Crucifige, crucifige*. Lue. xxiii, 21.

17. *Salva me*. Hie describit eos crudelis sub similitudine leonis, qui est crudelis animal: et hoc refertur ad Pilatum qui fungitur leonis potestate, id est imperatoris, quem Apostolus dicit leonem: u Tim iv, 17: *Liberatus sum de ore leonis*. Vel refertur ad diabolum: 1 Pet. ult.: *Tanquam leo rugiens circuit querens quem devoret*. Et a cornibus unicornium humilitatem meam. Hie describit eos superbos: et refertur ad principes sacerdotum et scribas, qui scilicet comparantur unicorni superbiam designanti: et hoc indicat quod nimis cornu habet in capite, et est tanta superbia quod nullo modo patitur subjectionem, sed statim captus moritur: Job xxxix, 9: *Nunquid volet rhinoceros, id est unicornis, servire tibi aut morabitur etc.* Et per hoc significantur principes Judæorum qui singulariter gloriaruntur de cognitione Dei. Et quicunque singulariter se extollit, similis est Pharisæo: Lue. xvii, 8: *Non sun sic et ceteri hominum*: Psal. lxxiv, 6: *Nolite extollere in altum cornu vestrum*.

18. *Narrabo*. Consequenter ostendit divini auxiliū fructum. Et primo ostendit hoc quantum ad ipsum Christum. Secundo quantum ad alios, ibi, *Edent pauperes*. Circa primum duo facit. Primo promonit duplicum fructum; scilicet prædicationis et laudis. Secundo explicat utrumque, ibi. *Qui timetis*. Circa primum ponit duplicum fructum de liberatione Christi. Primus fructus Christi fuit predication per universum mundum. Dicit ergo, *Salva me ex ore leonis etc*, quia salvatus et liberatus de fauilibus eorum. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*, id est Apostolis: et hoc fecit post resurrectionem. Sunt autem Apostoli fratres sui, et per naturam assumptam, et per gratiam vocationis ad apostolatum: Rom. viii, 29: *Quos præsevit et prædestinavit conformati fieri imaginis Filii sui... quos prædestinavit hos et vocavit*.

Sed numquid non narravit ante passionem nomen Dei? cum ipso dicat, Iohu,

xvn, 6: *Pater manifestari nomen tuum hominibus etc.*

Bicendum quod sic; sed plenius post passionem et resurrectionem. Primo quidem narravit discipulis ore proprio, quando aperuit illis sensum ut intelligent Scripturas. Lue. ult. Secundo dando eis Spiritum Paraclitum: Joan. xvi, 13: *Cum venerit Paraclitus ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et Jo. xiv, 26: *Cum venerit Paraclitus quem mittet Pater etc.; ille docebit vos omnia.* Sed plenissime narrabit quando manifestabit divinitatem suam in iudicio: Joan. xiv, 21: *Manifestabo ei meipsum;* Lue. xxi, 27: *Tunc videbunt Filium hominis venientem eum potestate magna et maiestate.* Tunc enim in Filio cognoscet Patrem: Joan. xiv, 20 *In die illa cognosetis, quia ego in Patre, et Pater in me, et ego in vobis.* Et hoc ipsi soli Filio convenit, ut ipse dicit Matth. xi, 27 *Nemo noicit Patrem nisi Filius.* Secundus fructus liberationis Christi fuit laus divina; unde dicit, *In medio ecclesie laudabo te:* Isa. xlvi, 10: *Lauds ejus ab extremis terrarum.* Sed dicit, *In medio Ecclesie:* quod Augustinus sic exponit, dicens primo sic: Illud dicimus esse in medio, quod est in manifesto. In veteri testamento Deus laudabatur in occulto, idest in mysteriis; sed in novo laudatur in publico, quia in nuda veritate: II Cor. iii, 18; *Nos autem revelata facie gloriam Domini contemplantes, per amotionem velaminum.* Aliquando dicimus esse in medio illud quod est intimum. Intimi in Ecclesia sunt viri perfecti, qui specialiter laudant Deum in corde; *In medio ecclesie laudabo te,* idest in doctoribus et viris perfectis.

19. *Qui. Exequitur utrumque.* Et primo primum. Secundo secundum, ibi: *Audite.* In primo proponit totam praedicationem novi testamenti, quomodo narratur nomen Domini. Et primo ostendit ad quid inducuntur homines in novo testamento. Secundo quid eis narretur, ibi: *Quoniam non sprebit:* Ad tria inducuntur homines in novo testamento: videlicet ad confessionem oris, ad querendam gloriam Dei, et ad Deum timeendum. Quantum ad primum dicit, *Qui timetis Deum laudate eum.* Est autem duplex timor;

unus filialis qui timet Deum offendere, et timet ab eo separari, et exhibet ei reverentiam; et hic est ex caritate. Alius autem est timor servilis, qui timet solum ponam; et hic non est ex caritate: I Joan. iv, 18: *Charitas foras mittit timorem.* Vetus lex fuit timoris; sed nova est lex amoris. Vos ergo *Qui timetis Dominum,* idest qui impletis legem ex timore, *laudate eum,* quia nihil laudat quis quod non diligit; quasi dicit: Confitemini ei ex amore: Psalm. cxvi: *Laudate Dominum etc.* Quantum ad secundum dicit, *Universum semen Jacob magnificate cum I Corinth. x, 31: Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et dicit *Universum semen Jacob etc.:* quia filii Jacob, idest Iudeis lex veteris testamenti fuit data, in qua promittitur gloria humana; sed in novo testamento promittitur gloria Dei. Et dicit, *Universum,* ut includat filios promissionis qui computantur in semine, ut dicitur Gal. iii, scilicet gentiles. Quantum autem ad tertium dicit, *Timeat eum omne semen Israel,* timore reverentiae qui est cum dilectione: Dent. x, 12: *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas eum, et ambules in viis ejus?* Israel idem est quod Jacob.

20. *Quoniam.* Hic ostenditur quid eis annuntietur, scilicet virtus Christi, secundum quod loquitur in persona Christi orantis. Aliquando enim non vult quis preces exaudire, quando scilicet ipsum pro quo petitur, non vult videre, vel quando non vult videre rogantem; aliquando et si vult videre rogantem, non tamen vult exaudire petitionem: et hoc excludit quantum ad primum, cum dicit, *Non sprebit, quasi negligendo, neque despexit depreciationm pauperis,* idest humilitatem ejus qui non habet spem in temporalibus, idest Christi. Secundum ostendit. *Nec avertit faciem suam a me;* quasi non acceptando me: Psal. lxviii, 18: *Ne avertas faciem tuam a puro tuo etc.* Tertium enim dicit, *Et cum clamarem ad eum exaudiens me;* quia iudex admisit quod peti pro me et pro meis: Joan. xvi, 23: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dubit vobis: Jonae ii, 3: Clamavi, et exaudiisti vocem meam.* Et nota

quod ante passionem tria dicit se fuisse passum. Dicit enim fuisse abjectum, *Ego sum vermis etc.* Derelictum, *Quare me dereliquisti?* Item dicit se non exauditum, *Clamabo per diem et non exaudiens:* et quare? Quia tunc dicebat, *Verba derelictorum,* idest pertinientia ad infirmitatem carnis secundum quam potius tempora-  
lia queruntur: nunc autem quia per re-  
surrectionem ad hoc genns adduxit hu-  
manam naturam ut quereret spiritualia;  
dicit contrarium. Qnja supra dixit, *Ego sum vermis etc.*, hic dicit, *Non sprexit me etc.* Supra dixit, *Dereliquisti me,* hic dicit,  
*neque avertit faciem suam a me.* Supra dixit, *Clamabo per diem,* hic dicit,  
*dum clamarem ad eum, exaudiuit me.*

21. *Apud.* Supra Psalmista ex persona Christi duo promisit se dicturum: scilicet narrationem divini nominis, et laudem Dei. De primo jam dixit; hic agit de secundo, scilicet de laude divina. Circa hoc duo facit. Primo ostendit qualis sit laus Dei. Secundo, quomodo laudi adjungit opus, ibi, *Vota mea etc.* Dicit ergo quantum ad primum, *Apud te laus mea.* Et hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo sic: laus mea qua ego laudor, est apud te, non apud homines a quibus non habeo laudem, sed a te: II Cor. x, 48: *Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Alio modo sic: *Lauda mea,* qua scilicet te laudo, est *Apud te,* non in oculis hominum: Ecclii. xlvi, 40: *De omni corde suo laudavit Dominum, et dilexit Dominum,* et hoc, *In Ecclesia magna,* per me et meo nomine congregata. *Magna,* potestate: Matth. xvi, 48: *Super hanc petram adfice Ecclesiam meam, et porta inferi non præredibunt adversus eam.* Et tibi dabo claves regni celorum: et quadrunque solveris etc. Dignitate: Apoc. xxi, 24: *Reges terræ afferent gloriam suam et honorem in illam.* Hie ostendit quomodo laudi adjungit opus. Volum Christi fuit ut se daret pro salute fidelium: ipse enim illud vorvit in quantum homo: Psal. xxxix, 9: *Ut facrem voluntatem tuam Deus meus, volui.* Que quidem voluntas Dei est sanctificatio nostra: Joan. vi, 38: *Descendi de celo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit*

*me.* Haec vota solvit Christus dando se ad passionem, et iterum quando dedit corpus suum in cibum fidelium; nude dicit, *Vota,* idest sacrificia, *Reddam,* in ara crucis et in sacerdotium fidelium; et hoc faciat in *conspicutum entium* enī: Ecel. iii, 8: *Qui timet Dominum, honorat parentes.*

22. *Edent.* Hic consequenter ponit effectum passionis qui est ad alios: et primo proponit diversos passionis effectus; secundo ostendit eos ad futura pertinere ibi, *Anunciabitur.* Circa primum duo facit. Primo proponit effectus pertinentes ad Apostolos. Secundo ponit tales effectus per Apostolos ad alios derivatos, ibi, *Reminiscentur.* Ad Apostolos pertinet ministerium dominici sacramenti: quod designatur cum dicit, *Edent pauperes,* idest humiles et contemnentes res mundi: Matth. v, 3: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Iste edent sacrificium, idest sacramentum corporis et sanguinis, sacramentaliter et spiritualiter. Et ex hoc sequitur triplex effectus, spiritualis scilicet satietas, laus et vita. Quantum ad primum dicit, *Et saturabuntur,* quia quiescat desiderium sum in plenitudine gratiarum que per hoc sacramentum acquiruntur: Psal. lxxii, 6: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.* Quantum ad secundum dicit, *Et laudabunt Dominum qui requirunt eum.* Nec mirum, quia laus sequitur ex laetitia: Isa. i, 11, 11: *Venient in Sion laudantes, et levitatem semperna super capita eorum.* Satietas autem desiderii causat delectationem: Isa. i, 2: *Delectabitur in crassitudine anima vestra,* idest in spirituali pinguedine: Psal. xli, 5: *In roce exultationis et confessionis sonus erubantis.* Sed non quilibet laudat Deum; sed *Qui requirunt eum,* idest qui nihil aliud querunt nisi Christum, vel Deum: Isa. lvi, 6: *Quarite Domum dum inveniri potest; invocate eum dum prope est.* Quantum ad tertium dicit, *Vivent corda eorum etc.* Joan. vi, 50: *Si quis manducaverit ex hoc pane, rivet in aeternum.* Et ideo dicit, *Vivit;* quasi dicat: quamvis corpore moriantur imitando passionem Domini, tamen corde vivent: Psal. lxxviii, 33: *Quarite Dominum, et rivet anima vestra.*

**23. Reminiscentur.** Hic ponit effectus derivatos ad alios. Et primo communiter ad omnes. Secundo quantum ad carnales, ibi, *Manducaverunt*. Tertio quantum ad spirituales, ibi, *Et anima mea*. Est autem triplex effectus. Primus est divina cognitio ad quam gentes per Apostolos devenerunt. Secundus est effectus ad conversionem ad Christum. Tertius effectus manifestatur per operis perfectionem. Quantum ad primum dicit, *Reminiscentur*. Hominibus naturaliter inserta est quadam Dei cognitione; sed obliviscentur Domini per peccatum: Deut. xxxii, 18: *Oblitus es Domini creatoris tui*. Gentiles autem habuerant aliquam Dei cognitionem, sed oblieti fuerant propter peccata; sed per Apostolos fuerunt redacti ad reminiscientiam naturalis cognitionis: Jer. li, 30: *Recordamini Domini procud*. Quantum ad secundum dicit, *Etrevertentur ad Dominum*; scilicet per amorem. Et hoc fecerunt non solum Iudaei, sed, *Universi fines terrae*: Isa. xxi, 12: *Si queritis, querite; convertimini et venite*: et hi duo effectus etiam ad sacramentum altaris pertinent, quod est quoddam memoriale dominicæ passionis, ut dicitur 1 Cor. xi. Ideo dicit, *Reminiscentur*, quia conversio animæ ad Deum est effectus sacramenti altaris: Psal. xxii, 2: *Super aquam refectionis educavit me*. Coleentes eum non in ceremoniis, sed, *In conspectu ejus*, scilicet spirituali cultu: Joan. iv, 23: *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate*. Et omnes familiae gentium: Soph. ii, 11: *Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulae gentium*; quasi, ut intelligatur quod gentiles coluerunt Deum Israel; et sicut proselyti euntes ad habitandum cum Iudeis, recesserunt a loco suo.

**24. Quoniam.** Potestas spiritualis totius mundi est Christi: Dan. vii, 14: *Et dedit ei potestatem et honorem et regnum*. Et non solum Iudeorum, secundum illud, Isa. ix, 9: *Super solum David*; sed ipse dominabitur gentium: Psal. n, 8: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem*.

**25. Manducaverunt.** Hic ponitur effec-

tus qui secundus est quantum ad carnales: et ponit duo. Primo ponit bonum eorum. Secundo ponit eorum defectum, ibi, *In conspectu ejus cadent, carnales*: et hi perceperunt duplex bonum: scilicet participationem sacramenti, et venerationem Dei in cultu. Quantum ad primum dicit, *Manducaverunt*, licet indigne, quia carnales sunt: 1 Cor. xv, 58: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*. De bonis dixit supra quod saturabuntur et landabunt Dominum, et vivent, quia venerantur sacramentum per fidem quam habent. Sed isti quia sunt pingues terra, idest in terrenis destiti, idest non in spiritualibus elevati: *Cadent in conspectu ejus*, scilicet Dei: Hier. xxxi, 14: *Inebriabo animas sacerdotum pinguedine*, <sup>\* possi non possit</sup> *et populus meus bonis meis adimplebitur*. Isti designantur per vacas pingues. Amos, iv. Deut. xxxii, *Incrassatus est dilectus, et recalcitravit*; nam, qui indigne manducat et bibit, judicium sibi manducat et bibit, ut dicitur 1 Cor. xi, 29. Et bene dicit, *Omnes qui descendunt*: idest si qui affectu demerguntur ad terrena: quia etsi isti videantur stare in conspectu hominum, tamen in conspectu Dei cadent: Isa. viii, 13: *Offendent ex eis plurimi et cadent*. Vel, *Cadent in conspectu ejus*, idest substernentur ei etiam inimici, *omnes qui descendunt in terram*, idest in corruptionem peccati: Phil. ii, 10: *In nomine Jesu omne genu flectatur*.

**26. Et anima.** Hic ponitur effectus quoad spirituales. Anima Christi sunt illi in quibus requiescit Spiritus sanctus, spirituales scilicet, qui duplice se habent ad Deum. Primo quantum ad eorū, quia vivunt illi, scilicet Deo, vel Christo, Gal. ii, 20: *Vivo ego etc*. Il Cor. v, 15: *Qui vivunt, jam non sibi ipsis vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est*. Secundo quantum ad opus, *Et semen meum*. Semen bonum sunt filii regni; quasi dicat: Filii regni quos ego seminavi, servierunt soli Deo: quia omnia opera que fecerunt, ad ejus gloriam retulerunt.

**27. Annunciatibit.** Hic exponit quando fieri: quia non in tempore suo, sed in futuris temporibus: et ponit tria. Primo

<sup>1</sup> Al. deest: et ad. \*

prænunciat fidei prædicationem. Secundo a quibus debeat prædicari. Tertio quibus prædictetur. Quantum ad primum dicit, *Annunciatitur Domino generatio ventura*: et hoc potest dupliciter exponi. Uno modo cum Hieronymo; quasi dicat, *Generatio ventura annunciatitur*, idest evangelizabitur. Et ad hoc, ut convertantur ad Dominum, sive etiam *Annunciatitur passive*; quasi dicat: Per prædicationem Apostolorum illa generatio adducetur ad Dominum: Matth. xi, 5: *Pauperes evangelizantur*. Vel sic: Bonum generationis annunciatitur per Angelos ipsi Deo; non quod ignoret sive indigeat, sed ut ordo servetur, ut dicit Dionysius, et ut dicitur Tob. xii, 15: *Ego sum Raphael angelus*

*unus ex septem qui ostamus ante Dominum. Et annunciantur cœli, idest cœlestes Apostoli: Phil. iii, 20: Nostra conversatio in cœlis est: Justitiam ejus, non humanam, sed Dei, quam repellunt Iudei: Rom. x, 3: Ignorantes Dei justitiam, et suam querentes instituere justitiam etc. Quibus annunciatitur? Populo qui nascetur, spirituali generatione: Joan. iii, 5: Nisi quis renatus fuerit etc. Hie autem populus non renascitur operatione humana, sed divina: Joan. i, 13: Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natu sunt. Et ideo dicit, Quem fecit Dominus: Psal. xcix: Dominus fecit nos etc.*

## PSALMUS XXII.

4. Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocavit. Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit. Dedit me super semitas justitiae, propter nomen suum.

2. Nam et si ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuis, ipsa me consolata sunt: parasti in inconspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix mens inebrians quam præclarus est!

3. Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vita mee. Et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.

4. Psalmista supra in persona Christi dixit de sua tribulatione multa; hic autem dicit de remedio quo in ea sustentatur. Et primo commenmorat beneficia quibus sustentatur. Secundo potentiam sustentationis, ibi, *Domini est terra*. Psalmus iste non habet novum titulum, sed videtur designare aliquos in via ambulantes: undo potest significare redditum populi de Babylone, et signat redditum Christi de mundo ad eorum. Circa hoc duo facit. Primo commenmorat beneficia præterita. Secundo commenmorat beneficia futura, ibi, *Et misericordia tua*. Carea primum duo facit. Primo commenmorat beneficia quae consistunt in consolatione bonorum. Secundo ea quae consistunt in adjutorio contra mala, ibi, *Nam et si ambulavero*. Circa primum tria tangit. Primo commenmorat sufficientiam divinae promissionis.

Secundo ejus abundantiam, ibi, *In loco pascue*, Tertio ejus effectus, iei, *Animam meam convertit*. Ponit ergo primo divinam provisionem: nude dicit, *Dominus regit me* Hieronymus, *Dominus pascit me*. Et idem est; quia qui pascit, regit. Et intelligitur in persona Ecclesiae dici de Christo qui est pastor noster: Joan. x, 11: *Ego sum pastor bonus*: Matth. vi, 26: *Respicite volatilia cœli etc.*, quia Deus dicitur pastor noster: ipse enim pascit etiam volatilia cœli, ut dictum est Mich. vii, 44: *Pasce populum tuum in virga tua, gregem hereditatis tua*: Rom. xv, 12: *Qui exurget regere gentes*. Et sufficienter pascit; unde dicit, *Nihil mihi deerit*: scilicet de eo quod est necessarium ad saltem: et in temporalibus Luc. xxii, 35: *Quando nisi vos sine sacculo et pera etc., numquid aliquid etc.* Matth. 6, 33: *Primum querite regnum Dei, et hæc omnia adiicientur vobis*. Tum in futuro omnem sufficientiam habebimus, quia nihil deerit nobis, quoniam habebimus Deum. Abundantiam omnem designat metaphoria per abundantiam cibî et potus. Quia si pascit, habet se ad nos sicut pastor ad oves; quae duobus pascuntur, scilicet herbis et aqua. Quantum ad primum dicit, *In loco pascue ibi me collocavit*, idest pascuoso, ubi est abundantia herbarum,

Hæc abundantia sunt saera documenta divinae Scripturae et spiritualium abundantia : Ezech. *In herbis videntibus et in pascuis pinguis pascuntur.* Quantum ad secundum dicit, *Super aquam refectionis educavit me.* Et dicit *Collocavit*, quia sermo divinus duo facit : scilicet incipientes instruit, et perficientes firmat. Propter primum dicit, *In loco pascuae.* Propter secundum dicit, *ibi me collocavit.* Quantum ad secundum dicit, *Super aquam refectionis educavit me.* Hæc est aqua baptismi : Ezech. xxxv, 23 : *Effundam super vos aquam mundam etc.* Vel est aqua sapientiae sacrae doctrinæ; quæ quidem et est cibus, quia confortat ; et aqua, quia refrigerat : Eccl. xv, 3 : *Aqua sapientiae salutaris potavit illum.* *Animam meam convertit.* Ille est effectus pascuae, quia *Animam meam convertit.* Vel dicit quæ sunt habe pascua; quia conversio animæ. Est autem duplex effectus spiritualis doctrinæ. Primus est interior, in conversione animæ ad Deum, quando totaliter se a rebus mundi trahit. Psal. xviii, 8 : *Lex Domini immaculata convertens animas; testimonium etc.* Et conversio fit virtute Dei. Thren. ult. 21 : *Converte nos Domine ad te.* Alius effectus est exterior, ut opera exteriora exequatur ; unde dicit : *Deduxit me super semitas justitiae;* habe autem sunt bona opera. Isa. xi, 3 : *Iustus facie semitas Deinostri.* Vel semita sunt consilia. Prov. iv, 11 \*\* : *Deducam te per semitas aequitatis;* et hoc, propter nomen tuum, idest gloriam nominis tui. Psal. lxxviii, 9 : *Propter gloriam nominis tui libera nos.*

2. *Nam.* Ille ponit beneficia contra malam. Et primo in generali ; secundo in speciali, ibi, *Virga tua.* Et loquitur ad similitudinem hominis eunitis per loca periculosa, cui necesse est securitas ; et haec beneficia ponit hic, *Nam et si ambulavero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu tecum es, tanquam dux et protector;* et sic securus ero. *Umbram mortis* dicitur præsens tribulatio : est enim umbra presagium corporis subsequentis. Col. ii, 17 : *Lex umbra futurorum, corpus autem Christi;* sic tribulatio est quasi mortis iudicium. *In medio,* idest in intimo sive vehementia tribulationis,

*virificabis me etc.* Sed umbra mortis dicitur præsentis vita caligine peccatorum obseura. Job iii, 5 : *Occupet eum caligo etc.* Vel umbra mortis dicuntur facta hæretorum portantium ipsæ se imaginem diaboli. Job. xxvii, 3 : *Lapidem caliginis et umbram mortis dividit torrens etc.* Dicitur autem umbra mortis, quod non infert malum Deo præsente. Job. xvii, 3 : *Pone me juxta te etc.* Isa. xiii, 2 : *Cum transieris per aquas, tecum ero, ne flumina operiantur te: cum ambulaveris in igne, non combureris.* Sed præster dictam securitatem ponit tria beneficia quæ Deus facit in eis. Primo sustentat : unde dicit, *Virga tua et baculus tuus.* Et hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo, ut per virgam intelligamus directionem viae, Ps. xiav, 7 : *Virga directionis, virga regni tui.* Per baculum intelligamus sustentaculum. Tob. v, 23 : *Baculum sustentutis nostræ.* Littera Hieronymi habet, *Fulcrum:* quasi dicat, Ostensio et sustentatio *Ipsa me consolata sunt;* idest dederunt mihi consolationem in via. 1, Cor. 3 : *Deus totius consolationis qui consolatur nos.* Alio modo, ut exponatur hoc pertinere ad correctionem, quia virga fit correctio. Prov. xii, 23 : *Qui parci virgæ etc.* Et *baculus tuus,* scilicet senioris disciplinae ; quasi dicat : Mitis et dura correctio tua dedit mihi consolationem : Prov. iii, 12 : *Quem diligit corripit: et quasi pater in filio complacet sibi.* Quantum ad secundum dicit, *Parasti in conspectu meo mensam, duplicitis quidem doctrinæ.* Prov. ix, 2 : *Proposuit mensam, misit ancillas suas vocare ad arcem:* ubi sunt diversa fercula, scilicet diversa documenta spiritualia. Et hoc *In conspectu tuo, (quia) in lege\*\*\* meditatur ... die ac nocte,* Ps. i, 2. Vel mensam sacramentalem, scilicet altaris. Triplex enim mensa legitur in sacra Scriptura. Prima est mensa veteris legis. Exod. xxv, 23 : *Facies mensam de lignis Setim: et pones super mensam panes propositionis.* Alia est novi testamenti. 1 Cor. x, 21 : *Non potestis mensa Domini esse particeps, et mensa demoniorum;* et haec mensa fuit res et figura. Tertia mensa est in patria. Luc. xxii, 30 : *Ego dispono vobis regnum, ut edatissuper mensam meam et bibatis in regno meo.* Et ultraquæ mensa pugnamus contra

• potabit

\*\* Ducam

inimicos nostros; unde dicit, *Adversus eos qui tribulant me*; quia per mensam, quae est sacra Scriptura, expellimus tentationes. Eph. ult, 16: *In omnibus sumentes sentum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Item corpus Christi contra inimicos tuerit, ut dicit Chrysostomus super Joan: *Impinguasti in oleo*, idest laetitia, *caput meum*. Hoc autem per duo signatur, scilicet per oleum immagens, et vinum inebrians. Et hoc dicit ad similitudinem antiquorum orientalium qui in festis ungebant capita oleo. Isa. lxi, 9: *Ut daret eis coronam pro cinere, et oleum gaudii pro luctu.* *Caput meum*, idest Christum, *impinguasti*, idest replesti abundatissime, *oleo spiritualis gratia*, ut ex eo ad nos gratia diffundetur. 1 Cor. viii, 6: *Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, et nos per ipsum.* Psal. xlvi, 8: *Uruit te etc.* Vel, *caput tuum*, idest mentem meam. Matth. vi, 17: *Tu autem cum jejunas, unge caput meum*, idest mentem oleo, idest spirituali devotione, *Et colix tuus*, vel meus, idest mibi datus, vel tuus, idest a te datus. Hic calix est donum divini amoris qui inebriat: quia ebrius non est in se, nec secundum se loquitur, sed

\* darem secundum impetum vini; sic ille qui est plenus divino amore, loquitur secundum Deum: est enim in extasis factus. Caut. v, 1: *Comedite amici, et inebriamini.* Isa. lv, 10: *Quonundo deseruilit imber et nix de celo, et inebriat terram, et germinare eam facit;* sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Hier. xxiii, 9.: *Factus sum quasi vir ebrius, et quasi homo madidus cino a facie Domini.* Vel calix dicitur sanguis Christi, quia debet inebriare. Et hic *Quam praelarus est*, idest maxime clarus.

3. *Et misericordia etc.* Hic ponit beneficia futura. Et primo quantum ad participationem divinorum donorum; secundo quantum ad fruitionem ipsius Dei. Dicit ergo, *Hac omnia praedicta mihi fecisti; sed rogo Misericordia tua subsequitur me.* Alias petivit ut preueniat, hic quod subsequatur: et ultraque est necessaria: quia praeveniens est necessaria, quia inspirat animum, subsequensque juvat ut efficiatur. *Ut inhabitem in domo Domini*, hoc est in Ecclesia, *In longitudinem dierum*, idest semper per gratiam, et in celo per gloriam. Psal. xxvi, 4: *Unum petui a Domino etc.* Isa. lxv, 18; *Laudabit et exultabit usque in sempiternum.*

## PSALMUS XXIII.

4. *Prima Sabbathi.*

*Domini est terra, et plenitudo ejus; orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.* quia ipse super maria fundavit eum, et super Iunna preparavit eum.

2. *Quis ascendet in montem Domini?* ant quis stabit in loco sancto ejus?

3. *Innocens manibus et mundo corde;* qui non necepit in vano animam suam, nec pravit in dolo proximo suo.

4. *Hie accipiet benedictionem a Domino,* et misericordiam a Deo salutari suo. Hac est generatio querentium eum, querentium faciem Dei Jacob.

5. *Attollite portas principes vestras,* et elevamini portas aternales, et introibit rex gloria, quis est iste rex gloria? Dominus fortis et potens, dominus potens in pecto. Attollite portas principes vestras, et elevamini portas aternales, et introibit rex gloria. Quis est iste rex gloria? Dominus virtutum, ipse est rex gloria.

1. *Posita tribulatione et auxilio divino,*

hic commendat Psalmista<sup>1</sup> potestatem auxiliantis. Titulus non est novus in hebreo; sed in latino additur: in prima sabbati. Ubi sciendum est quod sic uerbi dicitur Exod. xx, 8: *Memento ut diem sabbati sanctifices etc.*, est tertium praeceptum. Sex enim diebus fecit Dens eundem et terram et omnia qua in eis sunt, et in septima requievit; ita et nos debemus pro reverentia septima die requiescere. Unde omnes dies hebdomadae sabbatum appellantur, sicut dies dominicus dicitur prima sabbati. Matth. ult, 1: *Vespere autem sabbati qui lucescit in prima sabbati.* Et deinceps tota hebdomada sabbatum dicitur. Luc. xviii, 12: *Jejuno his in sabbato:* unde Psalmus hic in prima sabbati com-

<sup>1</sup> AL: « Psalmus » et sic infra.

memorat ea quæ pertinent ad primam sabbati, idest ad dominicam. In qua<sup>1</sup> tria facta sunt : scilicet creatio mundi, productio lucis, et resurrectio Christi, ut in Evangelio habetur Matth. xxviii. De istis ergo agit Psalmista : scilicet de potentia creantis, et gloria resurgentis; et forte iste Psalmus cantabatur in prima sabbati, sed videtur esse disjunctus. Tamen sciendum est, quod tempore David Deus celebatur solum in Iudea ; et David considerans quod Deus est Deus totius terræ, et videns in spiritu propheticō futurum esse quod coleretur in toto mundo, fecit istum Psalmum : et de hoc agit hic. Dividitur ergo Psalmus iste in tres partes. In prima ponit universale ejus dominium ; in secunda ponit sive ostendit modum quo homines accedunt ad Deum, ibi. *Quis ascendet*; in tertia predicit futurum cultum Dei per totum mundum, ibi, *Attollite*. Carea primum duo facit. Primo ostendit quod universale est Dei dominium ; secundo ponit signum vel causam, ibi. *Quia ipse super maria. Vel sic : In Psalmo isto agit de tribus. Primo de creatione ; secundo de illuminatione, ibi, *Quis ascendet*, tertio de resurrectione, ibi, *Attollite*, sive de resurgentis glorificatione. Carea primum duo facit. Primo ponit creantis potentiam ; secundo subdit rationem, ibi, *Quia ipse super maria. Est autem sciendum quod terra potest dupliciter considerari : vel secundum quod est unum elementum vel secundum quod est habitaculum hominum : et utroque modo est sub divino dominio. Primo modo fuerunt aliqui non extendentes divinam providentiam ad corruptibilia, sed tantum ad cœlos. Job. xxii, 14 : *Nubes latibulum ejus : circu cardines eam perambulat, nec nostra considerat*. Ezech. viii, 12 : *Derebliquit terram, et Dominus non videt eam*. Psalmus dicit quia, *Domini est terra*, scilicet ipsum elementum super quod habet dominium : vel *Terra*, idest ecclesia, quae est bona terra, quae facit multum fructum. Isa. xi, 12 : *Quis appendit tribus digitis molm terræ, et libravit in pondere montes, et colles in statuera?* Sed addit, *Et plenitudo ejus*. Gen.**

i. 2 : *Terra erat inanis et vacua etc.* quia non erat plena arboribus et aliis quæ pertinent ad ornatum terræ, sicut plantæ et herbae. Vel, *Plenitudo terræ*, idest plenitudo gratiarum Ecclesie. Et hic est Christus, qui attulit omnem gratiam plenitudinem in se. Eccl. i, 16 : *Fucis tua plena gratiorum*. I. Joan. *De plenitudine ejus omnes accepimus*. Secundo modo etiam dicitur Dei orbis terrarum, idest nostra terra habitabilis. *Et universi qui habitant in ea*, idest omnes habitatores ejus. Ps. ix, 9 : *Judicabit orbem terræ in aequitate, et populos in justitia*. Isa. xlvi, 18 : *Non in vanum creare eam* (scilicet terram); *ut habitare, formatur formavi eam*. Centrum est insimus locus in mundo, ad quod terra gravitate sua tendit et omnia alia cedunt sibi : et dicit Psalm. ciu, 5 : *Qui fundarit terram*<sup>2</sup> *super stabilitatem suam*, quia per gravitatem tendit illuc : et super nihilum, quia nihil sibi subsidet ; et Isa. xi, 12 dicit: *Appendit tribus digitis molm terræ*, frigide et partium suarum continuitate. Sed quia terra est elementum, et ex ea cum aliis elementis fit mixtum ; terra autem est secca et frigida, nuda nec ex motu, nec ex fluxu, pars una continuatur, alteri indiget humore continentem et continuante, et sic fundatur vel confirmatur super aquas ; et quia in qualibet parte terra quasi sit generatio aquarum, tota terra fere potest dici fundari super aquam : propter quod dicit, *Ipse super maria fundavit eam*. Vel sicut fundamentum continet aedificium, sic aqua continet terram, ne discontinuetur. Discontinuatio etiam terræ facit quod aqua quæ liquida est et gravis, fluat quasi per totam terram. Item per orbem designatur Ecclesia et omnes habitantes in ea, scilicet fideles ; et omnes sumus Christi : et *Sive vivimus, sive morimur, Domini sunus*, ut Apostolus dicit Rom. xiv, 8. Consequenter reddit causam supradictorum, quia scilicet, *Super maria fundarit eam*; quasi dicat : Illud est artificis, quod ipse artifex facit. Sed Deus fecit terram et ea quæ sunt in terra. Ergo ipsius est terra et plenitudo ejus. Sed quidam dicunt,

<sup>1</sup> Al. : « quo. »

quod non est providentia Dei in rebus terrenis. Sed contra hoc est signum magna<sup>æ</sup> providentia<sup>æ</sup> dispositio aquarum ad terram, quia elementa levia debent esse super graviora. Similiter ergo sicut aer circumdat aquam, ita aqua debet circumdare terram. Et philosophi assignant super hoc multas causas. Sed causa est providentia divina, ut ibi esset habitat<sup>io</sup> hominum et animalium; nūde Moyses in principio, quando posuit rerum creationem, posuit terram primum informem; unde terra erat inanis, idest informis, et vacua arboribus; et ideo posuit eam circumdata<sup>m</sup> sive opertam aqua; et tenebræ, idest aquæ, erant super faciem abyssi, idest super terram; et Spiritus Domini, idest aer, fermebat<sup>r</sup> super aquas. Vel terra erat iuaniis, idest invisibilis propter aquas; unde sequitur, Congregentur aquæ etc, et appareat arida; quasi dicat: Quia terra est prima secundum ordinem elementorum, a providentia divina factum est quod sit super aquas, ut homines et animalia possint in ea vivere, et aquæ nihilominus occupent terram quantum durant maria: unde dicit, *Ipse super mari<sup>a</sup> fundavit eam*, idest juxta, sicut alibi. Ps. cxxxvi: *Super flumina Babylonis* (idest juxta flumen Babylonis) *illuc sedimus* etc. *Fundavit*, idest firmam statuit, ut mare eam non ocepet: Job. xxxviii, 40: *Posui muri ostia et rectes*, et diri *Hucusque venies, et non procedis amplius;* et hic confringit tumentes fluctus tuos. Hier. v, 22 *Qui posuit*<sup>\*</sup> *arenam terminum mari,* præceptum sempiternum quod non præteribit. Et super flumina præparavit illam, idest juxta flumina; et dicit, *Præparavit*, non fundavit, quia ad præparationem requiritur quod irrigetur flumine; Psal. lxiv, 10: *Flumen Dei repletum est aquis: parasti eibum illorum, quoniam ita est præparatio ejus: Rivos ejus inebrians multiplica* etc. Vel Ecclesia, *funda<sup>t</sup>a est super maria*, idest super tribulatiōnes: Ps. xcii, 4: *Mirabiles elationes maris.* Et super flumina, idest persecutions quibus præparata est Ecclesia ad coronas martyrum. Vel *Super maria*, idest amaritudines; et tamen consolationem ejus præparavit flumina consolationum: Ps. xlvi, 5 *Fluminis impetus lœticat* etc.

2. *Quis ascendet?* Quasi dicat, Magnus est, et quomodo accedetur ad eum? Eccl. ii, 12: *Quis est homo qui possit sequi regem factorem suum*; et ideo docet modum pervenienti: unde circa hoc duo facit. Primo ponit questionem. Secundo responsionem, ibi, *Innocens manibus*. In qua<sup>st</sup>ione querit duo: scilicet de via seu motu, *Quis ascendet*. Et de termino, *Ant quis stabit*. Mons signat hic altitudinem divinæ justitiae sive majestatis: Psalm. xxxv, 7: *Justitia tua sicut montes Dei.* Mons ergo est altitudo divinæ majestatis, vel sublimitas Christi, qui mons dicitur; Isa. ii, 2: *Erit in norissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, et elevabitur etc.* Quis ergo ascendet tantum quod deveniat ad Christum et Deum? Sancti viri qui disponunt ascensiones in corde suo ascendent, ut dicit Psa<sup>n</sup>mista. Item: quis poterit stare ibi, ubi ipse est qui est locus sanctus, locus gloriae? Hier. xvii, 12: *Locus sanctificationis nostræ expectatio Israel*: Exod. iii, 5: *Locus in quo stas terra sancta est*; quasi dicat: Quis stabilietur ibi? Sed alibi dicit Psal. cxxi, 2, quod sic, *Stantes erant pedes nostri in atris tuis Hierusalem*. Unde consequenter ponitur responsio.

3. *Innocens.* Et primo ostendit hoc in generali. Secundo in speciali, *Hoc est generatio*. Circa primum duo facit. Primo proponit meritum. Secundo premium, ibi, Accipiet. In merito est unum quod pertinet ad innocentiam operis; unde dicit, *Innocens manibus*: Job xxii, 30: *Salvabitur innocens: salvabitur autem munditia manuum suarum*; Ps. xxv, 1: *Ego in innocentia mea ingressus sum.* Aliud pertinet ad puritatem cordis: et quantum ad hoc ponit, quod conservetur cor purum a concupiscentiis interioribus: unde dicit. *Et mundo corde*: Matth. v, 8: *Boniti mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Item ab omni cupiditate rerum temporalium, *Qui non accipit in vanum nimium suum*: idest qui non effudit eam super res vanas, vel qui non vane gloratur de virtutibus, vel qui non permittit sensualitatem suam pervenire usque ad consensum peccati. Hieronymus habet, *Qui non extollunt in vanum*, quia ex mun-

ditia cordis aliqui superbiant : Ps. cxxx, 1 : *Domine, non est exaltatum cor meum.* Item pertinet ad veritatem oris ; unde sequitur, *Aec juravit in dole proximo suo :* Zach. viii, 17 : *Juramentum mundus non diligatis.*

4. *Hic accipiet.* Hic ponit premissum. Premium autem consistit in duobus : scilicet in consecutione honorum : *Hic accipiet benedictionem*, id est bona a Deo : Prov. x, 6 : *Benedictio Domini super caput justi :* I Petr. iii, 9, *In hoc vocati estis, ut benedictione hereditatem possidatis.* Item in liberatione a malis : unde dicit, *Et misericordium a Deo salutari suo, qui liberat a miseria.* Vel aliter : potest accedere innocens manibus ; quia potest esse innocens, propter hoc quod *Accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam*, quia vital peccata ; Rom. ix, 16 : *Non est volentis neque currentis, sed Dei misericordia.* Consequenter ostendit istum modum in generali, *Hac est generatio quaerentium Dominum* ; quasi dicat : in generali multi sunt tales : et isti sunt tota generatio quaerentium Deum qui sunt innocentes etc. Unde loquitur Scriptura de bonis sicut de una generatione : Matth. xxiv, 34 : *Non pertransibit generatio haec, scilicet bonorum etc.* Et describit eam a duobus : scilicet a studio, quia nihil quaerit nisi Deum : unde dicit : *Quaerentium Deum, etiam in vila ista :* Is. lv, 6 : *Quaerite Dominum dum inveniri potest.* Quo fine ? Ut perveniat ad ejus visionem ; unde sequitur, *Quaerentiam faciem Dei Jacob :* Gen. xxxii, 30 : *Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.*

5. *Attollite.* Haec est tertia pars Psalmi : in qua prænuntiatur quomodo futurum erat, quod Deus coleretur in toto mundo, ut sensus litteralis exponit. Deus dicitur hominem inhabitare per fidem : Eph. iii, 17. *Inhabitare Christum per fidem in cordibus vestris :* et per caritatem : Jo. iv, 16 : *Qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo.* Item dicitur intrare qui incipit esse ubi prius non erat. Tunc ergo Deus intrat in nos, quando incipimus habere fidem de eo. Olim totus mundus non habebat fidem Dei : et hoc contingebat propter duplex impedimentum :

scilicet propter statuta principum, et propter consuetudinem antiquam. Primum contingebat, quia singule civitates proponebant sibi leges de idolatria, et consuebant speciales deos : et hic cultus erait quasi inveteratus ; hoc etiam demones procurabant. Item Angeli celebantur, quos vocabant militiam eoli : et ista impeditamenta erant porte sive ostia quae clausum prohibent introitum dominus. Tria autem facit. Primo prænuntiat illud quod est futurum. Secundo proponit quæstiōnem. Tertio subdit responsione. Dicit ergo, *Principes*, id est, o mali homines, vel o demones, *Attollite portas vestras,* id est elevetis impedimenta quæ apponitis ne homines accedant ad Deum. Hieronymus habet, *Elevate;* quasi dicat, Removetatis etc. Ps. ix, 15 : *Exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes prædicaciones tuas in portis filie Sion.* Et *Vos portas aternales*, id est aeternum et antiquum impedimentum : *Elevarimini*, id est removeamini : Psalm. lxxv, 5 : *Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis;* quasi dicat, Vos antiquæ impedimenta removeatis vos de cordibus hominum : et tunc ille qui est *Rex gloriae*, introibit in mundum per fidem et charitatem, et cultum. Vel potest dici quod sunt duplices portæ : quædam quæ sunt malæ, quæ claudunt aditum ad vitam ; aliae bonæ, quibus aperitur via vita. Ps. cxvi, 19 : *Aperi vias vitæ*, id est justitiae etc. Portæ malæ sunt peccata ; bonæ autem sunt virtutes. Dicit ergo, *O principes attollite portas vestras*, id est aperite, et removete peccata : et acquirite, *Eternales*, id est dona aeterna a Deo aeterno : *elevarimini*, in cordibus vestris, et *introibit rex gloriae.* Prophetice loquitur, quia a principio non statim omnes crediderunt sed dubitaverunt ; quasi dicat : Cui volumus, credere, et eni volumus obediere ? numquid Deo Iudeorum ? Exod. v, 2 : *Nescio Dominum, et Israel non dimittam.* Et ideo hoc ostendit cum dicit, *Quis est iste rex gloriae ?* Et respondet, *Dominus fortis et potens.* Aliquis rex apparuit gloriosus ex tribus. Quia acquirit primo per robur magna ; unde dicit, *Fortis :* Prov. xii, 12 : *Monus fortissima dominabitur* : Job. ix, 19 : *Si fortitudo queritur, fortissimus*

\* præteri-  
bit

\*\* Deum

\*\*\*Habitor

*i.e.* Secundo propter potestatem ; et hanc ostendit, cum dicit, *Dominus potens*, quia potentissimus est ad dominandum : Job yxxvi, 5 : *Dens\*\* potentem non abiecit* : dan. vii, 44 : *Potestas ejus potestas eterna etc.* Tertio, quod sit bonus prælator ; unde dicit : *Dominus potens in prælio*, quo contra mortem et diabolum vicit in omnibus : Apoc. v, 5 : *Vicit leo de tribu Iuda*. Vel fortis in natura sua, potens in jurisdictione in suos, et potens contra adversarios. Quod ergo secundo dicit, *Attollite etc.*, potest dici quod est repetitio : et sic ne differant audientes quis hic potens sit. Vel prius refertur ad principes, idest ad daemones ; quod autem hic dicit, refertur ad bonos angelos, qui etiam sua dignitate prius non suo studio erant ab hominibus colendi, qui colebant eos : iv Reg. xvn 16. *Adoraverant universam militiam celi* : quasi dicat, Removete impedimenta propter quae homines vos colunt. Et ideo hic dicit, *Dominus virtutum ipse est rex gloriae*. In Glossa autem est alia expositio. Christus ad inferos descendit et ascendit in cœlum : et haec duo prænunciat hic. Et primo monet infernales ut aperiant ; unde dicit, *Attollite etc.* O principes infernales ape-

rite portas vestras : *Et elevamini etc.* *Et introibit rex gloriae*. Sed cum daemones quererent, *Quis est iste rex gloriae*, responderet ille qui fuit. *Fortis et potens in prælio*, contra te. Secundo monet super nos <sup>1</sup>cives *Aperite portas*, paradisi. Unde respondens Christus quasi præconis voce, et vicem gerens, dirigens vocem in cœlum dicit, *O principes colestes, attollite*, idest aperite portas vestras, etc. *Et introibit etc.* Et illis querentibus dicit, *Dominus virtutum ipse est rex gloriae*. Est autem sciendum, sicut dicit Dionysius, quod non est intelligendum sic quod Angeli essent ignorantes de mysterio lucrationis ; sed admirantes dixerunt, *Quis est iste rex gloriae*, quia gloria Christi excellit omnem cognitionem. Aliquaudo enim ipse Christus docet de se per Scripturam, ut dicitur Isa. lxii, 1 : *Ego qui loquor iustitiam etc.* Hic autem non ipse, sed alii de eo, scilicet Angeli, respondent, *Dominus virtutum etc.* ; quia aliqui angeli accipiunt illuminationem immediate a Deo, sicut dicitur Isa. vi, 1 : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, et plena erat etc.* Alii ab illis, sicut medi et infimi : et istis hic responderetur ab aliis Angelis.

## PSALMUS DAVID XXIV.

1. *In finem.*

*Ad te, Domine, levavi animam meam : Deus meus in te confido, non erubescam. Neque irridet me iniurici mei.*

*2. Etenim universi qui sustinent te, non confundentur.*

*3. Confundantur omnes iniqua agentes, super-vane.*

*4. Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, et doce me, quia tu es salvator mens, et te sustinui tota die.*

*5. Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum, quae a sanctis sunt.*

*6. Delicta juventutis mea, et ignorancia mea ne-mumeris. Secundum misericordiam tuam memen-to mei tu, propter bountatem tuam, Domine.*

*7. Dulcis et rectus Dominus,*

*8. Propter hoc legem dabit delinqüentibus in via, Diriget manus tuos in iudicio : docebit miles vias suas. Universa via Domini misericordia et veritas : reuidentibus testamentum ejus et testimonia ejus.*

*9. Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis percutio mea : multum est enim.*

*10. Quis est homo qui timet Dominum ? legem statuit ei in via quam elegit. Animus ejus in bonis demorabitur, et semen ejus hereditabit terram. Firmamentum est Dominus inuentus enim ; et testamentum ipsius ut manifestetur illis.*

*11. Oculi mei semper ad Dominum : quoniam ipso evellet de laqueo pedes meos. Resipe in me, et miserere mei, quia unicus et pauper sum ego.*

*12. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam, et laborem meum, et dimittre universa de-licta mea.*

*13. Resipe iniurios meos, quoniam multiplicata sunt, et odio iniqui aderunt me.*

*14. Castodi animam meam et cruce mea non erubescam, quoniam speravi in te, innocentie et recte adheserunt mihi, quia sustinui te.*

*15. Tabera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.*

<sup>1</sup> M. : a supra nos, n.

1. Supra Psalmista posuit Christi tribulationem et divinum auxilium ; hic subiungit orationem : et circa hoc duo facit. Primo ponitur oratio. Secundo orantis merita, *Judica me Domine etc.* Circa primum tria facit. Primo proponitur oratio. Secundo subditur fiducia ex oratione concepta, ibi, *Dulcis et rectus*. Tertio continua orationis instantiam, ibi, *Oculi moi*. Circa primum tria facit. Primo petit liberari ab hostibus. Secundo petit dirigi in bona justitia, ibi, *Vias tuas*. Tertio petit remitti sibi peccata, ibi, *Reminiscere*. Circa primum tria facit. Primo proponitur preparatio ad orandum, secundum illud Eccl. xviii, 23 : *Ante orationem prepara animam tuam etc.* Secundo ponitur petitio, ibi, *Non erubescam*. Tertio ponitur petitionis ratio, ibi, *Etenim universi*. Dupliciter enim preparatur ad orandum. Vel per erectionem mentis in Deum, quia, ut Damascenus dicit, « Oratio est ascensus intellectus in Deum. » Vel per fiduciam quam quis habet de Deo. Quantum ad primum dicit : O Domine, ego levavi animam meam ad te per contemplationem, bonitatem tuam inspiciens, et per amorem : Thre. iii, 41 : *Levemus corda nostra cum manibus ad Deum*. Propter secundum, quia nullus impetrat nisi confidenter oret : Jac. i, 6 : *Postulet in fide, nihil hesitans* : Hebr. iv, 16 : *Adramus cum fiducia ad thronum glorie, sive gratiarum ejus*; ideo dicit, *In te Deus meus confido*. ii, Cor. iii, 5 : *Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus cogitare a nobis aliquid*. Consequenter ponitur petitio : et ponit duo. Unum, quod pertinet ad ipsum secundum se, secundum quod pertinet ad ipsum per comparationem ad hostes. Quantum ad primum dicit, *Non erubescam*. Erubescit quis a tribus. Vel quando opprimitur ab hoste vel quando frustratur spe, vel quando recognoscit peccatum quod fecit. De hoc Rom. vi, 21 : *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* De secundo Rom. v, 5 : *Spes non confundit, quia caritas etc.*; unde dicit, *Neque irrideant me inimici mei, idest non habeant facultatem me irridendi ad quod parati sunt* : Sap. v, 3 : *Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, et in simili-*

*itudinem improperii* : Job. xii, 4 : *Deridetur justi simplicitas*.

2. Quantum ad secundum dicit, *Etenim*. Ille ponitur ratio petitionis, et est duplex : quasi dicat, Peto non erubescere, et non irrideri. Et primo ostendit quibus non debeatur confusio. Secundo ostendit quibus debeatur, ibi, *Confundantur etc.* Dicitergo quantum ad primum : *Etenim qui sustinent te non confiduntur*. Illi sustinent eum qui cum longanimitate eum expectant : Habac. ii, 3 : *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet* : Eccl. : *Nullus speravit in eo et confusus est*.

3. *Confundantur*. Ille ostendit quibus debeatur confusio sive erubescencia, quia, *Iniqua agentes*. Est autem duplex confusio : scilicet bona et mala : Eccl. iv, 25 : *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam et gratiam*. De prima dicitur Hier. viii, 12 : *Confusi sunt quia abominationem fecerint*. Ille confusio est poena, et damnationis aeternae. Sed de bona confusione sequitur postea. Quinimmo confusione bona non sunt confusi : et ideo hic agitur de utraque confusione. Si enim intelligatur de mala confusione, tunc non optat, sed preueniat ; quasi dicat : *Confundantur omnes qui male agunt, scilicet me persequentes* : Hier. xvii, 48 : *Confundantur qui me persequuntur. Supervacue*, quia non possunt habere intentum in persequendo : Hier. i, 19 : *Bellabunt adversum te, et non pravelebunt*. Item, *omnes iniqua agentes*, id est peccatores confundantur damnatione sua supervacue scilicet iniqua agentes : quia in ipso actu peccati elongantur a Deo, et impediuntur a fine intento, scilicet beatitudine : Sap. iii, 11 : *Inutilia sunt opera eorum, vel inhabilia*. Item potest intelligi de bona confusione : et sic dicit, *Confundantur etc.*, optando, ut ad paenitentiam convertantur.

4. *Vias*. Consequenter petit promoveri ad bona. Et primo ponit petitionem. Secundo rationem ejus, ibi, *Quia tu es Deus*. Est autem duplex bonum : scilicet activa et contemplativa vita. Primo ponitur bonum vita activa. Secundo vita contemplativa, ibi, *Dirige me*. In activa vita est duplex modus procedendi : scilicet communis per praeceptum, specialis per con-

silia. Quantum ad primum dicit, *Vias tuas, Domine, demonstra mihi. Via Domini quibus itur ad Deum, sunt praecepta: Matth. xix, 17: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata; Ezech. xviii, 9: Si in præceptis meis ambulaverit, et fecerit ea, hic justus est, et vita vivet.* Per has enim vias venit Dominus ad nos, maxime per præceptum caritatis: Joan. xiv, 15: *Si diligitis me, mandata mea servate.* Ille via non cognosco; et ideo ostende eas mihi, et quantum ad intellectum, et quantum ad effectum. Quantum ad primum dicit Isa. xxx, 20: *Eruat oculi tui videntes præceptorem tuum, et audies vocem post tergum monentis.* Quantum ad secundum dicit, *Et semitas.* Via est publica et communis, sed semita est brevis et non est communis, sed quadam abbreviatio communis via. Item consilia sunt via ad Deum, sed arctiora et breviora: Hier. vi, 16: *State supra vias vestras, scilicet servate præcepta: Et interrogate de semitis,* idest custodite consilia: Isa. xl, 3: *Rectas facite semitas Dei.* Ad contemplativam autem vitam duo pertinent. Primo, ut quis notis bene utatur ad alia inquirenda, et ut ignota discat. Quantum ad primum dicit, *Dirige me in veritate tua, idest propter veritatem: quasi, veritas tua dirigat:* Ps. xlii, 3: *Emitte lucem tuam, et veritatem tuam.* Et doce me, quantum ad secundum dicit, non solum per Scripturam et creaturas, sed etiam interius: Joan. vi, 45: *Omnis qui audiuit a Patre, et didicit, venit ad me. Quia tu es Deus salvator meus.* Ille ponitur ratio premissae petitionis: et est duplex. Una ex parte Dei. Alia ex parte potentis. Ex parte Dei est, quia ipse est salvator, et creator humanae salutis, quae consistit præcipue in cognitione veritatis: 1 Tim. ii, 4: *Qui vult omnes homines salvos fieri, et vel agnitionem veritatis pervenire.* Unus enim est Deus, et unus mediator Dei et hominum Christus Jesus vero salvator: Isa. xlvi, 21: *Dominus justus, et salvans non est præter me.* Item ex parte potentis, quia non expecto ab alio doceri nisi a te. Quem sustinuit tota die: Ps. xxxvi, 9: *Sustinetur Dominum ipsi hereditabunt terram.* Item ibid. *Confortetur cor tuum, et sustine Dominum.*

5.  
5. *Reminiscere.* Ille petit peccatorum remissionem etc. Ille duo facit. Primo ponit petitionem in generali. Secundo explicat eam in speciali, ibi, *Delicta.* In generali autem petit misericordiam. Ille proprie respicit miseriam. Maxima miseria est culpa. Misera autem felicitati opponitur, quæ consistit principaliter in actu virtutis perfecta. Secundo in bonis exterioribus. Ergo miseria consistit principaliter in actu peccati. Secundo in detrimentis et exterioribus rebus: Prov. xiv, 34: *Miseros facit populus peccatum.* Et ideo petit misericordiam contra peccata. In hac ergo misericordia sunt duo: scilicet usus sive effectus misericordiae, qui vocatur miseria. Secundum est ipsa misericordia, quæ vocatur misericordia secundum quod est virtus. Quando igitur Deus misereretur actu, tunc dicatur misericors; sed videtur oblitus quando actu non misereretur; unde dicit, *Reminiscere miserationum tuorum:* Ps. lxxvi, 10: *Aut oblitiscetur misereri Deus?* Tamen hoc ipso quod differt misereri, facit propter bona nostra, licet secundum opinionem hominum videatur oblitus, quando non misereretur actu; quasi dicat, Reminiscere, ne apud iniquos videaris oblitus. *Et misericordiarum.* Hoc dicit propter multos effectus misericordiae divinae ad humanam naturam: *Quia a saculo sunt,* idest ab initio creature: Lue. i, 50: *Misericordia ejus a progenie etc.*

6. *Delicta.* Ille explicat quare indiget misericordia: quasi dicat, hic peto misericordiam, quia habeo peccata, quæ ut sic loquuntur, sunt digna misericordia. Et ponit tria quæ faciunt ad dimissionem peccati. Primo ponit genus peccati: et est duplex: unum transgressionis, et aliud omissionis: et haec, scilicet peccata omissionis, vocantur delicta, quasi leviora, et aliquo modo magis venia digna, quia difficile est quod homo a delicto se totaliter custodiat; et ideo dicit, *Delicta:* Gal. vi, 1: *Si prævenimus furerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis.* Secundo ex parte peccantis: quia quanto magis homo est prædictus ratione, et est in majori statu, tanto peccatum est gravius in eo. Et ideo peccata quæ in ju-

ventute fiunt minus imputantur quam illa  
qua fiunt in senectute : Isa. lxxv, 20 :  
*Precor centum annorum maledictus  
erit.* Et ideo dicit, *Delicta juventutis.* Ad  
litteram pro illis qua committuntur in  
inventute, orat, prout dicitur Gen. viii,  
21 : *Promisit spiritus hominis in malum,*  
idest in peccatum, ab adolescentia sua :  
Eccles. xi, 10 : *Adolescentia et caluptas ru-  
na sunt.* Vel, *Juventutis*, idest originalis,  
quia homo nascitur filius ira. Et quan-  
din homo est juvenis, est in domo patris :  
sic quandiu homo est peccator, est in  
domo diaboli, qua domus est ruinosa :  
Job i, 19 : *Venit ventus a regione deserti,*  
*et concussit quatuor angulos domus, et  
oppressit omnes filios etc.* Vel, *Juventutis*,  
idest peccata ex superbia commissa. Ju-  
venes naturaliter sunt superbi et pra-  
sumptuosi. Tertio ex motivo ad peccan-  
dum; quia peccata qua per ignorantiam  
committuntur, sunt minora; nude dicit,  
*Et ignorantias meas ne memineris :* 1 Tim.  
i, 13 : *Misericordiam consecutus sum, quia  
ignorans feci in incredulitate :* Ps. lxxxviii,  
8 : *Ne memineris iniuriam nostrarum  
antiquarum, sed recorderis misericordiarum.*  
Consequenter ponitur ratio petitionis. Non  
petit sibi peccata dimitti propter sua  
merita, quia misericordia non habet meri-  
tum. Et ideo allegat duo ex parte Dei,  
scilicet misericordiam et bonitatem, quaे  
in Deo sunt ut in subjecto, sed differunt  
ratione. In Deo autem consideratur  
bonitas scilicet, communicatio bono-  
rum in creaturis, quia bonum est dif-  
fusivum sui. Misericordia vero dicit spe-  
cialem profusionem bonitatis ad remo-  
vendam miseriam; et ideo, *Secundum  
misericordiam tuam memento mei tu,*  
non peccatorum : Dan. ix, 19 : *Non in  
justificationibus nostris prostrerimus  
precies ante faciem tuam, sed in misera-  
tionibus tuis multis :* Psal. lxxviii, 8 :  
*Cito anticipent nos misericordiae tue, quia  
pauperes facti sumus nimis.* Non solum  
propter misericordiam qua parcis miser-  
sis memor tantum, sed *Præpter bonita-  
tem tuam, quia bona facis omnia ;* et haec  
est ipse Deus, quia ipse est esse bonitatis.

7. *Dulcis.* Supra petivit Psalmista sibi  
sua peccata dimitti per misericordiam  
divinam : hic autem ponit fiduciam ex

misericordia divina conceptam : et circa  
hoc duo facit. Primo ponit causam fidu-  
ciae. Secundo ponit ipsam fidem concep-  
tant, ibi, *Propter nomen tuum.* Circa pri-  
imum duo facit. Primo propoñit causam  
fiduciae circa divinam bonitatem. Secundo  
ponit divinam bonitatis effectum, ibi, *Pro-  
pter hoc legem dabit etc.* Notandum quod  
circa divinam bonitatem dicit duo : scilicet  
dulcedinem et rectitudinem, quia *Dul-  
cis et rectus.* Dulcedo propriè est in cor-  
poralibus, metaphorice autem dicitur in  
spiritualibus. Ende oportet quod in spi-  
ritualibus dulcedo sumatur ad similitudinem  
corporalis. Habet autem hoc dul-  
cedo corporalis, quod reficit gustum  
corporalem et quietat et delectat : simili-  
liter et spiritualis dulcedo quietat et reficit  
et delectat spiritualem gustum. In Deo  
autem est essentialis dulcedo : Sap. xvi,  
21 : *Dulcedinem quam habes in filios  
ostroulebas.* Sed apud homines dulcedo  
dicitur in quantum satisfaciunt, vel sibi  
vel aliis, in malis sive in peccatis; sed  
in Deo non est nisi in honestis; et ideo sub-  
dit, *Et rectus Dominus :* Ps. cxvii, 137 :  
*Justus est Dominus, et rectum etc.* ita ut  
dulcedo ad misericordiam, rectitudo ad  
justitiam referatur.

8. *Propter.* Ille ponit effectus divinæ  
bonitatis. Est autem triplex gradus ho-  
minum, in quibus judicium divinæ boni-  
tatis invenitur. Primus gradus est pec-  
catorum. Secundus penitentium. Tertius  
iustorum. Quantum autem ad peccatores  
manifestat Deus suam bonitatem, eos  
corrigendo; unde dicit, *Propter hoc, idest  
propter dulcedinem et rectitudinem suam.*  
*Dabit legem delinquentibus in via :* Gal.  
iii, 19 : *Lex propter transgressiones posita  
est.* Et ideo bonitas Dei est quod delin-  
quentes corrigit. Et dicit, *Delinquentibus,*  
quia, ut dicitur 1 Tim. i, 9 : *Justo non est  
lex posita.* Item dicit, *In via, quia in  
via est status merendi et peccandi.* Vel,  
*In via, scilicet fidei, quia dicitur via qua  
itur ad Deum :* Heb. xi, 6 : *Accedenter  
ad Deum oportet credere.* Ergo etiam si  
in fide delinquitur reducitur ad Deum per  
correctionem. Vel dabit legem charitatis :  
Rom. xii, 10 : *Plenitudo legis est dilec-  
tio, ut ex charitate habeant remissionem  
peccatorum :* Prov. x, 12 : *Universa de-*

*ticta operit charitas.* Vel, *Delinquentibus in via justitiae eos corripiendo :* Barnab. iii, 23 : *Viam autem sapientiae nescierunt :* et de his ponit legem. Secundus effectus est, quod poenitentes dirigit; unde dicit, *Diriget mensuetas in iudicio.* Mansuetatur autem bestia, quando deposita ferocitate subditur hominibus: sic homines quando deponunt peccata, subduntur Deo; et ideo dicit in iudicio scilicet correctionis quia per iudicium correctionis proficiunt ad meliora, et in futuro iudicium magis proficiunt, in quo poenitentes pervenient ad hereditatem aeternae vita, et audient sententiam pro se: Prov. xvi, 4 : *Hominis est animum preparare, et Domini gubernare linguam.* Mansuetudo est virtus mitigans iram, quae ira valde impedit cognitionem, et maxime in maribus invenitur. Hac autem virtus maxime debet appeti; unde dicit Dionysius in epist. ad Demophilum, quod Moyses propter minimam mansuetudinem fuit dignus apparitione divina. Tertius effectus est, quod justos instruit: unde dicit, *Docebit mitis rias suas.* Mansuetus dicitur, qui de feritate ducitur ad pietatem, vel humilitatem; sed mites dicuntur, qui semper tales fuerunt. Iste miserentur a Deo, quia disciplina Domini acquiritur ab homine secundum quod est homo, non secundum quod est bestia: Job : *Docet nos super iumenta terre.* Proprium hominis, scilicet ratio, pervertitur per passionem irascibilis et concupisibilis; et mansuetudo temperat passionem irascibilis, et temperantia passionem concupisibilis. Et ideo qui sunt mites, merentur accipere Domini doctrinam: Isa. xxvii, 9 : *Quem docebit scientiam, et quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, arullos ab uberibus.* Exponit consequenter vias quas docet: unde dicit, *Universa via Domini.* Via Domini sunt processus ejus in aliquo opere; quasi dicat: Ego inveni istam viam. Processus autem Domini in operibus suis ad duo referuntur: scilicet ad misericordiam et justitiam: nam si aliquid dicitur de Deo et de homine, de iuste intelligitur secundum modum suum. Cum ergo dicitur misericordia de

Deo, accipitur secundum modum Dei, et in homine secundum modum hominis. Misericordia in homine est cum compatitur in miseriis alienis; justitia quando reddit unicuique quod suum est. Hoc autem non hoc modo est in Deo, quia Deus est impassibilis, et non compatitur; quia compassio est cum alio in se assumpta passio de aliena tribulatione. Item nulli aliiquid debet. Est ergo misericordia in Deo, quando repellit miseriā uniuscujusque rei, ut miseriae large pro defectu sumantur. Justitia est in Deo, quando unicuique dat secundum suam proportionem. Et haec duo invenimus in omnibus operibus Dei: quia in prima carum institutione non invenitur ratio justitiae, sed misericordiae; quia nihil nihil debetur; sed quando jam res fuerunt instituta, tribuit eis omnia rebus competentia secundum proportionem; et in hoc manifesta est divina justitia. Et sic etiam facit in effectibus gratiae: quia prima justificatio peccatoris est misericordiae; et post justificato dat premia justitiae, quia dat secundum suam proportionem. Et sic praecedit misericordia, et postea sequitur justitia; et ideo dicit, *Universa via Domini misericordia et veritas :* Tob. iii, 2 : *Omnes via tua misericordia et veritas :* Psalm. cxliv, 9 : *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* cxviii, *Veritas tua etc.* Sed quibus videntur viae Domini misericordia et justitia? Non iniquis et peccatoribus: immo videtur eis quod sint crudeles et injuste. Ezech. xviii, 23 : *Non est aqua via Domini, dicunt peccatores: sed bonis et justis viae Domini videntur tales, ut dictum est.* Psalm. lxxii, 1 : *Quoniam bonus Israël Dens his qui recte sunt corde!* Et dicit, quibus viae Domini sunt misericordia et veritas et justitia: quia *Requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.* Hieronymus habet, *Custodiuntibus.* Sed quid est testamentum ejus et testimonia ejus? Testamentum generaliter est omne pactum Dei; testimonia vero sunt omnes Dei promissiones. Deus autem promittit adjutoria, et adhuc adhibet miracula. Vel *Testamentum* accipitur pro novo<sup>1</sup> testamento

<sup>1</sup> Al. : *et bono testimonio.*

in quo omnes promissiones sunt impletæ : *Testimonia*, scilicet velut testamentum, quod est testimonium novi : Act. x, 43 : *Huic omnes prophete testimonium perhibent*. Vel testimonium dicitur quasi testificalta veritas : Deut. xv, 8 : *Custodivit* \* *testamentum, quod juravit patribus vestris*. Vel testamentum dicitur testificatio legis mentis secundum juristas ; testatio autem potest dici manifestatio, vel certificatio, vel certitudo : testes enim manifestant et certificant ; et sic testamentum dicitur quasi manifestatio et certificatio mentis divina, sive quod aliquid velit Deus. Vel secundum *Papiam*, Testamentum in sacra Scriptura dicitur esse pacatum vel placitum : Testimonium autem dicitur omne quod ab extranea re sumitur ad faciendum fidem.

*9. Propter*. Illic ponitur fiducia concepta ex divina misericordia et justitia : et circa hoc duo facit. Primo ponit fiduciam quam habet pro seipso. Secundo invitat alios ad confidendum, ibi, *Quis est homo?* Circa primum duo facit. Primo ponit suam fiduciam. Secundo rationem ejus assignat. Dicit ergo quod Dominus dabit legem etc., et hoc ad bonitatem ejus pertinet ; et ideo dicit, *Ego confido quod ipse propitiabitur peccato meo idest remittet mihi peccatum* : Luc. vii, 49 : *Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?* Et hoc facit non propter merita nostra, quia haec meruntur paenam, sed *Propter nomen tuum*. Nomen Dei accipitur hic non solum secundum quod dicitur, sed res significata per nomen, quæ est divina bonitas : quasi dicat : *Propter bonitatem suam remittet mihi peccatum* : Psalm. lxxviii, 9 : *Salvum fac propter nomen tuum*, idest ut glorificetur nomen tuum. Et maxime competit nomini Iesu Christi quod est nomen salutis, ut dicitur Matth. i. Et quare? *Propter nomen tuum* ; quia tautum est peccatum meum, quod ex merito non meretur remissionem : unde dicit, *Multum est enim, idest magnum et grave, multitudine et pluralitate peccatorum* : Jac. iii, 2 : *In multis offendimus omnes* ; ad minus venialiter : Prov. xxiv, 16 : *Septies in die cadet justus, et resurget*. Vel *Multum, gravitate* : Psalm. xxxvii, 5 : *Iniquitates meæ super-*

*gressæ sunt caput meum, et sicut onus grave gravatae sunt super me*. Vel hoc dicitur contra Novatianos qui se catharos dicebant, idest puros. Novatus sacerdos fuit tempore Decii, et hic dicebat, quod nullus poterat redire ad penitentiam post baptismum postquam lapsus fuerat. Sed si hoc esset verum, frustra diceret Psalmista xxiv, 11 : *Propitioribus peccato meo*.

*10. Quis*. Illic invitat alios ad confidendum. Et primo ponit quid necesse est ex parte nostra. Secundo quid sperandum a Deo. Ex parte autem nostra requiritur quod subjeciamur ; alias frustra confideremus. Prima ergo subjectio est per timorem : Eccl. i, 16 : *Timor Domini initium sapientie* ; unde dicit, *Quis est homo qui timet Dominum?* Eccl. ii, 8 : *Qui timet Dominum, credite illi, et non evacuatibus mereces vestra*. A Deo autem speranda sunt tria, secundum quod tria sunt in homine : scilicet intellectus, voluntas et virtus operativa. Dens ergo intellectum instruit, voluntati satisfacit, et virtutem roborat. Quantum ad primum dicit, *Legem statuit ei in via quam elegit* ; idest, homo qui timet Dominum, elegit viam, scilicet servire Deo : Psalm. n, 11 : *Servite Domino in timore* : Isa. xxx, 21 : *Hæc est via, ambulate in ea*. Et in hac instruit qualiter homo procedat. Hieronymus habet, *Docebat eum* : et hoc ponendo legem facit. Voluntas autem hominis ad dno refertur in isto mundo. Primo, ut bona possideat. Secundo, quod illa bona filiis suis dimittat, et in his etiam Deus temporaliter timentibus eum satisfacit. Unde quantum ad primum dicit, *Anima ejus in bonis demorabitur*. Sed melius est ut hoc spiritualiter intelligamus. Et videtur hic duo dicere : scilicet affluentiam bonorum. *Anima ejus in bonis demorabitur*, ut accipiatur pro voluntate, cuius objectum est bonum. Ergo tunc in bonis homo moratur, quando satiatur spiritualibus ; Psalm. ci, 5 : *Qui replet in bonis desiderium tuum* ; idest bonis praesentis vita, scilicet spiritualibus virtutibus, et in futuris bonis gloria. Secundo dicit firmitatem : *Et semen ejus hereditabit terram*. Et semen, idest opera hominis spiritualis, quæ opera sunt filii nostri. Et

*propitius  
esto  
peccatis  
nostris*

hic, *Hereditabit terram*: scilicet quando dabitur hereditas illa, scilicet terra viventium; Ps. xxvi, 13: *Credo videre bona Domini in terra viventium*. Vel, *Semen*, idest corpus nostrum glorificatum, *Hereditabit terram*, illam propter bona opera. Quantum ad tertium dicit, *Firmamentum est Dominus timentibus eum*, Et primo ponit confirmationem virtutis operativa. Secundo ponit finem, *Et testamentum*. Dicit ergo, Alii homines propter timorem mundi infirmantur, quia vacillant; sed timor Dei facit fortis: quia, ut dicitur Eccli. xxxiv, 16: *Qui timet Dominum, nihil trepidabit*. Et ideo subditur: spes ejus est, *Firmamentum*: et hic usque ad hoc firmatur quousque manifestet ei testamentum suum, idest suam possessionem.<sup>1</sup> Hoc ergo testamentum est, vel promissio quam facit de adventu Christi, qui quidem adventus manifestatus est Simeoni timorato; vel promissio de vita aeterna: Jo. xiv, 21: *Ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum*. Hieronymus habet sic, *Secretum Domini timentibus eum, fudus illius manifestabitur illi*. Promissio enim vita aeternae, est in secreto, ut dicitur Isa. lxiv, 4: *Oculus non vidit, Deus, absque te, que preparasti diligentibus te*. Et hoc datur Timentibus eum: Psalm. xxx, 20: *Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te!* Et hoc secretum est fodus quod promittit timentibus eum: Malach. iv, 2: *Vobis timentibus nomen meum orietur sol justitiae*.

**11. Oculi.** Supra Psalmista posuit fiduciam conceptam ex divina misericordia, et ad hoc etiam alios invitavit; hic autem iterato ex concepta fiducia continuat orationem. Et circa hoc duo facit. Primo premitit preparationem ad orandum: Eccli. xvii, 23: *Ante orationem prepara animam tuam*. Secundo ponit ipsam orationem, ibi, *Respicere*. Circa istam autem partem duo facit. Primo ponit orationem in qua orat pro se. Secundo ex parte inimicorum, ibi, *Respicere inimicos meos*. Circa primum duo facit. Primo petit misericordiam. Secundo assignat rationem<sup>2</sup>

miserendi, ibi, *Tribulationes*: Praeparatio orationis est elevatio mentis in Deum; unde *Oculi*, scilicet cordis: Eph. i, 18: *Illuminatos habentes oculos cordis nostri*. Iste oculi, scilicet intellectus et fidei, dicuntur specialiter esse ad Dominum: Psalm. cxxii: *Ad te levavi oculos meos* etc. Et hoc propter fiduciam conceptam, *Quoniam ipse ecellet de laqueo pedes meos*: Eccl. ix, 12: *Nescit homo finem suum; sed sicut pisces capiuntur hamo, et aves laqueo sic homines a diabolo tempore mali*. Haec mala sunt occasiones peccati. Et quando homo eadit in peccatum, tunc ligatur laqueo affectus ejus, qui dicitur peccatum hominis: hunc laqueum solvit solus Deus: Psalm. cxxxii, 7: *Laqueus contritus est, et nos liberati sumus*. Et quomodo? *Adjutorium nostrum in nomine Domini*. Consequentur petit misericordiam; et ideo dicit, *Respicere in me et miserere mei* etc. Avertire videtur oculos, cum non impedit effectum misericordiae sue, sed respicit cum impedit; unde ad aspectum Christi Petrus flevit, Luc. xxii: sic dicit, *Respicce in me etc*. Sap. iv, 15: *Misericordia est in sanctos eius*. Hic ponitur ratio quare misericordia indiget, quia, *Unicus*. Hoc uno modo intelligitur sic, quia qui non habet subsidium in se, oportet ut revertatur ad Deum: Psalm. cxx, 2: *Aurilium meum a Domino*. Habent enim homines duplex subsidium in mundo: unum amicorum, aliud rerum; sed hic neutrum habet: quia non amicorum: unde dicit, *Quia unicus*, idest solitarius absque adjutorio propinquorum et amicorum; Eccli. li, 10: *Respiciens eram adjutorium hominum, et non erat*. Item non rerum, quia *pauper*: Psalm. lxxxvii, *Pauperr sum ego et in labiibus a juventute mea*. Vel aliter. Duo requiruntur ad hoc quod homo juvetur a Deo, Primo, quod totaliter cor suum fendant ad Deum: Psalm. xxvi, 4: *Unum petiti a Domino, hoc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vietiis meis*. Luc. x, 42: *Porro unum est necessarium*. Et hoc est quod dicit, *Quia unicus*: idest in unum intendo. Secundo, quod sit contemptor rerum mundana-

<sup>1</sup> Al. : « promissionem. »

<sup>2</sup> Al. : « assignatur ratio. »

rum; alias non est unius, nec placet deo tantum: ideo *Quia pauper sum*, idest contemno omnia propter te.

. 12. *Tribulationes*. Hic ponit tria pertinentia ad miseriam: duo videlicet pertinentia ad peccatum; tertium pertineat ad culpam. Est autem duplex pena. Una est ex necessitate inflicta. Alia voluntarie assumpta. Peccata inflictae habent duo: quia affligunt interioris cor, et exterioris cogunt corpus. Quantum ad primum, dicit, *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt*, idest ex diversis rebus, et multis tribulationibus que eveniunt, pervenient tribulationes usque ad cor, sicut tribuli pungentes. Thue. i, 22: *Multi gemitus mei, et cor meum mares*. Quantum ad secundum dicit, *De necessitatibus meis eripe me*. Tribulationes vocat necessitates, inquantum sunt utiles tribulationes, ut dicitur Rom. v, 3: *Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: probatio autem spem: spes autem non confundit*: Jac. 1, 4: *Patientia opus perfectum habet*. *Glossa*: Patientia non vincitur, perfectus probatur. Et ideo sunt utiles, inquantum humiliant: Rom. v, 3; *Non solum autem tribulamus, sed gloriamur in tribulationibus etc*. Vel tribulationes dicuntur penuria: Dent. viii, 3: *Afflxit te penuria*; sicut dicitur Rom. xii, 13: *Necessitatibus communicantes*. Vel propter violentiam que est necessitas quadam. Pena autem assumpta interioris est humiliatio spiritus coram Deo; unde dicit, *Vide*, idest considera humilitatem meam: Lucea i, 48: *Respxit humilitatem ancillæ sua*. Item est etiam humiliatio exterioris manifesta, que est quidam labor; unde dicit, *Et laborem meum*; Psalm. lxxii, 5: *In labore hominum non sunt etc*. De bonis hominibus dicitur Sap. iii, 15: *Bonorum laborum glorirosus est fructus*. De culpa dicit, *Dimitt mea peccata mea*. Eccl. xxviii, 2: *Deprecanti tibi peccata solventur*. Et nota quod per tria consequitur quis remissionem peccatorum: scilicet per tribulationes que remissionem peccatorum operantur, si patienter portantur: Tob. iii, 13: *In tempore tribulationis peccata dimittis, et post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymationem et fletum exultatio-*

*nem infundis*. Item per humilitatem: illi Reg. xxi, 29: *Quia humiliatus est Achab eorum in te, non inducam malum in dieb ejus*; Psalm. i, 19: *Cor contritum et humiliatum erit*. Item per laborem: Deut. xxvi, 7: *Respxit humilitatem nostram, et laborem, et angustias, et eduxit nos ex Aegypto in manu forti*. Et ideo dicit, *Dimitte universa delicta mea*.

. 13. *Respic*. Hic orat petens auxilium contra adversarios. Et primo inducit Deum ad considerandum inimicos. Secundo petit auxilium contra eos, ibi, *Custodi*. Tertio assignat rationem ibi, *Non erubescam*. Dicit ergo, *Respic*, oculo misericordiae: *Inimicos meos*, ut miserearis eorum, et convertas eos: Matth. v, 44: *Orate pro persecutibus et calumpniantibus vos*; Prov. xvi, 7: *Cum placuerit Domino via ejus, inimicos quoque ejus converget ad pacem*. Et hoc petito orando, quia tunc habeo pacem. Quoniam multiplicati sunt: Psal. cxviii, 15: *Multi sunt qui persecuntur me et tribulant me*. Et odio iniquo oderunt me. Est autem duplex odium. Primum odium est bonum, quando quis odit peccatum sive peccatorum propter culpam: Ps. cxxxviii, 22: *Perfecto odio oderam illos*. Item est odium iniquum, quando quis odit naturam vel justitiam: ideo dicit, *Et odio iniquo oderunt me, idest injusto et sine causa*: Joan. xv, 25: *Ut implicant sermo qui in lege eorum scriptus est, Qui odio habuerunt me gratis*.

. 14. *Custodi*. Hic petit auxilium contra inimicos, quia multi sunt et iniqui: ideo petit duplex auxilium. Primo ut custodiat eum in persecutionibus ne prevalet temporaliter vel spiritualiter, vel ut custodiat eum ut non corruiat in peccatum. Secundo, ut liberet eum a malis; unde dicit, *Et erue me, scilicet a malis totaliter, ut abundantia in patria perfruatur*. Prima ratio ponitur cum dicit, *Non erubescam*; quia si non liberes et custodias, veniam in confusionem. Et hoc non debet esse, quia speravi in te: Dan. iii, 40: *Non est confusio confidentibus in te*. Alia ratio, quia innituntur mihi amici tui. Aliquando Deus aliquem liberal non propter propria merita, sed ne amici Dei pereant cum eo cui inni-

tuntur: cum dicit, *Innocentes et recti adhacerunt mihi.* Innocentes dicuntur qui declinant a malo, recti qui operantur bonum: Eccli. xiii, 19: *Omnis animal diligit sibi simile.* Et quare? *quia sustinuit idest quia speravi in te:* Ps. xxvi, 14: *Confortetur cor tuum, et sustine Dominum.* Hieronymus habet, *Simplicitas et veritas.*

15. *Liber.* Ille ponit Psalmista peti-

tionem pro toto populo: unde dicit, *Liber Deus, Israel, id est populum illum, vel eos quos praedestinasti ad hoc ut videant Deum, Ex omnibus tribulationibus suis.* Et hoc erit perfecte in patria, quando complebitur illud Apoc. xxi, 4: *Absterget Deus omniem lacrymam ab oculis eorum, et jam non erit ultra neque luctus neque clamor etc.*

## PSALMUS DAVID XXV

1. *Judica me, Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, et in Domino sperans non infirmabor. Proba me, Domine, et tenta me: ure renes meos et cor meum.*

2. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui in veritate tua.*

3. *Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniquis etiam non introlo. Odivi ecclesiam malignitudinem, et cum impiis non sedeo.*

4. *Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine. Ut audiatur vocem laudis, et earumque universa mirabilis tua.*

5. *Domine, dilexi decorum donum tue, et locum habitationis gloriae tue.*

6. *Ne perdas cum impiis, Dens, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus iniuriae sunt: dextera eorum repleta est numeribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.*

7. *Pes enim meus stetit in directo: in ecclesiis benedicat me, Domine.*

1. Supra Psalmista proposuit orationem contra tribulationes; hic autem, ut sua oratio sit acceptior, proponit suam justitiam. Titulus planus est, quia non est novus. Carea hoc ergo Psalmista duo facit. Primo premitit in generali totam intentionem. Secundo exponit eam in speciali, ibi, *Non sedi cum concilio.* Carea primum tria facit. Primo petit judicium. Secundo allegat justitiam, ibi, *Quoniam ego,* Tertio exensat presumptionem, *Quoniam misericordia.* David autem ex persona sua vel justi, videns se commixtum peccatoribus loco, et si non merito, petit ab eis discerne; unde dicit, *Domine iudica, id est discerne me ab eis.*

Sed contra. *Non intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis rucus.* Ps. cxlii, 2.

Respondeo. Dicendum quod duplex est iudicium, scilicet severitatis et districtiosus: et hoc iudicium non petit, quia nul-

lus posset ferre; aliud est iudicium misericordiae et discussionis: et hoc petit: Ilier. x, 24: *Corripe me Domine, verumtamen in iudicio et non in furore, id est severitatis.* Et proponit innocentiam; et ideo dicit, *Quoniam ingressus sum in innocentia mea, id est progressus sum in innocentia mea, vel ingressus sum, quia vita nostra est quidam progressus.* Prov. iv, 41: *Ducam te per semitas aequitatis, quas cum ingressus fueris etc.* Et hoc in innocentia mea, quam propono servare: Joh xxii, 30: *Salvabitur innocens, et salvabitur in munditia manum suarum.* Non infirmabor: Hieronymus habet, *non deficitum,* scilicet in hac innocentia servanda: Joh xxvii, 5: *Donec deficitum non recedam ab ea;* et hoc faciam non in vicibus meis, sed confidentia divini auxillii, quia, *In Domino sperans non infirmabor:* 1 Mach. ii, 61: *Omnes qui sperant in eum, non infirmantur.*

Sed contra: hoc videtur esse presumptionis: Job ix, 20: *Si justificare me volueris, os meum condemnabut me.*

Respondeo. Dicendum, quod allegatio innocentiae potest quandoque procedere ex superbia, quando scilicet aliquis attribuit eam sibi, et hoc est malum: quandoque ex divina misericordia, et hoc est bonus; et ideo subdit, *Quoniam misericordia tua.* Sed unde scis quod tu sis innocens? *Proba Dominus, tu hoc.* Et ponit tria: scilicet probatiudem, tribulationem et tentationem. Secundum sequitur ex primo, tertium ex secundo. Dicit ergo, *Domine proba me, non ut scias aliquid ex hoc de me, sed ut aliis ostendas.* Pro-

batur autem aliquis optime per tentationem quae est sumptio experimenti: tentatio est acceptio experimenti de eo quod quis nescit: probatio vero est ejus quod seit, virtutis manifestacione. Et ideo dicit, *Tenta me*, scilicet ad hoc ut probatus appaream mihi et aliis: non enim tentat Deus ad malum: *Jac. 1, 13: Deus enim intentator malorum est*; sed dicitur tentare, quando aliqua ex difficultate immensa ostenduntur. Hac autem tentatio fit per ignem, ut dicitur *Sap. iii, 6: Tamquam aurum in fornoe probavit illos.* Et ideo dicit, *Ure renes meos et cor meum*, idest immittit tribulationes; per quas patet, quid sit in corde et renibus meis. Cordi attribuitur cogitatio, renibus delectatio. Et hoc apparel per tribulationes: quia qui delectantur in terrenis, nullum commoventur quando perdrunt ea, sed non illi qui non delectantur. Vel potest referri ad ignem sancti Spiritus: *Duc. xii, 49: Ignem veni mittere in terram*; quasi dicat: Ne deficiam in tribulationibus, adhuc auxilium, mitte ignem qui exurat quidquid carnalitatis est in delectationibus meis et vanitatis in cogitatione.

2. *Quoniam.* Hic excusat se dupliterate de hoc quod petit se tentari. Primo ex sua cogitatione, quia cogitat Dei misericordiam, cum dicit, *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est*; quasi dicit: Ideo peto tentari, quia confido in misericordia tua, qua semper facit cum tentatione proventum: *Isa. lxxm, 7: Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quae reddidit mihi Dominus.* Item ex amore justitiae. *Et complacui in veritate tua*, idest si punis me propter peccata, placet mihi: si tentor, scio quod remunerabis.

3. Non. Hic explicat in speciali intentionem suam. Et primo ponit suam innocentiam. Secundo ponit petitionem, ibi, *Ne perdas cum impiis Deus.* Ostendit ergo innocentiam suam. Et primo per recessum a malis. Secundo per accessum ad bonum, ibi. *Lavabo.* Est autem triplex genus malorum, secundum tria peccata. Aut enim est peccatum contra Deum, aut contra proximum, aut contra se.

Contra se autem sunt vanitatis peccata, quibus homo vane delectatur in terrenis: et de his dicit, *Non sedi cum concilio vanitatis;* quasi dicat: Non dico quin in aliquo non fuerim cum eis, quia non potest fieri quiu homo vane aliquando non delectetur in terrenis; sed dicit, *Non sedi: Tob. iii, 17: Nunquam cum ludentibus miscui me: neque his qui in levitate ambulant participem me prebui.* Peccata quae sunt contra proximum, sunt peccata quae opere generantur; unde dicit, *Et cum iniqua gerentibus non introibi*, idest non solum non sedi etc, sed nec introivi, idest nullo modo cum eis me misceui: *Prov. i, 10: Fili, si te lactaverint peccatores, ne ambules cum eis.* Item cogitantur prædicta peccata corde; unde dicit, *Odivi ecclesiam malignantium*, idest congregationem malignantium: *Ps. cxviii, 113: Iniquos odio habui*, idest culpam et iniquitatem. Tertio ponit peccatum contra Deum, et hoc est impietas; et ideo dicit, *Et cum impiis*, idest haereticis et schismaticis, *Non sedebo.* idest eorum doctrinis non communicabo: *Hebr. xii, 9: Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci.*

4. *Lavabo.* Supra Psalmista ostendit innocentiam suam per hoc quod separabat se a malis; hic autem ostendit eam, per hoc quod applicat se bonis. Et quia bona, quorum applicatio nos facit justos, sunt divina bona, deo idicit suam applicationem ad ea. Circa hoc duo facit. Primo ponit studium suum. Secundo effectum, ibi, *Domine dilexi decorum domus tue.* Circa primum tria facit. Primo proponit suam dispositionem ad divinum cultum. Secundo ponit ipsum cultum divinum, ibi, *Circundabo.* Tertio fructum, ibi, *Ut audiam vocem laudis.* Dispositio fit per puritatem et innocentiam: *Ps. xiv, 1: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo etc.* *Ps. xxiii, 4: Innocens manibus et mundo corde.* Et ideo ut purus accedat, agit de puritate. Dicit ergo, *Lavabo inter innocentes manus meas*, idest opera mea quae principaliter lavantur a Deo, per gratiam quam infundit: *Ps. i, 4: Amplius lava me, Domine, ab*

*iniquitate etc.* Item lavantur a nobis per poenitentiam : Isa. i, 16 : *Lavamini, mundi estote etc.* *Lavabo*, ergo idest poenitentiam adhibeo ut laventur. Et hoc, *Inter innocentes*, quia ex convictu mores formantur : Ps. xvii, 26 : *Cum innocentem innocens eris etc.* Et sic lotus accedam ad cultum divinum. *Et circumdabo altare tuum, Domine.* Ille ponit de altare materiali, et dicitur, *Circumdabo altare tuum, Domine*, quia vel orat, vel stat juxta ; Eccli. i, 13 : de Simone sacerdote magno, *Ipse stans juxta aram*. Et ideo sacerdos quando accedit ad sacramentum dicit : *Lavabo etc.* Vel potest intelligi de altari spirituali. Altare est in templo : et sicut est triplex templum, ita est triplex altare. Primum est vir justus : 1 Cor. vi, 19 : *Nescitis quia membra vestra tempulum sunt Spiritus sancti?* Hujus templi altare est cor : Lev. vi, 12 : *Ignis, scilicet caritatis, in altare, idest in corde, semper ardebit.* Hoc altare debemus circumdare, vel juxta stare, idest ornare, semper redendo ad Christum : Prov. iv, 23 : *Omni custodia serva cor tuum, quoniam ab ipso vita procedit.* Aliud templum est Ecclesia : et hujus templi altare est Christus : Heb. ult. 10 : *Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt.* Vel fides. Et hoc debemus circumdare, ut toto corde simus circa ipsum. Tertium templum est ipse Deus : Apoc. xxi, 22 : *Templum non vidi in ea, Dominus Deus omnipotens templum illius est etc.* : et hujus altare est misericordia Dei. Et hoc circumdare debemus desiderio mentis : Ps. cxlv, 9 : *Suavis Dominus universis, et miserationes ejus super omnia opera ejus.* Consequenter ostendit fructum : et est duplex fructus : scilicet audire et enarrare ; unde dicit : *Ut audiām vocem laudis.* Et hoc ad litteram circa altare materiale, quia hoc sacrificium est maxime Deo acceptum. Ps. xlix, 23 : *Sacrificium laudis honorificabit me.* Item laudem quam Spiritus sanctus loquitur in nobis : Ps. lxxxiv, 9 : *Audiām quid loquatur in me Dominus Deus.* Item, in celo : Isa. xxxv, 10 : *Gaudium et laetitiam etc.* Vel, *Audiām vocem laudis*, idest Christi me landantis : et hoc erit in judicio quando dicet, *Esurici ote.* Matth.

17. Sed Apoc. ult. dicitur : *Qui audit, dicit, veni.* Unde ad hoc andimus ut aliis dicamus : Isa. *Quia audiri a Domino exercituum Deo Israel, annuntiari vobis.* Et ideo subdit, *Ut enarrem uersa mirabilia tua* : Eccl. xlii, 17 : *Nonne Deus fecit enarrare sanctos etc.* Et dicit, *Omnia mirabilia, quantum ad effectum sive eonatum, non quantum ad effectum, quia ipse est major omni laude.*

5. *Domine.* Ille ostendit affectum quem habet ad cultum divinum : qui ut sit conveniens, debet esse affectus amoris. Propter quod dicit, *Domine, dilexi decorum domus tui.* Dionysius : Bonum et pulchrum est omnibus diligibile. Unde omnis homo amat pulchrum : carnales amant pulchrum carnale, spirituales amant pulchrum spirituale, et haec est pulchritudo domus Dei : Num. xxiv, 5 : *Quan pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel, ut ralles nemorosa, ut horti iusta fluvios irrigui, ut tabernacula qua finxit Dominus.* Haec autem pulchritudo est bonorum operum, vel divinorum munierum, vel ipsorum sanctorum : quia omnia haec sunt quasi quidam decor domus Dei. Haec ergo omnia ego dilexi, ut me facerent aptum ad decorum domus Dei. Sic ergo ostenditur affectus quia dilectio, et pulchritudo, et decor. Sed sciendum est, quod hic decor est ex habitatione Dei ; sicut dominus nou est pulchra nisi inhabitetur : unde me dilexi ut in me habites, vel patriam dilexi ut ibi habitem, vel in eam tendam. Et ideo dicit, *Et locum habitationis gloriār tui* : et haec omnia, idest bona opera, dona Dei, et ipsi sancti, sunt decor dominus Dei, inquantum relinet in eis gratia divina quae pulchritudinem sicut lux, sicut dicit Ambrosius, quod sine luce omnia sunt turpia : Ezech. xliii, 4 : *Ingressa est gloria Domini portam.*

6. *Ne perdas.* Ille explicat petitionem judicii quod petit : et exponit quale iudicium petit : et petit duo. Primo petit separari a malis, que possunt evenire in futuro. Secundo a malis que in praesenti patitur, ibi, *Redime.* Primo ergo ponit petitionem. Ubi sciendum est, quod duobus generibus hominum servatur penna a Deo : scilicet illis qui sunt impii sive peccatores contra Deum : Ezech. xviii, 20 :

\*majestas..  
per  
riam porte

*Impietas impii erit super eum.* Et ideo dicit, *Ne perdas etc.*; quasi dicit: Si hic affligeret et patior terrena mala cum impiis, tamen ne perdas animam meam cum eis. Item servatur peccatum impiis contra proximum: ideo dicit, *Et cum viris sanguinum ritum meum*: Ps. liv, 24: *Viri sanguinum et dolosi.* Hic computantur omnes qui contra proximum offendunt, quocumque modo. Est autem triplex sanguis. Unus qui causatur ex cibo et potu: unde cibus et potus dicuntur saugnis pauperum: Ecol. xxxiv, 25: *Panis gentium pauperum vita pauperis est: qui defraudent illum, homo saugnus est.* Secundus est saugnus hominis; et hoc effundit homicida. Tertius est saugnus seminis ad speciem conservandam, et hunc effundit fornicator, quia causa prolis non agit. *In quorum manibus iniquitates sunt;* quasi dicit: ideo hoc peto, scilicet ut separeret ab his tunc, quia nunc separatus sum in conversatione et vita, quia in eorum manibus iniquitates sunt, scilicet sunt valde prouini ad malum: Prov. i, 16: *Pedes eorum ad malum currunt, et festinunt ut effundant saugnum:* Isa.lix, 6: "Operae iniquitatis in manibus eorum. Item est inclinatio affectus eorum ad mundana: unde dicit: *Dexteram eorum repleta est muneribus:* Job. xv, 34: *Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.* Vel *Dexteram eorum repleta est*

"opus

*muneribus;* quasi dicit: Licet ipsi sint iniqui, tamen das eis temporalia, et in his consistit merces eorum: Matth. vi, 16: *Recepserunt mercedem suam.* Consequenter describit se, dicens: *Ego autem in innocentia mea ingressus sum;* quasi dicit: Hoc peto ut sicut illis preparatis mala, ita prepares mihi bona, sicut dicit Psalmi. lxxxiii, 43: *Non prihabit bonos qui ambulant in innocentia.* Consequenter petit ut liberetur a malis presentibus. Mala que sunt homini, duplicita possunt esse; quia vel sunt mala exteriora, et ab his petit redimi: unde dicit, *Redime me,* ut servum malorum me presentium. Vel de redemptione humani generis. Vel sunt mala interiora, et ab his petit liberari; unde dicit, *Miserere mei,* quia miseria proprie respicit malum interior: Prov. xiv, 34: *Miseros facit populus peccatum.*

7. *Pes enim.* Illic ponitur ratio quare hoc petit; et est duplex. Una est de praeterito, que est rectitudo vita: unde dicit, *Pes meus, id est affectus meus, vel processus meus, stetit in directo.* Item de futuro propono tibi semper servire; unde dicit: *In ecclesiis benedicat te Domine,* id est coram multis: Psalm. xxxix, 10: *Anuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna.* Et dicit pluraliter, propter multitudinem particularium ecclesiarum, ut dicitur Apoc. iii.

## PSALMUS XXVI

### 1. In finem priusquam linetur.

Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timebo? Dominus protector vita mea, a quo trepidabo? Dum appropinquare super me inocentes, ut edant carnes meas. Qui tribulauit me inimici mei, ipsi infirmi sunt, et cederunt.

2. Si consistant adversum me castra, non timebit eorum meum. Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo.

3. Tuani peti a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite mea. Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum ejus.

4. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo; in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

5. In petra exaltavit me, et nunc exaltabit caput meum super inimicos meos.

6. Circenvi et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferacionis: cantabo et psalmum dicam Domino.

7. Exaudi, Domine, vocem meam qua clamavi ad te: miserere mei, et exaudi me.

8. Tibi dixi cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram.

9. Ne avertas faciem tuam a me; ne declines in ira servo tuo.

10. Adjutor mens esto, ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris mens. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.

11. Legem pone mihi, Domine, in via tua: et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

12. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

<sup>1</sup> Parm.: « Panis gentium. »

13. Credo videre bona Domini in terra viventium.

14. Expecta Dominum, viriliter age : et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

1. Præmissa oratione, hic Psalmista consequenter dicit fiduciam de oratione conceptam : et circa hoc duo facit. Primo ponit fiduciam conceptam. Secundo iterato orat ut non deficiat in sua fiducia, ibi, *Ad te Domine*. Titulus, *In finem Psalmus priusquam linetur*. Notandum est quod sicut *Glossa* latius dicit, David tribus viiebus fuit unctus in regem. Primo a Samuele, I Reg. xvi. Et tunc non fuit rex, sed habuit signum regni. Tulit Samuel cornu olei, et unxit eum in medio fratrum etc. Et tunc directus est spiritus Domini in David, quia ex tunc fuit propheta, secundum Hieronymum et Josephum. Secundo in Hebron, II Reg. n, 4 : *Venerunt viri Iuda, et unerunt David in regem super domum Iuda*. Tertio occiso Isboseth filio Saulis regnavit super totum Israel, II Reg. vñ : Haec duæ unctiones computabantur pro una, quia utraque fuit pro actuali dignitate regni adipiscenda. In prima passus est persecutionem a Saulo, sed post secundam et tertiam regnavit in pace.

Sed contra de Absalone.

Respondeo dicendum, quod non est passus persecutionem ab extraneis, sed ab Absalone et Siba : et ideo fecit hunc Psalmum ante secundam unctionem. Melius tamen videtur ut referatur ad Christum duas unctiones in novo testamento ; scilicet regis et sacerdotis. Et Christus fuit unctus oleo Spiritus sancti : Psalm. xliv, 8 : *Unxit te Deus etc.* In regem et sacerdotem. Et haec unctio derivatur usque ad nos : Psalm. cxxxii, 2. *Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron : Joan. 46 : De plenitudine ejus omnes accepimus.* Primo ergo unguentum sacerdotali unctione in figura futuri regni : erimus enim reges et liberi. Et quia adhuc patimur hostes, postea unguentum dupliciter actinali gloria : scilicet stola gloriae animæ et corporis. Christus autem primo fuit unctus unctione gratiae, postea glorie.

Dividitur ergo Psalmus iste in tres partes. In prima ponit fiduciam de Deo con-

ceptam. In secunda ostendit desiderium ex fiducia conceptum, ibi, *Unam peti*. Tertio ponit desiderii impletionem, ibi, *Exaudi Domine*. Circa primum tria facit. Primo commemorat beneficia sibi a Deo praestita, propter quæ non timet, sed securus est. Secundo commemorat impedimenta parata hostibus a Deo, ibi, *Dum appropiant*. Tertio ostendit fiduciam quam habet a Deo, ibi, *Si consistant*. Notandum autem, quod ad timendum concitatatur quis aliquando ex interiori causa, quandoque ex exteriori causa. Primo ergo ponit auxilium contra primam causam. Secundo contra secundam, ibi, *Dominus protector*. Est autem duplex causa intrinseca timoris, ignorautia et debilitas : unde in tenebris magis timendum est. Secunda causa timoris est debilitas ; et contra has est remedium a Deo. Contra primum est illuminatio ; unde dicit, *Dominus illuminatio mea* : Mich. vn, 8 : *Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est*. Contra secundum est salus ; unde sequitur, *Et salus mea : Psalm. lxi, 8 : In Deo salutare meum et gloria mea, Deus aurilia mei, et spes mea in Deo est*. Et ideo ostendit fiduciam : *Quoniam timebo, sic illuminatus* : Isa. ii, 12 : *Quis es tu ut timeas ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi frenum sic avescet*? Rom. viii, 33 : *Deus qui justificat, quis est qui condemnabit?* et si *Deus pro nobis, quis contra nos?* Causa extrinseca est homo, qui adversarius ; sed adhuc non est timendum, quia Dominus opponit se sicut scutum : unde dicit, *Dominus protector ritus meus* : Gen. xv, 1 : *Ego protector tuus et merces tua magna nimis*. Et ideo dicit : *A quo trepitabo*. A quo, si sumatur masculine, tunc est sensus. A quo, scilicet a quo homo. Si neutraliter, a qua re. Et sie nihil est timendum, nec homo, nec res aliqua. *Dum appropiant super me noctentes*. Et quin posset dici quod Deus est illuminator etiam hostium, ideo hoc removens dicit quod Deus obsistit eis. Et primo dicit eorum conatum. Secundo ponit impedimentum eis superveniens, ibi, *Ipsi infirmati sunt etc.* Circa primum tria facit. Primo premitit presumptuosum insultum. Secundo perversum actum. Tertio malignum effectum. Quantum ad

primum dicit, *Dum appropiant super me nocentes, idest habentes animum nocendi, Super me, idest mihi se preferentes : Tlbre, 5 : Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniuritatem ejus, parvuli ejus ducti sunt in captitatem usque ante faciem etc.* Quantum ad secundum, ut scilicet graviter affligant, *Ut edant carnes meas,* idest carnalem vitam : Prov. 1, 12 : *De-ghlittamus eum, sicut infernus, rirentem et integrum :* Mich. iii, 3 : *Carnem populi comedebunt, et pellem eorum desuper excriviuerunt.* Vel utly *ut teneatur consecutive :* ut sit sensus : *Edant carnes,* idest carnalitates meas : quia quando mali persequuntur bonos, alind intendunt ipsi mali, sive ipsi persecutores, scilicet offensionem corporalem ; et secundum hoc est prima expositio : alind intendit Deus hoc permittens, scilicet purgationem ab omni carnalitate : et sic est secunda expositio. Et hoc modo dicit Apostolus Gal. v, 24 : *Qui Christi sunt, carnem suam crucifizerunt cum vitis et concupiscentiis.* Quantum ad tertium dicit, *Qui tribulant me inimici mei :* Psalm. xii, 5 : *Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Ipsi infirmati sunt quia non valuerunt implere propositionem, et ceciderunt, quia superati sunt, et absorpti :* Hierem. xx, 11 : *Dominus meus cum est tamquam bellator fortis; idcirco qui perseruantur me, cadent et infirmi erunt.*

<sup>\* quasi</sup> *Si consistant.* Homo debet habere securitatem in duabus. Primo in preparatione malorum. Secundo in eorum passione, ibi, *Exurgam.* Dicit ergo : Dominus sic est illuminatio mea, quia inimici eadunt coram me. *Glossa.* *Si consistant adversum me castra, castra sunt ubi steterunt milites; non timebit cor meum.*  
<sup>\*\* in castris</sup> *Quamdiu homo est in castris, " non putnat, sed disponit, et consiliat ad pugnandum. Per castra intelliguntur consilia et coniunctiones malorum contra aliquem.* W Reg. xix, 35 : *Angelus Domini percussit castra Assyriorum:* Exod. xiv, 24 : *...recipiens factum est in vigilia matutina, et ecce \*\*\* interficit ascendit Dominus super castra, et percussit.* Ps xxvi, 3 : *Non timebit cor meum, quia Dominus mecum est :* Job. xvi, 3 :

*Pone me iusta te, et cuiusvis manus puguet contra me. Sed, Si exurgat adversum me primum, idest si jam invadant me, et praelientur contra me, quamvis sint multi : In hoc ego sperabo : quia ut dicitur I Mach. viii, 19 : Non in multitudine exercitus rictoria helli, sed de corlo fortitudo est.* Est enim consuetudo amicorum juvare amicos, cum impugnatur ab hostibus : Psal. xcii, 19 : *Consolaciones tuæ latiferaverunt animam meam.*

3. *Unam peti.* Supra Psalmista posuit fiduciam ex oratione conceptam ; hic autem ponit desiderium, quod ex hac fiducia oritur : et circa hoc duo facit. Primo proponit desiderium. Secundo causam desiderii assignat, ibi, *Quoniam abscondit me.* Circa primum tria facit. Primo describit qualitatem desiderii. Secundo ipsum rem desideratam, ibi, *Ut inhabitem.* Tertio intentionem finis, ibi, *Ut videarem voluntatem.* Desiderii ergo qualitas in duabus consistit : scilicet in unitate et sollicitudine : et utrumque pertinet ad perfectionem desiderii. Perfectio enim desiderii dependet ex perfectione cause sue, scilicet amoris, qui quando est perfectus, primo congregat in unum omnes vires, et movet eas in amatum. Est enim, secundum Augustinum, pondus amantis. Res autem ponderosa sine vacillatione tendit ad unum, sed non sic si res non bene est ponderosa ; sed divinus amor facit totum hominem in Deum tendere sine vacillatione : Psal. lxxxii, 23 : *Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram ?* Gregorius : Vis amoris studium multiplicat inquisitionis. Hoc fecit Anna prophetissa, quae non discedebat de templo, jejuniis et orationibus serviens die ac nocte. Et ideo dicitur Lnc. x, 42 : *Porro unum est necessarium ; unde dicit, Unam peti, idest unam rem, vel unam petitionem.* III Reg. ii, 20 : *Unam petitionem parvulan ego deprecor a te, ne confundas faciem meam.* Secundo sollicitat, cum sit sicut stimulus et ignis, amor : Cantic. viii, 6 : *Lampades ejus lampades ignis :* II Cor. v, 14 : *Charitas Dei urget nos.* Unde dicit, *Hanc requiram : Isa. xxi, 12 : Si queritis, querite : Matth. vii, 7 : Querite et invenietis.* Consequenter ponitur res petita ; unde dicit, *Ut inhabitem*

*in domo Domini.* Domus Domini spiritualis est duplex : et tertia est materialis, scilicet Ecclesia, in qua morari salutiferum est : Gen. xxviii, 17 : *Nou est hic aliud nisi domus Dei et porta eodis :* nam in ea excitatur animus hominis ad devotionem. Domus spiritualis Dei est ecclesia militans : I Tim. iii, 15 : *Ut scias quomodo oporteat te conversari in domo Dei,* quae est Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Alia est Ecclesia triumphans : II Cor. v, 1 : *Si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur,* quod adificationem ex Deo habemus dum non manufactam, sed aeternam in celis. De utraque ergo potest hoc intelligi, quia haec domus via est ad illam et porta ejus. Ps. cxvii, 20 : *Hac porta Domini, iusti intrabunt per eum.* Et ideo desiderandum est habitare in hac domo, scilicet Ecclesia. Et hoc omnibus diebus vita mea, idest usque in finem : Ps. cxxxii, 4 : *Hac requies mea in sacerulum sancti : hic habitatbo, quoniam elegi eam.* Habitat autem quis in domo Dei per fidem et charitatem et conformitatem honorum operum : Ps. lxvii, 7 : *Qui habiture facit misericordiam in domo.* Et laudabile est quod semper. In ea habitat, et non separetur ab ea. Separatur autem homo ab Ecclesia per peccatum, per excommunicationem, et per schisma, vel heresim. Qui ergo usque in finem habitat in ea, idest in ista Ecclesia, habitabit in illa in perpetuum : Psal. lxxxviii, 5 : *Beati qui habitant in domo tua, Domine.* Hic consequenter ponitur intentio, scilicet, *Ut videam etc.* Et ponit duo : quia *Ut videam voluntatem Domini, et visitem templum ejus.* Alia littera habet, *Ut continuo habitem.* Hieronymus habet, *Et videam pulchritudinem Domini.* *Ut est merces,* secundum Augustinum : Jo. xvii, 3 : *Hoc est vita eterna ut cognoscent eum.* Tria sunt in illa visione desideranda, quae naturaliter homo desiderat videre. Primo pulchra. Summa pulchritudo est in ipso Deo, quia pulchritudo in formositate consistit : Deus autem est ipsa forma informans omnia : ideo dicit, secundum ianm literam, *Ut videam delectationes Domini :* Sap. xiiii, 3 : *Si spe-*

*cie delectati Deos putaverunt, sciunt quanto his dominator eorum speciosior est speciei enim generatior haec omnia constituit.* Secundo delectabilia, et fugere tristitia : et ideo secunda litera habet, *Ut contemplam delectationes Domini,* idest bonitatem Dei, in qua est summa delectatio : Ps. xv, 11 : *Delectationes in dectera tua usq[ue] in finem.* Tertio dispositio rerum. Unde multum est delectabile seire scientiam omnium rerum, quae in mundo sunt ; et ideo videre dispositionem divinae providentiae est maxime delectabile. Et ideo dicit, *Ut videam voluntatem Domini,* idest rationem a Deo volitam et dispositam : Rom. xi, 2 : *Prophetis quo sit voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta.* Hoc autem habemus in vita ista imperfecte et per fidem : in futura autem domo habebimus perfecte, ubi sunt sancti contemplantes Deum, facie ad faciem : II Cor. iii, 18 : *Nos autem revelata facie gloriam Domini contemplantes etc.* Sancti ergo qui sunt in patria, dirigunt contemplationem in ipsum Deum, et etiam in ea quae sunt ad ipsum Deum ordinata : et ideo dicit, *Ut visitem templum ejus,* idest frequenter videam templum, idest humanitatem Christi : Joan. ii, 21 : \* *Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Vel Visitem, sive videam ipsam ordinationem Ecclesiae : I Cor. iii, 17 : *Tempulum Dei sanctum est, quod estis vos.* Item dispositionem totius mundi : ideo in Psalmo hebreo habetur, *Et diluculo,* idest diluculo ut maneam : Ps. v, 3 : *Mane astabo tibi.*

4. *Quoniam.* Hic assignatur ratio desiderii habitandi in domo Dei : quasi dicat : quia tantum petis habitare in domo Dei ? Ratio est ex beneficiis perceptis : et circa hoc duo facit. Quia primo ponit ipsa beneficia. Secundo addit recompensationem, ibi, *Circuniri.* Circa primum duo facit. Primo ponit beneficium protectionis a malo. Secundo beneficium promotionis in bonum, ibi, *In petra exaltasti me.* Circa primum duo facit. Primo proponit beneficium. Secundo ejus necessitatem ostendit, ibi, *In die malorum.* Dicit ergo : Quare petis habitare in domo Domini ?

ideo scilicet, *Quia abscondit me in tabernaculo suo*. Et secundum litteram, I Reg. xxiv, quando David fugit ad tutiora loca Engaddi et abscondit se ibi. Unde loquitur ex persona fugientis et latentis in aliquo loco. Ad litteram. Tabernaculum erat locus in quo orantes divino auxilio protegebantur, et maxime in sancta sanctorum, ubi erat propitiatorium, et sic vocababant tabernaculum ipsam Dei defensionem : sicut in Psalm. xc, 4 dicitur : *Scapulis suis obumbrabit tibi, et sub penitus ejus sperabis* etc. Deut. xxxii, 11 : *Expendit alas suas, et assumpsit eos, atque portavit in humeris suis*. Sed mystice tabernaculum potest dici humanitas assumpta, sive caro Christi in qua abscondit nos<sup>1</sup> per fidem et spem : Colos. iii, 3 : *Abscondita est vita vestra in Deo*. Vel aliter, tabernaculum dicitur tota dispositio Ecclesia : et in utroque istorum absconditur homo justus, quia in isto tabernaculo quædam latent sub manifestis : latentia sunt invisibilia et spiritualia ubi morantur boni. Mali autem morantur in exterioribus : Isa. xxv, 4 : *Tabernaculum erit in umbraculum dici ab astu*. Sed quid contulit haec absconso? immo necesse erat mihi, *In die malorum*, vel omnium illorum malorum quæ tunc imminebant. Et simile est, quia quando hostes, vel tribulatio imminet, illi soli salvabuntur<sup>2</sup>, qui in civitate reperiuntur : ita in tribulatione illi percunt, quii circa haec exteriora habent affectum ; quia facta tribulatio circa ista tales commoventur. Abscondit ergo ipse Deus, vel Christus, vel mens justi : Matth. vi, 4 : *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi*.

3, *In petra*. Hic proponit aliud beneficium promotionis in bonum : et est duplex. Unum exaltationis quantum ad se. Secundum quantum ad hostes, ibi, *Nunc exaltavit caput meum*. Dicit ergo, *In petra exaltasti me*. Secundum litteram alludit ad ea quæ circa eum sunt gesta ; quia quando persecutionem patiebatur, ibat per petras invias.<sup>3</sup> I Reg. *Sed quando evasit, Tunc exaltavit cor meum super inimicos meos*. Sed mystice exponitur, *In petra exaltavit me*, idest in Christo ; I

Cor. x, 4 : *Petra autem erat Christus*. Vel, *In petra*, idest in Deo : II Reg. xxii, 2 : *Dominus petra mea* : Psalm. ix, 3 : *Dum oneriaretur cor meum, in petra exaltasti me*. Et nunc jam exaltavit : quasi dicat, istud feci in spe, sed nunc in re. *Exaltasti caput meum*, idest mentem meam, *super inimicos meos*, idest super omnes appetitus meos : Gen. iv, 7 : \* <sup>\* subte</sup> *Subitus te erit appetitus tuus*.

6. *Circuiri*. Hic ponitur recompensatio beneficii ; et ponit duo. Primo sacrificium, *Et immolavi*. Secundo canticum. Secundum Hieronymum conjugitur cum praecedentibus, *Super inimicos meos, et in circuitu nostro sunt*. *Circuivi*, idest circa steti devotas preces offerendo pro eis : Psalm. cviii, 4 : \*\* *Prout me diligenter* (idest deberent) *detrahabant mihi* etc. Eccl. i, 13 : *Et ipse stans circa aram* etc. Item strenui militis est circuire et protegere castra, sicut dicitur de Iude I Mach. iii, 3 : *Protegebat castra gladio suo*, unde *Circuivi*, idest protexi. Vel circuitus iste refertur ad contemplationem. Circulus duo propria habet inter alias figuræ. Unum, quia est capacior aliis. Aliud est quod est totus uniformis sine angulo, et convenient contemplationi. Primo quantum ad capacitatem, quia tunc dicitur circuire contemplando, quando omnia quæ consideranda sunt, contemplatur ; unde dicit, *Circuivi*, idest consideravi omnia dona tua, et ecclesia beneficia. Beatus Dionysius posuit triplicem motum ; scilicet circularem, rectum et obliquum. Recto motu semper movetur aliquid disformiter, quia semper habet diversam distantiam : et ideo in contemplando motus est rectus, quando de uno ad aliud quis movetur considerando processum rerum. Circulari motu movetur aliquis contemplando, quando conceptio animæ est uniformis : et tunc dicitur circenarius, quando scilicet revocat animam a rebus. Et primo congregatur in se, postea unitur spiritualibus, et postea ascendit in contemplationem unius Dei. Obliquus motus est compositus ex utroque : quando quis procedit ex consideratione creaturarum, sed hanc ordinat in considerationem Dei.

<sup>1</sup> Al. : « me, » — <sup>2</sup> Al. : « salvantur, »

<sup>3</sup> Al. : « pervias. » — <sup>4</sup> Al. *dœct* : « Dei, »

Et ideo dicit, *Circuivi, quantum ad uniformitatem* : Ezech. i, 28 : *Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Et immolavi.* Est autem duplex sacrificium : scilicet interior quo homo animum suum dat Deo. Ps. l, 19 : *Sacrificium Deo (scilicet acceptum Deo) est spiritus contributus.* Et omne exterior sacrificium ordinatur ad repraesentandum illud ; unde Augustinus dicit, *Quando offers hoc exterius, est ut representes animum tuum Deo.* Sed quia omnis representatio fit per aliqua signa, inter quae primum tenent verba, ideo inter sacrificia videtur preminentiam habere sacrificium laudis : Ps. xlix, 23 : *Sacrificium laudis honorificabit me;* unde dicit, *immolavi in tabernaculo ejus hostiam, non pecorum, sed potius, hostiam vociferationis,* idest divina laudis. Et haec vociferatione, *Cantabo,* tibi, scilicet canitum et laetitiam mentis et relictitudinem operis : Psalm. cvii, 2 : *Paratum cor meum. Cantabo;* quasi dicat, Paratum cor habeo ad serviendum tibi, cum laetitia mentis : Psalm. xcix 2 : *Servite Domino in laetitia.*

7. *Exaudi.* Supra Psalmista posuit suum desiderium ; hic prorumpit ad petendum rem desideratam : et circa hoc tria facit. Primo petit exaudiri. Secundo proponit petitionem, ibi, *Tibi dixit cor meum.* Tertio ostendit fiduciam quam habet de exauditione, ibi, *Credo videre bona Domini.* Ad hoc ergo quod exaudiatur, inducit duas rationes. Unam ex devotione propria. Aliam ex sua miseria. Devotione est causa quod audiatur a Deo aliquis. Devotione est clamor cordis qui excitat Deum ad audiendum. Et ideo dicit, *Exaudi :* quia clamavi non exterius, sed interior : Iac. v, 4 : *Clamor eorum ad aures Domini Sabaoth introivit.* Item miseria nostra provocat ad exaudiendum : Exod. iii, 7 : *Vides vidi afflictionem populi mei, et descendit liberare eum;* unde dicit, *Miserere mei et exaudi me;* quasi dicat, me miserum et meam miseriam cognosco, unde tum est misereri : Judith, ix, 17 : *Exaudi me miseram deprecantem.*

8. *Tibi.* Hic ponit petitiones. Et primo petit divinæ faciei prospectum. Secundo divinum auxilium, ibi, *Adjutor meus es tu.* Tertio via sue directivum, ibi, *Legem*

*pone mihi Domine.* Carea primum ostendit, quod de re petita habet magnum desiderium et intimum et auxium et assiduum. Intimum, quia *Tibi dixit cor meum.* Aliquando homo aliquid petit ore, sed cogenesis ad alia versatur : Matth. vi, 21 : *Non omnis qui dicit mihi Domine etc.* Isa. xxix : *Populus hic habens me honorat etc.*\* glorificat me Sed quando petitio est ex intimo desiderio cordis, tunc est Deo accepta, sed tunc non os tantum, immo cor petit : Il Regum vii, 27 : *Invenit servus tuus cor suum ut oraret se oratione hac :* Psalm. cxviii, 143 : *Clamavi in toto corde.* Auxium et aequum dicit habere cum dicit : *Exquisivit te etc.* Contingit aliquando quod desiderium est intimum et quietum et non multum querit : sed quando est anxiun, tunc vere querit : unde dicit, *Exquisivit te,* idest frequenter et diligenter quasivit. Et hoc etiam ostendit aequum desiderium : quia imago non perficit nisi pertingat ad exemplar ad quod est facta : unde dicit, *Exquisivit te facies mea.* Facies hominis interior est, in qua visus est interior, idest anima sive mens rationalis, et haec, scilicet facies mea quae est facta ad imaginem tuam, exquisivit te. Unde non potest reformari et perfici nisi jungatur tibi, *Domine.* Undo sicut qualibet res querit suam perfectionem, ita mens nostra querit Deum. Et ostendit quod sit assiduum, quia *Requiram,* idest iterum et iterum queram : Isa. xxi, 12 : *Si queritis, quarrite :* Matth. vi, 7 : *Quarrite et iremetis.* Hoc est proprium diligentis, querere sapio rem dilectam. Et quid querit, ostendit cum dicit, *Faciem tuum Domine requiram.* Hoc petebat Moyses Exo. xxxiii, 18 : *Ostendi mihi\*\* faciem tuam.* Et Dominus non statim ostendit, sed dixit, *Ostendam tibi omnem bonum :* Luc. x, 23 : *Beati oculi qui vident quae vos ridetis.* Et ideo David non erat extra spem, sed adhuc querebat ; unde alibi dicit, *Ostende nobis faciem tuam etc.* Job. xxxiii, 26 : *Deprecabitur Deum suum, et placabilis erit, et videbit faciem ejus in jubilo.*

9. *Nec avertas.* Hic proponit triplicem petitionem. Et primo petit non fraudari a re desiderata. Secundo petit amoveri causam por quam posset fraudari. Tertio

petit dirigi in via, ibi, *Legem pone*. Dicit ergo, *Faciem tuam, Domine, requirum*. Et rogo, *Ne avertas faciem tuam a me*; quasi dicat, sicut avertit se homo faciem ab homine, quando non vult eum audire. Sed aliter est in Deo quam in homine. Homo enim avertens faciem mutatur. Ipse Deus autem immobilis est; sed dicitur avertere faciem, inquantum nos avertimur et immutamur. Et per hoc quod in corde nostro sit aliquod velamen quo inepli reddimur ad videndum faciem suam. Et ideo littera Hieronymi habet, *Ne abscondas*: Isa. viii, 17: *Expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Jacob*. Causa vero aversionis est ira Dei in paenam peccati. Et haec aversio est maxima paenarum; et hoc est quod dicit, *Et tu declines in ira a servo tuo*, idest ne irascaris mihi in hoc quod declines faciem tuam a me. Et dicit, *In ira*: quia aliquando declinat in misericordia, cum scilicet non respicit peccata: Ps. 1, 41: *Averte faciem tuam a peccatis meis*. Aliquando declinat in providentia, quando scilicet permittit aliquem cadere ut fortius resurgat, quia *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Rom. viii, 28.

10. *Adjutor*. Hie petit divinum auxilium in agendis antequam veniat ad faciem, ne scilicet impediatur a visione faciei. Et primo ponit petitionem. Secundo dictorum rationem, ibi, *Quoniam pater meus*. Petit ergo divinum auxilium dicens, *Peto videre faciem tuam*, sed ad hoc pervenire non possum per me: ergo, *Tu es tu adjutor meus*, ut ad hoc perveniam: Ps. cxx, 2: *Auxilium meum a Domino*. Sed quantum ad superficiem non videtur ista littera recta esse, quia melius videatur dicendum esse, *Adjutor meus es tu*, et sic habetur in hebreico, scilicet auxilium meum fuisti. Et secundum hoc commemorat beneficium; quasi dicat: *Adjutor fuisti*. Non ergo de cetero, *Derelinquis me*. Et petit duo removeri, scilicet ipsam desertionem et contemptum interiorum: nam si homo sibi derelinquitur, perit. Osee xiii, 9: *Perditio tua, Israel ex te*. Deserit autem aliquis aliquem, quia despiciit eum. Et Deus despiciit nos, quia sumus fragiles per naturam, et corrupti

per culpam; et ideo dicit, *Negat despicias me Deus*. Et quare hoc? Quia tu me creasti, et es, *Salutaris natus*, idest tu me salvasti. Nullus autem despiciit opera sua: Ps. cxxxvii, 8: *Oproba manuum tuarum ne despicias*. Consequenter ponitur ratio dictiorum; unde sequitur, *Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, Dominus uatem assumpsit me*; quasi dicat: Quia inveni te adiutorem in omnibus aliis deficientibus, *Ne despicias me*. Et sic primo ponit defectum humani auxilii. Secundo ponit auxilium divinum. Haec littera legitur dupliceiter. Uno modo de David ad litteram, sicut habetur in Historia Reg. xvi: quando fuit David inctus, Isai praebeat majoris filios; Dominus autem elegit David, quia Samuel petiit eum. Vel potest legi in persona viri justi, quia ad litteram speranti in Domino, deficit omne humanum auxilium: Job. xix, 14: *Dereliquerunt me propinquai mei; et qui me noverant, oblitus sunt mei*. Eccli. li, 10: *Circumspiciens eram ad adiutorium hominum, et non erat*. Sed Dominus hunc assumpsit et assumit curæ suæ, et hoc melius est: Ps. lxiv, 5: *Beatus quem elegisti et assumpsisti etc*. Mysticæ autem, *Pater meus*, idest Adam, et *mater mea*, idest Eva, *dereliquerunt me*, idest desertioni me exposuerunt per peccatum. Vel, *Pater meus*, idest diabolus, quia pater meus fuit in statu peccati: *Dereliquit me*, quia non habet potestatem in me, *mater mea*, Babylon, *Dereliquerunt me*, idest contemptuerunt me. Et hoc quia, *Dominus assumpsit me*.

11. *Legem*. Supra Psalmista posuit duas petitiones: prima fuit de divinae faciei prospectu; secunda de divinae protectionis auxilio; hic autem ponit aliam petitionem de directione viae sue: et circa hoc duo facit. Primo ponit petitionem. Secundo ostendit necessitatem, ibi, *propter inimicos*. Circa primum duo facit. Primo ponit legis petitionem. Secundoposit directionem in his quæ sunt legis, ibi, *Et dirige*. Dixerat supra, *Unum etc*. et quid hoc sit explicavit, scilicet videre faciem tuam. Et quia ad hanc visionem, cum sit ardua, porvenit quadam ardua via, per quam nullus vadit sino auxilio Dei, petit illud tri-

bni<sup>1</sup> lxxxiii, 6 : *Beatus vir cuius est auxilium abs te, quia ibunt de virtute in virtutem.* Quia vero qui per viam ignotam vadit, indiget ductore, petit eum, dicens, *Legem pone mihi Dominus, in via tua;* quasi dicat : Imminet mihi ascendere per viam, in qua peto ut ponas mihi legem. Lex est regula agendorum. In hac via proceditur per actus virtutum : et ideo necessaria est lex, quae est regula actuum humanorum ; quasi dicat : Da mihi regulam qualiter ambulem. Hieronymus habet sic, *Illuxit mihi Dominus viam.* Prov. vi, 23 : *Mandatum lucerna est, et lex lux.* Dare legem est illustrare. Sed quandoque scit aliquis in universalis quid sit fiendum, sed non scit in particulari, praeceps propter seductores. Et contra hoc petit dicens, *Dirige me in semitam rectam :* Isa. xvi, 7 : *Semitam rectam est, rectus rectus justi ad ambulandum.* Et hoc, *Propter inimicos meos.* Hoc est causa quare peto dirigi in semita recta. Quia ille qui scit viam, et via est recta, securus incedit si non inveniat adversarium ; sed quando inimicum vel adversariorum sum invenit, indiget protectione et directione : Ps. cxli, 4 : *In via hac qua ambulabam, absconderent laqueum mihi.* Isti inimici nostri sunt concupiscentiae carnis, prava desideria, damones, pravi homines, sive peccatores, qui obstant in via eundi ad Deum.

42. *Ne tradideris.* Hic exponit quod dictum est ; et duo dicit. Primo petit liberari ad inimicorum periculum. Secundo ostendit se inimicos habere, ibi, *Quoniam insurrexerunt.* Dicit ergo : *Ne tradideris me in animas tribulantium me :* quasi dicat : Sic peto dirigi in via, quod non incidam in potestatem inimicorum. Et non dicit in manus, sed in animas, idest in voluntates. Sed contingit quod sancti traduntur in manus inimicorum, quia *Terra data est in manus iniqui*, ut dicitur Joh. ix, 24. Sed non in animas ; quia voluntatis eorum est ut trahant ad manum, sed Deus hoc non permittit : Ecol. xvm, 31 : *Si prastes aq[ua]m tur concupiscentias tuas, faciet te in gaudium inimicis tuis.* *Quoniam insurrexerunt.* Hic

ostendit se habere inimicos. Et primo ponit eorum conatum. Secundo eorum defectum. Dico, *Propter inimicos*, et hoc, *Quoniam insurrexerunt in me testes ini-qui.* Hac verba expoununt tripliciter : historice, allegorice et moraliter : historice, quia ad litteram aliqui mali testes falsum dixerunt contra David, scilicet Doeg Idumeus qui accensavit sacerdotem et David, et alii. Allegorice de Christo, contra quem iniqui testes accusantes eum insurrexerunt : Matth. xxv, 14 : *Novis sine reverent etc.* Moraliter, quia contra unumquemque justum falsi testes quandoque sunt falsi doctores, sua doctrina conantes a recta via alios declinare : Isa. v, 20 : *Vix qui dicunt malum bonum et bonum malum.* Item adulatores dicuntur testes falsi : Isa. iii, 12 : *Popule mens, qui te beatum dicunt, ipsi te deripinunt :* Prov. xix, 9 : *Testis falsus non erit impunitus. Et mentita est etc.* Hic ponit eorum defectum. Hac verba secundum quod hic ponuntur, tripliciter intelligi possunt. Uno modo sic. Dicitur aliquis loqui sibi, quando solus intelligit verba sua ; sed quando alius, non : II Cor. xiv, 12. *Qui loquitur lingua, sibi et Deo loquitur, non hominius* ; et sic est sensus : Sunt falsi testes ; et loquuntur mendacium, et persuadent ; sed iniquitas eorum mentita est sibi ; quasi dicat, Non mihi, quia non acquiesco eis. *Vel mentita est iniquitas sibi,* idest sui damno : quia ex mendacio eorum quod intenderant, ipsi incurrerunt malum : Ecol. xxvn, 29 : *Qui laqueum\*\* alii ponit, peribit in illo.* *Vel Menti-ita* etc., quia non pervenerunt ad effectum de hoc quod proposuerunt facere mihi et aliis justis viris : Job v, 13 : *Cousilia pravorum dissipat.* Hieronymus habet, *Aperitum* etc. idest aperte locuti sunt contra me.

44. *Credo videre.* Hic ponit spem de exauditione. Et primo ponit spem quam ipse habet. Secundohortatur alios ad eandem, ibi, *Expecta Dominum.* Sua petitio erat ut videret Deum ; et ideo dicit, *Credo*, idest firmam fiduciam habeo : *Videre bona Domini*, idest videre Deum facie ad faciem : Job. xix, 23 : *Scio quod Redemptor meus virit etc, et in carne*

*men videbo Deum*, unde non dicit, videre Dominum, sed bona Domini; quod potest intelligi dupliciter. Vel bona Domini, id est a Domino, et sic non sumitur hic, vel bona, id est quae sunt in Domino; et hoc modo sumitur hic: haec omnia enim sunt in eo sicut in fonte primo, et sunt idem quod ipse: Sap. vii, 11: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa rite*. Et ubi? *In terra ridentium*. Visio Dei est vita aeterna, ut dicitur Joan. xvii. Haec terra est viventium<sup>1</sup>: quia sicut terra est patiens respectu celi secundantis eam, ita vita beatorum immediate perficitur a Deo.

15. *Expecta*. Hic inducit alios ad ex-

pectandum, cum dicit, *Expecta Dominum*: Isa. xxx, 18: *Beati omnes qui expectant eum*. Et dum expectas, habebas fiduciam in opere; unde dicit, *Viriliter age*, scilicet interius et exterius: Isa. xxxv, 3: *Confortate manus dissolutas*. Et hoc praemittit, quia, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvis erit*. Unde, *Sustine Dominum*, scilicet bona quacumque faciens, etiamsi videantur adversa: Eccli. ii, 16: *Var his qui perdiderunt sustinentiam, et qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas*. Vel, *Sustine Dominum*, id est expecta Dominum. Et tunc repetit ad majorem certitudinem.

### PSALMUS IPSI DAVID XXVII

1. Ad te Domine, clamabo: Deus mens, ne sileas a me, ne quando taceas a me, et assimilabor descenditibus in lacum.

2. Exaudi, Domine, vocem orationis meae dum ora ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

3. Ne simul tradas me cum peccatoribus, et cum operantibus iniuriam meam ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo; mala autem in coribus eorum.

4. Da illis secundum opera eorum, et secundum nequitiam adiunctionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis: reddre retributionem eorum ipsis.

5. Quoniam non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum ejus: destrues illos, et non redificabis eos.

6. Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meae.

7. Dominus adjutor meus, et protector meus: et in ipso speravit cor meum, et adjutus sum. Et refecor caro mea, et ex voluntate mea confitebor ei.

8. Dominus fortitudo plebis sue, et protector salvationis Christi sui est.

9. Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tue: et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

4. In praecedenti Psalmo Psalmista ostendit fiduciam quam habet de Deo; hic autem ut non deficit in fiducia, adjungit Psalmum orationis. Titulus *Psalmus ipsi David*. Secundum litteram dicitur quod aliqui Psalmi pertinebant ad personam David, inter quos est iste, quasi iste pertineat ipsi David. Vel huius, quia ipse faciebat, et hunc et alios per se cantabat.

Mystice huic David intitulatur iste Psalmus non figuralis, sed vero David, scilicet Christo. In hoc enim Psalmo mystice agitur de oratione Christi ad Patrem, secundum quod liberatur a malis passionibus. Tria ergo agit in hoc Psalmo. Primo petit exaudiri; secundo ponit petitionem suam, ibi, *Ne simul tradas*; tertio ponit gratiarum actionem, ibi, *Benedictus dominus*. Duplici autem ratione petit exaudiri. Primo ratione periculi imminentis; secundo ratione sua devotionis, ibi, *Exaudi Domine*. Circa primum tria facit. Primo ostendit iudecens propositum orandi; secundo petit exaudiri ibi, *Ne sileas*; tertio ponit immensum periculum, ibi, *Ne quando taceas*. Primum ostendit cum dicit, *O Domine, ad te clamabo*, non semel, sed continue. Luc. xviii, 1: *Oportet semper orare*. I Thess. v, 17: *Sine intermissione orate*. Consequenter petit exaudiri: *Ne sileas Deus mens*. Consuetus modus loquendi est, quod quando aliquis exaudit orantem, dicitur ei respondere. Tunc ergo Deus respondere videatur, quando satisfacit voto orantis. Job. xiv, 15: *Vocabis me, et ego respondebo tibi*. *Ne sileas ergo*, id est non subtrahas mihi responsionem tuam. Gen. xxx, 33: *Respondebit mihi eas justitia mea*. Ostendit

ditur consequenter periculum imminens : *Ne quando taceas a me.* Hominis perfecti est, quod si sibi dimittitur, deficiat. Oscae xiii, 9 : *Perditio tua ex te, Israel; tantummodo ex me auxilium tuum.* Nam si aliquando taceas non exaudiendo me, *Ero similis descendantibus in lacum*, idest in infernum. Isa. xiv, 15 : *Verumtamen in infernum detraheris, in profundo laci.* Thren. iii, 53 : *Lapsa est in lacum vita mea.* Hieronymus habet : *Ne te tacente assimilier.* Mystice autem, *Glossa ex persona Christi loquitur quod homo Christus clamet ne deseratur a deitate : et dicit, Ne sileas subtrahendo mihi in beneficium resurrectionis, et ne taceas, idest ne desereras in passione.* Alias essem similis alii hominibus descendantibus in lacum, sicut inimici aestimant. Psalm. lxxxvii, 5 : *Aestimatus sum cum descendantibus in lacum.* *Exaudi Domine vocem orationis meae, dum oro ad te.*

2. Alia ratio est quod petit exaudiri devotio orantis. Haec autem devotio in duobus consistit : scilicet in interioribus cordis, et exterioribus operibus. In interioribus : quia Deus spiritus est, et eos qui adorant, oportet spirituales esse. Joan. iv, 23 : *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate : et ideo dicit : Exaudi deprecationem meam dum oro ad te.* Sed debemus revereri etiam in nostris effectibus, et signis exterioribus ; unde dicit, *Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.* Hoc dupliceiter legitur : vel ad litteram secundum *Glossam*, quod Iudeus erat praeceptum, ut ubique essent, ad illius partem orarent ubi sci- rent Jerusalem esse. Vel, *Dum extollo*, idest levo *Manus meas ad templum*, idest ad coelum, Psalm. x, 5 : *Dominus in templo sancto suo etc.* Ergo non solum in devotione cordis orabo, sed etiam in signis exterioribus versus celum orabo, et aliquam devotionem ostendam. Vel, *Dum manus meas*, idest opera mea, *Extollo ad templum*, idest dirigo ad Deum. Psalm. cxi, 2 : *Dirigatur oratio mea, idest opera mea, sicut incensum etc.* De Christo autem potest exponi : quia ipse levavit manus suas versus templum, quia ipsum

non reprobavit, sed approbando expulit vendentes et ementes in eo. Vel extulit manus in cruce : Isa. lxxv, 2 : *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem sed contradicentem mihi. Ad templum*, idest ecclesiam construendam per passionem suam.

3. *Ne simul tradas me cum peccatori- bus, et cum operantibus iniuriam.* Illic ponit petitionem ut non simul commoveatur<sup>2</sup> in punitione cum impiis : et circa hoc facit duo. Primo describit culpam ; secundo ponit paenam, ibi, *Da illis.* Quantum ad primum, culpam ostendit dicens peccata illorum, scilicet malum propositum et malum actum, dico *Exaudi vocem meam etc.* et hoc est, *Dum oro*, quod liberat a perditione peccatorum : quia licet in vita justi sint simul cum peccatoribus, tamen in iudicio non erunt simul. Matth. xxv, 32 : *Segregabit bonos a malis.* Psal. <sup>\*\*separabit</sup> xlvi, 1 : *Discerne causam meam de gente non sancta etc.* Gen. xviii, 23 : *Nunquid perdes justum cum impiis ?* et ideo dicit<sup>3</sup> *Ne simul tradas me*, in damnationem, scilicet, *Cum peccatori- bus.* Peccatores proprie sunt qui ex habitu peccant, vel peccandi propositum quantum ad actum et executionem peccati habent. Dupliciter quis exequitur actum peccati : scilicet per manifestam injustitiam, et per fraudem. Et hic est qui loquitur pacem quantum ad alios. De primo dicit, *Cum operantibus iniuriam ne perdas me.* Illi dieuntur iniuriam operari, qui manife- stae faciunt injustitiam. Tamen non omne peccatum fit per injustitiam ; specialiter tamen fit, inquantum non reddit Deo obedientiam. De secundo dicit. *Qui loquuntur pacem cum proximo suo.* Et ponit duo : scilicet dulcia verba eorum in ore : Rom. ult. 1, 18 : *Qui per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium.* Prov. xxix, 5 : *Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.* Aliud tamen habent in corde ; unde sequitur. *Mala autem in cordibus eorum*, scilicet sunt quae parant inimicis suis. Hier. ix, 8 : *In ore suo pacem cum proximo suo loquitur, et occulte ponit ei insidias.* Haec

<sup>1</sup> Al. : *commisceatur.* \*

<sup>2</sup> Al. : *& polo.* \*

**omnia possunt referri ad Christum, qui reputatus in cruce *cum sceleratis* deputatus est, ut dicitur Isa. lxi, 42.** Sed petit, ut non simili, idest propter **eamdem** causam tradatur, idest crucifigatur **eum** **eis** : quia passio sive damnatio illorum fuit propter peccatum proprium, passio autem Christi propter iniquitatem nostram. Item, **ne** codem fine tradas me **cum** peccatoribus inquis, idest non secundum intentionem eorum qui intendebant quod nomen Christi delerent. Et hi sunt qui loquebantur pacem cum proximo suo : et in Christo quando tentabant ut caperent eum in sermone, sed, *Mala erant in cordibus eorum*, idest mala intentio : quia ut caperent, idest ut reprehendere possent. Matth. xxii. Sequitur : *Da illis secundum opera eorum : et secundum nequitiam adiventionum ipsorum.*

4. **Secundum opera etc.** Illic agit de tribulatione et poena eorum. Et primo ipsam poenam tangit : secundo poenam aequitatem, ibi, *Secundum opera eorum*; tertio ejus perpetuitatem, ibi, *Quoniam non intellecerunt*. Duplex culpa posita est. Una exterior qua est oris, alia interior qua est cordis. Et ideo dicit quantum ad primum, *Da illis secundum opera eorum*. Psal. lxi, 13 : *Reddes unicuique juxta opera sua*. Da, accipitur praemunitive, idest dabis ; vel conformando se iustitiae divinae. Ps. lvi, 11 : *Lxtabitur justus cum viderit vindictam*. Vel ut referatur hoc ad Christum. Tu Domine pater, *Da illis secundum opera eorum* : quasi dicat : Ex passione mea sequitur utilitas ; sed, *Tu da illis*, scilicet peccatoribus non secundum fructum, sed secundum eorum intentionem quae fuit mala. Joau. iii, 19 : *Erant autem eorum mala opera*. Quantum ad secundum dicit, *Et secundum nequitiam adiventionum ipsorum*. Adiventiones sunt via excoigitata ad nocendum et peccandum. Et hi gravius puniuntur a Deo, sed poena aequa eis debetur. Illic ita procedit littera : unde dicit, *Secundum opera manuum eorum trahit illis*, quia scilicet non coacti, sed sua prava voluntate peccaverunt. Unde opera eorum sunt opera manuum eorum. Secundum quod refertur ad Christum, sic dicit, *Secundum opera manuum eorum*

etc. quia Judæi etsi Christum manu sua non crucifixerunt, tamen et lingua et manu hoc scelus operati sunt, quia per suam potestatem factum est : unde dicit, *Redde retributionem eorum ipsis*, ut scilicet siue ipsi malam intentione hoc fecerunt, ita tu eis mala retribuas. Matth. vii, 2 : *Mensura qua mensi fueritis remetietur robis*.

5. **Quoniam non intellecerunt opera Domini, opera manum ejus etc.** Supra praemisit Psalmista ponam debitam malis, et ejus aequitatem ; hic consequenter ponit ejus poenam perpetuitatem : et facit duo in isto versu. Primo tangit poenam irreparabilitatem ; secundo causam. Scendum est autem, quod homo frequenter peccat, et ex hoc incurrit reatum poenæ, sed quoniam per multa opera divisa iustitia homo provocatur ad timorem, et per opera misericordia provocatur ad spem, quandoque convertitur ad penitentiam et sanatur ; sed si in consuetudine induretur in peccato, et intellectum perdit, non est spes salutis. Job : *Quia nullus intelligit, in æternum peribunt*. Isa. vi, 10 : *Excœca cor populi ejus etc.* Et ideo pro causa poenæ irreparabilis praemittit parentiam intellectus. Notandum est, quod non omne opus est opus manuum, sed exteriora : quedam etiam sunt interiora opera. Ita in Deo quedam sunt spiritualia quae operatur in nobis. Isa. xxvi, 12 : *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine*. Quaedam corporalia ut cœli. Ita etiam Christi spiritualia sunt opera, salutis fideliū : corporalia vero sunt miracula. Joan v, 36 : *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me*. Et ideo dicit, *Quia non intellecerunt opera Domini*, scilicet spiritualia, et opera manuum ejus, scilicet corporalia, destrues illos, et ita destrues quod non adificabis. Et refertur hoc ad duplice destructionem : scilicet spiritualem ; quia destruci per casum a fide, et non a notitia Dei. Ps. lvm, 12 : *Disperge illos in virtute tua, et depone eos etc.* Sed tamen isti qui sic sunt destructi, aliquando reædificantur, sicut Petrus ; et sic etiam isti reædificantur, vol reædificantur usque ad finem mundi. Rom. xi, 25 : *Cœcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, et sic*

*omnis Israel salvens erit.* Vel refertur ad corporalem destructionem : *quia destructi per Romanos* nunquam reedificati sunt, nec unquam reedificabuntur : vel destructi per Babylonem et revelati per Persas : vel destructi per Antiochum et relevati per Romanos ; sed per Romanos ita tandem destructi, quod nunquam reedificati sunt.

**6. Benedictus Dominus.** Hic quasi exauditus gratias agit. Et primo de beneficiis sibi collatis ; secundo agit gratias de beneficiis collatis toti populo, ibi, *Dominus fortitudo*. Cirea primum duo facit. Primo agit gratias pro sua exauditione ; secundo ostendit, in quo fuit exauditus, ibi, *Dominus adjutor meus*. Dicit ergo : Ego petivi, et sun exauditus in petitione mea ; unde, *Benedictus Dominus*. Benedicere Dei nos, est causare bonitatem in nobis, *quia dixit, et facta sunt*. Ps. xxxii, 9 : *Benedicere nos Deo, est agnoscere ejus bonitatem, quia nobis bene facit: et nihil ei accrescit ex hoc.* Hoc tamen faciendum est nobis pro omnibus beneficiis. II Cor 1, 3 ; *Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum etc.* Tob. xii, 6 : *Benedicite Deum eum, quia fecit uobis misericordiam suam.* Et ideo dicit, *Quoniam exaudivit vocem deprecationis meae, idest devotionem orationis meae.* Jacobi ult. 16 : *Multum valet deprecatione etc.*

**7. Hic** ostendit, in quo est exauditus, scilicet *quia consequens est auxilium Dei: et circa hoc fac tria.* Primo ponit beneficium divini auxilii ; secundo meritum beneficii, ibi, *Et in ipso speravit cor meum; tertio effectum beneficii, ibi, Et resploruit.* Homo indiget divino auxilio ad duo : ad bene agendum, et quod libereatur a malis, et quod promoveatur ad bonum. Quantum ad primum dicit, *Dominus adjutor meus.* Ioan. xv, 5 : *Sine me nihil potestis facere.* Isa. i, 7 : *Dominus Deus auxiliator meus.* Quantum ad secundum dicit, *Et protector meus: et protector a malis, scilicet sentium protegens hominem ab exterioribus telis.* Isa. xlix, 2 : *Sub umbra manus sua protexit me.* Psalm. lxix, 3 : *Proteristi me, Deus, a conventu malignantium.* Sed quo merito me defendis? Numquid meo? Non. Sed

non alio, nisi quia *In ipso speravit cor meum.* quasi ex intimo affectu de ipso confido. Psal. xxv, 2 : *In te confido, non erubescam.* Et ideo, *Adjutus sum.* Isa. xi, 31 : *Qui sperant in Domino, mutantur fortitudinem.* Hac autem omnia possunt referri ad Christum in quantum homo : nam ut Deus, omnes ipse juvat et protegit simul cum Patre ; in quantum homo, est juvatus et protectus a Patre. Et sequitur, *in ipso.* Effectus auxili potitur hic quantum ad duo. Primo quantum ad carnem ; secundo quantum ad animam ; unde dicit, *Et resploruit. Juventus hominis comparatur flori: quia sicut flos est praesagium fructus, ita juvenus hominis est praesagium vita futuræ.* Psalm. lxxxix, 6 : *Mane sicut herba trauseat.* Tunc ergo caro resploruit, quando antiqua juvenescit ; quoniam homo in tristitia videtur senescere, in letitia videtur juvenescere ; sed tamen caro Christi floruit flore honestatis et incorruptionis. In primo homine floruit caro ejus per innocentia puritatem, sed peccando inquinata est. Sed in Christo resploruit in resurrectione : fuit enim de Spiritu sancto sine peccato concepta. Isa. xi, 1 : *Flos de radice ejus ascendet.* Item in primo statu natura humana floruit, quia erat incorruptibilis : sed per peccatum est subjecta corruptioni : Rom. viii, 10 : *Corpus per peccatum mortuum est.* Sed Christus resploruit in resurrectione : Cant, 1, 15 : *Et lectulus noster floridus est.* Quantum ad animam dicit, *Et ex voluntate mea confitabor tibi.* Anima quandiu est in peccato, habet voluntatem a Deo aversam, et ad temporalia conversam ; sed quando per conversionem reparatur, tunc convertitur ad Deum voluntas ejus, et confitetur Deum laudando ipsum. Vel si dicatur hoc de Christo, refertur ad membra sua, scilicet fideles : Psalm. lxxi, 8 : *Voluntarie sacrificabo tibi et confitebar nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.*

**8. Dominus.** Hic agit gratias pro beneficiis populi. Et primo ponit beneficia jam exhibita. Secundo petit ea continua-  
ri, ibi, *Salutem fac populum tuum.* Eadem beneficia quae sunt sibi facta cum dicit, *Dominus adjutor meus etc., dicit*

*propter*

facta esse populo cum dicit, *Dominus fortitudo*, populi Iudaorum per me liberati a Philistaeis. Et Christus est fortitudo populi ejus liberati per eum a peccato : Isa. xii, 2 : *Fortitudo nra Domini, et factus est nra in salutem* : Psalm. cxlii, 2 : *Protector meus, et in ipso speravi*. Et hic est protector salvationum, idest protegit eos qui salvati sunt per Christum : Act. iv, 12 : *Non est aliud nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri*. Christus ergo protegit nos in praesenti, ut non cadamus in peccatum ; et ideo, *Salvationum*, idest praedestinationum ad salutem proteget in futuro, liberando ab omni malo : Apoc. vii, 16 : *Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neque ultus astus etc.*

9. *Salvum fac.* Illic ostendit continuationem beneficiorum sive salutis. Et primo ponit salutem. Secundo modum, ibi, *Benedic.* Dicit ergo, *Domine, tu qui es protector meus : Salvum fac populum tuum*, idest rogo ut ad salutem eos perducas : Joan. xvii, 15 : *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves a malo* : Isa. xlvi, 17 : *Salvatus est Israel in Do-*

*mino salute aeterna. Consequenter ponit modum pervenienti ad salutem : ad quam ut perveniatur, requiruntur tria : scilicet donum gratiae, gubernatio, et spiritualis prefectus. Quantum ad primum dicit. Et benedic hereditati tuae, idest confirmata dona ejus, Prov. x, 6 : *Benedictio Domini super caput justi*. Et dicit *hereditati*, quia electi sunt hereditas : Psalm. xxxxi, 12 : *Beata gens cuius est etc.* Quantum ad secundum dicit, *Et rege eos, quia etiam cum gratia necessaria est gubernatio* : Pro. xi, 14 : *Ubi non est gubernator, populus corruet*. Quantum ad tertium dicit, *Et extolle eos, idest promove per profectum, usque in aeternum*. Duobus modis potest intelligi. Primo in intellectu, quando elevatur ad manifestam cognitionem veritatis : Isa. lii, 13 : *Ecce intelliget servus meus, et exaltabitur*. Secundo in affectu, quando non cupid carnalia, sed spirituallia : *Desiderium habens dissolci et esse cum Christo*, Philip. i, 23 : Quoniam removetur ab hac vita ad vitam gloriae : Isa. lvi, 5 : *Sustollam te super altitudinem nubium, et cibabo te etc.**

## PSALMUS XXVIII

### 1. In consummatione Tabernaculi.

1. *Afferte Domino filii Dei.*
2. *Afferte Dominos filios arrietum.*
3. *Afferte Domino gloriam et honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus : adorate Dominum in atrio sancto ejus.*
4. *Vox Domini super aquas, Deus in adestatis intonuit : Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificencia.*
5. *Vox Domini, confringentis cedros ; et confregit Dominus cedros Libani.*
6. *Et comminuet eas tanquam vitulum Libani : et dilectus quemadmodum filius unicornium.*
7. *Vox Domini intercedens flammam ignis, vox Domini concutientis desertum ; et commoverebit Dominus desertum Cades. Vox Domini preparantis cervos, et revelabit condensa : et in templo ejus omnes dicent gloriam.*
8. *Dominus diluvium inhabitate facit : et sedebit Dominus rex in aeternum ; Dominus virtutem populo suo dabit : Dominus benedic populo suo in pace.*

### 1. In aliis Psalmis commemoravit Psal-

mista fiduciam quam habet de Deo ; hic autem quasi liberatus gratias agit. Et primo ponuntur Psalmi pertinentes ad gratiarum actionem. Secundo commemorat beneficia praestita, ibi, *In te Domine speravi*. Circa primum duo facit. Primo iuvitat alios ad gratiarum actiones. Secundo ipse gratias agit, ibi, *Exaltabo te*. Titulus, *Psalmus David in consummatione tabernaculi* : et nota historiam I Reg. iv, ubi filii Israel tempore Heli pugnaverunt contra Philistaeos, et arca Dei capta<sup>1</sup> est, et fuit in terra illa sex mensibus, tandem propter plagam remiserunt eam in Gaba : et mortuo Saule, David tulit eam, et portavit in Hierusalem, et fecit ei tabernaculum, et lusit ante eam, ut habeatur II Reg. vi ; et tunc videtur factus fuisse iste Psalmus. Mystice per taberna-

<sup>1</sup> Al. : « raptus. »

culum designatur sancta ecclesia : Apoc. xxi, 3 : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* Illoc tabernaculum, scilicet Ecclesia, erupit est de manibus Philistium, idest daemonum : et quae in Psalmo isto dicuntur, pertinent ad dona Spiritus sancti per quae istud tabernaculum consummatur. Dividitur ergo in partes duas. In prima invitat alios ad offerendum Deo per gratiarum actionem. Secundo commemorat beneficia, ibi, *Vox Domini super aquas.* Circa primum tria facit. Primo ostendit cui sit offerendum. Secundo qui offerat. Tertio quid debeant offerre. Dicit ergo, *Afferte.* Sed cui? *Domino,* soli, non alii : Exod. xxii. Quod soli Deo debeat offerri, dicitur I Paral. ult, 14 : *Tua sunt omnia; et quae de manu tua accepimus, dedimus tibi.* Qui debebant offerre ostendit, *Filiū Dei;* Eccli. xxxiv, 23 : *Dona iniquorum non probat Altissimus;* Gen. iv, 4 : *Deus primo respexit ab Abel, et ad munera ejus postea, quia debet homo primo Deo placere, et postea ei oblationem facere;* et ideo dicit, *Filiū Dei,* per fidem : Joan. i, 12 : *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Item per charitatem : I Jo. iii, 4 : *Videite qualem charitatem dedit nobis Deus etc.* Per bona opera : Rom. viii, 44 : *Qui Spíritu Dei aguntur, h̄i filii Dei sunt.*

2. *Afferte.* Hic ostendit quid debeat offerri. Et primo ponit corporalem sacrificium. Secundo spirituale, ibi, *Afferte Domino gloriam.* De tribus generibus animalium siebat oblatio : scilicet de bobus, capris, et arietibus : et super caetera animalia agnus maxime consuetum sacrificium erat. Unde Exod. xxix, dicitur, quod qualibet mane et vespera minus agnus immolabatur : quia per agnum maxime et expressius figurabatur Christus : Joan. i, 29 : *Ecce Agnus Dei.* Et ideo dicit, *Afferte Domino filios arietum,* idest agnos. Mysticæ arietes sunt principes gregis, idest Apostoli : Psalm. xlvi, 10 : *Principes populorum congregati sunt.* Filii eorum sunt fideles : I Cor. iv, 15 : *In Christo Jesu per evangelium ego vos genui.* *Afferte,* ergo vos ipsos Deo, qui estis filii arietum.

3. *Afferte.* Consequenter ponit spiri-

tuale sacrificium. Et primo ponit ipsum. Secundo manifestat, ibi, *Afferte Domino gloriam nomini ejus.* Notandum, quod Dominus voluit sibi offerri ista non propter se, quia ipse dixit, *Numquid manducabo carnes taurorum etc.,* sed ut cognoscamus eum principium omnium bonorum nostrorum, et finem, in quem omnia sunt referenda : et ideo nulli licet offerre sacrificium nisi Deo. Deus enim est finis, et nihil possumus ei addere ; et ideo debemus eum glorificare, ut omnia quae facimus, in ejus gloriam faciamus : I Cor. x, 31 : *Omnia in gloriam Dei facite.* Item Deus est principium, et ideo debemus ei honorem. Malach. i, 6 : *Si ego Dominus, ubi est honor meus?* et ideo dicit, *Afferte Domino gloriam et honorem :* I Tim. i, 17 : *Soli Deo honor et gloria. Adorate Dominum.* Hic manifestat spirituale sacrificium. Et primo ostendit quomodo debemus ei gloriam. Secundo quomodo debemus sibi honorem. Dicit ergo quod ipse Deus est gloriosus, et ideo debemus sibi gloriam ; unde dicit, *Afferte Domino gloriam nomini ejus.* Ipse in se gloriosus est ; sed nomen ejus debet in nobis gloriosus esse, idest oportet ut in mitia nostra sit gloriosum. Et quo sit ipse in nobis gloriosus et clarus, debemus ei honorem dare : et ideo dicit, *Adorate Dominum in atrio sancto ejus,* idest in Ecclesia ista, quae est sicut atrium coeleste. Vel *In atrio,* idest in mente : Joan. iv, 23 : *Vero adoratores etc.*

4. *Vox Domini super aquas.* Hic ponit divina beneficia. Et primo præterita. Secundo futura, ibi, *Dominus diluvium etc.* Circa primum duo facit. Primo enumerat beneficia præstata. Secundo concludit gratiarum actionem, ibi, *Et in templo ejus.* Præstata beneficia possunt exponi figuraliter et mystice. Figuraliter quidem ; et sic in prima parte ponit duo beneficia præstata : scilicet in exitu, secundo post exitum de eo, ibi, *Vox Domini confringentis.* Et primo commemorat beneficium edificationis de Ægypto. Secundo manifestat illud. Dicit ergo, *Vox,* idest imperium, *Domini,* sicut *super aquas,* maris divisi, ut dicitur Exod. xiv. Et magnificat hoc tripliciter. Primo ex parte auctoritatis, *Deus majestatis,* qui scilicet

\* est... gloria estipsa majestas : Isai. vi, 3 : *Plena' erat omnis terra majestate ejus. Intonuit,* quia cum elevasset Moyses manus, flavit ventus. Et hunc flatum dicit, *Intonuit,* quia tonitruum ex communione ventorum fit. Item ex parte materie : quia siccavat non parvas aquas, sed multas, scilicet maris : Isa. li, 40 : *Nunquid non siccasti mare?* Sap. x, 18 : *Transverxit eos per aquam nimiam.* Item ex parte effectus, ex hoc quod fuit magna virtus in hoc quod dejectit inimicos : Exod. xv, 6 : *Dexter tua, Domine, percussit inimicum:* propter quod dicitur, *Vox Domini in virtute.* Item alias effectus est magnificentia ; unde dicit, *Vox Domini in magnificencia,* quia fecit transire per siccum mare ; unde sequitur ibidem, scilicet Exo. xv, 11 : *Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis etc.* *Vox Domini confringentis cedros, et confringet Dominus etc.*

5. Consequenter cominemerat beneficia praestita post transitum. Et hoc potest dupliceiter intelligi. Primo per remotionem a malo. Secundo per collationem bonorum, ibi, *Vox Domini concutientis.* Circa primum duo facit. Primo ponit beneficium. Secundo facilitatem conferendi beneficium, ibi, *Et communict.* Dicit ergo, *Vox Domini confringentis cedros.* Cedri sunt homines magni : et signat Amorrhaoes qui erant magni et fortes : Amos ii, 9 : *Exterminavi ante faciem ejus Amorrhæum, ejus altitude cedrorum altitudo illius, et fortis ipse quasi quercus.* Item in tota terra que promissa erat eis, erant Amorrhæi et aliae gentes, que non poterant exterminari et subjugari usque ad tempus David. Omnes Amorrhæi adhuc habitabant circa Libanum, ut dicitur Josue 13. Et ideo dicit, *Confringet Dominus cedros Libani,* idest Amorrhaoes, qui adhuc habitabant ibi, *Et communict eos tanquam vitulum Libani, et Saron tanquam filium unicornium.* Hebrei habent sic, *Et communict eos tanquam vitulum Libani, et Saron sicut filium bubulorum.* Et est sensus litteralis : quia differentia est inter bubulos et boves ; quia bubuli in paludibus nutruntur, boves autem in montibus. Erant enim in monte Libani multa pascua in quo crescebant magni

cedri. Item erant ibi vituli, et boves. Dicit ergo. Ita erit facile Deo comminueret cedros Libani, sicut si comminueret vitulum Saron. Saron est locus quidam : Isa. xxxv, 2: *Duxerit Carmel et Saron.* Hic locus est aquosus, ubi bubuli pascuntur ; quasi dicat : Etiam Saron communiet sicut filium bubuli, vel vitulum. Mystice *Vox Domini super aquas.* Duplex beneficium innuit, scilicet conversionis et donorum que dantur conversis. *Vox Domini in virtute.* Secundum mysterium potest dupliceiter exponi. Uno modo, ut referatur ad prædicationem Christi ; et sic agitur de conversione Iudeorum et gentium : Iudeorum, cum dicit, *Super aquas.* Homines assimilantur aquis : quia sicut aquæ homines fluant, et non revertuntur. II Reg. xiv, 14 : Unde super aquas dicitur vox, idest prædicatio Domini, idest super populum Iudeorum, quia ex doctrina Dei nondum incarnati, sed expectati, Iudei conversi sunt ad Deum. De conversione gentium sequitur cum dicit, *Deus majestatis intonuit.* Tonitruum formatur in nube, in qua signatur ipsa incarnationis quæ est sicut nubes : Isa. ix, 1 : *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, Deus ergo majestatis intonuit,* idest omnipotens intonuit per prædicationem de nube carnis sua : Job xxxvii, 3 : *Tonabit voce sua mirabiliter.* Et dicit, *Super aquas multas;* quia vox Domini incarnati fuit non tantum super Iudeos, sed super Gentiles : Isa. xl ix, 6 : *Dedi te in lucem Gentium etc.* Vel *Super aquas, baptismi;* unde ex tempore quo Christus est baptizatus, iste Psalmus cantatur, *Vox Domini in virtute.* Supra Psalmista secundum mysticum intellectum tetigit mysterium conversionis Iudeorum et gentium ; hic autem ponit beneficium temporalium donorum : et circa hoc tria facit. Primo proponit spiritualia dona, Secundum ponit vitiorum extirpationem quae sequitur ex eis, ibi, *Vox Domini confringentis.* Tertio protectionem seu promotionem ad bona ibi, *Vox Domini preparantis.* In spiritualibus donis haec est differentia, quia quibus dantur spiritualia dona, quibusdam dantur ad ea quæ convenienter communiter, et agenda sunt, et sunt de necessitate salutis : quibus-

dam ad quædam ardua, sicut ad miracula facienda, et hujusmodi. Quantum ad primum dicit, *Vox Domini in virtute*: id est ex imperio Domini datur virtus ad inplendum præcepta. Quantum ad secundum dicit, *Vox Domini in magnificencia*, id est ex imperio Domini datur virtus sanctis suis magna faciendi: Ps. lxxvi, 35: *Super Israel magnificencia ejus. Glossa* haec adaptat donis Spiritus sancti. Et primum, scilicet conversionem fidelium ad donum timoris qui fit divina virtute, ad quam pertinet timores admittere. Magnificencia pertinet ad donum scientia, quia ad scientiam pertinet magna agere: Ecol. xxv, 13: *Quam magnus est qui inventus sapientiam! Vox Domini confringens*. Hic agit de exclusione vitorum. Et tangit primo vitium superbie. Secundo concepiscentiae, ibi, *Vox Domini intercedens flammam ignis*. Tertio vitium infidelitatis sive contemptus, ibi, *Vox Domini concutientis desertum*. Ostendit ergo primo exclusionem superbie. Unde notandum est quod sicut abies sunt magnæ, ita et cedri; et ideo per eas signatur superbia. Dicit ergo, *Vox Domini confringens cedros*, id est virtus imperii divini super omnes superbos: Isa xiv, 41: *Detracta est ad inferos superbia tua: Et comminuet cedros Libani*, id est vox Domini super arrogantes et superbos ipsos comminuendo sua potentia: quia omnes reges per hoc conversi sunt ad Christum; et finaliter super cedros Libani, quia majores Iudaorum conversi sunt, sicut de Nicodemo, Joan. iii.

6. Item. *Et comminuet eos tamquam vitulum*. Hic ponitur perfectio conversio- nis. Mons Libani est valde pascuus, et sacerdotes propter copiam victimæ faciebant pascere ibi boves: et ideo, *Commuinuet eos tamquam vitulum Libani*, id est humiliabit eos sicut vitulum Libani, ut scilicet seipso in sacrificium offerant, sicut offertur vitulus quia nutritur in monte Libani. Et hoc patet, quia multi magni se martyrio exposuerunt pro Christo: Matth. xxii, 4: *Tauri mei et altaria occisa sunt. Et dilectus quemadmodum filius unicornium*. Hoc potest dupli-

citer legi. Primo, ut significet auctoritatem comminutionis; quasi dicat: *Dilectus* faciet ea. Et secundum hoc dilectus ponitur singulariter, quasi auctoritatem habens. *Hic est Filius meus etc.* Matth. iii, 17: Et haec faciet, *Quenadmodum filius unicornium*, id est filius Iudaorum, quia mysterium Incarnationis haec operatur; et Iudei unicorns dicuntur, in quantum gloriantur in cultu unius Dei. Vel unicornis dicitur, quia secundum generationem aeternam est sine matre, et secundum temporalem generationem fuit filius sine patre. Alter, *Dilectus etc.* id est Christus in exemplum hujus comminutionis patietur, dabit exemplum aliis patiendi: I Petr. ii, 21: *Christus est passus est pro nobis, vobis reliquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*. Et patietur non in quantum Deus, sed in quantum filius unicornium Iudaorum. Revertemur ergo ad sensum litteralem.

7. *Vox Domini intercedens flammam*. Hic commemorat beneficium, quo liberati sunt a malo iustito divinitus. Num. xi, dicitur quod propter murmur populi ignis invasit partem castrorum, et ad levationem manus Moysi ignis extinctus est: et hoc est quod dicit, *Vox*, id est imperium, *Domini intercedens*, id est destruentis, *flamnam ignis*. Consequenter commemorat beneficia quæ promovent in bono. Et ponit tria. Primo beneficia multiplicationis populi. Secundo nutritionis parvolorum. Tertio duatus per desertum. Littera Hieronymi habet, *Vox Domini parturientis desertum*. Sic legitur in Josue. Nullus eorum qui exierunt de Ægypto, et venerunt in desertum, intraverunt terram promissionis, nisi Josue et Caleb, ut patet Num. xiv. Sed omnes qui intraverunt in eam, nati sunt in deserto. Et ideo commemorat hoc beneficium quod populus non est extictus; unde dicit, *Vox Domini parturientis*, id est parturire facientis, et specialiter desertum Cades: quia quantum ad intentionem Moysi fuit, quod statim exētū de Ægypto intrarent terram promissionis, et venirent in Cades. Unde miserunt exploratores, et illi dissenserunt et ti-

muerunt intrare: et propter illud peccatum omnes mortui sunt. Et quia ex illo dimisernat intrare, ideo in hoc deserto omnes mortui sunt. Vel secundum litteram nostram, *Vox Domini concutientis desertum*; idest commoneutus ad generationem per desertum Cades. *Vox Domini preparantis cervos*. Hieronymus habet, *Obstetricantis cervos*. Hebreus habet, *Preparantis mulos*. Cervi in desertis manent. Et quia filii Israel quadraginta annis fuerunt in deserto, ideo dicuntur cervi: Psal. xvii, 34: \* *Statuit pedes meos tamquam cervorum*, quia mulieres habuerunt opportunitatem parendi et emuntriendi. *Et revelabit condensa*, vel sal-tus quia dueatum ei prestitum per columnam ignis per noctem et nubis per

• *Perfecit*

\*\* *Traduzit diem*: Ps. cxxxv, 16: \*\* *Transduxit populum suum per desertum*. Mystice, in hoc quod dicit, *Vox Domini confingentis*, signat dominum fortitudinis. Et ponit hic exclusionem peccati concupiscentiae, cum dicit, *Vox Domini intercedentis flammam ignis*, scilicet concupiscentiae. Et haec nutrit alia mala: de qua<sup>1</sup> I Joan. ii, 16: *Omne quod est in mundo aut est concupiscentia oculorum etc.* Et haec consumit: Job xxvi, 12: *Ignis est usque ad \*\*\* consumptionem devorans*. Basilius exponit sic: *Vox Domini intercedentis, etc.* quia in die iudicii virtute divina ignis dividetur, quia ardor sine luce erit igne involvente reprohos. Ignis splendens sine ardore erit ad gloriam electorum. Et hoc quod dicit, pertinet ad donum consilii. *Vox Domini concutientis desertum*. Hie ponit exclusionem duplicitis infidelitatis: scilicet Gentilium et Iudeorum. Quantum ad primum dicit, *Vox Domini concutientis desertum*, idest gentes ad fidem commovit convertendo ad eam: Isa. liv, 1: *Muli filii deserta* (idest populi Gentilis) *magis quam ejus quae habet virum*, idest synagogue. Quantum ad secundum dicit, *Desertum Cades*, quod interpretatur sanctum legis: quia Iudei sanctificati per legislatorum convertentur in fine mundi: Isa. i, 7: *Terra \*\*\*\* nostra deserta etc.* Et hoc pertinet ad donum intellectus. Consequenter commemorat beneficium

quod pertinet ad promotionem in bonis. Et primo ponit collationem sapientiae. Secundo eius actum. Dicit ergo, *Vox Domini preparantis cervos*, idest sanctos et perfectos viros: quia sicut cervi repellunt venenos, ita sancti repellunt omne peccatum: et sicut cervi per spinas incedunt sine lesione, ita sancti per vanitatem mundi sine<sup>2</sup> delectatione. Gen. penul. i, 21: *Nephatalim cervus emissus, dans eloquia pulchritudinis*. Et isti preparantur per Deum, non per se: et ipse Deus, *Revelabit eis, condensa*, idest ea quae<sup>3</sup> alii sunt abscondita: Matth. xi, 25: *Revelasti ea parvulis*. Et hoc pertinet ad donum sapientiae. Consequenter concludit gratiarum actionem pro predictis beneficiis, dicens, *In templo ejus omnes dicent gloriam*: Psal. cxlviii, 12: *Juvenes et virginis, senes cum junioribus laudent nomen Domini*. Alia littera habet, *Omnis dicit vel loquetur gloriam*. Verum est quod quilibet habet dona communia, et etiam specialia<sup>4</sup>. Et pro hoc speciali dono quilibet dicet gloriam: Eccl. ult. i, 23: *Danti mihi \*\*\*\* justitiam, dabo gloriam*.

8. *Dominus*. Hie agit de beneficiis speciebus. Et primo commemorat potentiam benefactoris. Secundo ponit sperata beneficia, ibi, *Dominus virtutem populo suo dabit*. In Hebreo habetur, *Dominus diluvio sedet*. Et hoc habet planum sensum; quasi dicit: Verum est quia hoc fecit populo Iraeli. Numquid non ejusdem potestatis aliquando fuit? Immo a principio mundi iudicia ejus manifesta fuerunt. Et commemorat unum manifestum, quod ex iudicio pro peccato hominum induxit diluvium. *Et sedebit Dominus rex in aeternum*, judicans scilicet populos in aequitate. Hieronymus habet, *Dominus dilucum inhabitat*, vel inhabitare facit. Diluvio innundante, terra evanenata est ab habitatoribus. Postea iterum, *Inhabitare facit terram*, dissipatam tune per multiplicationem hominum. Mystice potest tripliciter legi. Uno modo, ut ly diluvium sit quasi accusativus appositus ad hoc infinitum, *Inhabitare*: quia in area Noe soli illi habitaverunt di-

\*\*\* *perdi-**tione*\*\*\*\* *verstra*<sup>1</sup> Al. : « hac. »<sup>2</sup> Al. : « sicut sine. — <sup>3</sup> Al. : « spiritualia. »

Iuvium: et sic per aream Noe signatur Ecclesia, et sancti qui sunt in ea, securi habitant diluvium tribulationum. Alio modo e converso, quasi, diluvium inhabitat in templo suo. Diluvium est mundum, et carnales homines mundi: Nah. 1, 8: *In diluvio præterente consummationem faciet.* Hoc ergo diluvio faciet inhabitare in templo suo, quando convertentur, *Et sedebit rex in aeternum,* ut supra expositum est. Alio modo diluvium inhabitat, idest aquas baptismales, quas

ipse inhabitat per effectum gratiae. Consequenter commemorat beneficia sperata Et primo pertinentia ad progressum. Secundo ad finem. Quantum ad primum dicit, *Domini virtutem populo suo dabit,* per quam possint proficere: Isa. xl, 29: *Qui dat lasso virtutem, et his qui non fuerunt fortitudinem etc.* Quantum ad secundum dicit, *Dominus benedic populo suo in pace:* Isa. xxxii, 18: *Sedebit populus natus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, in requie opulentia.*

## PSALMUS XXIX

1. *Contici in dedicatione domus David.*

Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

2. Domine, Deus meus, clamavi ad te, et sanasti me. Domine, eduxisti ab inferno animum meum; salvasti me a descenditibus in lacum.

3. Psallite Domino sancti ejus: et confitemini memoria sanctitatis ejus.

4. Quoniam ira in indignatione ejus, et vita in voluntate ejus. Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum letitia.

5. Ego autem dixi in abundantia mea: non moueris in aeternum. Domine, in voluntate tua prestatisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.

6. Ad te, Domine, clamabo, et ad Deum meum deprecabor.

7. Que utilitas in sanguine meo, dum descendeo in corruptionem? Numquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?

8. Audiri Dominus, et misericordia est mihi: Dominus factus est adjutor mens. Convertisti planctum meum in gaudium mihi: considerasti sacram meum, et circumdestidi me letitia.

9. Ut cantel tibi gloria mea, et non compungar: Domine Deus mens, in aeternum confitebor tibi.

4. In praecedenti Psalmo hortatus est Prophetia alios ad gratiarum actiones; hic autem ipse gratias agit. Titulus. *Psalmus cantici in dedicatione domus David.* Sicut supra dictum est, Psalmi cantici dicuntur, quia prius cantabatur, et post sequebatur Psalmus: quasi, Psalmus sequens canticum. Sed legimus quod David dominum Deo non dedicavit, quia prohibitus fuit per Mathan a Domino, II Reg. v. Sed hic non dicitur dominus Domini, sed David. Legitur II Regum v. quod post

mortem Saulis cepit Hierusalem, et ibi fecit dominum suam. Et consuetum est quod quando quis intrat dominum, facit solemnitatem. Et posset dici quod tunc iste Psalmus cantatus fuit ab ipso David, quando primo intravit dominum illam novam ut inhabitaret ibi. Tamen melius intelligitur quod referatur ad mysterium dominus David, idest Christi, qui est Ecclesia caput et corpus. Et haec eadem dicitur tabernaculum. Supradictum est, *Pro consummatione tabernaculi;* hic autem, *In dedicatione Domus.* Tabernaculum est militantium: et sic praesens Ecclesia dicitur tabernaculum. Apoc. xxi, 3: *Ecclesia tabernaculum Dei cum omnibus etc.* Dominus est quiescentium: sic Ecclesia expectat quietem patriae: Psal. cxxi, 1: *In dominum Domini ibimus.* Utraque haec habet constructionem, quae fuit in ordinatione sua incarnationis: et dedicationem, quae fuit in resurrectione, quando corpus Christi indutum est gloria immortalitatis. Super corpus Christi continue construitur; et per conversionem tibendum dedicabitur, quando erit in gloria. Psalmus iste dividitur in duas partes. In prima in generali commemorat beneficia pro quibus gratias agit. Secundo in speciali, ibi, *Ego autem dixi.* Circa primum duo facit. Primo agit gratias de propriis beneficiis. Secundo invitat alios ad gratias agendas de communibus, ibi, *Psallite*

<sup>1</sup> Al.: « conferatur, »

*Domino sancti ejus.* Cirea primum tria facit. Primo ponit gratiarum actionem. Secundo commemorat beneficia, ibi, *Quoniam suscepisti me* Tertio exponit, ibi, *Domine Deus.* Dicit ergo, *Domine, exaltabo te, non faciendo te altiorem, sed confitendo et laudando tuam altitudinem:* Eccli. xlii, 33 : *Benedicentes Dominum, exultate illum quantum potestis.* Et assignat duo beneficia, quare exaltat: unum ex parte Dei, et aliud ex parte inimicorum: et secundum est effectus primi. Ex parte Dei, quia *Suscepisti me* in tuam protectionem, quando elegit eum et protexit, ut habetur 1 Reg. xv, usque in finem. Vel Deus suscepit justos quando unit sibi, qui per unionem caritatis adhaerent sibi. Sed Christum hominem univit sibi suscipiendo in unitatem perfectam: Psal. iii, 4 : *Tu autem Domine susceptor meus es etc.* Ex parte inimicorum: quia, *Non delectasti.* Hoc enim non est odiosum valde quod inimici gaudcent de eo; quia non gaudent nisi de malo suo, et nullus optat malum nisi sibi exoso: Eccl. xviii, 31 : *Si prestes concupiscentias ejus animam tuam, faciet te in gaudium inimicis tuis.* Sed certum est quod David non venit in gaudium inimicis, quia Saul non est assecutus propositum suum de eo. De Christo autem non videtur: Matth. xxv, 40. Insultabant enim ei iam crucifixo: *Vah qui destruis templum Dei etc.* Item, etiam viris justis' mali insultant, et latentur super eos: Job xxx, 9 : *Derident me juvenes tempore, mne in eorum canticum versus sum, et factus sum, in proverbium eis.* Sed dicendum, quod si ad horam Judaei de Christo gavisi sunt, non tamen finaliter: quia Christo resurgentem nomen ejus magis invaluit: Mich. vii, 8 : *Ne latetis inimica mea, quia occidi consurgam.*

2. Deinde cum dicit, *Domine Deus meus,* ostendit quomodo liberatus sit. Et primo a malis interioribus. Secundo ab exterioribus, ibi, *Domine eduristi.* Malum interiorum est infirmitas, vel corporalis vel spiritualis. Haec duo potuerunt esse in David et in nobis, sed in Christo non nisi corporalis, propter passibilitatem: et

ideo dicit, *Clamavi, scilicet David: Psal. cxix: Ad Dominum, cum tribularer, clamavi.* Item Christus clamavit, etsi inquit Deus sit exauditor: Hebr. v, 7 : *Cum clamore valido et lacrymis etc.* Sequitur, *Et sanasti me.* Dicit quia ab intraque infirmitate; Christum vero sanavit a corporali solum passibilitate. Consequenter dicit se esse liberatum ab exterioribus malis, *Domine eduxisti.* Et primo ab imminentibus. Secundo ab illis a quibus est praeservatus, ibi, *Salvasti.* Dicit ergo, *Domine eduxisti etc.* hoc ad litteram non potest intelligi de David: quia non erat erutus de inferno, quando hunc Psalmum fecit. Potest intelligi de eo secundum metaphoram, quasi liberatus sit a mortali periculo. Sed ad litteram intelligitur de Christo, cuius anima educta est de inferno a Deo: Psal. xv, 10 : *Ne derelinquas animam meam in inferno.* Item convenit illis qui per Christum resuscitati sunt: Zach. ix, 11 : *Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vincitos tuos de lacu in quo non erat aqua.* Secundo dicit se praeservatum a mortali periculo, cum subdit, *Salvasti me a descendentiis in lacum.* Ad litteram lacus accipitur pro concavitate: mos enim fuit antiquitus quod sepeliebantur in profundis concavitatibus: *Salvasti me, ait, a descendentiis in lacum;* quasi dicat, Liberasti me a periculis mortis. Sed de Christo exponitur optimè, quia per lacum intellegitur damnatio aeterna: quia licet Christus descendit in infernum; non tamen illuc descendit tanquam ad damnationem, sed ut liberaret eos qui erant in lacu; quasi dicat: *Dedisti mihi, ut non assimilarer descendentiis in lacum:* Psal. lxxxvii, 5 : *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.* Vel, *In lacum, idest in peccatum; immunis enim fuit a peccato.*

3. Deinde cum dicit, *Psallite Domino sancti ejus etc.,* inducit alios primo ad gratiarum actionem. Secundo commemorat beneficia, ibi, *Quoniam ira in indignatione ejus.* Ubi duo facit: quia primo ostendit qui sunt qui gratias Deo debent. Secundo de quo, ibi, *Confitemini.* Dicit

ergo, *Psallite*. Ecce qualiter Psalmus cantici. *Psallite*, inquam vos sancti : quia Eccl. xv, 9 : *Non est speciosa laus in ore peccatoris* : Apoc. xix, 5 : *Laudem dicite Deo nostro omnes sancti ejus*. Sed de quo? *Confitemini*, gratias agendo, *memoriae sanctitatis ejus*. Uno modo *memoriae* potest intelligi, quia Deus noster est nostri : Hier. ii, 2 : *Recordatus sum tui, etc.* Et dicit, *Sanctitatis ejus*. Et duplice potest intelligi : vel quia haec memoria provenit ex sanctitate, id est ex misericordia et bonitate sua : Levit. xi, 44 : *Sancti estote, quia ego sanctus sum* : vel quia memor est nostri ut sanctificet nos : Levit. xxi, 23 : *Ego Dominus qui sanctifico eos*, Alio modo, *memoriae*, scilicet nostrae, quia nos recordamur sanctitatis Dei ; quasi dicat : confitemini commemo-rando sanctitatem ejus : Isa. lxiii, 7 : *Mi-serationum Domini recordabor*.

4. Secundo, cum dicit, *Quoniam ira*, commemorat beneficia omnibus exhibita. Ibi duo facit. Primo proponit haec beneficia, quae spectant ad Dei clementiam secun-dum elementia ejus ostendit signum, ibi, *Ad vesperum*. Dicit ergo, *Quoniam ira etc.* Misericordia Dei non est sine justitia; id est ponit primo justitiam. Secundo misericordiam : justitiam, cum dicit, *Quoniam ira*. Hic ira accipitur pro effectu irae, id est pro vindicta ; indignatio vero non pro commo-tione irae in Deo, sed pro justitia Dei, secundum quam detestatur impium : quia Sap. xiv, 9. *Similiter odio sunt Deo impius et impetas ejus* : quasi dicat, *In indignatione ejus*, id est Dei justitia judi-cante peccata in ira, id est vindicta. Hieronymus planius, *Quoniam ad momentum est ira ejus*; quasi dicat, Si aliquando irascitur suis, hoc est ad correctionem brevi tempore : Isa. iv, 8 : *In momento indignationis abscondi etc.* Ezech. xviii, 32 : *Nolo mortem peccatoris morientis*. Hieronymus, *Vita in propitiatione ejus* : quasi dicat : Punit ad momentum, et post reprobationem, et reddit vitam : Job v, 18 : *Percutit, et manus ejus medetur*. Ostendit autem clementiae et misericordiae ejus signum secundum litteram, cum subdit, *Ad vesperum demorabitur* ; quasi dicat : In brevi tempore Dominus a tristitia ducit ad consolationem : quia si ali-

quis tristis sit vespere, mane erit laetus. Triplex autem ratio assignari potest, quare vespere tristitia insit, et mane letitia. Una est ex exteriori dispositione : quia vespere principium est tenebrarum quae contristant ; mane vero lucis quae leti-fiat : unde ceci ut letentur cantant : Tob. v, 12 : *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedebo, et lumen erit non rideo?* Secundo ex interiori : mane est hora saugninis, qua homo disponitur ad gau-dium ; vespere est hora melancholie, qua homo disponitur ad tristitiam. Tertio ex natura somni. Somnus enim est quietes animalium : unde tristitia per somnum quietatur. Mysticæ litteræ est plana : quia, *Ad vesperum dominice sepulturae* fuit tristitia, quia adhuc fideles flebant mor-tem Christi. Sed *Ad matutinum*, propter numerum resurrectionis, *lætitia*. Si ad totum genus humanum referatur, sic, *Ad vesperum*, id est peccatum primi pa-rentis, *tristitia* ; quia, ut habetur Genes. iii, post meridiem vergente jam sole ad occasum peccavit Adam. Et iste fletus non potest dici brevis, quia etiam post repa rationem gratiae manent reliquie ejus. Sed in matutino, id est in Christo, *lætitia*. Vel vespere quando lux spiritualis incipiit in homine deficere, et tunc in eo, est fletus : sed quando reluet in eo, tunc est gaudium : Psal. v, 3 : *Mane astabo tibi, et ridebo*.

5. *Ego autem diri in abundantia*. Supra gratias egit de beneficiis divinis : hic autem prosequitur totum ordinem quo modo hoc sit adeptus. Ubi tria facit. Primo ponit processum sue directionis. Secundo suum recursum ad orationem, *Ad te Domine clamabo*. Tertio ostendit orationis exauditionem, ibi, *Audierit Dominus*. Secundum *Glossam* prima intelliguntur de Christo, et de quolibet homine. Et primo exponamus quomodo intelliguntur de quolibet homine : Eccl. x, 15 : *Initium omnis peccati superbia*. Et ideo in processu directionis primo ponitur pre sumptio de se confidentium. Secundo falsitas præsumptionis, ibi, *Domini in colabato*. Tertio præsumptionis pena, ibi, *Avertisti faciem tuam a me*. Bicit ergo, *Ego diri*, id est corde præsumpsi, *in abun-dantia corporalis prosperitatis*, *Non move-*

*bor, id est non deficiam : Apoc. xviii, 7 : Sed regina etc. Ecli. xi, 27 : In die honorum ne immenor sis etc. Vel In abundantia, spiritualium honorum, sicut Adam erat in paradyso : Ezech. xxvii, 12 : Plenus sapientia, perfectus decor in deliciis. Et in hac abundantia dicitur, Non movebor. Contra quod dicitur I Corinth. x, 12 Qui se existimat stare videat ne cadat. Falsitatem præsumptionis ostendit cum dicit, Domine in voluntate tua etc. Decor hominis temporaliter est prosperitas temporalis : ideo comparatur flori : Isa. xl, 6 : Omnis caro fenum. Ille autem decor de sui natura non habet virtutem per mensuram, sicut habetur Jac. 1, 10 : Sicut flos feni pertransibit. Exortus enim est sol cum ardore, et arrefecit fenum, et flos ejus decidit, et decor vultus ejus desperit : ita et dives etc. Sed unde habet virtutem et firmitatem et constantiam? Certe, Ex voluntate Dei. Et ideo dixi, sed præsumptuose, quia Non movebor. Sed non est ita ; immo quamdiu tibi placuit, Præstisti decori meo virtutem. Bene in perpetuum, quia haec sanctis in patria sunt æterna; hic autem ad velle suum. Item decor potest accipi pro virtute spirituali : Prov. ult. 23 : Fortitudo et decor etc. Ille etiam ex sui natura non est fortis : quia habemus hunc decorum in vasis fictilibus. II Cor. iv, Luc. ult. 49 : Sedete in civitate, \* donec induamini virtute ex alto. Et ideo dicit, Præstisti decori meo virtutem, sed in voluntate tua' : Rom. ix, 18 : Cujus vult miseretur. Et hoc probat per effectum : quia quando Avertisti faciem tuam, perii. Dicitur autem Deus avertire faciem suam ab homine, ut eum non videat, vel ut non videatur ab eo. Videt autem omnes simplici visione et notitia ; sed quosdam visione misericordie : Ps. xxiv, 16 : Respic in me, et misere mei. Avertisti ergo faciem tuam a me, ne mei miserearis. Et statim, Factus sum conturbatus, vel spiritualiter incidendo in peccatum, vel temporaliter in adversitatem. Vel Avertisti faciem tuam, ne videaris a me. Et hoc videtur sonare littera Hieronymi. In adversis quibuscumque fortitudine hominis est habens oculos*

ad Deum : Psal. lxxvi, 4 : Memor fui Dei, et delectatus sum. Avertisti ergo ne videberem. Et factus sum conturbatus. Sed si exponatur de Christo tunc in hoc, Ego diri, non quidem præsumptuose, sed scientie certitudine, in abundantia mea, id est virtutum et gratiarum : Joan. i, 14 : Vidiimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre. Non movebor, a voluntate Dei : Joan. viii, 29 : Quae placita sunt ei, facio semper. Et hoc, quia, Præstisti decori meo virtutem, scilicet faciendo miracula, et resistendi adversariis : Rom. i, 4 : Prædestinatus est Filius Dei in virtute. Et hoc patet : quia quando Avertisti faciem tuam a me : in passione : Psal. xxi, 2 : Dens Deus meus, quare me dereliquisti, factus sum conturbatus, non in ratione, sed in sensibilitate : Joan. xii, 27 Nunc anima mea turbata est.

6. Ad te. Consequenter recurrit ad orationem cum dicit, Ad te Domine, clamabo etc. Et primo ponit orationem. Secundo assignat rationem, ibi, Quæ utilitas. Tertio ostendit orationis exauditionem, ibi, Audivit Dominus. Circa primum duo facit. Quia primo oral pro amotione mali. Secundo pro assecutione boni, ibi, Et ad Deum meum deprecabor. Dicit ergo, Ad te Domine clamabo, ut clamor intelligatur oratio quæ<sup>2</sup> fit ad remotionem mali, in Christo passionis, in peccatore peccati, in homine adversitatis. Et ad Deum meum deprecabor. Deprecatio est propter bonum dandum : Christo scilicet gloriam, peccatori gratiam, homini afflito prosperitatem. Vel clamor referatur ad afflictionem cordis, deprecatio ad assiduitatem orationis : Jac. ult. 16 : Multum valet deprecatio justi assidua.

7. Deinde cum dicit, Quæ utilitas in sanguine. Dupliciter assignat. Et primo in universalis. Secundo in speciali, ibi, Numquid confitebitur. Dicit ergo, Quæ utilitas? Si de Christo exponatur, in sanguine Christi maxima fuit utilitas : Matth. xxxi, 28 : Pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Sed si cito resuscitatus non fuisset, sed ejus resurrectio fuisset dilata usque ad finem mundi, nulla utilitas

\* quondam que

fuisset in eo, vel et jam si corpus ejus fuissest totaliter putrefactum. Sed numquid suffecit passio ad salutem? Sic. Sed si hoc non fuissest, scilicet quod non surrexisset, et cito, non fuissest credita ejus divinitas: et sic homines non fuissest utilitatem consecuti. In speciali ostendit, dicens *Nunquid confitebitur tibi.* Duplere dicitur pulvis. Uno modo pulvis peccatorum intelligitur: Psalm. 14: *Tanquam pulvis quem proiecit ventus a facie terræ.* Per mortem Christi peccatores, qui pulvis sunt, ad duo bona post resurrectionem pervenerunt: ut scilicet confiterentur peccata sua: Act. 11 37: *His auditibus compuncti sunt corde etc.* Et ideo dicit, *Nunquid confitebitur tibi pulvis?* scilicet peccator, si descendam in corruptionem putrefactionis; quasi dicat, Non. Aliud bonum est confessio veritatis fidei; unde, *Aut amnuntiabit veritatem tuam?* Vel nunquid pulvis resolutus ex corpore, modo erit materia, ut per Apostolos confiteantur tibi populi-veritatem, vel ipsi Apostoli veritatem tuam? Si exponatur de homine, tunc sic: *Nunquid confitebitur,* idest si moriar, non potero te laudare.

8. Tertio cum dicit, *Audivit Dominus* Ostendit orationis exauditionem. Et primo ponitur exauditio. Secundo exauditionis modus, ibi, *Et misertus.* Tertio fructus, *Ut cantet.* Dicit ergo, *Audivit Dominus etc.* Dixerat supra, *Clamabo;* hic autem dicit se exauditum, *Audivit enim Dominus,* quia exaudivit: Isa. penul. 24: *Erigite antequam clament, ego exaudiamus, adhuc illis loquentibus ego audiam:* Joan. xi, 41: *Pater, gratias ago tibi, quoniam exaudiisti me: ego autem sciobam quia tu semper me audis.* Deinde ponitur modus: *Et misertus est mei.* Et primo ipsum modum ostendit. Secundo exponit, ibi, *Convertisti etc.* Dicit Glossa, *Clamabo, contra mala, et deprecabor pro bonis;* et in utroque sum exauditus. Quia quantum ad primum, *Misertus est mei,* removendo omne malum penalitatis. Quantum ad secundum, *Dominus factus est mihi adiutor,* Et quod consecutus sum gloriam

immortalitatis: Psalm. xxvii, 7: *Adjutor meus et protector meus; in ipso speravit cor meum, et auditus sum. Et floruit cora mea.* Exponit modum, cum dicit, *Convertisti.* Secundum quod loquitur de Christo, duo dicit. Primo enim ostendit commutatio de malis ad bonum quantum ad interiora. Secundo quantum ad exteriora, ibi, *Concidisti,* Christus planetum habuit in tempore passionis in se: quia, *Tristis est anima mea etc.* Matth. xxvi, 38: Et in suis, Joan. xvi, 20: *Quia plorabitis et flebitis etc.* Hunc planetum convertisti, ait, in gaudium resurrectionis. Quantum ad se: Psalm. xx, 2: *Domine, in virtute tua latet habitur rex,* scilicet Christus. Quantum ad suos: quia *Gavisi sunt discipuli viso Domino,* Joan. xx, 20. Secundo ostendit commutatio facta de malis ad bona, quantum ad exteriora: quia, *Concidisti.* Saccus est pannus austerus, et imponitur renibus tempore tristitia, et fit de pilis caprarum. Sic saccus est caro Christi secundum quod habet similitudinem earnis peccati. Caprae enim et hædi peccatores significant: quia pro peccatis offerebantur, ut habetur in Glossa. *Concidisti saccum meum,* idest sciendi permisiisti clavis et lancea, et restituisti mihi immortalitatem: et ideo dicit *Circumdedisti.* Vel de quolibet justo potest intelligi planetum commutatum in gaudium: Joan. xvi, 20: *Tristitia vestra revertetur in gaudium;* Tob. iii, 22: *Post lamentationem et fletum exultationem infundis.*

9. Deinde cum dicit, *Ut cantet,* ponitur fructus exauditionis. Fructus autem est gloria Dei: et quod cedat ad gloriam Dei, duplere potest intelligi, vel de gloria resurrectionis Christi, vel de gloria sanctorum; unde dicit, *Gloria mea, mihi data in resurrectione,* vel danda sanctis in patria, *Canit tibi,* idest sit tibi mea laus: Joan. xvii, 1: *Ut filius tuus clarificet te,* et hoc sit in perpetuum: unde dicit, *Domine Deus mens in eternum confitebor tibi:* Psalm. lxxxiii, 5: *Ego qui habitant in domo tua: in saecula saeculorum laudabimur te.*

## PSALMUS DAVID XXX

1. *In finem pro extasi.*

In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum.

2. In justitia tua libera me. Inclina ad me orem tuam, accelerata ut eras me. Esto mihi in Deum protectorem, et in domum refugii, ut salvum me facias.

3. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu, et propter nomen tuum deduces me, et entrares me. Educes me de laqueo hor quem abscondent mihi : quoniam tu es protector meus.

4. In manus tuas commendabo spiritum meum : redemisti me Domine Deus veritatis. Odisti observantes vanitates, supervacue.

5. Ego autem in Domino speravi : exultabo et letababor in misericordia tua.

6. Quoniam respexit humilitatem meam. Nec conclusisti me in manibus inimici : et statuisti in loco spatiose pedes meos.

7. Miserere mei, Domine, quoniam tribulor : conturbatur est in ira oculus meus, anima mea, et venter mens.

8. Quoniam defecit in dolore vita mea, et anniui in geminitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea, et ossa mea conturbata sunt.

9. Super omnes inimicos meos factus sum opprimitur vicinus meis valde, et timor notis meis. Qui videbant me foras fugerunt a me : oblixi datus sum tanquam mortuus a corde.

10. Factus sum tanquam via perditum, quoniam audiens vituperationem multorum commorauit in circuitu.

11. In eo dum convenienter simuli aduersum me, acciperi animam meam consilii sunt.

12. Ego autem in te speravi Domine : dixi, Deus meus es tu : in manibus tuis sortes meae.

13. Eripe me de manu inimicorum meorum, et a persequentiis me. Illustra faciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericordia tua ; Domine non confundar, quoniam invocavi te.

14. Erubescant impii, et deducantur in infernum : mala fiant labia dolosa.

15. Quae loquuntur adversus justum iniquitatem, in superbia et in abusione.

16. Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine, quam abscondisti timentibus te ! Perfectisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum.

17. Abscondes eos in abscondito faciei tuae, a conflagratione hominum, Proteges eos in tabernaculo tuo, a contradictione linguarum.

18. Benedictus Dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam in civitate minuta.

19. Ego autem dixi iu excessu mentis meae : projectus sum a facie oculorum tuorum.

20. Ideo exaudisti vocem orationis meae, dum clamarem ad te.

21. Diligite Dominum omnes sancti ejus : quoniam veritatem requiriunt Dominum, et retrahunt abundantia facientibus superbia.

22. Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

1. Supra euarravit Propheta tribulationes, beneficia Dei, orationem suam,

fiduciam et gratiarum actionem ; hic autem exponit totum ordinem sue liberationis. Titulus, *In finem Psalmus David pro extasi.* Hieronymus non habet pro extasi, nec Hebrai : et forte septuaginta addiderunt, propter hoc quod dicitur infra, *In excessu.* Extasis enim græce, latine dicitur excessus, qui est mentis, quoniam scilicet homo ponitur extra se. Et hoc duplice contingit : vel quia a superioribus allicitur, vel quia ab inferioribus depellitur. Animus ergo hominis si feratur extra se, dicitur vel affectus a superius per contemplationem et amorem : quia divinus amor, ut dicit Dionysius, iv cap. de dir. *Nom.*, extasis facit, quia facit eum vivere non sua, sed Dei vita : Gal. ii, 20 : *Vivo ego, jam non ego, viriliter vero in me Christus :* vel impugnatus, vel territus ab inferiori : unde quando timet fit extra se : Act. vii 10 : *Repleti sunt stupore et extasi.* Et sicut vult *Glossa*, hoc modo hic accipitur extasis : agitur enim hic de tribulatione Christi in passione : unde Christus in cruce pendens ait, *In manus tuas commendabo spiritum meum*, Lue. xxxiii, 46 : Et de tribulationibus Ecclesiæ : et hoc sub figura eorum quæ continguntur David. Vel intelligitur verba Psalmi hujus quasi ab una persona prolatæ : quia caput corpus et membra sunt una persona : unde Christus loquitur pro se, et pro corpore suo : Isa. lxi, 10 : *Quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis :* quia Christus et Ecclesia sunt una persona. Psalmus iste dividitur in duas partes. Quia primo præmittit orationem. Secundo ponit exauditionem, ibi, *Quam magna multitudo dulcedinis tui ?* Sed quia oratio nütitur spei, primo præmittit spem et orationem. Secundo assignat utrinque rationem : scilicet quare speret et ore, ibi, *Quoniam fortitudo.* Cirea primum dno facit. Primo enim præmittit spem. Secundo subjungit rationem, ibi, *In justitia tua libera me.* Cirea spem duo facit. Primo ponit spem rectitudinem. Secundo

certitudinem sive firmitatem, ibi, *Non confundar in aeternum*. Dicit ergo. *In te Domine speravi*: Hier. xvii, 5 : dicitur : *Maledictus homo qui confidit in homine etc.* Et ideo non potest spes esse recta in homine, sed in Deo : Eccli. ii, 9 : *Qui timetis Dominum, sperate in illum etc.* Et dicitur hoc ex persona Christi et Ecclesiae.

Sed contra. Spes non habet locum in comprehensore ; Christus autem fuit comprehensor. Ergo non habuit spem nec fidem, sed visionem.

Respondeo : Sperare dicitur a spe : spes autem dicitur dupliceiter : quandoque enim dicit virtutem : quandoque vero objec-  
tum ejus quod est bonum, sub dupli-  
cione : quia respicit Deum ut beatitudi-  
nem aeternam, et ut beatitudinis datorum.  
Hanc non habuit Christus, quia objectum  
ejus est bonum futurum, non habitum.  
Tamen aliqua alia expectanda erant a  
Christo per auxilium Dei, sicut gloria  
immortalitatis, conversio hominum, et  
hujusmodi. Et quantum ad hoc speri-  
bat, licet virtus spei non fuerit ei neces-  
saria.

Secondo ponit firmitatem, quia, *Non confundar in aeternum*, quia innititur Deo  
qui est incommutabilis ; sed qui sperat  
in homine qui deficit, confunditur ali-  
quando.

2. Deinde cum dicit, *In justitia*, sub-  
jungit orationem : ubi tria facit. Primo  
assignat causam quare petit liberari.  
Secundo petit celeritatem liberationis ibi,  
*Inclina*. Tertio ponit modum, *Esto mihi*.  
Dicit ergo, O Domine, spero, et ideo peto  
liberari. Sed qua causa? non propter jus-  
titiam meam, sed, *In tua justitia*, quia  
justus es : Dan. ix, 18 : *Non in justificationibus nostris prostrernamus preces ante  
faciem tuam, sed in miserationibus tuis  
multis*. Vel, *In justitia tua*, quam mihi  
dedisti, non mea : Rom. x, 3 dicitur :  
*Ignorantes Dei justitiam etc.* Item peto  
velociter liberari, quia non possum pati  
afflictionem. Dilatio potest contingere  
dupliciter : una ratio potest esse, quia libe-  
rator est longe ; alia vero quia piger.  
Deus videtur longe esse a nobis : unde  
quidam dixerunt quia non habet provi-  
dentiam de nobis : Job xxv, 14 : *Circa*

*cardines cordi perambulat, nec nostra con-  
siderat*. Et ideo peto, ut tu Deus qui in  
altis habitas, nec ego possum ad te acce-  
dere inclines *aurem tuum*. Auris Dei est  
voluntas exaudiendi : et dicitur Deus no-  
bis appropinquare, quando condescendit  
nostris infirmitatibus et miseriis ; et ideo  
ait, *Inclina*, idest condescende ex bouni-  
tate : et hoc cito. Et ideo, *Acceleru ut  
eruas me* : Isa. viii, 3 : *Voca nomen ejus,  
accelera* : quia non tardat in necessitate.  
Modus est duplex liberandi : ut scilicet  
quod non ledatur in malis existens, vel  
quod mala fugiat. Quantum ad primum  
dicit, *Esto mihi in Deum protectorem*, ut  
mala uou me ledant : Isa. xlix, 2 : *In  
pharetra sua abscondit me*. Quantum ad  
secundum dicit, *Et in dominum refugiti* :  
et hoc est nomen Domini. Prov. xviii, 10 :  
*Turris fortissima nomen Domini*. Et ideo  
hic addit, *Ut saluum me facias*.

3 Deinde cum dicit, *Quoniam*, ostendit  
quid movet eum. Et primo ad sperandum.  
Secundo ad orandum, ibi, *Miserere mei  
Domine, quoniam tribulor*. Circa primum  
duo facit. Quia primo movertur ad speran-  
dum ex consideratione divina considera-  
tionis. Secundo experimento beneficio-  
rum, ibi : *Ego autem in Dominus speravi*. Hanc  
enim duo dant fiduciam. Conditionem autem  
Dei ostendit dupliciter. Primo percom-  
parisonem ad nos ; secundo per compa-  
rationem ad adversarios, quia erant et  
adversarii et hostes, ibi, *O disti obserantes*.  
Circa primum tria facit. Primo enim ponit  
habititudinem Dei ad nos ; secundo, quid  
ex hoc speret, ibi, *Et propter nomen  
tuum*. Tertio in spem erectus prorumpit  
in orationem, ibi, *In manus tuas*. Scien-  
dum est autem quod Deus habet habi-  
tudinem ad nos, quia est fortitudo nostra  
ad comprehendere omnia bona quae per  
eum facimus. Exod. xv, 2 : *Fortitudo  
mea et laus mea Dominus etc.* Item quia  
refugium nostrum ad vitandum mala.  
Ps. cxii, 18 : *Petra* (scilicet Deus refugium  
herinacis). Et ideo ait : Spero de te prop-  
ter ista duo. Et quid speret, ostendit ex  
persona viatoris, quia semper indiget due-  
tore, procuratore et defensore. Primum  
pertinet ad viam ; secundum ad vitam ;  
tertium ad salutem. Et ideo quantum ad  
primum dicit, *deduces*, scilicet per viam

salutis. Quantum ad secundum, *et cunctes*, nutrimento virtutum, et etiam corporali. Psal. xxii : *Dominus regit me, et nihil mihi derivit.* Quantum ad tertium, *Educes me de laqueo,* idest de fraudulentis insidias, quam mihi preparaverunt. Prov. I 11 : *Veni nobiscum, insidiemur etc.* Psal. cxviii. 7 : *Laquens contritus est.* Et ratio est, *Quia tu es protector meus;* quasi dicat : Ideo spero quia ista facies mihi, *quia tu es protector meus.*

4. In manus. Prorumpit tertio in subitam orationem ; et circa hoc duo facit. Primo recommendat se Domino ; secundo commemorat divinum beneficium, vel habitum, vel mox secundum. ibi, *Redemisti etc.* Dicit ergo quantum ad primum, *In manus etc.* Quod carius habet commendat ductori. Et ideo in vita ista periculosa spiritum menno commendo tibi Deo. Hoc fecit Christus in nostrum exemplum : unde in cruce dixit, *In manus tuas etc.* II Tim. i, 12 *Scio cui credidi etc.* Ex persona Ecclesiae intelligitur ; quasi dicat Ecclesia capiti Christo : Tu dicas, *In manus tuas commendo spiritum etc.* Et ex hoc sequitur, scilicet ex cruce, redemptio nostra. Dicit autem, *Deus veritatis,* quia implementum quod promisit. Per comparationem autem ad adversarios dicit, *Odisti;* quasi dicat : sic te habes ad me ; sed quomodo ad adversarios ? quia odis eos, et merito, qui *Observant vanitates etc.*, illi scilicet qui in rebus mundi spem habent et signant. Et hoc *supervacue,* quia deficiunt. Sap. v, 8 : *Quid nobis profuit superbia etc.* Item vanitates, auguria, vel somnia, vel pacta daemonum ; et tales odinuntur a Deo, quia sacrilegi et idolatrae. Psal. xxxix, 5 : *Beatus vir cuius est nomen Domini etc.*

5. Ego autem. Supra rationem sua speci assignavit ex divina conditione ; hic autem assignat eam experimento divinorum beneficiorum. Circa quod duo facit. Quia primo proponit spem ; secundo ejus effectum, ibi, *exultabo.* Dicit ergo : Deus odit malos : *Ego autem,* qui non observo vanitates ; *Speravi in solo Deo,* non in Deo divitiarum. I Tim. vi. Effectus spei, est spiritualis letitia. Rom. xii, 12 : *Spe gaudentes.* Et ponit modum laetitiae : quia, *Exultabo et lætabor.* Est autem

exultatio gaudium per signa exteriora extra exiliens. Laetitia vero dicit interiorum dilatationem cordis. Exultatio ergo dicit magnitudinem gaudii, laetitia moderationem. Et praemittit exultationem, quia homines inflammati amore Dei in principio plus gaudent, et post moderate. *Lætabor,* non in justitia mea, sed tua.

6. *Quoniam.* Hie commemorat beneficium liberationis. Primo liberationem ;

secundo liberationis modum, ibi, *Nec conclusisti.*

A duobus dicit se liberatum : ab abjectione, et a tribulatione : primum opponitur honori : secundum prosperitati. Quantum ad primum dicit, *Humilitatem,* idest abjectionem ; quasi dicat : Licet tu altus sis in celis, tamen *respxististi* hic abjectum, vel, *humilitatem* cordis. Lue. 48 : *Respxististi humilitatem ancillæ tue.* Quantum ad secundum dicit, *Salvasti de necessitatibus,* idest tribulationibus, *animam,* non corpus ; quia secundum corpus quandoque succumbunt, sed anima liberatur. Psal. xxiv, 17 : *De necessitatibus meis libera me Domine.* Vel necessitates dicit possibilites praesentis vitae ; scilicet mortis, famis, penuria, indigentiae.

Rom. xi, 13 : *Necessitatibus sanctorum communicantes.* Modus liberationis ostenditur. Primo quantum ad evasionem mali ; secundo quantum ad conservationem in bono, ibi, quia *statuisti.* Dicit ergo quantum ad primum, *nec conclusisti.* Illud concludit enim nihil est extra. Deus permittit aliquem tentari ab hominibus, sed non concludit eum in manibus corum, quia reservat aliquid ad quod hostis non potest, sicut in Job 1, quem primo sic conclusit super substantiam quod corpus non tangeret : deinde sic super corpus, quod non tangeret animam : unde dicit, *Verum tamen animam illius serva.*

Sed impii concluduntur. *In manibus inimici.* Sed contra : Job xvi 12 : *Conclusit me apud iniquum etc.*

Respondeo : Verum est secundum intentionem inimici creditis se prævalere, sed non est verum simpliciter.

Quantum ad secundum ait, *statuisti etc.* idest in loco libero et ampio, *pedes,* idest affectus, quia ex nulla parte impeditur quin benefaciat. Prov. iv, 11 : *Ducam te*

*per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, et currens non habebis offendiculum.* Vel iste locus spacioſus est vita aeterna. Baruch iii, 24 : *O Israel quam magna est Dominus Dei etc.* ubi steterunt pedes nostri. Psal. cxxi, 2 : *Stantes erant pedes nostri etc.*

7. Deinde cum dicit, *Miserere mei Domine quoniam tribulor etc.*, rationem orationis assignat dupliceiter. Primo in generali premitit orationem, et ejus causam : secundo prosequitur utrumque in speciali, ibi, *Conturbatus est.* Circa primum duo facit. Primo ponit petitionem in generali ; secundo causam petitionis, ibi, *miserere.* Judith. viii, 14 : *Indulgentiam ejus cum lacrymis postulemus.* Et quare? *Quoniam tribulor.* Psal. cxviii, 457 : *Multi qui persequantur me, et tribulant me.*

Sed contra : supra dicit, *Salvasti de necessitatibus animam meam.*

Respondeo : Dicendum, quod loquitur secundum diversa membra, vel secundum diversa tempora.

Sequitur, *Conturbatus est.* Ubi exponit in speciali primo tribulationem ; secundo orationem, ibi, *Ego autem in te speravi.* Circa primum duo facit. Quia primo quantum ad id quod est interius ; secundo quantum ad id, quod est exterius, ibi, *Quoniam deficit.* Quantum ad primum tria ponuntur : scilicet oculus, anima, et venter : per quae ratio, voluntas et sensualitas designantur : quando scilicet homine in tribulatione posito omnia ista commoventur. Et ideo dicit, *oculus,* interior. Eph. i, 18. *Illuminatos oculos cordis vestri : in ira, inimicorum perseverantium, vel Dei punientis.* Psal. vi, 8 : *'Conturbatus est a furore oculus meus.* Vel, *in ira,* quia irascor contra malos : haec enim non excusat oculum rationis, sicut facit ira per vitium ; sed conturbat et obnubilit, quia non ita limpide videt. *Anima mea,* quantum ad voluntatem ; quia proprium est voluntatis movere corpus, et voluntas movet omnia quae in nobis sunt. Psalm. vi : *Anima mea turbata est. Venter meus,* idest inflatus : et

signat sensualitatem. Hier. iv, 19 : *Ventre meum doleo.* Vel, *Anima mea,* referatur ad sensualitem, venter autem ad corpus ; quasi dicat : Sensualitas turbata est, et corpus. Vel referatur ad diversa membra Ecclesie. Nam, *oculi, doctores, anima prelaci, venter,* alii sunt.

8. Deinde cum dicit, *Quoniam etc.* Exponit tribulationem quantum ad exteriora : tribulatio namque expellitur bonis presentis vita : que tria sunt : scilicet deliciae carnis, divitiae et honores : I Jo. ii, 16 : *Omne quod est in mundo etc.* Contra primum ponit dolorem ; contra secundum paupertatem ; et contra tertium opprobria. Secundum est, ibi, *infirmitas* ; tertium vero, ibi, *Super omnes inimicos.* Circa primum duo facit. Primo enim ponit dolorem ; secundo ejus signum, ibi, *Anni mei<sup>1</sup>.* Dicit ergo, *tribulor,* interius ; et haec tribulatio venit ex interiori, *Quoniam deficit in dolore vita mea.* Vita continuo procedit ad defectum. Sap. v, 13 : *Continuo desirimus esse.* Potest ergo qui tristatur dicere, *Vita mea deficit in dolore.* Ecol. xxxviii, 19 : *A tristitia enim festinat mors :* vel vita spiritualis. Rom. i, 17 : *Justus meus ex fide vivit.* Vel potest intelligi de vita qua quis gaudet ab uno aliquorum. II Cor. vii, 9 : *Nunc gaudeo, non quia tristes estis, sed quia contrastati estis ad penitentiam.* Et dolor causat in eis defectum unde, et *omni mei,* idest duratio vita mea, *in geminitibus,* qui sunt signum doloris. De secundo dicit, *infirmitate etc.* Divitiae confirmant homines. Ecol. vii, 13 : *Sicut protegit sapientia, sic protegit et præcunia.* Et ideo paupertas refertur ad infirmitatem exteriorum. Sic autem paupertas temporalis facit infirmitatem exteriorum, ita paupertas spiritualis infirmitatem spiritualem. *Virtus,* idest fortitudo corporalis, quae est in nervis et ossibus ; et ideo subdit, *ossa mea :* quasi dicat : Omnia in quibus fundabatur fortitudo ejus erant debilitata. Psal. xxi, 18 : *Dimmererunt omnia ossa mea.*

9. Super. Propheta assignans suam exteriorum tribulationem, proposuit dolores contra delicias, paupertatem contra divitias ; hic autem opprobria contra ho-

nores mundi. Carea quod tria facit. Primo proponit confusionem quam patitur; secundo inducit similitudinem, *Factus sum tanquam vas*; tertio probationem, *Quoniam audiri*. Carea primum tria facit, secundum quod triplex gradus inveniuntur despicientium alios: quidam enim manifeste inferunt opprobria; quidam ejus societatem vitant: quidam, qui omnino ejus obliviscuntur, et hoc pertinet ad contemptum: quia nullus obliviseatur ejus quod non contemnit. Primo ergo ponit primum, et dicit, *Super omnes inimicos etc.* Hieronymus habet, *Apud omnes hostes meis factus sum opprobrium vicinis meis nimis*; quasi dicat: Non solum inimicis meis factus sum opprobrium, sed et vicini. Et sunt verba Christi ex parte Ecclesiae. Vicini Ecclesiae sunt qui nondum sunt conversi, sed proponunt converti. Et dicit, *opprobrium*, propter penam et propter culpam. Et quantum ad utrumque exponitur, ut dicat Christus ex parte Ecclesiae, *Factus sum opprobrium*, propter penas martyrum. Et hoc, *Super omnes inimicos quia turpiores penas sancti sustinuerunt quam latrones*. *I Cor. iv, 9: Spectaculum facti sumus etc.* Item propter culpam. In Ecclesia sunt aliqui peccatores et malae vita, ita quod propter eos Ecclesia est contemptibilis apud illos qui debebant accedere. Et bene, *Super omnes inimicos*, quia turpior appareat vita eorum quam insidium. Ezech. v, 3: *Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam etc.* Item ibidem. xvi, 51: *Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus etc.* Item quantum ad secundum nullus adjungit se ei; unde dicit, *timor notis*, idest vicinis qui timent ad me accedere. Vel propter penas quas patior, vel propter malam vitam malorum Christianorum. Et signum hujus subdit, *Qui videbant me*, idest qui considerabant hujusmodi opprobria culpe et penae, *Fugerunt a me foras*, quia noluerunt converti. Job 6: *Fratres mei pertransierunt quasi torrens*. *Psal. lxxxvii, 9: Longe fecisti notos meos a me*. Tertium est oblivio. Et hoc est quod ait, *Oblivioni datus sum*. Sed quia homo quantumcumque diligit aliquem post mortem, tradit eum obliuioni; ideo dicit,

*Tanquam mortuus. Psal. lxxxvii, 6: Sicut vulnerati dormientes in sepulcris, quorum non es menor amplius*. Haec ad Christum referuntur in persona sua; quia factus est in opprobrium. *Psal. lxviii, 8: Propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam*. Item timor, quia *fugierunt*, discipuli. Item, *Oblivioni datus, quia, sperabamus quod ipse redempturus esset Israel*, *Luc. xxiv, 21*.

10. Deinde adducit exemplum, *Factus etc. Factus sum tanquam vas perditum*, idest inutile de quo non curatur. Hier. ii, 34: *Reddidit me quasi vas inane, absorbut me quasi draco etc.* Tertio probacionem: et circa hoc duo facit. Primo enim inducit contemptum; secundo persecutionem quam patitur, ibi, *In eo dum convenerunt*. Dicit ergo, *Factus sum opprobrium: quia audiri vituperationem, a viris meis*, Hier. xx, 40: *Audi vi contumelias multorum etc.* *In circuitu*. Augustinus: Quandoque Christiani peccant; et infideles non dicunt, hoc faciunt mali, sed, hoc faciunt Christiani. Et si religiosi peccant, similiter. Et dicit, *in circuitu*, quia non intrant ad veritatis considerationem: quia tunc dicent, hoc faciunt mali Christiani. *Ps. xi, 9: In circuitu impii ambulant*.

11. Consequenter cum dicit, *In eo*, ostendit quomodo patitur persecutionem, et aggravat ex multitudine persecuentium, cum dicit, *In eo dum convenerunt simul*, idest unanimiter, *adversus me*: hoc timendum esset valde. Ecli. xxvi, 5: *A tribus timuit cor meum; delatarum civitatis, collectionem populi, et calumniam mendacem etc.* Ex crudelitate ipsorum, non enim ad leve convenerunt, sed ad occidendum: unde, *Accipere animam meam, idest vitam, Consilii sunt*. Hier. xviii, 23: *Tu scis, Dominc, omne consilium eorum adversum me in mortem*. Gen. penul. 16: *In consilio eorum non veniat anima mea*.

12. *Ego*. Supra Psalmista narravit mala qua patiebatur: hic autem refugium habet ad orationem. Et quia oratio vacua est nisi certae speci innitatur; ideo praemittit spem, et subjungit orationem, ibi, *Eripe me de manu etc.* Carea primum duo facit. Primo enim ponit spem. Secundo

assignat spei rationem, ibi, *Dixi Deus meus. Continuatio talis est. Non dicit simpliciter, Ego in te speravi, sed, Ego autem etc.* *Glossa Augustini* dicit. Consuetum est, quod pueri vocantur mammontreca, quia volunt diu sugere mammas, sed matres opponunt amaritudinem ut abhorreant. Ubera nostra, quibus a Domino lactamur, sunt prosperitas temporalis,<sup>1</sup> et solatium amicorum. Quando videt Deus quod homines confidunt nimis in his et allicinntur ab his, subtrahit ea, et ponit amaritudinem, ut ponant in solo Deo spem suam. Sic ille adverens dicit, *Audi vi*, inquit, *vituperationem*: et ideo dicit, *Ego autem etc*: quasi dicat: Omnibus aliis contradicentibus et pugnantibus adversum me, solum in te fuit spes mea: *Ilier. xvii, 7: Benedictus vir qui confidit in Domino.* Ratio spei duplex assignatur. Una ex eura et providentia Dei. Alia ex potestate ejus. Confidit ergo in eo primo, quasi commissus divina cura, et a Deo susceptus: Deus enim ex sua virtute eu ram habet universorum: *Sapient. xii, 13: Nec enim est alius Deus quam tu, cui cura est de omnibus.* Item ejusdem. xiv, 3: *Tu ergo, pater, cuncta gubernas providentia.* Unde Deus omnia, specialiter tamen aliquorum habet curam: *I Pet. ult, 7: Omnum sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de robis.* Et ideo specialiter Deus est eorum. Et ideo dicit, *Speravi in te, quia Deus meus es tu.* Secundo ex potestate; quia nisi esset potens, deficeret spes. Sed non ita de Deo sentit; unde ait. *In manibus tuis sortes meae*, idest omnia bona quae mihi donantur, sunt in potestate tua: *Ephes. 11: In quo et sorte vocati sumus predestinati etc.* Sciendum est autem, quod triplicem est sors: quedam consultoria, quedam divinatoria, et quedam derisoria. Communiter loquendo, sors nihil aliud est nisi quoddam indicium divinae voluntatis requisitum. Et ideo in *Glossa Augustini*: Sors non est aliquid mali, sed res in humana dubitatione divinam indicans voluntatem. Et ideo projicere sortes<sup>2</sup> nihil aliud est, quam exquirere voluntatis divinae indicium. Ergo sors de sui

ratione non dicit aliquid mali; sed efficitur mala ex duobus. Primo quando aliquis exquirit hoc indicium a quo non debet, ut a demone: et secundum hoc sortilegia damnantur inter alia quae pertinent ad infidelitatem. Secundo, si inquirat indicium in rebus, in quibus non est necesse. In duabus debet inquiri hoc indicium: in necessariis, et in non valentibus aliter sciri. Si enim non fuerit de necessariis, tunc est curiositas: et hoc est in sorte divinatoria: quia in hac sollicitantur de futuris, et ideo vana est, et reprobat. In necessariis autem quae possunt aliter sciri, sortes etiam sunt prohibita: quia hoc est tentare Deum, cum scilicet potest sciri auxilio humano, et recurritur ad divinum. Pondere autem sortes in distribuendis, quis habeat quid, vel in agendis, quid melius sit in temporalibus rebus, dico quod sors non vituperatur. Unde divisiones frequenter per sortes sunt. Similiter etiam ad temporales dignitates, si eligantur sorte. Sed hoc non licet in spiritualibus, quia in eis homo dirigitur per Spiritum sanctum: unde qui in eis faceret sortes, injuriaret Spiritum sancto. Unde Apostoli ante Spiritum sanctum posuerunt sortes super Matthiam; sed post Spiritum sanctum elegerunt septem diacones sine sorte. *In manibus*, ergo ait, *tuis sortes meae*, idest quod datur secundum indicium tuae voluntatis, totum sub potestate tua est: *Prov. xvi, 33: Sortes mittuntur in sinu, sed a Domino temperantur*: Alia littera habet, *Tempora mea*, quanta scilicet et qualia: *Dau. ii, 21: Ipse mutat tempora et aetas*.

13. Deinde subjungit orationem cum dicit, *Eripe. Orat priuino pro se.* Secundo contra hostes, ibi, *Eribescant.* Circa primum duo facit. Primo enim orat liberari a malis. Secundo promoveri ad bonum, ibi, *Illustra faciem tuam.* In adversariis duo considerat. Et primo affectum: et hoc tangit cum dicit, *De manu inimicorum*, idest odientium me: *Ps. cxli, 9: Eripe me de inimicis meis etc.* Isti sunt diaboli: *Matth. xii, 28: Inimicus homo etc.* Item amici: *Matth. x, 36: Inimici hominis*

<sup>1</sup> AL: « temporalium. »

<sup>2</sup> AL: « sortes malas. »

*domestici ejus.* Secundo effectum, quia persequuntur : Ps. cxviii, 157 : *Muli qui persequuntur me et tribulant me etc.* Secundo orat promoveri ad bonum, cum dicit, *Illustra.* Carea quod duo facit. Primo petit promoveri in bonis. Secundo, ut non deficiat a petitione, ibi, *Non confundar.* Primum petit dupliceiter. Primo secundum profectum sapientiae. Secundo secundum profectum justitiae, ibi, *Salvum me fac.* Lumen rationis nihil aliud est quam quadam participatio divini lumenis : Ps. iv, 7 : *Signatum est super nos lumen etc.* Illoc lumen non crescit in nobis nisi ab eadem causa a qua inchoatum est. Unde si volumus in eo proficere, oportet quod fiat per illustrationem divinae faciei : Ps. xlii, 3 : *Emitte lucem tuam etc.* Secundum profectum justitiae per quam pervenitur ad salutem, petit, enim dicit, *Salvum me fac,* et hoc, *Propter misericordiam tuam,* non propter merita mea : Tit. iii, 5 : *Non ex operibus justitiae quae fecimus nos etc.* Quantum ad secundum dicit, *Non confundar,* deficiendo scilicet in spe tua : vel, *Non confundar,* fraudatus scilicet spe mea. Et hoc ideo, *Quin invocavi te :* Joel. ii, 32 : *Omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvis erit. Invocavi te.* *Glossa* *Augustini* : Invocas Deum, quando in te vocas Deum, quando in domo cordis tui invitatis eum, quod prius necesse est mundari universis sordibus vel frandibus : aliter enim vere non invocas. Si enim invocas Deum ut det tibi hiernum, hierum invocas, non Deum. Gratis ergo invocas Deum o avare, ut te pecunia non te ipse bens impleat. Numquid sine auro et argento non vis illum ad te venire ? Quid ergo de his quae facit tibi Deus sufficit, cum ipse Deus non sufficit ?

14. Consequenter orat contra hostes, cum dicit, *Erubescant.* Et primo ponit suam petitionem. Secundo assignat illum meritum, ibi, *Quæ loquuntur.* Et notandum quod haec oratio magis intelligenda est per modum prætunctionis quam orationis ; quasi dicat, *Erubescant,* conformando voluntatem suam divinæ justitiae. Contra primum tria ponit quæ in eis venient : quia in judicio confundentur ; unde dicit, *Erubescant.* Quoniam

dicit, Matth. xxv, 35 : *Esurivi, et non dedistis mihi manducare etc.* quoniam conscientia reprehendet eos : Isa, 29 : *Erubescitis super hortis quos elixeratis cum furulis etc.* Secundo mittentur in supplicium aeternum : et hoc est quod dicit, *Et deducantur in infernum :* Ps. cxviii, 45 : *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascat eos.* Tertio obmutescent ; unde dicit, *Muta fiant labia dolosa :* Ps. cxi, 42 : *Onnis iniqitas oppilabit os suum.*

Sed contra. Immo erunt loquentia : Apoc. xvi, 11 : *Blasphemaverunt Deum etc.* Item ingemiscunt : Sap. v, 3 : *Gementes præ angustia spiritus, et dicentes etc.*

Respondeo : Dicendum quod obmutescent a verbis superbie et doloris illati sanctis.

15. Secundo, cum subdit, *Quæ, assignat* triplex illorum peccatum : et præcipue oris : quod ex tribus aggravatur : scilicet ex persona contra quam dicitur, ex eo quod dicitur, et ex radice ejus quod dicitur. Quantum ad primum dicit, *Adeversus justum,* quod peius quam si contra peccatorem ; quasi dicat : Illa obmutescent quæ modo loquuntur, de eo quod dicunt, quia injustitiam dicunt et falsa : Ps. xxxv, 4 : *Verba oris ejus iniqitas et dolus.* Ex radice vero, quia aliquid aliquando dicitur contra virum justum ex ignorantia et deceptione ; sed si ex prava radice procedit, tunc est malum. Et haec prava radix est duplex : scilicet superbìa et abusio : Prov. xi, 2 : *Ubi fuerit superbìa, ibi erit et contumelia.* Item abutuntur bonis sibi dati ; quia data sunt eis ut humilientur, et ipsi inde extolluntur. Hieronymus habet, *Et despiciunt,* quia stulte alios contumescunt. Et haec est abusio, quia non utiliter justo ut debet contemnendo ipsum.

16. Quam. Psalmista supra præmisit tribulationem et orationem ; hic autem accedit ad gratiarum actionem, tamquam exauditus. Ubi duo facit. Primo commemorat universaliter beneficia, quæ Deus humano generi et sanctis consert. Secundo prorumpit ad gratias, ibi, *Benedictus Dominus, quoniam etc.* Et circa primum duo facit. Primo enim ostendit Dei misericordiam quantum ad dona collata sanc-

tis. Secundo quantum ad mala a quibus tuerit eos, ibi, *Abscondes eos*. Circa primum duo facit. Ostendit enim primo praeparationem bonorum. Secundo eorum adimplitionem, ibi, *Perfecisti eis*. Dicit ergo, *Quam magna etc.* Dulcedo in spiritualibus transumptive dicitur: sicut enim dulcedo corporalis delectat gustum carnis, ita quod mentem delectat interius, dicitur dulcedo. Contingit autem quandoque quod gustus carnis non bene dispositus delectatur in corrupto sapore, et tunc falso delectatur: sic affectus hominis quando non est bene ordinatus, delectatur in re qua non vere est delectabilis: sed si bene sit dispositus, delectatur in vero bono, scilicet divino. Et ideo bonitas substantialis Dei dicitur dulcedo Dei: Sap. xvi, 21: *Substantia tua dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebat*. Vel dulcedo Dei dicitur ex modo quo aliquis dicitur amarum habere affectum, quando scilicet cogitat quoniammodo alios contristet: Eph. iv, 31: *Onus amaritudo tollatur a vobis*. Ergo per contrarium dulcedo animi, quando proponit alios consolari. Unde dulcedo Dei propositionem dicitur quo *vult omnes homines salvos fieri*, 1 Tim. ii, 4: *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus*; Psal. xxxiii, 9, item *dulcis et rectus Dominus*. Ps. xxiv, 8. Et quoemque modo dulcedo dicatur, continet delectationem: quia quamvis sit una et simplex in se, tamen est radix et fons omnis bonitatis. Et ideo quidquid delectat in mundo, totum est in beo: ut sapientia, veritas, honores, excellentia, voluptas, et omnia huiusmodi in excessu sunt ibi. Et ideo dicit, *Quam magna multitudo*, superexcedens secundum magnitudinem, infinite a nobis incomprehensibilis. Item similiter multitudo quantum ad dulcedinem effectus; quia quidquid homini potest provenire, totum est ex dulcedine bonitatis Dei: Sap. xii, 1: *O quam suavis est Domine spiritus tuus in nobis!* Isa. lxx, 4, ubi agitur de multitudine justorum: *Multi filii deserti etc.* Quod vero ait, *Quam abscondisti etc.*, duplere potest intelligi. Uno modo: quod Deus abscondit se ab eis ut non cognoscant eum, ut scilicet crescat eorum desiderium. Alio modo, quod in abscondito

repositi ut timentes te habeant eam: et hoc melius; quasi dicat: In abscondito repositi propter eos. Et quare? Quia illa dulcedo non est in sensibilibus bonis quae manifesta sunt nobis, sed est in invisibiliibus; et non in rebus creatis, sed in invisibilitate ipsius Dei: Apoc. ii, 17: *Vincenti dabo manna absconditum*: I Cor. ii, 9: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Dominus diligentibus se*. Præparatio ergo bona est in abscondito; sed consummatio et expletio est manifesta; unde subdit, *Perfecisti eis etc.* Inter illam prædestinationem et ejus effectum, ejus scilicet qui est in gloria, in medio est status gratia, qui est inchoatio gloriae: et hac pratermissa tendit ad perfectum et dicit, *Perfecisti, id est perficies, et incepisti perficere id absconditum*: I Cor. xii, 10: *Cum venerit quod perfection est, evacabitur etc.* Sed quibus? *Eis qui sperant in te*, ad quos perveniet haec perfectio, non ad eos qui in seipsis confidunt: Rom. v, 2: *Gloriamur in spe gloria filiorum Dei*. Sed tunc non erit abscondita, immo erit. *In conspectu filiorum hominum*: quia illam gloriam omnes videbunt, boni et mali: Rom. viii, 13: *Existimo quod non sunt coniqua passiones hujus temporis ad futuram gloriam qua revelabitur in nobis*: Sap. v, 2: *Videntes mirabuntur in subitatione etc.* usque. *Quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est*. Vel, *Filiorum, id est sanctorum qui plene videbant*: Ps. cxi, 42: *Videbunt recti etc.* Vel, *Qui sperant in te*, et hanc manifestant. *In conspectu filiorum hominum*: Rom. i, 16: *Non enim erubescit evangelium*.

17. Deinde enim dicit, *Abscondes*, ostendit beneficia Dei in sanctos, per liberationem a malo. Sed quia duplex malum potest homo pati: scilicet in opere, et in verbo: primo ostendit quando protegit a primo malo. Secundo quoniammodo a secundo, ibi, *Proteges*. Dicit ergo, *Abscondes etc.* Loquitur similitudinarie: sicut si aliquis queratur ad mortem, quicunque illum absconderit in secretis sua domus, ibi tutus esset: sic est de sanctis. Impii persecuturi eos: sed Deus abscondit eos in abscondito, id est perducit ad illum

locum absconditum sua dulcedinis : *Col.* m. 3 : *Vita nostra abscondita est cum Christo in Deo*; sed hoc erit in futuro perfecte, quando videbunt eum facie ad faciem : *1 Cor. xii. 12; Tunc autem facie ad faciem* *Ioan. iii. 2, videhimus eum sicuti es*. Et hoc est quod ait. *Facie tur.* Sed in praesenti etiam abscondit, in quantum videmus aliquid de dulcedine glorie sua contemplando. Et intantum abscondit, in quantum homines turbare non possunt firmatos in Dei amore : *Sap. vi. 1: Justorum anima in manu Dei sunt etc.* Vel non sentiunt conturbationes quas homines patiuntur in judicio : *Sap. v. 2: Turbabuntur timore horribili etc.* Item in quantum homo absconditur in contemplatione, et non sentit turbationes mundi : *Sap. viii. 16: Intrans in dominum meum conquiescam in illa etc.* Secundo ostendit quomodo absconduntur a malo loquis, cum dicit, *Proteges eos etc.* Aliqui enim proteguntur a malefactoribus, sed non a malo loquulis; ab hoc enim malo non omnes proteguntur. Unde Octavianus Tiberio respondit zelanti ore ipso contra male loquentes de eo : *Nolo super hac re mihi, Tiberi, turberis. Satis praestitum est nobis, ut nullus nos offendere posset.* Dicit ergo, *Proteges eos in tabernaculo tuo.* Ille ad presentem Ecclesiam respicit, quae tabernaculum est militantium : *Isa. iv. 6: Tabernaculum erit in umbraculum diei ab astu etc.* Et hoc, *A contradictione linguarum,* quae vel blasphemando Deum, vel docendo falsa, contradicunt veridicam doctrinam, ut sunt schismata, et diversa haereses : *Job. xvi. 9: Suscitatur falsilquistus adversus faciem meam, contradicens mihi.* Si ergo recurritur ad tabernaculum Dei, idest ad Ecclesiam, et ad secreta fidei ejus, ibi inventur defensio secura ab huiusmodi contradictione linguarum.

**18.** Consequenter cum dicit, *Benedictus,* refert gratiarum actionem. Ubi duo facit. Primo enim gratias agit. Secundo inducit alios ad hoc, quibus praedicta beneficia sunt collata, ibi, *Diligite.* Cirea primum tria facit. Primo enim prorumpit in gratias. Secundo proponit misericordiam gratiarum, ibi, *Quoniam mirificavit etc.*

Tertio exponit causam, ibi, *Ego autem dixi.* Dicit ergo, *Benedictus Dominus;* quasi dicat : Ex quo protectus est sic populus sanctorum a Deo, nihil aliud restat nisi benedicere Deum, idest attribuere hoc ejus bonitati ; *Tob. xii. 6: Benedic Deum, et enarrate omnia mirabilia ejus.* Et quare ? *Quia mirificavit,* idest miracabilem fecit, *misericordiam suam mihi.* Tunc enim videtur homo teneri ad gratiarum actiones, quando mirabiliter liberatur a magnis periculis. Et quomodo mirificavit ? *In civitate, inquit, munitione;* quasi dicat : Ita liberavit me, quod fecit me sicut civitatem munitionem. Alia littera, *In civitate circumstantia.* Hebrei habent, *obsessa.* Hoc autem potest referri ad duas intentiones : et ultrunque misericordiam Dei ostendit mirabiliter ; quia in civitate munitione ita liberavit me, quia fecit me sicut civitatem munitionem contra mala. Et haec civitas est Ecclesia : *Hier. 1. 18: Dedit te hodie in civitatem munitionem, et in columnam ferream, et murum arenum.* Vel, *In civitate obsessa,* similiter mira misericordia est : quia sumus liberati a minori malo. Periculum enim magnum perferunt obsessi ; et ideo dicit, *Eram in civitate obsessa,* seu circumdata, et tamen liberavit me velut centrum a circumferentia. Circumferentia namque ponitur in gyro, centrum in medio. Populus Judæorum qui in medio erat gentium, qui circumstabant Judæam, ubi dicebantur landes Deo, ubi sacrificia offerabantur, ubi prophetia non cessabant. Modo autem in omnibus gentibus circumstantibus diffusa est misericordia Dei : *Marc. ult. 45: Euntes in mundum universum, prædicate evangelium omni creature.* In civitate ergo ait circumstante, scilicet in toto populo gentium.

**19.** Deinde cum dicit, *Ego autem, expounit materiam<sup>2</sup> gratiarum.* Ubi primo ponit magnitudinem. Secundo ponit exauditionem, ibi, *Ideo esaudisti etc.* Dicit ergo, *Ego dixi in excessu mentis meæ.* Excessus contingit quandoque ex causa interiori ; et hoc quando videt stupenda ex quibus sit extra se. *Act. m. 10<sup>1</sup>: Repleti sunt stupore et extasi.* Quandoque a causa

<sup>1</sup> *Parm.* : « Gal. »

<sup>2</sup> *Al.* : « misericordiam. »

superiori, quando scilicet contemplatur quis divina, et rapitur extra se supra se : II Cor. v, 43 : *Sive mente excedimus Deo.* Sic ergo elevatus ad divina dicit, *Projec-tus sum etc.* idest perpendi me longe esse a te : quia quanto homo magis accedit ad Deum, tanto se minorem advertit. Job. ult, 5 : *Audita auris audivi te, nunc autem oculis meus videt te etc.* Vel si intelligatur quantum ad excessum cause inferioris, quod innuit littera Hieronymi, aliquando homo considerat gravitatem peccatorum vel malorum imminentium, et ex hoc reputat se derelictum : sicut Christus in persona suorum dixit Matth. xxvi, 49 : *Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Et sic dicit hoc, David. Considerans mala quae mihi veniunt, projectus sum : Jonah, ii, 5 : *Abjectus sum a conspectu oculorum tuorum.*

20. Secundo cum dicit, *Ideo exaudisti,* Ponit exauditionem ; quasi dicat, *Ideo,* quia hoc dixi, *Exaudisti* : Psalm. cx, 18 : *Resperxit in orationem humilium.* Sic publicanus Luc. xviii, quoniam recognovit se peccatorem, descendit iustificatus in domum suam : Eccli. xxxv, 21 : *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Vel secundum Hieronymum, ponitur interrogative, *Ego dixi etc.* Ergo ne exaudies ? quasi dicat : Mirum est cum sim ita longe a te, quod me exaudias. *Domi clamarem ad te.* Glossa Augustini ; Clamor fit ad Deum non voce, sed corde ; quia multi silentes labiis, corde averso nihil impetrare poterunt. Clama ergo intus ubi Deus audit.

21. Consequenter cum dicit, *Dilegit Dominum,* inducit illos quibus praedicta beneficia sunt collata ad gratias exhibendas. Et ordinat eos primo quantum ad effectum. Secundo quantum ad effectum, ibi, *Viriliter agite.* Circa primum duo facit. Primo inducit eos ad diligendum Deum. Secundo rationem diligendi assig-

nat. *Quoniam veritatem requiret.* Dicit ergo quia exaudivit, et quia mirificavit, *Diligite Dominum :* Bent, iv, 1 : *Et nunc, Israel, audi precepta et iudicia, que ego doceo te etc.* Et qui sunt qui diligere debent, ostendit : quia, *Sancti* : Cant. i, 3 : *Recti diligunt te.* *Quoniam veritatem.* Assignat causam diligendi. Redditur autem duplex causa, quare Deum diligere tenetur : quia quod diligunt sancti Deus diligit ; et quod odiunt, Deus odit. Secunda est, ibi, *Et retribuet.* Quantum ad primum dicit, *Quoniam veritatem requireret Dominus, et retribuet abundantanter facientibus superbiam* ; quasi dicat : Diligere debetis Dominum, quia diligit quod diligitis, et hoc requirit. Sancti diligunt veritatem ; et ideo Deus qui veritatem requirit debet a nobis diligiri. Requirit autem Deus veritatem iustitiae : Rom. ii, 2 : *Judicium Dei est secundum in veritatem in eos qui taliter agunt.* Item vita : Isa. xxxviii, 3 : *Obsecro Domine, memento queso quoniam umbula-verim eorum te in veritate et corde perfecto,* Item doctrinae : Matth. xxii, 16 : *Scimus, quia verus es, et riam Dei in veritate doces.* Secunda ratio quare tene-mimi diligere Deum, est, quia punit quod odit : punit enim Deus superbiam, quam sancti odiunt : et hoc est, quod dicit, *Et retribuet penam* scilicet, *abundanter,* idest supra scipios : quia ipsi supra se exibuerint : Isa. xvi, 6 : *Superbia ejus et arrogantia ejus et iniquitas ejus plus quam fortitudo ejus.*

22. Deinde cum subdit, *Viriliter,* ordi-nat eos quantum ad effectum. Et primo, ut sint fortes in opere, cum ait, *Viriliter agite* : Prov. xviii, 9 : *Qui mollis, et dissipatus est in opere suo, frater est sua opera dissipans.* Item ut sint fortes in corde. *Et confortetur cor vestrum* : Psalm. xxvi, 14 : *Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.*

## PSALMUS XXXI.

1. *Intellectus David.*

Beati quorum remissa sunt iniuriae, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputa-

tavit Dominus peccatum ; nec est in spiritu ejus dolis.

2. Quoniam lacrimaverunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte gravata

**et super me manus tua : conversus sum in arcam  
mea, dum configitur spina.**

**3. Delictum meum cognitum tibi feci, et injusti-  
tiam meam non abscondi. Dixi, Confitebor adver-  
sum me injuriam meam Domino : et tu remisisti  
iniquitatem peccati mei.**

**4. Pro hac orabit ad te omnis sanctus, in tem-  
pore opportuno.**

**5. Veruntamen in diluvio aquarum multarum,  
ad eum non approximabunt.**

**6. Tu es refugium meum a tribulatione, que  
circumdedit me : exultatio mea, erue me a circum-  
dantibus me.**

**7. Intellectum tibi dabo, et instruam te in via  
hac qua gradieris : firmabo super te oculos meos.**

**8. Xolite fieri sicut equus et mulius, quibus non  
est intellectus.**

**9. In cano et freno maxillas eorum constringe,  
qui non approximant ad te.**

**10. Multa flagella peccatoris : sperantem autem  
in Domino misericordia circumdabit.**

**11. Letamini in Domino et exultate justi, et glo-  
riani omnes recti corde.**

**1. Hic incepit quarta decas prima: quin-  
quaginta. Et sicut in prima decade sunt  
Psalmi in quibus fit mentio de persecu-  
tione Absalonis; in secunda de persecu-  
tione Saulis; in tercia de persecutio-  
ne populi, ita in ista quarta de tribulatione  
quam boni a peccatoribus sustinent: n.  
Petr. n. 8: *Habitan apud eos qui de die  
in diem animam justam iniquis operibus  
cruciantur.* Dividitur autem haec decas in  
duas partes. Quia primo commendatur  
justorum dignitas. Secundo imploratur  
auxilium contra persecutions impiorum,  
in Psalm. xxxiv: *Judica Domine no-  
centes me.* Circa primum duo commemorant.  
Primo gratiam justificantem. Secundo  
dignitatem justorum, ibi, Ps. xxxii: *Exulta-  
te justi etc.* Tertio monet justos ut  
in justitia sistant, ibi, Ps. xxxiii: *Benedi-  
cam Dominum.* Hujus Psalmi novus est  
titulus, scilicet intellectus David. Hieronymus  
habet, *Eruditio David.* In multis  
Psalmis sequentibus est invenire titulum  
hunc. Et signatur per hoc, quod in omni-  
bus Psalmis in quibus hic titulus dicitur,  
tractatur aliqua veritas communis,  
non solum pertinens ad unum personam,  
sed quasi ad providentiam Dei, vel ad  
aliquid aliud arduum. Et licet in omnibus  
Psalmis quedam sint ad eruditionem,  
ista tamen ad hoc principaliter ordinan-  
tur. Specialiter vero iste Psalmus intitula-  
tur ab intellectu quem debet habere peccator.**

nitens, qui debet intelligere se peccato-  
rem, et gratiam Dei liberantis: Lev. v,  
4: *Si intellexerit homo delictum etc.* Hunc intellectum dat *reveratio*, Isa. xxvii,  
19 *Beati quorum.* Iste est secundus Psalmus  
ponentialium. In primo enim egit  
de contritione cordis, in isto vero de con-  
fessione; et dividitur in tres partes. In  
prima enim ponitur remissio peccatorum.  
In secunda, via ad remissionem, ibi,  
*Quoniam tacui etc.* Tertio desiderium  
sanctorum de remissione, ibi, *Pro hac  
orabit.* Circa primum duo facit. Primo  
enim ponitur aliquid quod est ex parte  
Dei. Secundo illud quod est ex parte ho-  
minis, ibi: *Nec est in spiritu.* In peccato  
namque primo est offensa Dei. Secundo  
macula. Tertio reatus pena. Contra haec  
tria ordinat tria. Quia Deus remittit offen-  
sam, maculam legit, reatum penae tollit,  
non imputando peccatum. Quantum ad  
primum dicit, *Beati quorum remissae sunt  
reue.* Sed quia beatitudo est duplex, scilicet  
rei et spei, isti tales, scilicet quorum  
remissae sunt iniquitates, sunt beati in  
spe; qui tandem erunt beati in re. Beatus  
enim ille est spe, in quo praecedit  
causa beatitudinis, et via qua est virtus,  
et praeципie perfecta: unde in quo virtus  
perfecta apparet, potest dici beatus in  
spe: sicut arbor bene florens potest dici  
fructiferas. Post corruptionem enim pri-  
mi hominis isti flores non erant, sed spinae  
peccatorum. Et ideo beatitudo pecca-  
toris qua est in spe, non est hujusmodi,  
sed quod Deus remittat peccatum, et sic  
fructiferas: *Ilier. iv, 8: Novate vobis no-  
vale etc.* Remissae: Isa. xl, 2: *Dimissa  
est iniquitas illius: Luc. vi, 36: Dimittite,  
et dimittetur vobis:* Quantum ad secun-  
dum dicit, *Et quorum tecta sunt peccata.*  
Peccata sunt maculae animae: *Ilier. ii,  
36: Quam vilis facta es etc.* Quando quis  
habet in se turpe, et illud legitur, tunc  
oculos intuentis turpitudinem pecca-  
torum: sed quomodo? totaliter, scilicet  
abnovo animam. In peccato enim dup-  
plex est deformitas. Una scilicet ex priva-  
tione gratiae qua privatur peccator: et  
habe totaliter tollitur, et non legitur, quia

<sup>1</sup> Al.: « intuentum. »

<sup>2</sup> Al.: « fecit. »

datur ei gratia. Alia macula est ex actu peccati præterito : et hæc non deletur, quia non datur ei quod non fecerit, sed quod non imputetur ei ad culpam : et hæc tegitur. Quantum ad tertium dicit, *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* De reatu poenæ intelligitur, quia poena non ei reservatur pro peccato : Dan. iii. 28 : *Omnia induxisti super nos etc.* Secundum *Glossam*, triplex peccatum hic insinuatur : peccatum originale, actuale mortale, et actuale veniale. Primum signatur per iniqutatem, quæ est quedam inæqualitas : et hoc est in originali, in quantum in ea vires animæ recedunt ab æqualitate innocentiae, et hoc dimittitur et diminuitur, quia auferunt reatu et remanet actu. Dicit autem pluraliter iniqutates, quia in diversis diversa originalia, et in uno unum. Secundum signatur per peccatum actuale mortale. Actuallia enim peccata mortalia dicuntur tegi, quando non imputantur peccatori jam ad culpam. Tertium signatur per peccatum veniale, quod non imputat Dominus. Peccatum enim veniale non imputatur ad pœnam aeternam. Vel primum dicit propter peccatum quod est ante baptismum. Secundum propter peccata quæ sunt post baptismum. Tertium vero post confessio-nem, quia non imputabitur peccatum ad pœnam. Sed ex parte hominis requiriatur quod non factus confiteatur; alias non consequitur gratiam : Sap. i. 5 : *Spiritus sanctus discipline effugiet factum.* Et ideo, *Nec est in spiritu ejus dolus*, ut aliud habeat interius, et aliud prætendat exte-rius.

2. *Quoniam tacui.* Secunda pars est, ubi ponitur via perveniendi ad remissionem peccatorum : et circa hoc tria facit. Primo enim ponit statum peccati. Secundo conversionem, quæ est causa remissio-nis peccati, ibi, *Defictum meum.* Dicit ergo, *Quoniam tacui etc.*

Contradiccio videtur hic. Cum enim clamet tota die, dicit se tacere.

Respondeo. Tacebat ab eo quod dicendum erat; sed clamabat quod dicendum non erat, nedium clamandum. Et in utroquo est peccatum. De primo Isa. vi. 5 : *Ex mihi quia tacui.* Debet enim peccator di-cere peccata sua : Job xvi. 7 : *Si taruero,*

*non recedet a me; nunc autem etc.* Ergo quoniā tacui peccata mea, *In veteraverunt ossa mea*, idest interior fortitudo defecit. Sæpe in Scriptura sacra per membra corporalia intelliguntur virtutes interiores. Unde per ossa in quibus est fortitudo, intelligitur interior virtus. Et quia inveterasit quod deficit, idest minuitur, inde dicit : *In veteraverunt ossa mea* : Baruch. iii. 41 : *Quid est Israel, quid in terra inimicorum es, inveterasti etc.* De secunda Isa. v. 7 : *Expectavi, ut saceret iudicium, et ecce iniquitas: justitiam, et ecce clamor.* Et hoc est quod dicit, *Dum clamarem tota die.* Clamabat enim se justum, clamabat de pœna, et tacebat de culpa.

Sed quid fecit Dominus? Convertit eum aggravando manum Domini, gravamen inferentem, *Quoniam die ac nocte.* Secundo conversione consequentlye, *Conversus sum etc.* Dicit ergo, *Die ac nocte*, idest continue, *Gravata est etc.* Manus Domini aliquando consolatur : Ezech. iii. 14 : *Manus Domini erat necum confortans me.* Aliquando aggravat, sicut hic I Reg. v, dicitur manus Domini gravissima : Isa. xxvi. 16 : *In tribulatione etc.* Et ideo dicit, *Conversus sum in armilla mea*, idest in miseria quam patior pro percatis, *Dum configitur spinæ*, dum spina, idest remor-sus conscientiae, infligit cordi meo. Vel pro spina dorsi que tenet totum hominem rectum, *Dum configitur.* Et signat superham, quæ quando constringitur, corrigitur homo. Vel quare clamabat? Propter gravitatem, inquit, manus tuae. Et hoc ideo quia non sum conversus ad te, sed ad peccatum. Et hoc dum spina peccatorum contigit, idest firmatur in me, et sic spina, idest peccatum, intelli-gitur. Vel dum ratio, quæ sicut spina est, regens dorsum deprimitur. Vel secundum Hebreos, *Conversus est humor meus in siccitatram astotis*, idest ex aggravatione manus tua, quidquid in me carnale et humido fuit, conversum est in siccitatem astatis. Hieronymus habet, *Versatus sum in miseria mea dum exardescit messis*, idest ad modum messis arui.

3. Deinde cum dicit, *Defictum.* Primo ponit confessionem. Secundo ejus effectu-iam ostendit, ibi, *Divi, Confitebor. Sed*

quia duo debet homo confiteri, scilicet bona omissa, et mala commissa: quantum ad primum dicit, *Delictum meum*, scilicet quod<sup>1</sup> dimisi facere quod debui: *Cogitum tibi fui*: non quod Deus non cognoscat; sed quando homo recognoscit peccatum suum, tunc vult etiam quod Deus cognoscat, ut ignoseat. Quantum ad secundum dicit, *Injustitiam meam non abscondi*: Ioh. xxxi, 33: *Si abscondi quasi homo peccatum meum etc.* Prov. xxviii, 13: *Qui abscondit sceleris sua etc.* Efficacia vero confessionis ostenditur, cum dicit, *Dixi, Confitebor*. Confessionis effectus est remissio peccatorum. Dicit ergo, *Dixi*, idest proposui in corde meo: *Confitebor Domina*, idest ad honorem Domini: Jos. vii, 9: *Da gloriam Domino Deo Israel, et confitetur etc.* *Injustitiam meam*, non bona mea: *Adversari me*, non pro me. Aliquis confitetur peccatum suum, sed contra proximum, dicens: *Alius induxit me*. Contra naturam, ex fragilitate sic accidit. Contra hennem, non potui resistere: II Reg. ult. 17: *Ego sum qui peccavi, ego sum qui inique egi*. Vel, *Adversum me*, idest propositum meum, quo manere in peccato proponebam. Sequitur remissio, *Et tu remisisti*: Ecli. ii, 13: *Remittit in tempore tribulationis peccata*.

Sed contra: tanta est efficacia confessionis, quod non solum quando quis actu confitetur, sed habens propositum confitendi consequitur remissionem. Ante ergo remittitur ei quam confiteatur: Isa. lxxv, 24: *Et erit antequam claret, ego exaudiam*. Quid ergo facit confessio? Dicendum quod propositum operandi operatur ex virtute rei propositae, ut fiat. Unde si ccesset operatio illius rei, cessat effectus. Et ideo necesse est perseverare in proposito. Tamen in confessione actuali peccatorum, et absolitione virtute clavium, dimittitur ei de pena, et propter verecundiam amplius ei gratia conferatur, et multa bona consequuntur.

4. Hic tertio ponit desiderium sanctorum de remissione peccatorum: et circa hoc tria facit. Primo enim proponitur sanctorum ad hoc desiderium. Secundo

peccatorum monitio, *Nolite fieri sicut equus*. Tertio concluditur Psalmus in gratiarum actione, ibi, *Lrtamini*. Circa primum duo facit. Primo enim exprimit desiderium sanctorum ad remissionem peccatorum in generali. Secundo in speciali suipsius refugium ostendens, ibi, *Tu es*. Circa secundum duo facit. Primo enim proponit desiderium sanctorum signo orationis: secundo orationis effectum ostendit, ibi, *Veruntamen in diluvio*. Dicit ergo, *Dixi, Confitebor..... pro hac re*, idest pro remissione peccatorum. Et dicit tria. Primo quid orandum, scilicet ut remissionem consequanur: omnes enim peccavimus; I Joan. i, 8: *Si dixerimus quia peccatum non habemus etc.* Et ideo petenda est remissio: Ecli. xxxviii, 9: *Ora Dominum, et ipse curabit te*; Matth. vi, 12: *Dimitte nobis debita nostra*. Secundo quis debet orare, scilicet, *Sanctus omnis*: Jac. vlt., 16: *Multum valet deprecatio justi assidua*. Tertio, quando: quia, *In tempore opportuno*, scilicet gratia et præsentis vita, quia novissimi clausa est, janua, Matth. xxv, 10: II Cor. vi, 2: *Ecce nunc tempus acceptabile etc.* Jo. ix, 4: *Venit nox, quando nemo potest operari*.

5. Deinde cum dicit, *Verum amen*, ostenditur effectus orationis, quia, *In diluvio aquarum multarum*. Aqua potest hic accipi tripliciter. Uno modo voluntates: Gen. peu, 4: *Effusus es, sicut aqua*. Alio modo falsæ doctrinæ: Prov. ix, 17: *Aqua furtivæ dulciores sunt*. Tertio tribulationes: Ps. lxvii, 2: *Intraverunt clament aquæ usque ad animam meam*. Sequitur, *Ad eum non approximabunt*. Quod dicit, *Ad eum*, duplice potest intelligi. Uno modo, ut ly, *Eum*, referatur ad sanctum; quasi dicat. Quamvis oret sanctus, patitur tamen aquas multas, sed eum non obrunt, sive sint aquæ voluptatis, sive falsæ doctrinæ; sive tribulationis: unde, *Non approximabunt*: Isa. xlvi, 2: *Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumini non operient te*: Psalm. lxxv, 12: *Transieimus per iguam et aquam etc.* Alio modo ut ly *Eum* referatur ad Deum: et sic loquitur mutata persona: quia

primo ad Deum loquitur, modo ad alios ; quasi dicat : Qui sunt in diluvio aquarum multarum, sicut dictæ sunt, non appropinquabunt ad Deum.

6. Consequenter cum dicit, *Tu es refugium etc.*, exprimitur desiderium sanctorum in speciali : et circa hoc duo facit. Primo exprimit desiderium ut liberetur. Secundo effectum desiderii, ibi, *Intellectum*. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit unde concipit spem orandi. Secundo subdit petitionem, *Eruere a circumstantibus me*. Spem autem petendi concipit ex duobus. Primo, quia Deus est speciale justorum refugium. Secundo, quia eorum speciale refugium in tribulatione. Ergo dicit, *Tu es refugium meum a tribulatione qua circumdedit me*. Tribulatio circumdat quando inuidice opprimit, ita quod non patet refugium ab aliqua parte : Psalm. xxxix, 13 : *Circumdeverunt me mala quorum non est numerus etc.* Sed in hac tribulatione non est refugium nisi ad Deum : Il. Parad. xx, 42 : *Cum ignoraremus quid agere debemus etc.* Psalm. xc : *Qui habitat in adjutorio Altissimi etc.* Sic ergo habeo, inquit, ad quem refugiam, habeo et in quo consoler, quia, *Exultatio mea* : Il. Cor. 1, 4 : *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra* : Ps. xcvi, 19 : *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tue letificaverunt animam meam*. Deinde exprimit quid petit eum dicit, *Eruere me a circumstantibus*, idest a tribulatione qua circumdedit me. Et quia tribulatio debet fieri ab aliquo, oportet quod si tribulatio circumdat, quod innitentes sint circumdantes, scilicet daemones et persecutores : et ideo dicit, *A circumstantibus me*.

7. Secundo cum dicit, *Intellectum*, ostendit effectum sua orationis. Deus est qui loquitur, *Intellectum tibi dabo etc.* quasi dicat Deus : Petis a me ut eruam te, et ego tria tibi faciam : dabo, enim tibi dominum intellectum, et te instruam et te custodiā. Tria enim sunt necessaria homini a Deo. Primo, ut gratiae donum percipiat, ut per hoc anima hominis perficiatur ad proule agendum. Sed quia

quantunquam homo haberet donum gratuitum, nisi Deus moveret animam ad opus bonum, non sufficit ; ideo oportet quod post gratiam praevenientem Deus operetur et moveat ad bonum. Sed gratia et donum recipitur secundum modum naturae nostre : et non eo modo, quo possit ad omnia vitanda ; et ideo necessaria est super hoc protectio Dei et defensio. Et ideo primo ponit donum intellectus, cum dicit, *Intellectum tibi dabo* : Eccl. xv, 5 : *Impletit eum Dominus spiritus adimplibiliter sapientie et intellectus*. Et hoc necessarium est homini, ut scilicet cognoscat peccatum suum : et quod non possit salvare nisi per Deum. Secundo ponit debitum usum huius doni, cum dicit, *instruam te* : Isa. liv, 13 : *Ponam filios tuos doctos a Domino*. Tertio custodiā, cum dicit, *In via hac, scilicet mandatorum, qua gradieris, firmabo super te oculos meos*, idest protegam te : Il. Par. xvi, 9 : *Oculi Domini contemplantur universam terram, et præbent fortitudinem his qui corde perfecte credunt in eum*.

8. Consequenter<sup>1</sup> cum dicit, *Nolite convertit se ad peccatores*, ut ad pœnitentiam redeant : et circa hoc duo facit. Primo ponit monitionem. Secundo comminationem, ibi, *In cano*. Dicit ergo : Deus dat homini intellectum, sed et intellectu excedit animalia. Qui ergo indignum se reddit dono intellectus, comparatur animalibus ; et ideo dicit, *Nolite fieri sicut equus et mulus etc.* Secundum *Glossum* equus est animal superbum ; mulus vero animal pigrum, unde non enrrit. Illi sunt ergo sicut equi, qui per superbiam extolluntur : Hier. viii, 6 : *Onnes reversi sunt ad cursum suum quasi equus impetu valens ad præclum*. Illi sunt sicut mulus, qui tarde ad viam Dei veniunt : Prov. xix, 4 : *Vult et non vult piger*. Vel per mulum intelligentur luxuriosi. Mulus luxuriosus est, tamen non generat : sic peccata luxurie infructuosa sunt : Rom. vi, 21 : *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis?* Vel equus portat sessorem indifferenter, et mulus omnis quodcumque : peccatorum duo imponuntur, sessor, sci-

<sup>1</sup> Al. ; & consequenter ostendit.

licet diabolus, et omnis, scilicet peccatum. Non ergo sitis sicut equus, non discernens inter sessores, an scilicet Christus sit, vel diabolus. Nec sicut mullus, qui quodlibet omnis, scilicet peccatum, indifferenter portat.

9. Deinde cum dicit, *In cano*, ponitur comminatio. Et primo per modum orationis. Secundo per modum prænuntiationis, ibi, *Multa*. Dicit ergo, *In cano etc.* Sie metaphorice. Si homo se habet sicut homo, Deus tractat eum sicut hominem, monitionibus et doctrinis; sed quando recessit a dignitate hominis, tractatur sicut brutum animal, quod coeretur poenis et violentia, scilicet, *In cano et frano*: quasi dicat. Monui quod non sicut sicut equus et mulus: quod si non acquiescunt, fac eis sicut equo et mulo, scilicet, *In cano et frano maxillas eorum constringe*, comprimendo scilicet loquacitatem, et subtrahendo cibos, quibus utuntur ad voracitatem. Loentioni enim et gustui deservit maxilla: Isa. xxxvii, 29: *Ponam circulum in naribus tuis, et franum etc.* Vel, *In cano et frano*, id est in majori et minori tribulatione.

10. Secundo cum dicit, *Multa*, prænuntiat; et primo quid paratur malis: quia *Multa flagella*: a Deo: Ps. xlix, 21: *Arguam te, et statuum contra faciem tuam*. A sua conscientia: Prov. xii, 18: *Quasi gladio pungitur conscientia*. A potestate: Rom. xiii, 4: *Vnde ex est in iram ei qui male agit*: Prox. xxvi, 3: *Flagellum equo, et canpus asino, et virga in dorso impru-*

*dentium*. Secundo quid paratur bonis. *Sperantem etc.* Misericordia potest esse nominativi casus, ut sic intelligatur quod ipsum misericordia circumdabit qui sperat in Domino. Vel potest esse ablativi casus, ut intelligatur quod Dominus misericordia sua circumdabit sperantem in se. Et hoc est quando nndique subvenit in miseriis hominum: Ps. cx, 4: *Qui corona te in misericordia etc.* Ultimo concluditur Psalmus gratiarum actione, cum dicit:

11. *Lactamini*. Haec est autem consuetudo in Psalmis pœnitentialibus, quod incipiunt in luctu, et finiunt in letitia: quia hoc facit pœnitentia. In hac autem conclusione hortatur justos et rectos ad bonam operationem, et rectam intentiōnem, dicens, *Lactamini in Domino et exultate justi*; quasi dicat: Duo sunt necessaria homini: scilicet recta operatio: et hoc facit justitia: et recta intentio: et hoc facit letitia. Dicit ergo, *Lactamini justi, et exultate*. Secundum *Glossam*, Lætari est tacita suavitate gaudere; exultare vero est concitati animi fervore gaudere. Unde exultatio provenit ex interiori gaudio. Sed in quo? *In Domino*, inquit, non in mundo: Phil. iv, 4: *Gaudete in Domino, iterum dico gaudete*. Sequitur, *Et gloriamini omnes recti corde*. Recti corde sunt, qui conformant voluntatem suam voluntati divinae: hi habent gloriari in Deo: II Cor. x, 17: *Qui gloriatur, in Domino glorietur*.

### PSALMUS DAVID XXXII

#### 1. *In finem.*

**Exultate justi in Domino : rectos decet collaudatio.**

2. **Confitemini Domino in cithara, in Psalterio decem cordarum psalmitte illi.**

3. **Cantate ei cantum novum : bene psallite ei in vociferacione.**

4. **Quia rectum est verbum Domini ; et omnia opera ejus in fide. Diligit misericordiam et iudicium; misericordia Domini plena est terra.**

5. **Verbo Domini cœli firmati sunt : et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.**

6. **Congregans sicut in atri aquas maris : potens in thesauris abyssos.**

7. **Timeat Dominum omnis terra : ab eo autem conuocantur omnes inhabitantes orbem.**

8. **Quoniam ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creatura sunt.**

9. **Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, et reprobat consilia principum.**

10. **Consilium autem Domini in eternum manet : cogitationes cordis ejus in generatione et generationem.**

12. **Beata gens cuius est Dominus Deus ejus : populus quem elegit in hereditatem sibi.**

13. **De celo respexit Dominus : vidit omnes filios hominum.**

14. **De preparato habitaculo suo, respexit super omnes qui habitant terram.**

15. Qui fixxit singillatum corda eorum, qui inteligit omnia opera eorum.

16. Non salvatur rex per multam virtutem; et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sua non salvabitur.

17. Ecce oculi Domini super metuentes eum: et in eis qui sperant super misericordia ejus. Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame.

18. Anima nostra sustinet Dominum: quoniam adiutor et protector noster est. Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto ejus speravimus.

19. Fiat misericordia tua Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

4. Titulus non est novus. Est enim, in finem *Psalmus David*. In Psalmo praecedenti egit Psalmista de sui justificatione; in hoc autem agit de dignitate justorum: et circa hoc duo facit. Quia primo exhortatur justos ad spiritualem laudem. Secundo exprimit eorum dignitatem, ibi, *Beata gens*. Circa primum duo facit. Primo enim exhortatur ad spiritualem jucunditatem et laudem. Secundo assignat rationem gaudii et laudis, ibi, *Quia rectum est*. Circa primum duo facit. Primo enim exhortatur ad jucunditatem et laudem. Secundo modum eorum exponit, ibi, *Confitemini Domino etc.* Circa primum duo facit. Ponit enim primo exhortationem. Secundo assignat ejus rationem, *Rectos decet collaudatio*. Dixerat enim, *Dixi, confitebor... et tu remisisti... et pro hac orabit etc.* Ergo, *Justi*, quia justificati estis, *Exultate in Domino*, non in mundo: alias non estis justi: non enim est justus qui non gaudet in justitia. Deus autem ipse est justus, et ipse est justitia; Ps. x, 8: *Justus Dominus etc.* Et ideo, *Justi exultate in Domino*: Habacue, m, 18: *Ego autem in Domino gaudeo, et exultabo in Deo Iesu meo*. Sed quare dicit, *Exultate justi in Domino*, et non dicit: Exulta omnes in Domino? Ratio est: quia, *Rectos decet collaudatio*, scilicet Dei. Videndum est igitur si sunt recti, et quomodo eos decet laus. Res non dicitur recta nisi per hoc quod conformatur regule et mensura. Mensura autem et regula voluntatis humanae est justitia et voluntas divina. Illi ergo qui non habent rectum affectum, non possunt bene collaudare Deum, quia volunt voluntatem suam conformare voluntati divinae, sed divinam volunt potius conformari

sue. Et ideo multa Deus facit, quae ipsi non approbant. Sed qui Dei voluntati se aptant, illi gaudent in prosperis et adversis: et ideo dicit, *Collaudatio*, quia de omnibus laudant, non in aliquibus tantum. Item unanimiter. Eccli xv, 9: *Non est speciosa laus in ore peccatoris*. Isa. iv, 2: *Exultatio his qui saluti fuerunt de Israel*.

2. Deinde eum dicit, *Confitemini Dominum*. Ponit modum laudis et jucunditatis. Sciendum est autem quod in laude Dei praeципie intenditur quod affectus hominis tendat in Deum, et dirigatur. Item consonantiae musicae immutant hominis affectum. Unde Pythagoras videns quod juvenis insaniret ad sonum Phrygium, mutari modum fecit; ita furentis adolescentis animum ad statum mentis pacatissimae temperavit, ut dicit Boetius in proemio *Musicae sue*. Inde est quod excogitatum est quod in omni cultu aliqua consonantiae musicæ exercantur, ut animus hominis excitetur ad Deum. Hujus autem consonantiae dupliceiter consueverunt exerceri: quandoque scilicet in instrumentis musicis, quandoque vero in cantionibus. Et ideo primo ostendit primum modum: quia, *In cithara*. Secundo secundum, ibi, *Cantate ei*. Affectus enim hominis per instrumenta et consonantias musicas dirigitur, quantum ad tria: quia quandoque instituitur in quadam rectitudine et animi firmitate: quandoque raptur in celsitudinem: quandoque in dulcedinem et jucunditatem. Et ad hoc, ut vult Philosophus in viii Pol., c. vii, tria genera cantus sunt instituta. Quia ad primum est cantus Doristicus, qui est primi et secundi toni, ut volnit quidam. Ad secundum est cantus Phrygius, qui est tertii toni. Ad tertium est cantus Hippolicus, qui est quinti toni et sexti. Alii sunt post superinventi. Et sic est in instrumentis, quia quedam instrumenta faciunt primum, sicut tibia, et tuba: quidam faciunt secundum, ut organum: quidam tertium, ut psalterium et cithara: Ps. lxxx, 3: *Psalterium jucundum eum cithara*. Sed quia Psalmista intendit hic inducere ad exultationem, non facit mentionem nisi de istis duabus, scilicet psalterio et cithara. Verum quia

*omnia in figura contingunt illis*, 1 Cor. x, 11: non solum istis instrumentis interbantur ad hoc, sed in figura. Cithara habet sonum ab imo, et signat landem que surgit ab imis, idest terrenis; Psalterium vero habet sonum a supremo, et signat landem que est de bonis celestibus. Dicit autem, *Decem chordarum*, quia per eas signantur decem praecepta decalogi, in quibus tota doctrina spiritualis consistit.

3. Consequenter cum dicit, *Cantate, agit de canto humanae vocis*. Scendum est autem secundum litteram, quod duplex est modulatio: quaedam enim est per simplicem cantum, et quaedam est organizando. Primum tangit, cum dicit, *Canticum novum*. Secundum, ibi, *In vociferatione*. Secundum spiritualem intellectum, de duobus debet homo exultare: scilicet de bonis gratiae susceptis, et de bonis glorie expectatis. Per prima bona innovamur. Ephes. iv, 23: *Renovamini spiritu mentis vestrae*: Rom. vi, 4: *In novitate vita ambulemus*. Ille ergo cantat cantum novum, qui exultat in Deo de renovatione gratiae: Apoc. xiv, 3: *Cantabant sancti canticum novum*. Ille vero bene psallit in vociferatione, qui de bonis gloriae cantat, et cantum quod homo corde concipit, exprimit verbis. Vel in jubilatione, seu in jubilo, secundum Hieronymum. Est autem jubilus latitia ineffabilis, quae verbis exprimi non potest; sed voce datur intelligi gaudiorum latitudo immensa. Illa autem quae non possunt exprimi, sunt bona gloriae: 1 Cor. ii, 9: *Oculus non vidit, nec auris audiit etc.* Et ideo dicit, *Bene psalite ei in jubilatione*, quia cantu exprimi non valent. Sed dices: In veteri testamento erant musica instrumenta, et cantus Vocis. Quare ergo Ecclesia illa dimisit, haec vero assumpit? Ratio duplex mystice assignatur: quia erant figuralia. Secunda ratio est, quod Deus laudatur mente et voce, non instrumentis. Alia ratio habetur ex verbis Philosophi, qui dicit quod contra sapientiam est quod homines instruantur in lyris et musicis, quia occupant animum in sui operatione; sed simplex debet esse musica, ut a corporalibus retrahantur divinis laudibus mancipati.

4. Secundo cum dicit, *Quia, assignat rationem gaudi et laudis*. Ratio autem laudis et gaudi duplex est. Una ex parte Dei, de quo est exultandum. Secunda ex parte effectuum ejus, ibi, *Verbo Domini*. Circa primum tria facit. Primo ponit ex quibus ex parte Dei. Et primo, *Quia rectum est verbum Domini*, idest instructio: Ps. cxvii, 105: *Lucerna proibus meis etc.* Vel ipsa promissio: Prov. viii, 8: *Justi sunt omnes sermones mei etc.*, usque Rrecti sunt intelligentibus. Secundo quia, *Omnia opera ejus in fide, idest fidibus*: Psal. cxlv, 13: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis*. Multum autem habetur gaudium, quando invenitur homo fidelis: Prov. xx, 6: *Virum autem fidelem quis inveneriet? Vel, In fide, ait, quia opera Dei sunt bona meritoria. Haec autem non sunt meritoria nisi stant in fide, quia sine fide impossibile est placere Deo*, Hebr. xi, 6: Vel, *Rectum verbum, Et opera ejus. Sed quibus? In fide idest in fidibus: in infideilibus enim non apparent opera Dei et verba recta. Tertio quia Diligit: et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit affectum Dei cum dicit, Diligit Dominus. Secundo manifestat per signum, ibi, *Misericordia Domini plena est terra*. Inter omnia que facinut gaudere de Domino, sunt duo, scilicet misericordia et justitia: Prov. xxi, 4: *Misericordia et veritas custodiunt regem*. Per justitiam enim subditi defenduntur. Tolle justitiam, et nullus securus et laetus erit. Item sine misericordia omnes timent, et non diligunt. Hoc de Deo dat intelligi, cum dicit, *Diligit Dominus misericordiam et judicium*. Diligit enim in seipso, quia in opere sunt haec: Ps. xxiv, 10: *Universa via Domini misericordia et veritas*. Item diligit in unoquoque: Mich. vi, 8: *Indicabo tibi o homo quid sit bonum, et quid Dominus requirat a te. Utique etc.* Et ideo ait, *Exultete*, quia vere misericordiam diligit Deus: nam *Misericordiam Domini plena est terra*. Ecce manifestat per signum. Omnis enim plenitudo terrae procedit ex misericordia Dei, quia terra est non temporalibus, sed spiritualibus bonis plena; et maximo post adventum Christi. Act. ii, 4: *Repleti sunt omnes Spiritu sancto**

etc. Omnia enim haec sunt ex misericordia Dei: Rom. ix, 46: *Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis.* Dicit autem, *terra etc.*, non cælum, quia in cælo nulla est miseria, et ideo non indiget misericordia: sed terra ubi repletur homo multis miseriis, indiget plenitudine misericordie.

5. Deinde cum dicit, *Verbo*, ponitur causa gaudii ex parte divinorum effectuum. Moyses in principio creationis rerum facit mentionem de tribus: de cælo, de aqua, et de terra: Gen. 1: *In principio creavit Deus cœlum et terram: et infra: Spiritus Domini serpatur super aquas.* Seendum hoc ergo Psalmista dicit primo effectum Dei in cælis. Secundo in aquis, ibi, *Congregans.* Tertio in terra, ibi, *Tinebat Dominum omnis terra.* Dicit ergo, *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Secundum *Glossam* exponitur litteraliter et mystice. Et utroque sensu tractantur haec verba quae sunt ex parte Dei, scilicet Dominus, verbum et spiritus oris. *Dominus* est nomen potestatis, et potentiae appropriatur Patri. Verbum est conceptio mentis, unde et sapientia genita dicitur. Et verbum est Filius, Spiritus ejus est Spiritus sanctus. Dicitur autem spiritus oris, quia verbo appropriatur os: unde idem est dictum, ac si diceret, Spiritus verbi; quia ipse est spiritus filii et veritatis. Et licet indivisa sint opera Trinitatis in divinis: Jo. v, 19: *Quaecumque Pater facit; haec et Filius facit similiter;* hic tamen secundum appropriationem loquitur. In cœlo autem sunt duo mirabilia: scilicet ejus perpetuitas, quia incorruptibile; et ejus virtus, per quam totus mundus inferior immutatur, per calorem videlicet in aestate, per frigus vero in hyeme. Perpetuitas autem cœli continget ex natura formæ sue: nam forma elementorum sunt particulares, et non implent totam potentiam materiae: unde materia eorum remanet in potentia ad aliam formam. Forma vero cœli habet totalitatem quamdam, et replet totam potentiam materiae. Sed forma artificiati procedit ex forma artificis. Forma autem concepta in corde Patris est Verbum. Ergo formatio omnis rei attribuitur Verbo; nude dicit, *Verbo Domini cœli firma-*

*ti sunt.* Virtus autem cœlorum est in mouendo. Omnis autem motus posterior derivatur a priori sicut a causa. Primus motus in rebus quæ sunt per voluntatem est motus amoris: quia omnis motus in rebus quæ voluntatem habent, est motus voluntatis. Et ideo dicit Dionysius, iv cap. de *Dic. nom.*, quod divinus amor non sinit eum esse sine germe; mouet autem ipsum ad operandum etc. Necesse est ergo quod virtus cœlorum sit a spiritu: et ideo dicit, *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Mystice per cœlos intelliguntur Apostoli: hi firmati sunt verbo Domini, scilicet Christi, vel filio Domini: et hoc est exoratio ejus et doctrina. Lue. xxii, 32: *Ego pro te rogarī, ut non deficiat fides tua rite.* Item virtus eorum firmata est per Spiritum sanctum. Lue. ult. xxiv, 49: *Sedete in civitate, quoadusque induamini virtutē ex alto.*

6. Deinde cum dicit, *Congregans sicut in utre aquas maris*, ostendit effectum Dei in aquis. In aquis autem duo mirabilia sunt consideranda. Unum, quod aquae congregantur in unam partem terra, et non occupant totam superficiem, quod est mirabile propter duo. Primo, quia naturalis ordo est quod sic aqua circumdet totam terram, sicut aer aquam. Item mare est altius terra. Secundo, quia licet aqua continue evaporet per calorem solis, tamen in eadem quantitate conservatur. Et ideo duo dicit: scilicet quod congregatur in unum ex mandato Dei. Hier. v, 22: *Posui arenam terminum mari, præcepimus sempernū quod non prateribit: et commovebuntur, et non poterunt, et intumescent fluctus ejus et non transibunt illud.* Job xxxviii, 8: *Quis conclusit ostium mare etc., usque tumentes fluctus ejus?* Et ideo dicit, *Congregans sicut in utre aquas maris.* Aqua congregata in utre habet tremorem et elevationem, noui tamen detinet: quia retinetur a pelle utris; sic aqua congregata in mare habet tumultum, et tamen non fluit, quia continetur virtute divina. Gen.

· *Congregentur aquæ etc.* Aliud mirabile est, quod continue evaporet, et non minuitur. Unde, sicut quidam philosophi dicunt, per virtutem caloris solis tota aqua siccaretur secundum naturam.

Et ideo contra hoc dicit, *Ponens in thesauris abyssos*. Abyssus, secundum Augustinum, dicit profunditatem aquarum immeabilem: et habet duplarem interpretationem: ab *a*, quod est sine, et *basi*, quod est fundamentum: quasi sine fundamento, et sine candore, quia profunda est et obscura. In thesanro sunt tria: quia thesaurus quamdam multitudinem auri dicit, et illud quod in thesanro ponitur, conservatur: unde dicitur quasi theca auri. Item ponitur, ut ad utilitatem extrahatur. Hoc totum est in abysso: quia in ea est immensa abundantia sive multitudine aquarum. Secundo in abysso conservatur aqua et non decidit; tertio extrahuntur ad utilitatem, cum elevantur vapores ex eis, et generantur pluviae, et irrigatur terra. Ps. xvii, 16: *Apparuerunt fontes aquarum*. Mystice exponitur duplisper: de bonis et de malis. De bonis, ut per aquas maris intelligamus populos. Apoc. xvii, 15: *Aquae multae populi sunt, et gentes et lingue*. Quasi ergo aquas maris populos hujus mundi congregat in Ecclesia sicut in utre. Comparatur autem Ecclesia utri propter unitatem: et quia ute de pelle sit mortui animalis; per hoc insinuat quod ad hoc aliqui ad Ecclesiam venient, ut mortificent membra sua, que sunt super terram; nam quasi celli. Apostoli confirmati sunt, et ex his congregati sunt in Ecclesia populi. *Ponens abyssos*, idest profunditatem divinorum sensuum, *In thesauris*, sacrae Scriptura. Isa. xxxiii, 6: *Dicitia salutis, sapientia et scientia; timor Domini ipse est thesaurus eius*. Vel abyssos prius, scilicet peccatores profundos et obscuros tenebris vitorum, ponens thesauros auri Ecclesiae. Magnus thesaurus Ecclesiae Paulus est, et Matthaeus, et Magdalena, qui quondam fuerant quasi quadam abyssus. In malis vero aqua maris intelligitur tribulatio hujus vitae. Ps. lxviii, 2: *Intraverunt aquae usque ad animam meam*. Deus autem confirmat eos, non tamen auffert eis infirmitates; quia sic gratia conservatur interior, quod infirmitates exterius non excludat. Et ideo dicit quod congregat tri-

bulationes eorum, scilicet column, idest virorum celestium, *In utre*, idest in corporibus eorum, ponens abyssos, idest persecutores Ecclesie in thesauris, quia non dat eis libertatem saeviendi contra Ecclesiam quantum volunt.

7. Tertio, cum dicit, *Timeat*, ostendit effectum Dei in terra. Et primo praemittit monitionem; secundo ostendit effectum Dei circa terram, ibi, *Quoniam ipse dixit etc.* Circa primum duo facit. Primo enim ponit monitionem; secundo expopnit eam, ibi: *Ab eo autem etc.* Dicit ergo, *Timeat Dominum etc.* Sed quare hic ponit monitionem, cum locutus sit de effectibus aliis in quibus nulla monitione usus est, sed solum de terra? Ratio est, quia omnis alia creatura obedit Deo ad nutum, nisi homo terrenus; et ideo dicit, *Omnis terra*, idest omnis homo terrenus, *timeat Dominum*. Eccl. xi, 13: *Deum time, et mandata ejus obserua: hoc enim est omnis homo*. Nam metonymica locutio est haec ut intelligatur continens pro contento, cum dicit, *terra*, idest habitatores terra. Secundo exponit monitionem, dicens, *Ab eo autem etc.*, bona scilicet commissio ad servitium Dei: quia ipse sohns trahit. Joan. vi, 44; *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*.

8. Deinde cum dicit, *Quoniam*, ostendit effectum duplarem circa terram. Et primo effectum creationis; secundo gubernationis, ibi, *Dominus dissipat*. In creatione autem sunt duo consideranda: scilicet ipsa formatio, et ipsa creatio. Utrumque autem est hic. Nam primo ostendit ipsam formationem, cum dicit, *Ipse dixit etc.* Secundo ipsam creationem, cum addit, *Ipse mandavit etc.* Dicit ergo, *Quoniam ipse dixit*: Augustinus vii super Gen. ad litt.: *Omnis formatio est per Verbum, quia res creata se habent ad Denm sicut artificiata ad artificem*. Unde sicut omnes formae artificiati sunt a forma concepta<sup>1</sup> in mente artificis, ita omnis forma rerum est a Verbo divino concepto. Unde *ipse dixit*, idest concepit Verbum ab aeterno, et secundum illud omnia facta sunt; quasi dicat:

Genuit Verbum in quo erat ut fieret omnia, et sic est formatio. Secundo creatio: quia, *Mandavit et creata sunt*. Dicere namque importat verbum formatum. Mandare importat monitionem, vel emanationem solum. Unde mandare importat creationem materie informis. Eccl. viii, 4: *Sermo illius potestate plenus est*. Mystice, *Dixit et facta sunt*, semine gratiae: *mandavit*, in opere veritatis. Psal. ciii, 30: \* *Emitte spiritum tuum etc.* Quantum vero ad opus gubernationis dicit :

**9. Dominus.** Quia stabilis manens immutat omnes. Et primo ponitur omnium mutatio; secundo sua stabilitas, ibi, *Consilium*. Carea habitatores terrae advertendum est quod quidam sunt parvi, quidam magni; et utrique mutantur. Quantum ad parvos dicit, *Dominus dissipat etc.* Ubi duo tangit, scilicet propositum quod est de fine, et consilium de his quae sunt ad finem. Et hoc immutatur quia non agit secundum quod consiliatur, sed secundum quod Deus disponit. Isa. viii, 10: *Intra consilium et dissipabitur*. Et hoc est quod dicit, *Dominus dissipat consilia gentium*. Et specialiter dissipavit consilium volentium dissipare legem Christi. *Et cogitationes reprobant populos*, humana scientiam: talium enim propositum reprobat Dominus. Quantum ad magnos dicit, *Et reprobat consilia principum*: quasi dicat, Non solum populorum, sed et principum consilia reprobat; quia non est in potestate eorum, quod intentum assequantur effectum, sed in ordinatione divina. Job : *Adducit consiliarios in stultam finem*.

**10. Deinde** cum dicit, *Consilium autem*, ponitur stabilitas Dei, quia consilium suum stat, et cogitatio sua perseverat. Sed numquid consilium est in Deo? Videatur, quod non: quia importat dubitationem.

Respondeo. Dicendum, quod aliter accipitur consilium in Deo, et aliter in nobis. Scientia enim in nobis importat discurrsum, in Deo vero certitudinem. Sie de consilio, cum est in nobis, dicit inquisitionem; cum autem dicitur de Deo,

importat ordinationem respectu omnium ad debitum finem. Isa. xlvi, 10: *Consilium meum stabit, et omnis voluntas uera fiet*, Act. v, 38: *Si erit Deus est consilium, non poteritis starre, et dissolubre illud*. *Cogitationes cordis ejus*, idest propositum voluntatis ejus manet: quia si mutat sententiam, non mutat consilium. Isa. lv, 8: *Non cuiam cogitationes mee cogitationes vestræ, neque via meæ via vestra*.

**11. Beata gens.** Supra hortatus est iustos ad iucunditatem; hic ponit eorum dignitatem: et circa hoc duo facit. Primo enim proponit eorum, dignitatem; secundo probat, ibi, *in corlo*. Dignitas sanctorum maxima est; quia ipsi soli pervenient ad quod omnes homines naturaliter desiderant. Si minus vel pauci pervenirent ad unum ad quod omnes pervenire desiderarent<sup>1</sup>, hoc esset magna dignitas. Omnes autem desiderant tendere ad beatitudinem, ad quam tamen soli justi pervenient, quia eam consequentur in futuro perfecte, nunc vero inchoative et in spe. Ergo dignitas justorum est magna. Circa eorum beatitudinem hic inchoatam et in futuro perficiendam, duo tangit: materiam<sup>2</sup> scilicet et causam, ibi, *populus*. Dicit ergo, *Beata gens*. De Beatitudine diversi diversa senserunt. Et secundum diversas opiniones de haec sunt diversæ sectæ philosophorum. Quidam enim posuerunt eam in bonis corporibus, sicut Epicurus. Quidam in operibus activa vita, ut Stoici. Quidam in veritate contemplatione, ut Peripatetici. Quare beatitudinem in eo quod est infra nos, est vanum, quia beatitudo est supra nos. Quod autem est supra nos, hoc est Deus. Ergo beatitudo hominis est inherere Deo. Unumquodque enim perfectum est, si inheret proprio bono. *Proprium autem bonum hominius est Deus*. Ps. lxxii, 28: *Mihi autem ualhixere Deo bonum est*. Deo autem potest quis inherere mente, scilicet intellectu et voluntate, non sensu, quia hic etiam brutis est communis. Dupliciter ergo inheret homo Deo: scilicet per intellectum contemnendo et cognoscendo, et per affectum amando. Et quia haec imperfecta sunt in

<sup>1</sup> Al. : « desiderant. »

<sup>2</sup> Al. : « misericordiam. »

via, perfecta vero in patria; ideo hic beatitudo est imperfecta, ibi perfecta. Et ideo dicit, *Beata gens.* Et quare? Quia *Dominus est Deus ejus*, idest habet Deo mentem conjunctam. Propterea, *Beatus populus cuius est Dominus Deus ejus.* Hebr. ii, 11: *Nun confunditur Deus vocari Deus eorum.* Sed quae causa est ejus? Numquid natura, fortuna, vel propria virtus? Non. Sed electio divina. Ioh. xv, 16: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Item ibidem vi, 44: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum.* Et ideo subdit, *Populus quem elegit;* quasi dicat, Ideo beati, quia a Deo electi. Eph. i, 4: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Et hoc, in hereditatem, idest ut ipsi simus ejus hereditas. Hereditas importat stabilem possessionem. Deus autem possidet omnia per dominium. Sed soli justi subduntur ei per voluntatem: unde in hereditatem eos elegit, idest ad habendam justitiam sempiternam. Sap. i, 15: *Justitia perpetua est et immortalis.* Isa xix, 25: *Hereditas mea Israel.* Dominus ergo Deus eorum quia eo fruuntur. Et ipsi sunt hereditas Dei, quia ei subjiciuntur.

42. Deinde cum dicit, *De celo*, probat eorum dignitatem per discussionem divini judicij: et circa hoc tria facit. Primo enim praemittit certitudinem divini judicij. Secundo subdit vanitatem humanae prosperitatis, ibi, *Non salvabitur rex.* Tertio efficiam gratiae in sanctis, ibi, *Ecce oculi Domini.* Circa primum duo facit. Primo certitudinem divini judicij pensat ex ejus altitudine; secundo ex ejus causalitate. Et primo ostendit eam ex primo; secundo ex secundo, ibi, *Qui finxit.* Circa primum duo facit. Primo enim ostendit certitudinem divini judicij ex ejus altitudine. Secundo removet dubitationem, ibi, *De preparato.* Dicit ergo, *De celo etc.* Quanto aliqua virtus est altior in ordine et genere virtutis, tanto est efficacior ad opera quae illi virtuti convenient. Et ideo quanto aliqua virtus cognitiva est subtilior, tanto est efficacior in cognoscendo. Nihil adeo est sublimis sicut divinus intellectus: et ideo

efficacia ejus in cognoscendo est maxima. Et ideo dicit, *De celo*, idest altitudine divinae maiestatis. Sicut enim nihil est altius celo in corporalibus, ita nihil altius Deo in spirituibus. Et ideo quia de alto respicit, ideo, *Videt omnes filios hominum;* quia quanto plus ex alto videt, tanto plures videt: Prov. xvi, 2: *Omnes viae hominum patent oculis ejus.*

43. Deinde cum dicit, *De preparato*, removet dubitationem. Aliqui enim crederunt Deum habitare in celis, quasi in remotis non cognosceret humana: Job. xxii, 14: *Circa cardines celo perambulant, et nostra non considerat.* Hoc excludit Psalmista dicens, *De preparato habitaculo;* quasi dicat: Nullus prepararet<sup>1</sup>. Stultus enim rex esset si prepararet sibi sedem ubi non posset regere regnum: et hoc est quod dicit, *de preparato habitaculo*, idest de celo quod sibi preparavit ut esset habitaculum suum: non quidem quod comprehendatur eo, sed quia magis reluet in eo gloria sua. *Resperit,* inquit, *Super omnes qui habitant terram,* idest carnem, eam domando: Psal. cxii, 5: *Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, et humilia respicit etc.* Psal. cxii, 19: *Dominus in celo paravit sedem suam etc.* Vel *De celo*, idest Christo Angelis vel Apostolis respxit oculo misericordiae sue ad salvandum homines.

44. Deinde cum dicit, *Qui finxit*, probat certitudinem divinae cognitionis ex ejus causalitate: et circa hoc duo facit. Primo enim ponit ejus causalitatem. Secundo concludit certitudinem cognitionis ejus, ibi, *Qui intelligit.* Stultum esset dicere, quod aliquis faciens aliquod opus operatum, ignoraret usum ejus: frustra enim faceret, cum usus sit finis ejus; et ideo alibi dicit: Psal. xcii, 9: *Qui finxit oculos, non considerat?* Quomodo ergo potest esse quod faceret aliquid proportionatum ad cognoscenda particularia nisi ipse cognoscat ea? Homo namque cognoscit singularia per intellectum et animam et cor suum. Ergo Deus qui facit illud cor, cognoscit ea. Et nota, quod verba habent pondus summ. Dicit enim, *Corda, ut excludat unitatem intellectus*

<sup>1</sup> Al.: « prepararet, » et sic infra.

in omnibus : nam diversi diversos habent intellectus. Dicit autem, *Singillatim*, ut ostendat quod anima non est duplex; alias non dicitur finxisse singillatim, sed unam, ex qua omnes, et sic similiter singillatim. Ergo ipse singulas per se animas finxit, scilicet per creationem, cum sit anima substantia per se subsistens, non ex materia. Item dixit, *Finxit*, ut ostendat quod non de substantia Dei fit; alias non dicitur facta, sed consubstantialis. Et dicit signanter, *finxit*, quia fingere signulorum est qui vili materia<sup>1</sup> pulchram formam imprimunt; sic Deus corpori luteo animalm creando infundit: II Cor. iv, 7: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*: Rom. ix, 20: *Nunquid dicit signum illi qui se finxit, quid me fecisti sic?* Et ex hoc concludit quod *Intelligit omnia opera eorum*: qui enim seit causam, seit effectum. Causa autem omnium effectuum humanorum est cor. Deus autem seit<sup>2</sup> cor. Ergo et ejus opera. *Finxit* intelligitur de figmento gratiae, et hoc singillatim, quia *divisiones gratiarum sunt*, I Cor. xii, 4. Et hoc quia ipse intelligit opera eorum adjuvando et promovendo.

43. *Non salvatur*. Supra Psalmista ostendit dignitatem sanctorum ex certitudine divini judicii, ex qua probare intendit dignitatem sanctorum; nunc in parte ista ostendit humane prosperitatis vanitatem: et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quod nulla potestas temporalis potest homines ad salutem justorum perducere. Secundo ostendit, quia hoc facit misericordia Dei, ibi, *Ecce oculi Domini*. Dicit ergo, *Non salvatur rex*. Sed quia potestas secularis est triplex: una que consistit in multitudine subditorum, alia in robore corporis, et alia in divitiis exterioribus; ideo ostendit quod nullum eorum potest perducere ad salutem. Et primo de prima potestate, et haec est regia; et ideo dicit, *Non salvatur rex per multam virtutem*. Hieronymus babet, *In multitudine etc.* Psalm. cxlv, 2; *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus*. Immo si aliquando habent salutem, hoc

est per Deum: Psal. cxliii, 10: *Qui das salutem regibus*. Secundo ostendit quod non est salus in robore corporis; unde dicit, *Et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sua*; idest roboris: Baruch, iii, 26: *Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio etc.* Tertio, quod non in divitiis. Et ponit duo administrativa; scilicet equum, et abundantiam rerum. Quantum ad primum dicit, *Follax equus etc.*, idest quantumcumque habeat bonum equum, tamen non potest salvari copulari vel spiritualiter: Prov. xxi, 31: *Equus parvatur ad diem bellum, Dominus autem salutem tribuet*. Quantum ad secundum dicit, *In abundantia autem virtutis sua non salvabitur*, idest rerum exteriorum: Prov. xi, 28: *Qui confidit in divitiis suis, corrut*: Isa. xxxi, 4: *Vix qui descendunt in Aegyptum ad aurilium in equis sperantes*. Mystice, moraliter et allegorice sic exponitur, quod homo non salvatur propria virtute, quodemque homini obtineat. Est enim triplex bonum per quod videtur quis consequi posse salutem. Primum est potentia: et quantum ad hoc dicit, *Non salvatur rex per multam virtutem*. Si vero sit potens ut regat alios, hoc non est per virtutem suam, sed babet a Deo. Secundum est constantia; et hanc non habet per virtutem suam: unde dicit, *Et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sua*. Tertium est bona dispositio corporis et fortitudi: unde dicit, *Follax equus*, scilicet corpus forte et robustum est fallax. Vel est universaliter, *In abundantia virtutis sua*, idest undecimque habeat aptitudinem ad homini, non salvatur nisi ei Deus salutem tribuat: Psal. xxix, 7: *Ego diri in abundantia mea, non movebor in aeternum*. Avertisisti etc. Hoc est quod dicitur Hier. ix, 23: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis*.

44. Deinde cum dicit, *Ecce oculi*, ostendit efficacia divinae misericordiae ad salvandum. Et primo ponit misericordiam salvantem. Secundo affectum sanctorum ex hac consideratione conceptum, ibi,

<sup>1</sup> Al.: « materia. »

<sup>2</sup> Al.: « erit. »

*Anima nostra.* Circa primum tria facit. Primo enim ostendit divinam misericordiam. Secundo, in quibus habet effectum divina misericordia, ibi, *Super metuentes eum*. Tertio, quem effectum habet, ibi, *Ut eruat.* Dicit ergo, *Eccce oculi Domini.* Divinam enim misericordiam insinuat per respectum Dei. Psalm cxviii, 132 : *Aspice in me, et miserere mei.* In quo autem respicit, subdit, *Super metuentes etc.* Iacob. i, 18 : *Mundi sunt oculi tui ne rideas malum, et respicere ad iniuriam non poteris.* Respicere ergo super eos, qui timorem habent et spem. Unum sine altero non sufficit; quia timor sine spe desperat, et spes sine timore presumit. Timor autem consurgit consideratione divinae potestatis. Hier. x, 7 : *Quis non timebit te o rex gentium?* spes vero consurgit ex Dei misericordia. Ex primo consurgit fuga peccati, ex secundo spes veniae. Effectum autem divinae misericordiae ostendit cum dicit, *Ut eruat a morte etc.* Ubi duplum effectum ostendit: quia liberat a malo; et quantum ad hoc dicit, *Ut eruat a morte.* Item confirmat in bono; et quantum ad hoc dicit, *Et adat eos.* Dicit ergo, *Ut eruat a morte animas eorum, a morte corporali, et morte peccati, et a morte futurae damnationis in resurrectione.* Oscar. xiiii, 14 : *De manu mortis liberabo eos etc.* Confirmat etiam in hono: unde ait: *Et adat eos infame,* idest in necessitate; et loquitur de alimento corporali. Ps cxliv, 15 : *Oculi omnium in te sperant Domine, et tu das illis escam in tempore opportuno.* Et de alimento spirituali. Deut. viii, 3 : *Non in solo pane rivot homo, sed in omni verbo ereditur quod procedit de ore Dei.* Et de alimento sacramentali. Job. vi, 36 : *Caro mea vere est cibus.* In loco pascuae ibi me collocavit: Ps xxii, 2.

17. Consequenter cum dicit, *Anima,* ostendit quis effectus sequitur in istis ex hac consideratione. Et est duplex. Primus effectus sperandi. Secundus orandi, ibi, *Fiat misericordia tua etc.* Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quomodo

in eis consurgit effectus spei. Secundo assignatur ratio, ibi, *Quoniam adjutor.* Dicit ergo ita, *Oculi Domini super metuentes eum etc.* Et ideo *anima nostra sustinet Dominum,* idest si qua mala nobis a Deo immittuntur, patienter sustineamus. Jac. v, 11 : *Sufficientem Job audistis.* Item expectando ejus promissa. Sustinet ergo punctionem et promittentem. Et est duplex ratio. Una est propter experientiam beneficiorum; alia vero propter spem futurorum, ibi, *In eo luctabitur.* Experientia beneficiorum est in honorum promotione; unde dicit, *Quoniam adjutor.* Item in protectione a malis; et ideo dicit, *Et protector.* Speramus autem futuram jucunditatem; unde ait, *In eo luctabitur cor nostrum,* idest in ejus visione. Isa. lxvi, 14 : *Videbitis et gaudebit cor vestrum.* Job. xxii, 26 : *Tunc super omnipotentem delicias affluet etc.* Et hoc gaudium est hic imperfectum, sed ibi, in patria scilicet, est perfectum. Et hoc ideo, quia, *In nomine sancto ejus speravimus.* Ponitur enim hic et pro quia. Nomen sanctum ejus est nomen misericordiae ejus; quasi dicat, Ideo, *Lætabimur, quia, speravimus in nomine sancto ejus,* idest in ejus bonitate, vel in ejus misericordia, et non in meritis nostris.

Deinde cum dicit, *Fiat misericordia,* ponitur orandi effectus; nam oratio interpres est spei; et ideo sequitur spem. Et licet quodlibet particulare beneficium sit ex misericordia divina, duo tamen specialiter sunt ex hac. Primum est beneficium Incarnationis: Lue. i, 78 : *Per viscera misericordiarum Dei nostri etc.* Fiat misericordia tua, scilicet ut carnem suscipias et liberes nos, *Super nos,* idest supra nostra merita. Aliud beneficium est salutis: et hoc est super nos, quia *Non ex operibus justitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Tit. iii, 5 : *Quemadmodum speravimus in te, quia, Nullus speravit in Domino, et confusus est,* Eccli. ii, 14.

## PSALMUS XXXIII

1. *Cum mutant os suum coram Abimelech,  
et dimisit eum et abiit.*

Benedicam Dominum in omni tempore ; semper laus ejus in ore meo.

2. *In Domino laudabitur anima mea.*

3. *Audient mansueti, et latentur.*

4. *Magnificate Dominum nescium, et exalteamus nomen ejus in idipsum.*

5. *Exquisivi Dominum, et exaudivit me : et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.*

6. *Accedite ad eum, et illuminauimini : et facies vestra nou confundentur.*

7. *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudiens eum : et ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum.*

8. *Immitiet angelus Domini in circuitu timentium eum, et eripiet eos.*

9. *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus : beatus vir qui sperat in eo.*

10. *Timente Dominum omnes sancti ejus ; quoniam non est inopia timentibus eum.*

11. *Dives egnerunt, et esurierunt : inquirentes autem Dominum non minuerunt omni hono.*

12. *Venite, filii, audite me : timorem Domini docebo vos.*

13. *Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos ? Prohile linguam tuam a malo, et labia tua ne loquuntur dolium. Diverte a malo, et fac bonum : inquire pacem, et perseque te eam.*

14. *Oculi Domini super justos : et aures ejus in preces eorum.*

15. *Vultus autem Domini super facientes mala ; ut perdat de terra memoriam eorum.*

16. *Clamaverunt justi, et Dominus exaudiens eos : et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.*

17. *Juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde : et binuiles spiritu salvabit. Multa tribulationes justorum.*

18. *Et de omnibus his liberabit eos Dominus.*

19. *Custodit Dominus omnia ossa eorum : unum ex his non contenteret.*

20. *Mors peccatorum pessima : et qui oderunt justum delinquent.*

21. *Redimet Dominus animas servorum suorum, et non delinquent omnes, qui sperant in eo.*

1. *Titulus : Psalmus David cum mutant vultum suum coram Abimelech, et dimisit eum, et abiit. Historia haec habetur I Reg. xxi, ubi dicitur, quod David fugiens a facie Saulis, venit ad Achis regem Gethi, et cognitus est ibi, et etiam virtus ejus, quia occiderat Philistinum ; et timens ex hoc sibi periculum immovere, quia illi erant de genere Philistinorum, et etiam propter virtutis sua invidiam, voluit hoc vitare, et fixit se fatnum, et sic rex illo contempserit eum. Totum hoc habetur I*

Reg. xxi ; nisi quod nomen non consonat, quia ibi rex vocatur Achis, hic vero Abimelech. Nec est inconveniens, vel quia binomius fuit, vel quia Achis nomine, sed de genere Abimelech. Unde mutant vultum ostendendo se fatnum, et dimisit eum et abiit, quia David ejectus ab eo abiit, et recessit. Mystice Christus mutant vultum suum, quando mutant sacramentum suum, in quo divina veritas occulta fuit. Vel Christus vetus sacramentum<sup>1</sup> paschale mutant in novum coram Abimelech, qui interpretatur patris mei regnum. Pater Christi Deus secundum divinitatem, David vero secundum humilitatem. Regnum David est populus Iudaorum, regnum Dei est Ecclesia. Christus vero mutant vultum suum coram Abimelech, idest coram Iudeis, qui erant regnum patris sui David, qui non cognoverunt eum : Isa. lxx, 2 : *Vidimus eum, et non erat aspectus : et contempterunt eum : Undo nec reputarimus eum.* Et abiit ad gentes. Vel Achis qui incredulus interpretatur, significat Iudeos. In praecedenti Psalmo exposuit Psalmista justorum dignitatem ; hic autem invitat alios ad Dei laudem. Dividitur autem iste Psalmus in duas partes. Primo enim ponitur exhortatio ad laudem. Secundo quadam instructio necessaria, ibi, *Venite filii. Circa primum duo facit. Primo enim agit de Dei laude. Secundo ponit materiam laudis, ibi, Erquisici. Circa primum duo facit. Primo enim premittit laudis exemplum. Secundo hortatur alios ad imitandum, ibi, Audient. Circa primum duo facit. Primo enim ponit exemplum laudis in se. Secundo laudis Dei fructum, ibi, In Domino laudabitur. Dicit ergo, *Benedic dominum. Aliquando laudat Deum aliquis propter seipsum, sicut quando loquitur lingua, sibi soli loquitur. Aliquando propter consolationem aliorum, sicut quando prophetat etiam aliis. Benedic ergo Domino est, ut dictum est, confiteri laudem Dei ; sed benedicere Dominum est**

<sup>1</sup> Al. : *e testamentum.*

**facero bonum :** *In omni tempore*, scilicet adversitatis et prosperitatis. *Contra Psal.* xlvi, 19 : *Confitebitur tibi cum beneficeris ei* : sed non sic faciebat *Joh n.*, 10 : *Si bona suscipimus de manu Domini, mala autem etc.* *Tob.* iv, 20 : *Omnis tempore benedic Deum.* Item oportet ut non solum in se, scilicet in corde suo quis benedicat Deum, sed etiam quod laudem ejus habeat in ore. Necesitas enim laudis vocalis est, ut non solum laudes Deum, sed etiam ad utilitatem et provocationem aliorum laudes em. Unde dicit, *Laudis ejus in ore meo* : *Isa. li*, 3 : *Gaudium et letitia inveniuntur in ea, gratiarum actio, et vox laudis. Semper*, antem dicit, idest in omni statuto tempore. Vel in preparatione animi. Vel semper beneficiando, ex quo Deus semper laudatur. Nota quod hic versiculos cantatur in sexta, quando Christus passus est, cuius passio est nobis causa laudis.

2. Deinde cum dicit, *In Domino*, ponitur fructus laudis. Dicit ergo, *In Domino laudabitur anima mea.* Semper enim bonus amici quis reputat suum bonus. Unde dicit: *In laudem Dei etiam laus mea est.* Si Deus est magnus, constat quod ejus amicus est magnus: *Psal. cxvii*, 14: *Fortitudo mea et laus mea Dominus.* Et dicit, *Anima*, quia ad ipsam principaliter est gaudium spirituale.

3. Consequenter cum dicit, *Audiant*, inducit alios primo ad causam laudis. Secundo ad ipsam laudem, ibi, *Magnificate.* Principium laudis est interius gaudium; unde dicit, *Audiant mansueti.* Et ideo lamentantur in omnibus quae Dei sunt, quia immites non lamentantur, sed rebellant. Et dicit, *Audiant*, quia haec laetitia est ex auditu aliorum bene agentium.

4. Deinde cum dicit, *Magnificate*, horatatur ad laudem. Et primo ad interiorum. Secundo ad exteriorum, ibi, *Et exalteamus.* Quantum ad primum dicit, *Magnificate Dominum mecum.* Idem est magnificare et laudare Deum, quia idem est bonitas Dei et magnitudo: quia in his que non mole magna sunt, idem est maius esse quod melius, secundum angustum de *Trn.* Et ideo dicit, *Magnificate*: *Lue. i*: *Magnificat anima mea Dominum.* Et hie respondet ei quod dicit, *Benedicam Domi-*

*num.* Quoad secundum dicit, *Et exalteamus nomen ejus.* Quod in se altum exaltari dicitur, dum diffunditur in multis: *Ecli. xliii*, 32 : *Glorificantes Deum exaltate eum, quantum potestis etc.* In idipsum, idest concorditer. Et hoc respondet ei quod dicit, *Laudis ejus in ore meo.*

5. Consequenter cum dicit, *Exquisivi*, ponitur materia laudis, qua est divina clementia in exaudiendo. Carea primum duo facit. Primo enim ponit clementiam ejus exauditionis. Secundo meritum exauditionis, ibi, *Iste pauperr clamavit.* Carea primum duo facit. Primo enim ponit beneficium sibi concessum. Secundo invitat alios ad hoc beneficium consequendum, ibi, *Accedit etc.* Carea primum tria facit. Primo enim ponit petitionem. Secundo exauditionem, ibi, *Et exaudiuit.* Tertio exauditionis effectum, ibi, *Et ex omnibus.* Dicit ergo, *Exquisivi Dominum.* Optima optio querere ipsum Deum: unde in oratione Dominicana primo petitur, *Sanctificeatur nomen tuum Isa. lv*, 6 : *Quarite Dominum dum inveniri potest.* Dicit ergo, *Exquisivi*; quasi dicat: Cum magna diligentia quiescvi. Et ideo subdit exauditio, *Et exaudiuit me.* Effectus autem exauditionis est, quia *Ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.* Eripuit namque justos ex tribulationibus quandoque ut tribulationes non patiantur: *Job. v*, 19: *In sex tribulationibus liberabit te, et in septima non tanget te malum.* Quandoque ut non nimis molestentur: *Ps. xciiii*, 19: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolations tuae latificaverunt animam meam:* *II Cor. i*, 4 : *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: et hanc consolationem semper habent viri sancti.* Item eripnit exteris, quia nunquam mali possunt separare sanctos a Christo: *Rom. viii*, 23 : *Quis nos separabit a claritate Christi?*

6. Deinde cum dicit, *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestre etc.*, invitat alios ad hoc beneficium consequendum: et circa hoc duo facit. Primo enim ponit invitationem. Secundo invitationis effectum, ibi, *Et facies vestre non confundentur.* Dicit ergo, *Accedite ad eum, per fidem et charitatem:* *Jac. iv*, 8 : *Appropinquate Deo et appropinquabit vobis.*

Et ideo subdit, *Et illuminamini*. Deus lumen est; et qui accedit ad lumen, illuminatur: Isa. ix, 1: *Surge, per affectum et illuminare*: Deut. xxxiii, 3: *Qui appropinquat podibus ejus, accipiet de doctrina illius*. Effectus autem inductionis est, quia, *Facies vestrae non confundentur*, in repulsa: quia scilicet non patiemini eam, quia non est confusio sperantibus in eum. Dan. iii, 40. Vel, *Facies vestrae*, idest cogitationes vestrae non confundentur per defectum veritatis.

7. Deinde cum dicit, *Iste pauper clavavit*, ponit meritum exauditionis; et circa hoc tria facit. Primo ponit ipsum meritum. Secundo promittit simile beneficium aliis, ibi, *Immittet*. Tertio exhortatur ad experientum, *Gustate*. Dicit ergo, *Ipse pauper*. Iste versus nihil differt ab alio, *Exquisivi*; nisi quod ibi dicit de se, hic vero de paupere. Et ideo hoc solum exponatur quis sit iste pauper. Et dicitur quod, *Iste*, vel demonstrat, scipsum, vel Christum. Et in hoc quod dicit, *Pauper*, insinuat meritum exauditionis, quia pauper spiritu, vel pauper superbiae, vel habendi voluntate terrena. Et isti exaudiuntur: Judith. ix, 16: *Humiliū et manuscorum tibi semper placuit deprecationē*: Ps. cx, 48: *Resperit in orationem humiliū etc. Clamavit*, magnitudine interioris affectus: Isa. vi, 3: *Seraphim clamabant ulter ad alterum: et dicebant, sanctus, sanctus etc.*

8. Secundo cum dicit, *Immittet Angelus*, promittit simile beneficium; quasi dicat: ita exaudiuntur alii sicut et *iste pauper*. Multi codices habent, *Immittet Angelus Domini*. Hieronymus habet, Circumdat Angelus Domini in gyro timentes eum. Dicit ergo *Immittet Angelus Domini*, splendore sui luminis protegendo, *In circuitu ejus*, scilicet Angeli: iv. Reg. vi. : *Multa plures nobiscum sunt quam cum illis*. Et infra: *Eccē mons etc. Immittet ergo*, idest immissionem facit: Heb. i, 14: *Omnes sunt administratori spiritus. Et eripiet eos*, scilicet ab impugnatione hostium et damnum: Judith. vii, 8: *Fili Israel non in lancea nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos*, scilicet Angelus, vel Christus: Isa. ix, Secundum transla-

tionem septuaginta interpretum, *Vocabitur magni consilii Angelus*. Quia missus a Deo inquantum homo. Vel Angelus intelligitur prelatus Ecclesiae: Malach. ii, 7: *Angelus Domini exercituum est. Prałati enim Ecclesiae debent custodire gregem suum*.

9. Tertio cum dicit, *Gustate et videte*, <sup>2</sup> quoniam suavis, hortatur ad experientum: et circa hoc duo facit. Primo enim exhortatur ad experientiam divini consortii. Secundo ad observantium divini timoris, ibi, *Timete*. Circa primum duo facit. Primo enim hortatur ad experientiam. Secundo ponit experientias effectum, *Et videte quoniam*. Dicit ergo, *Gustate et videte etc. Experiencia de re sumitur per sensum; sed aliter de re praesenti, et aliter de absente: quia de absente per visum, odoratum et auditum; de praesente vero per tactum et gustum; sed per tactum de extrinseca praesente, per gustum vero de intrinseca. Deus autem non longe est a nobis, nec extra nos, sed in nobis: Hier. xiv: Tu in nobis es Domine*. Et ideo experientia divinae bonitatis dicitur gustatio: I Pet. ii, 3: *Si statueris gustatis*<sup>3</sup> quām dulcis etc. Prov. <sup>4</sup> *quoniam ult: Gustarit et vidi, quoniam bona est negotiatio ejus*. Effectus autem experientiae ponitur duplex. Unus est certitudo intellectus, alius secunditas affectus. Quantum ad primum dicit, *Et ridete*. In corporalibus namque prius videtur, et postea gustatur; sed in rebus spiritualibus prius gustatur, postea autem videtur; quia nullus cognoscit qui non gustat; et ideo dicit prius. *Gustate*, et postea, *Videte*. Quantum ad secundum dicit, *Quoniam suavis est Dominus*: Sap. xii, 1: *O quām bonus et suavis est Dominus spiritus tuus in nobis!* Ps. xxx, 20: *Quā magna multitudine dulcedinis tuar*. Et postea, *Beatus vir qui sperat in eo*: Isa. xxx, 18: *Beati omnes qui expertant eum*.

10. Deinde cum dicit, *Timete*, hortatur primo ad observantium divini timoris. Secundo causam timoris assignat, ibi, *Quoniam non*. Tertio causam manifestat, ibi, *Diriles eguerunt*. Dicit ergo, *Suavis et dulcis est Dominus. Sed quibus?* *Timentibus eum*. Ergo, *Timete Dominum omnes sancti ejus*. Et dicit sancti, quia nullus

potest esse sanctus nisi sit timens. Et dicit hoc, quia non solum timor necessarius est ascendentibus ad sanitatem, sed etiam manentibus in ea : Eccl. xxvii, 4 : *Ni non in timore Domini tenoris te, instanter ut te subvertetur, dominus tuus.* Et etiam quia nihil ita evacuat sanitatem, sicut superbia ; et timor est retinaculum superbiae : Eccl. vii, 19 : *Qui timet Deum nihil negligit* : Eccl. xi, 27 : *Non est in timore Domini minoratio.* Causam autem quare timendum est, subdit, *Quoniam non est inopia timentibus eum.* Hoc exponiatur multipliciter. Primo de inopia spiritualium bonorum : Isa. xxxiii, 6 : *Divitiae salutis sapientia et scientia: timor Domini ipse thesaurus ejus.* Si ergo timor Domini thesaurus est, non est inopia timentibus eum. Item de inopia corporali. Contingit namque aliquando timentem Deum parum habere; sed non contingit eum esse inopem. Inops est qui se deficientem reputat : qui timent Deum sunt contenti his quae habent : Phil. iv, 12 : *Ubique et in omnibus institutus etc.* Item Deus querentibus se subvenit in necessitate.

Sed objicit Augustinus in *serm. Dom. in mont.* quia Apostolus ait I Cor. iv, 11 : *Usque in hanc horam esurimus et sitiimus et nudi sumus.* Quomodo ergo non est inopia timentibus eum?

Et dicit quod Deus est nutritor et medicus. Medicus autem subtrahit nutrimentum infirmo, et facit esurire et sitiare, quia expedit sauitati. Ita Deus secundum quod expedit saluti nostra, quandoque inopiam immittit, quandoque divitias confert, quandoque longitudinem dierum concedit, quandoque brevitatem adducit.

11. Sed consequenter cum dicit, *Dives eguerunt*, manifestat rationem per contrarium. Contrarium enim timori Domini est affectus eorum qui animas suas divitiis dant. Primo ergo ostendit quod qui in divitiis sunt, deficient. Secundo, quod qui querunt Deum, sunt absque defectu, ibi, *Inquirentes.* Dicit ergo, *Dives eguerunt*, scilicet spiritualiter; idest qui sunt divites in mundanis,

eguerunt in spiritualibus divitiis. Apoc. iii, 17 : *Dicis quia dives sum, et locupletatus sum, et nullius ego: et nescis, quia tu es miser et miserabilis, et pauper et circus et nudus.* Et esurient, scilicet spiritualia bona: quia naturalis appetitus inest homini ad virtutem; licet enim appetitus depravatus sit ad peccata, tamen naturaliter desiderat virtutes. Vel in futuro, *Eguerunt*, idest egebunt, *Et esurierunt*, idest esurient: Isa. lxx, 13 : *Servi mei comedent, ut vos esuriatis.* Item ad litteram intelligitur: quia divites frequenter ad egestatem deducuntur, quia res mundane sunt caducae. Lue. i, 53 : *Esurientes implevit bonis etc. Inquirentes autem Dominum*: Isa. lv, 6 : *Quarite Domini dum inveniri potest etc.* Non minuentur omni bono, idest non deficiunt perfecto bono: quia spiritualia habebunt ad volum, et temporalia ad necessitatem: Lue. xii, 31 : *Primum quærите regnum Dei, et huc omnia adjicentur vobis*: Prov. x, 24 : *Desiderium justis dabitur.* Et eorum desiderium est omne bonum: Prov. xi, 3 : *Et ideo omne bonum habebunt.*

12. *Venite.* Posita superiorius exhortatione ad laudem, hic ponitur instructio necessaria: et circa hoc duo facit. Primo enim instruit de timore Dei. Secundo de divina providentia, ibi, *Oculi Domini etc.* Circa primum duo facit. Primo enim præmittit quasi proœmium sua doctrina. Secundo addit doctrinam suam, ibi, *Quis est homo.* In exordio tria facit. Primo reddit audientem<sup>1</sup> benevolum. Secundo attentum, ibi, *Audite me.* Tertio docilem, ibi, *Timorem Domini docebo vos.* Dicit ergo quantum ad primum, *Venite filii.* Parentum enim est diligere filios: et ideo dicit, *Filiæ*, ut deos reddat ex paterna dilectione benevolos. Item parentum est invitare filios ad doctrinam, et eos erudiire unde dicit, *Venite*: Gen. pen. 4. *Vocavit autem Jacob filios suos, et dixit:* *Congregamini ut auuntiem quæ ventura sunt vobis diebus novissimis*: Heb. xii, 9. *Potres quidem carnis nostre eruditores habuius, et reverebamur eos.* Quantum ad secundum dicit, *Audite me*: Prov. I,

5 : *Audiens sapiens sapientior erit etc.* Eccl. xxxiii, 49 : *Audite me magnates et omnes populi et rectores Ecclesie etc.* Tertio reddit docilem : et hoc quando instruit de quo est dicturus, *Timorem Domini docebo vos*, idest quem fructum habebitis, si timueritis Deum. Vel quomodo timetis Dominum. Et incipit timore, et bene ; quia in scientia incipiendum est ab elementis : Prov. i, 7 : *Timor Domini principium sapientiarum*, scilicet divinitate.

13. Deinde subjungit doctrinam suam cum dicit, *Quis est homo.* Et circa hoc duo facit. Primo docet fructum timoris. Secundo doctrinam, ibi, *Prohibe*, Dicit ergo, *Quis est homo, qui vult vitam* : homo namque desiderat duo : scilicet longam vitam et prosperitatem : sed quia longa vita in malo est fugienda, ideo dicit, *Quis est homo qui vult vitam.* Hanc autem acquirit homo per timorem Domini, qui est *initium sapientiae*, ut dicitur in Psal. cx, 10 : sine qua sapientia non est vita : unde ipsa dicit Prov. viii, 35 : *Qui me invenerit, inveniet vitam.* Aliqui autem vivunt, sed in malis et armis : Gen. xlvi, 9. *Dies peregrinationis vita mea centum triginta annorum parvi*<sup>1</sup> *et mali.* Et ideo dicit, *Diligit dies videre bonos*, idest plenos, quia nihil in diebus illis aeternitatis est nisi bonum : Psal. lxxxviii, 11; *Melior est dies una in atriis tuis super millia.* Sed quis sit effectus timoris, ostendit primo in sermone. Secundo in opere, ibi, *Diverte.* In sermone duo vetat scilicet manifestum malum, et fraudulentum bonum. Quantum ad primum dicit, *Prohibe linguam tuam a malo*, scilicet detractionis, infamacionis et erroris : Eph. iv 29 : *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat* : Jacob i, 26 : *Si quis putat se religiosum esse, non refranans linguam suam etc.* Quantum ad secundum dicit, *Et labia tua ne loquuntur dolum*; quasi dicat, Nec etiam bona proferas in dolo : Ps. xi, 4 : *Disperdat Dominus linguam dolosum.* Et nota quod prius loquitur de lingua collibenda, et postea de labiis : quia prius movet quis linguam cum vult loqui, et postea labia. Item lingua prius format, sed labia dis-

tingunt verba. Item opere demonstrat duo facienda. Debet enim homo ordinare vitam suam primo quantum ad se ; et quantum ad hoc dicit, *Dicerte.* Secundo quantum ad proximum : et quantum ad hoc dicit, *Inquire etc.* Circa primum duo facit, secundum diversas partes justitiae, quae sunt scilicet diversitate a malo, et facere bonum. Secunda est ibi, *Et fac bonum.* Dicit ergo, *Diverte a malo* : Eccli. vii, 1 : *Noli facere mala etc.* Divertere a malo non est quid meritorium, si divertere dicat solum negotiationem : per hoc enim, scilicet non facere malum, vitatur quidem pena quam incurrit si aliud admisisset ; non tamen propter hoc vita acquiritur. Et ideo sic accipiendo, non facere malum non est meritorium, dummodo talis voluntas non sit informata charitate, nt propter Deum a malo divertat *Et fac bonum* : Isa. i, 17 : *Discite beneficere.* Secundo quantum ad proximum dicit, *Inquire pacem etc.* Sed contingit aliquando, quod habes proximum qui impugnat te, et tunc tuum est inquirere pacem ; et ideo dicit, *Inquire pacem* : Rom. xii, 18 : *Si fieri potest, quoniam ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Quandoque vero contingit, quod habes aliquem qui inquirat a te pacem, et tunc est tunc sequi eam : unde ait, *Et persequere eam.* Vel de pace loquitur quam in se debet habere ; et hanc, inquit, inquiras in vita ista. Sed non plene habetur, *caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem*, Gal. v, 17 : Dicit autem, *Et persequere eam*, ut scilicet magis habeas, licet non sit perfecta hic, sed in futuro ubi *Sedebit populus in pulchritudine pacis.* Isa. xxii, 18 : Vel, *Inquire pacem*, idest Christum, qui est *pax nostra*. Eph. ii, 14 : et *Nequere eam* : Eccl. ii, 42 : *Qui est homo qui possit sequi regem factorem suum?*

14. Deinde cum dicit, *Oculi Domini super justos*, intruit de divina providentia ; et circa hoc duo facit. Primo enim praemittit divinam providentiam. Secundo divinae providentiae effectum ostendit, ibi, *Clavarerunt justi.* Circa primum duo facit,

omnibus

Primo proponit divinam providentiam quantum ad bonos. Secundo quantum ad malos, ibi, *Vultus autem Domini.* Dicit ergo, *Oculi Domini etc.* Illis de quibus curam gerimus, dupliceiter intendimus: scilicet visu ad eorum facta et quantum ad hoc dicit, *Oculi Domini.* Et auditu ad verba: et quantum ad hoc dicit, *Et aures.* Et licet in Deo non sit visus et auditus, sed ipsa Dei sapientia: tamen propter diversa cogita dicitur utrumque, visus scilicet et auditus. *Vitus*<sup>1</sup> signatur per oculos quantum ad ipsa facta; auditus autem per aures quantum ad verba: ideo ait, *Oculi Domini super justos*, scilicet visu approbationis: Il Tim. ii, 19: *'Novit Dominus qui sunt ejus*: Ecol. xv, 20: *Oculi Domini ad timentes etc.* *Et aures ejus*, ut scilicet sit intentus ad exaudiendum, *In preces eorum*. Qui enim vult exaudiere, libenter audit precantes: unde per hoc signat quod voluntarius est ad exaudiendum. Et dicit, *In preces*, quia adhuc loquentibus audit: Isa. penit. lxxv, 24: *Adhuc illis loquentibus ego*<sup>2</sup> *exaudiam*.

\* cognovit  
\*\* audiam

15. Consequenter cum dicit, *Vultus autem Domini super facientes mala*, ut etc., ostendit providentia Domini circa malos, et circa hoc duo facit. Primo enim ponitur quod providentia divina se extendit ad malos. Secundo quomodo diversimode quantum ad bonos, ibi, *Ut perdat*. Dicit ergo, *Vultus autem Domini etc.* Dixerat supra, *Oculi Domini super justos*. Posset malus dicere, si oculi Domini non sunt super me, possum peccare licenter<sup>3</sup>, quia non videt: Job xxu, 14: *Nubes latibulum ejus, nec nostra considerat*: Ezech. viii, 12: *Non videt Dominus, dereliquit enim terram*. Sed non ita est, quia vultus Domini super malos: Prov. xv, 11: *Infernus et perditio eorum Domino etc.* Et dicit, *Vultus*, quia designat eum quadam ira respicere in ipsos malos. Sed ad quid super eos respicit? Certe, *Ut perdat de terra memoriam eorum*. Hoc dupliceiter potest intelligi. Vel quia potest referri ad terram praesentem: et sic dupliceiter perditur memoria eorum de terra. Uno modo, ut omnino non sit. Alio modo, ut mala:

Prov. x, 7: *Nomen impiorum putrescit*. Multi mali quiescerunt ut eorum memoria maneret, et tamen periit. Sed si aliquorum permaneat memoria, tamen periret dicitur, quia putrida est et mala: Ps. ix, 7: *Perit memoria eorum cum sonitu*. Vel potest intelligi de terra viventiam.

Sed numquid sancti non habent memoriam impiorum? Si non habent memoriam malorum que passi sunt, quomodo ergo *Lætabitur iustus cum viderit vindictam?* Ps. lxi, 11.

Respondeo. Dicendum est quod habebunt memoriam eorum, sed non in bonum, quia non haebent memoriam compassionis et miserationis eorum, nec orabunt pro eis: Luc. xvi, 26: *Contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum*.

16. Deinde cum dicit, *Clamaverunt*, ponitur effectus divinae providentiae. Et primo quantum ad bonos. Secundo quantum ad malos, ibi, *Mors peccatorum*. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit quomodo aures Domini sint in preces justorum. Secundo, quomodo oculi Domini super eos ibi, *Juxta*. Circa primum tria facit. Quia primo præmittit orationem sanctorum. Secundo ponit exauditionem, ibi, *et Dominus exaudivit eos*. Tertio exauditionis effectum, ibi, *Et ex omnibus*. Dicit ergo, *Clamaverunt*. Oratio sanctorum dicit clamor: Isa. xix, 20: *Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis*: Jacob. ult: *Clamor eorum in aures Domini Sabaoth intravit*. Clamor est magna vox: et oratio sanctorum magna est vox propter duo: scilicet propter magnitudinem affectionis, et propter magnitudinem petitionis, quia petunt aeterna: Matth. vi, 33: *Primum querite regnum Dei. Et Dominus exaudivit eos* quia ipse mihi dat, ut petam: Ps. cxix: *Ad Dominum cum tribularer etc.* Sequitur effectus exauditionis, *Et ex omnibus etc.* Ut scilicet tribulaciones non sustineant. Vel si patientur, tamen non ut obruantur tribulationibus: Hebr. xi, 33: *Fortes facti sunt in bello*. Vel, qui liberati sunt de limbo: Zach. ix, 11: *Tu autem in saeculare testamenti*

*eduxisti vincos de lacu etc.* Ps. xxxiii, 7 : *Iste pauper clamavit, et Dominus exaudiuit eum, et ex omnibus etc.*

17. Secundo cum dicit, *Juxta est Dominus*, ostendit quomodo oculi Domini sint super justos : et circa hoc tria facit. Primo enim ponit justorum meritum. Secundo eorum periculum imminens, ibi, *Multa*. Tertio auxilium eis praestitum, ibi, *Et de omnibus his*. Circa primum duo facit, secundum quod est duplex meritum justorum, unde promerentur Dei misericordiam. Tangit enim primo meritum contritionis de peccatis : et quantum ad hoc dicit, *Juxta est Dominus etc.* Ps. cxliv, 48 : *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum.* Quidam sunt realiter miseri, tamen non cognoscunt ; unde nec conteruntur : et ideo non consequuntur misericordiam : Apoc. iii, 17 : *Dicis quod dives sum, et locupletatus sum, et nullus ego; et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper, et excus et nudus.* Necesse est enim, quod recognoscant miseriariam suam corde gemendo ; et ideo ait, *His qui tribulato sunt corde.* Ecce contritio de peccatis : Isa. lxvi, 2 : *Ad quem respiciam nisi ad pauperem et contritum spiritu etc.* Mattb. v, 5 : *Beati qui lugent etc.* Quantum ad secundum dicit, *Et humiles spiritu salvabit.* Spiritu dicit, non verbis : quia Eccli. xix, 23 : *Est qui nequaerat se humiliat, et interiora etc.* *Humiles*, ergo, *spiritu*, qui veram scilicet humilitatem habent in corde, *Salebit* : Prov. xxix, 23 : *Humilem spiritu suscipiet.* Consequenter ponit imminens periculum, quia, *Multa tribulationes justorum* : Thren. i, 22 : *Multi genitus muri etc.* II Tim. iii, 12 : *Omnes qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patiuntur.* Et has tribulationes patiuntur a persecutibus : Ps. cxviii, 157 : *Muli qui persecuntur me et tribulant me.* Item ex convictu eorum quos peccare vident, dolent : II Pet. ii, 8 : *Habitan apud eos qui de die in diem animam justi ini quis operibus cruciabant.* Item a tentationibus mundi, carnis, et hostis : Gal. v, 17 : *Caro concupiscit adversus spiritum etc.*

18. Consequenter cum dicit, *Et de omnibus his liberabit.* Ponit auxilium eis

praestitum. Dupliciter autem juvantur. Primo, ut totaliter liberentur : et quantum ad hoc dicit *Et de omnibus his liberabit eos Dominus.* Secundo, ut tribulationibus non succumbant : et quantum ad hoc dicit, *Custodit Dominus etc.* Dicit ergo, *Et de omnibus his tribulationibus liberabit eos Dominus*, partim hic, sed perfecte in futuro, quando (Apocal. vii, 16.) *Non esurient neque sicut amplius etc.* Eccli. li, 4 : *Liberasti me secundum multitudinem misericordiarum nominis tui* : II Mach. i, 44 : *De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agimus ipsis.*

19. Deinde cum dicit, *Custodit Dominus* ostendit quomodo liberat eos, ne succumbant. Dicit ergo, *Custodit Dominus omnia ossa eorum.* Sicut visus est in oculo, ita in ossibus et nervis est fortitudo : et ideo, sicut visus signatur per oculum, ita fortitudo et virtus per ossa : quia sicut per ossa sustentatur corpus, ita per virtutes sustentatur vita humana : in futuro ergo liberabit totaliter, sed interim custodit ossa, id est virtutes, quae magis proficiunt in infirmitate. Vel per ossa viri perfecti intelliguntur, quos Dominus custodiit : Ezech. xxxvii, 6 : *Hec dicit Dominus Deus his ossibus : Ecce ego intromittam spiritum in vos, et viretis, et successore faciam*

*confiniis ex ro. Exod. xii, 24. Psalm. xxxvi, 46 : Cum occiderit, non collidetur.* Vel, *Unum ex his, scilicet praedestinationis. Job xvii, 12 : Nemo ex his periret, nisi filius perditionis.*

20. Deinde cum dicit, *Mors peccatorum*, ponit effectus divinae providentiae quantum ad malos : et circa hoc duo facit. Primo enim ponuntur pericula malorum. Secundo ostenditur quomodo ab his liberal sanctos suos, ibi, *Redimet.* Circa primum duo facit. Primo enim os,

tendit malum justorum<sup>1</sup> quod patinatur in se. Secundo, quod eis imminet ex eo quod persequuntur bonos, ibi, *Et qui oderunt*. Dicit ergo, *Mors, corporalis vel spiritualis : corporalis quidem haec est pessima in malis, quia mittunt ad pessimum locum. Luc. xvi, 22 : Mortuus est dives, et sepultus est in inferno.* Item quia perdunt spem gratiae post mortem. Prover. xi, 7 : *Mortuo homine impio, nulla erit amplius spes.* Mors ergo peccatorum pessima est, quia moriuntur in corpore et in anima. Spiritualis. Ephes. v, 14 : *Exurge a mortuis.* Et haec mors est pessima. Mors enim est privatio vitae. Mors ergo quanto meliori privat, tanto est pejor. Privat autem spiritualis mors animam vita gratiae, qua est optima, quia est per Deum. I Cor. vi, 17 : *Qui adharet Deo unus est spiritus.* Ergo est pessima. Hieronymus habet sic, *Interficiet impium malitia, idest interimet.* Haec est malitia quae ingerit peccatoribus mortem. Rom. vi, 23 : *Stipendia peccati mors.* Consequenter ostendit quid malis immineat ex eo quod persequuntur justos. Luc. x, 46 : *Qui vos spernit, me spernit.* Et ideo dicit, *Et qui oderunt justum, delinquent.* Prov. xxix, 10 : *Viri sanguinum oderunt simplicem.* Si ergo qui odit Deum delinquit, ergo et qui odit servos Dei.

21. Deinde cum dicit, *Redimet Dominus*, ostendit quomodo in his perenilis liberantur boni. Et primo quomodo a peccatis praeteritis. Secundo quomodo proteguntur a futuris, ibi, *Et non delinquent.* Dicit ergo, *Redimet Dominus ani-*

*mors serrorum suorum.* Posset dici. Si mors peccatorum pessima est, cum nullus sic sit justus quod non peccet, ergo et ipsorum justorum mors est etiam pessima. Et ideo ad hoc excludendum dicit, *Redimet Dominus animas serrorum suorum.* Redimet, inquam, pretio mortis sua : *Animas serrorum suorum.* Non dicit liberorum. Illi enim sunt liberati, qui exutunt a se jugum iustitiae. Ro. vi, 18 : *Liberati a peccato, servi facti Deo, habent fructum etc.* Tales ergo qui de servis Dei facti sunt liberi, non redimuntur; sed illi qui subduntur iugo Dei, redimuntur a culpa et a pena pretioso Christi sanguine. I Pet. i, 18 : *Non corruptibilis, argento vel auro, redempti estis de vana vestra conversatione paternar traditionis; sed pretioso sanguine quasi igni incontaminati et immaculati Christi.* Osee. xiii, 14 : *De morte redimam eos.* Secundo ostendit, quomodo proteguntur a peccato futuro : quia *Non delinquent*, idest non peccabunt ad mortem, *Omnis qui sperant in eo.* In eo dicit, scilicet in Domino; non in propria virtute, quia tales cadunt : unde Ps. xxix. 7 : *Ego dixi in abundantia mea, idest in virtute mea, Non movebor in eternum.* Domine in voluntate tua, præstisti decori meo virtutem. Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus. Sed Qui sperant in Domino, sicut ille qui dicebat, Sap. viii, 21 : *Sci vi quoniam aliter non possum esse continentis nisi Deus det:* hic non delinquit, dum protectus a Deo mortaliter non peccabit etc.

### PSALMUS XXXIV

#### 1. In finem.

Judica Domine vocentes me; expugna impugnantes me.

2. Apprehende arma et seatum, et exurge in adiutorium mihi. Effunde frammei, et conclude aduersus eos qui persequuntur me : die animæ meæ, Salus tua ego sum.

3. Confundatur et reverentur : quareentes animam meam. Avertantur retrorsum, et confundantur cogitantes mihi mala.

4. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti : et angelus Domini coartans eos. Fiant via illorum tenebra et labrum ; et Angelus persequens eos.

5. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui : supervacue exprobraverunt animam meam.

6. Venient illi laquens quem ignorat, et captio quam abscondit apprehendat eum : et in laqueum cadat in idipsum.

7. Anima autem mea exultabit in Domino : et

<sup>1</sup> Al. : « in justorum. »

delectabatur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum ejus, egenum et pauperem a diripientialibus eum.

8. Surgentes testes iniqui, que ignorabant interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animae meae.

9. Ego autem cum multi molesti essent, inducbar cilio. Humiliabam in jejunio animam meam : et oratio mea in sinu meo converteret.

10. Quasi proximum, et quasi fratrem nostrum sic complacuerunt : quasi lugens et contristatus, sic humiliabat.

11. Et adversum me letati sunt, et convenerunt : congregata sunt super me flagella, et ignoravi.

12. Dissipati sunt, nec compunici : tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione : frenudent super me dentibus suis.

13. Domine quando respicias? restituere animam meam a malignitate eorum, a leonibus unicam meam.

14. Confitebor tibi in Ecclesia magna : in populo gravi landabo te. Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis, et annunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquuntur, et in iracundia terre loquentes, dolos cogitabunt. Et dilataverunt super me os suum, dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri.

15. Vidisti, Domine, ne sileas : Domine ne discedas a me.

16. Exurge et intende iudicio meo, Deus meus et Dominus meus in causam meam. Iudica me secundum justitiam tuam, Domine Deus meus : et non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, Euge, euge animae nostra, neque dicant, Devorabimus eum.

17. Erubescant et reverantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione et reverentia, qui maligna loquuntur super me.

18. Exultent et letentur qui volunt justitiam meam, et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus. Et lingua mea meditabitur justitiam tuam; toto die laudem tuam.

1. In Psalmis praecedentibus manifestata est dignitas justorum ; hic autem imploratur auxilium contra persecutions impiorum ; et circa hoc tria facit. Primo enim petit divinum auxilium contra peccatores persequentes. Secundo confitetur sibi hujusmodi tribulationes pati propter peccatum, ibi, *Domine ne in furore*. Tertio ostendit snam fiduciam quam habet in Deo, ibi, *Expectans expectavi*. Circa primum tria facit. Primo enim petit divinum auxilium contra impiorum persecutionem. Secundo describit eorum nequitiam, ibi, *Dixit injustus*. Tertio ostendit eorum prosperitatem esse contemnendam, ibi, *Noli amndari*. Titulus communis est, *In fuen Psalmus ipsi David*. Mysticæ pertinet ad Christum verum David : et secundum mysticam expositionem est se-

cundus Psalmus eorum qui prolixo loquuntur de passione Christi. Primus fuit, *Deus Deus natus respice*, Ps. xxi. Hic ergo Psalmus, sive legatur ex persona David, sive Christi, vel cuiuscunq[ue] duo facit. Primo enim petit impiorum repulsam. Secundo assignat causam, ibi, *Surgeentes testes*. Circa primum tria facit. Primo enim petit adversariorum condemnationem. Secundo proponit condemnationis interitum<sup>1</sup>, scilicet eorum culpam, ibi, *quoniam gratis*. Tertio assignat fructus condemnationis hujus, ibi, *Auina autem mea*. Circa primum duo facit. Primo enim proponit in generali suam petitionem. Secundo explicat eam, ibi, *Apprehende arma etc.* Circa primum duo petit in generali ; scilicet condemnationem eorum, et divinum auxilium, ibi, *Expugna*. Haec enim duo petit contra duo : nam contra nocentes petit condemnationem, et contra impugnantes petit divinum auxilium. Primo quis impugnat alium. Secundo prævalens ei nocumentum infert. Est ergo hic ordo præposterus. Quando enim aliquis impugnat alium, non statim meretur condemnationem, sed concitat impugnatus ad petendum auxilium ; quando vero nocet, tunc petit condemnationem. Et ideo hic distinguit utrumque : quia nocumentum prius est in intentione inferentis : et ideo primo petit condemnationem nocentium. Dici, ergo, *O Domini, judica nocentes me*. Est autem triplex judicium : scilicet condemnationis : Jac. ii, 13 : *Judicium sine misericordia illi qui non fecerit misericordiam*. Item purgationis : 1 Pet. iv, 17 : *Tempus est ut incipiat judicium a domo Domini*. Item discretionis. Psal. xlii : *Judica me Deus, et discerne causam meam*. Hic autem agitur de primo. Similis petitio habetur Hier. xi, 20 : *Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas juste et probas reues et corda, rideam ultionem tuam ex eis*.

Contra. Matth. v, 41 : *Orate pro persecutibus et calumniantibus vos*.

Respondeo. Dicendum quod in omnibus istis imprecatiōibus duplex est intellectus. Unus, quod dicantur per modum prenuntiationis, ut cum dicit, *Judica* ;

<sup>1</sup> AL. : « meritum. »

quasi dicat : judicabis. Vel ut omnia intelligentur prolata non ex zelo vindictae propriae, sed divinei justitiae, cui se conformant justi. Secundo impugnatus desiderat ut adversario resistat; unde ait, *Espugna impugnantes me, ut scilicet non praevalent in me : Hier. xx, 11 : Dominus meum est tanquam bellator fortis : Isa. lxvi, 1.* : *Ego qui loquor justitiam, et propaginator sum ad salvandum.*

2. Consequenter cum dieit, *Apprehende arma*, explicat petitionem suam. Duo enim petit : scilicet condemnationem nocentium, et expugnationem impugnantium. Et ideo in particulari ista duo explicat. Primo enim explicat secundum. Secundo primum, ibi, *Confundantur*. Circa primum quinque proponit quae sunt necessaria in defensore. Primum est quod se armet : quod hie tangit dicens, *Apprehende arma et scutum*. Arma Dei sunt electi ejus : Rom. vi, 13 : *Exhibete membra vestra arma justitiae Deo*. Unde Angeli dicuntur arma Dei, quibus utitur ad pugnandum contra malos : Sap. v, 21 : *Pugnabit pro illa orbis terrarum contra insensatos*. Sententia Dei proprie est divina protectio, et voluntas sua qua protegit : Ps. v, 13 : *Scuto bonae voluntatis tuæ cornuasti nos*. Dicit ergo, *Apprehende arma et scutum*, idest mitte sanctos tuos, et tu etiam protege me, bona voluntate tua. Vel, *Arma et scutum sunt virtutes* : Sap. v, 19 : *Induet pro thorace justitiam, sumet scutum inexpugnabile aquitatem*. Secundum est, quod procedat ad bellum ; et ideo dicit, *Exurge in adjutorium mihi*. Deus dicitur dormire, quando homo est in tribulationibus, et non sentit auxilium divinum : Matth. viii, 24 : *Motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operetur fluctibus, ubi erant discipuli; ipse vero dormiebat : et concitaverunt eum dientes* : Domine salva nos, perimus. *Et surgens imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna* : Ps. xliii, 13 : *Exurge, quare obdormis, Domine?* Tertium est exemplo gladii ; et ideo dicit, *Effunde frameam*, Hieronymus habet, *Eragina gladium*. Framea idem est quod gladius. Verumtamen *Effunde*, hie designat abundantiam divinae vindictae. Glossa,

\* quasi

Effunde frameam, idest multiplica vindictam : Zach. xiii, 7 : *Framea, suscitere super postorem meum, et super virum coherrentem mibi*. Framea potest intelligi vel vindicta Dei, vel anima Christi, vel quilibet justus, qui sunt gladius Dei contra malos : I Cor. ii, 15 : *Spiritualis autem dijudicat omnia*. Quartum est percussio ; et ideo dicit, *Et conclude etc*. Hieronymus habet : *Et praeocupa ex adverso persequentes me*; quasi dicat : Prius percutias, quam sibi cavere possint. Et hoc etiam proprio dicitur concludi, quasi non potest evadere : Job. x, 7 : *Cum sit nemo qui de manu tua possit erure*. Vel concludi quis dicitur, quando convincitur de falsitate : unde, *Conclude*, ait : quasi dicat, convince eos ut errorem suum cognoscant. Quintum est, ut eripiatur ille qui protegitur : unde dicit, *Dic animæ meæ, salus tua ego sum*; quasi dicat : Per effectum manifesta, ut per interiorum inspirationem cognoscam te esse salutem animæ meæ : Ps. lxxxiv, 9 : *Audiam quid loquitur in me Dominus Deus* : Isa. xliii, 11 : *Ego Dominus, et non est absque me salvator*.

3. Consequenter cum dieit, *Confundantur*, agit de condemnatione nocentium. Et primo petit eorum condemnationem. Secundo adhibet similitudinem, ibi, *Fiant tanquam pulvis etc*. Circa primum duo petit in condemnationem contra duo, quae mali persequentes intendunt. Princeps paliter enim intendunt eum totaliter destructione : Ps. lxxxii : *Non memoretur nomen Israel ultra*. Secundo intendunt quod saltem inferant ei aliqua mala ; et de nitroque petit eos condamnari. Secundum ibi, *Avertantur*. Circa primum duo facit. Primo enim ponit ponam quam expedit. Secundo subdit eorum demeritum, ibi, *Quærentes animam meam*. Ponam petit duplicum ; scilicet confusionem et timorem. Confusio autem consistit in hoc quod non potest quis suum implere intentum. Secundum est, quod deficiens a proposito, timet ne incidat, vel in similem ponam, vel in manus adversarii. Et ideo dicit quantum ad primum : *Confundantur*; et quantum ad secundum, *Reverentur*, idest timeant similem ponam. Simile habetur Hier. xxiij, 48 : *Confundantur qui me perse-*

*quuntur, et non confundar ego etc.* Hoc etiam potest reduci ut intelligatur esse dictum pro confusione eorum : de bona scilicet confusione, et de bono timore, ut salubriter confundantur ad penitentiam. *Et revereantur, id est timeant ponas, etiam si meritum eorum contradicat,* quia sunt querentes animam meam. De secundo dicit, *Avertantur.* Et circa hoc duo facit. Primo enim petit ut impediantur a proposito. Secundo, quod confundantur impediti, ibi, *Et confundantur.* Dicit ergo, *Acertantur retrorsum, non valentes proficere in eo quod intendunt, sed, Deficiant, in posterius, et ex hoc confundantur.* Potest etiam ad bonum reduci. *Avertantur retrorsum, ut me sequantur :* Marc. viii, 33 : *Vade retro, satana.* Et confundantur, de peccatis suis : Rom. vi, 21 : *Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis?* Cogitantes mihi mala : Hier. xviii, 23 : *Tu sis Domine omne consilium eorum adversum me in mortem.*

4. Deinde cum dicit, *Fiant, adhibet similitudinem.* Et primo quantum ad primum. Secundo quantum ad secundum, ibi, *Fiant via illorum.* Dicit ergo, *Fiant tanquam pulvis.* Petit namque primo iudicium contra eos qui querabant eum totaliter destrnere ; et ideo similitudinem adhibet de re quam totaliter destruitur ; scilicet de pulvere. Dispersio enim pulveris ex tribus contingit : ex pulveris scilicet dispersione ; quia siccus est pulvis, et in minima divisus : et ideo facile dispergibilis est. Et ideo dicit, *Fiant tanquam pulvis :* ut sicut pulvis communitus est in multis propter defectum humoris, ita sint et impii. Alia ratio est ventus commovens : unde ait, *Ante faciem venti.* Ventus quandoque significat tribulationem : Joan: *Tolle cum ventus urens etc.* Quandoque ipsam tempestatem peccati : Is. lxiv, 9 : *Iniquitatis vestra quasi ventus abstulerunt eos.* Tertio ex impulsu aliquius impellentis ventum : unde ait, *Et Angelus Domini coartans eos, scilicet ad hoc ut totaliter dispersantur : nam sicut per auxilium Angelorum aliqua prosperantur virtute majori, ita ex Angelis bonis vel malis contingit quod tribulationes magis gravantur : nam Deus*

quandoque punit etiam per bonos Angelos, preceatores : Isa. xxxvii, 36 : *Egressus est Angelus Domini, et percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia etc.* Deinde cum dicit, *Fiant via illorum, ponitur similitudo de secundo impedimento, id est de processu vie ; et tria impedimenta ponit in via.* Primum est tenebrae : quia tune de facili quis impingit. *Fiant ergo via illorum, id est processus, Tenebrae.* Secundum est, quod sit lubrica et disposita ad easum : Thren. iv, 18 : *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere viarum nostrarum.* Et tertium est, quod sit aliquis perseguens et cogens, ut magis corrut. *Et Angelus Domini etc.* Prov. xvii, 11 : *Angelus crudelis contra eum mittetur.* Dicit ergo, *Fiant via illorum tenebrae, ignorantiae : Ps. lxxxii, 3 : Nescierunt neque intellexerunt, in trebris ambulant.* Et lubricum, id est vitia carnalia in quibus de facili cadunt. *Et Angelus Domini persequens eos.* Ipse daemon tentans ad peccandum, vel Angelus bonus permittens cadere, ut humiliati fortiores resurgent.

5. *Quoniam gratis absconderunt.* Supra Psalmista petit quod nocteules judicarentur, et expugnantes in expugnationem venirent : hic autem ostendit, quomodo merito haec patientur. Et primo ponit culpam. Secundo paenam, ibi, *Veniat illis.* Circa primum ponit primo malitia interpretationem. Secundo executionem, ibi, *Supereuenie.* In primo ponuntur tria, quae aggravant culpam. Primum est iniurias ; et ideo dicit, *Gratis.* Secundum est frans ; et ideo dicit, *Absconderunt.* Tertium est crudelitas : et ideo dicit, *interitum laquei sui.* Dicit ergo, *Quoniam gratis.* Si aliquis intentat malum contra se noctem, non videtur totaliter iniurium ; sed quando contra eum qui in nullo nocuit, hoc omnino est iniurium : et hoc est quod dicit, *Gratis, scilicet sine offensa quam fecerim :* Jo. xv : *Odit habuerunt me gratis :* Isa. iii, 4 : *Assur absque ultra causa columnantur est eum.* Frans vero notatur, cum dicit, *Abscondent mihi, quia scilicet per fraudem in tentant mala mihi :* Thren. iii, 10 : *Ursus insidians factus est mihi, leo in absconditis :* Psalm. ix, 9 : *Iusidiatur quasi leo in*

*spelunca sua.* Crudelitatem autem ostendit, qui perant insidias ad mortem : unde ait, *In interitum laquei sui*, idest abscondunt laqueum ad mortem : Prov. i, 11 : *Vni uulnus, insidivana sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frusta, degluttimus eam etc.* Secundo cum dicit, *Superrave reprobarunt*, ponitur executio, similiter sine causa. Dicit autem *Exprobaverunt*, quia opprobria intulerunt. Est autem opprobrium, quando quis imponit crimen alieni, quod est contra ejus honorem. Aliquando imponitur crimen alieni, ut confundatur et abiciatur. Aliquando vero ut perdat vitam ; et hoc est contra animam ejus : et ideo dicit, *Animam meam* : quasi dicit : Propter hoc fecerunt ut totaliter in vita privarent. Sic Iudei Christo imposuerunt crimina morte digna : Lue. xxiii, 7 : *Commoret populum, docens per universam Iudavam* : Ps. lxxviii, 10 : *Improperia reprobarium tibi occiderunt super me.* Sed hoc, *Superrave*, idest sine causa, sicut supra dictum est, scilicet gratis : Jo. viii, 46 : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ergo, *Supravae*, imposuerunt ei peccatum. Vel, *Supravae*, idest frustra, quantum ad eorum intentionem : quia intendebant fidem ejus detinere : Jo. xi, 47 : *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Si dimittimus etc. Tamen hoc consilium fuit supravae, quia totus mundus post ejus mortem ad fidem conversus est.

6. Consequenter cum dicit, *Veniat illi laqueus quem etc.*, ponitur pœna convenientis culpa ? et hoc, quia eodem judicio judicantur, quo judicare volebant : Matth. vii, 2 : *In quo judicio judicaveritis, judicabimini.* Iste fraudulenter intendebat mortem ipsius ; ideo Psalmista petit contra eos, vel conformando voluntatem suam voluntati divinae, vel prenuntiando. Et petit tria : scilicet quod laqueus eis preparetur, quod capiantur, quod non evadant. Quantum ad primum dicit, *Veniat illi laqueus*, scilicet populo, vel ei qui principalis est inter eos. Laqueus hic tripliciter potest intelligi. Vel propter laqueum pœnae, quia propter mortem Christi illaqueati sunt : Isa. viii, 15 : *Offendent ex eis phurimi, et cedent et conterentur et*

*irrecentur et capientur : quia captivi sunt apud omnes gentes.* Quem ignoraverunt, dicit, quia nec suspicari quidem poterant talen penam : Lue. xxi, 23 : *Exit enim pressura unguis super terram, et ira populi huic ; et cedent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes* : Matth. xxiv 21 : *Exit enim tunc tribulatio magna, qualis nunquam fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* Vel de laqueo culpar : I Tim. ult. 1, 9 : *Qui volunt dirites fieri, incident in tentationem, et in laqueum diabolii.* Quasi dicit : Veniat illi laqueus culpa quem praevide non potest : quia peccatori non videtur quod sit ligatus, sed quod faciat voluntatem suam ; in veritate tamen laqueatus est, quia Prov. v, 22 : *Fuibus peccatorum suorum constringitur.* Vel de laqueo justicie ; quasi dicit, *Veniat illi laqueus*, constringens ad bonum. Quem ignoraverunt, quia I Cor. ii, 14 : *Animis homo non percipit ea quæ sunt spiritus.* Quantum ad secundum dicit, *Et captio quam abscondit apprehendat eum*, idest capiatur, sicut in abscondito me voluit capere : Prov. v, 5 : *Iniquitates sue capiunt impium.* Quantum ad tertium dicit, *In laqueum cadat*, idest dejiciatur a laqueo ut inde se non eximat. *In idipsum*, idest in laqueo quem paravit alius : Psalm. ix, 16 : *In laquo suo humiliabit eum, inclinabit se, et cadet eum, etc.* Sic evenit Iudeis, quia ipsi Christum gentibus tradiderunt, gentibus postmodum traditi sunt.

7. Deinde cum cum dicit, *Anima autem mea exultabit in Domino, et delectabitur super etc.*, ponit fructum condemnationis impiorum. Et ponit fructum ex parte sua duplice. Primo exultationis specialis. Secundo reverentiae divinae, ibi, *Omnia ossa mea.* Carea primum duo facit. Primo enim ponit exultationem ex Dei judicio provenientem. Secundo materiam exultationis, ibi, *Et delectabitur.* Dicit ergo, Peto ut sic fiat ; sed cum hoc feceris, *Anima mea exultabit in Domino.* Habac. iii, 18 : *Exultabo in Domino Iesu meo*, et ratio hujus est, quia per eum adeptus sum salutem : unde dicit, et *delectabitur super salutari suo*, idest super Christum, vel super salutem factam per Christum :

Luc. i, 47 : *Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.* Et potest hoc referri ad Ecclesiam. Consequenter cum dicit, *Omnia ossa mea*, ponitur secundus fructus, qui est reverentia divinæ : et circa hoc duo facit. Primo enim ponit reverentiam ad Deum. Secundo rationem assignat, ibi, *Eripiens*. Dicit ergo, *Omnia ossa mea*. Omnis fortitudo hominis Deo comparata debilitas est : unde quanto quis plus habet de cognitione Dei, tanto minus esse suam virtutem intelligit. Sed quia posset credi quod illud quod insirmum est in nobis, sit Deo incomparabile, non tamen quod est firmum ; ostendit non sie esse, quia omne quantumcumque firmum est, Deo incomparabile est. Sunt enim illa infinita, ista vero finita ; et ideo dicit, *Omnia ossa mea*, idest virtutes : per ossa quippe intelligitur virtus. Vel Apostoli dicent, *Quis similis tui?* Job. xxviii 47, *Non adquabitur ei aurum, vel vitrum : non commutabuntur pro eo vasa auri.* Vel ex persona dicentis, *Omnia ossa mea*, idest quidquid virtuosum est in me. Vel cognitio veritatis. Vel servor charitatis et hujusmodi. Dicit, *Domine quis similis tui?* ex hoc asseritur, quod nihil est Deo comparabile.

Sed contra. Videtur quod aliquid sit simile Deo. Unde Gen. I : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

Respondeo dicendum. Similia dicuntur quae habent eandem formam et characterem. Sed est duplex similitudo. Una, qua facit similes perfecte : quando scilicet duo participant eandem formam viuis rationis. Quadam vero similitudo dissimilium, quando videlicet forma invenitur in aliquo vere, et in aliquo per remotam participationem : et sic istud est simile illi, non quia habeat eandem formam, sed quia accedit ad hoc secundum debilem participationem. Et sicut que de Deo et de homine dicuntur similia, de homine dicuntur per remota ; quasi dicat, Deus est et tu : sed tuum esse est participatum, suum vero esse essentiale ; et similiter de aliis : et ideo hæc similitudo est dissimilium. Et quæ dicit, manifestat per effectum. Fortis enim videtur aliquis, quando liberat aliquem debilem a potente ; hoc enim est

magna fortitudinis. Et haec facit Deus in mundo isto. Fortes sunt divites : Prov. xviii, 11 : *Substantia diritis, ubs roboris etc.* Deus autem liberat pauperes ab eis. Divites namque primo invadunt pauperes, secundo expoliant debiles : sed Deus ab his liberat eos. Quantum ad primum dicit, *Eripiens inopem, sine ope, de manu fortiorum ejus.* Quantum ad secundum dicit, *Et egenum et pauperem a diripientibus eum.* Egenus dicitur quis, quasi egens necessariis ; sed pauper, quasi nihil habens in pera. Et idem sunt ista tria : scilicet inops, egenus et pauper : Prov. xxviii, 15 : *Leu rugiens, et ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem :* Ezech. xxii, 27 : *Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam.*

8. *Surgententes.* Secunda pars principalis est. Superius Psalmista petitiv impiorum repulsam ; hic autem assignat causam. Et primo prosequitur eorum malitiam ; secundo petit divinum auxilium, ibi, *Domine quando respicies?* Circa primum duo facit. Primo enim ostendit eorum iniuritatem : secundo eorum pertinaciam in malum, ibi, *Ego autem cum mihi molesti.* Iniuritatem ostendit primo quantum ad falsitatem : secundo quantum ad ingratitudinem, ibi, *retribuebant.* Dicit ergo quantum ad primum, *Surgententes testes iniqui*, sicut princeps Iudeorum, et inducti ab eis, sicut populus, quæ ignorabant, scientia probationis : quasi dicat : Quæ non approbabam, *interrogabant me*, quia scilicet faciebant accusationem de peccatis quæ non approbabam. II Cor. v, 21 : *Eum qui non nuerat peccatum, pro nobis etc.* Quantum ad secundum dicit, *Retribuebant mihi mala pro nobis*, factis eis in veteri testamento. Mich. vi, 3 : *Popule mens quid fecisti tibi etc.* Et in novo testamento, quia cœcos illuminavit, et alia multa beneficia eis contulit. Joau. x, 32 : *Multa bona opera ostendi volis ex Patre meo.* Hier. xviii, 20 : *Vnonquid redditur pro bono malum etc.* Et quæ mala ? *Sterilitatem animarum mearum.* Alludit ei parabolæ. Isa. v, de vinea quam plantavit electa, que fecit labruscas. Populus Iudeorum plantatus fuit ad bonum fructum faciendum, sed sterilis fuctus est. Et

hanc sterilitatem ostendit populus contra animam Christi, quam expierunt. Et ideo dicit, *Sterilitatem minux me.*

9. *Ego autem.* Supra Psalmista praemisit Iudeorum nequitiam : hic autem ostendit eorum pertinaciam, qua perdurant in malo. Et reprobat per pertinaciam aliquorum<sup>1</sup>, ex eo quod nullo remedio redneuntur ad bonum. Est autem duplex remedium, quo aliqui solent revocari ad bonum. Primo per sanctitatem ejus quem persequuntur ; secundo ex divino flagello. Primo ergo ostendit eorum pertinaciam ex eo quod non sunt revocati per sanctitatem ; secundum ibi, *dissipati*. Circa primum duo facit. Pro<sup>2</sup> primo ponit sanctitatem suam contra tribulaciones : secundo pertinaciam eorum in malum, ibi, *Et adversum me*. Circa primum facit tria, secundum quod sanctitas in tribus consistit, scilicet in carnis maceratione, in spiritus devotione, et affectus pietate. Et haec tria ponit Psalmista per ordinem : nam primo ait de carnis maceratione ; secundo de spiritus devotione, ibi, *Et oratio mea* ; tertio de affectus pietate, ibi, *Quasi proximum*. Circa primum duo facit. Quia enim caro indiget tegumento et alimento ; afflictio carnis habet fieri, vel asperitate tegumenti, vel subtractione alimenti. Et ideo primo dicit quod affligitur tegumento aspero ; secundo alimento subtracto, ibi, *Et humiliabam*. Dicit ergo quantum ad primum : *Ego autem cum nihil molesti essent, inducbar cilicio.* Hic cilicium metaphorice dicitur si exponatur de Christo ; quia non legitur portare cilicium. Hoc autem sit de pilis caprarum. Et in lege hirens caprarum immolabatur pro peccato ; et ideo cilicium signat peccatum. Christus ergo dicitur portare cilicium, quia indutus est carne non peccatrice quidem, sed habente similitudinem carnis peccati. Et nos etiam portare cilicium debemus, idest penitentiam de peccatis. Isa. iii, 24 : *Erit pro fascia pectorali cilicium.* Quantum vero ad secundum dicit, *Et humiliabam in jejuno animam meam* ; quasi dicat : Non solum tegumento aspero affixi carnem meam, sed et alimen-

to, dum illud a me subtraxi jejunando. De jejunio corporali Christi habetur Matth. iv. Potest etiam dici de spirituali jejunio Christi. Christus enim desiderabat saltem humanam. Hac est illa aqua, quam pettit a Samaritana. Jo. iv. Et in cruce ait, *Sitio*. Joan. xix. Sed jejunabat ad hoc, quia invenit homines longe a salute. Si autem dicatur in persona justi, tunc duplice potest intelligi. Uno modo, quod jejunium sit causa humilitatis in justo : et per animam intelligatur via carnalis, ut sit sensus, *humiliabam etc.*, idest superbiam carnalis vita humiliabam macerando eam. Ps. cvm, 24 : *Genua mea infirmata sunt etc.* Judith. viii, 16 : *Humiliemus illi animas nostras in spiritu etc.* Item potest dici, quando humilitas est socia jejunii : quia quando jejunio non jungitur humilitas, illud jejunium non est Deo acceptum. Isa. lxxviii, 3 : *Quare jejunavimus, et non asperisti etc.* Quando vero humilitas jejunio jungitur, tale jejunium est Deo gratum. Et ideo dicit, *Humiliabam in jejunio.* Sed quia nihil valet humiliare carnem nisi impinguet spiritum et confortet, hostis enim debilitandus est, et pugnator fortificandus, spiritus autem confortatur per orationem ; ideo addidit. *Et oratio mea in sinu meo convertetur.* Tob. xii, 8 : *Bona est oratio cum jejunio.* Oratio est speciale presidium in tribulatione. Jac. iii, 1, 13 : *Tristatur aliquis vestrum ? oret aquo animo, et psallat.* Psal. lxxvi, 3 : *Renuit consolatori anima mea, memor fui etc.* Sed dicit, *In sinu meo convertetur.* Si de Christo accipiatur, intelligitur duplice. Uno modo, ut referatur ad Deum quem adorat : quia ad Patrem in ejus sinu erat. Joan. i, 7 : *Unigenitus filius qui est sinus Patris.* Alio modo, ut referatur ad illos pro quibus orabat, quia orabat pro his qui erant in sinus Christi. Sinus autem Christi est secretum Dei, et hoc est propositum praedestinationis : unde pro praedestinatis orabat. Joan. xvii, 9 : *Ego pro eis rogo, non pro mundo.* Si autem referatur ad justum aliquem qui orat pro alio, non semper obtinet pro eo. Hier. vii, 16 : *Tu ergo noli orare pro populo hoc etc.*

<sup>1</sup> Al. « aliorum. »

<sup>2</sup> Al. deest : « pro. »

quia scilicet peccata ejus non merentur exandiri. Tamen exauditur pro seipso, cum oratio sua efficitur meritioria; unde *in siu*, idest ad me ipsum, Matth. x, 13: *Pax vestra ad vos revertetur*. Sed verum est quod predicta utilia sunt, parum tamen valent nisi habeat aliquis plium affectum ad proximum; et ideo subjungit.

10. *Quasi proximum*. Affectus autem ad proximum ostenditur in duobus: scilicet in complacientia boni alterius, et in displicientia mali. Rom. xii, 15: *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus*. Primum ostendit eum dicit, *Quasi proximum*; secundum eum subdit, *Quasi lugens*. Dicit ergo quantum ad primum, *Quasi proximum*. Hac constructio est mirabilis, quia non habent hi accusativi, unde regantur. *Glossa*, Casus pro casu ponitur, accusativus scilicet pro ablativo; quasi dicit: Sic complacebam mihi in eis, quasi in proximo et in fratre. Vel secundum Hieronymum, et deest hic unum *Ad*: sic enim habet Hieronymus: Quasi ad amicum et quasi ad fratrem meum. Vel dicitur, *Quasi sic complacebam*, Deo habebo me ad eos, sicut ad proximos et ad fratres: Iudei namque fuerunt proximi Christo, quia cum eis conversabatur. Barneh. iii, 38: *Post huc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est*. Fuerunt et fratres ejus per originem. Rom. ix, 5: *Ex quibus Christum secundum carnem*. Joan. iv, 22: *Salus ex Iudeis est*. Sed Job, xxx, 29: *Frater fui draconum, et socius struthionum*. Quantum ad secundum, scilicet displicantiam in malis, dicit, *Quasi lugens etc.* Hoc maxime fuit in Christo, Lue. xix; quando flexit super civitatem. Et dicit, *lugens*. Luctus enim est planctus pro mortuis. Tunc ergo homo luget pro aliis, quando plorat mala eorum quae ipsi non sentiunt velint mortui. Peccatores namque in peccatis mortui sunt, nec sentiunt mala sua: sed justi inde dolent ex compassione. Hierem. ix, 1: *Quis dabit capiti meo aquam etc?* Aliquando etiam dolet quis pro malis alienis, quae etiam in se sentit. Et hoc est contristari, Unde Hieronymus habet pulchrius: *Quasi lugens mater tristis incurvabar, sci-*

*licet super eos; quasi dicat: Dolebam de eis, sicut si essem eorum mater. Hanc ergo sanctitatem affectus ostendit eis per quam debuissent converti, sed amplius obstinati sunt, quia, Et adversum me letati sunt et convenerunt.*

11. Et circa hoc duo facit, Primo posuit eorum malitiam; secundo suam patientiam, ibi, *Et ignoravi*. Circa primum tria facit. Ponit enim tria, quae in Christi passione fuerunt. Primo ponitur Iudiciorum in malo iucunditas; secundo eorum consensus in malum, ibi, *Et concenerunt*; tertio dura Christi afflictio, ibi, *Et congregati sunt etc*. Dicit ergo: *Adversum me letati sunt, insultando in morte*. Thren. i, 21: *Luctati sunt etc*. Contra quod dicitur Prov. xxiv, 17: *Cum ceciderit iuniperus tuus, ne gaudes etc. Et concenerunt etc*. Ecce consensus eorum in malum. Convenerunt enim principes in mortem Christi ad invicem et cum plebe, et Iudei cum gentibus. Psal. ii, 2: *Astiterunt reges terre, et principes concenerunt in unum*. Et congregata sunt super me flagella. Ecce afflictio Christi dura: quia a Iudeis et gentibus caesus fuit. Thren. i, 22: *Muli genitus etc*. In Hebreo habetur, *Congregati sunt super me flagellantes*. Deinde enim dicit, *Et ignoravi*, ostenditur patientia Christi: quia, *ignorari*, idest ad modum ignorantis me habui, facendo scilicet, et non loquendo. Psal. xxvi, 14: *Ego tanquam surdus non audiebam etc*. Isa. lxi, 7: *Sicut ovis ad occisionem ducetur etc*. Hier. xi, 19: *Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, et non cognovi etc*. Vel, *ignorari*, secundum estimacionem eorum: quia eis videbar quod nescirem consilia eorum. Alia littera habet, *ignorabant*. Ignorabant enim tria: scilicet quem flagellarent, quia *si coquarissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent*. I Cor. ii, 8. Item causam quare. Joan. xvii, 23: *Si male luctus sum, testimonium prohibe de malo; si autem bene, cur me credis?* Item effectum iniuritatis: pro hac enim perpetuo sunt privati. Lue. xxi, 23: *Et ira populo huic*. Secundo enim dicit,

12. *Dissipati sunt nec compuncti*, ostendit, quod non sunt revocati, nec mu-

tati ad bonum per secundum remedium, quod est flagellum divinum : et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit malum quod patiebatur ; secundo defectum compunctionis ipsorum, ibi, *Nec compunet* ; tertio eorum obdurations effectum, ibi, *Tentaverunt me etc.* Dicit ergo, *Dissipati sunt*. Hoe dupliciter exponitur : et primo sic, *Dissipati sunt*, idest corde stupefacti, dnm nescient rationem eorum quae fiebant, idest miraculorum in passione : quia Matth. xxvii, 52 : *Multa corpora sanctorum qua dormierant surreverunt : et errantes de monumentis revererunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Obscuratus est sol etc.* Unde revertentes percutiebant pectora sua. Vel, dissipati, idest divisi : quia Joan. vi, 42 : *Alii dicebant, qui bonus est : ali autem dicebant, Non, sed seducit turbas.* Et non sunt compuncti, idest conversi ad penitentiam. Et hoc patet per effectum, quia tentaverunt me dicentes : Joan. x, 24 : *Si tu es Christus, dic nobis palum.* Vel ad passionem Christi non sunt conversi. Nam post mortem ipsius adhuc insultabant ei dicentes verba blasphemiae contra Christum, quia dicebant verba irrisio. Matth. xxvii, 40 : *Vah qui destruis templum Dei etc.* Et quantum ad hoc dicit, *Subsanaverunt me.* Subsanatio est irrisio quae fit rugato naso. Isa. xxxvii, 23 : *Cui exprobasti, et quem blasphemasti, et super quem exaltasti vocem tuam etc.* Item verba indignationis. Matth. xxvii, 63 : *Recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens.* Et quantum ad hoc dicit, *Frenduerunt etc.* Hoc est aprorum qui crudelès sunt, sic et Iudei. Thr. ii, 16 : *Frenduerunt dentibus, et discerunt : devorabimus.*

\* *Fremuerunt*

43. *Domine quando respicies.* Supra Psalmista ex persona Christi, vel justi, nequitiam persecutorum et pertinaciam ostendit ; hic autem contra nrumque invocat Dmum. Et primo petit divinum auxilium ; secundo ostendit divini auxili fructum, ibi, *confitebor.* Circa primum duo facit. Primo petit accelerationem ; secundo ipsum auxilium, *restitue.* Dicit ergo, *Domine quando respicies ?* In hoc ergo auxilii accelerationem exprimit, et affectum animi non valentis amplius pati

moram ; quasi in anxietate positi. Et ideo dicit, *Domine quando respicies ?* hoc est enim proprie non ferentis moram. Psalm. xli, 3 : *Quando veniam, et appa rebo ante faciem Domini ?* Et potest hoc dupliciter intelligi, secundum quod duplex est respectus Dei. Unus est misericordia: quoad justos ad salutem Sap. iv, 15 : *Gratia Dei et misericordia ejus in sanctos ejus, et respectus ejus in electos illius.* Alius est quod ad malos puniendum. Judith. ix, 6 : *Respic castra Assyriorum nunc sicut castra Egypciorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant.* Et de utroque respectu potest intelligi si de Christo exponatur, *Domine quando respicies me, ut resuscites me.* Ps. xi, 4 : *Respic et exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte : ne quando dicat inimicus meus; prævalui adversus eum.* Vel, *Quando respicies super adversarios meos.* Habac. i, 13 : *Quare respic super iniqüitates, sive ini que agentes, et taces devorante in pio justiorem se.* Deinde cum dicit, *restitue,* ipsum auxilium quod petit, exponit : et in hac petitione dat duo intelligere : primo scilicet necessitatem quam patiebatur ; secundo malitiam adversariorum, ibi, *A malignitate.* Dicit ergo quantum ad primum, *Restitue,* quia necessitas grandis est, nam periculosa res est, quia in periculo animæ. *Restitue, inquam, animam meam, corpori scilicet a quo separata fuit in morte, licet a divinitate non fuerit separata :* Joan. x, 18 : *Potestatem habeo ponendi animam meam etc.* Hoc poterat potentia divinitatis que non est alia quam potentia Patris : unde ita facit a se quidquid facit, quod tamen habet a Patre. Hoc etiam dicat quilibet vir justus, quando est in periculo, vel corporali vel spirituali ; quasi dicat : *Libera me a periculis. Malitia nostrum duplex.* Primo quantum ad fraudulentian : unde dicit, *A malignitate eorum, quia malitiose contra me procedunt :* I Joan. ii, 14 : *Vicisti malignum.* Item quantum ad crudelitatem, *Et a leonibus unicam meam, quia anima unica liberatur a leonibus, idest a dæmonibus, vel a tyrannis :* Ps. lvi, 5 : *Animam meam eripiuit de medio catulo-*

*rum leonum : Eccli. l, 4 : A rugientibus  
prparatis ad escam.*

44. *Confitebor.* Hic ponit fructum auxilii. Et primo ex parte sua. Secundo ex parte hostium, ibi, *Non supergaudent*. Tertio ex parte justorum, ibi, *Exultent*. Fructus ex parte liberati est laus Dei : unde dicit, *Confitebor tibi, et laudabo te, quia liberasti me* : Ps. lxxv, 43 : *Redditam tibi vota mea etc.* Et si referatur ad Christum, fructus resurrectionis Christi est instruictio Ecclesiae, et fides qua Ecclesia confitetur Deum : Rom. x, 10 : *Cordis creditur ad justitium, ore autem confessio fit ad salutem.* Vel describitur Ecclesia ex multitudine credentium. Secundo ex virtute eorum. Quantum ad primum dicit, *In Ecclesia magna quidem numero et diffusione terrarum : Malach. i, 41 : Magnum est nomen meum in gentibus.* Item magna constantia et virtute, quia *porta inferni non praevalebunt adversus eam*. Matth. xxxix, 10. Ps. xvi, 48. *Annumtari justitiam tuam in Ecclesia magna.* Quantum ad secundum dicit, *In populo gravi laudabo te* : Gravitas quandoque sumitur in bono, quandoque in malo : quia similitudinarie est duplex proprietas in corporali gravitate. Una est ponderositatis, quae tendit deorsum ; et haec est mala : quia homo dicitur gravis, secundum quod ad terra ponderositudinem et similitudinem tendit : Ps. iv, 3 : *Fili hominum usquequo gravi corde?* Isa. i, 4 : *Populo gravi iniuritate, semini nequam, filiis scleratis.* Alia proprietas est stabilitas, quae opponitur levitati, et non commovetur. Levis homo dicitur, qui movetur omni vento, Eph. iv. Qui stabilis in bono est, dicitur gravis : Cor. x, 4 : *Epiſtolae graves sunt et fortes.* Hieronymus habet : In populo forti laudabo te. *Non supergaudent mihi inimici mei.* Hic ponitur fructus ex parte hostium : ubi petit quod eorum exultatio reprimatur. Et primo proponit hunc fructum. Secundo ponit radicem insultationis, ibi, *Adversantur*. Tertio ponit radicem insultationis, ibi, *Vidisti Domine.* Dicit ergo, *Non supergaudent* : quasi dicat : Peto restitu : *Ut non supergaudent mihi,* quasi vincentes me. Et hoc, quia Christo resuscitato eorum gaudium versum est

in confusionem. Vel, *Non supergaudent mihi*, in membris meis, quae non sunt gravia, quia sustentantur per Christum : Mich. viii, 7. *Non lateris inimica mea.* Qui *adversantur.* Hic ponit causam insultationis. Causa et radix insultationis est triplex. Ex parte cordis, operis et oris. Ex parte operis, *Illi supergaudent qui adversantur inique.* Si pro justitia adversarentur et superganderent, bonum esset et justum ; sed quia inique gendant, indecens est : Psal. xxxv, 5 : *Iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Ex parte cordis est odium indebitum ; unde dicit, *Et qui oderunt me gratis, idest sine causa* : Ps. cxix, 7 : *Dicunt loquebar illis, impugnabant me gratis* : Joan. xv, 25 : *Ut impletur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis* : Ps. xxxiv, 12 : *Retribuebant mala pro bonis.* Item odium simulantium, quia cum odio cordis. Annunt oculis. Hoc dupliciter. Uno modo, ad ostendendum palliationem odii, quasi annuentes quod diligenter. Vel annuntiant sibi invicem oculis, concitantes se ad malum : Prov. vi, 12 : *Homo apostata vir inutilis.* Ex parte oris dupliciter. Primo quantum ad verba fraudulenta. Secundo quantum ad irrigatoria. Quantum ad primum dicit, quod in ore. Secundo, quod in corde, *In ore verba pacis* : unde dicit, *Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur* : Mare. xi, 14 : *Sciimus quia rerar ex* : Ps. xxvii, 3 : *Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.* In corde habebant dolos, idest verba dolosa : Hier. ix : *Sagitta vulnerans eorum lingua, dolum locuta est.* Et hoc, *In iracundia terra, dolos cogitant, idest habentes iram contra me pro terrenis* : Joan. xi : *Ne forte veniant Romani etc.* Hieronymus habet, *In rapina terra verba irrigatoria.* Qui irriget aliquem, duo facit : quia hujusmodi verba molestant derisum, et latitieant irridentem ; et ideo dicit, *Dilataverunt super me os suum, quasi, audacter et gaudenter loquuntur malum de alio* : Isa. xxxvii, 23 : *Super quem exaltasti eorem tuam, et elevasti in altitudinem oculos tuos? Dilataverunt super me os suum.* Gaudium eorum ostendit cum dicit, *Euge : interjectio congratulantis :*

*levasti ali-  
tudinem  
oculorum.*

Matth. xxv, 23 : *Euge serre bone etc.*  
 quasi dicat, sibi ipsis congratulantes de victoria quam videbant se habere de me.  
 Et hoc quia, *Viderunt oculi mei*, scilicet Christi, passionem quam desideraverunt : Matth. xxvi, 40 : *Vah qui destruis tem-  
 plum Dei etc.* Thren. ii, 16 : *Hæc est dies quam expectabamus, invenimus, vi-  
 dimus.*

15. *Vidisti.* Supra Psalmista posuit radicem insultationis, que fuit eorum malitia; hic autem removet illam radicem, sive causam, implorans Dei judicium. Circa quod tria proponit. Primo cognitionem necessariam ad judicium precessisse. Secundo petit judicium, ibi, *Ne sileas.* Tertio judicij effectum, ibi, *Non dicant.* Judex non potest juste ferre sententiam nisi prius instructus de facto. Hoc autem divino judicio non deest, quia videt ea quæ aguntur ex utraque parte; unde dicit, *Vidisti*, scilicet eorum malitiam, et meam justitiam : Hebr. iv, 13: *Omnia nulla et aperta sunt oculis ejus.* Consequenter petit judicium divinum. Et primo agit de judicij dilatione. Secundo petit processum judicij. Quod judicium differatur, procedit ex duobus, scilicet ex patienti tolerancia defectus iniquorum, et ex hoc quod judex non diligit eum pro quo sententia dari debet, et ex hoc concludit eum. Quantum ad primum dicit, *Ne sileas*, scilicet eorum malitiam, quam vidisti, pertransende; Habac. i, 13:

*Quare respicis contemptorem, et taces qua agen-  
 tes... devo-  
 rante im-  
 pio.*

16. *Erurge.* Ille ponit processum judicij. Tria enim requiruntur in judicio. Primo, quod judex sumat judicandum. Secundo, quod consideret merita cause. Tertio, quod proferat sententiam justam. Quantum ad primum dicit, *Exurge*, idest a torpore, et assume animum judicandi: Psal. xliii, 23: *Exurge, quare obdormis Domine?* Quantum ad secundum dicit duo, quibus judex intendere debet: scilicet judicium proferendum, et

causam super quam debet sententiam ferre; unde dicit, *Intende judicio meo*, id est pro me ferendo: Psalm. lxxi: *Ieus, judicium tuum regi da etc.* Quantum ad secundum dicit, *Dens manus et Dominus manus in causam meum.* Uno modo, in item, sicut in Hebreos, *in item meam*; Job. xxix, 16: *Causam quam nesciebam, diligenter investigabam.* Vel, *In causam*, secundum quod causa idem est quod principium, ex quo sequitur aliud; quasi dicat, *Intende in causam pro qua' ego patior.* Et hæc est obedientia Patris: Phil. n, 8: *Factus est obediens usque ad mortem etc.* Item causa est caritas quam habuit ad nos, propter quam causam patiebatur. Quantum ad secundum dicit, *Judica me.* Una littera habet, *Secundum justitiam tuam*; alia littera habet, *Judica me secundum justitiam meam.* Primum idem est, ac si diceret, *Judica me secundum legem tuam et justitiam: nam justitia Dei est reddere unicuique secundum merita: et que non possunt falli et flecti a veritate*, Rom. ii. *Judicium Dei est secundum veritatem.* *Secundum justitiam meam*, scilicet quam ego sum secutus. Et potest dici quod idem est justitia mea et tua: Dei scilicet justificantis, hominis quasi justificati, quia justitia nostra est ex Deo: Rom. *Volentes justitiam suam statuere etc.* Consequenter petit effectum judicij, *Ut non supergaudeant mihi:* et circa hoc duo facit. Primo petit insultationis reprehensionem. Secundo petit eorum confusionem, ibi, *Erubescant.* Exterior exultatio nascitur ex interiori gaudio. Primo ergo petit ut reprimatur eorum gaudium intus. Secundo exterior insultatio. Dicit ergo quantum ad primum, *Non supergaudeant mihi:* quasi dicat: Ita judicium tuum reprimat eos, ut non gaudeant super me: Thren. i, 21: *Omnes inimici mei audierunt malum meum, et lateti sunt.* Quantum ad secundum dicit, *Ne dicant in cordibus suis.* Insultatio in duobus sit, sicut et gaudium. Gaudium autem vel est de presentibus bonis, vel de bonis futuris. Similiter insultatio, vel est propter mala jam facta, vel propter fienda. Primo ergo petit removeri insulta-

tationem de præteritis: et ideo dicit, *Ne dicant in cordibus suis, euge, euge, animæ nostræ, idest non congratuletur anima ejus super aliquibus de me, Et dicant animæ nostræ, devorabimus eum.* Aliquando enim aliquis opprimit aliquem non exultatione, sed surreptione ex infirmitate: et hoc patet ex hoc quod statim pœnit. Sed quando ex malitia opprimit, tunc gaudet se fecisse: et hoc est quod dicit, *Ne dicant, devorabimus eum,* scilicet in futurum: Ps. ixi, 5: *Lingua eorum gladius acutus:* Iacob. iii, 14: *Exultatio eorum, sicut ejus qui decorat pauperem in abscondito.*

17. Erubescant. Ille petit eorum confusionem: et petit duo correspondientia duobus premissis, de quibus fit insultatio: scilicet de factis et fiendis. Primo petit ut confundantur de malis jam factis. Secundo ut confundantur super futuris, ibi, *Induantur confusione.* Primo ergo petit erubescientiam eorum, vel bonam confusionem, vel æternam; et hoc dicit per modum prænuntiationis vel conformatio[n]is ad Deum: Isa. lxv, 14: *Servi mei latabuntur, et vos confundemini.* Secundo petit eorum diffiditatem sive timorem: unde, *Ei reverentur simul.* Vel in bonum, quasi, incipiunt Deum timere: nam timor initialis et castus proprie reverentia dicitur; et hie timor inducit in salutem: quia, ut dicitur Ecli. i, 16: *Timor Domini initium sapientiae.* Vel semper sint in timore: Sap. xvi, 10: *Cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata:* Joh. xv, 21: *Sonitus terroris semper in auribus ejus.* Et quare haec eveniunt eis? quia gloriantur in malis meis. Consequenter petit confusionem de futuro et aliqua petit per alium modum, quia idem est confusio quod erubescens: et sicut illa possunt accipi in bono et in malo, ita hie confusio et reverentia. Sed quod additur, *Induantur confusione,* aliiquid addit. Indumentum enim dicit habitum. Qui ergo simpliciter et in principio timet, non potest dici habere habitum timoris; sed qui firmiter in malo, et desiderant malum: Hier. xvii, 18: *Duplici contritione contere eos.*

Et quare plus petit modo quod affligantur quam ante? quia est major culpa, quasi scilicet noui sunt contenti his quæ fecerunt, sed adhuc maligna cogitant contra me. Sicut Judæi etiam post mortem Christi volebant occultare ejus resurrectionem corrumpendo custodes: Prov. xxx, 8: *Verbum malignum, vomitatem et verba mendacia longe fac a me:* Hieronymus habet, *Qui maligna loquuntur contra me;* 1 Reg. ii, 3: *Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriante[s].*

18. Exultent. Ille est tertius fructus, qui consurgit ex parte divini auxili: et hic fructus est gaudium sanctorum. Et primo ponit fructum exultationis, dicens, *Exultent et latentur.* Ponit autem pro fructu sanctorum jucunditatem, quia latititia dicit latitudinem cordis, unde signat interioris gaudium: Ps. cxviii, 32: *Dilatasti cor meum.* Et haec latititia est proprie in justis: Ps. xcvi, 11: *Lux orta est justa, et rectis corde latititia.* Exultatio dicit gaudium prorumpens exterius ad interiori; et haec exulta[ti]o competit justis: Ps. xxxii: *Exultate justi in Domino.* Et hoc competit rectis: unde dicit, *Qui volunt justitiam meam,* scilicet imitari. Vel si dicatur ex persona David, *Volunt justitiam meam;* idest congaudent bonis meis, sic est gaudium cordis, et ex hoc sequitur exultatio oris: Isa. xi, 3: *Gaudium et latititia invenientur in ea, gratiarum actio, et caro laudis.* Et ideo subdit, *Dicant semper, magnificetur Dominus,* idest magnificeat Deum sancti. Non enim secundum veritatem magnum faciendo, sed nuntiando et prædicando eum magnum: Ps. xxxii, 4: *Magnificate Dominum meum etc.* Ecli. xi, iii, 32: *Admirabilis magnificencia ejus.* Item ibidem: *Quis magnificabit eum sicut est?* et qui sunt illi qui hoc faciunt? certe, *Qui volunt pacem servi ejus,* scilicet Christi secundum humanam naturam: quam pacem Christus fecit et dat, quia *Ipse est pars nostra, qui fecit utraque unum.* Eph. ii, 14: *Pacem meam do vobis, pacem meam reliquo rohis.* Joan. xiv, 22: *Et in me pacem habetis.* Joan. xvi, 33: Si autem intelligitur dictum ex persona

\* Al. : « magna. »

David, sic est sensus, *Qui volunt pacem serui ejus*, idest illi exultent et letentur, qui volunt quod servus ejus, scilicet ego, habeam pacem. *Sed et lingua mea*. Hic ostendit quod etiam ipse est participes gaudii hujus; quasi dicit: Non solum illi qui habent gaudium, sed et ego etiam gaudii sanctorum sum participes. Et de hoc ponit duo. Primo ponit interior meditationem. Secundo ponit interior laudem. Dicit ergo quantum ab primum, *Sed et lingua mea meditabitur justitiam tuam*.

Sed contra. Meditari non pertinet ad linguam, sed ad cor.

Et est triplex responsio. Uno modo lin-

gua meditatur, idest meditata loquitur: Ps. xlvi, 4: *Os menu loquunt sapientiam*, scilicet meditata. Qui est justus, loquitur ex premeditatione: sic et sapiens. Alio modo est duplex os, sive duplex locutio; scilicet interior, et exterior: Matth. xv, 11; *Quae procedunt de ore*, scilicet cordis, *huc sunt quae coinquant hominem*. Et sic accipitur hic lingua, scilicet interior. Tertio modo, sic *Meditabitur*, idest decantabitur, et modulabitur, *tota die laudem tuam*, idest semper cogitat quomodo laudet te: Ps. xxxiii, 2: *Benedicam Dominum in omni tempore etc.*

### PSALMUS DAVID XXXV.

#### *1. In finem servo Dei.*

Dixit iniquus ut delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos ejus. Quoniam dolose egit in conspectu ejus: ut inveniatur iniurias ejus ad odium. Verba oris ejus, iniurias et dolus: noluit intelligere, ut beue aget. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astigit omni via non bona; malitiam autem non odivit.

2. Domine, in celo misericordia tua: et veritas tua usque ad nubes. Justitia tua sicut montes Dei: iudicis tua abyssus multa.

3. Homines et jumenta salvabis, Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

4. Filii autem hominum in tegmine alarmi traerunt sperabunt. Inebriabantur: ab ubertate domini tuae: et torrente voluptitatis tuae potabis eos. Quoniam apud te est fons vita.

5. Et in lumine tuo videbimus lumen.

6. Pretende misericordiam tuam scientibus te, et justitiam tuam his qui recte sunt corde. Non veuiat nulli pes superbiae: et manus peccatoris non moveat me.

7. Ibi cederunt qui operantur iniuriam: expulsi sunt, uic potuerunt stare.

4. In praecedenti Psalmo Psalmista imploravit Dei auxilium contra persecutores peccatorum; hic autem describit peccatorum nequitiam. Titulus, *In finem servo Dei*. Et est novum hoc quod dicit, *Servo Dei*. Ille est fidelis servus, qui bona domini sui non usurpat sibi, et mala sua non retrorquet in dominum. Quidam enim sunt, qui peccata sua in Deum retrorquent, dicentes quod necessitate peccant: et bona sua sibi vindicant, dicentes quod habent ea ex virtute propria. E

contrario facit David: et circa hoc duo facit. Primo facit mentionem de malis qua sunt in nobis ex nobis. Secundo de bonis que sunt in nobis a Deo, ibi, *Domine in corlo*. Circa primum duo facit. Primo ponit radicem mali. Secundo ponit processum mali ex illa radice, ibi, *Verba oris*. Radix mali est propositum. Primo ergo proponitur malum propositum. Secundo ponit causam, ibi, *Nom est timor*. Tertio probat, ibi, *Quoniam dolose*. Sicut dicit Philosophus in iii, 2: *Ethica*, hic aliquis facit iniquum, et non iniquificat; aliquis facit et iniquificat, sed non est iniquus; aliquis facit et iniquificat et est iniquus. Primum facit ille qui retinet rem alterius quam credit suam. Secundum facit ille qui non secundum habitum, sed ex passione facit iniquum, qua passione cessante reddit rem alienam. Tertium facit ille qui ex proposito facit iniquum; et ideo dicit, *Dixit iniquus*, id est ex proposito deliberavit, *ut delinqnat in semetipso*: quia in ejus potestate est ut proponat peccare, non in fato stellarum: Eccl. xv, 11: *Deus ab initio constituit hominem, et reliquit eum in manu consilii sui*; sed processus irrefrrenatus peccandi est ex eo quod removetur impedimentum peccati. Dicitur autem quod peccatum in Spiritum sanctum est, quando ex certa malitia peccatur; et hoc

quando removetur impedimentum. Hoc ergo impedimentum removet timor Domini: Prov. xvi, 6: *In timore Domini declinatur a malo*: Job. xv, 4: *Quantum in te est erucasti timorum, et tulisti processos etc.* Et ideo dicit, *Non est timor Domini ante oculos eorum*. Timor est in affectu; sed causa timoris est in oculis, ex hoc quod non considerant judicium Dei: Dan. xii, 19: *Aterretur oculus suos, ne videantur cursum*; sed causa est, *Quoniam dolose egit*. Quando aliquis in oculis regis facit aliquid regi odiosum, signum est quod non timet eum; sic peccator quando facit peccatum coram Deo, qui omnia videt, signum est quod non timet Deum, quia in conspectu suo, scilicet Dei, egit dolose, idest fecit dolum: Hebr. iv, 13: *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*. Et dicit, *Dolose*, quia aliud profert extra, aliud simulat: Psal. v, 7: *Vixum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus*; Job. xxxvi, 13: *Simulatores et callidi provocant iram Domini*. Et ideo, *Inveniatur iniqüitas ejus ad ordinem*, idest talis sit iniqüitas ejus quod Deus habeat eam odio. Et hoc est signum quod Deus tales simulatores odit, quia in evangelio multum invehitur Deus contra simulatores. Alia littera habet, *in conspectu suo, ut videat iniqüitatem suam, et odisset*. Contingit quod aliquis disentit conscientiam suam ut inveniat iniqüitatem suam et odiat: Frequenter in hoc fraudulentem agit, quia non disentit bene, sed gravia levitat, et levia aggravat. Et ideo dicit, *Dolose egit in conspectu suo, idest in conscientia*; quia si fideliter suam odisset iniqüitatem, discussisset. Vel secundum eundem sensum, *In conspectu suo, scilicet Dei, idest in sacra Scriptura*, quam non attendunt secundum veritatem suam, et Spiritus sancti, sed agunt dolose; et hoc ideo, quia non inveniunt iniqüitatem. Consequenter ponit processum radicis. Et primo ponit peccata oris. Secundo cordis et operis. Homo committit peccatum ore dupliciter: vel per apertam malitiam, cum aperte mentitur; et hoc est quod dicit, *Verba oris ejus iniqüitas*: Job. vi, 30: *Non tueriens in ore meo iniqüitatem*. Vel per occultam fraudulentiam; et hoc est dolus: Hier. ix, 21: *Sagitta rul-*

*nerans lingua eorum dolum locuta est*. In corde peccat quis dupliceiter: per contemptum boni, et per studium mali. Contingit, quod aliquis peccat per infirmitatem, aliquis ex ignorantia. Sed quando est ignorantia affectata, tunc est grave peccatum: Job xxi, 14: *Scientiam viarum tuarum nolumus*. Et ideo dicit, *Noluit intelligere ut bene ageret*, unde voluit intelligere curiosa, et non ut bene operaretur: Hier. iv, 22: *Sapientes sunt, ut faciunt malum; hunc facere nescierunt*. Item aliquando facit homo peccatum ex studio malitia: unde dicit, *Iniquitatem meditatus est in cubili suo*, idest in corde suo. Vel in cubili, idest quando stat in secreto: Prov. xxiv, 9: *Cogitatio stulti peccatum est et abominationis. Astitit*. Hic ponit quod committitur opere. Et primo ponit coadjivationem ad malum. Secundo, quod non impedit malum. Quantum ad primum dicit, *Astitit omni ria non bona*, idest vivit et favit omni mala via, vel mala operationi: Ps. ii, 2: *Astiterunt reges terrae*. Quantum ad secundum dicit, *Malitiam autem non odit*: Ps. ii, 4: *Dilesisti malitiam super benignitatem, iniqüitatem etc.* Job. xx, 12: *Dum dulce fuerit in ore ejus malum \*\*\* abscondit illud sub lingua sua*. abscondet.

2. *Dominus*. Hic ostendit quae recepit a Deo. Et primo numerat ipsa bona. Secundo petit ea sibi dari, ibi. *Prætende*. Circa primum duo facit. Primo proponit eam aut bonorum quae reredit a Deo. Secundo enumerat ipsa bona, ibi, *Homines et jumenta*. Et primo ponit commendationem cause. Secundo proponit profunditatem effectum, ibi, *Judicia tua*. Quidquid Deus facit in nobis, vel est ex justitia, vel ex misericordia, vel ex veritate. Ex justitia, quando reddit pro meritis. Ex veritate, quando reddit quod promisit. Ex misericordia, quando excedit merita et promissa. Probemus haec tria. Justitia Dei alta est, quia nullus tantum meretur quin Deus plus reddat. Veritas est altior, quia Deus promittit et solvit que nunquam meruimus, sicut incarnationem, et alia que pertinent ad mysterium redemptionis. Sed misericordia est altissima: quia ea que cogitare non possumus, largitur: 1 Cor. ii, 9: *Oculus non*

*vidit etc.* Et ideo justitiam comparat montibus, veritatem nubibus, quæ altiores sunt, misericordiam eolis, qui sunt super omnia. Dicit, *Domine, in cœlo misericordia tua, quæ est causa omnium bonorum meorum est in cœlo:* Ps. cxlv, 55: *Miserationes ejus super omnia etc.* Isa. lxiii, 7: *Miserationum Domini recordabor. Et veritas tua usque ad nubes. Justitia tua sicut montes Dei.* Hac omnia dicuntur secundum effectus, quia secundum essentiam idem sunt. Mysticæ per haec tria intelliguntur justi, quia in ipsis justis inventiuntur justitia, veritas et misericordia. Justi signantur per cœlum propter retributionem et caritatem: Matth. v, 12: *Merces vestra copiosa est in cœlis.* Item in illis maxime reluet misericordia, quia omnino sunt ab omni tribulatione liberati. Nos autem sumus adhuc in calamitatibus. Per nubes intelliguntur doctores: Isa. v, 6: *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbre.* Et in eis reluet veritas quam manifestant. Per montes intelliguntur sancti viri. Et quid sequitur ex omnibus istis? quod haec iudicia sunt abyssus multa, idest incomprehensibilia: Rom. xi, 33: *Quam incomprehensibilia sunt iudiciorum ejus etc.*

3. *Homines.* Supra commendavit Psalmista Dei justitiam, veritatem et misericordiam, et iudicia, ex quibus nobis bona proveniunt; hic autem enumerat illa bona: et circa hoc duo facit. Primo commemorat bona quæ communiter largitur omni creatura. Secundo bona propria quæ confert rationali creature, ibi, *Fili autem hominum.* Circa primum duo facit. Primo commemorat quæ communiter proveniunt a Deo. Secundo consurgit in admirationem divina misericordia, ibi, *Quemadmodum multiplicasti.* Dico ergo, quod misericordia tua est magna, et ex hac salvas homines et jumenta, idest rationales et irrationales creaturas. Vel per homines intelliguntur justi, per jumenta ipsi peccatores, qui temporali salute salvantur a Deo: Matth. v, 45: *Pluit super justos et injustos:* Ps. xlvi, 13: *Homo cum in honore esset non intellexit etc.* Et hæc salus communis est omnibus in duobus: scilicet in salute corporis: Eccl. xxx, 16: *Non est census super censem*

*salutis corporis:* et in rerum provisione: iv Reg. vi, 26: *Salea me rex. Qui ait, Non te salvet Dominus. Unde salvare te possum? de arcu, an de torculari?* Conqueritur admiratur divinam misericordiam, ibi, *Quemadmodum multiplicasti?* scilicet quam multum multiplicasti misericordiam tuam, scilicet quod salvas non solum homines, sed et jumenta. Vel quod est tibi cura non solum de justis, sed etiam de peccatoribus, quantum ad bona temporalia quæ in eis multiplicas: Hieronymus habet, *Quam pretiosa etc.* Magna est enim misericordia Dei, quod omnes salvat: magna etiam, quia unicuique plus dat quam meruit: Ps. lxxxv, 13: *Misericordia tua magna est super me.*

4. *Fili autem.* Hic ponit bona spiritualia, quæ sunt tria: fiducia, spiritualis refectio, et intelligibilis cognitio: et haec respondent gradibus entium. Entium quadam sunt tantum, quadam sunt et vivunt, quadam cum hoc etiam intelligunt; et inter entia rationalis creatura quadam aeternitatem participat, quia anima rationalis non perit. Et ideo dicit, *Fili hominum,* idest filii Dei Christi: vel filii hominum generaliter omnes homines intelliguntur. *Sperabunt in tegmine alarum tuarum.* Et loquitur metaphorice. Gallina protegit pullos suos alis ne occidantur; ita ipse Deus spirituali protectione protegit rationalem creaturam ne deficiat specialiter in anima: Matth. xxii, 37: *Quoties volui congregare filios tuos etc.* Isa. xlix, 2: *Sub tegumento in manus sua protexit me.* Vcl, *In tegmine,* idest in protectione spirituali. Et sic duas alas sunt doctrina novi et veteris testamenti. Item quæ hic inferius vivunt, specialiter cibantur refectione. Et primo ponit ipsam refractionem. Secundo ponit ejus causam, ibi, *Apud te. Refectio spiritualis in duobus consistit:* scilicet in donis Dei, et in ejus dulcedine. Quantum ad primum dicit, *Inebriabuntur ab ubertate domus tue.* Dominus est Ecclesia: I Tim. iii, 15: *Ut scios quomodo oporteat te conversari in domo Dei.* Et haec dominus, quæ modo est in terris, quandoque transferetur in cœlos: Ps. cxxi: *In dominum Dominum laetantes ibimus.* In utraque est ubertas donorum Dei; sed in hac Ecclesia est

imperfecta, sed in alia est perfectissima abundantia omnium honorum, et haec satiantur spirituales viri : Psalm. lxiv, 5 : *Replebitur in bonis donis tuae.* Et quod plus est, inebriantur, in quantum supra omnem mensuram meriti desideria implentur : cibetas enim excessus quidam est : Isa. lxiv, 4 : *quod oculus non vidit etc.* Cant. v, 1 ; *Inebriamini carissimi.* Et qui sunt ebrios, non in se sunt, sed extra se. Sic qui repleti sunt spiritualibus charismatibus, tota eorum intentio fester in Deum : Phil. iii, 20 : *Nostra conversatio in celis est.* Et non solum donis resuscitentur, sed etiam dilectione Dei : Job xxii, 26 : *Tunc super omnipotentem deliciis affluens, et elevabis ad Deum faciem tuam.* Et ideo dicit quantum ad secundum, *Et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Hic est amor Spiritus sancti qui facit impetum in anima, sicut torrens : Isa ix, 19 : *Quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit.* Et videtur voluptatis, quia voluptatem et dulcedinem in anima facit : Sap. xi, 1 : *O quam bonus et suavis est spiritus tuus Domine in nobis!* Et hoc potu poterunt boni : 1 Cor. x, 4 : *Eudem potum spiritualiter biberunt.* Vel torrente voluptatis tuae, scilicet Dei, quia dicitur torrens : Prov. xviii, 4 : *Torrens redundans, fons sapientiae;* quia voluntas ejus sic efficax est, ut ei resisti non possit, sic nec torrenti : Rom. ix, 19 *Voluntati ejus quis resistit?* Materia autem talis refectionis est, quia conjuguntur fonti : et sicut qui tenent os summ ad fontem vini, inebriarentur; sic qui tenent os summ, idest desiderium, ad fontem vitae et dulcedinis, inebriantur : 1 Cor. xi, 21 ; *Alius autem ebrios est.* Et sic inebriantur, quia *Apud te est fons vite.* Si referatur ad Christum, sic est sensus, *Apud te est, idest tu es fons vite.* Si autem referatur ad Patrem, sic est sensus, *Apud te est fons vite,* idest Verbum tuum vivificans omnia. *Est apud te.* Jo. i, 2 : *Verbum erat apud Deum:* Hier. ii, 13 : *Me dereliquerunt fontem aquarum vivarum etc.* Qui vere est fons vite, idest spiritualium honorum, ex quibus omnia vivificantur. Secundum est cognitio intelligibilis, quam homines, sive rationales creature participant. Ideo dicit.

5. *Et in lumine.* Duo sunt privilegia rationalis creature. Unum, quod rationalis creatura videt in lumine Dei, et quia alia animalia non vident in lumine Dei, ideo dicit, *In lumine tuo.* Non intelligitur de lumine creato a Deo, quia sic intelligitur illud quod dicitur Gen. I : *Fiat lux.* Sed *In lumine tuo,* quo scilicet tu laces, quod est similitudo substantiae tuae. Istud lumen non participant animalia bruta; sed rationalis creatura primo participat illud in cognitione naturali : nihil enim est aliud ratio naturalis hominis, nisi resplendens divina claritas in anima : propter quam claritatem est ad imaginem Dei : Psalm. iv, 7 : *Signatum est super nos lumen cultus tui Domine.* Secundum est lumen gratiae : Eph. v, 14 : *Exurge qui dormis etc.* Tertium est lumen gloriae : Isa. i, x, 1 : *Surge, illuminare Jerusalem, quia venit lumen tuum etc.* Vel, *In lumine tuo,* idest in Christo, qui est lumen de lumine : et sic est lumen quod est verus Deus. Est ergo lumen Christus, in quantum procedit a Patre : est fons vitae, in quantum est principium spiritus vivificantis. Aliud privilegium est, quia sola creatura rationalis videt hoc lumen : unde dicit, *Videbimus lumen.* Hoc lumen vel est veritas creata, idest Christus, secundum quod homo; vel est veritas in-creata, qua aliqua vera cognoscimus. Lumen enim spirituale veritas est : quia sicut per lumen aliquid cognoscitur in quantum lucidum : ita cognoscitur, in quantum est verum. Animalia bruta bene cognoscunt aliqua vera, puta hoc dulce : sed non veritatem hujus propositionis hoc est verum : quia hoc consistit in adaequatione huius intellectus ad rem, quod non possunt facere bruta. Ergo bruta non habent lumen creatum. Similiter nec lumen in-creatum, quia solus homo factus est ad videndum Deum per fidem et per spem : et sicut nunc videmus per fidem in lumine, sic videbimus eum in specie, quando erimus in patria.

6. *Prætende misericordiam.* Hic convertit se ad orationem, et petit misericordiam Dei. Et primo petit petitionem quantum ad alios. Secundo quantum ad se, ibi, *Non veniat mihi.* Duo petit, secundum duo genera hominum, qui conversantur in

domo Domini : quidam enim cognoscunt Deum per fidem ; quidam etiam justificati inharent ei. Qui ergo non cognoscunt Deum, non sunt in ejus domo ; sed qui habent fidem, possunt subjacere peccato, et ideo petit eis misericordiam : ideo dicit, *O Domine scientibus te*, per fidem scilicet, et vocat cognitionem scientiam propter certam invasionem : *His prætende*, idest amplia, extende ad eos misericordiam tuam miserando peccatis eorum : Isa. 27 Non est populus sapiens : Jer. ix, 24 : *In hoc gloriatur qui gloriatur, scire et nosse me.* Sed, *His qui recte sunt corde*, idest qui habent rectum cor et sunt confirmati tibi per caritatem, *Prætende eis*, idest amplia justitiam, idest coronam quam meruerint, quia isti jam merentur coronam : II Tim. iv, 8 : *In reliquo reposita est mihi corona justitiae etc.* Et ideo petit eis justa. Pro se duo petit. Primo petit conservari a peccato, et hoc, removendo duas causas peccati. Una est interior : et haec est superbia, qua est initium omnis peccati ; unde dicit : *Non reniat mihi pes superbie*, idest affectus superbiendi removeatur a me ; Ecel. xxiii, 5 : *Extollentium oculorum meorum ne dederis mihi.* Alia causa est exterior, quando incitat ab aliquo ad peccandum : Ps. xviii, 14 : *Et ab alienis parce seruo*

*tum.* Et ideo dicit, *Manus peccatoris non moreat me*, idest inductiones et promissiones et blandimenta non inducant me ad peccandum.

7. *Ibi ceciderunt.* Hic ponitur petitionis ratio : et est duplex. Primo, quia ex hoc pede est casus : sicut quando quis cadiit propter pedem quem habet malum : et ideo dicit, *Ibi*, idest in pede superbie. *Ceciderunt.* Ecce *Initium omnis peccati superbie*, Ecli. x, 45. Homo enim ex hoc peccat, pro eo quod non continentur sub regula legis divinae. Sed ex superbia exit arrogantia : I Cor. x, 12 : *Qui se existimat stare*, idest per superbiam, *videat ne erudit*. Et dicit, *Qui operantur*, non qui operati sunt, quia aliquis aliquando ex infirmitate peccat, vel ignorantia, et iste non permanet ; sed qui peccat ex superbia, hic persistit : quia Prov. n, 14 : *Lætantur cum male fecerint, et erubunt in rebus pessimis.* Item alia causa est alieni impulsus ; unde dicit, *Expulsi sunt*, idest impulsi dum inaniter se efferrunt, sicut Lucifer de caelo, et homo per superbiam de paradyso expulsi sunt. *Nec potuerunt stare* : Job. xviii, 18 : *Expellet rum de luce in tenebras etc.* Sed humilitas facit stare : Ps. cxxi, 2 : *Stantes erant pedes nostri etc.*

### PSALMUS IPSI DAVID XXXVI.

1. Noli æmulari in malignantibus : neque zelaveris facientes iniuriam. Quoniam tanquam fenum velociter arescunt : et quenadmodum olera herbarum, citè decident.

2. Spera in Dominio, et fac bonitatem : et inhabita terram, et pasceris in divitiis ejus.

3. Delectare in Domino ; et dabit tibi petitiones cordis tui. Revele Domino viam tuam, spera in eo, et ipse faciet.

4. Educat quasi lumen justitiam tuam, et iudicium tuum tanquam meridim : subditus esto Domino, et ora eum.

5. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua : in homine faciente iniustias.

6. Desine ab ira, et derelinque furorem ; noli æmulari ut maligneris. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur : sustinentes autem Dominum, ipsi hereditabunt terram.

7. Et adhuc posilium, et non erit peccator : et quaeres locum ejus, et non invenies.

8. Mansueti autem hereditabunt terram ; et delectabuntur in multitudine pacis.

9. Observabit peccator justum, et stridebit super eum dentibus suis.

10. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies ejus.

11. Gladimi evaginaverunt peccatores : intendunt arcum suum. Ut dejiciant pauperem et impium : ut trucident rectos corde. Gladii corum intret in corda ipsorum : et arcus corum confringatur.

12. Melius est modicum justo super divitias peccatorum multis.

13. Quoniam brachia peccatorum conferuntur ; confirmat autem justos Dominus.

14. Novit Dominus dies immaculatorum, et hereditas eorum in aeternum erit.

15. Non confundentur in tempore malo, et in diebus famis satrabiatur : quia peccatores peribunt, inimici vero Domini, mox ut honoribeat fuerint et exaltati, deficiente quenadmodum inimici deficiunt.

16. Mutabuntur peccator, et non solvet : justus autem miseretur, et retrahet. Quia benedicentes

ei hereditabunt terram, maledicentes autem ei dispergunt.

17. Apud Dominum gressus hominis dirigeatur, et viam ejus volet. Cum occidatur, non collidetur, quia dominus supponit manum suam.

18. Juuior fui, et elevum semini : et non vidi justum derelictum, nec semen ejus querens panem. Tota die miseretur et commoda, et semen illius in beatitudine erit.

19. Declina a malo, et fac bonum : et inhabita in seculum seculi. Quia dominus amat iudicium, et non derelinquet sanctos suos : in aeternum conservabuntur.

20. Injusti punitur, et semen impiorum peribit. Justi autem hereditabunt terram, et inhabitabunt in seculum seculi super eam.

21. Os justi meditabitur sapientiam ; et lingua ejus loquetur iudicium. Lex dei ejus in corde ipsius, et non suppluantur gressus ejus.

22. Considerat peccator justum, et querit mortificare eum. dominus autem non derelinquit eum in manus ejus ; nec damnabit eum, cum iudicabit illi.

23. Expecta dominum, et custodi viam ejus, et exaltabit te, ut hereditate capias terram : cum perirent peccatores, videbis.

24. Vidi impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros libani. Et transivi, et ecce non erat : et quasi eum, et non est inventus locus ejus.

25. Custodi innocentium, et vide sequitur : quantum sunt reliquiae homini pacifico. Injusti autem disperibunt, simul reliquiae impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino, et protector eorum in tempore tribulationis. Et adjuvabit eos dominus, et liberabit eos : et eruet eos a peccatoribus, et salvabit eos, quia speraverunt in eo.

1. Supra petivit psalmista divinum auxilium contra peccatores, et ostendit malignam eorum ; hic autem docet contemnendam esse eorum felicitatem. Titulus non est novus. Intentione autem psalmi hujus est ostendere, quod non repulerent prosperitates impiorum. Circa quod psalmista tria facit. Primo enim primit intentionem psalmi. Secundo ponit rationes in generali, ibi, *Quoniam tanquam fenum*. Tertio explicat in speciali, ibi, *Noli amulorū in eo*. Circa primum duo facit. Primo enim removet a bonis malorum annulationem. Secundo zelum, *Neque zelaveris*. Dicit ergo, *Noli amulorū*. Hic ponit unum ex parte peccatorum per modum designationis. Et ex hoc ponit malignantes et facientes iniquitatem. Aliud ponit ex parte bonorum per modum prohibitionis, et ponit duo : scilicet, *Noli amulorū*, et *Neque zelaveris*. Peccatores autem designat primo, quantum ad pravam ipsorum intentionem, quia malignantes : malignitas enim pertinet ad eorū ; unde dicitur malignus quasi malus ignis, quando scilicet aliquis facit ex prava

intentione aliquid, illud est malignum consilium. Secundo quantum ad pravitatis executionem ; unde dicit, *Facientes iniquitatem* ; sed justo cuilibet dicit, *Noli amulorū etc.* Secundum Philosophum, in *Uethicorum*, quatuor ad idem genus spectant : scilicet misericordia, invidia, zelus, et nemesis : et haec omnia important tristitia de eventibus aliorum ; sed misericordia et invidia de his quae eveniunt bonis, alia vero duo de his quae eveniunt malis. Invidia enim est tristitia de prosperitate bonorum, sed misericordia est tristitia de miseria bonorum. Zelus proprius est, quando quis tristatur de bono alterius ; non ex eo quod ipse bonum habet, sed ex eo quod ipse non habet. Nemesis est tristitia de bonis quae indignis eveniunt. Sed quia loquitur hic de malis, non facit mentionem de duobus primis. Advertendum est autem hic, quod si aliquis indigetur sive annuletur de prosperitate malorum, non vituperatur secundum Philosophos, qui tractaverunt de *prosperitate civili*, in qua possunt aliqua videri magna, secundum se considerata, non resipientibus ad aeternam. Si vero ad spiritualia comparantur, cum nullum tempore quantunque magnum possit spiritualibus comparari, in talibus annulatio locum non habet ; et ideo non sunt annulandi mali de hujusmodi bonis sibi provenientibus. Unde theologi attendentes divinam providentiam in his bonis quae indistincte bonis et malis, dignis et indignis proveniunt, non tristantur quando indignis adveniunt. Considerant enim quod justa dei ordinatione disponuntur, vel ad eorum correctionem, vel ad eorum damnationem : et quod hujusmodi bona sunt quasi nibil in comparatione ad futura que servantur bonis. Et ideo hujusmodi tristitia prohibetur ; unde dicit, *Noli amulorū*, idest indignari, *in maliquibus*, pro eo quod florent. Prov. iii, 31 : *Ne amuloris hominem injustum etc.* Item *Neque zelaveris facientes iniquitatem* ; quasi dicat : Ne tristaris si nou habes que habent illi ; quia reservant tibi meliora. Ecol. ix, 16 : *Nom zelos gloriarum peccatoris. Non enim scis etc.* *Quoniam tanquam fenum*. Hic ponit rationes in generali. Et primo, quare non est annulandum ; se-

cundo, quare non zelandum. *Spera in Domino.* Dicit ergo, *Quoniam tamquam fenum;* quasi dicat. Non est amulandum in malignantibus, quia id parum est, et transitorium. Et ideo dicit, *Tamquam fenum velociter arescent etc.* Ponit enim exemplum de rebus quaे florent et fructificant, et cito decidunt: sic est de homine, qui floret, viret, et cito decidit. Ps. lxxxix, 6. *Mane sicut herba transeat etc.* Et hæc duas similitudines pro codeni ponuntur ad majorem, scilicet manifestationem. Vel aliter, Duo sunt in homine, quamagna esse videntur. Primum est decor, quando videntur homines vivere in gaudiis. Sap. ii, 8: *Nullum sit pratum etc.* Et ideo dicit, *Tamquam fenum* Vel aliter, *Quia decor gaudii cito deficit.* Job. xx, 5: *Gaudium hypocrita ad instar puncti.* Psal. cxxviii, 6: *Piant sicut fenum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit.* Isa. xi, 6: *Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri.* Secundum est celsitudo saecularis potestatis designata per herbas olerum, quaे crescent, et tamen totum transit. Et ideo dicit, *Tamquam olera.* Vel per fenum intelliguntur majores, per herbam vero minores. Non ergo indignandum est de bonis eorum. Item non est zelandum super<sup>1</sup> facientes iniquitatem, quia tibi promittuntur majora. Et hoc ostendit cum dicit.

2. *Spera in Domino.* Et quia prosperitas temporalis in tribus consistit, scilicet in divitiis, voluptatibus, et honoribus I. Joan. ii, 16: *Omne quod est in mundo etc.*: ideo, secundum quod etiam prosperitas spiritualis in tribus consistit, tria facit. Primo enim ponuntur divitiae; secundo voluptates, ibi, *delectare*; tertio gloria, ibi, *educet*, quas promittit Deus sperantibus in se. Circa primum tria facit. Primo ostendit modum acqunirendi spirituales divitias; secundo ubi sunt quarende, ibi, *Et inhabita terram*; tertio promittit illas abundanter, ibi, *et pasceris.* Circa primum duo facit, secundum quod in acquisitione duo exiguntur. Primo enim proponitur finis; secundo ponitur conatus ad finem, ibi, *Et fac bonitatem.* Dicit ergo, *Spera in Domino,* idest spera te ha-

biturum bona Domini, idest ipsum Dominum. Ps. xv, 5: *Domini pars hereditatis meæ etc.* 1 Pet. 3: *Regeveravit nos in spem vitæ per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem etc.* Et hic est finis intentus. Vel, *Spera in Domino,* idest de Deo, scilicet de auxilio Domini. Eccl. n, 8: *Qui timet Deum etc.* Secundo dicit quod conetur ad acquirendum finem bona operando; et ideo subjugunt, *Et fac bonitatem,* idest omnia opera virtutum. Ps. xxxvi, 27: *Declina a malo, et fac bonum.* Deinde cum dicit, *Et inhabita terram,* ostendit ubi querenda sunt istæ divitiae. Hoc non potest intelligi de materiali terra, quia etiam injusti inhabitant eam; sed exponitur de quadruplici terra; et primo de terra viventium quæ est gloriae. Psalm. xxvi, 13: *Credo videre bona Domini in terra viventium, quam inhabites per desiderium.* Phil. iii, 20: *Nostra conversatio in celis est.* Item de anima tua. Luc. viii, 13: *Quod autem cecidit in terram bonam etc.*, et hanc inhabites semper ad conscientiam revertendo. Sap. viii, 16: *Intrans in domum meam conquiescam cum illa.* Tertia terra est Ecclesia militans. Ps. lxiv, 10: *Visitasti terram et inebriasti eam etc.* et hanc inhabites per confessionem fidei, non recedendo ab Ecclesia. Quarta terra est proprie carnis. Gen. iii, 18: *Spinas et tribulos germinabit tibi;* et hanc inhabites extirpando vitia et inferendo virtutes. Consequenter ostendit quod abundantier hæc divitiae tribentur, eum dicit, *Et pasceris in divitiis ejus.* Vel celestis patriæ, vel Ecclesiæ, vel juventutis, vel abstinentiæ carnis. Hieronymus habet, *Peregrinare in terra, et pascere fide,* idest sis siue peregrinus non reputando terrena, *Et pascere fide,* per fidem possidendo invisibilia. Secundum est voluntas spiritualis, quæ promittitur cum dicit:

3. *Delectare.* Et circa hoc duo facit, secundum quod hic delectationis letitia consistit in duobus: scilicet in consequendo desiderium, et implendo suum propositum: Secunda est ibi, *revela.* Dicit ergo de primo, *Delectare etc.* Prov.

xiii, 19 : *Desiderium si compleatur delectat animum.* Si Deo inhaeres impletur desiderium, non enim est Deus auctor in iustitie ; ideo primo ponit radicem justi desiderii, scilicet quod homo delectetur in Deo per amorem ; unde ait, *Delectare in Domino*, idest totus amor tuus sit in Deo. Philip. iv, 4 : *Gaudete in Domino semper.* In greco habetur, *delitiare* : quasi dicat : Non sis contentus de necessariis ad salutem, sed quare superabundantias exquisitas, sicut deliciosi homines non sunt contenti communibus cibis. Job. xxii, 26 : *Tunc super omnipotentem deliciis afflues.* Et tunc, *Dabit tibi petitiones cordis tui* : non dicit carnis : petitiones enim cordis secundum Origenem sunt que eorū desiderat : v. g., secundum eum, si oculus posset petere, desideraret pulchros colores, auditus autem dulces sonos : sic cordis objectum, cum sit veritas et iustitia, haec desiderantur ab eo. *Et hæc*, inquit, *dabit tibi*. Matth. vii, 7 : *Petite et dabitur vobis.* Vel, *Cordis* ait, idest, quando crunt cordis, Deus exaudiens antequam clamet. Isa. lxxv, 24 : *Antequam clament, ego exaudiām.* De secundo dicit, *revela etc.* Cum enim impletur propositum alieujus, tunc gaudet. Ad quod implendum duo sunt prænecessaria. Primo, quod recurrit ad Deum. Secundo quod fiduciam habeat de eo : et sic tertio impletur. Dicit ergo, *Revela Domino viam tuam*, scilicet propositum tuum, quantum ad primum. Sed nonne seit Deus, qui seit cogitationes hominum ? Psalmista loquitur per similitudinem, *Revela Domino etc.*, idest recurre ad ipsum pro impletione tui tui propositi, et hoc in oratione. Psalm. cxviii, 26 : *Vias meas annuntiavi tibi etc.* Quodlibet enim negotium debet incipere ab oratione, sicut etiam Plato dicit, et Scipio faciebat. Sed petitioni tuae addas spem ; et ideo dicit, *Spera in eo*, quantum ad secundum. Et sic tertio implebitur petitio tua. Et hoc est quod subdit, *Et ipse faciet*, idest impletbit vias tuas. Vel alter, *Revela Domino viam tuam*, idest peccata tua. Job. xiii, 15 : *Vias meas in conspectu ejus arguant, et ipse erit salvator meus.* Et ideo bene

dicit : *Spera in eo*, scilicet veniam peccatorum, et ipse faciet, idest remittet tibi peccata tua. Tertium quod promittit gloria, cum dicit :

4. *Et etc.* Ubi primo promittit gloriam; secundo ostendit quomodo perveniat ad illam, ibi, *Subditus esto Domino.* Circa primum duo facit. Primo enim promittit gloriam quam consequitur. Secundo ostendit modum consecrationis, ibi, *Et iudicium.* Dicit ergo, *Et educet etc.* Sancti suam iustitiam occultant. Matth. vi, 1 : *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*, ut videamini ab eis. Sed nihil<sup>1</sup> occultum est quod non reveletur. Luc. xii, 2 Unde Deus revelat vel hic, vel in futuro ; et ideo dicit, *Educet*, idest extra ducet. Job. xxvii, 11 : *Profunda fluviorum scrutatus est, et abscondita produxit in lucem.* Secundum Origenem simile est, sicut si aliquis habens fidelem servum quem manumittere intendit, gloriatur in eo. Isa. xlix, 3 : *Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.* Et hoc erit in iudicio : unde sequitur, *Et iudicium tuum tamquam meridiem*, idest iudicium quo judicaberis non habebit tenbras. Duo autem requiruntur volenti pervenire ad gloriam que promittitur. Primum est humilitas. Job. xxii, 29 : *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria* : unde dicit, *Subditus esto Domino* : II Mach. ix, 12 : *Justum est subditum esse*<sup>2</sup> *Domino* ... *Deo*, et mortalem etc. Secundum est oratio per quam pervenientur ad Deum, qui est gloria nostræ beatitudinis ; et ideo subdit, *Et ora eum*. Jac. ult : *Multum valet deprecatio justi assidua.*

5. *Noli amuluri.* Supra posuit duas rationes quare non est amulandum neque zelandum super peccatores : et erat una ex parte peccatores : et erat una ex parte peccatorum quorum felicitas brevis est ; alia vero ex parte bonorum, quia meliora sunt eis promissa : hic autem explicat in speciali<sup>3</sup>. Et primo quid sit circa primum ; secundo quid circa excellentiam iustorum : tamen utrumque mixtum, ibi, *Melius est modicum.* Circa primum duo facit. Primo reiterat sententiam et expavit enijs rationem assignare intendit :

<sup>1</sup> Al. : « spirituali. »

secundo assignat rationem, ibi, *Desine ab ira*. Dicit ergo, *Noli armulari in eo*. Hie repetit scientiam quam supra posuit, et exponit quod dixerat, *Noli armulari ut malignantibus*. Posset autem quis querere quid in eis prohibet armandum. Dico quod temporalis prosperitas est illa : et ideo dicit, *Noli armulari*, idest indignari. *In eo qui prosperatur in via sua etc.* Quid potest intelligi coniunctum sic, *Noli armulari etc.*, quasi dicat : Qui facit injustitiam prosperatur, de quo etiam justi armulantur. Psal. lxxii, 3 : *Zelari super iniquos etc.* Item potest legi divisione : et sic sunt duas rationes quare indignetur contra eos. Una, quia omnia eis ad votum succedunt : et ideo dicit, *In eo qui prosperatur*, idest si vides eos prosperari. Prov. i, 32 : *Prosperitas stultorum perdet eos*. Item si vides quod invalecent super justos, noli indignari. Sic dicit Barnab. iv, 5 : *Aninaquior esto populus Dei, memorabilis Israel. Nocentes peribunt qui te reraverunt ; et qui gratulati sunt in tua ruina punientur*. Et ideo dicit, *Et in homine faciente injusticias*.

6. Deinde cum dicit : *Desine*, assignat rationem prædictæ admonitionis, et hanc duplice. Unam ex parte ejus cui fit monitio : aliam ex parte peccatorum. ibi, *Aduce pusillum*. Circa primum duo facit. Primo enim ostendit periculum præsens, si non acquiescat monitioni : secundo periculum futurum, ibi, *Noli armulari ut maligneris*. Ubi primo ponit periculum culpe ; secundo pena, ibi, *Quoniam qui malignantur*. Circa periculum pœna duo facit. Primo enim ponit delinquentium pœnam ; secundo præmium sustinentium, ibi, *Sustinentes autem Dominum*. Dicit ergo, *Desine ab ira*. Ecce præsens periculum, quia indignatio est ira, et ipsa ira est mala. Eph. iv, 31 : *Omnis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia*. Et ideo dicit : *Desine ab* : Iac. 1, 20 : *Ira viri justitiam Dei non operatur. Et derelinque furorem*. Ira et furor idem sunt : sed differunt secundum magis et minus : quia furor nihil aliud est quam ira accensa : Prov. xxvii, 4 : *Impetum concitati spiritus*

*ferre quis poterit ? Ergo, Desine ab ira, in corde, et derelinque furorem, in opere. Noli armulari ut maligneris*. Ecce futurum periculum culpe. Quando enim aliquis indignatur propter prosperitatem aliorum, declinat aliquando a justitia : et ideo dicit, *Noli armulari ut maligneris*, idest ne forte inducat te in injustitiam : Malach. iii, 14 : *Fanus est qui serrit Deo, et quod engolumentum quia custodivimus precepta ejus ? Quoniam qui malignantur*. Ecce periculum pena futurum. Nota quod omnes peccatores malignantur. Quando enim peccat quis vel ex infirmitate, vel ex ignorantia, non malignatur ; sed quando ex electione peccat, tunc malignatur. Primi de facili corrigitur, sed tertii difficile : Eccl. i, 13 : *Percorsi difficile corrigitur*. Et ideo dicit, *Exterminabuntur*, idest extra fines ponentur, scilicet justitia et boni : Job xviii, 18 : *Expellet eum de luce in tenebras, et de orbe transferret eum : Sic exterminabuntur qui malignantur* : Sed, *Sustinentes Dominum*, idest qui non sic malignantur ut malignantur, sed expectant in futurum, *Ipsi hereditabunt terram*, scilicet vivendum, possidebunt enim eam hereditario jure, sicut heredes ; Rom. viii, 17 : *Si autem filii, et heredes*. Illa autem cœlestis patria dicitur terra propter stabilitatem : Eccl. i, 4 : *Terra in eternum stat*. Et ut dicit Augustinus, sicut terra nostra se habet ad cœlum, ita superior vita beatorum se habet ad cœlum superiorius, scilicet ad Domum, a quo illuminatur et fecundatur : Apoc. xxi, 23 : *Claritas Dei illuminabit eam*.

7. Deinde enim dicit *Et*, etc. assignat rationem ex parte malorum : et circa hoc duo facit. Dixit enim, *Noli armulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente injusticias*. Primo ergo rationem assignat, quod non est armandum eorum prosperitatì. Secundo, quod non eorum injustitiae, ibi, *Observabit peccator*. Circa primum duo facit. Proponit enim primo periculum imminente malis. Secundo fructum justorum, ibi, *Mansueti*, quia oppositum per opposita melius innotescit. Circa primum duo facit. Primo enim denunciat destructionem eorum, quantum ad scipso. Secundo quantum ad lo-

cum ipsum, ibi, *Et quares.* Dicit ergo quantum ad seipso, *Aduic pusillum, et non erit peccator.*

Si non erit; ergo non patietur poenas aeternas.

Respondeo. Non erit in gloria in qua nunc est, sed in inferno : Job. vii, 9 : *Qui descendit ad inferos non ascendet, nec recurret ultra in domum suam, neque eum cognoscat amplius locus ejus, quoniam est pusillum.* Contingit quidem quod peccatores dejiciuntur in brevi : Eeccl. x, 11 : *Omnis potentatus vita brevis.* Sed si etiam toto tempore vita suae sint in prosperitate, adhuc illud tempus comparatum aeternitati nihil est et pusillum : Aggæi. ii, 22 : *Aduic unum modicum est, et ego movebo colum et terram.* Quantum ad locum vero dicit, *Et quare locum ejus, et non inveneris.* Tripliciter exponitur hic locus. Primo namque locus, idest opportunitas. Dicitur enim de aliquo quod habere opportunitalen. Peccator autem habet locum in isto mundo : quia est oportunus ad minus ad exercitium justorum. Sed quando hoc exercitium cessabit, tunc non desinit aliquis peccare, et tamen remanet locus ejus. Sed finaliter etiam locus ejus non remanebit, nec inveniatur. Ubi modo rex Assyriorum? Ubi Nero? Et finaliter omnia regna mundi evanescuntur : 1 Cor. xv, 24 : *Denum suis, cum vacuuerit omnium principatum et potestatem et virtutem.* Tertio secundum Originem, locus peccatoris est illud in quo quiescit, ubi sunt temporalia et terrena. Ergo locus ejus est iste mundus. Sed hic transibit : Lue. xxi, 33 : *Colum et terra transibunt etc.* Et ideo si in eis ponimus locum nostrum, non transibit.

8. Deinde enim dicit, *Mansueti, ponit fructum justorum.* Hic autem est duplex. Unde primo ponit fructum divitiarum. Secundo voluntatum, ibi, *Et delectabuntur.* Hoc enim homines in isto mundo desiderant, et utrumque promittitur justis. Dicit ergo, *Mansueti etc.* Per mansuetos signat justos : illi enim sunt justi, qui possident cor suum in puritate. Et quia

nihil ita trahit hominem extra se sicut ira, et mansuetudo temperat eam ; ideo vocat justos mansuetos. Hieronymus dicit, *Mites :* Matth. v, 4 : *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram,* idest dabuntur eis in possessionem terra viventium. Augustinus contra Valentimum dicit, quod Christus nihil accepit de veteri testamento quantum ad promissiones : quod patet Matth. v, In veteri autem testamento promittabantur temporalia et terrena. Ad litteram. Mansueti autem inhabitant terram istam, quia illi infestantur qui alios infestant. Sed mansueti nullos infestant. Non debent ergo ab aliis merito infestari. Sed tamen specialiter hereditabunt illam terram viventium, sicut jam dictum est. Secundo ponuntur eorum delicia, cum dicit, *Et delectabuntur in multitudine pacis.* Haec enim pax est valde delectabilis. Dicit autem, *In multitudine, quia ibi est multiplex pax ; hic vero sunt bella.* Quoddam est enim ad homines ; sed hoc non erit ibi, quia omnes erunt in unum pacifici : Isa. xxxii, 18 : *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis etc.* Item hic est bellum contra carnem, que concupiscit adversus spiritum : Gal. v, 17 : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem : haec enim sibi inricem adversantur etc.* Sed tunc habebunt pacem ad invicem : Job. v, 24 : *Sciens quod pacem habeat tabernaculum tuum.* Item voluntas contra se est divisa per diversa desideria : tunc autem non erit divisa, sed unita in Domino : Ps. lxxv, 3 : *In pace factus est locus ejus.* Item hic est bellum ad Deum propter peccata : Isa.lix, 2 : *Peccata sive iniquitates vestrae divisorum inter vos et Deum vestrum ;* sed illi omnes habebunt pacem cum illo : Job. xxv, 21 : *Acquisieris ei, et habebis pacem cum eo etc.*

9. *Observabit.* Supra posuit unam rationem, quare non dehent viri Dei indignari super peccatorem, quia scilicet ejus prosperitas non est stabilis ; hic ponit aliam, quia scilicet peccatores non possunt nocere justis : et circa hoc dno facit. Primo enim proponit eorum iniquitatem, quam in corde cogitant contra jus-

tos. Secundo conum conatum exteriori, ibi, *Gladium evaginaverunt*. Circa primum duo facit, secundum quod interior eorum malitia est duplex. Primo enim ostendit quod mali insidiatur bonis. Secundo, quod turbantur contra eos, ibi, *Et stridebit*. Dicit ergo, *Observabit peccator justum, si aliquid forte possit habere contra eum* : Luc. xiv, 4 : *Ipsi autem obserabant eum*. Sic peccatores observant bonos insidiando eis, et sancta eorum studia pervertendo. Ecclesiae enim bona in mala convertentes insidiatur etc. Sed contra hoc dicitur Prov. xxiv, 15 : *Ne insidieris, et queras impietatem in domo justi etc.* Secundo turbantur contra justum. Dicunt enim, Sap. n, 15 : *Quoniam dissimilis est aliis vita illius etc.* Unde, *Stridebit super eum dentibus suis, scilicet commonebuntur ad iram.* Loquitur ad modum aprorum : Ps. cxii, 10 : *Peccator videbit, et irascetur* : Act. vn, 54 : *Stridebant dentibus in eum.*

10. Deinde eum dicit, *Dominus autem ostendit, quod hac eorum malitia non habet effectum intentum, quia irridentur a deo* : et circa hoc duo facit, Primo enim ponit irrisiōnem. Secundo ejus rationem, ibi, *Quoniam prospicit*. Dicit ergo, *Dominus irridebit eum, idest facit eum vel considerat irrisibilem.* Et ratio est, quia Dominus videt eum attentare magna, et tamen seit quod statim debet mori ; et ideo subdit, *Quoniam prospicit quod veniet dies ejus, scilicet in promptu* ; et hoc est ei debitus dies, scilicet condemnationis : Job xxi, 30 : *In diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris dueetur.* De hac die dicit hic. Non ergo turbari debetis contra eos, dicit Psalmista, quia non possunt prevalere contra vos.

11. Consequenter cum dicit, *Gladium, addit de conatu malorum exteriori* : et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit eorum conatum Secundo finem intentum, ibi, *Ut decipiat.* Tertio conatus hujus eventum, ibi, *Gladius eorum.* Circa primum duo facit, secundum quod est duplex conatus eorum contra bonos.

Primo enī ostendit conatum eorum per pertam persecutionem. Secundo per fraudulentam calumniam, ibi, *Intendunt arcum.* Dicit ergo quantum ad primum, *Gladium evaginaverunt peccatores.* Per gladium intelligitur omnis aperta facti persecutio : Luc. xxii, 49 : *Si percutimus in gladio?* Persecutio etiam verbi dicitur gladius : Ps. lvi, 5 : *Lingua eorum gladius acutus.* Et hic gladius est gladius diaholi, qui per linguam hominis multos interficit. Illic autem gladius est in vagina, quamdiu est in corde ; sed quando profertur, est sicut jam evaginatus. Cavendum est ergo primum ut non habeamus eum. Secundo, et si haberetur, non evaginemus eum. Quia si tenetur in vagina, primo contrahit rubiginem, tandem tamen consumitur et lepescit odium et voluntas injuriandi. Quantum ad secundum dicit, *Intenderunt arcum suum.* Arvensis a longinquō percūtit, et non videtur trahens eum eo, sicut videtur percūtens eum gladio : et ideo arvens signat persecutionem dolosam. Consequenter ostendit quid intendunt, cum dicit, *Ut decipiānt.* Circa quod duo facit, secundum quod duo intendunt. Primo enim intendunt decipere. Secundo occidere, ibi, *Ut trucident.* Dicit ergo, *Ut decipiānt etc.* Decipere est per actum<sup>1</sup> dolosum : Job xii, 16 : *Ipse novit et decipiēt, et cum qui decipitur.* Sed, *Panperem et inopem.* Panper est qui parum habet : inops est qui eget ope. Vol secundum *Glossam* : Panper est qui sibi non sufficit ; inops vero, qui non sustentatur alterius ope. Et hoc dicit, quia tales non habent subvenientem. Occisio designatur per gladium, vel corporaliter vel spiritualiter : Hebr. xi, 37 : *In occasione gladii mortui sunt.* Eventus autem conatus eorum est, quia revertetur in caput suum. Et primo ostendit quantum ad gladium, dicens, *Gladius eorum etc.* Tu eximis gladium contra alium, et forte non percūtis eum, quia forte ei nocere non potes ; tamen ex ipso spiritualiter, tu es percussus : Prov. i, 18 : *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiāntur etc.* Secundo quantum ad arcum ; unde dicit, *Et arcus eorum*

<sup>1</sup> Al. : « arcum. »

*confringatur : Ps. lxxv, 4 : Ibi confregit potentias arcum, scutum, gladium et bellum.* Hoc antea erit quando destrueretur dolositas eorum ne implere possint quod experunt : Job. v, 42 : *Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint etc.*

42. *Melius.* Supra Psalmista assignavit rationem quare non debemus aenulari malos et prosperitatem eorum, ex dejecione eorum sumptam ; hic autem assignat sumptum ex parte justorum. Et primo ostendit dignitatem justorum. Secundo subjungit mentionem ad sectandam justitiam, ibi, *Expecta.* Circa primum duo facit. Primo proponit intentum. Secundo manifestat propositum, ibi, *Quoniam brachia.* Dicit ergo, *Melius est modicum etc.* Intentio ejus est probare quod bona justorum praeminent bonis peccatorum. Et sic minus habentes non emulantur plus habentes ; unde dicit, *Melius etc.,* quasi dicat : Contingit justum parum habere et peccatorem satis.

Sed quid melius ? Respondet, quod parum justi : Prov. xvi, 8 : *Melius est parum cum justitia, quam multi fructus cum iniustitia.*

Cujus ratio est, quia quae rationem boni habent, ex hoc solum habent, quod utilia sunt ad finem, et non propter aliud : instantum enim bona sunt inquantum utilia ; postquam autem incipiunt esse nociva, non sunt bona ; sicut est de medecina, si plus quam ad sanitatem sit necessaria, accipias, jam non est bona. Res autem mundi bona sunt, inquantum instrumentaliter deserviunt ad virtutem. Quando ergo habes tantum de eis quod sufficiunt ad virtutem, bona sunt ; si autem a virtute abducuntur, sunt malea : et ideo melius est parum habere de eis cum justitia, quia hoc est bonum, quam multum cum iniustitia, quia hoc est malum. Et hoc etiam intelligendum est de omnibus aliis divitiis spiritualibus, scilicet parum de sapientia cum justitia, et sic de aliis.

43. Deinde cum dicit, *Quoniam,* probat quod melius est. Cujus triplex est ratio. Primo ex parte diutinatis. Secundo utilitatis, ibi, *Mutuabitur.* Tertio virtutis, ibi, *Os justi.* Circa primum duo

facit, Primo enim proponit contritionem malorum. Secundo firmitatem bonorum. Dicit ergo, *Quoniam brachia.* : quasi dicit : Ideo bona justorum pauca sunt meliora quam impiorum multa, quia sunt stabilia, illa vero non. Et hoc est quod dicit, *Quoniam brachia.* Nomina membrorum corporalium designant virtutes, seu actus eorum membrorum. Nomine ergo brachii designatur virtus hominis operativa : unde, *Brachia peccatorum conterentur,* idest virtus operativa ipsorum destruetur : Job : *Brachium excelsum confringetur.* Sed hoc brachium conteritur quandoque a Deo, quandoque a diabolo, quandoque simul ab utroque. A Deo conteritur, quando intendit nocere justis, et impeditur in suo proposito : Job v, 42 : *Dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod ceperant.* A diabolo vero, quando homo proponit facere bonum, et impeditur a satana : I Thes. ii, 18 : *Voluimus venire ad eos, sed impediebat nos satanas :* sicut cum quis proponit facere eleemosynam, et retrahitur a cupiditate. Ab utroque autem simul, a Deo quidem per auctoritatem ad probandum, a diabolo vero per executionem : Job i et II cap. Secundo cum subdit, *Confirmat autem etc.,* ostendit quod justi sunt diuturni, et firmi, et stabiles. Dicit ergo, *Confirmat autem justos Dominus.* Licet justitia sit virtus et firmitas animi, tamen non inest homini a seipso : unde I Cor. i, 29 : *Nou glorietur omnis caro in conspectu ejus ; ex ipso autem vos estis in Christo Iesu etc., usque in Domino glorietur.* Homo enim in se factus est infirmus : Ps. vi, 3 : *Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum.* Et ideo indiget confortari ab aliquo, maxime a Deo, a quo quidem confirmatur, quandoque in temporalibus, inquantum expedit justo ad salutem ; sed in spiritualibus semper, et hoc interiori gratia. Item bonis verbis. Item bonis exemplis. De primo Rom. i, 11 : *Gratias spiritualis ad confirmandas eos.* II Thess. ii, 16 : *In gratia exhortetur corda vestra, et confirmet etc.* Ps. i, 14 : *Spiritu principali confirma me.* De secundo Psal. cxviii, 28 : *Confirma me in verbis tuis.* Act. xv, 32 : *Verbo pharismo consolati sunt fratres, et confir-*

*murerunt ros.* De tertio Lue. xxii, 32 : *Conversus confirmata frater tuus :* I Pet. ii, 21 : *Christus passus est pro nobis etc.* Et I Pet. iv, 1 : *Christo igitur in carne passo etc.* Unde I Pet. v, 10 : *Ipsa perficit confirmationem etc.* Confirmatur per exemplum crucis de qua dicitur (ab Augustino Enarr. in hunc Psalm. ser. ii, n. 4), *Crux enim finita est in pena, sed manet in gloria : a locis enim suppliciorum transit ad frontes imperatorum. Qui tamen dedit honorem suis penis, quid faciet fidelibus suis?*

14. Consequenter cum dicit, *Novit Dominus*, manifestat propositum. Et primo dicit de stabilitate justorum. Secundo de contritione injustorum, ibi, *Quia peccatores*. Justi autem dupliciter confirmantur a Deo : quia primo bona eorum stabilimuntur : secundo a malis curantur, ibi, *Non confundentur*. Sed duplex est bonum finis : et in utroque justi stabilimuntur. Quantum ad primum dicit, *Novit Dominus*. Quantum ad secundum dicit, *Et hereditas*. Dicit ergo, *Novit Dominus*. Heb. iv, 13 : *Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus*. Sed praeceps quod sibi affinis et familiaris fuerit : II Tim. ii, 19 : *Novit Dominus quia sunt ejus*; et eos quos approbat : et sic dicitur hic, *Novit Dominus*, idest approbat, *dies inanaculatum*.

Sed Job xv, 44 : *Quid est homo ut immaculatus sit, et ut justus etc.*

Respondeo dicendum, quod verum est quod ex se nullus est immaculatus, si maenala intelligatur peccatum mortale ; sed tamen per gratiam, sic. Si vero maenala intelligatur originale peccatum, sic nullus est immaculatus.

Dies isti tripliciter possunt intelligi. Quia primo dies praesentis vita ; et licet sint communes bonis et malis, tamen bonis eis bene utuntur : Gen. xxv, 8 : *Mortuus est in senectute bona prorectaque artatis et plenus dierum*. Impii autem male utuntur eis : Psal. i, 24 : *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos*. Et quia dies justorum sunt pleni et ideo approbati, illorum vero dimidiati, et ideo non approbantur. Item et isti sunt mali et pauci, tamen Deus novit eos. Alii opera virtutum : Rom. xiii, 13 : *Sicut in*

*die honeste ambulemus : et isti sunt approbati a Deo. Alii dies aeternitatis et justitiae : et isti sunt dies justorum, sed soli Deo noti : Isa. lxiv, 4 : *Oculus non ridet absque te, quae preparasti expectantibus te*. Bonum vero finis ostendit, cum dicit, *Et hereditas eorum in aeternum erit*. Istud dicitur hereditas in quo est stabilimentum et finis alicujus. Justi finem suum habent in re aeterna : Psal. xv, 3 *Dominus pars hereditatis meae* : Thren. iii, 24 : *Pars mea*. Et ideo non potest eorum hereditas deficere. Impii autem ponunt finem suum in mundanis : Sap. ii, 9 : *Hoc est pars nostra etc.* et ideo non manet. Et de istis dicitur I Pet. i, 9 : *In hereditatem conservatam in celis*.*

15. Deinde eum dicit, *Non confundentur*, ostendit quomodo justi intantur contra mala. Et hoc dupliciter : quoddam enim est malum, quod bono est contrarium, et quoddam est malum per defectum boni, ibi, *Et in diebus famis*. Dicit ergo quantum ad primum, *Non confundentur in tempore malo*, id est in tempore adversitatis : Amos v, 13 : *Prudens in tempore illo faciebit, quia tempus malum est*. Est enim tempus malum dupliciter : vel de presenti, et hoc est tempus adversitatis quod est malum ; unde *Non confundentur in tempore malo*, id est in tempore adversitatis. Mali enim in tempore adversitatis confunduntur, non boni : tunc nempe confunditur quis, quando perdit in quo sperat ; sed quando id manet in quo sperat, non confunditur. In adversitate autem perduntur temporalia, in quibus boni non sperant : et ideo non confunduntur tempore adversitatis. Vel de futuro in die judicii : et in eo impii confunduntur per erubescientiam de peccatis : Psalm. vi, 41 : *Confundantur et erubescant valde velociter*. Justi autem honorabuntur. Rom. ii, 7 : *His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem etc.* Quantum ad secundum malum, quod est per defectum boni, subiungit, *Et in diebus famis saturabitur*. Hoc tripliciter exponitur. Ad litteram enim hoc potest exponi de fame temporalia : nam aliquando Deus providit quod fames esset apud infideles, apud fideles sibi invicem communicabant quae habere

poterant. Aliquando etiam providetur a Deo fidelibus ne egeant : Job. v, 22 : *In vastitate et fame ridebis*, sic et Elias satiatur tempore famis, III Reg. xvii. Ad probationem tamen nostram aliquando famis necessitas servos Dei praeoccupasse probatnr. Unde Apostolus ait de seipso II Cor. xi, 28 : *In fame et siti etc.* Vel quia servi Deo modico contenti saturantur : Phil. ult, 12 : *Scio et humiliari, scio et abundare : ubique et in omnibus instutus sum, et satiari, et esurire, et abundare, et penitentiam pati.* Impii autem multa volunt et multa querunt; et ideo in diebus famis non saturabuntur. Exponas etiam de fame verbi Dei. Et in his diebus hoc saturantur justi : Matth. v, 6 : *Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Vel tertio exponitur de fame quaer erit in futura vita, ubi justi saturabuntur, et injusti esurient : Isa. LXV, 13 : *Servi mei comedent, et vos esurietis.* Origenes in *Glossa*. Exod. XVI : Qui non colligebat manna in die sexto, esuriabit in die septimo. Nunc est dies sextus : et ideo qui non colligit nunc, esuriat tunc, ibi. Consequenter cum dicit, *Quoniam peccatores peribunt*, ostendit quomodo conterentur brachia peccatorum. Et ponit tria. Primo casum impiorum. Secundo ordinem cadendi, ibi, *Iuimici.* Tertio modum : ibi, *Quenaduodum funus.* Dicit ergo, *Quia peccatores peribunt;* quasi dicat : Ideo iusti conservantur, quia perditio debetur solis peccatoribus, sed salus justis : Job : *Conterebat multos et innumerabiles, et stare faciet alios pro eis.* Ordo cadendi est, quia tolluntur in altum ut fortius cadant : Job. xxx, 22 : *Elevasti me, et quasi super centum ponens elisisti me valide.* Et ideo dicit, *Iuimici vero Domini mor ut honorificati fuerint et exaltati*, Psalm. lxxii, 18 : *Defecisti eos dum allevarentur.* Sed modus est sicut funus, quia si dispergitur non reparatur. Et hoc est quod ait, *Deficienes quenaduodum funus deficient;* Jac. iv, 15 : *Quae est vita nostra? vapor est ad modicum parens.*

46. *Mutuabitur peccator.* Supra ostendit quod panca justorum bona praepondabant multis malorum bonis ratione stabilitatis; hic autem ostendit idem ratione

utilitatis. Et primo ostendit quod bona justorum sunt fructuosa, sed malorum e converso. Secundo ostendit hoc experimento, ibi : *Junior fui.* Tertio concludit principale intentum, ibi, *Declina.* Circa primum duo facit, secundum quod duplex fructus provenit homini : unus enim est ex bonis possessis, alius ex operibus quae fecit. Unde primo ostendit quod fructuosi sunt boni, quantum ad primum. Secundo quantum ad secundum, ibi, *Apud Dominum.* Circa primum duo facit. Primo enim praemittit fructuositatem bonorum, et contrarium malorum. Secundo assignat rationem, ibi, *Benedicentes.* Circa primum duo facit. Primo ostendit infructuositatem malorum. Secundo fructuositatem bonorum, ibi, *Injusti autem.* Dicit ergo, *Mutuabitur peccator.* Legatur primo secundum superficiem litterarum. Duplex significat quod aliquis deficit in temporalibus. Unum, quando indiget mutuum accipere: Dent. xxviii, 44: *Ipse fenerabitur tibi, et tu non feneraberis ei.* Et ideo dicit, *Mutuabitur peccator*, idest mutuum accipiet. Aliud signum est, quando quis mutuum consumpsit, et reddere non potest : unde dicit, *Et non solvet*, Ecol. xxix, 7 : *Solidi vir reddet dimidium.* Et e converso, unum signum abundantiae est, quod habeat unde gratis det : nudo dicit, *Justus autem miseretur*, idest per misericordiam gratis subvenit indigentibus : Job. xxxi, 18 : *Ab infanta crevit mecum misericordia etc.* Aliud est signum, quando homo est promptus reddere quod debet ; unde dicit, *Et retribuet*, scilicet debitum : Rom. xiii, 7 : *Reddite omnibus debita.* Sed quid est hoc quod dicit? Numquid iusti semper abundant terrenis, et mali non? immo videtur contrarium : Jac. ii, 5 : *Nomine Deus elegit pauperes in hoc mundo?* Sed Deus secundum istam expositionem loquitur secundum statum veteris testamenti, in quo servantibus legem poniuntur temporalia bona, transgredientibus vero mala, ut saltem per temporalia traherentur ad spiritualia. Tamen in illis bonis signantur promissa quedam spiritualia : et ideo oportet exponere etiam quantum ad illos qui in veteri testamento pertinebant ad novum testamentum. Oportet ergo hoc

*fenerabit... fane-  
rabis*

altius exponere, *Mutuabitur etc.* Et potest referri ad duplex mutuum. Homo enim aliquid a Deo mutuantur, et aliquid a ministro Dei, scilicet homine. Dicitur autem peccator homo quicunque. Dicit ergo, *Mutuabitur*, scilicet a Deo, quia, *Quid habes quod non accipisti?* 1 Cor. iv, 7 : Et hoc est quasi mutuum : quia ad hoc dat nobis Deus quicunque bona, ut ex eis crescamus in his quae ad honorem Dei sunt : Luc. xix, 23 : *Et ego veniens cum usuris utique erigessim illum.* Et sic retribuimus ei per gratiarum actionem. Sed Deus peccatori dedit bona naturalia; temporalia vero aliquando largitur et spiritualia : sed peccator non solvit per spiritualem profectum et gratiarum actionem : Isa. i, 2 : *Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* A ministro enim Dei accipit homo mutuum. Praetati namque et doctores sunt quidam campsores. Item Luc. xix, 24 : *Vocatis decem servis dedit eis decem unus, et uit ad illos, Negotiamini dum venio.* Ergo sunt negotiatores. Doctor ergo dat populo doctrinam, quasi pecuniam : Psalm. xi, 7 : *Eloquia Domini eloqua casta, argentum igne examinatum etc.* Sed dat verba Domini, non sua. Boni autem retribuunt, quia faciunt quod audiunt ; sed mali non, quia non implet obediendo : Ezech. : *Audient verba tua, et non facient ea.* Justus autem quod accepit a Deo, quidquid sit illud et quoemque modo, expendit in alio : 1 Pet. iv, 10 : *Unusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes :* et sic miserebitur ; item regratiantur Deo, et sic retribuet : Psalm. xxv, 12 : *Quid retribuam Domino etc.* Ratio assignatur, *Quia benedicentes.* Illic sunt tres sensus secundum Glossam. *Benedicentes ei*, scilicet Deo in omnibus gratias agentes et jussa sequentes, *Hereditabunt terram*, scilicet viventium : II Cor. ix, 6 : *Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet viam eternam.* Vel secundum litteram, *Hereditabunt terram*, idest terram promissionis. Et loquitur populo carnali : Isa. i, 19 : *Si volueritis, et audieritis me, bona terrae conrdetis.* E contrario qui maledicunt Deo, scilicet non solum verbo, sed facto, vel occasionaliter, disperibunt :

Psalm. i, 6 : *Iter impiorum peribit.* Origenes exponit aliter, *Benedicentes ei*, scilicet justo, *Benedicentur.* Quidquid enim fit justo, Deus accipit sibi factum : Luc. x, 16 : *Qui vos spernit, me spernit.* Et Matth. xxv, 40 : *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecisti. Hereditabunt terram*, justo debitam : Matth. x, 41 : *Qui recipiunt justum in nomine justi etc.* *Maledicentes autem ei*, scilicet justo, *disperibunt* : Gen. xxvii, 29 : *Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Sed Hieronymus habet aliter, *Peccator deficit, ut non solcat ; sed justus miseretur et retribuet.* Qui benedicti a Deo, hereditabunt terram : Prov. x, 22 : *Benedictio Domini dicitur facit.* Injusti vero qui maledicti sunt a Deo, idest puniti, disperibunt ; et ideo sunt steriles : Gen. iii, 17 : *Maledicta terra in opere tuo.*

17. Deinde cum dicit, *Apud*, ostendit bonorum fructuositatem quantum ad opera. In operibus autem duo ostenduntur. Et primo eorum prosperitas. Secundo eorum reparatio, ibi, *Cum ceciderit.* Sed quia prosperitas est ex electione Dei, primo ostenditur quod est ex parte Dei diligenter. Secundo, quod est ex parte hominis dilecti, ibi, *Et viam ejus volet.* Dicit ergo, *Apud Dominum gressus hominis dirigentur*, idest a Deo processus hominis dirigetur quod homo directe intendat in finem ultimum. Hoc enim non est homini a se : Hier. x, 23 : *Non est hominis via ejus, nec viro est ut ambulet et dirigat gressus suos*; sed est a Deo : Prov. XVI, 1 : *Hominis est animum preparare, et Domini gubernare linguam* : omnes via hominum patent oculis ejus : Psalm. XVI, 5 : *Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea.* Dirigit autem Deus gressus hominis in via veritatis cognoscenda, ut non labatur in errorem : Psalm. XXIV, 5 : *Dirige me in veritate tua, et doce me etc.* Hem in via justitiae ut declinet a malo et faciat bonum : Psalm. XXVI, 11 : *Dirige me in semitam rectam etc.* Quantum ad secundum dicit, *Et viam ejus volet.* Hoc dupliceiter potest intelligi : ut dicatur primo : Et homo directus a Deo volet viam ejus, scilicet Dei ; quasi dicat : Deus sic dirigit hominum quod non cogit eum, sed facit

eum recte ambulare, et eligere bonum, et id quod est Dei. Phil. ii, 13 : *Qui operatur in nobis et velle et perficere.* Vel alter. *Et Dominus volet, id est taceptabit et remunerabit viam ejus, id est bona opera nostra.* Prov. iv, 27 : *Quae a dextris sunt novit Dominus.* Consequenter cum dicit, *Cum ceciderit,* ostendit honorum in operibus infructuositatem quando ad eorum reparationem : et circa hoc duo facit. Primo enim ponit ipsam reparationem. Secundo ipsius causam assignat et rationem, ibi, *Quia Dominus supponit manum suam,* Dicit ergo, *Cum ceciderit.* Directio viatoris sic est, ut aliquando cadat : sed comprehensoris est non cadere. Viator tamen etsi forte ceciderit, Deus reparat eum : et hoc est quod dicit, *Non collidetur.* Ille autem potest intelligi de secundo casu, scilicet temporalis adversitatis : Il Reg. i, 25 : *Quomodo ceciderunt fortes, nolite annuntiare in Geth etc.* Et sic<sup>1</sup> justus si cadit non collidetur, quia patienter sustinet : Jac. i, 4 : *Patientia opus perfectionis habet etc.* Sed peccator dum cadit colliditur, quia impatiens est. Vel de casu venialis peccati, quia nullus est qui tale peccatum non committat aliquando : Jac. iii, 2 : *In multis offendimus omnes.* Et sic sensus est. Si ceciderit hoc casu, non collidetur, ut mortaliter peccet ; nnde dicitur Prov. xxiv, 16 : *Septies in dir caderet justus, et resurget.* Quod si referatur ad casum peccati mortalis, quo aliquando justus cadit, ut David per adulterium et homicidium, et sicut Petrus negando Christum ; sic peccatores ex easu colliduntur, dum desperati volnunt ad penitentiam redire. Unde Eph. iv, 19 : *Desperantes semelipsos tradiderunt etc.* Il Cor. xu, 21 : *Lugeam multos ex his, qui ante peccaverunt, et non ergerunt penitentiam etc.* Sed justus non colliditur per desperationem, sed reddit ad penitentiam : unde David dicit, *Peccavi Domino :* et dictum est ei, Il Reg. xu, 13 : *Dominus transiit peccatum tuum.* Item Petrus flevit amare, Matth. xxvi, 75 : Mich. vii : *Non lateris inimica mea, quia cecidi, surgam.* Ratio autem quod non colliditur, est, *Quia Dominus supponit manum*

*suam,* scilicet gratiae confortantis eum : Ezech. m, 14 : *Munus Domini erat mecum confortans me :* Ps. cxxxviii, 10 : *Et tenebit me dextera tua.*

18. Deinde cum dicit, *Junior fui,* ostendit experimentum quod bona justorum sunt fructuosa, sed non malorum. Et ponit illud diuturnum de duobus. Primo de immunitate honorum a malis. Secundo de profectu eorum in bono, ibi, *Tota die.* Circa primum duo facit. Primo enim ostendit immunitatem a malo, quantum ad ipsum justum. Secundo quantum ad semen ejus, ibi, *Nec semen ejus.* Circa primum duo facit. Primo enim ponit diuturnitatem experimenti. Secundo ipsum experimentum, ibi, *Nou vidi.* Dicit ergo, *Junior fui etc.* Ac si dicaret ei aliquis : Unde habes haec omnia quae dicas de bonis justorum etc. Respondet, quia ab experimento, *Junior fui etc.* Ille dupliceiter potest exponi. Primo de aetate corporali secundum quod homo primo floret in juventute, et postea senex fit : Ps. lxxxix, 6 : *Mane floreat, et transeat.*

Sed contra hoc dicit Augustinus : Tu David, semper fui in terra tua : et si in illa non fuit justus derelictus, non tamen est mirum si alibi est derelictus.

Et ideo vult Augustinus quod loquatur in persona Ecclesiae. Et haec habet aetatem pueritiae in Abel, juventutis in patriarchis, senectutis in Apostolis, senectutem in fine mundi. Praetermittit<sup>2</sup> duas medias aetates, et ponit extremas : et sic fuit a principio mundi, et erit usque ad finem. Et haec distinctio ponitur Gal. iv. Vel potest intelligi de spiritualitate : quia quamdiu homo delectatur in puerilibus et vanis, sic est puer mente : sed quando delectatur in matris, illi senex. Et haec distinctio ponitur I Cor. xm, 11 : *Cum essem puerus, loquerus etc.* Cum autem factus sum etc. Et ideo dicit : Sive in statu puerili, sive in statu senectutis, hoc judicavi, quod scilicet ipse justus sit immunitus a malis, et quantum ad se, et quantum ad semen ejus. Ideo ostendit dicens, *Nou vidi justum derelictum, quantum ad se.* Si hoc referatur ad bona temporalia,

<sup>1</sup> Al. : « sic sic. »

<sup>2</sup> Al. : « premitit. »

non videtur hoc verum, quia de justis dicitur Hebr. xi, 37, *Egentes, angustiati etc.*

Respondeo. Dicendum, quod licet subtrahantur eis bona temporalia, non tamen deseruntur a Deo, quia totum hoc cedit in bonum eorum, vel pro bonis, vel ut tollatur causa alienigeni mali, ut dicit Augustinus : Matth. vi, 33 : *Primum querite regnum Dei, et hac omnia, scilicet spiritualia, adjicientur vobis.* Verum est, sed si Deus videt expedire ad nostram salutem. Quantum ad semen ejus dicit : *Nec semen ejus quarrens panem : Exod. Ego sum Deus zelotes, reddens misericordiam in millia his qui diligunt me, et custodiunt precepta mea : Lue, 50 : Misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.* Et ideo sicut ipsi non derelinquuntur, ita nec semen eorum. Et potest referri ad panem temporalem, quantum ad vetus testamentum : sed secundum spiritualem intellectum panis iste intelligitur participatio Christi, scilicet veritas, sapientia et justitia : Joan. vi, 41 : *Ego sum panis vivus etc.* Ille est panis qui dat delicias regibus, Gen. xlix, 20. Et dicit, *Quarrens panem, quia iste panis praesto est quaerentibus eum.*

Sed contra : Abraham justus fuit et Isaae : Ismael autem et Esau, qui fuerunt filii justorum, non habent spiritualem patrem.

Respondeo. Apostolus solvit, quod filii promissionis computantur filii justorum. Ergo semen est ille qui imitatur eum. Unde tam filii carnales qui imitantur patres in bono, quam discipuli qui imitantur magistrum, sunt semen spirituale, scilicet illi qui imitantur eorum doctrinam in operc. *Tota die.* Ille ostendit aliud signum experientiae, sive aliud<sup>1</sup> experimentum, et dicit quod aliud quod expertus de viro justo est, quia *Tota die*, idest toto tempore vitae suae, miseretur, miseriis aliorum, et commodat, scilicet spiritualia et temporalia : Ps. cxi, 5 : *Jucundus homo qui miseretur et commodat* : vel actu, vel promptitudine. Et ideo, *Semen illius in benedictione erit* : Gen. xxii, 17 : *Multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli etc.*

*19. Declina a malo.* Supra ostendit Psalmista quod bona justorum sunt meliora quantum ad fructum ; hic autem prorumpit in exhortationem ad illa. Circa hoc duo facit. Primo enim ponitur exhortatio ad ista. Secundo ponitur fructus, ibi, *Dominus amat.* Justitia habet duas partes : recedere a malo, et facere bonum. Et ideo dicit, *Declina a malo, et fac bonum.* Haec autem duas partes justitiae correspondunt preceptis legis : justitia enim regulatur lege. In lege sunt quedam precepta affirmativa, quae implentur faciendo bonum ; et quedam sunt negativa, quae implentur declinando a malo. Item per haec duo perficitur naturalis inclinatio appetitus, cuius sunt duo objecta : scilicet bonum et malum ; quia appetitus naturaliter tendit in bonum ; et refugit malum falsum. Sed dicit, *Declina a malo.* Est autem duplex malum. Unum, quod facit homines malos, et hoc vere dicuntur malum. Aliud malum est, quod non facit homines malos, scilicet malum peccatum. Primum est peccatum ; et de hoc intelligitur cum dicit, *Declina a malo*, idest a peccato : Eccl. *Non zeles hominem in peccato suo.* Et non dicit quod non faciat malum, quia in hoc intelligitur sola negatio, sed, *Declina a malo*, ut scilicet voluntatem faciendo non habeat. Isa. 17. *Quiescite agere perverse, discite benefacere.* Ille duo frequenter introducuntur in sacra Scriptura. Sed quandoque praemittitur bonum, sicut ibi, Ps. xliv, 8 : *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem.* Quandoque praemittitur vitatio mali, sicut Isa. vii, 13 : *Ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.* Et ratio est, quia duplex est ordo. Unus scilicet intentionis : et secundum hunc ordinem semper prins debet pravmitti bonum quam vitatio mali, quia ad hoc vitat malum, ut facial bonum. Alius est ordo executionis : et secundum hunc ordinem prins precipitur ut vitet malum : quia omnes nascimur filii irae, et non possimus fieri justi nisi expellamus malum. *Et inhabita in seculum saeculi.* Ille ponitur fructus justitiae ; quasi dicit : Si declinaveris a malo, et feceris bonum, inhabitabis, sed non dicit explici-

<sup>1</sup> Al. : « aliquod. »

cite ubi, sed quantum, quia in *saculum saeculi*. Sed est sensus, *Inhabita*, quasi intus habita. Sensibilia dicuntur exteriora bona, qui exteriori sensu capiuntur. Interiora bona sunt spiritualia et intelligibilia. Cum ergo dicit, *Inhabita*, dicit<sup>1</sup> intra possessionem spiritualium honorum habitabitis : Canticum, 1, 3 : *Introduxit me rex in cellaria sua*. Et dicit, In *saculum saeculi*, idest in perpetuum : Exod. xv, 17 : *Introduces eos, et plantabis, etc.* Quia *Do minus amat judicium*. Hic ponitur ratio quare inhabitabit in *saculum saeculi*; quasi dicat: ideo inhabitabit, quia hoc statutum est ex divino judicio. Probat hoc, scilicet quod inhabitabit semper et libenter, *Quia Dominus amat judicium: Isa. lxi, 8: Ego Dominus diligens judicium*. Et inducitur quod hic dicitur, dupli ratione: quia sic est ratio ejus quod dicit. *Declina a malo etc.*, ut scilicet sis, scilicet imitator Dei, quia Dominus amat judicium: et hoc est declinare a malo et facere bonum. Vel ad hoc refertur, *Inhabita in saculum saeculi*, quia hoc justum est. Et Deus amat judicium. Justum enim est ut si homo non velit relinquere Deum, non relinquatur ab eo, qui est aeternus. Et ideo non relinqueatur ab eo justi, qui volunt esse cum eo. Et ideo dicit, *Non derelinquet sanctos suos*. Et ex hoc sequitur quod, In aeternum conservabuntur, quia aeternus est et potens : Ps. xi, 8 : *Tu, Domine servabis nos et custodies nos etc.* Isa. xxxiii, 20 : *Non rumpetur funiculi*.

20. *Injusti*. Hic ponitur forma judicii, quae erit bonis et malis. Primo ergo ponit quid dabitur malis in judicio. Secundo, quid bonis, ibi, *Justi*. Malis immittet punitionem: quia, *Injusti punientur*: Eccl. xxi, 11 : *In finem illorum, scilicet peccatorum, inferni et tenebrarum et pomorum*: II Thes. 9 : *Dabunt panas in interitu exterminas*. Item exterminationem, quia semen impiorum peribit. Hic loquitur secundum existimationem hominum. Mali autem cum moriuntur, credunt saltem in filiis vivere. Sed dicit quod *Semen eorum peribit*, idest vel carnales filii qui proprie imitantur corrum militiam, vel sectatores falsa doctrinae aliquorum, sicut semen

Arii. Iustus autem duo retrahet: contra punitionem dabit remunerationem; unde dicit, *Justi autem hereditabunt terram*, quasi hereditate eam possidentes : Ps. lxviii, 36 : *Hereditate acquirent eam etc.* I Petr. 3 : *Regeneravit nos in spem vivam*, Contra exterminationem hereditatis, quia, *Inhabitabunt in saculum saeculi super eam*, idest in hac terra viventium semper erunt.

21. *Os justi meditabitur*. Ille ostendit, quod bona justorum majora sunt, quantum ad usum virtutis, quia injusti habent os primum ad malum. Primo ergo agit de spiritualibus bonis justorum. Secundo de perversitate malorum, ibi, *Considerat*. Circa primum duo facit. Primo enim ponit<sup>2</sup> spirituali iustorum praeminentia. Secundo ponit fructum ipsorum honorum, ibi, *Non supplantabuntur*. Bona spiritualia in duobus consistunt: scilicet prout sunt in ore et prout sunt in corde. In ore justi non est nisi bonum et veritas: Eph. iv, 25 : *Deponentes mendacium, loquimini veritatem*. Est autem duplex veritas: et utraque habet justi praemia. Prima est de divinis. Secunda est de humanis. Quantum ad primum dicit, *Os justi meditabitur sapientiam*.

Sed non videtur bene dicere: quia meditari est actus cordis, non oris.

Respondeo dicendum, quod meditabitur, idest meditata loquetur, vel modulabitur. Et multiplicare aliqui meditantur sapientiam. Quidam meditantur Christum qui est sapientia Dei Patris saltem credendo: Deut. *Hoc est sapientia vestra et intelligentia coram populis*. Quidam acquisesceret cum intelligentibus: Eccl. vi, 34 : *Si dilexeris audiire, sapiens eris*. Quidam in ea psallendo: Colos. v, 19 : *Psallentes in cordibus vestris Domino*: Prov. ult, 26 : *Os tuum aperuit sapientiam, et lex clementior in lingua ejus*. Sed os justi meditabitur sapientiam docendo: I Cor. ii, 6 : *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Origenes autem dicit: Imperiti pessimum vitium habent, ut superfluo eos dicant, qui studium doctrine impendunt: imitantes rerum vocabula, eorum studium contemnunt, loquacitatem suam, inertiam

<sup>1</sup> Al. : « idest. »

<sup>2</sup> Al. : « ponit bona. »

et imperitiam approbantes. Quantum ad secundum dicit, *Et lingua ejus. Hoc triplieiter expoutur, Lingua ejus loquuntur iudicium*, id est cum iudicio et discretione sermonem proferet : Ps. cxii, 3 : *Disponit sermones ejus in iudicio* : Eccli. xxi, 28 : *Verba prudentium statera ponderabuntur.* Alio modo secundum quod refertur ad iudices : quia iudex, sive os justi, sive lingua iudicis, justum iudicium loquitur in sententiando. Vel lingua justi loquitur de iudiciis Dei : et convertet peccatores ad penitentiam ex consideratione divini iudicii : Job. xix, 12 : *Fugite a facie gladii, quoniam ulti iniquitatum gladius est.*

Sed quare dicit in futuro, meditabitur, et loquetur?

Respondeo dicendum, quod loquitur in futuro, ut designet continuatatem meditationis ; quasi dicit : Continue loquitur et meditatur. Vel dicit hoc de futuro, quia modo modicum quod de sapientia possimus loqui, sed in futuro poterimus magna meditari de sapientia, et plura loqui de iudiciis Dei. Sed contingit quod aliquis non habet in corde quod loquitur ore : Matth. xv, 8 : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Non sic de viro justo : sed sicut loquitur, ita habet in corde : quia infixa habet in memoria per meditationem, et in voluntate per amorem, legem Dei. Propter hoc dicit, *Lex Dei ejus in corde ipsius*, id est legem et iudicium loquitur et meditatur. Et ideo, *Non supplantabuntur gressus ejus.* Et ponit hic fructum honorum operum, quia non deficient, neque fraudabuntur : quia qui habet sacram Scripturam et legem Dei in corde, non decipitur a diabolo : Ps. cxviii, 41 : *In corde meo abscondi eloqua tua, ut non peccem tibi.* Nam lex est lucerna : et ideo qui sciunt eam, non offendunt.

22. Considerat peccator. Ille agit de consideratione malorum. Et primo ponit cogitationes malorum contra bonos. Secundo defensionem bonorum. Dicit ergo, *Considerat peccator justum*, scilicet insidiose, quomodo possit nocere. Ps. xxi, 18 : *Ipsi vero consideraverunt, Prov. xxiv, 15 : Ne insidieris et queras inpietatem in domo justi.* Et querit mortificare eum. Ubi ostenditur ejus crudelitas, vel inten-

tio. Prov. i, 16 : *Pedes ejus ad malum curunt, et festinant etc.* Sap. ii, 20 : *Morte turpissima condemnemus eum.* Sed justi defenduntur. Primo, quia evadunt eorum persecutionem ; unde dicit, *Dominus autem non derelinquit eum in manus ejus* ; quia licet ad horam impii habeant potestatem super justos, non tamen semper. Psal. cxxiv, 3 : *Non relinquet Dominus virginum peccatorum super sortem iustorum etc.* Secundo, quia liberantur divino iudicio. Unde dicit, quod non soli hie liberantur, sed nec damnabuntur. *Cum iudicabit illi*, id est iusto, id est ad utilitatem justi. Vel, *illi*, id est peccatori condemnabuntur. Ps. i, 5 : *Resurgent in iudicio*, id est in condemnationem.

23. Expecta. Multa locutus est Psalmista in praemissis ad commendationem iustorum et dejectionem malorum : et haec omnia retulit ad hoc ut sequamur iustitiam, et declinemus malum ; hic autem inducit exhortationem ad iustitiam. In duabus servatur iustitia : scilicet in his quae sunt ad Deum, et in his quae sunt ad proximum. Circa hoc ergo tria facit. Primo proponit exhortationem ; secundo ostendit praemium, ibi, *Et exaltabit te* ; tertio probat quoddam quod proposuit ibi, *Vidi impium.* Ordinat ergo exhortando ad Deum. Primo per expectationem ; secundo per obedientiam. Dicit ergo, *Expecta Dominum* : ubi dicit duo. Primo, quod si aliquam molestiam pateris, non statim desperes, nec turberis contra Deum, sed expecta quoque sucurrat. Ps. xxxix. 2 : *Expectans expectavi Dominum, et intendit mihi.* Et sic hortatur ad sapientiam. Secundo hortatur ad longanimitatem : quasi dicit : Si nondum remuneratus es de bonis tuis, non frangaris, sed expecta remunerationem. Habac. n, 3 : *Si moram fecerit, expecta eum etc.* Iac. v, 7 : *Expectat agricola pretiosum fructum terræ patienter ferens.* Et custodi vias ejus. Expectatio est in malis, custodia est in bonis. Custodi ergo vias, scilicet charitatis et praeceptorum, et serva cum diligentia. Prov. iv, 23 : *Omní custodia scrue etc.* Joh. xxii, 44 : *Vestigia ejus securus est pes meus : viam ejus custodivi.* Ps. cxviii, 34 : *Scrutabor legem tuam etc.* Et exaltabit te. Hic ponitur praemium sive fructus,

hoc est fructum honorum, ut ab eo exaltentur. Eccl. xv : *Exaltabit illum apud proximos suos.* Sap. ult : *In omnibus honorasti populum.* Et ad quid? *Ut hereditate capias terram.* Mirum est quod dicit. Cum terra sit infima, quomodo exaltabit, ut capias eam? Et dicendum quod terra de qua loquitur est terra viventium : et haec est in alto, quasi stabilitas aeternorum et spiritualium honorum : et ad hanc non pervenit, quandomen mens jacet in imis, sed oportet quod exaltetur. Isa. lvm : *Sustollam te super altitudinem terre.* Vel etiam potest intelligi de ista terra. Illi ergo hereditate capiunt terram, qui terrae dominantur : et tales sunt qui habent cor elevatum a terra, quia non habent cor pressum ad terram, sicut sunt servi terra et possessi ~~terrae~~. Et id oportet, ad hoc quod capiant eam, ut exaltentur. Prov. iv, 8 : *Glorificaberis ab ea, cum eam etc.* Cum perierint peccatores videbis. Iste latabuntur de perditione malorum. Psal. lvii, 11 : *Latabitur iustus, cum viderit vindictam etc.* Job. xxii, 19 : *Videbunt iusti, et latabantur.* Sed non propter perditionem impiorum, quia Deus non propter ipsam latatur. Sap. i, 13 : *Non latatur in perditione virorum : sed de divina justitia.* Isa. ult. lxvi, 24 : *Egredientur et videbunt carcerem virorum, qui pravaricati sunt in me.* Item de divina misericordia ipsis exhibita, qua sunt liberati a malis, sive a penis dannatorum. Et ad hoc videndum oportet quod sit etiam exaltatus : quia si es comprehensus, non videbis perditionem ipsum. Psalm. lxvii : *Hoc labor est ante me, scilicet facta peccatorum, donec etc.*

24. *Vidi impium.* Hie probat duo circa perditionem peccatorum. Primo ponit prosperitatem ipsorum; secundo perditionem; unde dicit: *Vidi impium, id est quoniamcumque peccatorem, supereraltatum, id est supra statum sue conditionis: et supra alios homines, quantum ad statum mundi.* Job. xxi, *Quare impii vivunt, confortati sunt, roborati divitis etc.* *Et elevatum sicut cedros Libani.* Hie est duplex littera. Vel supra cedros Libani, quae inter omnes arbores maiorem altitudinem habet; quasi dicat: Excellenter super alios vidi eum. Eccl. x, 20 : *Posi-*

*tum stultum, id est peccatorem, in dignitate sublimi.* Amos. ii, 2 : *Altitudo cedarum quasi altitudo illius, et fortis ipse quasi querens.* Sed quare impi vivunt, est duplex ratio. Una, quia quandoque sublimantur mali propter peccata hominum. Job xxxiv : *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Et ideo mali sunt quasi flagella Dei ad populum cum dominantur. Isa. xx, 32 : *Vix Assur virga furoris mei, et baculus ipse est.* Alia ratio est, ut mali cum dominantur, gravins pereant. Job xxx, *Elecasti me, et quasi super rentum ponens elisisti me valide.* Unde quandoque in eo quod magis desiderant, magis decipiuntur. Alia ratio est ad instructionem justorum, ut non multum reputent haec temporalia, quae etiam boni habent et mali, ut dicit Augustinus. Job xxi, 21 : *Verumtamen non sunt in manu eorum bona sua, sicut bona animarum. Non euro de eis.* Item ut juste damnatur, qui abutuntur bonis datis. Isa. i, 2 : *Filios entrici et erexit avi etc.* Vel hoc potest referri ad haereticum, qui elevatur in suo sensu. Et finaliter dicitur. *Et transivi.* Hie primo ostendit dejectionem peccatoris; secundo ostendit destructionem loci ejus. Dicit autem *transivi.* Non dicit, *transiuit*, quasi dicat, Transivi ego per considerationem. Exod. viii *Transibo et videbo.* Quamdiu homo deficit oculum in rebus mundi, videtur ei quod mali sunt potentes; quando autem mente transit ad spiritualia et Dei iudicia, pro nihilo reputat eos. Unde, *transivi*, per conversionem: quia quamdiu aliquis est saevularis affectu et corpore, placent ei res mundi: sed quando affectu transit ab eis, pro nihilo habet in saeculo abundantes. Psal. xiv : *Ad nihilum deductus est etc.* Et ideo sancti viri reputantur superbi, quia non appretiantur nec reputant homines propter divitias vel dignitates, si non suppetant eis virtutes; unde sequitur. *Et ecce non erat etiam in praesenti, quia nihil reputat justus homo gloriam peccatorum, quae videtur aliquid.* 1 Mach. ii : *Gloria hominis peccatorum sterens et vermis est; hodie extollitur et eras non inveniatur.* Jer. iv : *Asperi terram, id est gloriam terrenam, et*

*recc vacua erat, et nihil.* Vel secundum Origenem, *Noverat*, quia quando homo elevatur ad divina, conformatur divino intellectui : et quae sunt futura, sunt ei quasi praesentia. Unde qui videt quod tempus hujus vita est breve, damnationem impiorum videt quasi presentem. I Cor. i, 2 : *Elegit Deus quae non sunt, ut ea quae sunt, destrueret.* Unde dicit, *Quessivi eum, et non est inventus locus ejus*, idest dignitates ejus, vel familia et dominus ejus; quasi dicat : Non solum ipse, sed quidquid ad eum pertinet, destruerit. Job xx : *Oculus qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus ejus.* Vel locus ejus, idest mundus in quo quiescit, quia transit mundus et concupiscentia ejus. I Cor. vii. *Præterit rūm figura hujus mundi.*

25. *Custodi innocentiam, et vide aequitatem.* Hie exhortatur ad justitiam quae est ad proximum : et circa hoc tria facit. Primo ponit exhortationem ; secundo præmium, ibi, *Quoniam sunt* ; tertio exponit quod dixerat, ibi, *salus*. Proximo debet homo facere, ut primo ei non noceat ; secundo, ut debita reddat. Quantum ad primum dicit, *Custodi innocentiam, nihil nocendo.* Job xxii : *Salvabitur innocens, salvabitur autem in misericordia manuum suarum.* Et vide aequitatem. Alia littera habet, *directionem*, idest rectitudinem et justitiam, vide, idest iudicia : Job vi : *Id quod justum est, judecate, Quoniam sunt reliquiae homini pacifico*, hoc est præmium justorum. Origenes dicit, quod quando spiritus separatur a carne, ossa hominis dicuntur reliquiae : ita quando anima recedit, quod remanet, scilicet corpus, dicitur reliquia : et ideo non solum præmiabitur in anima, sed etiam corpus ejus ad immortalitatem perducetur. I Cor. 43. Vel reliquia dicitur quidquid est homini post hanc vitam, quae sunt multæ, quasi dicat : Non terminabitur in vita, ista sed etiam in fine vita sunt alia mala<sup>1</sup>. Unde alia littera habet, *Extremum vitæ ejus est pax.* Consequenter ponit damnationem malorum. Mali habent duo. Primo quia ipsi perirent ; so-

cundo, quia nihil dimittunt post eos. Ideo dicit, *Injusti autem disperibunt.* Job iv, : *Et quia nullus intelligit, in æternum peribunt.* Et simul reliqua impiorum intertribunt. I Cor. ii : *Quæ intertribunt cum eis in gehennam.* Vel reliquia, idest omnia quae habuerunt, scilicet divitiae quae perirent, fama, quæ putresceret, semen quod peribit. Job : *Nonne succisa est erexit, et reliquias eorum devorabit ignis?* *Salus autem justorum.* Probat quod reliquia justorum salvantur. Et primo ostendit in generali quae sunt ; secundo ostendit ordinem consequendi eas ; tertio causam hujus salutis. Duo sunt in reliquis : salus in bonis, et erexitio a malis. Quantum ad primum dicit, *Salus autem justorum a Domino est solo, in quo sperant, non ab alio.* Origenes dicit, *Apud Dominum* ; quasi dicat : In nullo creato, sed in solo Deo. Isa. xlv : *Israel salvatus est in Domino salute æterna.* Quantum ad secundum dicit, *Et protector eorum in tempore tribulationis*, scilicet præsantis, ut nec etiam corporaliter opprimantur. I Cor. x : *Faciet cum tentatione etiam procentum ut possitis sustinere, vel in die iudicii, vel in morte.* Nahum i : *Bonus Dominus et confortans in die tribulationis, et sciens sperantes in se.* Ordo est quadraplex. Primo adjuvatur ad bene operandum. Unde, *adjuvabit*, idest cooperabitur. Psal. cxx : *Auxilium meum a Domino.* Isa. xxviii *Omnia enim opera nostra operatus es in nobis.* Et liberabit, scilicet a malis, et eruet eos a peccatoribus, quantum ad præsentem statum, quando justi liberabuntur, et non sequentur peccatorum vias. Psal. i : *Beatus vir qui non abiit etc.* Vel in die iudicii, quando segregabit oves ab haediis. Vel a demônibus in morte cuiuslibet : quia tunc demones veniunt, querentes si aliquid suum inveniant. Joan. xiv : *Venit princeps mundi hujus.* Et finalis salus, quia salvabit eos. Et causa est, *Quia speraverunt in eo*, quia haec salus debetur sperantibus.

<sup>1</sup> Al. : « multa. »

## PSALMUS DAVID XXXVII

## 1. In remembrance sabbati.

*Domine, ne in furore tuo argnas me, neque in ira tua corripas me.*

2. Quoniam sagitte tue infixae sunt mihi : et confirmasti super me quantum tuum. Non est sanitas in carne mea, a facie ire tue : non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt rapam meum : et sicut onus grave gravatae sunt super me. Putrueunt et corrupte sunt cicatrices meae, a facie insipientiae meae.

3. Miser factus sum, et curvatus sum usque in finem ; tota die contristatus ingrediebar. Quoniam humili mei impleti sunt illusionibus, et non est sanitas in carne mea.

4. Afflicitus sum, et humiliatus sum nimis : et rugiebam a gemitu cordis mei.

5. Domine, ante te omnes desiderium meum, et genitius meus a te non est absconditus.

6. Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea; et lumen oculorum meorum, et ipsu[m] non est in eum.

7. Amici mei et proximi mei aduersari me appropinquaverunt et steterunt. Et qui juxta me erant, de longe steterunt : et vim faciebant, qui querabant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitatis ; et dolos tota die meditabantur.

8. Ego autem tanquam surdus nou audiebam : et sicut mutus non aperiens os sum. Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargitiones.

9. Quoniam in te, Domine, speravi : tu exaudies me, Dominus Deus meus.

10. Quia dixi, Nequando supergandeant mihi iniicii mei : et dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum : et dolor meus in conspectu meo semper.

11. Quoniam iniquitatem meam amontiabo, et cogitabo pro peccato meo. Iniicii autem mei vivunt, et confirmati sunt super me, et multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Qui retrahunt mala pro bonis, detrahent mibi, quoniam sequebar bonitatem.

12. Ne derelinquas me Dominus Deus meus, ne discesseris a me. Intende in adjutorium meum, Dominus Deus salutis mea.

1. Supra Psalmista<sup>1</sup> imploravit divinum auxilium contra persecutores, ibi, *Judica*: ostendit etiam eorum nequitiam, ibi, *Dixit iustus*; docuit contemptu prosperitatem impiorum in praedicto Psalmo, *Noli armulare*: in hoc autem Psalmo confitetur se pro peccatis suis afflictum. Circa hoc ergo facit duo. Primo

proponit suam afflictionem. Secundo cantelam in futuro, ibi, *Dixi, custodiam*. Titulus, *Psalmus David in remembrance*. Augustinus addidit, *In remembrance sabbati*; sed hoc non habetur neque in hebreo, neque in Hieronymo. Et est sciendum, quod hic est tertius psalmus penitentialium : et diversitates Psalmi referuntur ad diversos actus penitentiae, et commemorationem peccatorum. Et ideo dicit ad commemoraandum, scilicet peccata. Psa. xxxviii: *Recogitabo tibi omnes annos mros in amaritudine anima mea*. Sed si addatur sabbatum, pertinet ad finem hujus commemorationis, quare scilicet sit affigendum et commemoraandum, scilicet propter sabbatum, idest propter quietem repromissam. Isa. lviii: *Si avarteris a sabbato pedem tuum, face re etc., usque vocaberis sabbatum delicium*, idest quies deliciosa. Dividitur ergo psalmus in partes duas. In prima petit misericordiam. Secundo exponit misericordiam, ibi, *Quoniam sagitta*. Misericordia petitur a judice, enjus pena timetur. Judex primo arguit verbis: Ps. xlix: *Arguan te*. Postmodum corrigit factis. Psalmista ergo non petit quod non arguiatur, sed quod non in furore : unde dicit, *Domine, ne in furore tuo argnas me*. Furor et ira in Deo non ponunt commotionem : quia Sap. xii: *Cum tranquillitate judicat*. Sed quantum ad effectum dicuntur de Beo, quia furiosus non parcit. Unde petit corripi, sed non in ira ; ideo dicit, *Neque in ira tua corripas me* : quia, ut dicitur Prov. vi, *Zelus et furor viri non parcat in die vindictae*. Unde in furore arguit quando non parcit : sicut Matth. xxv: *Esurivi, et non dedistis etc.* Item, *Ite maledicti in ignem eternum*. Unde peto corripi, sed non in furore. Secundo agit de pena judicis. Et est duplex pena. Una est ad exterminationem, et haec infernalis : et hanc petit sibi non

<sup>1</sup> Ali. : « Psalmus, » et sic infra.

infligi, cum dicit, *Domine ne in furore etc.* Alia est ad correctionem: et hanc petit sibi infligi. Sed petit quod non corripiatur in ira, ibi *Negat in ira tua*, idest gravi pena, *corripas me*: Hier. x: *Corripe me, Domine; verumtamen in iudicio, et non in furore.*

2. *Quoniam sagittæ tuae.* Misericordia non habet locum nisi ubi est miseria. Et ideo circa hoc duo facit. Primo commemorat multiplicem suam miseriam. Secundo petit divinum auxilium, ibi, *Ne derelinquas*. Miseriam ostendit primo, quam patitur a superiori, scilicet Deo instigante. Secundo ostendit miseriam quam patitur ab interiori, scilicet conscientia remordente, ibi, *Non est pars*. Tertio ab exteriori, scilicet homine conteniente, ibi, *Amici*. Circa primum duo facit. Primo ponit percussionem divinam. Secundo effectum percussionis, ibi, *Non est sanitas*. Hic loquitur ut referatur uno modo ad percussionem tribulationis quam Deus immittit: alio modo ad commotionem contritionis. Primo modo congruit haec tria. Percusso est gravis ex duobus: scilicet ex hoc quod intima penetrat: et ex hoc homo converteritur. Et quantum ad hoc dicitur primo, quia pervenit usque ad intima: unde dicit, *Sagittæ tuae*, idest percussio tua, *infixa sunt mihi*, scilicet usque ad interiora: Job vi: *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebit spiritum meum*, Secundo, quia hujusmodi percussiones non eito transirent, sed manent; unde dicit: *Confirmasti super me manum tuam*: Isa. xxx. *Erit transitus virga fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum*: Heb. x: *Horrendum est incidere in manus Dei viventis*. Tertio quia sunt graves: et est ratio ejus quod dicit, *Non in furore*, quia jam satis sum sagittatus. *Non est sanitas*. Hie ponit effectus sagitationis. Caro mea deordinata est, corruptioni et infectioni subjecta: Rom. vii: *Scio quod non habitat in me*, hoc est in carne mea, *bonum*. Alio modo de commemoratione contritionis potest intelligi: et sic assignat rationem quare non vult a Deo puniri. *Quoniam sagittæ*. Sagittæ Dei verba Dei sunt: Isa. xl ix: *Posuit me quasi sagittam electam*. Quando autem

peccator audit verbi Dei, et infligitur cordi ejus, tunc reponit in corde suo: et tamen eis non compungitur, et ex hoc est dignus furore: quia non est compuntemus ex sermonibus Dei. Sed sicut dicit Gregorius: *Frustra laborat extra lingua predicatoris*, si intus non operatur virtus Redemptoris. Et ideo oportet quod manus Dei infigat has sagittas usque ad intima; et ideo dicit, *Confirmasti super me manum tuam. In carne mea*: Gal. v: *Caro concupiscit adversus spiritum etc.* Quando caro sanitatem habet, spiritus est infirmus: et e converso, scilicet quando spiritus est sanus et fortis, caro est infirma: quia totum enervatur quidquid ad carnem pertinet: Ps. cxvii: *Caro mea immutata est propter oleum*. Effectus ergo verbi Dei immissi, vel intixi, est quod emaret concupiscentiam carnis: Col. iii: *Mortificate membra vestra etc.* Origenes dicit secundum primam expositionem, *A facie*, idest a consideratione ira tuae, quia per verba tua consideratur ira futuri judicii. Et ex hoc caro emaret. *Et non est pars ossibus meis*. Hie ostendit interiorum miseriam, idest peccatum propter quod patitur tribulationem; quasi dicit: *Aufertur sanitas carnis pra consideratione irae tuae*; sed recognoscendo peccata mea, etiam spiritus conceutitur; unde dicit, *Non est pax ossibus meis*, idest spiritui meo: Isa. lxvi: *Non est pars impiorum*, dicit Dominus. Et hoc, *A facie peccatorum meorum*, idest pra multitudine et gravitate peccatorum non possum habere pacem mentis. Sed nunquid habes tribulationem? Et dicit quod sic. Unde exposuit se habere. Et primo peccata ponit. Secundo defectum pacis. Tria sunt quæ exaggerant peccata: scilicet multitudo peccatorum, gravitas et reiteratio: quia si frequenter peccat, grave est. Dicit ergo quantum ad primum, *Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*. Modus loquendi est. Per iniquitatæ signatur multitudo peccatorum: quia sicut aqua hominem obrnit, ita peccata submergent hominem. Et hoc non facit aqua nisi quando tantum exercet quod caput excedit. Quasi dicit: *Sic multiplicitate sunt quod super caput meum ascenderunt*

*Psalm. xviii: Infixus sum in lono profundi, et non est substantia.* u Paral ult. *Peccavi super numerum arenar muris, et multiplicata sunt peccata mea.* Et dicit, *Super caput meum, idest super mentem meam tractam in consevum peccati.* Tripliciter se homo habet in peccato. Quandoque est tamen in concupiscentia, et mens resistit; et tunc non attingit caput. Quandoque consentit, sed ex passione; et tunc licet perveniat ad caput, non tamen supergreditur. Sed quando latrant quod male fecerint et erulant in rebus pessimis (Prover. u.) tunc iniquitates supergreduntur caput. Quantum ad secundum dicit: *Sicut onus grave gravata sunt super me.* Dieuntur autem gravare peccata, quia deprimit more rei gravis. Quanto ergo homo deprimitur, tanto a Deo recedit. Zach. i: *Iniquitas sedet super talentum.* Isa i. *Populo graci iniquitate.* Alia littera habet: *Sustulit in altum:* quia quandoque peccata gravia inducunt in contemptum, et superbit impius cum percenerit in profundum peccatorum. (Prov. xviii.) Quantum ad tertium dicit, propter recidivum: *Potuerunt et corrupta sunt cicatrices meae.* Cicatrix ex vulnere relinquitur: ita etiam quando quis peccavit, et dimissum est ei peccatum, sed adhuc est pronitas ad peccandum, est quasi cicatrix ex vulnere. Quandoque autem Deus sanat eam per satisfactionem et exercitum bonorum operum. Hier. xxx: *Obducant cicatricem tibi, et a vulneribus tuis sanabo te.* Quandoque autem non bene enstodium nos; et sicut per imperitiam medici, quandoque infirmitas generat intus putredinem, et corrumpt membrum, sic est in peccatore: quia quando non curatur peccatum per correctionem, sive per penitentiam, fit patredo interius, idest delectatio peccati prateriti; et consentit in aliud simile. Joel. i: *Computuerunt jumenta in stercore suo.* Ex hoc sequitur corruptio, quando peccatum procedit in actu. Vel corruptio est quando non solum in se sunt putrefacti, sed exhalant per infamiam ad alios, *A facie insipientia mea.* Mediens quando curat, per insipientiam

suam aliquando vulnus putreficit; sic ex insipientia hominis nescientis sibi bene caverre, patitur recidivum. Prover. xiv: *Errant qui operantur malum.*

3. Miser, Supra dixit Psalmista: *Non est Pax ossibus meis;* et ostendit quae sunt sua peccata, quia multa, gravia et reiterata: hic agit de pacis sublatione et circa hoc duo facit. Primo ponit inquietudinem contra pacem; secundo ponit remedium consolationis et spei, ibi *Dominus, ante te.* Inquietudinem animi sui ostendit dupliger. Primo quantum ad dejectionem cordis, quod pertinet ad commotionem concupisibilis, ibi, *Tota die.* Circa primum duo facit. Primo proponit causam dejectionis; secundo ipsam dejectionem. Causa dejectionis est *Quia miser factus sum,* idest miseriam meam ego cognosco. Misericordia opponit felicitati; et ideo in contrariis consistit. Felicitas humana consistit in rebus mundi Psalm. cxlii: *Beatum dixerunt populum cui huc sunt.* Felicitas vera consistit in haesione ad Deum; et ideo sequitur: *Immo beatus populus cuius est Dominus Deus ejus.* Miser ergo est ex hoc quod a Deo avertitur per peccatum. Prov. xiv: *Miseros facit populos peccatum.* Iste ergo sciens se separatum a Deo per peccatum, reputat se miserum; et ex hoc dicitur animus ejus dejectus: unde dicit: *Incurvatus sum.* Haec incurvatio potest referri ad depressionem animi, propter gravedinem peccati, quia peccata faciunt sicut grave onus, quod hominem incurvat, et facit terram respicere: ita peccata faciunt inferiora respicere, et non permittunt per affectum tendere ad superiora. Paral. xxxvi: *Incurvatus sum multo vinculo ferri.* Vel potest referri ad humilitatem: quasi dicat: *Incurvatus sum propter humilitatem,* quia cum <sup>1</sup> recognoscit homo peccatum suum, non sapit alta. Luc. xviii: de Publicano, qui *nolebat oculos suos ad celum levare.* Et haec incurvatio non debet esse momentanea, sed in tota vita: unde dicit, *Usque in fueni, scilicet vite, quādīn durat corruptio corporis.* Rom. vi: *In felix ego, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Consequenter agit

<sup>1</sup> Al. : « non. »

de tristitia cordis; et facit tria. Primo proponit tristitiam; secundo tristitiae causam; tertio magnitudinem tristitiae. Dicit ergo: Non solum humiliatus sum contra superbiam, sed etiam sum *contristatus*, contra delectationem peccati; et haec est tristitia bona. II Cor. vii: *Quae enim secundum Deum tristitia est, bona est.* Et tangit duo circa tristitiam. Primo, quod oportet esse continuam: unde dicit. *Toto die.* Rom. ix: *Dolor continuus cordi meo.* Psal. iv: *Larabo per singulas noctes lectum meum,* Jer. ix: *Et plorabodie ac uite interfectos populi mei.* Augustinus: *Semper doleat, et de dolore gaudeat.* Secundo, quia est quadam tristitia absorbens, quae in desperationem inducit. II Corinth. ii: *Ne forte abundantiore tristitia absorbeat qui ejusmodi est.* Quadam est aggravans; et haec est accidia, quae se deicit ut non permittat agere bonum. Sed tristitia penitentis non est sic, sed est cum spe, et exercitio bonorum operum: unde dicit, *Ingrediobar;* idest, in vita et bonis operibus proficiebam. Processus boni est ingressus, quia bona spirituali ad quae tendit bonus sunt interiora. Phil.: *Quae retro sunt obliuiscens (idest bona temporalia, ad quae tendunt peccatores, quae<sup>1</sup> sunt exteriora) ad ea quae priora sunt extendens me ipsum.* Prov. iv: *Ducam te per semitas aquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui.* Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Ille ponitur causa tristitiae. Secundum Glossam, exponitur quod per lumbos intelligitor anima. Et dicit, *Lumbi,* quia ibi est delectatio, *Et non est sanitas in carne mea;* ut ostendat se infirmum intus et extra. Sed melius exponitur aliter, quod affligitur per peccatum cum recognoscit miseriam suam. Miseria autem maxime recognoscitur in corruptione sensualitatis. Rom. vii: *Video alienam legem in membris meis repugnantem legi mentis meas.* Et subdit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Quasi dicat: Ideo cognosco me miserum, et sum *contristatus*, quia lumbi mei impleti sunt illusionibus. Ad litteram, carnalis delecta-

tio implet me illusionibus, quia diabolus utitur sensualitate nostra sicut instrumento, et ubi nos debiles conspiciunt, ibi impugnat nos. Prov. xiv: *Stultis illudit porcum.* Ista autem illusiones variarum rerum ex duplice causa proveniunt. Quandoque ex corruptione, quia caro semper querit convenientia sibi, quantum est de se; et nisi spiritus retineat, oportet quod defectetur in eis; et impossibile est quod spiritus semper sit vigil; et ideo oportet quod illudatur. Quandoque proveniunt tales illusiones ex spiritu proprio, quando scilicet aliquis sepe inserit in se tales cogitationes carnales: et hoc est veniale peccatum primo; demum si consentiat, fit mortale; et hoc recognoscit, non quasi ex carne, sed ex se: unde ait<sup>2</sup>: *Non est sanitas in carne mea.* Rom. vii: *Scio quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.*

4. *Afflictus.* Ille ponit magnitudinem tristitiae. Et primo ponit talēm magnitudinem. Secundo ponit signum, ibi, *Rugiebum.* Duo posuit in tristitia. Primum, quod est contristatus. Secundum, quod est incurvatus. Per primum designat tristitiam, secundum vero dejectionem: et haec duo habet repetere hic. Quantum ad hoc quod est incurvatus, dicit, *Humiliatus.* Quantum ad hoc quod est contristatus dicit, *Afflictus:* et de utroque nimis: et hoc propter magnitudinem malum quod incurrerat, quia peccatum est maximum malum. Et ideo affligitur multis doloribus. Item, propter amissionem magni boni: Jer. ii: *Vide et scito quam malum est dereliquisse Dominum etc.* Item secundum Origenem propter immutacionem status de statu gratiae et virtutis in statum peccati. Boetius: *Magnum infelicitatis genus est, fuisse felicem: Job. xxix: Quis mihi det, ut sim juxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me?* Signum magna tristitiae est rugitus: ideo dicit, *Rugiebam a genitu cordis mei.* Rugitus dicitur esse vox bestiarum, scilicet leonis et ursi, propter vehementiam doloris vel famis. Unde rugitus et vehementia fletus: Job. iii: *Quasi inundantis aqua sic rugitus meus:*

<sup>1</sup> Al. deest: « quae. »

<sup>2</sup> Al.: « sed quia non etc. »

unde, *Rugiebam*, scilicet amarissime flem. Sed contingit aliquando quod aliquis flet extra, non tamen ex animi commotione. Sed non sic ego fleo, immo a gemitu cordis mei procedit hic rugitus: Thren. i: *Multi gemitus mei, et cor meum murens*: Isa. lxx: *Rugiemus quasi ursi omnes*.

5. *Domine ante te omne desiderium meum.* Hic ponitur remedium consolacionis. Et primo ostendit quod in Deo solo est consolationis suae remedium. Secundo ostendit, quod hoc est sibi necessarium, quia nihil in se habet de quo consoletur, ibi, *Cor meum*: Osee. xii: *Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.* Est autem duplex tristitia. Quaedam tristitia est inducens desperationem; et haec tollit desiderium et gemitum, quia utrumque istorum sit in occulto: ideo desiderium et gemitus interior notum est Deo; unde dicit, *Domine ante te omne desiderium meum.* Ante te approbatum est quod desidero, et ideo spe mihi dari per te: Prov. lxx: *Desiderium suum justis dabitur*; Ps. ix: *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Alio modo sic. *Ante te idest tibi cognitum est*, qui serutaris corda: I Reg. xvi: *Deus intuetur cor*: Prov. xv: *Perditio et infernus coram Domino; quanto magis corda filiorum hominum?* Alio modo sic, *Ante te etc.* Idest ad hoc est desiderium meum ut sim ante te: Ps. xli: *Sicut anima mea etc.* *Et gemitus meus a te non est absconditus*, idest tu appreas enim, vel in cognoscis enim: Exod. vii: *Videns vidi afflictionem populi mei etc.*

6. *Cor meum conturbatum est.* Hic ostendit necessitatem consolationis sue esse adeo quia nihil est in eo de quo possit consolari. Tria sunt in homine, scilicet, intellectus, voluntas, et potentia executiva: intellectus dirigit, voluntas imperat, potentia exequitur: et haec tria deficient in me. Quia, *Cor, idest affectus, conturbatum est*, idest commotum est tristitia et commotione: Ps. lxx: *Commovisti terram et conturbasti eam etc.* Vel conturbatum est praे solicitudine mundi. Item virtus executiva dereliquit me, quam

habui ante peccatum. Vel loquitur ex persona humani generis. Virtus quam accepi in primo parente, ut non haberem corruptionem interiorem ant exteriorem, *Dereliquit me, propter peccatum*: Isa. i: *Non est in me virtus.* *Et lumen oculorum meorum, idest ratio et mens mea, non est mecum, idest privantur lumine rationis*, per quod vitant malum et faciunt honum. Vel, *Lumen oculorum meorum, idest Deus, non est mecum propter peccatum, quia peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis*. Isa. lxx.

7. *Amici mei et proximi mei.* Supra Psalmista diligenter exposuit miseriam suam, quam a superiori et ab inferiori<sup>1</sup> patitur; hie autem miseriam quam patitur ab aequali. Carea hoc duo facit. Primo ostendit quid patiatur ab hominibus. Secundo, qua de causa, ibi, *Inimici autem mei.* Carea primum tria facit. Primo praemittit mala quae patitur ab hominibus. Secundo ostendit patientiam suam in illis, ibi, *Ego autem.* Tertio ostendit patientiae causam, ibi, *Quoniam in te Domine.* Ostendit ergo se afflatum ab omni genere hominum: et pulchre, quia ostendit primo, se pati afflictionem ab amicis. Secundo ab inimicis, ibi, *Et cum faciebant.* Amici affligunt dupliceiter: persecuendo et derelinquendo: quia ex hoc ipso quod non juvavit, affligunt. *Et qui juxta me.* Item amicorum est duplex genus. Quidam sunt soli amici et estranei. Quidam amici et cognati; et ab utrisque dicit se affligi. Quantum ad primum dicit, *Amici mei.* Et potest intelligi, vel ex persona Christi, qui in hoc Psalmo quandoque loquitur pro se, quandoque pro membris: vel ex persona penitentis. Si legatur ex persona Christi, manifestum est quod Iudei qui sunt proximi, fuerint adversari ei: unde dicit, *Adversum me appropinquaverunt et steterunt.* Vel ex persona penitentis: et tunc, Origenes: «Aliquis in saeculo est inter peccatores, et quandiu est in peccatis ostendunt ei amicitiam; sed quando deserit mundum et peccatum, tunc peccatores adversantur ei»: unde dicit, *Amici mei*, idest qui prius erant amici. Ecol. vi, 6: *Est amicus qui convertitur ad inimicitiam,*

*Et proximi, idest in carne conjuncti : Mich. vii : Inimici hominis domestici ejus : Ierem. xx : Audiri contumelias multorum, et terrorum in circuitu. Adversum me appropinquaverunt et sternerunt. Contingit quod amicus quandoque adversatur in dicto vel facto alieni; sed tamen tantam habet reverentiam ad amicitiam, quod non adversatur ei in facie. Et ideo<sup>4</sup> dicit quod non solum de longe sternerunt. Sed appropinquaverunt, idest in faciem inimici contradixerunt. Quandoque etiam amicus facto commovetur contra eum, tamen non perseverant. Sed de istis dicit quod *Sternerunt*, idest fuerunt mihi adversarii : Ps. ii : Asternerunt reges terrae etc. *Et qui iurta me erant, de longe sternerunt.* Ille ostendit quomodo est derelictus. Si exponitur de Christo, vere fuit derelictus : Matth. xxvi : Relicto eo omnes fugerunt. Item penitus derelinquitur, postquam est conversus ad Deum : unde, *Et qui iurta me erant, idest amici familiaritate vel carne, de longe sternerunt* : Job. vi : *Ecce non est auxilium mihi in me, necessarium quoque mei recesserunt a me* : Ps. lxxxvii : *Elongasti a me amicum et proximum etc. Et vim faciebant, qui querabant animam meam.* Et non solum est sie ad amicis afflitus, sed etiam ab inimicis. Est autem duplex genus inimicorum. Quidam sunt inimici capitales, et occidunt. Alii sunt qui non sunt capitales, quia non querunt occidere : et de utrisque loquitur hic. De primis dicit, *Vim faciebant qui querabant animam meam*, idest querabant me occidere. Ad litteram dicitur de Christo quem Judaei querabant occidere : unde, *Vim faciebant, idest violentiam inferebant* : Prov. xxii : *Ne inferas violentiam pauperi, quia pauper est.* Hieronymus, *Ut vim facerent.* Vel, *Querabant, scilicet daemones, seu amici, qui volebant me inducere in malum postquam conversus sum ad Deum, Et vim faciebant mihi.* De secundo dicit, *Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, idest mendacium contra me dixerunt.* Ita accidit de Judaeis contra Christum ; qui mendacium loquentes dicebant, Luc. xxiii : *Hunc invenimus subvertentem**

*gentem nostram, et prohibentem tributum dari Casari.* Item. xxu : *Dolos tota die meditabantur, ut caperent eum in sermone* Matth. xxu. Item hoc accidit enilibet penitenti : quia aliquis penitens, ut Origenes dicit, confiteatur peccatum suum, et si necesse fuerit, agit publicam penitentiam : et deridetur ab aliis qui perseverant in peccato : Job. xii : *Deridetur justi simplicitas, et dicunt multa vanam et falsam contra eum* : Psal. xi : *Vanam locuti sunt unusquisque.* Et etiam insidiantur, si invenerint aliquid unde confundant eum : Prov. xxiv : *Ne insidieris, et ne queras impietatem in domo justi.*

8. *Ego autem tamquam surdus.* Ille ostendit patientiam a se exhibitam. Et primo ponit patientiam ; secundo patientiae effectum, ibi, *Et factus sum sicut homo.* Homines quando affliguntur, nisi patienter portent, primo commoventur in animo, deinde deordinantur in verbis. Sed remedium quod non commoveatur in animo est, quod sit sicut surdus non audiens verba iniqua. Et ideo dicit, *Ego autem tamquam surdus non audiens, idest audire me sinegebam* : Eccl. i : *Usque ad tempus sustinebat patiens.* Item ibidem. xxviii : *Sepi aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam.* Et remedium quod non deordinetur in verbo est, quod sit sicut mutus : Ps. xxxviii : *Obmutui et humiliatus sum etc.* Unde dicit, *Et sicut mutus non aperiens os suum.* Et hoc maxime fecit Christus, ut dicitur Matth. xxv : *Et non respondit ei verbum, ita ut miraretur prasses vehementer* : Isa. lxi : *Tamquam ovis ad occisionem ducetur etc.* Sie etiam facere debent viri justi : Ps. xxxviii : *Posui ori meo custodiam, dum consistenter peccator adversum me.* *Et factus sum sicut homo non audiens.* Ille ponit effectus patientiae ; sed hoc est contra opinionem malorum, qui hoc impunitant ignoriae, non virtuti. Et dicit, *Factus sum, scilicet opinione, sicut homo non audiens, et non virtuosus.* Unde de Christo dicitur *Mihi non loqueris.* Jorau. xix : *Et non habens in ore suo redargitiones,* idest ac si non sit sapiens ad respondendum. Unde de Christo dicitur Luc. xxiii,

quod illusit ei et despexit eum Iheredes.

9. *Quoniam in te Domine speravi*. Hic ponitur causa patientiae, quae est triplex. Ex parte Dei, ex parte inimicorum, et ex parte sui. Et ex parte Dei causa patientiae est, quod tota causa relinquuntur Deo. *Mihi vindictam, et ego retribuum*, Hebr. x : Et ideo dicit, *Ego autem in te speravi Domine*; quasi dicat, In te est causa mea : Hier. xvii : *Spes mea tu*. Et quid speras de Deo? *Dixi, tu exaudiens me Domine, Deus meus*. Origenes : Quandoque homo orat Deum, et non exauditur, quia ipse non audit eum praeципitem : Prov. xxviii : *Qui declinat aures ne audiat legem, oratio ejus sit execrabilis*; sed qui obedit Deo et legi, tunc exauditur : Jac. v. 11. *Multum valet deprecatio justi assidua*. Deus autem maxime praecepit patientiam : Matth. v : *Si quis te percosserit in una manilla etc*. Et ideo illi exaudiuntur a Deo, qui neverunt pro inimicis orare, ut Ecclesia facit ; unde dicit Jer. xiii : *Si steterint Moyses et Samuel coram me etc*. quia isti in veteri testamento oraverunt pro inimicis, non est anima mea ad populum istum, idest non exaudiem eos pro populo isto ; quasi dicat : ideo quia patienter sustineo, tu exaudiens me.

10. *Quia*. Supra posuit Psalmista mala que passus est ab hominibus ; et ostendit etiam patientiam suam, assignavitque nam rationem patientiae ex parte Dei ; hic autem assignat rationem patientiae ex parte inimicorum. Contingit aliquando ex Dei misericordia, quod qui patitur tribulationem aliquam, sustinet mala que ab aliis inferuntur, ut pacem cum inimicis habeat : Prov. xvi : *Cum placuerint Domui rix ejus, inimicos ejus convertet ad pacem* ; Joh. v : *Bestiarum terrae pacifici erunt tibi*. Et hoc etiam naturale est : quia nullus est ita savus sive crudelis, quod quando videt aliquem humilitum, affligat eum ulterius. Canis etiam non mordet hominem jacente. Quando ergo aliquis resistit inimico, concitat inimicum ad nocendum sibi, et Deus non juval : Psal. vii : *Si reddidi retribuentibus*

*michi mala etc*. Et ideo assignat hic rationem patientiae, quae est ne veniat in manus eorum : et circa hoc duo facit. Primo commemorat de hostibus gaudium corporis. Secundo insultationem eorum. Dicit ergo, *Dixi, ne quando supergaudeant mihi inimici mei* : si nollet me defendere Deus, non intueretur me, et sic superarent me hostes et gauderent. Quantum ad secundum dicit, *Et dum commoventur preles mei*. Hieronymus habet, *Descio* : littera nostra habet, *Super me magna locuti sunt*. Et dum labuntur pedes mei etc., *Loquentur*. Si intelligatur de preterito, sic est sensus, *Dixi ne quando etc*. Potest hoc referri ad experimentum : quasi dicat : expertus sum, quod gauderent. Sed si labentur pedes mei etc. Quidam corruntur ; quidam labuntur, sed non corruntur : quidam sunt infirmi. Malo quandoque contra aliquem religiosum insultant, et maxime loquuntur super ipsum. I Reg. ii : *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriante*. Ps. xi : *Disperdat Dominus universa labia dolosa*. Tertia est ratio ex parte sui, scilicet ex parte patientis. Primo proponit promptitudinem animi. Secundo cansam. Dicit ergo, *Quoniam ego in flagella paratus sum*. Nullus est impatiens nisi de eo quod invitus sustinet. Quando igitur est paratus ad sustinendum, non est impatiens. Consideranda sunt duo genera hominum. Quidam sunt qui hic non flagellantur, sed reservantur aeterno igni. Ps. lxxii : *In labore hominum nou sunt etc*, scilicet hic non corripiuntur. Alii sunt qui flagellantur in hoc mundo, quia Deus corripit eos ut filios : Heb. xii : *Flagellat unum filium quem recipit*. Gregorius : Signum aeternae reprobacionis est, quando Deus nullum flagellum dat homini in mundo. Sie et Ambrosius noluit hospitari in domo illius, qui semper fuerat in prosperitate. Et ideo dicit, *Quoniam ego in flagella paratus sum*. Primo ponit dolorem. Secundo doloris cansam. Est autem consuetudo, quod quando aliquis patitur gravem dolorem, sustinet alium dolorem, ut liberetur ab alio graviori : sicut quando homo sustinet extractionem dentis, ut liberetur a

dolore dentium. Et ideo dicit, *Sum paratus ad flagella*, quia habeo alium dolorem quem volo curare. Et ideo dicit, *Dolor meus, scilicet de peccatis. In conspectu meo semper*: Rom. ix : *Dolor continuus cordi meo*: Thre. i : *O vos omnes qui transitis per viam eae.* Ethic dolor est major omni dolore : non quidem sensu, sed secundum rei veritatem. Augustinus dicit quod omnes afflictiones animarum causantur ex amore : homo delectatur in eo quod amat, et timet contrarium ejus quod amat, et dolet similiter. Ergo quanto maior est amor, tanto est major dolor de contrario. Sed minima caritas est maximus amor. Ergo dolor de peccato est maximus ; sed non magis sentitur, quia appetitus sensitivus non movetur nisi ex apprehensione sensibilium, nisi per redundantiam rationis. Et inde est quod homo plus sentit dolorem de aliquibus aliis rebus quam de peccato : tamen secundum rationem plus vellet sustinere eum quam dolorem de peccato. Causa hujus doloris magni<sup>1</sup> est peccatum ; et ideo dicit.

11. *Quoniam iniquitatem.* Quasi dicat : Ideo doleo, quia peccatum meum considero, et intantum ut aliis manifestem. Unde, *Ego unnuntiabo*, idest aliis manifestabo, in quo maximum remedium sentio, quod maxime sit in confessione, quæ latificat confidentem : Prov. xxviii : *Qui abscondit sclera sua etc.* Jac. ult : *Confitemini alterutrum etc.* Secundo ponitur peccati satisfactio contra illos, qui sic confidentur ut non satisfaciant : Isa. xxxviii : *Recogitabo tibi omnes annos meos etc.* Job. xxii : *Considerans eum timore sollicitor.* Et ponuntur hic tres partes penitentia. *Dolor* refertur ad contritionem. *Iniquitatem meam etc.*, ad confessionem. *Cogitabo*, idest satisfaciā, *pro peccato meo*, ad satisfactionem. *Inimici autem mei vivunt etc.* Illic ponitur ratio misericordiae, scilicet prosperitas inimicorum ; et ponit causam quantum ad tria. Primo quantum ad cordis stabilitatem, ibi, *Vivunt*. Secundo quantum ad potestatis magnitudinem, ibi, *Et confortati sunt*. Tertio quantum ad multitudinem, ibi, *Et multiplicati sunt*.

<sup>1</sup> Al. magis. »

<sup>2</sup> Al. : « malo. »

Dicit ergo, *Inimici mei vivunt*. Et continua. Sic Origenes : Ponitens aliquando si dimitteretur in pace cogitaret de peccato in penitentia ; sed tot tribulationes contra eum insurgunt, quod videtur sibi quod debeat se defendere : tamen iste dicit quod licet vivant et prosperentur inimici mei, non tamen dimitto dolorem de peccatis : non enim debet homo resilire a penitentia. Christus multos habuit inimicos, et habet : Psal. cxix : *Odio habuerunt me gratis.* Et Deus habet inimicos : Joan. xv : *Odio habuerunt me et Patrem meum.* Et alii justi multos habent inimicos qui non vivunt sine flagello. *Et confortati sunt*, idest habent magnam potestatem, idest sunt nimis potentes, et *multiplicati sunt qui oderunt me inique*, idest injuste, quia persecutur me propter justitiam quam sequebar. *Qui retribuant mala pro bonis.* Est autem quadruplices retributio. Una est, que retribuit bonum pro bono<sup>2</sup> ; alia que retribuit malum pro malo : et istae sunt communes bonis et malis, quia otiam bonus malum pona pro malo enpae tribuit : alia est, quæ retribuit bona pro malis : et haec est proprie bonorum : quarta est, que retribuit malum pro bono, et haec est inimicorum. Jer. xvi : *Numquid redditur pro bono malum?* Detrahebant mihi : Rom. i : *Detractores Deo odibiles.* Triplex est detractio : quarum una est mala, quando detrahit homo homini de peccato, etiam si peccata sint occulta, quia non sunt occulta publicanda<sup>3</sup> per modum detractionis. Alia est pejor quando detrahit de falso. Pessima, quando detrahit non homini, sed virtuti : videlicet si dieas castitatem malam esse. Et sic est in proposito, quia *Sequebar bonitatem, detrahebant mihi* : Isa. v : *Vx qui dicunt malum bonum et bonum malum* : Dau vi : *Non invenerunt occasionem Danieli nisi in lege.* Glossa : Felix conscientia, cui non potest imponi nisi quod servat legem Dei sui.

12. *Ne dereliquas me Domine.* Illic ponitur oratio : et petit removeri quod timet, et petit sibi prestari quod amat, ibi, *Intende in adjutorium meum.* Illic petit

<sup>3</sup> Al. : « quia si sint occulta, non sunt publicanda. »

non amovery, scilicet præsentiam Dei; unde dicit, *Ne derelinquas me, Domine Deus mens*, scilicet in tribulatione: Psalm. xc: *Cum ipso sum in tribulatione*: Deuter. xxxi: *Dominus Deus tuus est, non dimittet te*. Et si ad modicum videarisi me derelinqueret, tamen omnino, *Ne discesseris a me*, quia timeo quod per me non possim subsistere: Isaia. lxx: *Misericordia mea non recedet a te. Intende in ad-*

*jutorium meum*, idest adjuva me ut proficiam. Et nota quod istum versiculum dicit Ecclesia in principio omnium horarum, quia versicolor iste valet contra omnes tentationes. Unde cum incipimus orare, diabolus tentat nos: propter quod petit auxilium: ideo dicit, *Intende*, quia tu es Deus dator et conservator salutis meæ: Psalm. cxliii: *Qui das salutem regibus etc.*

## PSALMUS CANTICI XXXVIII

1. *In finem pro Idithum*

Dixi, custodi via mea: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodium, cum considerer peccator adversum me. Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis; et dolor meus renovatus est. Conciliuit cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis.

2. Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi, Domine, finem meum. Et numerum dierum meorum quis est: ut sciām quid desit mihi.

3. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et subtilia mea tanquam nihilum ante te.

4. Veruntamen universa vanitas omnis hominivit.

5. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed et frusta conturbator. Thesaurizat, et ignorat cui congregabit ea.

6. Et nunc quae est expectatio mea? nonne Dominus? et substantia mea apud te est.

7. Ab omnibus iniuritibus meis erue me: op prolixi insipienti dedisti me. Obmutui, et non operui os meum; quoniam tu fecisti, amove a me plagis tuas. A fortitudine manus tua ego defeci in incepitionibus: propter iniuritatem corripisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animalium ejus: veruntamen vane conturbatur omnis homo.

8. Exaudi orationem meam Domine, et deprecationem meam: ariulis percipe lacrymas meas. Ne sileas, quoniam advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei. Remittu mihi ut refrigererer priusquam ubican, et amplius non ero.

1. Psalmista<sup>1</sup> confessus est se passum afflictionem suam pro peccato suo: hic autem promittit cautelam in posterum. Titulus talis est, *In finem canticus David pro Idithum*. Et hoc non est novum, licet sit novus Titulus: quia ut habetur in historia I Paral. xv, quando David aream foderis quæ fuerat capta a Philistis redixit, quatuor millia cantorum instituit,

qui Psalmos canerent; quos posuit intus, quos Asaph, Itamar, et Idithum vocavit, et hic ponitur in titulo. Et sicut Origenes dicit, hæc consuetudo erat<sup>2</sup> etiam apud Graecos, quod si aliquando aliqui poetæ erant qui carmina recitabant in populo, si non erant ab ipsis recitantibus facta, sed ab aliis, victoria non dabatur recitatori, sed poeta. Sic etiam fit de Psalmis; nam omnes Psalmos fecit David, et quosdam ipse cantavil coram area, ut habeat II Reg. vi: quosdam dabat aliis cantandos: et ideo illi quibus dabantur, erant quasi cautores, et eis intitulatur: tum propter dignitatem, quia fuerunt prophete, tum propter mysterium. Unde hoc competit mysterio Idithum, quod interpretatur intus vir sciens, vel transiliens; et signal transilientem vanitatem mundi, de qua multum in hoc Psalmo agitur. Dividitur ergo Psalmus iste in partes duas. In prima ponit cautelam quam habet ad evadendum pericula. In secunda ostendit necessitatem cautelæ, ibi, *Ecce mensurabiles*. Circa primum duo facit. Primo premittit cautelam. Secundo ostendit periculum ex ea incidens, ibi, *Obmutui*. Circa primum duo facit. Primo premittit cautelam. Secundo ponit rationem cautelæ, ibi, *Posui ori meo*. In cautela consideranda sunt tria: scilicet cœvendi propositioni; unde ait, *Dixi*, idest cum deliberatione in corde meo statui et proposui: Eccl. ii: *Dixi in corde meo*,

<sup>1</sup> AL.: « Psalmographus. »

<sup>2</sup> AL.: « est. »

*vadum et affluam deliciis.* Secundo considerandum est quid proponat : quia, *Custodiam vias meas*, idest processus meos. Et debet homo custodire vias Dei ut imitetur : Job xxii : *Vestigia rias serquuntur est pes meus. Viam rias custodivi, et non declinavi ex ea.* Item debet custodire vias suas ne erret : Deut. iv : *Custodite vias vestras et studia vestra.* Tertio considerandus est fructus qui ex hoc sequitur : *Ut non delinquam in lingua mea.* Homo debet diligenter se custodire ab omnibus peccatis, et praecipue a peccato linguae, quia faciliter in eis prolabitur : lingua enim est mobilis, et de facili prorumpit in malum. Vel alia ratio est, quia lingua est immediatum organum ad interiore conceptum cordis explicandum. Unde quam citro verbum est in corde, est in lingua ; et ideo oportet diligenter custodiri. Consequenter ponitur ratio hujus custodiae, *Posui ori meo custodium, cum consisteret peccator adversum me;* quasi dicat : Haec est ratio quare sic custodio vias meas, quia semper adversarius est contra me. Alibi dictum est, quod homo ponat custodium cordi : Prov. iv : *Omni custodia serua cor tuum;* hic dicit quod ponat custodium ori, quod non claudatur totaliter, sed debet custodiri, idest servari a malis verbis quantum ad tempus, et quantum ad ea quae dicit : Eccl. viii : *Omni negotio tempus est, et opportunitas.* Et quare posui ore meo custodium ? *Cum consisteret peccator adversum me.* Hoc exponitur tripliciter. Unus sensus est : *Adversum me, ad insidiandum;* et tunc magis necessaria est cautela : Eccl. v : *Si est tibi intellectus, responde proximo : si autem, sit manus tua super os tuum ;* Matth. xxii : *Ut caperent cum in sermone.* Secundus sensus est : *Adversum me, ad injuriandum vel impugnandum :* quia etiam tunc cum impugnat, debes tibi cavere, quia ibi est virtus : I Petri ii : *Cum maledicretur, non maledicebat.* Tertius sensus est, *Adversum me,* idest in conspectu meo, ut instruatur : et tunc necessaria est cautela ne omnia omnibus proferat. Quaedam enim sunt proferenda justis, quae non sunt dicenda peccatori-

bus : I Cor. iii : *Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus;* Matthaei vu : *Nolite sanctum dare camibus;* quasi dicat : Posni custodium ne secreta doctrinae propalarem peccatori-hus. *Obmutui.* Hic ponit periculum cautelae in quod posset incidere; propter quod dicit : *Vident peccatores impugnantes contra me, proposui omnino tacere;* unde dicit, *Obmutui,* idest penitus tacui. Sed quandoque contingit quod propter cautelam aliquis indiscretè facit aliquando : et aliquando aliquis facit exteriū, et turbatur interius. Eccl. xxxiii : *Præcordia fatui quasi rotæ præcurrens.* Sed iste non turbatur interius ; ideo dicit, *Humiliatus sum, scilicet intus, sed periculum est :* quia dum volui tacere a malis, *Silui etiam a bonis :* vel a bonis verbis, quae non dixi : vel a bonis hominibus, quibus nolui loqui. Eph. iv : *Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad edificationem fidei etc.* Unde sequitur : *Et dolor meus renovatus est ;* quasi dicat : Prinus dolui de indiscreta locutione, modo doleo de indiscreta taciturnitate, quasi dicat : Innovavit me dolor. Sed adhibetur remedium interne charitatis ; et ideo dicit : *Concaluit cor meum intra me,* idest concitatus est calor charitatis in corde meo. Prov. vi : *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta ejus non ardant?* Sic impossibile est quod homo abscondat verba Dei, cum inflammatur cor charitate. Psal. cxviii : *Ignitum eloquium tuum etc.* Causa autem hujus concitationis est meditatio de divinis ; unde dicit : *Et in meditatione mea exardescet ignis.* Nihil amatius nisi bonum et pulchrum. Unde in exterioribus amoriibus visio corporalis est causa amoris. Et ideo si vis accedere ad spiritualia, oportet quod accendatur cor tuum amore Dei. Effectus concitationis est, quia qui proposuit tacere, movetur ad loquendum ; unde dicit, *Locutus sum.* Act. ii : *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et corporant loqui.* Gregorius : *Spiritus quos replet, ardentes pariter et loquentes facit.* Job iv : *Conceptum sermonem quis retinere*

**potest?** Simile dicitur Hier. xx : *Factus est sermo Domini etc., Et dixi: Non loquar ultra etc.*, et sequitur, et factus est in corde meo quasi ignis. Vel exponitur secundum *Glossum*, *Obsurdus*, idest factus sum surdus. Deus non dat gratiam homini nisi utatur illa ; et ideo quando quis per negligentiam gratia sibi data non utilitur, Deus auferit ei, ut palet de talento. Lue. xix : *Auferte ab eo manum, et date ei qui decem manus habet.* Et ideo dicit, *Obsurdus et humiliatus sum*, idest dejectus ; et tunc non sonat in virtutem, sed delictum : et ideo dicit, *Concaecuit cor meum praे sollicitudine.* Origenes exponit aliter : *Dixi, custodiam vias meas. Punctus. Ut non delinquam in lingua mea, posui ori meo custodiam.* Et post, *Dum consisteret peccator adversus me, obnuntui.* Est autem triplex genus hominum. Quidam in tribulationibus positi maledicunt persecutib; se ; quidam benedicunt ; quidam sunt medii, qui saltem pervenient ad hoc quod tacent. Ita evasit gradum primum, quia posuit ori suo custodiam, et non maledicebat. Sed quia obnuntuit, et non benedicbat, evasit secundum gradum, quia sentiebat dolorem, et astutabat intra præ indignatione etc.

2. Hie convertit se ad Deum, et exar-descit. *Locutus sum in lingua mea : notum fac mihi, Domine, finem meum et numerum dierum meorum.* Ponitur hic duplex petitio. Prima, ibi, *Notum fac mihi Domine finem meum.* Finis accipi-tur hic Christus. Rom. x : *Finis legis Christus.* Et dicit, *Domine notifica mihi Christum.* Alia petitio est, ibi, *Notum fac mihi numerum dierum meorum*, idest volo considerare qualis sit vita praesens, ut possim eam comparare ad finem illum : quia isti dies sunt mali, pauci et imperfecti ; illi autem sunt perfectissimi : et tunc seitur quod, *Non sunt con-dignae passiones hujus temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis*, ut dicitur Rom. viii. Et sic, *Sciam quid desit mihi*, idest quomodo sum imperfec-tus ad illam vitam. Origenes dicit, quod finis sumitur hie pro perfectione. Quaeli-

bet enim ars habet finem quem intendit, qui est perfectio ejus ; et sic dicit, *Notum fac mihi finem meum*, idest quæ sit summa perfectionis via, in qua vis me ambulare. Psalm. cxviii : *Omnis consummationis vidi finem. Et numerum dierum meorum* : idest opera mea, quæ sunt dies ; quasi dicat : *Fac me recte indicare opera mea quantum valent.* Et hoc, *Ut sciam quid desit mihi*, scilicet a perfectione. Vel potest exponi simpliciter de fine vite : quia, sicut dicitur Eccl. vii, *In omnibus operibus tuis memorare novis-simam tua.* Et numerum dierum meorum etc., idest quantum vivam, ut præparem me ad pœnitentiam.

3. *Ecc[m] mensurabiles posuisti.* Supra memoravit Psalmista cautelam exhibitam per silentium, periculum ex silentio im-minen, et remedium, quo pericolo sub-venitur ; hie autem ostendit necessitatem canticæ prædictæ, quæ sumitur ex miseria præsentis vitae : et circa hoc duo fa-cit. Primo describit præsentis vitae miseri-am. Secundo contra eam petit remedium ibi, *Et nunc quæ est.* Circa primum duo facit. Primo describit miseriam hujus vite quantum ad ipsam vitam. Secundo quantum ad vitæ occupationem, ibi, *Verumtamen in inurgir.* Circa primum duo facit. Primo describit miseriam hanc quantum ad vitam. Secundo rationem assignat, ibi, *Verumtamen universa.* Mi-seriam hujus vita ostendit quantum ad ejus brevitatem, et quantum ad ejus debilitatem. Quantum ad primum dicit, Domine petivi, ut annuntiares mihi nu-merum dierum meorum. Sed<sup>1</sup> nunquid sunt numerabiles dies mei ? ita, quia, *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* Homo est sic conditus, quod si nunquam peccasset, non moreretur, et ita dies ejus non mensurarentur ; sed peccando mori-tur, et sic numerari possunt. Job. xiv : *Breves dies hominis sunt, numerus men-suum ejus apud te est.* Sed esto quod vita eset brevis, et possit esse ita pretiosa quod multum reputanda eset : tamen hoc nihil est : quia substantia mea et na-tura mea et vita mea tanquam nihilum

<sup>1</sup> AL. : \* vita, \*

<sup>2</sup> AL. : \* sed et, \*

<sup>3</sup> AL. : \* brevis, posset, \*

**ante te est**, id est in comparatione tui; licet aliquid videatur esse in comparatione creaturarum infirmarum. Isa. xi. : *Omnis gentes quasi non sint, sic sunt eorum en.* Potest autem dici sic : *Substantia mea*, id est dum considero illud quod est ante te, id est bona aeterna, que dabis sanctis, substantiam meam nihil reputo. Vel sic : Qui considerant res hujus mundi ante te, id est oculo divino, nihil reputant eas.

4. *Verumtamen universa*. Hic assignat rationem secundum litteram. *Universa*, secundum litteram nostram, vel est nominativi casus singularis numeri, vel est unum nominativi casus neutri generis, et pluralis numeri. Si secundo modo, sic est sensus, *Verumtamen universa*; quasi dicat: Non est enim mirum si vita hominis est nihil ante te, quia, *Universa*, id est inferiora omnia sunt vanitas. Et ideo Hieronymus habet, *Omnia enim vanitas, ut sit quasi ratio praecedentium*. Eecl. i. : *Omnia vanitas*. Et dicuntur vanitas, quia vanitas opponitur soliditati et stabilitati: omnia enim quae sunt in mundo, sunt subjecta mutabilitati, et ideo sunt vana: et etiam inter ea, *Omnis homo vivens* est subjectus mutabilitati, et sic est vanitas. Rom. viii. : *Vanitati enim creatura, id est homo, subjecta est non volens*. Vel secundum litteram, *Universa*, si sit singularis numeri, sic est sensus, *Universa vanitas*, id est omnis vanitas, *est omnis homo vivens*, id est in omni homine mundane vivente. Vanus dicitur homo ex hoc quod sequitur res mutabiles Jer. ii. : *Ambulaverunt post vanitates, et vani facti sunt*. Vel sic, *Omnis homo vivens*, id est carnaliter: est omnis, id est perfecta vanitas.

5. *Verumtamen in imagine*. Hic ostendit miseriam conditionis humanae, quantum ad occupationem: et circa hoc tria facit. Primo ostendit quod aliquid sit in homine quod vanitati debet resistere. Secundo ostendit in generali vanitatem occupationis ejus, ibi, *Sed frustra*. Tertio ostendit hoc idem in speciali, ibi, *Thesaurizat*. Dicit ergo, *Omnis homo vanitas*; tamen aliquid est in homine fixum, quod semper manet in eo dum transiit; et hoc est imago. Et potest hoc tricliciter exponi. Uno modo de imagine

Dei, quae est in quantum homo est praeditus ratione. Gen. i: *Faciamus hominum ad imaginem et similitudinem nostram*. Et hoc imago debet resistere vanitati: scilicet ratio, et debet eam, scilicet vanitatem, excludere. Et hoc est quod ait. Quoniam homo sit subjectus vanitati, semper tamen est praeditus ratione. Sed quia non determinatur hic cuius sit imago, ideo nota hie duplarem imaginem: unam celestis hominis, aliam vero hominis terreni. 1 Cor. xv: *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis*. Dico ergo quod omnis homo est vanitas, tamen omnis homo pertransit in aliquam imaginem, quia, vel per bona opera representat in se imaginem hominis caelestis, vel per malam imaginem terreni. Vel alter: Imago importat similitudinem. Cursus autem vite istius dirigitur per aliquam cognitionem, quia affectus movetur secundum cognitum. Est autem duplex cognitio. Una, qua cognoscitur veritas: et haec est certa. Alia est per verisimilitudinem: et haec est quasi cognitio imaginis: quia non attingit ad ipsam veritatem, sed ad similitudinem veritatis. Si homo attingeret ad ipsam veritatem sicut est, non turbaretur, quia consideraret condicionem hujus vitae, et quid erimus post hanc vitam; et sic non occuparetur in ista vita, sed ad ea quae sunt in alia vita tenderet. Et ideo Hieronymus habet, Quantum ad imaginem pertransit homo, tantum turbatur, id est quantum deficit homo a vera cognitione veritatis, tantum turbatur per occupationem hujus vitae, sive in bonis sive in malis. Luc. x: *Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima*. Quoniam ergo facit bona opera, tunc non turbatur frustra; sed quando non occupat se in bonis, tunc frustra turbatur: Isa. xl ix: *Vane consumpsi fortitudinem meam*. Et ponit exemplum de occupatione qua: conturbat homines, quae est occupatio avaritiae; haec autem maxime conturbat homines. Concepientia autem ad horam occupat homines, similiter et ira. Sed, ut dicitur Eecl. v: *Avarus non impletur pecunia*: et ideo de eo ponit exemplum dicens, *Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea*, id est con-

gregat thesauros superfluos in hac vita. Matth. vi: *Nolite thesanizare vobis thesauros in terra, scilicet vane et frustra, quia ignoratus cui congregatis ea. Sibi non, quia Job xxvi: *Dives cum dormierit, nihil secum afferit.** Ergo aliis, se nescit cui; quia aliquando non congregat pueris, quia non remanent post eum: et si remanent, non tamen scit quales sint, quia aliquando sunt contra parentes.

6. *Et nunc quae est expectatio mea etc.* Hic petit Dei auxilium contra misericordiam. Et primo ponit fiduciam, ex qua oratio sua procedit. Secundo proponit orationem, ibi, *Ab omnibus iniquitatibus.* Tertio petit: *cum exaudiiri, ibi, Exaudi.* qandoque homo est in miseria: et tunc aut confidit liberari per se, aut per alium. Si confidit liberari per se, non expectat alium, sed in scipsum<sup>1</sup> habet subsidium. Si per alium, tunc expectat, quia sperat per alium iuvari. Sic est in ista miseria, quia breves dies sunt, et non confidit in se, sed dicit cum Job vi: *Ecce non est auxilium mihi in me; sed expectat auxilium a Deo;* unde dicit, *Quae est expectatio mea? non tu Dominus;* quasi dicat: Solus potest me liberare, quia ipse solus est super omnem veritatem, qui solus est veritas. Isa. xxx: *Beati omnes qui expectant eum.* In expectatione etiam mors est; quasi dicat: Ego prastabor. Habac. ii: *Si morum fecerit, expecta eum, et substantia mea apud te est.* Hic ponitur ratio fiduciae, quam habet de Deo. Naturale est quod homo confidat de Deo apud quem collat quod habet. Qui ergo totum quod habet, ponit in Deo, potest confidere de Deo. Et ideo dicit: *Substantia mea apud te est;* quasi dicat: *Et si in me nihil sim;* tamen quicquid spero me esse, et quicquid habeo, est in te: Hebr. x: *Cognoscentes vos habere meliorem et manuentem substantiam.* Matth. vi: *Thesaurizate vobis thesauros in celo,* ii: Tim. i: *Scio cui credidi, et certus sum, Glossa expavit de Christo, Substantia mea apud te est;* idest in Christe sumes de mea carne, quia *Factus est ex senecte David secundum carnem, Rom, 1.*

7. *Ab omnibus.* Supra Psalmista posuit fiduciam habitam de Deo, cum dixit, *Et nunc quae est expectatio mea etc.*: hic autem proponit Deo suam petitionem: et circa hoc tria facit. Primo petit a Deo remotionem culpe. Secundo petit remotionem poenae. Tertio assignat rationem coniunctionis harum petitionum. Secundo, ibi, *Amove.* Tertio, ibi, *Propter iniuritatem.* Circa primum duo facit. Primo petit petitionem. Secundo allegat meritum exauditionis, ibi, *Opprobrium.* Dicit ergo, *Ab omnibus iniquitatibus meis etc.* Ubi sciendum est quod haec petitio commendabilis est propter rem petitam, quae necessaria est, scilicet liberari a peccato. Job x: *Si iniquitatem que in manu tua est, abstuleris a te, et non permanescit in tabernaculo tuo, in justitia tunc levare poteris faciem absque macula.* Secundo, quia petit non meritis propriis, sed petit sibi dari a Deo. Isa. xliv: *Ego sum qui delo iniquitates tuas propter me.* Tertio, quia petit ab omnibus liberari; quia impium est a Deo petere veniam de peccatis, a quo tota liberatio non speratur. Joan. vu: *Totum hominem sanum feci in sabbato;* unde dicit, *Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me,* quasi, non peto liberari ab uno solo peccato, sed ab omnibus. Ezech. xxxvi: *Mundabimini ab omnibus iniquitatem vestris.* Ps. xxv: *Dimitte omnia peccata mea.* Meritum sumitur ex parte patientis. Tob. iii: *Omnia peccata hominum in tribulatione dimittis.* Et ideo primo ostendit quod sustinet; secundo ostendit patientiam quam habuit; tertio assignat causam. Dicit ergo, *Opprobrium insipienti dedisti me;* quod potest dupliciter intelligi. Uno modo, ut opprobrium sit pena sibi inflicta a Deo: quia sicut proprium primum virtutis est honor, ita pena peccati est opprobrium. Mal. ii: *Scandalizasti plurimos in lege.* Alio modo, quod Deus causaverit eam, idest patientiam, non opprobrium: sed causam opprobrii ex hoc, quod jam incipitur contemnere terrena, quod stulti et insipientes reputant opprobrium propter patientiam quam agi. Patientiam quam habuit,

<sup>1</sup> Al. : « scipso. »

ostendit cum dicit, *obmutui*. Signum patientiae est, quod homo, cum verba opprobrii infernatur ei, non reddit malum pro malo, sicut Christus, I Pet. ii. *Cum malediceritur non maledicerat*. Et ideo dicit, *Obmutui et non aperui os meum*. Et potest ad duo referri. Uno modo, ut cum dicit, *Non aperui*, designet continuationem patientiae: quia licet aliquis ad horam videatur patiens et taceat, postea impatiens factus loquitur valde. Isa. iiii : *Tanquam oris ad occisionem ducetur, et tanquam agnis carum tendente se obmutescet, et non aperiet os suum*. Ps. xxxv : *Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum*: quasi dicat: Habui patientiam. Vel, *obmutui*, ab opprobriis contra proximum, et *non aperui os meum*, contra Deum. Causa est, *Quoniam tu fecisti*. Et potest referri ab hoc quod dicitur, *oppribrium*. Causa quod sustineat patienter injurias, est quando cogitat quod divino iudicio sit sibi hoc. Hoc fecit David cum dixit II Reg. xvi : *Dimitte eum ut maledicat*. Prov. vii *Disciplinam Domini, filii, non dimittas, ne deficias eum ab eo corripienis*. Vel potest referri ad hoc quod dicit, *Obmutui quoniam tu fecisti*, scilicet patientiam. Secunda petitio sua est de amotione poenae. Et primo ponit petitionem: secundo rationem petitionis. Dicit, *Amove a me plagas tuas*, idest flagella tua: et potest tripliciter exponi. Vel de corporalibus flagellis: et haec sunt exteriora, sicut flagella ceteraque adversitates, quibus homo puniatur pro peccatis suis a Deo. Jerem. xxx : *Plaga inimici percussi te*. Ergo haec flagella amove a me. Item sunt plague spirituales, idest interiora, sicut remorsus conscientiae. Ps. xlix : *Arguam te, et statuam contra faciem tuam*. Et has petit removere. Secundum autem Origenem, causa hujus petitionis est a fortitudine. Flagellatio exterior multum utilis est in quantum patienter sustinetur; sed quando non fertur patienter, sed homo deficit et desperat se, sunt nocivae. Il Cor. ii *Consolemini eum ne abundantiori tristitia absorbeatur*. Et ideo timens hoc, petit removere plagas, quia defecit a fortitudine, idest a violencia percussionis. Isa. viii : *In forti manu*

*erendit me*. I Reg. v : *Fiebat manus Domini gravissima*. Deficit homo tripliciter in flagellis. Unus modus est communis bonis et malis: qui est corporalis. Psal. lxxxix : *Et in ira tua defecimus*. Alius est impatientiae; et hic est malorum. Job. iv : *Nunc venit super te plaga et defecisti*. Alius modus est bonorum, quo quis deficit a se, et tendit in Deum. Ps. cxviii : *Defecit in salute tuam anima mea*. Et qualibet istorum modorum potest intelligi quod dicitur hic, quasi dicat: Ideo peto quod amoveas a me flagella tua, quia sum correptus quoad tertium modum defectionis: quia, *Ego defeci a fortitudine manus tuarum in increpationibus*. Vel quia despero, quoad secundum modum. Vel quia non possum sustinere, quoad primum modum. Nec est vis si dicatur, secundum aliam litteram. In *increpationibus ego defeci etc. Propter iniquitatem corripisti hominem*. Haec est ratio quare proponit duplarem petitionem: quia primo removetur causa, et postea removetur effectus. Culpa est causa plagarum: et ideo dicit, quod homo flagellatur propter peccata. Unde dicit, *Tu corripisti*, idest flagellasti hominem. *Propter iniquitatem*, idest propter peccata sua. Et ideo primo petit removeiri peccata, quia poenae futurae sunt ad damnationem, sed poenae hujus vitae ad purgationem, quantum est de se, et sunt ad correptionem. Psal. xxxi : *Multa flagella peccatoris. Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus*. Hic ponitur modus sive terminus correctionis, *tabescere*, idest desiccare. Potest ergo exponi corporaliter, quando refertur ad tribulationem corporalem: quia humiditas et pinguedo corporalis desiccatur, et sic vita tabescit. Job xxxiii : *Tabescet caro ejus*. Item ibidem : *Consumpta est caro ejus a suppliciis*. Alio modo, ut referatur ad animam. In homine spiritualiter est duplex pinguedo. Una mala per delectationes corporales. Deut. xxxii : *Impinguatus est, dereliquit Deum factorem suum*: et ab hac pinguedine desiccare bonum est; et hoc est quod dicit, *Tabescere fecisti*, idest desiccasti, *animam meam sicut araneam*, ab amore carnalium rerum: quia aranea est animal calidum,

et non est pingue, quia facit subtilissima fila; ita anima separata a carnalibus delectationibus, iuharet per affectum rebus invisibilibus et facit operationes et affectiones invisibles. II Cor. iv : *Non contemplantibus nobis qua videntur etc.* Vel, tabescere, idest desiccare a pinguedine devotionis, sicut dicit Psal. lxii : *Sicut adipe et pinguedine repeatur anima mea;* et haec est mala desicatio. Hoc fit, quia anima efficitur indevota et iuharet peccatis, et caret pinguedine devotionis sicut aranea. Item tela araneæ, est fragilis, ita cogitationes peccatorum sunt vanæ. Isa. lix : *Telas aranæ, idest imitilia et vana, texerunt, idest fecerunt.* Item aranea tantum emittit de filiis illis, quod moritur; ita homines moriuntur spiritualiter propter peccata quæ faciunt. Jac. 1 : *Pec-  
catum cum consummatum fuerit, generat mortem.* Et legitor sic. Animam ejus existentem, sicut araneam, fecisti tabescere, idest desiccare bona siccitate. *Ven-  
runtamen vane conturbatur omnis homo.* Hic est defectus correctionis; quia licet faciat sic tabescere, tamen multi manent in malitia sua, vel redent ad malum. Et quod aliqui non conturbantur vane, hoc non est inquantum sunt homines, sed inquantum sunt elevati a Deo a rebus terrenis ad considerationem coles-  
tium.

8. *Exaudi orationem meam Domine, et deprecationem etc.* Hic petit suam petitionem admitti : ubi petit ut exaudiantur. Et ponit tria, quæ faciunt acceptam petitionem Deo. Primum est elevatio mentis in Deum : et haec est oratio, quæ est ascensus mentis in Deum : unde dicit. *Exaudi orationem meam Domine.* Psal. lxviii : *Ego vero orationem meam ad te Domine.* Secundum est continuatio petendi : et hoc cum dicit, *Et deprecatio-  
nem meam.* Jac. ult. : *Multum valet depre-  
catione justi assidua.* Tertium est berynum multitudine : et hoc ostendit cum dicit, *Anribus percipe lacrymas meas. Ne  
sileas.* Hic ponitur signum exauditionis : nunc petit quod Deus non sileat. Dicitur autem aliquando Deus silere, quantum ad malos, quando eos non punit ; sicut

dicitur Isa. xlviij : *Tacui, semper sili-  
pations fui etc. Ne sileas,* idest ne facias a punitione. Item aliquando silet non consolando bonos : et sic dicit, *Ne sileas, animæ meæ : sed die uniar meæ : San-  
lus tua ego sum.* Ps. xxxiv : *Et hoc facit Deus in vita ista, cum dicet peccatori : Remittuntur tibi peccata tua.* Luc. v. Et etiam in futuro, quando dicet, *Venite be-  
ne-dicti Patris mei etc.* Matth. xxv. Hiero-  
nymus habet : *Ad lacrymas meas non ob-surdescas, et continuatur cum praece-  
dib[us]. Quoniam advena ego sum apud te.* Hic assignat rationem sue petitionis; quasi dicat : hoc præcepit Deus, Exod. xxii, scilicet quod exaudiantur advenæ. Et quia ego sum advena : justum est quod exaudias me. Ego dimisi mundum, et ad te confugi, et sum apud te sicut advena, quia in mundo isto non habeo mansionem manentem, sed sum sicut peregrinus tendens alibi, scilicet ad patriam vitae aeternæ. *Sicut omnes patres mei,* fuerunt. Multi enim sunt advenæ in mundo isto non habentes affectum ad res mundanas. *Sicut omnes patres mei,* scilicet sancti qui peregrini fuerunt, ut Apostolus dicit II Cor. v : *Habentes ali-  
menta et quibus tegamur, his contenti si-  
mus.* I Tim. vi : *Remitte mihi.* Hic petit accelerationem exauditionis; quasi dicat: Celester fai quod peto. Et primo ponit effectum petitionis : secundo tempus de-  
terminat ; unde dicit, *Remitte mihi,* scilicet peccata, quia (Ps. xxxi), *Brati quo-  
rum remissa sunt iniquitates, et quorum  
tecta sunt peccata.* Et hoc ut hic, re-  
frigerer, scilicet a peccato, sive a pena quam malignus intendit. Sap. iv : *Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in  
refrigerio erit.* Et hoc facias, scilicet quod remittas mihi. *Priusquam aheam,* idest antequam recedam ab hoc mundo : quia ibi non est remissio. Job x : *Antequam radam et non revertar ad terram te-  
nebrosum etc.* Et amplius non ero. Hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo sic, *Remitte etc.,* quia postquam abiecto, non ero in statu ubi possint peccata dimitti. Job. vii : *Non reveretur oculus meus ut  
rideat bona,* scilicet praesentia. Alio

<sup>1</sup> Al. : « Sicut Paulista dicit lxii. »

modo sic, *Remitte etc.*, quia si abeam ex hoc mundo nisi remiseris peccata, non ero in hono esse amplius. Job xviii :

*Habent in tabernaculo ejus socii ejus,  
qui non sunt.*

## PSALMUS DAVID XXXIX

*1. In finem.*

Expectans expectavi Dominum, et intendit mihi. El exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriae et de luto fecis. El statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos. El immisit in os meum cantuum novum, carmen Deo nostro.

2. Videbunt multi et timebunt, et sperabunt in Domino. Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius : et non respexit in vanitates et iustias falsas.

3. Multa fecisti in Domine Deus mens mirabilis tua ; et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiavi et locutus sum : multiplicati sunt super numerum.

4. Sacraeum et oblationem nolasti : aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti : tunc dixi. Erce venio. In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus mens, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

5. Annuntiavi justitiam tuam in Ecclesia magna : ecce labia mea non prohibeo, Domine tu scisti. Justitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutare tuum dixi : Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo.

6. Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me : misericordia tua et veritas tua semper suscepserunt me. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : comprehenderunt me iniuriantes mere, et non potui ut viderem. Multiplicata sunt super capillos capillis mei, et cor meum dereliquit me.

7. Complacuit tibi, Domine, ut ernas me : Domine, ad adjuvandum me respice. Confundantur et reverentur simuli qui querunt animam meam ut auferant eam. Avertantur retrorsum et reverentur qui volunt mihi mala. Ferant confusione confusione suam, qui dicunt mihi : Enge, enge. Exultent et latenter super te omnes querentes te : et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligit salutare tuum.

8. Ego autem mendicus sum et pauper : Dominus sollicitus est mei. Adjutor mens et protector meus tu es : Deus meus, ne tardaveris.

1. Psalmista in Psalmis praecedentibus invocavit divinum auxilium contra inaliianum malorum, et ostendit propositum sua cautelae ; hic autem agit de fiducia divini auxilii ; et circa hoc duo facit. Primo describit ipsam fiduciam, secundo agit de misericordia qua est causa fiduciae, ibi, Ps. xl : *Beatus qui intelligit.* Circa pri-

mum duo facit. Primo commemorat fiduciam quia habet de Deo, continuando se ad praterita ; secundo petendo futura, ibi, *Tu autem, Domine.* Crica primum duo facit. Primo commemorat fiduciam, quam habet de Deo, recitando praterita beneficia ; secundo ostendit misericordiam Dei per quam beneficat, ibi, *Multa fecisti* Psalmus iste mystice agit de mutatione veteris testamenti in novum. Titulus, *In fine Psalmus David.* In aliis Psalmis finis accipitur pro Christo. Rom. x : *Finis legis Christus.* Hic finis accipitur pro novo testamento, quod est finis veteris. I Tim. 1 : *Finis precepti est caritas.* Circa primam partem tria commemorat. Primo efficaciam fiduciae in generali. Secundo tangit eam in speciali, ibi, *Statut.* Tertio ostendit hanc esse in aliis ibi, *Videbunt.* Circa primum duo facit. Primo tangit fiduciam, ostendens eam efficacem. Secundo fiduciae signum. Dicit ergo, *Expectauis.* Haec littera intelligitur quod David in persona sua multoties expectavit divinum auxilium. Sed quia loquitur in persona Ecclesiae, melius est ut de humano genere expectante gratiam novi testamenti accipiat. Et dicit, *Expectauis. expectavi Dominum*, ut ostendat continuationem ; quia licet tardaret, non tamen defecit : Habac. ii : *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet.* Et sic debet quilibet justus homo semper in fiducia Dei manere, quia non deficit sperantibus in se. Vel refertur ad diversos status expectantium : quia patriarchae et prophetae et omnes alii expectaverunt, ut satis communiter tenetur. Exteriori expectationi adjungit intentionem, cum dicit, *Et intendit mihi* : quia licet Deus omnes audiatur, non tamen omnibus intendit, quia non omnes sunt ordinati ad hominem ; et ideo, *Intendit mihi*, idest ad

utilitatem meam. Signum fiduciae est deprecatio : quia nullus finaliter rogit nisi quia sperat exaudiri. Et ideo dicit, *Et exaudi vi preces meos* : Ps. cxlii : *Res pexit in orationem humilium, et eduxit me de lacu misericordie*. Hic ponit in speciali efficaciam fiduciae in quibus est exauditus. Et tangit tria. Primo liberationem a malis. Secundo collationem honorum, ibi, *Et statuit*. Tertio gratiarum actionem honorum, ibi, *Et innisit*. Est autem duplex malum miseriae, et penalitatis. Quantum ad primum dicit, *Eduxit, me de lacu misericordie*. Et potest hoc etiam referri ad miseriam temporalem in qua aliquando fuit David. Et dicitur laetus miseria temporalis, propter ejus profunditatem, et multiplicitatem. Potest etiam referri ad miseriam culpe : quia, *Miserere facit populos peccatum*. Prov. xiv : Et potest utrumque reduci ad culpam vitorum carnalium cum dicit, *De lacu misericordie*, idest de profundo peccatorum carnalium<sup>1</sup>. Vel potest referri ad spiritualia peccata, quibus homo justus involvitur peccatis ; unde dicit, *De luto facies*. Ad peccata carnalia referendo non dicit lumen simpliciter, sed fecies, vel simi secundum Hieronymum, quia lutum in terra non corrupta non est faex, nec fortidum et abominabile. Vel laetus miseriae, idest infernus de quo sancti educti sunt a Christo. Et lumen et opprobrium, de quo sancti sunt educti, in quo definebantur a daemonibus. Consequenter agit de collatione honorum, in quo duo laudabilia ponit. Primo ut homo in bonis firmetur ; et quantum ad hoc dicit, *Statuit super petram pedes meos*, idest affectus meos quibus procedendum est in via spirituali. Petra dicitur fundamentum divini auxilii : II Reg. xxu : *Dominus petra meos*. Vel petra dicitur Christus ; I Cor x : *Petra autem erat Christus*. Et sic firmavit supra petram, idest divinum auxilium. Vel supra Christum pedes meos, idest affectus meos. Secundum est ut in bonis proficiat ; et quantum ad hoc dicit, *Et direxit gressus meos*, idest praevenit me ad meliora : Prov. xvi : *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus*. Consequenter gratias

agit : quasi dicat : Hoc ipsum quod laudamus est supra vires meas, quia est maior omni laude : unde Deum dignare laudare est a Deo, idest ipse, *Inmittit in os meum canticum norum* : II Cor. ult. : *An experientum queritis eorum quae in me loquuntur Christus? Canticum norum*, idest de novis beneficiis ; et sunt haec : scilicet incarnationis opus : Hier. xxxi : *Norum fecit Dominus super terram : femina circumdauit virum*. Item novus liberationis modus : Hebr. ix : *Per proprium sanguinem intravit semel in sancta, aeterna redemptio inventa*. Et innisit Dominus nortum<sup>2</sup>, cantum in os meum, quia novum canticum, idest novum testamentum : Isa. ix : *Re riam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fedes*. Apoc. xiv : *Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quator millia*, quia novus rex, nova lex, nova gaudia. Homines veteris testamenti cantabant vetera cantica, Oculum pro oculo, animam pro anima. Ad inferos quoque descendebant : quia conclusa erat eis janua regni, prohibente Cherubim aditum paradisi, in cuius manu erat acuta rhomphaea. Sed omnes homines novae legis cantant canticum novum, quod novus homo Christus attulit : Apoc. xxi : *E vere nova facio omnia*. Novus ergo populus nova cantat : scilicet de Incarnatione Domini, de Resurrectione, de Ascensione, de Nativitate, et aliis hujusmodi. Unde in his precipiis solemnitatis ministri Ecclesie induitib[us], vel sericis ornamentiis, cantant et legunt, ut novum canticum nemo nisi innovatus cantare praesumat. Canticum dico, non de vanitate, non de turpibus, sed quod placet Deo : unde dicit, *Hymnum* ; vel carmen quod placet Deo nostro, idest laudem Deo : Psal. cxvi : *Te doceat hymnum, Deus, in Sina* : Eph. v : *Cantantes et psallentes in cordibus vestris Deo*.

2. *Videbant multi*. Hic ponitur utilitas in aliis, scilicet in aliiorum conversione. Et primo ponit ipsam utilitatem. Secundo ponit fructum ejus, ibi, *Beretus vir*. Hic est ordo conversionis. Primo operiet,

<sup>1</sup> Al. dicit : « carnalium ».

<sup>2</sup> Al. : « David ».

quod homo videat illum ad quod debet scilicet Christum natum multi priores converti; unde dicit, *Videbunt multi, populi qui eum expectaverunt videbunt : Barne, iii : Post hac in terris visus etc, et cum hominibus conversatus etc.* Vidit eum Simeon, qui recepit eum in templo, et multi alii : Lue ii : *Viderunt oculi mei salutare tuum.* Et Lue. x : *Multi reges et prophetas volebant videre quae vos videtis, et non viderunt.* Vel videbunt multi miracula Christi : Lue. v : *Vidimus mirabilia hodie.* Et hoc, vel per fidem, vel per oculos. Secundo oportet quod timeat illum ad quem debet converti : unde dicit, *Et timebunt : Eccl. i : Qui sine timore est, non poterit justificari, quia timor Domini expellit peccatum.* Tertium est spes : Rom. viii : *Spe enim salvi facti sumus.* Nisi enim adesset spes timori, homo fugeret a Deo. Et ideo oportet quod sit timor quo fugiat peccatum, et spes qua accedat ad Deum. Frustra erit beatitudo ; nuda dicit, *Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus.* Et primo ponitur fructus, qui est beatitudo, et quiibus debetur, quia illis qui Deo inhaerent. Et ideo ponit primo veram opinionem, et excludit falsam. Vera opinio est, quod beatitudo non est nisi in illis, qui spem habent in eo : Isa xxx : *Beati omnes qui expectant eum;* et ideo dicit, *Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus.* Ille nomen Jesus est vera spes, quia in ipsis est salus. Unde ille est beatus, qui non temporalia expectat ab eo, sed salutem aeternam quam nomen ejus indicat. Unde qui expectant salutare Dei, illi beatificantur. Vel, *Beatus vir cuius est nomen Domini spes ejus,* idest cuius spes est invocatio nominis Domini : Ps. xix : *Huius in curribus et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri invokebimus.* Falsa opinio est, quod beatitudo consistat in rebus temporalibus vel in cultu idolorum: et hoc excludit eum dicit, *Non respergit in vanitate, id est in res temporales et voluptates : in quo includentur omnia ad voluptates et temporalia pertinentia :* Eccl. i : *Vanitas vanitatum etc.* Secundum excludit, cum dicit, *Insanias falsas, idest*

culturas idolorum, in quibus falsa quædam flinguntur, quod homines fierent dii. Item sunt ibi lasciviae multæ et immunditiae, et crudelitates exercendæ : Sap. xiv : *Dum letantur insaniantur.* Item erant false, quia erant in falsitate, et non super virtutem divinam fundata, quibus non conveniebat : Amos. iii : *Congregamini super montes Samaria, et rideite insanias multas in media ejus.* Ad hanc pertinent omnes vanæ et noxie superstitiones, sicut nigromantia, divinationes, et anguria. Vel insanias dicitur irændia, rixa, vel vana spectacula ludorum.

3. *Multa fecisti.* Supra Psalmista ex parte Christi vel Ecclesiae fiduciam suam exposuit : et effectus ejus, scilicet multiplicata Dei beneficia; hic autem ostendit causam hujus fiduciarum : scilicet unde motus sit ad confitendum et spem ex meritis proveniens<sup>1</sup>. Et ita causa fiduciarum sunt multa bona temporalia, quæ etiam sunt retributions quadam quas homo retribuit Deo pro beneficiis : Ps. cxv : *Quid retribuam Domino etc.* Et ideo utroque modo exponitur hoc : quia meritum Christi est causa fiduciarum, et retributio meritorum. Et hoc consistit in prædicatione divinae veritatis : et circa hoc tria facit. Primo proponit meritorum actum, scilicet annuntiationem divinorum operum. Secundo ponit causam annuntiandi, ibi, *Sacrificium.* Tertio ponit modum, ibi, *Annuntiari justitiam tuam.* Circa primum tria facit. Primo ostendit misericordiam suam esse copiosam ad annuntiandum. Secundo manifestat causam sive necessitatem annuntiationis, ibi, *Multiplicati.* Materia annuntiationis est copiosa. Et primo quantum ad multiplicitatem divinorum operum, quia, *Multa fecisti.* Et in operibus naturæ. Joh. ix : *Qui facit mirabilia et inscrutabilia.* Ps. cxxxviii : *Mirabilia opera tua etc.* Et ad mirabilia facienda est ipse per se sufficiens, quia non est ab alio instructus, sed per suas cogitationes. Unde dicit, *Et cogitationibus tuis, scilicet per ordinationes sue sapientia :* Ps. cm : *Omnia in sapientia fecisti : Joh. xxvi : Cui dedisti consilium? numquid Deo.* Rom.

<sup>1</sup> Al. : « et spes ex meritis provenientem. »

*ii: Quis consiliarius ejus fuit?* Est magnus in opere et sufficiens. Item in utroque excellens, quia in opere miraculorum, quando Petrum super mare fecit ambulare, et alia mirabilia multa que hic possunt adaptari. Et nullus potest comparari operibus ejus, nec cogitationibus ejus; unde dicit, *Non est qui similis sit tui*: Ps. lxxxv: *Quis similis tui in diis Domine etc.* quoad primum: Isa. lv: *Sicut exaltantur carli a terra, sic exaltatae sunt viæ meæ a viâ vestris, et cogitationibus vestris*, quoad secundum. Sic ergo habes materiam affluentem ad prædicandum; unde subdit, *Annumtiavi et locutus sum*. Et dicit, *Annumtiavi*, in quo designat manifestationem divinorum operum, *Et locutus sum*; quasi dicat: Expressus dixi verbo quam nutu. Vel designat ordinem prædicationis. Vel, *Annumtiavi*, ergo Christus per prophetas, *Et locutus sum*, ego ipse in propria persona: Isa. lxi: *Ego ipse qui loquebar, ecce adsum*. Neces-sitas prædicandi fuit multitudo malorum, quia multiplicati sunt super numerum ho-norum. Et ideo ad hoc ut minuantur mali et angeantur boni, oportet quod nuntietur eis: Matth. vii: *Arcta est via qua ducit ad vitam, et lata est qua ducit ad perditionem*. Vel, *Multiplicati sunt super numerum*: Eccl. i: *Stultorum infinitus est numerus*. Vel aliter, ut signifi-cet effectum prædicationis, idest multi-plicati sunt boni per prædicationem<sup>1</sup> su-per numerum estimatum: Dent. i: *Addat Dominus ad numerum istum millia milium*: Isa. lvi: *Multi filii deser-ta magis quam ejus quaer habet viram*. Hieronymus habet aliter, *Multa fecisti, Deus meus, mirabilia tua, et cogitationes tuas, pro nobis*, idest ad nostram salutem: Jer. xxix: *Ego cogito cogitationes parvus*. Non inveni ordinem coram te (Item Hierony-mus). Et est dictum illud, quod non est similis tibi. Et sequitur: *Si annuntiare et enarrare volueris, plura sunt quam an-nuntiari querant*: quasi dicat: Plura sunt quam possunt numerari. Et sic etiam Hieronymus ponit divinorum operum effec-tus cum dicit, *Multiplicati sunt super nu-merum*.

4. *Sacrificium et oblationem noluisti.* Hie assignat rationem, quare hanc recompen-sationem reddit Deo pro beneficiis vel quare prædicavit. Et hanc causam assig-nat dupliceiter. Primo ponit pro causa voluntatem divinam. Secundo suum propositum, ibi, *Tunc diri*. Cirea primum sciendum est, quod in veteri testamento pro beneficiis a Deo receptis offerebantur aliqua sacrificia; et in generali quatuor erant genera eorum quae offerebantur Deo. Omne enim sacrificium est oblatio: sed non omnis oblatio est sacrificium: quia sacrificium importat factiōnē sacri. Unde, cum in oblatione nihil est aliud nisi quod in usum sacerdotis venit, est pura oblatio; quando aliquid aliud fit<sup>2</sup> inde, puta quod comburebatur, tunc vo-cabatur sacrificium. Fiebat autem in ve-teri testamento triplex sacrificium. Unum vocabatur dignissimum, quod dicebatur holocaustum. Secundum sacrificium pro peccato. Tertium victimā, vel hostia pa-cificeorum. Et primum totum incendebat-ur; et hoc erat acceptissimum: et dici-tur ab *holon*, quod est totum. De hostia pro peccato una pars incendebatur; et alia cedebat in usum sacerdotis: et nihil veniebat in usum offerentis; quia dabat eam pro peccato: nisi forte in duobus casibus: vel quando offerebatur pro pec-cato sacerdotis, tunc totum combureba-tur, quia nihil inde siebat. Item quando offerebatur pro toto populo, quia inter eos etiam erat sacerdos. Victima autem dividebatur in tres partes: nam una offerebatur Deo, alia dabatur sacerdo-tibus, alia dabatur offerentibus. Et omnia ista tangit hie. Hostiam pacifice-rum tangit cum dicit, *Sacrificium*. Obla-tionem simplicem tangit cum dicit, *Et oblationem noluisti*. Holocausta tangit cum dicit, *Holocausta et pro peccato*; quasi dicat: *Fecisti multa beneficia mihi*, et ego volui tibi retribuire: non tamen sacrificia et hujusmodi: quia tu noluisti ea tempore novi testamenti, quia tunc figura cessavit, et alia sacrificia erant fi-gurae veri sacrificii scilicet Christi. Et ideo post Christum destrunctum est tem-plum, et cessaverunt sacrificia. Unde et

<sup>1</sup> Al. : « per prædicationis materiam. »

<sup>2</sup> Al. : « fiebat. »

Judaë etiam panca servant hodie de illis, scilicet circumcisions in signum : Vel *Noluisti*, idest non per se acceptasti in bonis operibus quae homo facit : quedam enim sunt Deo accepta propter se, ut opus justitiae, charitatis, fidei et virtutis : et hoc Dent. x : *Nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te? nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum, ac servias Domino Deo tuo, in toto corde tuo, et in tota anima tua.* Sed oblationes non acceptat propter se : Ps. xlix : *Nunquid manducabo carnes etc.* Non sed quid? ibid : *Immolata Deo sacrificium laudis etc.*

Quare ergo fuerunt ordinata in lege?

Respondeo. Propter duo : videlicet in figura futuri sacrificii. 1 Cor. x : *Omnia in figura contingebant illis* : et ad cautelam, ut non offerent ea idolis, declinantes ad idolatriam existentes in medio gentium, ad quam prout erant filii Israel in principio legis. Sed in Exodo non sit mentione de sacrificiis, nisi postquam lapsus populus adoravit vitulum : Hier. vii : *Nou sum locutus patribus vestris, et non præcepisti eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustum et victimatum.* Seens est de sacrificio novi testamenti quod continet ipsum Christum, qui per se Deo est acceptus. *Aures autem perfecisti mihi.* Alia littera habet, *Corpus.* Et sic Apostolus inducit Hebr. x : *Corpus autem optasti mihi.* Et sic est sensus : Et ideo voluisti sacrificium aliud novi testamenti, quia venit aliud sacrificium. Dediisti enim mihi corpus, ut offerrem per sanctum sacrificium. Vel, *perfecisti*, idest perfectum sine macula corpus mihi tribuisti. Vel, *optasti*, idest unisti mihi. Vel, *Aures perfecisti mihi.* Vel, *Fodisti* : et concordat cum præcedentibus, quia magis vult nos offerre sacrificium labiorum, idest prædicationum operum Dei, quam animalium. Et ideo dicit, *Aures etc.*, quasi dicat, istud requiris a me quod principaliter dedisti mihi, scilicet virtutem percipiendi sapientiam. Et ideo hoc requirit ut ostendam sapientiam, quam ad hoc acceptimus, ut enarreremus et prædicemus : Isa. i : *Dominus aperuit mihi aures.* Et non *postulasti*, idest non accepisti, *holocaustum et pro peccato.* Vel

*Non postulasti, hostiam etiam pro peccato :* Isa. l : *Holocausta uictuina, et adipem pinguum, et rituorum et sanguinem agnorum et hircorum uoluti.* Et ni etiam dicatur, hoc holocaustum est Deo acceptum. Sed quando holocaustum est tantum sacrificium simplex, tunc est sicut quando facimus bona opera. Si autem omnia opera siant propter Deum, tunc est holocaustum. Et si nos aliquo tempore servamus continentiam, est sacrificium : si perpetnam virginitatem, tunc est holocaustum, quia opera perfectionis sunt, ideo sunt Deo acceptissima. *Tunc diri, ecce venio.* Hic assignat causam prædicationis divinorum operum ex parte sua, ostendendo suum propositum. Et primo ostendit suum propositum. Secundo ostendit illud esse conforme divina voluntati, ibi, *In capite.* Haec verba forte vellet aliquis expondere de David, et continuare sic: quasi dicat, *Ecce venio*, spirituali accessu ad te : et, *In capite libri scriptum est de me.* Caput in tribubus Israel constitui te. Sed quia Apostolus exponit de Christo, et nos etiam exponamus de eo. Et ideo eum dicit, *Tunc*, designat causam et necessitatem adventus Christi : quia sacrificia veteris testamenti nou erant Deo accepta : quia Hebr. vii : *Nenunquam ad perfectum adduxit lex.* Et impossibile est per sanguinem taurorum et hircorum auferri peccata. Hebr. x. Et ideo necessarium erat, ut verum sacrificium veniret, et manifestaretur. Et ideo dicit, *Ecce venio*, scilicet per incarnationem. Et dicit, *Ecce*, quasi dicat in promptu sum propter propinquitatem : Isa. xiv : *Prope est ut veniat tempus ejus* : Psalm. lxxix : *Excita potentiam tuam, et veni.* Et hoc propositum est conforme voluntati divinae : unde dicit, *In capite libri.* Liber Christus est. Liber est instrumentum in quo sunt conceptiones cordis ; in Christo autem sunt conceptiones intellectus divini : Col. ii : *In ipso sunt omnes thesauri sapientiae et scientiarum Dei absconditi.* Caput libri est Deus pater : 1 Cor. xi : *Caput Christi Deus.* Ergo in capite libri, idest in voluntate Dei Patris scriptum est, scilicet ordinatum est de me, quod veniam. Vel aliter. Est liber prædestinationis qui est liber vitae : Psalm. lxviii :

*Deleantur dannati de libro vitaे, sive viventium.* In hoc libro sunt scripti omnes salvandi, sed per ordinem : quia in capite hujus libri scriptus est salvator, et omnes sunt scripti per eum. Rom. viii : *Quos predestinavit conformes fieri imaginis filii ejus etc.* Eph. : *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti* : quasi dicat : Non est scriptum de Christo sicut de aliis, sed in capite libri. Vel in capite libri Psalmorum, quia primus Psalmus scriptus est de Christo. *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum etc.* Sic ergo ostendit propositum summum accedendi. Consequenter ostendit propositum obediendi, secundum quod homo. Sunt autem in homine duo principaliter : scilicet voluntas et intellectus. Voluntas hominis debet subiecti voluntati divinae, et intellectus debet dirigi secundum legem Dei. Et ideo dicit, *O Deus mens, pater, in quantum Deus.* Vel *Deus mens, in quantum homo : Volui ut faciam voluntatem tuam,* quae est etiam voluntas mea, in quantum Deus. *Vel Deus mens, in quantum homo : Volui ut faciam voluntatem tuam,* quae est etiam voluntas mea in quantum Deus. Luc. xxii : *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Item intellectus meus dirigitur secundum te nunc dicit, *Et legem tuam in medio cordis mei;* et dicit, *In medio,* quia perfecte cognoscit rationes divinas.

5. *Annumtaci justitiam tuam in Ecclesia.* Hie ponitur modus annuntiandi. Tria ergo annuntiare debemus de divinis ; scilicet opera iustitiae, dogmata veritatis, et beneficia divinae misericordiae ; et haec tria dicit se nuntiasse. Primo dicit se nuntias se iustitiae opera, *Annumtaci justitiam* : quam tripliciter annuntiavit sive predicavit. Primo publice, prompte et pure. Quantum ad primum dicit, *In Ecclesia magna.* Item in congregatio multorum : Jo. xviii : *Ego palam locutus sum mundo.* Vel, *In Ecclesia magna,* idest in Ecclesia catholica, quia magna est potestate et firmitate : Matth. xvi : *Portae inferri non pravalebunt adversus eum.* Et magna diffusione : Mala. i : *Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen tuum.* Quantum ad secundum dicit, *Ecce lilia mea non prohibeo;* quasi

dicat : Non cedam prohibitibus : Act. iv : *Da servis tuis cum fiducia loqui verbum tuum.* Quantum ad tertium dicit, *Tu scisti, idest approbasti intentionem meam :* Jer. xviii : *Tu sis omne consilium eorum.* Vel, *Tu scisti, idest ab aeterno predestinati :* quantum ad Christum, cum dicit, *Justitiam tuam non abscondi in corde meo.* Dogmata veritatis confitetur eum dicit, *Veritatem tuam.* Hanc Christus confessus est ante Pilatum. Joan. xxvii : *In hoc natus sum et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati :* Prov. viii : *Veritatem meditabitur guttus nrum.* *Et salutare tuum disi,* quia per confessionem veritatis homini advenit salus : Joel. ii : *Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvas erit.* Beneficia misericordiae confitetur, cum dicit, *Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam :* quia misericordia et veritas se consequuntur ; et ideo dicit, *Veritatem.* Non ponitur hic pro veritate doctrinae, sed pro veritate iustitiae in promissis : quia Deus verax est. Veritas autem consistit in hoc quod dat quod promittit, quia non est aliter debitor nos ter nisi in quantum promittit.

6. *Tu autem Domine.* Supra Psalmista commemoravit fiduciam quam habet de Deo, quantum ad praeterita ; hic autem ponit fiduciam quam habet de Deo quantum ad futura, exprimeus eam per orationem : et circa hoc duo facit. Primo proponit orationem in generali. Secundo in speciali, ibi, *Complacuit.* Circa primum duo facit. Primo proponit petitionem. Secundo assignat petendi rationem, ibi, *Misericordiam tuam.* Dicit ergo, *Annumtaci justitiam tuam. Sed tu Domine ne longe foras miserationes tuas a me.* Alii qui jam percipiunt miserationem Dei, qui scilicet feruntur gratia et gloria; Psal. cxviii: *Misericordia Domini plena est terra.* Alii sunt prope, qui non habeant impedimentum misericordiae, sed meritum aliquod : Psalm. cxlv : *Propterea Dominus omnibus invocantibus eum.* Alii sunt in quibus est impedimentum : propterea est longe ab eis. Et ideo peto ne sit longe miseratione tua a me propter mea demerita. Et ideo hujus petitionis est duplex ratio : Una fiduciae, quae concepta est ex

experiencia divinae bonitatis. Alia necessitatibus quam patitur. Duo sunt secundum quae Deus subvenit nobis : scilicet misericordia, in quantum largitur nobis aliqua que etiam non promisit : Rom. xv : *Gentes autem super misericordia honorare Deum; et veritas ut confidat.* Et hoc non quasi trahamus a Deum ad nos ex meritis nostris, sed Deus per ista nos trahit et traxit. Et ideo dicit : *Misericordia et veritas tua semper suscepserunt me.* Alia causa est necessitas malorum. Et ponit duplicita mala : scilicet alia illata ab exteriori, alia ab interiori, ibi, *Comprehenderunt me.* Quantum ad primum dicit, *Quoniam circundederunt me mala, quorum non est numerus,* quae scilicet mala infernunt mihi, et a mundo et ab hostibus : Ps. cxvi : *Circundederunt me sicut apes;* et dicit, *Quorum non est numerus,* quia sunt infinita pericula in mundo, et infiniti mali homines : Eccl. i : *Infinitus stultorum est numerus.* Interiora mala sunt peccata : et haec mala sunt periculosa dupliciter : propter gravitatem, quia *Comprehenderunt me iniquitates meæ,* idest peccata mea ligaverunt me suo pondere : Prov. v : *Iniquitates sue capiunt impium, et non potui ut ciderem :* Sap. ii : *Ereveravit eos malitia eorum :* Isa.lix : *Iniquitates vestrae divisierunt inter eos et Deum vestrum.* Item periculosa sunt propter multitudinem. Unde dicit, *Multiplicatae sunt super capillos capitum mei.* Sicut enim capilli sunt innumerabiles, ita sunt innumerabilia peccata, et maxime veniales : quae si non terreat propter pondus, terrent tamen propter multitudinem. *Glossa.* Si vitasti gravia, cave ne obrnaris arena : non quod peccata veniali quomodo cumque et quaecumque sint, faciant peccatum mortale ; sed quia disponunt ad ipsum : Jac. iii : *In multis offendimus omnes.* Effectus hujus est distractio cordis : Eccl. x : *Muscas morientes perdunt suavitatem ungrenti.* Et ideo dicit : *Et cor meum dereliquit me;* quasi dicit : Si non tollant charitatem, impediunt tamen fervorem, et ita cor distrahit, ut non sit servens : Il Reg. vii : *Invenit seruos tuos cor suum, ut oraret te oratione hac.* Vel, *Cor meum dereliquit me,* idest non cogitavit quae

mibi sunt utilia : Psal. xxxvii : *Lumen oendorum meorum non est necum.*

7. *Complacat tibi Domine.* Hie ponitur oratio explicite. Et primo explicat orationem quantum ad se. Secundo quanto ad malos, ibi, *Confundantur.* Tertio quantum ad bonos, ibi, *Exultent et letentur.* Quantum ad se petit ut eruantur a malis : Eccl. li : *Eruit sustinente te.* Et ut juvetur ad bona consequenda ; quia per providentiam tuam datur auxilium mihi. Et hoc non ex merito meo, sed ex beneplacito tuo. Unde dicit, *Complacat.* Designatur dignitas personarum quantum ad adversarios cum dicit, *Ut eras me, a malis, vel hominibus, vel peccatis.* Et nota quod ait, *Complacat,* non diffidens de misericordia Dei ; quasi dicit : Si in vis, potes : et ideo dicit, *Ad adjuvandum me respice,* scilicet in boni operatione : quasi dicit : Respicte penitentes in dolore suo. Respectus Dei est auxilium nostrum. *Confundantur.* Hie ponit confusionem adversariorum, quorum quidam sunt capitales, et querunt occidere. Quidam, qui non querunt occidere, sed laedere. Alii sunt qui querunt verbis irridere, vel decipere. Et hec tria genera malorum designantur hic. Et possunt haec referri vel ad bonum vel ad malum : quia duplex est confusio : quaedam confusio est bona, quae est per penitentiam : Rom. vi : *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Alia est confusio per penam. Ergo cum dicit, *Confundantur,* idest puniantur. Et hoc orat conformando se divinae voluntati, vel justitiae. Vel *confundantur,* idest peniteant, et revereantur simul ; vel timore peccarum. Quoad primum Sap. xvii : *Cum sit timida nequitia dat testimonium condemnata.* Vel timore provocante ad penitentiam. Et hoc, quia, *Querunt animum meum,* ut corporaliter occident eam. Vel animas, ut in tenebras inducent : Gen. xiv : *Da mihi animas, cetera tolle tibi.* Corporales hostes petit ut impediantur ; unde dicit, *Convertantur retrosum, in bonum,* idest sequantur Christum retro eum, Matth. xvi : Vel in malum, idest decidant ab intentione, ut deficiant. *Et erubescant qui cogitant mihi mala,* idest qui gaudent de malis

meis : Thren. i : *Omnis inimici mei au-*  
*dierunt malum mentem, letati sunt quo-*  
*niam tu fecisti.* Contra tres hostes petit  
accelerationem, quia mora consuevit esse  
damnoosa. Eccl. viii : *Eternum quia non cito*  
*profertur contra malos sententia, filii ho-*  
*mum abusque ullo timore perpetrant ma-*  
*lum.* Et ideo dicit, *Ferant confestim*  
*confusionem suam, idest cito confundan-*  
*tur, quia isti sunt qui applaudendo, Di-*  
*cunt mihi euge, euge, idest mendaciter*  
*gaudent, quantum ad adulatores. Vel,*  
*euge, idest irrident, vel insultant. Hiero-*  
*nymus habet sic secundum haec verba*  
*val, sic irridebant Iudei Christo, Matth.*  
*xxvii. Pro bonis petit quod gaudent de*  
*auxilio suo et de liberatione, et laudent*  
*Deum : Et quantum ad primum dicit,*  
*Exultent et latratur omnes querentes te.*  
*Quantum ad secundum, Et dicant semper,*  
*magnificetur Dominus qui diligunt*  
*saldature tuum. Ubi quatuor ponit, que*  
*conveniunt bonis. Primo, ut diligent sa-*  
*lutare Dei, quod est Christus. Lue. ii :*  
*Viderunt oculi mei salutare tuum. Se-*  
*condo, ut querant dilectionis actus. Can.*  
*iii : In lectulo meo quiesci etc. Isa. lv :*  
*Quievite Dominum dum inveniri potest.*  
*Tertio ut gaudent de invento dilecto*  
*unde, exultent. Habae. ult. : Ego autem*  
*in Domino gaudebo etc. Exultatio est*

quantum ad exteriora signa letitiae. Quantum ad interius, gaudium, quasi laetitia, et dilatatio cordis. Quarto gratiarum actio et laus ; unde dicit, *Et dicant semper, magnificetur Dominus etc.* Isa. xi : *Exulta et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.*

8. *Ego autem.* Hic ponitur causa petitionis. Et primo proponit indigentiam ; secundo ponitur auxilium Dei contra eam. Dicit ergo : Peto hac omnia : quia per me non possum aliquid facere, quia mendicus sum. Et potest dupliciter legi. Uno modo ad litteram de Christo in persona sua, qui in hoc mundo vivens, et mendicus et pauper fuit. II Cor. viii : *Sciatis gratiam Domini nostri Iesu Christi, qui cum esset dives, egenus factus est pro nobis, ut ipsis inopia divites essetis.* Mendicus dicitur qui ab alio querit victum ; pauper vero, qui sibi non sufficit. Et huc duo dicuntur de Christo. Lue. ix. *Filius hominis non habet ubi cupit suum reclinari.* Vel spiritualiter necesse habeo mendicare a Deo auxilium gratiae, *Et pauper sum, quia non sufficiunt mihi haec quae habeo.* Et ideo quia hoc recognoscet, *Dominus sollicitus est mei.* Et quia indigo, *Tu Domine esto adjutor meus.* Et propter periculum, *Ne tardaveris.* Matth. xv : *Domine adjuva me.*

## PSALMUS XL

1. *In fine.*

**Beatus qui intelligit super egenum et pauperem :**  
**in die mala liberabit eum Dominus.**

2. **Dominus conservet eum, et vivilicet eum :** et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

3. **Dominus operi ferat illi super lectum doloris ejus :** universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ego dixi : Domine miserere mei : sana animam meam, quia peccavi tibi.

4. **Inimici mei diversum mala miti, quando morietur, et peribit nomen ejus ?** Et si ingrediebatur in videret, vina loquebatur : cor ejus congregavit iniuriam sibi. Ereditabat foras, et loquebatur in idipsum.

5. **Adversum me susurrabant omnes inimici moi,** adversum me cogitabant mala mihi. Verbum ini-

quum constituerunt adversum me. Numquid qui dormit non adspicit ut resurgat ?

6. **Etenim homo pacis mea in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplicationem.**

7. **Tu autem, Domine, misere mei, et resursea me, et retraham eis.**

8. **In hoc cognovi quoniam voluntate mea quoniam non gaudent inimicos mei super me.** Me autem propter innocentium suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum.

9. **Benedictus Dominus Deus Israel a seculo et usque in seculum : fiat, fiat.**

In precedenti Psalmo Psalmista ostendit fiduciam, quantum ad Deum ; hic autem petit a Deo misericordiam human-

tem<sup>1</sup>. Titulus, *In finem Psalmus David.* Hie titulus manifestus est jam supra, quia scilicet iste Psalmus quem fecit David, ducit nos in finem, idest in Christum: quia agit de passione ejus, quantum ad quadam. Dicitur tamen in *Glossa*, quod secundum Hieronymum in originali ejus est titulus, *Intellectus filii Core;* et est novus titulus in titulis Psalmorum. Est ergo sciendum quod, sicut legitur Num. xvi, quando Dathan et Abiron fecerunt schisma contra populi terra insurrexit contra Aarou pro principatu Moysen pro principatu Core sacerdotii, et tunc ipse crematus est: non tamen omnes de familia sua in hoc consenserunt, et ideo isti remanerunt, qui non consenserunt ex eis, unde tempore David inter cantores isti data fuerunt ministeria. Et intelligitur, quod iste Psalmus in diebus illis ordinatus fuit ad cantandum. Sed notandum quod in quibus dicitur, *Intellectus filii Core*, et dicitur secundum litteram in omnibus in quibus ponitur intellectus, datur intelligi quod per illum Psalmum populus incitatatur ad intelligendum divina beneficia, vel aliqua secreta, sicut illud, Ps. xcii: *Intelligite insipientes.* Et ibi, Ps. lxxvii, *Attendite popule etc.* Mystice Core interpretatur calvaria, et Christus crucifixus in loco calvariae; et ideo Psalmus iste attribuitur filii passionis, idest crucis Christi. Et isti sunt *qui carnem suam cruciferunt*, ut dicitur Gal. v. Intentio Psalmista est, quod petit misericordiam divinam. Dividitur ergo Psalmus iste in partes duas. In prima petit divinam misericordiam in generali: in secunda in speciali, ibi, *Tu autem Domine.* Circa primum duo facit. Primo petit misericordiam; secundo inducit necessitatem misericordie petendi, ibi, *inimici mei.* Circa primum duo facit. Primo ostendit quibus debetur misericordia; secundo sentiens in se quod meretur misericordia, petit eam, ibi, *Ego diri*, quia Matth. v: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Ergo misericordibus debetur misericordia duplice ratione. Primo ex acceptatione divina:

quia Deus misericordiam acceptat, per quam homo initiator est Dei. Luc. vi: *Estote misericordes etc.* Secundo ex oratione sanctorum. Eccl. xxix: *Conclude elemosynam in sinu pauperis, et habe orabit pro te:* et hoc facit, ibi, *Dominus conseruet eum.* Circa primum premissum meritum; secundo premium. Dicit ergo, *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem.* Beatus est ille qui est misericors, qui miseretur egeno et pauperi Prov. xiv: *Qui miseretur pauperrui beatus erit;* et dicit, *Qui intelligit:* non dicit: Qui subvenit: quia, sicut dictum est, debet esse misericors ad modum Dei; sed Deus non expectat quod semper petatur. Unde subvenit desiderio antequam petatur: et ideo ille est vere misericors, qui non solum petentibus subvenit, sed etiam indigentibus subvenit priusquam petatur. Job. xxxi: *Si negari quod rolebant pauperibus, si oculos viduw expectare feri.* Egenus est qui indiget ab alio accipere; pauper dicitur ille, qui parum habet. Hieronymus habet, *Qui considerat etc.*, idest qui suscipit sibi in cura negotia pauperum. Job. xxix: *Oculus fui exco, et pes cludo.* Mystice si referatur ad Christum, beatus Christianus si est filius Core, idest crucis Christi per meditationem, *Qui intelligit,* idest qui habet intellectum reductum in obsequium, *Intelligens super egenum et pauperem,* idest beneficium quod Christus fecit per crucem. Thren. iii: *Recordare paupertatis et transgressionis meae, absinthii et sellis.* Primum ponit cum dicit, *In die mala liberabit eum Dominus.* Dies secundum naturam suam sunt boni, quia sunt facti a Deo. Psal. cxviii: *ordinatione tua perseverant dies;* sed dicuntur mali propter mala quae in eis contingunt. Eph. v.: *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Et dicit, *in die mala,* idest in die alienus mala tribulationis. Est autem multiplex dies mala: scilicet triumphationis. Eccl. xi: *In die bonorum ne immemor sis malorum.* Summum malorum est damnatio aeterna, que imminet homini in judicio, vel particulari, scilicet morte, vel in judicio universali, idest in fine mundi. Et illa dies est mala in qua

<sup>1</sup> AL: « sanantem. »

fit talis damnatio, idest dies illa dies iræ, dies tribulationis et angustie etc. In hac mala die liberat Dominus misericordem. Matth. xxv : *Esurivi etc. Venite benedicti etc.*, non quod sola misericordia sine aliis virtutibus liberet hominem; sed quia per misericordiam homo satisfacit pro peccatis.

2. *Dominus conservet.* Hic ostendit quomodo meretur misericordiam ex oratione sanctorum, qui orant pro misericordibus. Et ponitur oratio pro misericorde existente in statu prosperitatis; secundo pro existente in statu adversitatis. In statu prosperitatis homo duobus indiget: scilicet ut promoveatur, et conservetur in bono; secundo, ut liberetur a malis. Est autem triplex bonus; scilicet bonum naturæ, bonum gratiæ et bonum gloriae. Primum scilicet bonum naturæ, petit sibi conservari: unde dicit, *Dominus conservet eum*, scilicet in bono habito, scilicet in bono naturæ. Psal. LV : *Conserua me Domine*, ne scilicet corruptum sit bonum naturæ per peccatum, vel per tribulationes imminentes. Bonum gratiæ petit dari, enim dicit, *Et virificet eum*: per gratiam namque homo habet vitam spiritualem. Haec autem vita consideranda est, et habetur per fidem formatam. Habac. II : *Justus meus ex fide vicit*. Gal. II : *Quod autem vivo in carne, in fidere Filiis Dei.* Eliam sine hac vita, scilicet gratiae, vita nostra est mors. I Tim. V. *Quae in deliciis vivens mortua est.* Quantum ad tertium bonum, scilicet glorie, dicit, *Et beatum faciat eum in terra.* Si de perfecta beatitudine intelligatur, sic dicitur, *in terra*, scilicet viventium. Ps. XXVI : *Credo videre bona Domini in terra rivotuum.* Matth. V. *Beati imites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Si autem intelligatur de beatitudine hujus vita, in quantum aliquid aeternum mente sapimus, sicut dicitur Phil. III : *Nostra conversatio in celis est;* sic dicitur, *Beatum faciat eum in terra*, hac scilicet participatione illius beatitudinis, *Et non tradat eum in animas inimicorum ejus.* Hic petit liberari a malis. Inter omnia mala summum malum est incidere in manus inimicorum. Psal. LVIU : *Eripe me de inimicis meis, Deus meus*, quod inimici ex odio perse-

quuntur et affligunt: unde dicit: *Ne tradas eum in animas*, idest in voluntates inimicorum, quorum est semper odire, quod nihil aliud est, quam velle malum. Quando ergo quis subjicitur malis, traditur in voluntatem inimici. Vel, *In animas inimicorum*, idest in potestatem diaboli, et ministrorum ejus.

3. *Dominus opem.* Hic ponitur oratio pro misericorde existente in adversitate. Et primo petit divinum auxilium, sive subsidium; secundo allegat necessitatem hujus. Dicit ergo, *Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus.* Petit pro misericorde, sive pro viro justo filio Core simpliciter, quod Dominus vivificet eum, et quod beatum facial eum in terra. Secundo quod conservet eum, et quod non tradat eum in animas inimicorum ejus. Et ex hoc posset aliquis colligere, quod misericors nullo modo affligeretur. Unde ad hoc excludendum dicit, quod quandoque lectus ejus repletur doloribus, et hoc fit ipsi misericordi aliquando ad correctionem. Job. XXXIX : *Increpat quandoque per dolorem in lectulo.* Vel ad humiliacionem; sicut Paulo datus est *stimulus curvis*, II Cor. XII. Vel ad probationem: Job per totum et Tobiae. Et ideo dicit, *Dominus opem ferat illi*, idest misericordi existenti in tribulatione, *Super lectum*, ad litteram in quo jacet, vel in quo quiescit. I Cor. X : *Fidelis Deus, qui non patietur nos tentari supra id quod potestis.* Et quod feras illi opem, necessitas magna hoc exigit: quia, *universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.* Et loquitur hic ad similitudinem febricitantis, qui non inventit locum in lecto in quo possit quiescere, sed continue se verit. Et ideo dicit, *versasti*; quasi dicat: Indiget ope, quia tanta est ejus infirmitas, quod continue vertitur per lectum. Et hoc est secundum litteralem sensum: tamen simpliciter omne illud per quod in temporalibus quiescebat, versum est sibi in amaritudinem: quia in eis Deus ponit amaritudinem, ut eis contemptus convertatur ad Deum. Ecle. II : *Cumque convertissem me ad universa opera quae fecerant manus meæ, vidi in omnibus vanitatem.* Et quia misericordi debetur misericordia, ejus misericordiae conscius peto miseri-

cordiam. Primo ergo petit misericordiam absolute ; secundo ostendit in quo praecipue eam petit ; tertio causam petitionis assignat. Dicit ergo, *Domine, ego diri misereere mei* ; quasi dicat : Non recurro ad justitiam, sed ad misericordiam, quia non in justitiis nostris est salus. Isa. lxiv : *Quasi pauperrimus monstruatur omnis justitia nostra.* Sed in quo petit misericordiam ? Ibi est praecipue miseria. Et hoc datur, scilicet misericordia, ubi est praecipua beatitudo : quia beatitudo non est in rebus corporalibus, quia corporalia ordinantur ad ultimam beatitudinem. Ergo praecipua miseria non est in rebus corporalibus, sed in his quae habent in se contrarium ad beatitudinem dispositionem : sicut in adulteriis, furtis, homicidiis et aliis peccatis : et qui hujusmodi agit, regnum Dei non consequetur, ut Apostolus dicit Gal. v, sed est damnatus : Prov. xiv : *Miseros facit populus peccatum.* Peccatum enim deordinavit corpus, et corpus deordinavit animam : Sap. ix : *Corpus quod corrumptitur aggravat animam.* Et haec sanitas habetur a Deo solo : Sap. xvi : *Non herba neque malum genit sanavit eos, sed sermo tuus Domini.* Et ratio petitionis hujus est, *Quia peccavi tibi.* Sed numquid peccata merentur misericordiam ? Non : hoc ergo continuatur sic ut scilicet ly *quia* designet materiam misericordiae, non meritum. Nulla miseria est, ubi non sit locus misericordiae. Et ideo quia sum miser, peto misericordiam. Velut ly *quia* denotet cansam meritoriam : et sic *quia* confessio peccati est meritum misericordiae, ideo dicit : Peto misericordiam, quia confiteor quod peccavi tibi : Prov. xxviii : *Qui abscondit etc. Qui autem confessus fuerit, misericordiam consequetur.* Vel aliter, *Quia peccavi tibi* ; quasi dicat : Quare peto misericordiam ? quia tu solus es qui potes sanare : quia in te facta est injuria et peccatum, ideo ad te pertinet remissio. Et in omni peccato offenditur Deus. Et cantatur hic versus in tertia, quia fide et operatione Trinitatis remittitur peccatum.

4. *Inimici mei discerunt.* Supra Psalmista petit misericordiam sanantem ; hic autem ponit necessitatem hujusmodi petitionis, quae causatur ab hostibus : et se-

ndundum mysticum sensum, quia litteralis est planus, in loco isto dicuntur ista verba ex persona Christi. Circa quod tria facit. Primo ponit affectionem malorum volentium malum ejus. Secundo ponit studium eorum insidiantium, ibi, *Et si ingrediebatur.* Tertio ponit consilium tractantum, ibi, *Adversum me,* quia inimicus Primo desiderat offendere. Secundo insidiatur. Tertio cogitat quomodo perficiatur. Dicit ergo, *Inimici mei discerunt,* in corde, vel in ore, *malu mihi :* Matth. xii : *Malus homo de malo thesauro profert etc.*, et haec verba mala sunt exprimita desiderium eorum de morte Christi, vel viri justi. Unde dicitur, *Quando morietur.* Ille est modus expressivus desiderii : Ps. xli : *Quando ceniam et apparebo etc.* Sap. ii : *Morte turpissima condemnemus eum.* Et volebant mortem Christi, ut fama ejus, que tunc erat celebris, extingnerebatur : Hier. xi : *Eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius.* Unde dicitur, *Et peribit nomen ejus.* Sed contrarium accedit : quia per mortem magis exaltatus est, et plures post mortem Christi conversi sunt : Iohann. xii : *Si gratum frumenti cadens in terram mortuum fuerit multum fructum affert :* et si mali insidiantur bonis, ut extinguitur nomen eorum, sed, ut dicitur. Prov. x : *Memoria justi cum laudibus.* Et hoc peccatores procurant insidiando. Sic ergo ponit priuino insidiandi modum. Secundo ostendit insidiarum effectum, ibi. *Ingrediebatur.* Circa primum tria facit. Primo enim proponit dolosum ingressum. Secundo fieri verbum. Tertio insidiosum animum. Dicit ergo, *Si ingrediebatur ut videret.* Hieronymus habet, *Ut visitaret* ; quasi dicat : Non veniebant causa amicitiae, sed causa explorandi. Sic veniebant principes Iudeorum ut caperent Jesum. Sic etiam post mortem Christi multi ingressi sunt in Ecclesiam, ut caperent et insidiarentur sanctis viris. Ille est quod Apostolus dicit Gal. ii : *Propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram.* Quantum ad secundum dicit : *Vana loquebatur, idest falsa loquebatur, populus Iudeorum contra Christum, quia ore verba dulcia simulabat :* Matth. xxii. *Magister, scimus quia*

*verax es : et interius moliebatur mortem :*  
*Ps. xi : Vena locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde locuti sunt.* Quantum ad tertium dicit, *Cor ejus congregavit iniuriam sibi.* Animus insidiosus est ille qui congregat verba ex quibus virum justum offendat. Iste enim non faciunt sicut apes quae congregant mel ; sed sicut searabai qui congregant sterens. Sed boni congregant mel, quia de divina dulcedine alios dulcent. Et ideo dicit, *Cor ejus congregavit iniuriam sibi.* Et dicit, *sibi,* idest contra se : *Prov. i : Ipsí contra sanguinem suum insidiantur.* Vel, *sibi,* idest ad suum desiderium consequendum : quia si eum in aliquo malo comprehendenter, multum gaudent : *Ecl. xviii : Si præstes animæ tue concupiscentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis :* sic dicebant contra Christum, *Matth. xxvii : Recordati sunus qui seductor ille etc.* Consequenter ostenditur insidiarum effectus, quia egredientes detrahebant ; nude dicit, *Egrediebatur foras et loquebatur in idipsum. Egrediebatur,* vel a simulatione, vel a malitia, vel a familiaritate, vel ab amicitia : quia ante erat et videbatur quasi amicus, *Et sic loquebatur in idipsum,* idest falsum, sicut prius et falsitatis verba. Vel egrediebatur foras a sinu veritatis, vel ab amicitia quam simulabat, vel ab Ecclesia, vel societate Christi : *Joan. vi : Multi discipulorum abiérunt retro.*

5. *Adversum.* Hic ostendit malum consilium eorum, quomodo noceant. Et primo ponit concilium inimicorum. Secundo ostendit quod in hoc etiam convenierunt aliqui amici boni, ibi, *Homo paucis.* Et primo ponit ordinem conciliandi, ostendens quod primo convenient consilantes. Secundo dissentient de quo consilient. Tertio determinant quid sit faciendum. Et haec tria describit hic. Dicit ergo, *Omnis inimici mei subsumebant adversum me, Glossa, Egrediebatur.* Et post sequitur *In idipsum etc.* Et hoc in littera Hieronymi habetur, tamen non est vis. Et dicit, *Subsumebant,* idest silenter loquebantur ; et hic est modus specialiter in consiliariis, et maxime de malis consiliis et malis ho-

minibus, qui in occulto hoc faciunt : *Lev. xix : Non eris criminator nec susurro in populis : Ecl. xxviii : Susurro et bilinquis maledictus etc.* Et dicit, *Adversum me.* Et ita non sunt bona consilia, sed mala : *Ps. xxxv : Iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Et ideo cogitabant mala mihi : *Ps. i : Beatus vir qui non ghicit etc.* *Verbum iniquum constituerunt adversum me,* idest injustum. Hoc ergo determinaverunt in eorum concilio : *Joan. xi : Expediit robis ut unius homo moriatur pro populo.* Et ex illa hora cogitaverunt etc. *Matth. xxi : Hic est hares, venire occulamus eum : Sap. ii. Morte turpissima condemnemus eum : Hoc verbum iniustum habetur.* *Hier. xviii : Tu sis, Domine, concilium eorum adversum me in malum et mortem.* Numquid qui dormit non adjicet ut resurgat ? Hic ponit rationem eorum præviae determinacionis *Ly non, superfluit* : quasi dicat : Qui dormit, non resurget : quasi dicat : Si occiderimus eum, non resurget : *Sap. ii : Non est qui aquitus sit reversus ab inferis.* Et ideo resurrectionem credebant seductionem. Vel aliter. *Numquid qui dormit etc., ut ly non construatur cum ly adjicet,* et sit sensus, ut siut verba Ecclesie eis insultantis : quasi dicat : Vos constitueritis eum occidere, sed frustra hoc fecistis, quia resurget ; unde dicit, *Numquid qui dormit non adjicet ut resurgat ?* Et dicit, *Dormit,* quia etiam hoc dicitur *Dan. xii : Multi de his qui dormierunt in pulvere terra erigilibantur :* nam simpliciter mors Christi dormitio fuit, quia ipse seipsum posuit in mortem, et mortuus est non per violentiam, sed per propriam voluntatem. Et ideo habuit potestatem sumendi animam virtute divinitatis : *II Cor. xiii : Si mortuus est ex infirmitate, rivot tonum ex virtute Dei.*

6. *Etenim homo paucis mer in quo speravi.* Suprad proposuit Psalmista consilium inimicorum tractantum mortem Christi ; hic autem introdit consilium amicorum. Et quia ipse Christus, *Joan. xiii,* istud verbum introduceat de Iudea, ideo nos de Christo hic exponamus. Ubi duo facit. Primo describitur conditio ejus. Secundo culpa. Conditio personæ Iudee describitur ex tribus, quæ agravant

**p**ecatum : quia amicus, quia familiaris, et quia beneficiatus. Dicit ergo quantum ad primum : *Etenim homo pacis mea.* Dixit supra quod dormivit, id procurante proditore. Vel, *Verbum iniquum constituerunt adversum me inimici.* Sed non est mirum, quia *homo pacis mea*, quia Judas inter amicos reputabatur. Haec autem prophetia contigit facto, quia osculo prodidit Christum, quod est signum amicitiae et pacis. Unde Dominus dixit Lue. xxii : *Juda, osculo tradis filium hominis?* Psalm. xxvi : *Loquuntur pacem cum proximo suo etc.* Hier. xx : *Audivi contumelias multorum, et terrorem in circuitu ab omnibus viris qui erant pacifici ei, et custidores latus meum.* Item familiaris erat ; unde, *In quo sperabam.* Sed numquid deceptus est Christus in spe sua ? Nou. Et ideo dicit, *In quo sperabam*, idest in quo videbar sperare, idest confidere, quia commiserat ei dispensationem rerum suarum. Vel, *In quo sperabam*, idest talis conditionis : et ita me habebam ad eum quod debebam sperare in eo. Sed aliquando credit quis sperare in eo quem credit amicum, et de quo deberet confidere, et tamen decipitur : Hier. ix : *In omni fratre tuo non habeas filium :* Mich. vii : *Nolite credere amico, et nolite confidere in duce.* Vel, *In quo sperabam*, in meinbris meis quae in Christo sperabant : Math. xxv : *Quod uni ex meis minimis fecistis, mihi fecistis.* Quantum ad tertium dicit, *Qui edebat panes meos*, quia Christus cum signo panis cum designavit : Jean. xii : *Cui intinctum panem porrexero.* Et licet Judas ederet panem Christi, tamen periret contra eum : Eccl. xxix : *Pascet et potabit ingratos.* Vel, *Panes meos*, idest doctrinam meam : Gen. XLIX : *Aser pinguis panis ejus, et præhabit delicias regibus.* Talis panis est panis Christi, qui est pinguis propter dulcedinem doctrinae : Ps. cxviii : *Quam dulcia etc. Magnificavit super me supplationem.* Ecce peccatum. Hieronymus habet : *Levavit contra me calcaneum suum.* Et loquitur ad similitudinem ejus qui vult aliquem omnino comprimere ; quasi dicat : Attentavit ut me totalitatem contereret. Et diversitas translationum videtur processisse

ex aequivoce : quia quod in altum levatur, magnificatur. Vel, *Magnificari super me supplationem*, idest fecit magiam supplationem contra me, quia mortem intulit : Hier. ix : *Omnis supplantans supplicantibus : Amos. v : Odiō habuerunt corripientem in porta.*

7. *Tu autem.* Christus iam exposuit in generali suam petitionem ; hic autem ostendit in quo misericordiam petat ; unde dicit, *Ipsi conturbarecunt me*, sed non restat nisi ut recurram ad Deum ; et ideo dicit, *Tu autem, Domine, misereri, mei.* Misericordia debet esse ubi est miseria ; Christus autem factus est particeps misericordie nostræ non quantum ad culpam, sed quantum ad penitentiam ; et praepucio quantum ad penam mortis. Et ideo, *Miserere mei* : Psalm. LXXXVIII : *Misericordiam meam non dispargam ab eo.* Sed in quo petit misericordiam, ostendit, cum dicit, *Resuscita me* ; quasi dicat : Illi dicunt, *Non adjiciet ut resurgat*, sed tu resuscita me.

Sed numquid Christus non resurrexit propria virtute, quia dicit : *resuscita me?* Immo videtur quod sic : quia Psalmista dicit in persona Christi. *Ego dormivi et resurrexi.* Ps. iii.

Dicendum, quod Christus secundum quod homo, non habuit potestatem resurgendi, sed secundum virtutem divinitatis, qua est eadem in Patre et Filio. Et ideo si surrexit potestate Patris, surrexit potestate sua. Et petit a Patre, ut homo, quod habebat ut Deus, ut ostendat virtutem divinitatis hoc fieri. *Et retribuam eis.* Illic ponit effectum ejus. Duplicum potestatem habuit Christus post resurrectionem, quia in celo et in terra : et ideo retribuit eis captivitatem temporalem, quia dispersi sunt per mundum, et retribuet eis in futuro damnationem : Joan. v : *Potestatem dedit ei iudicium facere.* Hieronymus habet, *Resuscita me et retribuam tibi* ; quasi dieat : Iste fructus resuscitationis, quod resuscitatus adducam multos ad cognitionem nominis tui : Psal. cxv : *Quid retribuam Domino etc.*

8. *In hoc cognovi.* Illic ponit fiduciam exauditionis. Et primo ponit quod Deus voluit eum, idest complacitum uit pa-

ternae voluntati in ipso : unde dicit, *Quoniam volvisti me* : Matth. iii : *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacuit* : Isa. xlii : *Complacuit sibi in illo anima mea*. Item dicit, *Non gaudebit inimicus meus super me*, idest Judas : et si fuit gavisus in morte, non tamen finaliter gaudebit, quia contrastabitur in resurrectione : Mich. vii : *Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi; consurgam*. Et potest haec littera ordinari duplificiter. Uno modo, ut primum sit argumentum secundi ; et est sensus : ex hoc quod considero quod sum tibi acceptus. Alio modo, ut secundum sit causa primi ; ut sit sensus : Quia inimicus mens non poterit gaudere super me *cognovici quia volvisti me*. Sed quia indigebat signo aliquo, dicit, *Cognovi*, idest cognoscere feci, vel quia alii hoc cognoverunt. *Me autem propter innocentium suscepisti etc.* Ille exauditus gratias agit. Et primo constitutus beneficium. Secundo subjungit laudem, ibi, *Benedictus*. In beneficio constetur totum quod ad se pertinet. Primo enim proponit meritum. Secundo ostendit resuscitationis beneficium. Tertio resurgentis statum. Quartu exultationem. Quantum ad meritum ejus consideremus ejus innocentiam : unde dicit : *Me autem suscepisti propter innocentiam*. I Pet. ii : *Peccatum non fecit*. Psal. xxv : *Ego autem in innocentia mea ingressus sum*. Et ex hoc merito dicit se susceptum, sive assumptum. Non dicit hoc de assumptione in unitate persona, quia illa assumptione non fuit ex meritis ipsius hominis Christi, sed ex mera gratia : unde et Spiritus sancti operatione facta est ; sed hoc dicit de susceptione ab inferis, quia surrexit. Ps. xi : *Tu autem, Dominus, suscepisti meus es*. Et dicit, *Suscepisti, scilicet animam meam ab inferis* ; et carnem de sepulcro. Sed qualiter susceptus est ? Numquid ad vitam mortalem, ut Lazarus ? Non ; sed susceptus est ad statum immortalitatis : unde dicit : *Et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum*, idest in statu immortalitatis. Roman. v : *Christus resurgens ex mortuis juvavit mortalitatem*. Et adhuc plus : quia constituit cum

ante conspectum suum. Heb. ix : *Introivit in ipsum colum, ut apparcat vultui Dei pro nobis*. Et hoc in aeternum, idest semper.

9. *Benedictus Dominus*. Hic ponit laudem : et circa hoc duo fait. Primo ponit quadam ex parte laudati ; secundo ex parte laudantis. *Benedictus*. Benedicere nihil aliud est quam dicere bonum. Aliter nos benedicimus Deum, et aliter benedicit nos Deus. Nos benedicimus Deum, recognoscendo bonitatem ejus. Tob. xii : *Benedicite Deum cari*. Eccli. xlvi : *Benedicentes Dominum exaltate eum quantum potestis*. Deus autem benedicit nos causando in nobis bonitatem : quia suum dicere est facere. (Ps. cxlviii.) Dixit enim, et facta sunt. Secundum ostendit cum dicit, *Dominus*. Potestas dei attenditur secundum dno. Primo secundum opus gubernationis. Sap. xii : *Tu autem, dominator virtutis cum tranquillitate judiras, et cum magna reverentia disponis nos* ; Et secundum opus creationis. Et haec duo tangit cum dicit, *Dominus*, ad quem pertinet gubernare ; secundo cum dicit, *Deus* : illud enim omnes opinantur Deum quod est primum principium essendi omnibus. Sed operatio gubernationis habet ministros ; in opere autem creationis nullum ministerium potest esse. Unde honor qui debetur gubernatori, potest aliis communicari. Gal. iv : *Sicut Angelum Dei excipistis me*. Et haec dulcia est. Sed latria, quae debetur creatori, nulli debetur. Et ideo *Glossa* dicit : *Dominus*, cui debetur dulcia ; *Deus*, cui debetur latria. Et dicit, *Israel*, idest videntium Deum ; quia etsi omnia gubernant, tamen ubereum fructum gubernationis, qui est vita, soli fideles consequuntur. Et si omnes colant Deum, tamen cultum latrice soli fideles soli Deo offerunt. Tertium ostendit cum dicit : *A seculo et in seculum* ; quia scilicet potestas tua non est corporalis, sed aeterna. Ps. cxlv : *Regnum tuum regnum omnium saeculorum*. Ex parte laudantis dicit duo : scilicet confessionem oris. Rom. x : *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Et hoc facit cum dicit : *Benedictus*

*Dens etc.* Item complacentiam affectus. Phil. iv : *Gaudete in Domino*. Et ideo dicit, *Fiat fiat* ; quasi dicat : Complacet sibi cum bonis ejus : et ingeminat ad significandum hujus complacentie continuationem. I Paral. ult. : *Domine Deus, custodi hanc voluntatem*. In Hebreo ha-

betur, *Amen, amen*. Et quia *amen amen* ponitur in fine librorum, credunt quidam quod dividatur liber Psalmorum in multis libros, et compleetur unus hic. Sed non est verum ; quia ponitur hic *Fiat*, sive *Amen*, ut sit continuatio voluntatis, non ut sit consummatio operis.

## PSALMUS DAVID XLI

*1. In finem intellectus filii Core.*

Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sicut anima mea ad Deum fontem vivum : quando veniam, et apparebo ante faciem Dei ?

2. Fuerunt mihi lacryme meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus ?

3. Hec recordans sum, et effudi in me animam meam : quoniam transi in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

4. In voce exultationis et confessionis, sonus cunctantis. Quare tristis es, anima mea, et quare confundaris me ? Spera in Deo, quoniam adhuc confiteror illi : salutare vultus mei, et Deus meus. Ad me ipsam anima mea confundatur est : propterea memorem ero tui de terra Jordani, et Hermonium a monte modico.

5. Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transiunt.

6. In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte cautelem ejus. Apud me oratio Deo vite mea : dicam Deo : Susceptor mens es. Quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus ? Dum confringuntur ossa mea, exprobaverunt mihi qui tribulant me inimici mei ; dum diem nulli per singulos dies : Ubi est Deus tuus ? Quare tristis es, anima mea, et quare confundas me ? Spera in Deo, quoniam adhuc confiteror illi, salutare vultus mei et Deus meus.

1. Haec est quinta decas prime quinquagena ; et sic ordinatur ad implorandum auxilium contra presentia mala. Et haec est figura temporalium malorum, quae acciderunt David, quid passus est persecutionem ab Absalone ; et contra hoc fuit prima decas. Item a Saulo ; et contra hoc secunda decas. Item a foto populo ; et contra hoc tertia decas. Item a multis amulis ; et contra hoc quarta decas. Psal. xxxiv : *Judica, Domine, nocentes me*. Restat quinta decas, in qua loquitor specialiter de his quae pertinent ad regnum. Et petit in ista decade contra im-

pugnatores regni auxilium divinum. Et ut ad mysterium referatur, petit justus homo contra illos qui regnum Ecclesiae impugnant. Dividitur ergo Decas ista in duas partes<sup>1</sup>. Primo format petitionem pro statu regni ; secundo, quia regnum vindetur esse turbatum per peccatum, ideo petit veniam pro peccato, ibi Ps. I, *Miserere mei, Deus*. Circa primum duo facit. Primo proponit petitionem contra hostes Regni ; secundo exauditus gratias agit de gloria Regni, ibi Psal. XLIV, *Eruatavit*. Et quia omnis petitio provenit ex desiderio, ideo circa primum duo facit. Primo proponit suum desiderium : secundo addit orationem, ibi Ps. XLII, *Dens auribus*. Circa primum duo facit. Primo ostendit desiderium quod habet ad Deum : secundo petit desiderii impletionem, ibi Psal. XLIII, *Judica me*. Titulus : *In finem intellectus filii Core*. Hoc est expositum in titulo praecedentis Psalmi ; tamen alia littera habet : *In finem intellectu*; idest, attribuitur iste Psalmus filiis Core, *intellectu*, idest per intellectum ducens nos in finem. Core intrepretatur calvaria. Unde illi dicuntur filii Core qui patiuntur irrisione propter crucem. Unde IV Reg. IV, pueri irridebant Eliseo : *Ascende calve, ascende calve ; et maledirit eis Eliseus, et ursi comedent illos*. Illi ascendunt de Bethel qui ad finem Christi convertuntur de Iuda, quae olim dominus Dei vocahatur. Et hi deridentur a pueris, idest Iudeis puerili sensu ulla timore, quia adhuc sub pedagogio sunt, et improverant crucem Christi : et isti duo ursi devoraverunt eos, scilicet Titus et Vespasianus. Dividitur ergo Psahaus in duas partes. In prima enim ponit suum

<sup>1</sup> Al. : « tres partes. »

desiderium. In secunda ponit tristitiam incitatem desiderium, ibi, *Fuerunt nōhī.* Circa primum tria facit. Primo proponit desiderium sub similitudine. Secundo rationem similitudinis assignat, ibi, *Sitirūt.* Tertio exponit rem desideratam, ibi, *Quando venīum.* Similitudinem sumit ex cervo, qui specialiter habet hanc proprietatem, quod pede conterit serpenteum : et quando vult mutari, comedit serpenteum : et sic astutus praeterea veneno, et tunc currit ad aquam, et sic renovatur. Sicut cervus in generali desiderat aquas, ita fidelis desiderat Deum ; tamen in speciali adaptatur catechumenis et viris perfectis. Catechumenus enim est sicut cervus, qui sentit in se veneni ardorem, quod est ex suggestione serpentis introductum : Gen. iii. Ex quo veneno sentium est peccatum originale. Rom. v : *Per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit.* Et hoc venenum est reatus concupiscentiae, et reatus primi peccati. Et ideo debet desiderare fontem baptismi. Zach. xiii : *Erit fons patens domini Jacob in ablutio- nē peccatorum.* Ezech. xxxvi : *Effundam super ros aquam mundam.* Vir autem perfectus est sicut cervus in petra stabilitus. Ps. xvii : *Qui perficit pedes meos tanquam terrorum. Sitivit anima mea.* Hie jam comedit, idest destruxit peccatum. Eccl. xxi : *Quasi a farce cal- bri, puge peccatum.* Et ideo nihil habet in mundo quod concupiscat ; et ideo desiderat venire ad fontem vite. Et ideo, qui istis convenient hanc similitudinem, scilicet catechumenis et viris perfectis, ideo cantatur Psalmus iste in officio baptismi in Sabato sancto et Pentecostes quando fit solemne baptisma, quantum ad catechumenos. Item cantatur in exequiis mortuorum, quia convenient viris perfectis, adcedere ad fontem vitae aeternae. *Ita desi- derat anima mea ad te Deus.* Hie adaptat similitudinem. Anima mea desiderat interior affectu. Isa. xxvi : *Anima mea desi- derarit te in nocte.* Thren. iii : *Pars mea Dominus, dixit anima mea.* Sed numquid in Deo est fons aquarum ? Ita : unde dicit, *Sitirūt anima mea ad Dēm fontem viuum.* Fons dicitur, qui securit

et producit aquas vivas, et qui jugiter et indeficierter emittit aquas. Omnis aqua gratiarum ab illo fonte emanat, scilicet a Deo Patre. Jer. ii : *Dedeliquerunt fontem aquae viveæ. Item emanat a Filio, etiam inquantum Deus. Psal. xxxv : Apud te est fons vite.* Fons sapientie Verbum Dei est, Eccl. i. Item a Spiritu sancto. Joan. iv : *Fiat in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.* Et Joan. vii : *Hoc au- tem dixit de Spiritu quem accepturi erat credentes in eum.* Ergo quia ipse est fons, anima mea sitivit ad eum. Sitis designat desiderium eum anxietate. Ita iste designat se pati anxietatem, non solum ex dilatatione rei desideratae, sed propter mala que hic affligunt. Matth. v : *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Sed de hoc fonte desiderat hoc, scilicet, *Quando venīum.* Haec verba desiderantur sunt, et exprimunt desiderium catechumeni ad baptismum ; et sic est sensus : Quando veniam ad sa- crum Christi baptisma ? Mat. xxi, *Venite ad me etc.* Psal. xxxviii : *Venite filii etc.* Hoc, ut dicit Augustinus, convenient catechumenis quia a principio catechumeni, quoniamque adulti non fuissent<sup>1</sup>, non admittebantur ad saera mysteria, sed usque ad evangelium poterant interesse ; unde dicit, *Quando venīum et apparo.* Ad litteram, cum alis, *Ante faciem Domini,* idest ad sacramenta Christi. Item convenient viris perfectis : et est sensus, *Quando venīum et apparo,* idest ut videam te facie ad faciem, quia modo sum proen- ta te, quia video te per fidem ? Sed quando videbo te per speciem, tunc ero prope. Phil. i : *Desiderium habens dissolvi, et ess cum Christo.* Et non dicit, apparebit mihi Dominus, sed apparebit ante faciem Domini : quia ex hoc quod video faciem Domini, reddar consipientis omnibus multo magis quam Moyses qui vidit eum in vita ista. I Joan. iii : *Nos deinceps ut quid erimus ; sciatis quoniam, cum eis a- ruerit, similes ei erimus.* Rom. viii : *Vin- suit confidere passiones Iustus te- netur.* Quasi dicit, Inferior se ierit, et de- tum Domini : et ex hoc conponit et glorirosus ero. Sed ab hac visione exclu-

<sup>1</sup> Al. : « cum adulti fuerint. »

ditur hypocrita. Job. xiii : *Non veniat in conspectu ejus omnis hypocrita.*

2. *Fuerunt mihi lacrymae.* Hie describit, unde habeat hoc desiderium vel anxietatem. Et primo ponit causam. Secundo ponit remedium quod habet contra eam, ibi, *Hac recordatus sum.* Et primo ponit magnitudinem sue tristitiae. Secundo ponit causam hujus tristitiae. Circa tristitiam procedit sic. Quia primo exprimit magnitudinem tristitiae; secundo effectum; tertio continuatatem. Primum ostendit cum dicit, *Fuerunt mihi lacrymae meæ, in quas scilicet homo prorumpit ex abundanti tristitia.* Et haec tristitia, vel est de percatis impedientibus concessionem rei desideratae, vel de molestiis aliorum. Secundum ostendit cum dicit, *Panes.* Panis reficit; et sic etiam lacrymae reficiunt, duplice ratione. Una est, quia unica est delectabilis actio sibi conveniens. Unde tristitia est delectabilis actio conveniens tristitiae; et lacrymatio est tristitiae actio. Alia ratio est, quia quando calor evaporat extra, minuitur; et ideo dicit, quod lacrymae sunt ei sicut panis, quasi reficientes eum. Vel sicut panis: quia sicut per panem sustentatur, ita ipse sustentatur in hono per lacrymas. Tertium ostendit cum dicit, *Dic ac nocte;* scilicet in prosperitate et adversitate. Jer. ix : *Plorabo die ac nocte.* Et causa hujus est, *Dum dicitur mihi quotidianus:* *Ubi est Deus tuus?* Haec, si sunt verba gentilium, referuntur ad catechumenos; quasi dicat: Nos, dicunt gentiles, habemus Deum quem videmus; scilicet solem. Sed ubi est Deus vester, quem singitis? Respondete: Deus videri potest, sed non a te, quia non es mundus corde. Item si dicatur Iudeo converso a Iudeo infidei: *Ubi est Deus tuus?* respondeat Iudeus conversus ad fidem: *Ubi sit Deus meus,* appareat in pena vestra, scilicet Iudeorum: quia estis dispersi. Item sunt verba peccatoris ad vim justum in afflictione positum; quasi dicat: *Ubi est Deus tuus?* quare non liberat te de afflictione quam pateris? respondeat justus: Quia haec temporalia non sunt preium quod Deus dat servis suis, sed celestia.

3. *Hoc recordatus sum.* Supra posuit Psalmista mundus desiderium, et castam desiderii; hie autem ponit remedium contra causam, scilicet tristitiam: et circa hoc duo proponit sive facit. Primo ponit remedium ex parte proprie meditationis. Secundo ex parte divini auxillii, ibi, *Ad meipsum.* Circa primum duo facit. Primo proponit remedium. Secundo per hoc remedium tristitiae impedimentum, ibi, *Quare tristis.* In remedio proponit primo meditationem. Secundo mentis delectationem, ibi, *Effudi.* Et assignat hujus rationem, ibi, *Quoniam transibo.* Dicit ergo, *Hac recordatus sum,* scilicet improperia infidelium dicentium, *Ubi est Deus tuus?* Thren. m : *Memoria menor ero.* Et habui consolationem mentis, *Quia effudi in me animam meam.* Quando liquor diffunditur, dilatatur. Unde, quia habitudo cordis pertinet ad latitiam, que quadam<sup>1</sup> delectatio est, ideo in effusione animae designatur delectatio. Ps. lxi : *Effundite coram illo corda vestra.* Alia littera habet, *Effudi super me animam meam.* Et secundum hoc alter legitur: et est sensus: *Dicunt, Ubi est Deus tuus?* Et ego haec recordatus primo quesivi insensibiles creaturas si invenirent Deum meum: sed inveni in eis quadam Dei vestigia: Rom. i : *Invisibilia Dei a creatura mundi per ea quae facta sunt conspicuntur.* Sed ultra processi in rebus intellectualibus animae. *Et effudi super me animam meam,* idest sollicito discentius quasi quidquid est in eis, quasi coram me ponens omnia; sicut qui extrahit de vase omnia, ut discutiat quidquid sit intus: et tamen non est ibi Deus meus. Sed est adhuc aliquid supra hoc: et hoc feci: *Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad dominum Dei;* quasi dicat: Totum solatium quod habere possem, est spes tendendi in Deum. Et dicit duo: scilicet quo tendat, et quomodo, ibi, *In cœcē etc.* Circa primum accipienda est talis imaginatio. In veteri testamento erat duplex locus divino cultui deputatus, scilicet tabernaculum, de quo habetur Exod. xxxvi. Postea crescente populi statu, et religione aedificata est domus Dei, scilicet tem-

<sup>1</sup> Al. : « quasi. »

plum : non ut tabernaculum, sed ut res fixa. Et hanc voluit facere David, sed prohibitus est a Deo. II Reg. vii : *Nu-m quid adificabis mihi domum?* Item I Paral. xvii : Sed promissum est ei quod filius suus aedificaturus esset dominum dei : unde ipse paravit impensas : et ideo dicit, *Dicimi mihi : ubi est Deus tuus.* Et ego haec recordatus delector quod inventiam eum : et ideo toto affectu tendam in eum. *Et transibo in locum tabernaculi admirabilis;* quasi dicat : Non quiescam donec inveniam eum. Et dicit, *Transibo;* quia per tabernaculum, quod erat mobile, signatur status presentis Ecclesie ; quae non est perpetua, nee stabilis nisi usque ad consummationem saeculi, et tunc transferetur. Et hoc dicitur Apoc. xxi : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus,* idest praesens Ecclesia cum hominibus, idest donec homines erunt in vita illa<sup>1</sup>. Et ex hoc transibo ad stabilem dominum dei : Psal. LXIV : *Replebimur in bonis domus tuae.* Joan. XIV : *In domo Patris mei etc.* Et sic innuit ire in tabernaculum mirabile et in dominum dei. Et dicitur in tabernaculum mirabile, propter mirabilia que facit sanctus suis.

4. In voce. Hie describitur modus transundi usque ad dominum dei. Et hic similiter accipienda est quedam imaginatio. Erat autem consuetudo quod quando aliqui per turmas ibant ad tabernaculum, ibant cum gaudio : Isa. XXX : *Canticum erit vobis sicut vox sanctificatoris solemnitatis et letitiae;* sic qui pergunt cum tibia gaudenter vadit : et ideo dicit, *Ibo in locum tabernaculi etc.* Et cum gaudio : quia, *In voce exultationis et confessionis sonus epulantis.* Alia littera habet, *Sonu epulantis;* quasi dicat : tho in voce soni epulantis, quia in epulis est sonus gaudii ; et hoc magis patet secundum alias latitias que sunt ibi. Referamus ergo hoc ad ingressum gaudii ; quia erunt ibi tria. Primo erit ibi exultatio de bonis habitibus : Isa. XXXV : *Gaudium et laetitiam obtinebunt.* Secundo erit ibi confessio de beneficiis gratiae ; qui agnoscunt se illa obtinuisse per gratiam dei ; et ideo continebuntur mirabilia dei : et ideo sequitur

ibi gratiarum actio, et vox laudis. Tertio erit ibi spiritualis refectio : Isa. pen. : *Servi mei comedent, et vos esuriatis ; servi mei bibent, et vos sitiatis etc.* Matth. V : *Beati qui esuriant et sitiunt justitiam etc.*, et ideo erit ibi sonus epulantis. Iteu festivitatis, idest jugis exultatio : Barnab. V : *Conspic, Jerusalem ad orientem, et vide jucunditatem a Deo tibi venientem.* Et quia haec omnia imperfecte sunt in ecclesia, subdit, *Quare tristis ex anima mea?* Hie adhibet remedium contra causam tristitiae. Et primo removet affectum. Secundo removet effectum ejus. Dicit ergo, *Quare tristis es anima mea?* cum debeas gaudere, quia es in tabernaculo, et quia ibo ad dominum Domini. Quare ergo es tristis? Nam parva mala non sunt reputanda in consideratione ad bona aeterna : Ecol. XXX : *Tristitiam, scilicet saeculi, longe expelle a te,* II Cor. vii : *Tristitia saeculi mortem operatur.* Effectus tristitiae est turbatio, quia ex inordinatione affectus ipsa ratio conturbatur. Et quis loquitur? anima secundum hunc sensum. Anima habet duas partes : scilicet sensitivam, quam nominat hic animam propter animalitatem ; et superiore rationem, que nominat seipsum ; quia unusquisque maxime est quod melius in eo est : et ideo dicit ratio superior inferiori : *Quare conturbas me.* Et quae est causa? Ostendit autem quod non debet esse tristis, quia est spes futura confessionis : et ideo dicit, *Spera in Dominis, quoniam adhuc confitebor illi;* quasi dicat : Spera in ipso Deo, quia adhuc venies ad hoc quod desideras, quia scilicet, *Adhuc confitebor illi,* idest adhuc spero vultum ejus ; vel in via, vel in patria, quod maxime est materia gaudii. Jac. ult. *Tristatur quis in vobis?* uret. *Equa animo est? psallat etc.* Salutare cultus mei. Hie ly salutare secundum Glossam est nominativi casus, et est sensus : Ego dico quoniam ego confitebor illi. Et eni illi? scilicet Christo, in quo sunt duae nature : humana scilicet qua est similis matri ; et ideo dicit, *Salutare cultus mei,* idest vultum meum generis. Luc. ii : *Viderunt oculi mei salutem*

<sup>1</sup> Al. : « istu »

*tare tuum etc.* Gen. pen.: *Salutare tuum expectabo Domine.* Item natura divina; et quantum ad hoc est Deus mens : ideo dicit, *Deus meus.* Rom. ix : *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in seculo.* Vel secundum Hieronymum, ly salutare est accusativi casus : quasi dicat, Confitebor ei salutare, idest salvationem quam me salvavit. Et quod sequitur, *Drus meus, conjungitur cum sequentibus.* Consequenter adhibet remedium, scilicet divini auxilii. Ubi primo proponit remedium. Secundo exponit. Dicit ergo, *Ad me ipsum.* Alia littera habet, *A meipso anima mea conturbata.* Prima est melior : quasi dicat : Quae est ratio quaero, *Quare anima conturbas me?* Et haec turbatio venit, quia qualitercumque converto me ad me, invenio mihi tribulationem. Osee xiii : *Perditio tua Israel ex te, tantummodo ex me auxilium tuum.* Et ideo Hieronymus habet, *Deus meus in meipso.* Secundum illam litteram est sensus ; quasi dicat : Causa turbationis a meipso est : quia si referamus ad humanum genus, corruptio sensualitatis a ratione venit, scilicet a sensu primi parentis. Item homo quicunque peccando corrumpt naturam suam ; et ideo post peccatum sensualitas magis resistit rationi. Et quia non est in me nisi causa turbationis, *Propterea memor ero tui,* idest recurram ad te : Osee ult. : *Memoriale ejus sicut vinum Libani.* Et unde ? *De terra Jordani et Hermonium.* Jordanis est fluvius in terra promissionis. Hermon est quidam mons propinquus Jordani. Et secundum historiam II Reg. xvii, quando Absalon ivit in Jerusalem, et habuit consilium ut persequeretur David, qui erat extra Jordanem, et tunc Cusi impedivit ; et ideo dicit, Si essem in tanta tribulatione sicut tunc, contra, *Memor ero tui.* Triam tamen designantur hic que sunt in baptismo. Per Jordanem designatur descensus gratiae in baptismum : Jac. i : *Omne datum bonum et omne donum perfectum de sursum est.* Et de terra, quia per influxum gratiae terra cordis inde secundatur. Hermon interprefatur anathema : et designat abrenuntiationem quam facimus diabolo et

pompis ejus in baptismo : quia tunc quilibet anathematizat, idest separat se a diabolo. *A monte modico,* quia haec renuntiatio et gratia venit ab humili corde, quia *humilis Deus dat gratiam,* Iac. ult. Et diabolus est rex super omnes filios superchie, Job xli.

5. *Abyssus abyssum.* Exponit remedium quantum ad duo dicta : scilicet quantum ad turbationem quam habet in se, et quantum ad memoriam de Deo, ibi, *In die mandavit.* Quantum ad primum proponit similitudinem et exponit causam. Abyssus in Scriptura signat multitudinem aquarum. Gen. i : *Tenebra erant super faciem abyssi, et spiritus Domini etc.* Contingit etiam quod aquae quando in multitudine generantur in aere, possunt vocari abyssus. Et in istis pluviis est quadam circulatio : quia descendunt ad terram, et ex eis elevantur vapores qui generant alias aquas : et inter media sunt frequenter tonitrua, quae sunt ex commotione nubium quea generantur a vaporibus et pluviis. Item contingit quod post tonitruum sequuntur fulgura. Ps. cxxxiv : *Fulgura in pluviam fecit.* Dicit ergo, *Abyssus,* idest multitudine aquarum, *Incurat abyssum,* idest trahit ad se multitudinem aquarum aliarum : et hoc, *In voce cataractarum tuarum,* idest quedam loca occulta sunt in quibus generantur aquae, et ex quibus descendunt. Unde cataractae, idest nubes, quea quasi cataractae quedam sunt, ex quibus generantur. Et haec in Scriptura, scilicet abyssus et tempestas, important malum. Exo. xv : *Abyssi opererunt eos :* unde *Abyssus etc.,* quasi dicit : Una punitio Dei, *Abyssum invocat* idest continuatur ad aliam ; quasi dicit : judicium Dei, quo infert presentia mala, invocat judicium quo futura mala infert. Psalm. xxxiii : *Judicia tua abyssus multa.* Et hoc sic, *In voce cataractarum tuarum,* idest per vocem Scripturarum tuarum, vel praedicatorum. Et hoc refertur ad hoc quod dicit, *Animam mea conturbata est.* Quare ? quia abyssus : idest ex uno malo vel ex uno peccato sequitur magna pena. Vel aliter, *Propterea memor ero etc.* ut per abyssum intelligatur sacra doctrina : et sic est sensus : *Abyssus,* idest vetus testamentum vocat

alium, idest novum testamentum. Et haec duo concorditer inducit ut memor sim tui, quia in utroque promittit homini auxilium Dei : et hoc, *In voce cataractarum tuarum*, idest predicatorum et doctorum. Vel aliter, *Propterea memor etc.* quia, *Abyssus* : idest homo; qui vocatur<sup>1</sup> abyssus. *Quis scit quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est*, I Cor. ii. Jer. xvii. Secundum aliam litteram, profundum est cor hominis et inscrutabile. Ergo, *Abyssus*, idest nūns homo, invocat alium ad Christum. Et hoc fit non propria virtute, sed, *In voce cataractarum tuarum*; idest inspiratione Spiritus sancti, ex qua habet efficaciam lingua predictoris, *Omnia excelsa tua*. Supra Psalmista posuit similitudinem sue tribulationis: hic autem ipsam similitudinem exponit. Supradixit, *Abyssus abyssum invocat*; et refertur ad signandum, quod non sollemniam pœnam passus est, sed multas : et ad hoc sequitur suam similitudinem: homo affligitur ab aqua, aut descendente ab aere, aut existente in aere, aut existente inferius : et iste ab ultraque dicit se afflictum. A prima, cum dicit, *Omnia excelsa tua*; a secunda, cum dicit; *Et fluctus tui super me transierunt*. Excelsa ista sunt futura supplicia, et respiciunt futurum iudicium, quod fuit in mari, quando submersi sunt quasi plumbum : Exod. xv : *Fluctus sunt pœnae praesentes que invocant illud*. Et ideo, *Turbatus sum*: Job. xix : *Viam fecerunt sibi per me*. *Glossa*, *Transierunt*, idest, a me recesserunt, *fluctus tui*. Et sic secundum istam expositionem haec est ratio consolationis; quasi dicat: Memor ero tui, quia omnia excelsa tua et fluctus tui recesserunt a me; quasi dicat: Pœnae majores quas designantur per fluctus, transierunt super me, idest videbantur excedere facultatem meam. Sed prima expositio est melior.

6. *In die*. Sicut dictum est, duo dixit: turbationem ad seipsum etc., et fiduciam, ibi, *Propterea memor ero tui*. Et posuit causam turbationis; modo exponit causam, quare memor sit Dei. Et primo ponit experimentum divinae misericordie;

secundo addit orationem, ibi, *Apud me oratio*. Et facit duo, secundum duplēm statum divinae misericordie; quia misericordia Dei placida est in prosperitate et adversitate. Et ideo quantum ad prosperitatem dicit, *In die mandavit Dominus misericordiam suam*, idest tempore prosperitatis: quasi dicat: Quicquid habeo prosperitatis, imputo divinae misericordiae. Thren. iii : *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti*. Quantum ad statum adversitatis dicit, et nocte, idest tempore adversitatis dedit *canticum ejus*, idest laetitia, idest est mibi in tribulatione consolatio maxima ex divina misericordia. Unde alia littera habet, *In die declarabit*, idest divina misericordia declaratur, idest manifestetur tempore adversitatis. Ecl. xxxv : *Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis*. Psal. l : *Secundum multitudinem miserationum tuarum etc.* Secundum Hieronymum tamen sic legitur, *In die mandavit Dominus misericordiam suam*, et nocte *canticum ejus apud me*. Ethac oratio Domini etc., quasi dicat: Percipio misericordiam bei etc., in dio naturali, vel adversitatis: in nocte canticum Dei, et oro iterum, *Deo vita mea*: et haec est planior: tamen secundum quod *Glossa* exponit, exponatur et dicamus, *Apud me oratio*, ubi proponit orationem: et facit circa hoc tria. Primo describit modum orandi; secundo orationis tempus; tertio orationis effectum. De oratione duo dicit: qualiter se habeat ad orandum: quia aliquando orat homo, et oratio ejus non est apud Deum, quando non orat per se, sed ut videatur quasi in publico. Matth. vi : *Tu autem cum oraveris etc.* Secundo qualiter se habeat ad eum quem orat, quia, *Deo vita mea*, scilicet naturalis vita auctori. I Reg. ii : *Dominus mortificat et vivificat*. Item vita gratiae. Ipse est vita tua: quia anima vivit per gratiam per hoc quod vivit Deo. Item vita gloriae. Psal. xxxv : *Apud te est fons vita*. Consequenter ponitur oratio, et, *Dicimi Deo susceptor meus es etc.* In qua duo facit. Primo gratias agit de beneficiis percisis; secundo querit rationem de malis que patitur. Primo debet

<sup>1</sup> Al. : e id est quilibet homo vocatur. \*

homo praemittere quia non est gratus de beneficiis perceptis, ideo indignus est de percipiendi. Sap. xvi : *ingrati spes etc.* Et ideo dicit, *Susceptor meus es.* Hieronymus habet, *Petra mea es, idest fortitudo.* Et ideo susceptor dicitur ad defendendum. Psal. iii : *Tu noster Domine susceptor meus es etc.* Vel, *Susceptor meus es, idest naturae meae.* Isa. xlvi : *Ecce servus meus, suspicium illum.* Vel *susceptor meus in baptismo.* Ps. xvii : *Assumpsit me de aquis multis.* Et si susceptor es, miror de malis quae patior. Et primo inquirit rationem de malis; secundo proponit quadam quae sunt signa unius et causa alterius, ibi. *Dum affligit.* Ex malis duo considerat. Unum ex parte Dei : scilicet quod esset ejus oblitus. Aliud ex parte sui, quia premebat tristitia. Ex parte Dei, quia permittebat eum affligi : et ideo dicit : *Quare oblitus es mei, quia olim sic suscepisti me.* Isa. xlix : *Dominus oblitus est mei.* Sed in rei veritate non est oblitus ex parte sui qui affligeatur : unde dicit, *Et quare contristatus incedo,* idest quae est causa qua das me tristitia? Psal. xxxv : *Tota die contristatus ingrediebas, dum affligit me inimicus.* Hic ostendit dolorem quem patitur ab adversarii : et assignat effectum persecutionis; quasi dicat: Haec est causa quare contristatus incedo, quia affligor ab inimicis quandoque a temporalibus, quandoque a spiritualibus. Matth. xiv : *Inimicus homo hoc fecit.* Causa doloris seu effectus est, *Dum confringunt ossa mea.* Ossa Ecclesiast sunt fortes, ut praelati et viri perfecti. Et quandoque per adversarios temporales,

quandoque per tentationes affliguntur. Psal. xxi : *Diminuererunt omnia ossa mea.* In quolibet homine qualibet virtus est sicut quoddam os : et si contingat justum castum cadere, confringitur os ejus. *Exprobaverunt mihi,* scilicet verbis injuriosis. Jer. xx : *Factus sion in derisum tota die, omnes subsannarent me.* Et hoc improperium est gravissimum. Tanto quis gravius fert improperium, quanto fit sibi de re de qua gloriatu confidit. Iste autem maxime gloriatu de Deo : et ideo hoc opprobrium est sibi gravissimum. Et ideo inimici mei, *Dicunt mihi per singulos dies, ubi est Deus tuus?* Psal. xii : *Ne quando dicat inimicus etc.* *Quare tristis es etc.* Hic ostendit orationis effectum. Et oratio habet duplice effectum. Unus est expulsio tristitiae. Alius est augmentum spei. Primus effectus est, quia per orationem ascendit mens hominis in Deum : et quia Deus est summe bonus; quando anima inheret ei, sentit delectationem maximam, et delectatio pellit tristitiam vel diminuit : et ideo dicit, *Quare tristis es etc, ex quo oravi.* Et hoc expositum est supra. Alius effectus est, quia crescit in spe : quia si rex admittit aliquem ad familiare obsequium et colloquium, assumit fiduciam petendi et obtinendi. In oratione autem homo specialiter loquitur cum Deo. Psal. xxvi : *In ipso speravit cor meum etc.* et ideo subdit, *Spera in Deo;* et hoc expositum est supra.

### PSALMUS DAVID XLII

#### 1. In finem.

*Judica me Deus, et discerne causam meam de gente non sancta : ab homine iniquo et dolose erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea : quare me repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?*

2. Emitte lucem tuam, et veritatem tuam : ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui beatificat juventutem meam. Confitebor tibi in cythara, Deus meus : quare

tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : salutem vultus mei et Deus mens.

1. In praecedenti Psalmo David narravit suum desiderium ; nunc autem adhibet orationem ad impletendum desiderium. Et primo ponit orationem ; secundo effectum ejus, ibi, *Quare tristis es.* Circa primum duo facit. Primo proponit orationem in

generali; secundo in speciali, ibi, *Ad hominem iniquo*. Et primo petit judicium; secundo judicii effectum. Petit ergo, *Judica me Deus*.

Sed videtur presumptionis esse: quia ipse dicit, *Non intres in judicium etc.* Ps. cxlii.

Respondeo. Dicendum, quod est duplex judicium: scilicet severitatis, et misericordiae seu aequitatis. Primum est, quando attenditur solum res et non conditio; et hoc est timendum. De hoc dicit Psal. cxlii: *Non intres in judicium etc.*, quia justitiae nostrae nihil sunt in conspectu Dei, ut dicitur Isa. lxiv. Et hoc *judicium est siue misericordia*, ut dicitur Jacob. ii: Secundum est, quando consideratur non solum natura rei, sed conditio personalis. Psal. cu: *Misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognovit figuratum nostrum*. Et hoc petit. Vel aliter. Est duplex judicium: scilicet discussio, cum merita discutiuntur: et hoc non petit hic, quia discussio est timenda. Job ix: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parces delingenti*. Aliud est discretionis, scilicet separatio- nis a malis: et hoc petit; et ideo subdit, *Et discerne causam meam*. Et hoc refertur ad praesentem statum: et sic petimus discerni a malis, etsi non loco, saltem causa. Nulla enim sunt communia nobis et eis: quia loens est eventus fortunae, sed causa non, quia eisdem rebus alter utuntur boni et alter mali: quia in adversis boni rutilant per patientiam, mali vero fumant per impatientiam. Si vero ad futurum judicium referamus, petimus distingui: quia causa malorum judicabitur ad condemnationem, bonorum ad salutem. In speciali autem petit judicare quantum ad duo: videlicet quantum ad liberationem a malo, et quantum ad promotionem in bono. Petit ergo liberari a malo, vel praesenti vel futuro; unde dicit, *Ab homine iniquo et doloso erue me*. Homo iniquus dicitur diabolus. Matth. xii: *Inimicus homo hoc fecit*. Vel alius homo seductor, sive injustus qui enique. Et dicitur iniquus ille qui iustitiam intendit aperte: dolosus vero propter occultam fraudulentiam. Prov. xi: *Dolus in corde cogitentium mala*.

Ab his ergo liberatur quis dupliciter. Uno modo, ut non seducatur occulta dolositate. Alio modo, ut non opprimatur adversitate, *Quia tu es Deus meus*. Hic ponitur ratio liberationis; et est duplex: una ex parte Dei qui potest; unde dicit, *Tu es fortitudo mea*. Isa. xu: *Fortitudo mea et laus mea Dominus*. Et dicitur fortitudo nostra effective, quia ab ipso est. Isa. lv: *Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat*. Alia ratio est ex parte sua, scilicet malorum que patitur. Quadam mala patimur secundum opinionem, quia cum sumus in adversitatibus, videmur repulsi a Deo; unde dicit, *Quare me repulisti?* Sed *non repellet Dominus plebem suam*, Ps. xciv. Et sic est tantum opinatum malum hoc. Aliud est verum; unde sequitur, *Quare tristis incedo?* tristis scilicet vel tristitia secundi, quae mortem operatur: et sic est sensus: *Quare tristis incedo*, scilicet temporaliter, *Dum affligit me inimicus*, homo malus, temporaliter. Vel, *Tristis incedo*, tristitia bona quae operatur penitentiam in salutem. Et sic est sensus, *Quare tristis incedo*, tantum; quia etiam latitia adjungenda est penitentiae.

2. *Emitte*. Hie ponit promotionem in bono. Et primo petit divina bona quibus promovetur; secundo petit promotionem pro illa. Petit autem duo bona: lucem et veritatem. Ad Deum pervenitur passibus mentis, et per cognitionem. Heb. iv: *His promittitur introitus qui credunt*. Duo sunt necessaria cognitioni: scilicet lux, et cognitum. Eph. v: *Omne quod manifestatur lumen est*. Et ideo duo petit: scilicet lucem et veritatem: ad quae per me non valeo venire. Et ideo dicit, *Emitte lucem tuam et veritatem tuam*. Idem est lux et veritas hie, quia accipiuntur pro Christo, *Emittet lucem tuam*, idest Christum. Joan. i: *Erat lux vera etc*. Et veritas, Joan. xiv: *Ego sum via veritas tuam*, quia ipse Christus veritas et vita; quasi dicat, Deus Pater emitte Christum. Vel lux hic accipitur pro lege, quia Prov. vi: *Mandatum Domini lucerna, et lex lux*. Et veritatem, idest novum testamentum. Consequenter ponitur promotio in bono. Et ponit primo directionem in ae-

cedendo, ibi, *Ipsa me duxerunt*, scilicet lux et veritas me<sup>1</sup> duxerunt ad te. Vel, *deduxerunt*, idest abstraxerunt a malis et *adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.* Ille oratio respondet desiderio praecedentis Psalmi, *Transibo in locum etc.* Et quia adhuc non sufficit, peto adduci per Deum ad montem etc. Jerusalem erat in pede montis latere Aquilonis. Et sic primo perveniebant ad montem qui illuc ibant. Secundo ibant ad habitationem. Tertio ad locum sacrificii, scilicet altare. Et etiam ibi non quiescet spiritus mens, sed ascecidit ad Deum; et ideo dicit, *Adduxerunt me in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua*, idest ad habitationem. Et iterum non quiescit ibi, sed vadit ad domum Dei, idest ad altare. Ideo dicit, *Introibo ad altare Dei*; et non quiescit ibi ne videatur idololatria, sed vadit ad Deum. *Qui letificat juventutem meam.* Mystice autem in monte et in tabernaculo Ecclesia praesens designatur, vel Ecclesia coelestis; quasi dicat: *Deduxerunt me in Ecclesiam tuam.* Isa. ii : *Erit preparatus mons dominus Domini in vertice montium etc.* Et tabernacula, idest diversitates sanctorum, quae sunt quedam peregrinationes super terram; Heb. xi. Et haec Ecclesia dicitur porta cœli. Gen. xxviii : *Non est hic aliud nisi domus Dei et porta cœli.* Et ideo etiam dicitur altare Dei, idest ipse Deus. Apoc. xxi : *Ipse Deus est templum*: quia omnia sacrificia spiritualia sunt offerenda in Deo, non in re terrena. Et ibi erit letitia. Isa. lxvi : *Videbitis, et gaudebit, cor vestrum.* Matth. xxv : *Intra in gaudium Domini tui.* Et ideo dicit. *Lætitificat juventutem meam*: idest erit ibi renovatio et juventus: quia, ut dicitur Eph. iv, *Omnis apparebit in mensuram aetatis plenitudinis Christi*: et ideo dicit, *juventutem.* Psal. cii : *Renovabitur ut aquila juventus tua.* Et hunc Psalmum dicunt presbyteri eam accedunt ad altare: quia

haec duo, scilicet letitia et renovatio, sunt necessaria illis qui ad coeleste altare accedere volunt. Levit. x : *Quomodo potuit comedere aut placere Domino in criminis mente lugubri?* Item non est ibi vetustas peccati. I Joan. ii : *Scribo vobis iurenes.* Vel totum quod dictum est referatur ad coelestem patriam, in qua desiderio debemus stare, et ad illam desideranter pergere: et hoc designat cum dicit, *In montem sanctum tuum.* Exod. xv : *Introduces eos, et planabis in monte hereditatis tuarum*; quia est ibi stabilitas status. Item est ibi societas sanctorum; unde dicit: *Et in tabernacula tua Num. xxiv : Quam pulchra tabernacula tua, Jacob etc.* Psalm. lxxxiii : *Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutem.* Et dicuntur tabernacula, quia licet siut homines cives secundum gratiam, tamen secundum conditionem humanae nature sunt ibi hospites. Tertio altare designat humanitatem Christi. Isa. xxxiii : *Regem in decore suo videbunt.* Et Christus dicitur altare Dei. Heb. ult. : *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserunt;* quia sicut omnia sacrificia carnalia offerabantur in altari ita omnes orationes offeruntur per Christum. Unde omnis oratio terminatur, per Christum Dominum nostrum. Sed quia non est quies in humanitate, ideo ulterius tendit ad divinitatem: unde dicit. *Ad Deum etc.* Job. xxu : *Super omnipotentem deliciis afflues, et elevabis ad Deum faciem tuam.* Effectus orationis est confessio landis; unde dicit: *Confitebor tibi in cythara, Dens:* et hoc dicit propter affectum: quia Isa. li : *Gaudium et letitia invenietur in ea.* Et dicit, *In cythara*, ad differentiam psalterii; quia psalterium sonat a superiori, sed cythara ab inferiori; unde, *Confitebor in cythara*, quia sumus liberati a malis mundi. Et psalterio, quia consequuti sumus illa gaudia superna. *Quare tristis etc.* Totum hoc quod sequitur, expositum est supra in praecedenti psalmo.

<sup>1</sup> Al. : « idest. »

## PSALMUS XLIII

## 4. In finem pro filii Core intellectus.

Deus, auribus nostris audivimus : patres nostri annuntiaverunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum, et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit, et plantasti eos : afflixisti populos et expulisti eos : nec enim in gladio suo possederunt terram : ei brachium eorum non salvavit eos. Sed dextera tua et brachium tuum, et illuminatio vultus tui : quoniam complacuerunt in eis.

2. Tu es ipse rex meus, et Deus mens, qui mandas sautes Jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu : et in nomine tuo spernemus insurges tes in nobis.

3. Non enim in aren meo sperabo, et gladius meus non salvabit me. Salvasti enim nos de afflictu gentilium nos, et odientes nos confudisti.

4. In Deo laudabimus tota die ; et in nomine tuo confitebimus in seculum.

5. Nunc autem repulisti et confudisti nos, et non egredieris, Deus, in virtutibus nostris.

6. Avertisti nos retrosum post inimicos nostros : et qui oderunt nos, diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oves escarum : et in gentibus dispersisti nos. Videntissimi populum tuum sine pretio : et non fuit multitudo in commutationibus eorum.

7. Posuisti nos opprimum vicini nostri, sub sannationem et derisione his cuius in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentilium : commotionem capitis in populis.

8. Tota die verecundia mea contra me est, et confusio facies mea cooperat me. A voce exprobrantis et obloquentis ; a facie inimici et persequentiis.

9. Hic omnia venerunt super nos, nec oblitus sumus te : et inique non egimus in testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum : et declinasti semitas nostras a via tua.

10. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperasti nos umbra mortis. Si oblitus sumus nomen Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad Deum alienum. Nonne Deus requiret ista ? ipse enim novit absconditus cordis. Quoniam propter te mortificariemus tota die, astinuimus sumus sine oves occisionis.

11. Exurge, quare obdormis Domine ? exurge, et ne repellas in finem. Quare faciem tuam avertis, oblivisceris iniquas nostras, et tribulationes nostre ? Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra : conglutinatus est in terra venter noster. Exurge Domine, adjuva nos : et redime nos propter nomen tuum.

4. Supra Psalmista ostendit desiderium sumum ad Deum ; hic autem procedit ad orandum, contra afflictiones totius populi. Titulus. *In filii Core ad intellectum.* Filii Core sunt filii passionis Christi ; et hi sunt proprie martyres quia Christum

imitantur. I Petr. ii : *Christus passus est pro nobis etc.* Et ideo convenit proprie martyribus. Verum est quod a Deo dantur omnia bona, temporalia et spiritualia. Temporalia sunt minora bona, spiritualia autem sunt majora. Pater parvis filiis dat parva, magna vero dat perfectis. Et sic Deus facit ; nam quando homines erant in statu parvulorum, dedit eis parva, idest temporalia, sicut patet in veteri testamento. Gal. iii : *Eraint sicut parvuli sub pedagogo,* idest sub observantibus legis. Isa. i : *Si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis;* sed jam perfectis in novo testamento non promittuntur temporalia, sed duræ afflictiones ; et hoc sub spe spiritualium. Luc. vi : *Beati critis cum vos oderint homines etc.* Et sic est intentio prius retrahere homines novi testamenti ab appetitu terrenae prosperitatis promissa in veteri testamento. Dividitur ergo Psalmus iste in tres partes. Primo agitur de prosperitate præterita. Secundo de adversitate praesenti, ibi, *Nunc autem repulisti.* Tertio petitur auxilium contra eas, ibi *Eurge.* Cirea primum dno facit : primo enumerat beneficia antiquis collata ; secundo ostendit se habere spem majorum, ibi, *Tu es ipse.* Cirea primum tria facit : primo premittit auditum beneficiorum ; secundo temporis, ibi, *Opus quod* ; tertio ponit ipsum beneficium, ibi, *Manus tua.* Cirea primum primo proponit modum audiendi ; secundo a quibus audierunt. Præmittit autem invocationem divini nominis, cum dicit, *Dns.* Et hic Psalmus procedit per modum orationis, que est ascensus mentis in Deum. Vel quia in isto Psalmo agit de prosperis et adversis. In adversis homo respectum habet ad Deum, sicut ad defensorem. Psal. cix : *Ad Dominum cum tribularer etc.* In prosperis cum gaudio invocat Deum Ec. xxvi : *Sicut sibiens cum gaudio ingreditur ad fontem Audiemus.* Auditus necessarius est ad sapientiam. Ec. vi : *Si dilexeris audire, sapiens eris, et etiam est necessarius sapienti.*

Prov. i : *Audiens sapiens sapientiam erit.* Similiter cuiuslibet est necessarius : quia nullus est sufficiens ad excogitanda omnia que ad sapientiam pertinent ; et ideo nullus ita sapiens est quin instratur ab alio : quia si audit bona, juvatur recipiendo ; si audit mala, juvatur cognoscendo meliora. *Auribus nostris.* Auribus suis audit, qui audit auribus subjectis rationi. Unde homo dicitur, inquantum habet rationem. Quando aures sunt subjectae rationi, sunt humanæ ; quando non subiectantur rationi, sunt brutales. Luc. viii : *Qui habet aures audiendi, audit.* idest consideret. *Patres nostri annuntiaverint nobis.* Ille ostendit quod audivit ab illis qui volnerunt docere veritatem, quia patres sunt. Deut. xxxii : *Interroga patres tuos etc.* Item qui potuerunt docere veritatem, quia antiqui. Job. xn : *In antiquis est sapientia.* Opus quod operatus est in diebus eorum. Ille ponit tempus in quo ista audivit. Quaedam beneficia sunt antiqua quæ ipsi viderunt ; unde dicit, *Et in diebus antiquis. Manus tua.* Ille ponit ipsum beneficium. Secundo ponit beneficij ordinem, et beneficij causam. In beneficio consideramus opus, et fructum operis. Opus divinarum virtutis est, quia expulit ante eos gentes ; unde dicit, *Manus tua,* idest potentia tua. Nam per membra in Deo signatur actio quam exercemus per ipsa. *Gentes disperdidit,* habitantes in terra promissionis destruxit etiam corporaliter. Ps. lviii : *Disperge illos in virtute tua.* Fructus est quia ipsi successerunt eis. Job. xxxiv : *Contrect multos et innumerabiles, et strare faciet alios pro eis.* Propterea dicit, *Et plantasti eos.* Exod. xv : *Introduces eos et plantabis etc.* Quod plantatur, radicatur ut faciat fructum. Isa. v : *Expectavi ut facaret uas, et fecit labruscas.* Affixisti populos. Ille est modus et ordo beneficij : quia non statim fuit delecta, quia terra fuisse inulta, et bestiae multiplicatae ; et ideo paulatim eos consumpsit ; unde dicit, *Affixisti populos,* et per bella, et per bestias, et scrabrones. Josne. xxiv : *Misi ante vos scrabones,* Sap. xii : *Misisti antecessores exrcitus tui vespas.* Et repulisti eos, ita paulatim eos affligens. Psalm. lxxvii : *Eject*

*a facie eorum gentes. Non enim in gladio suo possederunt terram.* Ille ponitur causa beneficij. Et primo excludit causam opinatam : secundo ponit veram causam. Causa opinata posset esse fortitudo populi, quod expulserent eos ; et ideo removens hoc dicit, *Non in gladio suo etc.* Duplex est fortitudo hominis : una est experientia armorum : et hanc excludit, *Non in gladio suo possederunt terram.* Judith. vii : *Fili Israel non confidunt etc.* Et sequitur ibidem : *Vicerunt non cum gladio.* Alia est virtus naturalis ; et hanc excludit dicens, *Et brachium eorum non salvarit eos,* idest potestas eorum. Ps. xxxii : *Non salvatur rex per multam virtutem.* Deut. xxxii : *Ne dicerent : manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hec omnia.* Causa vero est, quia a Deo factum est ; unde dicit, *Sed dextera tua etc.* Et ponit quatuor : tria ad executionem, quartum ad effectum pertinet. Si rex vult juvare aliquem, tria facit ei. Primo dat ei favorem ; secundo impedit auxilium operis. Tertio dat consilium in dirigendo. Sic fecit eis Deus. Primo enim fuit eis favorabilis, et dedit eis prosperitatem : et haec signatur in dextera, per quam signatur prosperitas. Exod. xv : *Manus dextera tua magnificata est.* Item dedit eis auxilium : et hoc signatur in brachio. Luc. ii : *Fecit potentiam in brachio suo.* Tertio direxit eos, ibi *Et illuminatio cultus tui,* idest directe procedens a providentia tua. Quartum pertinet ad effectum, *Quoniam complacuisti in eis :* quasi dicat : Quare fecit nobis ista ? Numquid propter merita nostra ? Non. Deut. ix : *Ne dicas in corde tuo cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo : propter justitiam meam introduxit me Dominus ut possiderem terram hanc.* Sed hoc fuit propter gratiam Dei. *Quoniam complacuisti etc.* ; idest placitum tibi fuit, o Deus, in eis. Matth. xi. *Quoniam sic placitum fuit ante te.*

2. *Tu es ipse.* Ille ponitur spes quam habet du majori beneficio, quæ consurgit ex spe ipsius Dei. Et ideo tria facit. Primo proponit causam speci secundo fiduciam, ibi, *In te inimicos* ; tertio gratiarum actionem, ibi, *In Deo laudabimus.* Circa primum tria facit. Primo ponit im-

mutabilitatem Dei ; secundo gubernationem ; Tertio experientiam divini auxillii. Dei immutabilitatem ostendit, quia Deus fecit hoc patribus, et iterum quia virtus ejus non est diminuta, et ideo facere etiam majora potest ; unde dicit, *Tu es ipse rex natus et Deus meus*, qui non es diminutus. Item ad te etiam pertinet cura hominis sicut tunc : unde dicit : *Rex meus*, qui defendis et gubernas : *Et Deus meus*, qui provides mihi. Deut. vi : *Audi Israel etc.* » Ergo confido sicut et illi confisi sunt. Item experientia, quia tu solus es qui salvas ; unde dicit, *Qui mandas salutes Jacob*. Et hoc dicit, quia olim salvabat per alios, sed hic ipsem salvat. Isa. xxv : *Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, et veniet et salvabit nos. In te inimicos nostros*. Ille ponit fiduciam quam habet de Deo. Et primo proponit quod sperat ; secundo ostendit quod illud attribuit Deo ; tertio ponit causam. Sperat autem auxilium contra inimicos, contra quos habet duplex auxilium : unum ut vinct hostem ; et quantum ad hoc dicit, *In te*, idest in tua virtute, non in nostra, *Ventilabimus cornu*, idest inimicos nostros, vel in praesenti, vel in futuro. Et dicit, *Cornu*, similitudinaria, quia virtus impugnativa bovis est in cornu. Et dicit : *Ventilabimus*, quia in area separantur paleae a frumento, sicut in iudicio mali anterentur, et boni remanebunt. Aliud auxilium est quod non vincatur ab hoste ; et quantum ad hoc dicit, *In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis*, idest per virtutem tuam spernemus omnes hostes nostros in futuro, vel in praesenti, quia nihil potuerunt nobis nocere.

3. *Non enim*. In praecedenti versu Psalmista posuit spem repulsionis hostium ; hic autem rationem dictorum ostendit, scilicet quod dixit : *In te inimicos nostros*, Et ideo ostendit quod non sperat in se ipso : quia *Nque in arcu*. Nam I Reg. ii, dicitur : *Arcus fortium superatus est*. Item non sperat etiam in gladio : unde *Et gladius meus non salvabit me* : Psal. xxxiv : *Gladius eorum confringatur*. His enim duobus pugnatur : scilicet aren ad distantes : unde per areum designatur astutia hominis per *quoniam* homo in futu-

ro sibi providet ; quasi dicat : Non spero in mea providentia. Gladio pugnatur ad propinquos : in quo designatur potentia ; quasi dicat : Nec in potentia mea spero, sed in te. Unde habes hanc spem ? Ex Deo. Et ostendit per experientiam. *Salvasti enim nos ex afflictionibus nos* : vel in praesenti : quia etsi corporaliter nobis noceant, spiritualiter tamen nocere non possunt ; vel in futuro. Sancti duplicerunt affliguntur : quandoque in corporalibus, verbis vel factis : I Reg. i : *Affligebat quoque eam amula ejus*. Quandoque affliguntur spiritualiter, quando peccant illi qui habitant apud eos. Et ab his afflictionibus liberantur a Doo. Et *videntes nos confundisti*, dum non possunt consequi contra nos intentum sum : et confunduntur hic, et confundentur in futuro : Isa. xli : *Ecce confundentur et erubescunt omnes, qui pugnant adversum te*.

4. *In Deo*. Ille ponitur gratiarum actio. Et primo ponit laudem, qua ipsi laudabuntur. Secundo ponit laudem, qua ipsi laudabunt : nam in patria laudabunt et laudabuntur : ideo dicit, *Tota die*, idest aeternitate : et haec laus est sancta, quia nou est in seipsis, sed in Deo : Hier. xvii : *Lauda mea tu vs* : Psalm. cl : *Laudate Dominum in sanctis ejus*. Item erit continual, quia, *Tota Die*, aeternitas : Ps. lxxxiii : *Melior est dies una in atrii tuis super millia* : laudabuntur, dieo a Christo : Matth. x : *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor etc.*, idest laudabo eum, *Coram Patre meo*. Hieronymus habet, *In Deo laudabunt*, quia sancti in patria laudabuntur. Denique considerando bonitatem ejus, et confitebuntur, gratias agentes de benelliis.

5. *Nunc autem*. Ille ponit adversitatem sanctorum novi testamenti. Et primo ponit adversitatem quam patientur. Secundo ponit eorum patientiam et firmitatem, ibi, *Hoc omnia venerunt super nos*. Circa adversitatem autem sanctorum primo tangit adversitatis causam : scilicet subtractionem divini auxillii. Secundo tangit ordinem, ibi, *Avertisti nos*. Sanctus homo tria habet in Deo : scilicet confugium : Ps. lxxxix : *Domine, refugium factus es*

*nobis* : Prov. xviii : *Turris fortissima nomen Domini*; ad ipsum currit justus, et exaltabitur. Secundo habet in Deo gloriam : Ps. iii : *Tu es gloria mea*. Tertio ipsum auxilium : Ps. cxx : *Auxilium meum a Domino*. Quandoque autem in exterioribus videtur quod homo non habeat in Deo refugium : et ideo dicit, *Nunc autem repulisti nos* : quia olim eras refugium : et hoc, inquantum non defendis nos ab impelleente : Thre. 2 : *Repulit Dominus altare suum* : non tamen quantum ad interiora repulit, quia *non repellit Dominus plebem suam*, Ps. xciv. Item non es gloria mea, quia, *Confudisti nos*, videris nos in exterioribus confundere, quando sustines nostram confusionem. Item solebas consiliari et auxiliari : sed modo non facis, quia, *Non egredieris Deus in virtutibus nostris*. Et loquitur ad modum ducis. Consuetudo erat in veteri testamento, quod quando Deus auxiliabatur populo pugnanti, tunc Deus egrediebatur ante populum : Habac. iii ; *Egressus es in salutem populi tui etc.* Hoc autem non signat motum localem in Deo, sed processionem pro videntiae ejus ad exteriora. Nunc autem non egreditur Deus, dum permittit nos succumbere hostibus. Et hoc facit ut abducat nos a terrenis, quia si semper esset prosperitas in rebus temporalibus, homo serviret Deo pro eis. Et si hoc esset intentio nostra, frustraretur in istis. Ut ergo amor noster non sit mercenarius, et intentio nostra non referatur ad corporalia, subtrahit hoc suis amicis.

6. *Avertisti*. Ille ponitur ordo adversitatis sanctorum virorum, quantum ad duo : scilicet quantum ad consolationem quam non habent, et quantum ad afflictionem quam patiuntur. Homines qui vadunt ad bellum fugiunt, capiuntur, occiduntur, disperguntur, et vndeuntur. Quantum ad primum dicit : *Avertisti nos retrorsum post inimicos nostros*, id est fecisti nos fugere : Deut. xxviii : *Per maniam egredieris contra eos*, scilicet inimicos, et *Per septem fugies*. Hoc maxime pertinet ad sanctos martyres, quia in persecutione aliqui non valentes sustine-

re, aversi sunt a fide : II Pet. ii : *Melius erat ei cuiam justitiae non cognoscere, quam post cognitionem retrosum converti*. Aliqui fugiebant : Matth. x : *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Quantum ad secundum dicit, *Et qui oderunt nos diripiebant sibi* : Tob. iii : *Traditi sumus in directionem* : Isa. xlii : *Ipse autem populus direptus, et vastatus est*. Hoc etiam contingit sanctis : quia aliqui direpti sunt a diabolo, scilicet qui negaverunt fidem : item aliqui capti ab hostibus qui fugiebant. Quantum ad tertium dicit, *Facti sumus opprobrium* : et hoc quia occiderunt nos corporaliter. Quantum ad quartum dicit, *Et in gentibus dispersisti nos*, quia ad litteram Iudeis sic accidit : Deut. 28 : *Dispergeremini in omnem ventum etc.*; similiter sancti martyres dispersi sunt. Quantum ad quintum dicit, *Venidisti populum tuum sine pretio* : quia ita occisi sunt martyres sine pretio, scilicet magno. In quo ostenditur quod habebantur viles : Isa. liu : *Gratis venimuli estis, et non fuit multitudo in commutationibus eorum*. Hieronymus habet, *Non fenerasti*. Fenerator dat modicum, et accepit multum ; quasi dicit : Non multi sunt qui lucrati sunt ibi, quia pauci tunc conversi fuerint ; unde plures mortui quam converterentur. Vel, *Non fuit multitudo*, aliorum qui in morte illorum psallerent Deo : Thre. i *Vix Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem*.

7. *Posuisti*. Supra Psalmista posuit oppressionem sanctorum ; hic vero ponit eorum vilificationem : et primo ponit vilificationem quam exterius passi sunt. Ostendit secundo quid ex hoc efficitur in corde, ibi, *Tota die verba mea*. Cirea primum ponit processum vilificationis ex parte utilitatis<sup>1</sup> hominum, et ex parte utilitatis rei. Ex parte utilitatis hominum est, quod primo dicitur alieni opprobrium, scilicet quod est latro vel adulter. Secundo patitur hoc in derisionem. Tertio crescit in fabulam, id est in infamiam. Ex parte personarum, quia primo a suo socio ; secundo transit ad alios ; tertio divulgatur. Et hoc dicit quantum ad primum, *Facti*

<sup>1</sup> Al. : « utilitatis, » et sic infra.

*sumus opprobrium viciniis nostris, idest fratribus et consanguineis; quia sancti vocabantur sacrilegi, homicide, vel alia huiusmodi.* Et haec illusio fit mutu: unde dicit: *Subsauationem.* Et verbo; unde dicit, *Et derisum.* Subsauatione est, quando rugato naso deridet aliquis. Deriso, quando cum ludo, vel letitia loquitur quae ad vituperium pertinent: *Jer. xx: Factus sum in derisum; tota die omnes subsannant me.* Et dicit, *His qui in circuatu nostro sunt, quasi, non solum vicini, sed jam ad alios devoluti sumus in vituperium et opprobrium nostrum.* Sic etiam sancti martyres fuerunt ab omnibus derisi: *I Cor. iv: Tanguam purgamenta hujus mundi facti sumus.* Quantum ad tertium irridentur: quia homines loquuntur de eis ut cantant; unde dicit, *Posuistis nos in similitudinem gentibus.* Quando malum infertur alieni, vertitum in parabolam, et dicitur: Ita accidat tibi sicut tali. Et sic qui male tractatur, ponitur in opprobrium. Forte aliqui dicebant: sic contingat tibi, sicut Laurentio et aliis: et ideo dicit, *Posuistis nos in similitudinem gentibus, idest in exemplum mali et opprobrii: Job. xvii: Posuit me quasi in proverbiu rulgi, et exemplum sum coram eis: III Reg. ix: Erit domus ista in exemplum.* Item fit hoc facto et mutu; unde dicit, *Commotionem cupidis in populis: Matth. xxvii: Prætereventes blasphemabant eum moventes capita sua: Ps. xxi: Locuti sunt labiis, et moverunt capit.* Vel, *Posuistis, idest in similitudinem Christi, idest hoc nobis pati fecisti, quod Christus passus est;* quasi dicas: Sicut gentes moverunt Christo capita sua blasphemantes ita fecerunt nobis.

8 *Tota die.* Illic agit quid ex exteriori opprobrio nascatur in corde. Et primo ponit verecundiam. Secundo subdit causam ibi: *A voce.* Primo ponit verecundiam, et dicit, *Tota die verecundia mea contra me est, idest in conspectu meo.* Vel *Contra me,* idest continue est contra id quod debetur mihi, scilicet honorem qui debetur virtuous. Verecundia, secundum Philosophum, est timor de turpi. Est autem turpitudine duplex. Prima secundum veritatem;

et haec est turpitudine peccati: et verecundia de tali non cadit in virtuosos, quia non habent in se conscientiam de peccato<sup>1</sup> de quo verecundari possint: sed cadit in malos; *Rom. vi: Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis?* Alia turpitudine est secundum estimacionem, scilicet quod patiatur exterius abjecta vel opprobria: et haec est etiam in in perfectis viris: et de hac dicit hic, *tota die etc.* Signum est rubor in facie. Verecundia est timor confusionis; et passio haec concitat spiritus vitales, et ideo alteratur sanguis. Et invereundi sunt pallidi, et verecundi sunt rubeci. Tam eu timidi qui timent mortem, sunt pallidi, sed non qui timent opprobrium. Et ratio est: quia natura retrahit se ad locum ubi est defectus; unde quando timet de vita, sanguis et spiritus retrahunt se ad principium vitae, scilicet cor. Quando vero timet aliquid exterius, spiritus et sanguis retrahunt se ad exteriora. Dicit ergo, *Et confusio faciei meæ cooperavit me,* idest induit vultum meum rubidine. Et dicit, *Confusio faciei meæ,* quia nascitur in facie; sed quando est ita magna quod cooperiat totum corpus, causatur ex concitatione et vilificatione. Quantum ad secundum dicit, *A voce exprobantis.* Exprobatio est quando ingeritur alieni impropter in faciem: *Ps. c: Tota die exprobabant mihi etc.* Obluctio est occulta detracatio: *Eccel. x: Si mordet serpens in silentio, nihil minus ab eo qui occulte detrahit.* Sie factum est sanctis tempore persecutionis: nam Maximus fecit comprehendi malas mulieres, et confiteri quod Christiani mala fecissent cum eis; unde dicit, *A voce exprobantis.* Exprobaverunt etiam Christo, et in se et in membris. Et ideo dicit, *A facie inimici et persequantis.* Et ideo dicit, *Inimici,* quia odium est causa persecutionis: *I Cor. iv: Persecutionem patimur, propter justitiam, et sustinemus.*

9. *Hac omnia.* Illic ostendit eorum perseverantiam in bono. Et proponit eorum stabilitatem in duobus. Homo persistere debet in his que pertinent ad fidem, et in bona operatione. Et dicit quod prop-

<sup>1</sup> Ali: a conscientiam peccati.

ter haec omnia que venerunt super nos, id est propter omnes praeditas adversitates, neque fidem in corde diminiserunt; unde dicit, *Nec oblitis sumus te*: Ps. lxxxvii: *Omnis fluctus tuos etc.* Neque diminiserunt cultum divinum, unde sequitur, *Et ini que non egimus in testamento tuo*, id est, neque diminisimus notitiam quam habemus de te per fidem. *Neque testamentum tuum.* Testamentum Dei est pactum initium eum eo in lege et in baptismo: unde qui facit contra observantiam divini cultus, tunc facit iniuriam contra testamentum Dei. Et hoc non fecerunt martyres. Hieronymus habet, *Et non sunt mentiti in te*, quia scilicet nec verbo contra eum offendebant: Eecl. xi: *Sta in testamento tuo.* Item sunt stabiles in bonis operibus justitiae, que ex recto corde procedunt: et ideo dicit, *Non recessit retro cor nostrum*, per dimissionem charitatis: Lue. ix: *Nemo mittens manum ad aratrum etc.* Isa. I: *Ab alienati sunt retrorsum*, scilicet peccatores. Sed caritas martyrum in nullo diminuta est, quantum ad ipsa opera. Et dicit, *Non declinasti semitas nostras via tua*: quasi dicat: Non permisisti quod actiones nostrae declinarent a via iustitiae tuae. Isa. xxx: *Huc est via, ambulate in ea.* Vel, *Declinasti*, secundum aliam litteram, *Semitas nostras*: id est semitae nostra sunt, ad quas inducit nostra natura secundum se, scilicet secundum conenpiscentiam. Et sic quia ducit ad vias cordis nostri, in quibus non est ambulandum, repulisti tales vias a via tua.

10. *Quoniam.* Supra Psalmista posuit mala que patiuntur sancti, et eorum constantiam; hic autem rationem eorum que dicta sunt. Et potest hoc cum premissis continuari duplificiter, secundum duos sensus dictos, ibi, *Declinasti semitas*, id est vias quibus querimus quae carnis sunt: et secundum hoc continuatur sic; quasi dicat: Non permisisti nos declinare in his que sunt carnis, *Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis*, id est mundi: Eecl. 1: *Vidi cuncta quae sunt sub sole, et ecce omnia vanitas.* Et in hoc humiliavit Deus sauctos duplificiter: scilicet humilia-

tionem virtutis: Ps. xxxiv: *Humiliabam in jejunio animum meum*, et humiliatione coactionis: Ps. civ: *Humiliaverunt in compedibus etc.* Quantum ad secundum dicit, *Et cooperavit nos umbra mortis*, id est indicium<sup>1</sup> futurae mortis: nam umbra procedit; postea habemus responsum mortis. Vel, *Umbra mortis*, id est peccatores qui sunt in tenebris, et subjecerunt nos sibi et servituti eorum: Job. xxvii: *Lapidem caliginis et umbram mortis dividet torrens a populo peregrinante.* Si oblii sunns. Ille probat quod dixit. Et primo proponit ea. Secundo ponit divinum iudicium. Tertio evidens signum. Dicit ergo: dixi, non sumus te oblii etc. Et ideo proponit, *Si oblii sumus nomen Dei nostri*, si, id est non. Item, *Si expandimus manus nostras ad Deum alienum*, alienum scilicet a natura divinitatis, et a ritu Iudaorum; quasi dicat: Si oramus eos sicut deos, quod est iniqua agere in testamento Dei. Et si ista fecimus, requireret iudicium Dei. Et iudicium Dei sufficiens est ad hoc requirendum: unde dicit: *Nonne Deus requiret ista?* quasi dicat: Imo, quia ipse seit omnia: unde sequitur *Ipsa enim novit abscondita cordis.* Hier. xvii: *Primum est cor hominis ei inscrutabile, et quis cognoscet illud?* quasi dicat: Solus Deus. Item probat hoc per indicium evidens: quia si voluissem recedere, nulla mala patientur sancti in hoc mundo, sicut nunc patiuntur. Et primo ponit causam quare patientur, quia causa facit martyrem: et ideo dicit, *Propter te mortificamur tota die* I Petr. iv: *Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor; si autem ut christianus, non erubescat.* Secundo ponit mala que patiuntur: et primo ostendit haec esse mala ex gravitate peniae, ex continuitate, et ex opinione. Punientium gravitas. *Quia mortificamur.* Continuitas, quia, Tota die: I Corinth. xiv: *Quotidie morior propter gloriam vestram.* Opinio, quia credebat eos occidere non ut beatos, sed ut malos et dignos morte; et ideo dicit, *Aestimati sumus ut ores occisionis.* Ad utilitatem hominum, vel ad patientiam martyrum; quasi dicat:

<sup>1</sup> Al.: « Judicium. »

Quare mortificamur tota die, et tamen non reclamamus, sed sustinemus sicut oves ductæ ad occisionem? sic etiam fuit de Christo.

11. *Exurge, quare obdormis, Domine?*  
 Ille invocat auxilium Dei. Et primo ponitur quaestio admirantis. Secundo petitio divini auxilii. Admiramur ergo, quia permittit sanctos suos sic affligi. Ethoc potest esse aut ex defectu voluntatis, aut cognitionis. Quod non velit, contingit duplicter: vel propter pigritiam, vel propter contemptum. Quantum ad primum dicit, *Quare obdormis Domine?* quasi dicat, Nunquid propter pigritiam permittis nos affligi? Et dicitur obdormire propter effectum: Psal. cxx: *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.* Quantum ad secundum dicit, *Et ne repellas in finem,* scilicet finaliter, et si videaris nos repulisse ad tempus. Et hoc dicitur de Christo, ut sit verbum nostrum; quasi dicat: Abscondisti te, et nondum surrexisti in fide gentium. Exurge in eis, et nos non repellemur ab eis. *Quare faciem tuam avertis?* Dupliciter contingit defectus cognitionis: vel quia non videt: et ideo dicit, *Avertis.* Quando Deus juvatur, videtur respicere: quando non, videtur averti<sup>1</sup> Exod. m. *Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto etc.* Psal. xxvi: *Ne avertis faciem a me.* Vel, *Quare avertis faciem tuam,* ut tamen non videamus: nam si videremus, non pateremur

aliquid malum. Vel quia est oblitus. Et ideo dicit, *In opere nostræ et tribulationis nostræ oblivisceris.* Ille enumerat mala quæ patimur. Et est triplex malum: in exterioribus, in corpore, et in anima. Quantum ad primum dicit, *Oblivisceris in opere nostræ,* quia ad litteram pauperes erant propter bona sublata: Heb. x: *Rapinam bonorum restorum cum gaudio suscepisti.* Quantum ad secundum dicit, *Tribulationis,* quia multæ tribulationes justorum, Ps. xxxiii: Quantum ad tertium dicit, *Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra.* Aliqui humiliantur animo, aliqui corpore, aliqui spiritu intrinsecus. Et ideo dicit: *Adhuc in terra venter noster.* Et ponit ventrem pro toto corpore. Vel hoc quod dicit, *Humiliata est in pulvere anima nostra,* referunt ad effectum in spiritualibus: quia, *Animæ,* idest cogitatio animæ, cogitat terrena: Isa. xxix: *De terra loqueris, et de humo audierit eloquium tuum.* Et venter, idest sensualitas, totaliter terreæ inheret, Vel aliter, *Quoniam humiliata est etc.* idest perfectiores in nobis humiliati sunt, *A pulvere,* idest a peccatore: Psal. I: *Tangnam pulvis quem projicit etc.* Item *Venter,* idest infirmi inter nos adhacerunt terrenis hominibus, quia recesserunt<sup>2</sup> a fide. Contra obdormitionem dicit, *Exurge, Contra mala dicit,* *Et rrdime nos propter non-men tuum.*

## PSALMUS XLIV

1. *In finem pro his qui computabantur filii  
Core ad intellectum Canticum pro dilecto.*

Eructavimus enim verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea cylamus scriba, velocius seribentis.

2. Speciosus forma pro filiis hominum, diffusa est gratia in labiis suis: propterea benedix te Deus in aeternum.

3. Aevigatore gladio tuo super femur tuum, potentissime, specie tua et pulchritudine tua.

4. Intende prospere, procede et regna. Propter

veritatem et mansuetudinem et justitiam: et deducet te mirabiliter dexteræ tuæ. Sagitta tua acuta, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.

5. Sedes tua, Deus, in saeculum seculi: virga directionis, virga regni tuæ. Dilexisti justitiam et odisti iniuriam: propterea unxit te Deus, Deus tuus oea letitiae pro eo omnibus tuis.

6. Myrra et galba et casia et vestimenta tua, a donis eius chœnus, ex quibus delectaverunt te filii regum in honore suo.

7. Adhuc regna a deitatis tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

8. Andi filia, et vide, et inclina aurem tuam : et obliviiscere populum tuum, et dominum patris tui. Et concipere rex decorum tuum : quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorantur eum. Et filii Tyri in immensis, vultu tuum deprecabantur : omnes divites plebis.

9. Omnis gloria ejus filii regis ab intus : in nimbris aureis, circumambia varietatibus.

10. Adducentur regi virginis post eam : proxime ejus afferentur filii ; afferentur in letitia et exultatione : adducentur in templum regis.

11. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii : constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui, Domine, in omni generatione et generationem. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, et in saeculum saeculi.

1. Supra Psalmista proposuit orationem pro adversitate regni et regis : hic quasi proponit gloriam regis et regni, ex divino beneficio. Et primo proponit divinum beneficium. Secundo invitat ex hoc exemplo alias gentes ad serviendum Deo, ibi, *Omnes gentes*. Circa primum duo facit. Primo proponit gloriam regis et magnificientiam regni. Secundo proponit pacem regni, ibi, Ps. xlvi: *Deus noster refugium*. Iste Psalmus dicitur epithalamicus. Consuetudo enim erat, quod in nuptiis cantabantur aliqua cantica ad laudem sponsi et sponsae, et illa dicuntur epithalamica. Est ergo materia hujus Psalmi de quibusdam sponsalibus Christi et Ecclesiae, quae quidem primo initia fuerunt quando Filius Dei univit sibi naturam humanam in utero virginali : Psal. xviii: *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*. Unde eadem est materia hujus Psalmi et libri qui dicuntur Cantica cantiorum. Titulus talis est : *In finem pro his qui commutabuntur filiis Core ad intellectum Canticum pro dilecto*. Et potest dupliciter intelligi. Uno modo, ut suppleatur Psalmus, ut sit sensus. Psalmus iste est ducentis nos in finem Christum, pro his qui commutabuntur, scilicet de statu infidelitatis ad Christum; unde dicit, *Pro patribus tuis etc.* Ita et hic psalmus convenit passioni Christi, idest credentibus in Christum passum. Et hoc ad intelligendum mysteria Christi et Ecclesiae. Et non solum psalmus, sed etiam canticum. *Pro dilecto*, scilicet Christo : Matth. iii : *Hic est Filius mens dilectus*. Hieronymus habet sic, *Victoria pro liliis filiorum Core*,

*canticum pro dilectissimo*. Et quod dicit pro liliis, ostendit quod agit hic Psalmus pro deliciis sponsi et spouse. Et hoc signatur per flores, rosas et lilia. Cant. ii : *Fulcite me floribus etc.* Et competit virginibus que sunt quasi lilia. Iste Psalmus<sup>1</sup> dividitur in tres partes. Primo ponitur propterum canticum. Secundo ponitur commendatio sponsi, ibi, *Speciosus*. Tertio ponitur commendatio sponsae, ibi, *Audi filia*. Circa primum tria facit. Primo proponit editionem Psalmi. Secundo finem, ibi, *Dico*. Tertio designat autorem, ibi, *Lingua*. Editio designatur cum dicitur. *Erectavit cor meum verbum bonum*. Eructatio ex nimia plenitudine, sive repletione procedit : in quo signatur quod ex abundantia devotionis et sapientiae loquitur : Matth. xii : *Ex abundantia cordis os loquitur*. Et notandum quod hujus editio Psalmi atrahit cordi, ex cuius magna devotione est compositus : quia non est iste de illis de quibus dicitur Isa. xxix : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*; sed cor pronuntiat laudes Christi : 1 Cor. xiv : *Psallam spiritu, psallam et mente*. Ille cor eructavit verbum, scilicet hujus Psalmi : quod est bonum, quia consolatorium : loquitur enim mysteria Christi et Ecclesiae : 1 Tim. i : *Fidelis sermo, et nullus sermo melior illo* : Zach. i, *Respondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria*. Dico ego, idest praenuntio, *opera mea regi*, idest ad honorem regis Christi : Isa. xxxv : *Ecce in justitia regnabit rex*; quasi dicit : Canto hunc psalmum ad honorem Christi, cui opera nostra omnia debemus dicare : Col. iii : *Omne quodcumque facitis in verbo aut in operi, omnia in nomine Jesu Christi facite*. *Lingua mea calamus scriba*. Ille ponitur auctor psalmi qui est lingua ; quasi dicit : Non intelligatur quod ex proprio hunc fecerim, sed auxilio Spiritus sancti, qui utiliter lingua mea, sicut scriptor utiliter calamo. Et ideo principalius auctor hujus Psalmi est Spiritus sanctus. II Reg. xxix : *Spiritus Domini locutus est per me*, quasi per instrumentum : II Pet. i : *Non voluntate humana ollata est*

<sup>1</sup> Ali, deest : « Psalmus. »

*sapientia, sed Spiritu sancto etc.* Et enjus calamus est? *Scribæ velociter scribentis*, Spiritus sancti qui velociter scribit in corde hominum. Qui enim per studium querunt sapientiam, per partes, et etiam longo tempore student; sed qui habent eam a Spiritu sancto, velociter accipiunt: Act. ii : *Factus est repente de cœlo sonus etc.* Illi qui habent scientiam per revelationem divinam, subito impletur sapientia, sicut illi sunt subito repleti Spiritu sancto : Psal. cxlvii : *Velociter currit sermo ejus.* Eccl. xi : *Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem.* Vel velociter operantis, quia *dixit et facta sunt.* Ps. cxlviii. Potest autem lingua ad aliud referri, quia, scilicet<sup>1</sup> non solum voluit dicere, sed corde primo cogitavit, secundo dixit ore, et tertio scripsit; quasi dicat: Non solum profuit praesentibus qui audiunt, sed etiam futuris: Isa. viii : *Sum tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis.* Illebae. ii : *Scribe visum, et explayna eum.* Haec ergo expositione est litteralis. Sed aliqui dicunt quod haec verba proponuntur ad commendationem Christi secundum divinitatem, quasi sint verba Dei Patris. Sed hanc expositionem non approbant Augustinus et Hieronymus; tamen Dionysius utitur ut cap. *de divinis Nominib.* ubi introduceit hoc verbum. *Eructavit etc.*, et secundum istam expositionem commendatur a Patre tripliciter. Primo describitur ejus emanatio. Secundo ejus virtus, ibi, *Dico.* Tertio ejus operatio, ibi, *Lingua.* Circa emanationem ejus a Patre ponit quatuor. Primo ejus naturalem processionem, cum dicit, *Eructavit*: quod est quedam emanatio de plenitudine; unde processus Filii a Patre est divina eructatio, quia procedit ex plenitudine divina nature: Joan. i : *Pater diligit Filium etc.* Secundo ponit modum emanationis, quia non corporaliter, nec de aliqua alia natura emauavit, sed ad modum spiritualis. *Cor meum*, quasi non ex nullo, nec de alia essentia, sed de corde meo: Psalm. ix : *Ex utero ante luciferum genui te.* Tertio ponit proprietas procedentis, quia, *Verbum.* Joan. i : *In principio erat Verbum.* Item ponitur

perfectio procedentis: quia, *Bonum*, quasi habens plenam bonitatem divinitatis: Lucae xvii : *Nemo bonus nisi etc.* Virtus ostenditur cum dicit, *Dico ego*, idest per verbum facio, *Omnia mea opera regi*, idest ad honorem regis, scilicet filii, qui est unus Deus mecum: Joan. i : *Omnia per ipsum facta sunt.* Propria operatio designatur cum dicit, *Lingua mea calamus scribæ*; quasi dicat, quod ipse est lingua mea, est etiam calamus scribæ. In saera Scriptura operationes metaphorice designantur per instrumenta vel membra quæ sunt operationum principia; et sic per linguam et calatum operatio Dei designatur conveniens lingua et calamo. Operatio lingua est, quod per eam diffunditur sapientia cordis ad alios; per calatum autem designatur quod sapientia quæ est in corde, transfunditur in materiam sensibilem, scilicet pergamenum. Deus autem et loquitur et scribit: loquitur, quando transfundit sapientiam suam in mentes rationales: Psal. lxxxiv : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Et hoc dicitur Verbum, quia per ipsum est omnis illuminatio: Joan. i : *Et vita erat lux hominum.* Scribit, quia iudicia sua sapientiae imprimat in rationabilibus creaturis: Rom. i : *Invisibilis Dei etc.* Ecclesiast. i : *Deus effudit illam super omnia opera sua.* Sicut enim resipiens librum cognoscit sapientiam scribentis, ita cum nos videmus creaturas, cognoscimus sapientiam Dei. Calamus igitur est verbum Dei.

2. *Speciosus forma præ filiis hominum.* Premisso proemio secundum unum sensum, vel Christi divinitatem secundum alium sensum: hic ponitur commendatio Christi secundum humanitatem. Et quia dixit, *Dico erga opera mea regi*, commendat Christum secundum similitudinem regis, scilicet David, a quatuor: scilicet a gratiositate, a bellica virtute, a iudicaria potestate, et a deliciarum multitudine. Secunda pars, ibi, *Accingere.* Tertia, ibi, *Sedes.* Quarta, ibi, *Mirra.* Circa primum duo facit. Primo describit gratiositatem regis. Secundo causam vel effectum, ibi, *Propterea.* Nota quod duo

<sup>1</sup> Al. : « scilicet quod. »

**sensus** vigent in homino principaliter, scilicet visus et auditus : unde per hanc duo aliquis gratiosus appetat : per pulchritudinem visui, per gratiosum verbum auditui. Unde haec duo praeципue fuerunt in Christo : unde Can. ii : *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis et facies tua decora.* Ipse enim pulcher fuit et eloquens in his quæ deenit suam eloquentiam. Quantum ad primum dicit, *Speciosus forma.* Et nota in Christo quadruplicem pulchritudinem. Unam secundum formam divinam. Phil. ii : *Qui cum in forma Dei esset.* Et secundum hanc fuit speciosus praे filiis hominum : nam omnes tantum habent gratiam secundum redundantiam et participationem ; sed iste per se et plene : Col. ii : *In eo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter :* Heb. i : *Cum sit splendor gloria et figura substantia ejus :* Sap. vii : *Candor est lucis eterna et speculum sine macula Dei majestatis.* Alia est pulchritudo justitiae et veritatis :<sup>1</sup> Jer. xxxi : *Benedic tibi Dominus pulchritudo justitiae :* Joan. i : *Plenum gratia et veritatis.* Alia est pulchritudo conversationis honestæ : et de hac I Pet. ult. : *Forma facti gregis.* Et hac forma fuit speciosus praे filiis hominum, quia sua conversatio fuit magis honesta et virtuosa quam alienjus : I Pet. ii : *Peccatum non fecit, nec inventus est dolor in ore ejus.* Augustinus in originalis : Nobi cernentibus ubique speciosus : pulcher in miraculis, pulcher in flagellis, pulcher depouens animam, pulcher in patibulo, pulcher in ligno, pulcher in celo. Quarta est pulchritudo corporis : et haec etiam Christo insuit. Cant. i : *Ecce tu pulcher es dilecte mi.*

Sed numquid secundum hanc pulchritudinem fuit speciosus praे filiis hominum ? Videtur quod non : quia Isa. lxi, dicitur : *Vidimus et non erat in eo species neque decor.* Item per rationem probatur quod Christus voluit paupertatem habere, et non uti divitiis, ut doceat eas contempnendas. Sed sicut ista sunt contempnendas, ita pulchritudo corporalis :

Prov. ult. : *Falsa gratia et vana est pulchritudo.*

Respondeo. Dicendum quod pulchritudo, sanitas, et huiusmodi, dicuntur quoddammodo per respectum ad aliquid : quia aliqua contemporatio humorum facit sanitatem in pueri, que non facit in senecte : aliisque est enim sanitas leoni, que est mors homini. Unde sanitas est proportio humorum in comparatione ad talam naturam. Et similiter pulchritudo consistit in proportione membrorum et colorum. Et ideo alia est pulchritudo unius, alia alterius : et sic hanc pulchritudinem Christus, secundum quod competitbat ad statum et reverentiam suæ conditionis, habuit. Non est ergo intelligendum, quod Christus habuerit capillos flavos, vel fnerit rubens, quia hoc non decuisset eum ; sed illam pulchritudinem corporalem habuit summe, quæ pertinebat ad statum et reverentiam et gratiositatem in aspectu : ita quod quoddam divinum radiabat in vultu ejus, quod omnes eum reverebantur, ut Augustinus dicit. Ad primum dicendum prophetam velle exprimere contemptum Christi in passione, in qua deformata fuit sui corporis forma praे multitudine afflictionum. Ad alind dicendum, eas divitias et pulchritudines contempnendas, quibus male utamur. Gratosus etiam fuit in verbo ; unde dicit, *Diffusa est gratia in labiis tuis :* Eccl. vi : *Lingua echaris in bono homine abundabit. Et gratiosum verbum ejus.* Tripliciter propter ea quæ aliquis dicit, reputatur verbum ejus gratiosum : quando scilicet dicit ea quæ placent et sunt utilia ; sic verbum Christi fuit gratiosum, quia levia imponebat et quietem promisit : Matth. xi : *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos :* Joan. vi : *Domine, ad quem ibimus. Verba vita eterna habes.* Item aliquis habet gratiosum verbum propter ordinatum modum proferendi, et ferventem ; et sic habuit ordinatum et ferventem modum Christus in proferendo : Psal. cxviii : *Ignitum eloquium tuum.* Item aliquis dicitur habere gratiosum verbum propter efficaciam ad persuadendum :

<sup>1</sup> Al. : *a virtutis.*

sic etiam habuit Christus : Matth. vii : *Erat docens in templo sicut potestatem habens.* Et ideo dicit Luc. xxi, quod *Omnis populus manicabat ad eum*, id est mane veniebat ad eum, in templo audire eum. Et Jo. vii : *Nunquam sic locutus est homo.* Propterea benedit te, Deus, in æternum. Ille ponitur vel causa, vel effectus. Sicut dictum est, benedicere Dei signat effectum bonitatis, vel ejus collationem beneficit. Deus itaque homini Christo duplex beneficium contulit. Gloriæ sive regni : et hoc est præmium meritorum Christi : Phil. ii : *Propter quod et Deus exaltavit illum.* Et sic ly propterea denotat causam meritoram : quasi dicat : Quia tu es speciosus in forma, gratiosus in doctrina, Propterea benedit te, Deus, in æternum, benedictione spiritualis regni : Gen. xxii : *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Aliud est beneficium gratiae : et sic est sensus : *Propterea benedit te Deus in æternum, ut tu es esses speciosus*<sup>1</sup>, et esset diffusa gratia in labiis tuis.

3. *Accingere gladio tuo super femur.* Ille describatur virtute potens. Et primo ejus bellica virtus. Secundo ejus in bello processus, ibi, *Intende.* Tertio effectus, ibi, *Et deducet te.* Virtus bellica consistit in fortitudine naturali, et præparatione armorum, cum dicit, *Accingere gladio tuo* : secundum aliam litteram dicit, *Super femur tuum potentissime.* Ubi designatur virtus armorum : Cant. iii : *Uniuersus in qua<sup>2</sup> ensis super femur suum*. Sed secundum Glossam aliud est accingi, quia qui accingitur parantur ad bellum, scilicet milites. I Mac. iii : *Accingimini et estate filii potentes, et estate parati in manu, quoniam melius est nobis mori in bello etc.* Aliud est præcinctus quia præcinguntur qui parantur ad serviendum : Luc. xii : *Præcincte se, et faciet illos discubere etc.* Aliud est succingi, quia succinguntur qui parantur ad ambulandum : Ecol. xxxvi : *Lutro succinctus eriliens de civitate.* Aliud est discingi, quia discinguntur, qui vadunt ad quiescentium : xx Reg. iii : *Nomini gloriatur accinctus aque ut distinctus.* Gla-

dus Christi est doctrina ejus. De hoc gladio habetur Eph. v. *Gladius spiritus quod est verbum Dei.* Hoc gladio posuit Christus divisionem in hoc mundo, ut bona discernantur a malis : Matth. x : *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Ille gladius est ex utraque parte acutus, ut testatur Apoc. i, quia de aeternis et temporalibus instruxit. Et est super femur, quia organo humanitatis verbo doctrinæ usus est : Isa. lxii : *Ego ipse qui loquor, ecce adsum.* Potentissime. Ubi ostenditur<sup>3</sup> ejus virtus seu potentia naturalis : I Reg. ii : *Non est fortis sicut Deus noster :* Job ix : *Si fortitudo queritur, robustissimus est.* Specie tua. Secundum Hieronymum et Hebraeos hoc quod dicitur, *Specie*, con jungitur cum hoc, quod dicitur, *Potentissime*, et est totum sub uno verso, et sic uno modo legitur in *Glossa*; et si sic coniungatur cum potentissime, sic est sensus : Tu Christe es potentissimus, Specie tua, scilicet humanitatis, secundum quam etiam est maximus virtute : Cant. v : *Species ejus ut Libani.* Et pulchritudine tua, scilicet divinitatis : Sapient. xiii : *Quorum si specie delectati Deos putaverint, sciunt quanto his dominator eorum speciosior est.* Vel es potentissimus, Specie tua, id est speciosa<sup>4</sup> pulchritudine tua. Unde Hieronymus habet, *Lauda tua*, quia ex hoc es laudabilis et gloriatus, quia es armatus et fortis.

4. *Intende, prospere procede.* Psalmista supra ad commendationem Christi posuit fortitudinem et apparatus regis; hic autem agit de ejus processu : et circa hoc duo facit. Primo proponit processum regis. Secundo ejus causam, ibi, *Propter veritatem.* Cira primum sciendum est quod loco istorum trium quae hic ponuntur, scilicet, *Intende, prospere procede, et regna*, in Psalmo Hieronymi habetur minus tantum, *Prospere ascende.* In ascensu designatur processus : Jeremi. xlix : *Len ascendit, et superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam.* Unde manifestum est quod haec pertinent ad quamdam perfectionem et ascensem. In ascensiō bellicosi sunt tria: principium, medium

<sup>1</sup> Al. : « sponsus. »

<sup>2</sup> Al. : « uniusquisque. »

<sup>3</sup> Al. : « oritur. »

<sup>4</sup> Al. : « sponsa. »

et finis. Principium debet esse diligens et discreta consideratio: Prov. xxxiv: *Cum dispositione iuitur bellum*: et Luc. iv dicitur, quod *Rex iturus ad bellum prius erit*. Unde, *Intende*, idest diligenter considera. In Christo autem intendere designat dispositionem misericordie ejus qua intendit ad salutem humani generis: Psalm. xxxv: *Intende in adjutorium meum*. Medium est prosper processus. Processus autem Christi intelligitur dupliceiter. Uno modo, secundum quod ex utero virginis processit in nativitate: Psal. xviii: *Tangam sponsum procedens de thalamo suo*. Et hic fuit prosper processus, quia sine peccato natus est, et matri non abstulit virginitatem, nec dolorem intulit. Alio modo, secundum quod processit de homine ad hominem convertendum, hunc et illum. Et in hoc fuit prosper, quia tandem pervenit ad conversionem totius mundi: Isa. lv: *Faciet quicumque volui, et prosperabitur in his ad quae nisi illum*. Psalm. cxvi: *O Domine bene prosperare*. Quod dicit, *Intende*, potest conjungi cum hoc dicit, *Specie tua*; quasi dicat: Ergo speciose<sup>1</sup> virtute humanitatis etc. et pulehritudine divinitatis intende. Finis ejus regnum ejus: Psalm. xlvi: *Regnabit Deus super omnes gentes*. Finis ejus quod regnat per fidem in cordibus omnium: Luc. i: *Et regnabit in domo Jacob*. Et ideo dicit, *Et regna*. Causa processus est propter veritatem. Et hoc vel causa dispositiva, vel finalis. Si ly propter primo dicatur secundum quod est causa dispositiva, secundum quod in Hieronymo habetur, *Propter verbum veritatis et mansuetudinem justitiae, notandum quod duo sunt necessaria ut rex prospere agit*. Primo scilicet ut ei credatur: quia si nihil ei crederetur, et ipse alii crederet, non posset plus quam unus homo: Prov. xvii: *Non decent stultum verba composita*. Secundo quod diligatur; quia si non diligitur, non potest prosperari in regno nec in negotiis suis: et hoc facit fieri mansuetudo et clementia regis: Eccl. iii: *Fili in mansuetudine opera tua perfice*. Et ita haec duo disponunt ad prosperitatem re-

gis: Prov. xx: *Misericordia et veritas custodiunt regnum*: Ps. xxxvi: *Mansueti hereditabunt terram*. Sed secundum litteram nostram, ad hoc ut rex possit prosperari in negotiis suis, debet habere tria: scilicet veritatem, mansuetudinem, et iustitiam. Et ista tria fecerunt prosperari Christum: quia fuit verax in dendo, mansuetus in patiendo, justus in operando. De primo Matth. xxii: *Sciimus quia vera es etc.* De Secundo I Pet. ii: *Cum pateretur, non communabatur*: Jer. xi: *Ego sicut agnus mansuetus etc.* De tertio, quia in nullo a justitia discessit: Psal. cxliv: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis*. Si autem ly propter designat causam finalem, sic est sensus: *Intende, prospere procede, et regna*, idest ut facias veritatem. Christus autem fecit veritatem dupliceiter: scilicet implendo promissiones, et adimplendo figuram: Rom. xv: *Dico autem Christum Jesum ministrum fuisse circumcisiois ad confirmandas promissiones patrum*: II Cor. ii: *Quotquot promissiones Dei sunt in illo*. Et iterum propter mansuetudinem derivandam in discipulos: Matth. xi: *Discite a me etc.* Item, *Regna*, propter iustitiam: Joan. v: *Pater omne iudicium dedit filio Deducet te mirabiliter dextera tua*. Ille est modus determinati processus. *Procede prospere*. Et quomodo? *Deducet te dextera tua*. Et loquitur ad similitudinem bellicos, qui si habet hostem contra se, dicitur sibi, oportet manus tua faciat tibi viam, et sic bellando transibis; quasi dicat: Procede, si manus tua dextera faciat tibi viam. Et hoc mirabiliter, quia omnes mirabuntur. Hieronymus habet: *Docebit te dextera tua*, idest dum facies magnifica, manus tua ostendet te mirabilem. Tamen in alio Psalmo habetur, *Manus tua ducet te*. Sed dicendum quod littera ista non est contra illam, quia Christus est Deus et homo. Et ideo secundum quod est Deus, eadem est dextera sua et Patris. Et deduxit Christum dextera sua mirabiliter in oppugnatione hostium: Exod. xv: *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine, dextera tua, Domine, percus-*

<sup>1</sup> Al. : *e spose.*

*sit inimicum.* Et in operatione miraculorum virtute suae divinitatis. Unde paravit sibi viam in corde hominum : Psal. cxvii : *Dextera Domini fecit virtutem.* Et si consideremus viam, mirabilis est. Esther xiii : *Valde enim mirabilis es Domine.* Item dicta est mirabilis : Psal. cxxxviii : *Mirabilia opera tua. Sagittæ tuae acutæ;* quasi dicat : Ideo parabit tibi viam, quia sagittæ tuae sunt acutæ. Et ponitur hic virtus armorum, et effectus eorum. Arma Christi sunt sagittæ, quæ sunt verba Christi, quæ dicuntur sagittæ: propter tria. Primo, quia sagitta sua acuminata usque ad cor penetrat : Oseea ii : *Ducam eam in solitudinem, et loquar ad cor ejus;* ita verba Christi : Heb. iv : *Vivus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio acripi.* Item sagitta velociter movetur : Sap. v : *Transitus vita etc.* Sic verbum Christi subito totum orbem implevit, quia fere per totum mundum ante destructionem Jerusalem sermo Christi fuit diffusus : Psal. cxlvii : *Velociter currit sermo ejus.* Item sagitta ad remota attingit; sic etiam sermo Christi : Ps. xvii : *In omnem terram exiit sonus eorum.* Et sic sermo Dei est gladius, in quantum vulneravit Iudeos, qui conversi sunt ad Christum qui erat prope: propter quod dicitur, *Accingere gladio tuo:* et est sagitta etiam inquantum ad remotos gentiles pervenit, et conversi sunt ad Christum : Eph. ii : *Evangelizavit pacem vobis qui longe fuistis, et pacem his qui prope.* *Populi sub te cadent.* Hie ponitur effectus verbi divini, qui est conversio populi ad Deum: unde, *Populi etc.* idest omnes ad te current : Phil. ii : *In nomine Jesu omne genuflectatur etc.* Sed quid est quod addit, *In corda inimicorum regis?* Hoc potest duplice intelligi. Uno modo, ut conjugatur cum prima clausula hujus versus, *Populi sub te cadent,* ut sit interpositio: et sic est sensus: Sagittæ tuae acutæ intrant in corda inimicorum regis. Verba tua sunt sicut sagittæ quæ penetrant corda etc. Et ex hoc populi sub te cadent. Alio modo, ut conjugatur cum hæc, *Populi sub te cadent;* et hoc in corda, vel in corde inimicorum regis, idest tui qui es rex. Quaedam enim subjiciuntur violenter, sicut modo subjiciuntur inimici. Et de hac subjectione dicit se non loqui, sed de voluntaria: et ideo dicit, *In corda;* quasi dicat secundum illa corda subjiciantur, secundum que inimicabantur Christo : Ps. lxi : *Voluntarie sacrificabo tibi.* Vel aliter, *Sagittæ tuae acutæ sunt, populi sub te cadent in corda inimicorum regis:* populi dieo, qui erant inimici regis, idest Christi; quasi dicat : Illi qui erant contra regem, scilicet Christum, subjiciantur ei. Et ad litteram sic factum est : quia gentiles qui conati sunt destruere fidem Christi, nunc se vincent Christo : Isa. lv : *Ecce gentes quas nesciebas vocabis:* Psal. xvii : *Populus quem non cognovit servicit mihi.*

3. *Sedes tua Deus in sæculum sæculi.* Supra Psalmista commendavit Christum a gratiositate et bellicae virtute; hic commendat eum a judicaria potestate. Et primo describit ejus judicariam potestatem. Secundo potestatis executionem, ibi, *Virga directionis.* Tertio rationem, ibi, *Propterea iurit.* Dicit ergo, *Sedes tua Deus.* Per sedem in Scriptura judicaria potestas designatur : Psal. cxxi : *Hic sederunt sedes in iudicio.* Christo autem judicaria potestas convenient sive competit : Joan. v : *Pater omne iudicium dedit filio;* et ideo per sedem Christi ejus potestas accipitur. Matth. xix : *In regeneratione cum sederit filius hominibus etc.* Sed hanc etiam judicariam potestatem habent etiam prælati et reges: verum sicut ministri : Sap. vi : *Cum essetis ministri regni illius, non ratione iudicastis.* Sed Christus sicut principalis iudex, et sicut verus Deus; et ideo dicit, *Sedes tua Deus :* Domini enim vindicta est; et hic expresse loquitur de Christo, quia dirigit sermonem sumum ad eum. De hoc Apoc. iii : *Qui ricerit, dabo ei sedere in throno meo, sicut et ego rici, et sedi in throno:* Isa. vi : *Vidi Dominum sedentem super thronum.* Hæc alia est potestas judicaria temporalis, alia perpetua: et talis est potestas Filii Dei: unde dicit, *In sæculum sæculi,* quia de aeternis est iudicium ejus: Dan. vii : *Potestas ejus potestas aeterna.* Sie igitur describit Dei potestatem, dignitatem et aeternitatem. Consequenter agit de executione potestatis, cum dicit,

*Virga directionis.* Et primo ponitur executio potestatis. Secundo ejus expositio. Necesse enim est quod rex cohibeat delicta : quia, ut Philosophus dicit, si animi hominum essent a Deo ordinati quod obedierent monitioni paterna, non essent necessarii reges et judices : unde ut inquieti corrigantur, necessarii sunt reges, unde habent sceptrum : Prov. xxu : *Stultitia colligata est in collo pueri, et virginitas disciplina fugabit eum.* Sed habet virginem ad hostes coereendos: Ps. n. *Reges eos in virga ferrea, et tanquam ras etc.* Item ad subditos gubernandos : Mich. ult.: *Pase populum tuum in virga tua :* et ideo dicitur, *Virga regni tui est virga directionis,* idest ad ducendum populum in via recta, quia haec est finis legis, et regimini, ut non exorcent, sed ut faciant virtuosos : et haec est finis politicae, et hoc convenient Christo : Psal. xxiv : *Dirige me in veritate tua, et doce me.* Sed haec directio consistit ut homo deserat malum et adhaereat bono : Isa. xxx : *Haec est via, ambulate in ea, et non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram,* idest neque per excessum neque per defectum ; et ideo dicit, *Dilexisti iustitiam.* Item debet odire iniquitatem, quia si non diligit justitiam, non ducit ad bonum : et hoc maxime fecit Christus, quia *justus Dominus, et iustitiam dilexit.* Item si non odiunt iniquitatem, non puniunt : et quia Christus maxime odit iniquitatem, propterea punit malos. *Propterea unxit.* Hic ponitur causa vel finalis, vel effectiva ; quasi dicat : Ideo operatus es iustitiam, ut Deus ungat te. Sed numquid meruit Christus hanc unicitionem? Non, sed meruit manifestationem hujus unctionis. Et in Scriptura dicitur aliquid fieri, quando inotescit. Et Christus per passionem meruit exaltationem in fide omnium populorum. Et sic littera, *Propterea*, designat causam finalem. Sed si sit causa effectiva, sic intelligitur; quasi dicat : Ut sedes tua, et virga etc. propterea unxit te Deus. In veteri testamento ungebantur sacerdotes et reges, ut patet de David I Reg. xvi, et de Salomon, ut patet III Reg. i. Et propheta inungebantur, ut patet de Eliseo, qui inunctus fuit ab Elia, III Reg. xix, et haec

conveniunt Christo, qui fuit rex : Luc. i : *Regnabit in domo Jacob in aeternum.* Item fuit sacerdos, qui seipsum obfult Deo sacrificium, Eph. v. Item fuit propheta, qui praenuntiavit viam salutis : Dent. xviii : *Prophetam suscitabit Dominus de filiis Israel.* Sed quonodo unxit? Non oleo visibili, quia *Regnum ejus non est de hoc mundo*, Joan. xvii : Item non est funetus sacerdotio materiali ; et ideo non materiali oleo nucleus, sed oleo Spiritus sancti ; et propterea dicit, *Oleo latitiae.* Et dicitur Spiritus sanctus oleum : quia sicut oleum supereminet omnibus liquoribus, ita Spiritus sanctus omnibus creaturis : Gen. i : *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, idest debet esse super omnia in cordibus hominum, quia est amor Dei. Secundo propter suavitatem suam. Misericordia et omnis suavitas mentis a Spiritu sancto est : II Cor. vi : *In suavitate, in mansuetudine, in Spiritu sancto.* Tertio, quia oleum est diffusivum, sic Spiritus sanctus est communicativus : II Cor. ult.: *Communicatio sancti Spiritus sit semper cum omnibus vobis, amen* : Rom. v : *Charitas Dei diffusa est in cordibus vestris per Spiritum sanctum.* Item oleum est fomentum ignis et caloris, et Spiritus sanctus fovet et nutrit amoris calorem in nobis : Cant. ult.: *Lampades ejus lampades ignis.* Item oleum illuminat, ita et Spiritus sanctus : Job. xxxii : *Inspiratio omnipotens dat intelligentiam.* Sed dicit, *Deus Deus.* Haec littera Dens, vel est nominativi casus, vel vocativi ; et ideo in latino est dubium : sed in graeco non, quia ibi unum est causus nominativi, et aliud vocativi, quia dicit, O Deus, Deus tuus unxit te oleo laetitiae. Et datur intelligi quod loquitur de Christo qui est Deus, et non potest inungi inquantum Deus, quia secundum quod Deus non potest promoveri : et ideo oportet aliquid accipi in Christo in quo ungatur, et haec est humana natura. Et secundum hanc habet Deum, quia secundum quod Dens, non habet Deum. Et dicitur oleum laetitiae, quia in tempore laetitiae orientales ungebant se oleo : Isa. lxi : *Oleum gaudii pro luctu.* Spiritus sanctus est causa gaudii : Rom. xiv : *Et gaudium in Spiritu sancto* : Gal. v :

*Charitas, gaudium, par* : quia Spiritus sanctus non potest esse in aliquo quin gandeat de hono et spe futuri boni : unde dicit, *Prae consortibus tuis*, quia Christus fuit natus praे omnibus aliis sanctis : Joan. i : *Vidimus eum plenum gratiae et veritatis*. Consortes ejus dicuntur inungi, quia quidquid habetur de oleo isto, id est de gratia Spiritus sancti, est ex redundantia Christi : Joan. i : *De plenitudine ejus omnes accipimus*. Psalm. cxxxii : *Sicut unguentum in capite etc.*

6. *Myrrha et gutta*. Hie agit de deliciis regis, et describit has delicias ex quatuor : ex vestitu, ex habitaculo, ex ministerio, et ex conjugio. De primo dicit, *Myrrha et gutta et cassia a vestimentis tuis*. Vestimenta Christi possunt esse duplia : scilicet corpus ejus : Isa. lxv : *Quare rubrum est vestimentum tuum?* Item vestimentum Christi sunt sancti omnes : Isa. xlix : *His omnibus velut ornamento vestieris*. Et ab his procedit odor mirrhae, gntiae et cassiae, sive de vestimento quod est corpus ejus, sive de sanctis. Myrrha habet amaritudinem ; a sic si referatur ad corpus Christi, signat amaritudinem passionis : Cant. v : *Digitij ejus, scilicet confixi ligno, pleni myrrha prohatisima*. Si autem referatur ad sanctos, signat penitentiam : Ec. xxiv : *Sicut myrrha electa dedi suavitatem odoris*. Ubi nos habemus gutta, Graecus, habet aloës : Hebrei, Stactes. Gutta est liquor alienus herbae, et calidum quid, et valet contra inflationes et signat humilitatem, que humilitas maxime fuit in Christo : Matth. xi : *Disrite a me, quia mitis etr*. Item fuit eliana in sanctis : Isa. lxvi : *Super quem respicuum nisi ad pauperculum et contritum spiritu, et trementem sermones meos?* Aloës est succens herbea ; sed non sumitur hic sic, sed pro quadam ligno, et vocatur aloës, quod est odoriferum. Stactes est gumina myrrhae, quod est speciosius quam myrrha. Cassia est triplex. Quedam est cassia que est sicut fistula : et haec idem est quod myrrha quantum ad odorem, quedam est fructus arboris, et de hac non intendit hic, quia non est aromatica ; sed est quedam cassia

virga que est aromatica, et ad istam refertur quod dicitur hic. Vel secundum *Glossam* est quedam arbor cassiata, que nascitur in locis aquaticis : et per hoc significatur aqua lacrymarum, vel aqua baptismalis ; quasi dicat: Odor omnium istorum procedit a sanctis, et corpore tuo : II Cor. ii : *Christi bonus odor sumus*. Ex secundo dicit, *A dominibus eburneis* ; quasi dicat : Redolet etiam ad dominibus tuis eburneis, que redolent aromata. Antiqui parietes erant tabulati, apud nos sunt marmorei. Et sic apud Hebreos et orientales, parietes erant teeti ebore : Amos iii : *Peribunt domus eburneæ*. Domus signat fideles : I Pet. ii : *Et ipsi tanquam lapides rivi adfiscamini in domos spirituales etc.* Eburneæ, frigide propter castitatem : Cant. v : *Venter illius eburneus*. Item candidæ propter puritatem, rubicundæ propter castitatem : Thren. iv : *Rubicundiores ebore antiquo*. Ex tertio, *Ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo* ; quasi dicat : Ita est deliciosus quod filias regum habet in ministerio ; quasi dicat : Vestimenta tua paraverunt filias regum que servirunt tibi. Ad litteram : Filiae regum mundanorum delectant nos ad honorem Christi, quia dedicaverunt se Christo, et mortuae sunt pro Christo, et hoc, *In honore tuo*, id est ad tuum honorem : quasi scilicet non solum unius regis<sup>1</sup>, sed etiam filias regum servirunt Christo. Vel aliter. Reges sunt Apostoli : fili eorum sunt anima fideles. Vel reges sunt doctores : Apocal. v : *Fecisti nos Deo nostro regnum, et sacerdotes*. Filiae eorum sunt populus christianus et fidelis : I Corinth. iv : *In Christo Iesu per evangelium ega vos genui* : haec sunt filiae in honore Christi, non in honore regum, scilicet Petri et Pauli, sed Christi : I Cor. i : *Nos predicamus Christum crucifixum*. Iste delectaverunt istis aromatibus.

7. *Astitit regina*. Supra Psalmista laudavit Christum ex gratiositate, ex virtute bellicia, et ex deliciis ; hic autem laudat eundem ex sponsa quam describit ex quatuor : scilicet quantum ad sponsi presentiam, quantum ad dignitatem,

<sup>1</sup> Al. : « ut quasi non solum unius, scilicet re-

gis. »

quantum ad gloriam, et quantum ad ornatum. Sponsa Christi est Ecclesia sponsa regis dicuntur reginae : Esther ii : *Ista est Esther ordinata regina.* Et haec regina est Ecclesia : II Corinth. xi : *Despandi vos uni viro virginem castam etc.* Dignitas ejus est, quod est regina. Haec astitit semper inhaerens Deo et conjuncta. Unde Angeli qui non mituntur, dicuntur assistentes : Daniel vii : *Millia millium etc.* Psal. v : *Mane astabo tibi etc.* Gregorius : *Videt quidam per fidem, erigitur per spem, unitur per charitatem.* Gloria istius reginæ est prærogativa quam habet, quia, *A dextris, idest in posterioribus bonis.* Unde et Filius, in quantum est in posterioribus bonis Patris, secundum quod homo, dicitur esse a dextris. Marc. ult. : *Dominus quidem Jesus sedet a dextris Dei.* Et haec meliora sunt ; sed si comparentur spiritualia temporalibus, spiritualia sunt potiora. Et haec regina astitit in spiritualibus. Prov. iii : *Longitudo dierum in dextera ejus.* Item si per dexteram significentur bona opera, haec sunt potiora quam peccata. Prov. iv : *Vias qua a dextris sunt, novit Dominus.* Et in his astitit haec regina. Ornatus describitur cum dicit, *In vestitu deaurato.* Hieronymus non habet, *Circumdata varietate, nec Hebrei : sed Hieronymus non habet, In diademe deaurato.* In Hebreo, *In massa auri.* Et secundo nostram litteram est duplex vestimentum Ecclesie. Unum est doctrina duorum testatorum. Prover. ult. : *Onnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus.* Et iste vestitus non est aurum solum, sed deauratus, quia est refulgens, divina sapientia, qua haec doctrina est plena. Tamen est, *Circumamicta varietate.* Et potest referri quantum ad diversa genera linguis, vel quantum ad profundiorum modum sapientiae. Alius vestitus est operatio virtuosa. Ps. cxxxii : *Sacerdotes ejus est.* Per aurum autem significatur charitas. Genes. ii : *Aurum terræ illius optimum.* Est enim charitas fulgida et rubra. Et ideo dicitur deauratus, quia informatus charitate. I Cor. ult. : *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Vel, *Circumamicta varietate,* idest diversis virtutum operibus ; quia alii fuerunt aurei per martyrum, alii ro-

sei per gematum penitentia. Colos. iii : *Induite vos sicut electi Dei sancti et dilecti riscera misericordie etc.* Et potest exponi totum hoc de Beata Virgine, quae regina et mater regis est, quæ astat super omnes choros in vestitu deaurato, idest deaurata divinitate : non quod sit Deus, sed quia est mater Dei,

8. *Audi filia.* Hic commentatur sponsa quadrupliciter : scilicet a decore, ad excellentiæ gloriæ, ibi, *Omnis gloria.* A societate, ibi, *Adducentur.* Et a prole, ibi, *Pro patribus tuis.* Cœra primum duo facit. Primo ponit quomodo acquirat decorem seu gratiositatem. Secundo agit de ipsa gratiositate, ibi, *Et concupiscet.* Primo ergo redditur attenta ipsa ad admonitionem ; unde dicit, *Audi filia.* Vocat futuram Ecclesiam filiam duplici ratione. Una est, quasi loquens David in persona sua, quia sicut in quantum adhærenus Christo filio Abraham, sumus filii Abraham ; ita et filii David cuius filius est Christus. Vel loquitur in persona Apostolorum, ex quibus sumus propagati in Christo Jesu per evangelium. Dicit itaque : *Audi filia.* Jacob. i : *Sit omnis homo velox ad audiendum,* scilicet evangelium, vel verbum Christi. Lue. xi : *Beati qui audiunt verbum Dei.* Vel scripturam prophetarum, ut credant Christo. Isa. lxi : *Quis credit auditui nostro ?* Et, *Vide,* per fidem hic, sed in futuro videbis per speciem. I Cor. xiii : *Videmus nunc etc.* Vel vide Christum natum. Baruch. xiii, *Post hæc in terris visus est.* Joan. i : *Vidimus eum plenum gratiæ et veritatis.* Inclinata aurem tuam, scilicet per humilitatem ut obedias. Ecol. vi : *Si inclinaveris auren tuam, excipies doctrinam.* Obliviscere populum tuum. Monitio imaginaria, quod haec regina venerit ad David vel Salomonem ex populo alieno. Et ideo monetur ut memor sit sui. Et hoc competit Ecclesie, quæ vocata est ad Christum ex alieno populo, vel Judæorum, vel gentilium, quia, secundum Augustinum. Nemo potest venire ad vitam novam Christi, nisi peniteat eum veteris vitæ, scilicet peccati. Et ideo dicit, *Obliviscere populum tuum :* I Paral. xvi : *Transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.* Et domum patris tui

scilicet diaboli. Joan. viii : *Vos ex patre diabolo estis.* Ezech. xvi : *Pater tuus Amorrhæsus.* Vel peccati, vel carnalis affectus. Gen. xli : *Oblivisci me fecit Deus omium laborum meorum, et dominus patris mei.* Et hoc signat Deut. xxi, de filia captivorum, quæ debet radi, et debet plorare patrem et matrem sicut mortuum. *Et concupisces rex decorum tuum.* Hie promittit ipsi sponsa gratositatem regis. Primo, a rege ; et hoc est amoris. Secundo, a populo ; et hoc est honoris, ibi, *Vultum tuum deprecabantur.* Repromittit ergo regis amorem, et ostendit regis dignitatem. Dicit ergo : Si oblivisceris populum tuum et domum patris tui, ex hoc acquires decorum spiritualem. Psal. xxv : *Domine, dilexi decorum dominus tuus.* Et hic decor concupiscitur : a sponso spirituali : propterea, dicit, *Et concupisces rex decorum tuum.* Et hic, decor est pulchritudo justitiae. Jerem. xxxi : *Benedicat tibi Dominus pulchritudo justitiae.* Concupisces, idest delectabitur in eo. Is. lxii : *Quia complacuit Domino in te.* Et hoc est desiderandum, quia iste rex est magnus in potestate, in natura, in honore. Primum habet quia rex, ideo est Dominus. Psal. xcix : *Scitote quoniam ipse est Dominus.* Secundum, quia ipse est Deus. Ps. xciv : *Quoniam Deus Magnus Dominus.* Tertium, quia adorabunt eum, scilicet remoti, et omnes populi totius mundi. Psal. lxxxv : *Omnes gentes quascumque fecisti, veniant, et adorabunt coram te Domine.* Soph. ii : *Adorabunt eum omnes viri de loco suo, omnes insulae gentium.* Item adorabunt eum propinqui, *Quia filiae Tyri in numeribus,* quia scilicet Tyrus est vicina terra promissionis. Unde *Filiæ,* idest habitatores terræ illius, *Vultum tuum deprecabantur,* idest subdilectant tibi cum numeribus : quia hoc impletum est quando mulier Chanaæa egressa a finibus Tyri, venit ad Jesum ; Matth. xv : *Vel, Vultum tuum deprecabantur omnes dives plebis,* idest viri qui sunt in Tyro. Tyrus interpretatur angustia ; unde omnes qui sunt in angustia, deprecabantur te. Ad littoram omnes veniebant ad Christum. Luea iv : *Cum sol autem occidisset omnes qui habebant infirmos variis languoribus etc.*

Isa. xxvi : *Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatatione murmuris doctrinam tuam eis. Et offerent munera, idest seipso.* Vel eleemosynas. Isa. xix : *Vota vobibunt Domino, et solvent.*

9. *Omnis gloria.* Supra Psalmista commendavit sponsam a decori ; hic autem commendat eam quantum ad gloriam et intrinsecus et extrinsecus. Primum facit eum dicit, *Omnis gloria ejus.* Ly ejus superfluit ; unde construitur expositio ejus, scilicet. *Filia regis ab intus :* et hoc tripliciter. Primo, quia in interiori conscientia, non in exteriori fama hominum, sicut est fama peccatorum. Il Cor. i : *Gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostræ.* Secundo in interiori justitia, non in exteriori observantia, sicut in veteri testamento. Rom. ii : *Circuncisio cordis, non carnis; in spiritu, non in littera; cuius laus non est ex hominibus, sed ex Deo.* Tertio, que est in spe aeterna, quæ est interna ; non in spe temporalium, quæ est extra. Matth. vi : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus : sed cum facis eleemosynam etc.* Secundum facit eum dicit, *In simbris auris.* Per has simbrias intelligitur doctrina ecclesiæ, Exod. xxvii, ubi Dominus mandat quod in simbris vestimenti sacerdotis essent tintinnabula, quorum sonus audiretur. Personum ergo doctrina designatur. Ergo in doctrina divina sapientie, quæ per aurum designatur, est magna gloria : et tamen est *Circumambiguitas variorum,* idest ornata et vestitia aliis linguis, idest variis modis docendi, tamen eamdem veritatem sonant Act. ii : *Loquuntur variis linguis Apostoli etc.* Vel aliter, *In simbris auris,* et hoc referunt ad interiorē munditiam et ornatam virtutem : *Circumambiguitas,* ad exteriorē : quasi dicat : *Omnis gloria ab intus ;* et haec duo præcipue sunt in simbris aureis. Et propter hoc intelligitur illis vita quarum ad totam Ecclesiastiam, vel ad totum hominem, quia simbriae sunt extremae in vestimento : et non dicit deauratae, sed quia sunt aureæ. *Glossa* enim dicit, quod illi qui inveniuntur in fine mundi, erunt perfecti et sancti. Item homo quamdiu proficit, est quasi deauratus ; sed quando erit in fine,

tum erit totus rapietus claritate<sup>1</sup>. Prov. : *Justorum semita, quasi lux splendens eredit, et proficit usque ad perfectum diem.* Et dicit, *Circumambita varietate, exteriori, scilicet diversarum gentium, vel diversarum gratiarum et virtutum.*

10. *Adducentur.* Hic commendatur a societate : et circa hoc tria facit. Primo enim describitur ejus societas ; secundo, quomodo ad ejus societatem perveniat, ibi, *Afferentur* ; tertio, quando haec societas, sed ubi terminetur, ibi, *Adducuntur*. Hieronymus habet alter, *Omnis gloria filiae regis a persuciis aureis vestita.* Et hie est punctus : quasi dicat, Habet vestimentum fasciis aureis. Et post *in varietate cum aliis etc., adducentur etc.* In Hebreo alter, *Prae inclusione auri vestimenta*, idest circumambia. Et post; *Insuper cum subtilibus quo sunt plumariae; quo eum attingant adducentur sic induze.* Et duo numerat, virgines et proximae. Et si accipiat eisdem esse, sic est sensus : Virgines interiori, scilicet fideles animae non corrupte per peccatum ; *Adducentur regi*, scilicet Christo qui est rex regum. Adducentur, dieb, quia non per se venient. Joan. vi: *Nemo venit ad me etc.* Et ideo dicit Cant. i: *Trahe me post te.* Sed adducentur post eam, scilicet universalem Ecclesiam, quia nullus veniet nec adducetur ad Christum nisi sequatur doctrinam Ecclesiae<sup>2</sup>. Vel, *Post eam, idest post.* B. Virginem, quia ad Christum ejus virgines adducentur ad servandam castitatem, et ad exercitium aliarum virtutum. Et haec sunt proximae ejus, scilicet vel ecclesiæ, vel B. Virginis, et haec afferentur. De illis dicit, *Adducentur*, quia levius convertentur ad Christum. De istis dicit, *Afferentur*, quia importunus trahuntur ; II Tim. iv: *Iusta opportune importune.* Si vero accipiuntur ut diversæ, sic per virgines intelliguntur perfecti ; et isti adducuntur, quasi per se ire volentes<sup>3</sup>. Ps. civ: *Eduxit populum suum in exultatione, et electos suos in laetitia;* quia afferentur in laetitia, interiori, *Et exultatione, exteriori.* Christo enim voluntarie se obtulerunt. Ps. lxxi: *Voluntarie sacrificabo tibi.*

Vel afferentur ab Angelis in cœlum. Luc. xvi: *Factum est ut moreretur etc.* Et quo afferentur ? *In templum regis.* Ubi manifestum est, quod loquitor de rege Christo Deo, quia dicit, *Templum*: quasi dical, Ut ipsi sint templum regis. I Cor. iii: *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Vel ut in templo Dei contemplentur, idest ut vident Deo ; nam ad hoc ordinatur consortium virginum, ut vident Deo. I Cor. vii: *Qua nuptia est mulier, cogitat quomodo placeat viro; qua autem innupta cogitat quomodo placeat Deo.*

11. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Hic commendat eam a prole. Circa quam quatuor ponit : scilicet prolis originem, dignitatem, officium et fructum. Dicit ergo, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Filii Ecclesiae primitivæ sunt Apostoli et eorum successores. Filii dicuntur esse nati Ecclesiae per doctrinam Christi sponsi ejus, et alii per doctrinam Apostolorum, et alii filii aliorum prædicantium. Et ideo non est inconveniens quod idem sint filii et patres : quia Apostoli ipsi sunt patres eorum quos converterunt. I Cor. vi: *In Christo Jesu ego vos genui.* Alia etiam sunt patres et filii. Isti ergo filii sunt nati Ecclesiae. Filii Apostoli, et alii sancti viri et doctores. Vel patres boni fuerunt prophetæ. Eccl. xliv: *Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros.* Et loco istorum nati sunt Ecclesiae filii qui funguntur dignitate illorum ; et sic patet proles et origo sponse. Sequitur dignitas, *Constitutes eos principes super omnem terram*, idest primo capientes, primum capies. Isti ergo principes dicuntur, quia primi dona Spiritus sancti acceperunt. Rom. viii: *Non solum autem illi, sed nos ipsi primitias Spiritus habentes, tempore prius, cæteris abundantis, dicit Glossa.* Unde sicut beata Virgini nulla mulier comparatur, ita nec aliquis sanctus potest Apostolis comparari nec adæquare. Item dicuntur principes, quia fuerunt et sunt Ecclesias gubernantes. Item quia primi post Christum doctores nostri fuerunt. Ps. lxvii: *Prævererunt principes etc.* Isti sunt diligendi. Judith. v: *Cor*

<sup>1</sup> Al. : « caritate. »

<sup>2</sup> Al. : « ecclesiasticam. »

<sup>3</sup> Al. : « valentes. »

*restrum diligit principes israel.* Ios. consitutes principes, qui non sunt per seipso constituti, sed per Christum. Ios. xv. *Nos eos me elegistis, sed ego elegi eos etc.* Item alii prelati constitutum per summum Pontificem. Hebr. v : *Nemo assumat sibi honorem.* Et non in aliqua parte, sed super omnem terram. Ps. xvi. *In omnem terram exiit sonus eorum etc.* *Et unius honorati sunt etc.* Ps. xxi : *Et hoc specialiter convenit Petro et Paulo;* nam Petrus obtinuit principatum universalem Ecclesie. Ios. xxi : *Pasce oves meas.* Paulus super totum mundum, quantum ad gentes gentiles. Isa. xlix : *Posui te in huc gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.* Et hoc etiam dicit ipse, Act. xiii. *Memores erunt nominis tui, Domine.* Hic ponitur officium Apostolorum, quod est praedicare nomen Dei. Mare. ult. : *Eiuentes in mundum universum, praedicate evangelium omni creature;* et ideo dicit, *Memores erunt,* idest facient habere memoriam. *Nominis tui in omni generatione.* Quantum ad locum, quia in omni parte mundi, *Et generatione,* quantum ad tempus, quia *caelum et terra transibunt etc.* Mare. xiii. Matth. ult. : *Ecce ego eobis secum sum etc.* *Proprietatem populi.* Hic

ponitur fructus, qui est, quia omnes populi confitebuntur tibi, Christe : et dicit, *populi,* quia non solum unus populus, sed omnes. Psal. lxi : *Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur tibi populi omnes.* Philip. ii : *Omnis lingua confiteatur, quia etc.* *Isti confitentur ibi in eternum.* In greco idem est aeternum quod seculum, vel aevum; unde *Glossa, in extremitate, scilicet presentis saeculi, et in saeculum saeculi,* idest in futuro. Et haec memoria durabit in aeternum. Isa. xxv : *Gaudium et letitium ultraebunt.* Atta littera habet, *Memor ero nomini tui etc.* Ut haec est melior : et tunc refertur ad fructum Apostolorum, et erit vox populi conversi; quasi dicit : Dico quod constitues eos principes : et ego populus christianus memor ero nominis tui etc., in quo degeneratur fides, quae est in corde : et post laus, quae est post fidem. Et hic Psalmus cantatur in festo natalis Domini propter sponsi laudem quae tangitur. Item cantaatur in festis Virginis, propter ejus Iudicium quae tangitur. De primo, ibi, *Sponsus.* De secundo, ibi, *Astitit regina.* Item cantatur in festiabibus Virginum, quia *adlucentur.* Item in festis Apostolorum, *Pro patribus tuis.*

## PSALMUS XLV

1. *In finem filii Core pro arcuani.*

Deus noster refugium et virtus : adjutor in tribulationibus que invenerunt nos nimis. Propterea non timemus, dum turbabitur terra, et transferunt montes in eis maris.

2. Sonnerunt et turbata sunt aquae eorum : confutati sunt montes in fortitudine ejus.

3. Fluminis impetus levigat civitatem Dei : sumtilerunt tabernaculum suum Altissimum.

4. Deus in medio ejus non commovebitur : adiuvabit eum Deus manu dilecta.

5. Conturbante sunt gentes, et inclinata sunt regna : dedit vacuum suum, modus est terra.

6. Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Jacob.

7. Venire et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram, inferens bella usque ad finem terre. Arcuus conferet, et confranget arma : et scuta conburat igni.

8. Vacate et videle, quoniam ego sum Deus : exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum : susceptor noster Deus Jacob.

1. Postquam Psalmista petit divinum auxilium contra adversa que patitor ab hostibus, cum dixit, *Deus auribus,* et etiam exauditus ostendit gloriam regis, dicens, *Eructur;* hic autem exauditus pro populo, ostendit herculem eum populo. Et sicut per praeceptum in psalmum gloria Christi designatur, ita in eis et psalmo designantur beneficii exulta fidelibus Christi. Unde in II. etiam designatur : et ceteri ex. 6. et 7.

*In finem Psalmus Deo.* *... et etc.* At cana quae sunt a principio, contulit edita, scilicet quod Iacob fecit factum est homo, quod Deus morientis quis est, deus convertantur ad Christum. Ita excentur secrellissima, Isa. xxiv. *Si ergo in me mihi.* Ephes. iii : *Aliis plus faciemus*

*non est agnitus.* Et haec sunt revelata per Christum. Matth. xiiii : *Eruerat ab-  
scondita.* Job. xxviii : *Abscondita produxit  
in lucem.* Hic ergo Psalmus tendens in  
fluen, idest in Christum, est David pro  
arcanis, idest ad arcanaorum manifestatio-  
nem. Alia littera habet, *Pro filiis Core.*  
Per Core qui interpretatur calvaria, intel-  
ligitur crux Christi. Hic ergo Psalmus  
attribuitur fidelibus crueis Christi pro  
revelatione arcanaorum. Hieronymus ha-  
bet, *Pro viventibus.* Agit enim hic de  
tribulatione et conservatione in eis. Est  
ergo pro viventibus, idest pro his qui  
servantur in vita ; et qui servantur auxi-  
lio Dei, dicuntur esse in abscondito. Ps.  
xxx : *Protegit me in abscondito facies suu,  
a conturbatione hominum.* Dividitur ergo  
Psalmus iste in duas partes. Primo agit  
de auxilio divino contra tribulationes ;  
secundo agit de pace post tribulationes  
concessa, ibi, *Venite et videte.* Circa pri-  
mum duo facit. Primo praemittit causam  
horum beneficiorum ; secundo exponit  
mala et beneficia data contra mala, ibi,  
*Sonuerunt.* Circa primum duo facit. Primo  
ponit auxilium Dei contra tribulationes  
praeteritas ; secundo ponit fiduciam con-  
ceptam de futuris, ibi, *Propterea non ti-  
mebinus.* Circa primum duo facit. Primo  
taugit Dei auxilium ; secundo tribulatio-  
nem contra quam divinum auxilium da-  
tur. Si aliquis vult subvenire afflito, hoc  
facit tripliciter. Primo, ut ipsum fugien-  
tem recipiat : et hoc est parum ; secundo,  
ut assistat ei in tribulatione posito ; ter-  
tio, ut ei auxilium exterius praebeat. Et  
haec tria Deus facit qui est refugium ; et  
ideo dicit, *Deus noster refugium.* Prov.  
xviii : *Turris fortissima nomen Domini.*  
Item pugnantes et afflictos adjuvat et for-  
titifat : ideo dicit, *Virtus.* Isa. xl : *Qui  
dat lasso virtutem.* Item adjuvat exterius  
per se et per alias : nude dicit, *adjuvor.*  
Psal. ix : *Adjutor in opportunitatibus.*  
Hoc auxilium est necessarium, *In tribula-  
tionibus que invenerunt nos nimis.* Haec tri-  
bulationes sunt et spirituales et corpora-  
les. Spirituales sunt peccata : et haec in-  
veniunt homines nimis, quia dolor poeni-  
tentiae maximus est inter omnes dolores.



Psal. xxxvii : *Afflictus sum, et humiliatus  
sum nimis.* Et in haec tribulatione Chris-  
tus est refugium : quia in ea consolatur,  
et al. ipso roboretur et juvatur homo.  
Corporales fuerunt in primitiva Ecclesia  
sanctis. II Cor. i : *Gravati supra sanus  
modum,* et ideo dicit, *nimir.* Hieronymus  
habet : Auxilium inventum est in tribu-  
lationibus validum. Et sic ly nimis re-  
fertur ad adjutorium divinum. *Propterea  
non timebinus.* Psal. xxvi : *Dominus illu-  
minatio mea et salus mea : quem Timebo?*  
quasi dicit : Nullum timet. Et merito,  
quia ipse est : *Deus noster refugium et  
virtus, adjutor in tribulationibus que in-  
venerunt nos nimis.* Secundo ostendit  
qua sunt timenda. Duo autem sunt ti-  
menda : scilicet generalis tribulatio, et  
oppressio magnorum. Generalis tribulatio  
est, quando omnes trucidantur. Alia est,  
quando principes capiantur. In his habet  
locum timor. Sed, *Ego non timebo dum  
turbabitur terra,* idest si totus populus  
tribuletur, *Et transferentur montes in  
cor maris.* Nec timebo etiam si magni  
capiantur. Sed mystice, per terram que  
solida est, intelligitur Judea, que solida  
fuit in cognitione unius Dei, et fixa, et  
cingebatur gentibus, sicut terra circum-  
datur mari et cingitur aquis. Isa. i : *Terra  
vestra deserta :* et sic signat persecutionem  
quam fideles passi sunt a Iudeis : quasi  
dicat : Non timebo dum turbabitur Judea  
per predicationem Christi. Matth. ii :  
*Audiens hoc Herodes turbatus est etc.* Et  
*Non timebo,* quia montes idest Apostoli,  
transfert se ad gentes. Act. xii : *Ecce  
convertimur ad gentes, In cor maris,* idest  
in dilatationem gentium, quia gentes  
habuerunt Apostolos in magna reveren-  
tia. Vel, *in cor maris,* idest usque ad  
profunda et extrema terre. Act. xxii :  
*Ad nationes longe mittam te.*

2. *Sonuerunt et turbaverunt aquæ.* Hic  
ostendit quae sunt istæ tribulationes. Et  
primo proponit eas in metaphora ; secun-  
do exponit. Dicit ergo, *Sonuerunt et tur-  
baverunt aquæ eorum.* Secundum Hiero-  
nymum, *aqua ejus.* Et haec est melior  
littera : et est sensus, *Transferentur in  
cor maris aquæ ejus,* idest maris, scilicet

<sup>1</sup> Al. : « adjuvat. »

populi, sonuerunt, propter iracundiam contra nos. Ps. lxxxvii : *Omnes fluctus tuos etc.* Sed, montes, idest principes sicut Nero et alii, *Conturbati sunt in fortitudine ejus*, scilicet Dei, quia ex hac fortitudine etiam ipsi moutes turbati sunt Hebreus habet, *in superbia sua*. Mystice loquitur sic, *Sonuerunt montes*, idest Apostoli qui montes dicuntur : *Turbatae sunt aquæ*, idest populi gentilium ad sonum montium, idest ad prædicationem Apostolorum. Aquæ signant sapientiam;<sup>1</sup> quasi dicat : Aquæ, idest prophetiae gentilium sunt turbatae. I Cor. i : *Perdam sapientiam sapientium etc.* Vel montes, idest Apostoli, *turbati sunt*, scilicet exterius per tribulationes, *in fortitudine maris*.

Sed videtur contrarium dicere alibi, *Justus non conturbabitur*. Psal. xxxvi.

Sed dicendum, quod verum est interius, quia non contrastabit justum quidquid ei acciderit.

3. *Fluminis*. Sub quadam similitudine posuit tribulationes quas sancti sustinuerunt; hic autem sub alia similitudine proponit divinam consolationem quantum ad duo : scilicet quantum ad afflentiam divinae gratiae, et quantum ad solatium divinae præsentie, ibi, *Deus in medio ejus*. Et sicut tribulatio exprimitur sub similitudine aquarum sonantium et turbatarum, ita consolatio exprimitur sub similitudine fluminis, quod signat gratiam propter aquæ abundantiam, quia in gratia est abundantia donorum. Psal. lxiv : *Fleu-  
mrus Dei repletum est aquis*. Et quia derivatur a principio, scilicet fonte, sed non fons a flumine, quia fons est in suo principio, et Spiritus sanctus est a Patre et Filio. Apoc. ult. : *Ostendit mihi fluvium aquæ cive splendidum sicut crystallum, procedentem a sede Dei et agni*. Item quia fluminis movet arenam et lapides, sic Spiritus sanctus movet cor ad opus. Joan. vii : *Flumina de ventre ejus etc.* Sed aliqui sunt fluvii qui habent tardum motum : non est talis iste, quia est festinus : unde dicit, *impetus fluminis*. Et hoc refertur ad duo. Primo, quia Spiritus sanctus gratia perfundit subito cor. Act. ii : *Factus*

*est repente de celo sonus etc.* Alio modo, quia Spiritus impetu sanctus amoris movet cor. Isa. lvi : *Cum venerit quasi fluvius violentus*. Rom. viii : *Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt*. Cant. iv : *Fons hortorum te, quæ fluunt impetu de Libano*. Hieronymus habet, *Fluminis divisiones*. Et haec sunt gratiae Spiritus sancti : quia, *Divisiones gratiarum sunt*. I Cor. xii. Effectus est duplex jucunditatis est unus : et hoc designat eum dicit, *Lætitias civitatem Dei*. Et hoc manifestatur ex auctoritate sacrae Scripturae, quæ dicit Rom. xv : *Regnum Dei non est esca et potus, sed justitia et par et gaudium in Spiritu sancto*. Gal. v : *Fructus spiritus est par, gaudium etc.* Et quia facit amare Deum. Et in hoc amore semper est jucunditas, quia quilibet delectatur in praesentia amati ; et qui diligit Deum, habet Deum praesentem, I Joan. iv : *Qui manet in caritate etc.* Haec civitas est Ecclesia. Psal. lxxxvi : *Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei etc.* Tria sunt in ista civitate, quæ sunt de ejus ratione. Primum est, quod sit ibi multitudo liberorum quia si est ibi unus vel pueri, non est civitas : et similiter si sunt servi. Et hoc maxime invenitur in Ecclesia. Gal. iv : *Non sumus ancilla filii, sed liberæ*. Secundum est quod habeat sufficientiam per se. In vico enim non inveniuntur omnia necessaria vita humanae sanis et infirmis ; sed in civitate oportet invenire omnia necessaria ad vitam. Et hec sufficientia est in Ecclesia : quia quidquid necessarium est ad vitam spiritualem, juventur in ea. Psal. lxiv : *Replebitur in bonis domus tua*. Tertium est unitas civium : quia ab hoc, scilicet ab unitate civium, civitas nominatur ; quia civitas quasi civium unitas. Et haec est in Ecclesia. Joan. xvii : *Ut sint unum in nobis, sicut et nos unum sumus*. Haec ergo civitas latificatur per gratiam Spiritus sancti in eam descendenter. Secundus effectus est sanctitatis : unde dicit : *Sanctificabit tabernaculum suum Altissimus*. Hoc tabernaculum uno modo est ipsa civitas. In civitate habitant quiescentes ; in tabernaculo militans Ecclesia, quæ hic habet pacem, scilicet ex Deo : et

<sup>1</sup> Al. patientiam. »

men patitur inquietudinem a mundo. Joan. xvi : *In mundo pressuram habebitis; in me autem pacem.* Et ideo propter primum dicitur civitas : propter secundum dicitur tabernaculum. Hoc ergo sanctificavit Altissimus per proprium sanguinem. Hebr. ult. : *Jesus ut sanctificaret per suum sanguinem etc.* Item per sacramenta in quibus operatur virtus sanguinis Christi. I Cor. vi : *Sed abhui estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis.* Vel aliter. In civitate et in exercitu est principale tabernaculum regis vel ducis : ita in hac civitate, idest Ecclesia, principale tabernaculum est corpus Christi. Et corpus tabernaculum dicuntur. II Pet. i : *Sciens quod celos est depositio tabernaculi mei.* Et sic corpus Christi est tabernaculum, quia in eo est tota plenitudo divinitatis. Ille tabernaculum sanctificavit Altissimus : non quoniam aliquando non fuerit sanctus, sed quia in ipsa conceptione sanctum ipse formavit : quod fuit singulare in Christo.

4. *Deus in medio ejus.* Ille ponitur consolatio ex praesentia. Et primo ponit beneficium hujus praesentiae ; secundo effectus, ibi, *Non commovebitur.* Dicit ergo, *Deus in medio,* scilicet Ecclesie. I Cor. xiv : *Vere protestans quod Deus est in vobis.* Et dicit, *In medio,* ut ostendat quod non est acceptor personarum, ut dicitur Act. x, et Eph. vi. Medium autem dicitur quod aequaliter distat ab extremis. Et Deus quantum est in se aequaliter se habet ad omnes : Luc. xxiv : *Stetit Jesus in medio discipulorum :* Gen. ii : *Lignum vite erat in medio paradisi.* Vel ideo dicit, *In medio,* quia cor dicitur esse in medio hominis. Quia ergo habitat in cordibus nostris, ideo dicitur esse in medio. Effectus est duplex : stabilitas contra mala, et firmitas ad bona. Dicitur ergo, *Quia Deus est in medio ius,* scilicet istius civitatis, *Non commoverbitur,* idest firma reddetur et stabilis : Ps. cxxiv : *Qui confidunt etc.* Matth. xvi : *Portae inferi non prevalebunt adversus eam.* Quantum ad secundum dicit, *Adjutoriam eam Deus :* quod non solum oportet quod detur stabilitas contra mala, sed auxilium ad bona implenda. Dicit ergo, *Adjutoriam eam Deus,* idest Ecclesiam, *Mane diluculo.* Per mane intelligitur principium boni operis. Quidam

dicunt, quod principium boni est a naturali principio, sed finis et consummatio est a Deo. Sed contra est, quod hic dicit quod *Mane,* idest ab exordio boni operis. Unum exordium boni operis ex parte intellectus est cogitatio, aliud ex parte voluntatis : et haec duo sunt a Deo, quia, *Non sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis* ut Apostolus dicit II Cor. iii, *sed sufficientia nostra ex Deo est.* Item in ipso est relle et perficere, ut idem Apostolus dicit Phil. ii. Et per hoc quod additur, *Diluculo,* designat quod Ecclesia juvatur per spiritualem illuminationem Spiritus sancti : Isa. lx : *Surge, illuminare etc.* Alia littera habet, *Vultu suo :* et hoc refertur vel ad statum presentem ; et sic signat praesentiam auxilii ejus, quasi principaliter ei subvenientis, secundum illud Psalm. xxxix : *Ostende nobis, Domine, faciem tuam, et salvi erimus.* Vel ad statum futurum ; quasi dicat : Modo est in medio ejus : et permittit eam conquassari, sed in futuro prehebit ei auxilium aspectu vultus sui : Ps. xx : *Laetificabis eum in gaudio cum cultu tuo.* In Hebreo est talis littera. Et si pro codem accipiatur mane et diluculo, scilicet considerationis diluculi, quia optima et ad contemplandum hora matutina ; Ps. v : *Mane astabo tibi.* Item Ps. lxi : *in matutinis meditabor in te;* quasi dicat, *Adjutoriam eam Deus vultu suo,* idest in contemplatione sua altitudinis. Et possunt haec referri ad B. Virginem, quia *ipsa est civitas,* in ipsa habitavit, ipsam fluminis impetus, scilicet Spiritus sanctus, laetificavit, ipsam sanctificavit in utero matris sue, postquam formatum fuit corpus et creata anima. Tunc primo operuit gloria Domini tabernaculum, ut dicitur Exod. xi. Et est alia sanctificatio B. Virginis et aliorum sanctorum : quia alii sic sanctificati fuerint quod inquit mortaliter peccaverint, tamen venialiter sic : Joan. i : *Si dicceremus quia peccatum non habemus etc.* Beata autem Virgo nec mortaliter, nec venialiter inquit peccavit : Cant. iv : *Tota pulchra es amica mea etc.* Et ideo dicit, *Non commoverbitur,* nec veniali peccato. Et ideo dicit, *Adjutoriam eam Deus mane diluculo,* idest adhuc ea existente in utero. Et hoc est quod dicit, quod

*auxiliatus est ei Dominus in ipso ortu matutino.*

5. *Conturbata sunt gentes.* Supra Psalmista posnit afflictionem aliorum et consolationem propriam sub similitudine; hic autem exponit primo quod dictum est de afflictione; secundo de consolacione, ibi, *Dominus virtutum;* et ordinante exponit omnia. Supra loquens de tribulatione, dicit, *Souuerunt et turbata sunt:* ubi tetigit turbationem et causam, *In fortitudine.* Item turbationem aquae: et exponit eum dicit, *Conturbata sunt gentes:* Apoc. xvii: *Aqua multa, populi multi. Conturbati sunt, in malo, quia insaniuerunt contra Christum.* Vel in bono: quia qui ad bonum convertitur, sentit afflictionem propter consuetudinem præteritam. Item turbati sunt montes. Et dicit, *Inclinata sunt regna,* idest reges terre humiliati sunt ad fidem Christi: Isa. xlix: *Vultu in terram demisso adorabunt te.* Et causam exponit, cum dicit, *Dedit vocem suam.* Supra dixit, *in fortitudine:* in veteri autem testamento dicit, *Dedit vocem, sed per prophetas sed postea per seipsum.* Psalm. xvii: *Intonuit de cibo etc.* Cant. ii: *Sonet vox tua in auribus meis.* Ad hanc vocem, *Mota est terra,* primo Iudeae, postea tota terra universaliter: Isa. xxiv, *Commotione commorebitur terra.* Quidam autem commoti sunt in malum per vocem Christi: sicut pharisei et alii multi. Quidam in bonum, sicut Apostoli, et qui conversi sunt ad illum.

6. *Dominus virtutum.* Hie exponit quod dicit de consolacione, scilicet quod dicit, *Deus in medio ejus.* Et describit Deum adjuvantem, et ejus presentiam et ejus auxiliuum. Denun describit dupliciter: quia Dominus virtutum, quia dominatur non solum creaturis inferioribus, sed etiam virtutibus celestibus. Non erat sufficiens homini quod mitterentur Angeli, quos misit ad dationem veteris testamenti; sed oportebat quod ipse veniret, ut imponeret, quod anima homini est tanta exercitatio quod non nisi in Deo virtutum potest beatificari: Ps. lxxix: *Domine virtutum respice et vide etc.* Et est nobiscum

primo per earnis similitudinem: Phil. ii: *In similitudinem hominum factus.* Item per familiarem conversationem: Baruch iii: *Post haec in terris visus est etc.* Item per gratiam inabitans nos: Ephes. iii: *Inhabitare Christum per fidem etc.* Et ideo dicitur Emmanuel, idest nobiscum Deus. *Susceptor noster Deus Jacob.* Hie ostendit auxilium quod habet a Deo, quia ipse susceptor noster est, qui suscepit nos in suam curam: Ps. iii: *Tu autem, Domine, susceptor meus es.* Vel ostendit quomodo sit nobiscum, quia scilicet suscepit nostram naturam: Hebr. ii: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.* Ideo dicitur *Deus Jacob.* Deus virtutum dicitur propter gentiles, ne credant quod non habeamus alium Deum quam ipsi: Hebr. ii: *Nou confunditur rocore ros fratres dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus nris, in medio Ecclesie laudabo te.* Ps. xxi.

7. *Venite et videte opera.* Hie exprimit tranquillitatem subsequentem: et facit tria. Primo excitat attentionem. Secundo proponit tranquillitatem. Et tertio inducit conclusionem. Primo ergo inducit in considerationem divinorum operum; et ideo dicit, *Venite per fidem:* II Cor. v: *Per fidem ambulamus. Et videte,* per studium et diligentiam: Matth. xi: *Venite ad me omnes etc.* Et *videte,* idest considerate: *Opera Domini:* Isa. iii: *Opus Domini non respergit.* Dicitur peccatoribus Ps. cxxxviii: *Mirabilia opera tui etc.* Quæ posuit prodigia super terram. Hæc opera sunt prodigia, quæ prætendunt aliiquid in futurum. Et mirabilia quæ tempore Christi fuerunt, sive circa mortem Christi, sive in vita quæ fecit: quæ omnia fuerunt signa alienjus futuri. Et sunt *Super terram,* idest super omnem naturalem virtutem. Et quæ sunt ostendit, *Anferens bella.* Primo fuit opus pacis. Secundo ostendit magnitudinem operis hujus. Tertio utilitatem, *Abstinet bella,* quia in tempore nativitatis Christi in toto mundo facta est pax: Ps. lxxi: *Oriitor in diebus ejus justi in, et abundantia pacis:* Ps. lxxv: *Ibi confringit potestias.* Et hæc significabant pacem quam venit facere Christus

inter Deum et humanam naturam. Magnitudo pacis ostenditur quantum ad locum, quia, *Usque ad finem terræ*, quia fuit quasi universalis pax. Ad litteram, tempore nativitatis Christi : quia jam quiescentibus bellis civilibus, Octavianus dominabatur toti mundo. Et haec pax prætendebat quod pax Christi derivari dehebat in omnibus hominibus. *Luc. ii* : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus.* Secundo quantum ad tempus, quia diurna. Et hanc diuturnitatem describit, quia si homo timet bellum, conservat arma. Et ideo dicit, *Arcum conteret, et confinget arma;* quasi dicat : Tamdiu durabit pax, quod omnes tradent oblivioni arma : quia illa pax diu durabit : *Isa. ii* : *Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces.* Et describit arma impugnationis qua a remotis percurrent : unde dicit, *Arcum conteret :* *Osee. i* : *Conteram arcum Israel in valle Iesrael.* Et quandoque de prope : et hic est gladius et lancea. Item describit arma defensionis, quia, *Scuta comburent igni.* Et haec significabant perpetuitatem pacis stende per Christum : *Isa. ix* : *Multiplicabitur ejus imperium, et pacis non erit finis.* *Conteret arcum,* idest dolosas machinations. *Ps. xxxvi* : *Arcus eorum confingatur. Et confinget arma,* idest manifestas insidias : *Luc. xi*, *Cum fortis armatus etc.* *Et scuta comburent igni,* idest obstinatarum mentium defensiones, quibus nituntur resistere divinae voluntati : *Job xli* : *Corpus ejus sicut scuta fusilia,*

*et compactum squammis sese premerib[us].* Haec comburet igne Spiritus sancti, qui dissolvit duritiam cordium : *Luc. xii* : *Ignem veni mittere in terram.*

8. *Vacate et videte.* Hic finis est paris. Finis pacis temporalis, secundum Philosophum, est contemplatio veritatis. Unde pax est utilis finis vite activa, et pax ordinatur ad contemplationem. Et secundum Augustinum, Christus procuravit pacem Romani imperii, ut Apostoli discurrent per totum mundum. Et ideo dicit ex quo est tanta pax, *Vacate et videte.* Unde patet quod Deus dat pacem ut non vacent malis operibus, sed contemplationi veritatis : *1 Cor. vii* : *Ut vacetis orationi* : *Eccles. xxxix* : *Et in prophetis vacabit. Videate,* dicit duo : primo quod Christus est verus Deus : secundo quod ejus fides debeat divulgari per totum mundum. Quantum ad primum dicit quod sit Deus : *Deut. xxxii* : *Videte quod ego sim solus, et non sit aliis præter me.* Quantum ad secundum, *Exaltabor in gentibus,* idest demonstrabor altus in fide gentium : *Malach. i* : *Ab ortu solis etc.* Et ponit hoc iterato, *Exaltabor in terra, scilicet Iudaorum,* quæ dicitur terra propter stabilitatem : *Rom. xi* : *Donce plenitudo gentium intraverit, et sic omnis Israel salvus erit.* Ostendit ex his magnitudinem Dei ; cum dicit, *Deus virtutum nobiscum* ; quasi dicat : Et his operibus Dei magnis tunc ostensis possumus dicere, quod Dominus virtutum est nobiscum. Et hoc expositum est supra.

## PSALMUS XLVI

### 1. In finem pro filiis Core.

*Omnes gentes plaudite manibus : jubilate Deo in voce exultationis.*

2. *Quoniam Dominus excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram. Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris.*

3. *Elegit nobis hereditatem suam, speciem Jacob quem dilexit. Ascendit Deus in jubilo, et Dominus in voce tubæ. Pallite Deo nostro, psallite : psallite regi nostro, psalite.*

4. *Quoniam rex omnis terræ Deus : psallite sapienter. Regnabit Deus super gentes : Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populi congregati sunt cum Deo Abraham : quoniam Dñi fortes terræ vehementer elevati sunt.*

1. In precedentibus Psalmis Psalmista exposuit gloriam regis et regni ; hic autem exhortatur gentes alienigenas ut convertantur ad Deum. Et primo hortatur ad Dei laudem. Secundo ad spem de Deo habendam. Tertio docet eas cultum divinum. Secundum incipit, ibi, *Audite hæc.* Tertium, ibi, *Deus Deorum.* Titulus est manifestus, quia est expositus supra, *In finem pro filiis Core Psalmus David.* Circa primum duo facit. Primo exhortatur omnes gentes ad laudem Dei. Secundo ponit

tur materia laudis, ibi, *Magnus Dominus*. Circa primum tria facit. Primo enim potuit invitationem ad laudem Dei. Secundo causam, ibi, *Quoniam Dominus excelsus*. Tertio manifestat hanc causam, ibi, *Ascendit Deus*. Lans Dei procedere debet ex jucunditate cordis, sicut etiam est in patria : Isa. li : *Gaudium et latitia invenietur in ea*. Haec laetitia cordis ostenditur per signum exterius, facti vel verbi. Primo ergo inducit ad laudem, quantum ad facta. Secundo quantum ad verba. Dicit ergo, *Onnes gentes*; quasi dicat : Nobis tot bona fecit Deus, ergo laudate eum facto, *Plaudite manibus*. Plausio manuum sit in signum exultationis : Jer. v : *Sacerdotes aplaudebant manibus suis*; quasi dicat : *Plaudite*, id est exultationem cordis ostendite per plausum manuum. Et hoc sit, quando exterior operatur homo servitia Dei cum jucunditate : Ps. xcix : *Servite Domino in lvitia*: Isa. lv : *Omnia lingua regionum plaudent manu*, id est omnes populi plaudent. Item. Laudate eum in verbo : unde dicit, *Jubilate Deo in voce exultationis*, id est in voce exteriori demonstrante interiore affectum. *Glossa* : Jubilus est ineffabile gaudium, quod nec taceri potest; sed non potest exprimi, quia excedit comprehensionem. Et talis est bonitas Dei que non potest exprimi : et si exprimatur, imperfecte tamen exprimitur. Et ideo dicebat Jer. i : *A, a, a, ecce nescio loqui*. Et hunc jubilum signat Ecclesia, quando in eadem dictione multiplicant notas : Ps. lxxv : *Jubilate Deo omnis terra*, *Psalmum dicite etc.*

2. *Quoniam Dominus*. Hie ponitur causa laudis, et bona que proveniunt ex magnitudine Dei. Et primo ponitur magnitudo Dei. Secundo magnitudinis signum. Magnitudo Dei commendatur dupliceiter. Primo per altitudinem potestatis. Secundo per majestatem dominationis. Dicit ergo. Laudans est Deus propter altitudinem sue naturae, quia Dominus excelsus : Ps. cxii : *Excelsus super omnes gentes Dominus etc.* Et quia excelsa sunt a nobis remota, posset aliquis credere quod non esset timendum, nec haberet providentiam de nobis; sicut aliqui stolti dixerunt, in quorum persona dicitur Job. xxii : *Circa*

*cardines corli perambulat, nec nostra considerat*. Et ideo dicebat : Quantum in te est evanescere timorem. Sed noui est ita. Iste est Excelsus, quia est terribilis, quia omnia prospicit, omnia punit. Item timendum est propter ejus dominium, quia, *Rex magnus super omnem terram* : Ps. xxii : *Domini est terra etc.* Magnus est universalitate dominii, quia *regnum omnium saeculorum*, Ps. cxlii. Item duratione, quia in aeternum. Item auctoritate, quia rex omnium regum. Signum magnitudinis hujus regis sumitur ex his que in nobis fecit, et haec sunt beneficia Dei. Primo in subiectione aliorum. Secundo in collatione honorum. Dicit ergo, *Subjecit populos nobis*. Haec sunt verba Ecclesiae, cui etiam temporaliter sui inimici subjiciuntur. Augustinus in *Glossa* : Quantum enim modo currunt ad Ecclesiam nondum Christiani, rogant auxilium Ecclesiae, subvenire sibi temporaliter volunt, etiam si nobiscum in aeternum regnare adhuc nolunt. Item, ut sint verba Apostolorum, *Subjecit populos nobis*, scilicet Iudaorum, et gentes, id est nationum, *Sub pedibus nostris* : Isa. lu : *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem*. Item ibidem lxxv : *Ut subieciam ante faciem ejus gentes*. Vel aliter, *Subjecit populos nobis*. Quidam convertuntur ad fidem; et isti subjiciuntur propria voluntate. Alii non convertuntur, sed gentiliter vivunt; est isti subjiciuntur sub pedibus, quia finaliter erunt oppressi sub nostra judicia potestate.

3. *Elegit nobis hereditatem suam*. Ille ponitur aliud beneficium collationis honorum. Ubi notandum est quod electio importat acceptioenem unius super alterum. Electio autem Dei potest accipi ex duplice parte. Primo ex parte honorum que conferuntur. Et sic distingue : quia quadam horum que conferuntur sunt temporalia, quadam spiritualia. Impii autem peccatores accipiunt pro parte eos contingente temporalia : Sap. ii : *Hoc est pars nostra*. Justi autem accipiunt in parte ipsum Denū : Psal. xv : *Dominus pars hereditatis meæ*. Deus autem, elegit sibi bona spiritualia; id est, fecit nos eligere bona spiritualia. *Elegit ergo nobis hereditatem suam*: quasi dicat : Cum sint

diversae partes bonorum, elegit nobis datur hereditatem suam. Secundo accipitur electio Dei ex parte illorum quibus datur; et sic fit distributio, quia damnati omnes sunt in peccato originali, tamen quidam salvantur ex Dei electione. Et ideo dicit, *Elegit nobis etc.* Et quae sit haec hereditas, ostendit, *Speciem Jacob quam dilexit*, *Littera Hieronymi habet, Gloriam, vel superbiam Jacob.* Et hic accipitur superbia pro excellentia: Isa. ix: *ponam te in superbiam*, idest in excellentiam, *seculorum*. Ibid. *Cum gloria*, idest specie, vel decore: quia in ipsa hereditate aeterna erunt excellentes, gloriati et decori: Jer. xxxi: *Benedic tibi Dominus pulchritudo justitiae. Quem dilexit.* Vel quem Jacob; quasi dicat: Haec hereditas est gloria Jacob, idest fidelis, quam gloriam Deus dilexit, quia diligit Dominus portas Sion. Vel, *Speciem Jacob*, idest id quod est representatum per Jacob: quia representata sunt ei spiritualia bona ad quae sumus nos electi, quia scalam quam vidi, et alia huiusmodi. Sed prima lectura est melior. *Ascendit Deus in jubilo.* Hie expounit causam et ordinem. Dicit quod est excelsus et rex magnus; et propter hoc est laudans. Sed numquid est ita excelsus? Ita. Et primo ostendit ejus excellentiam. Secundo ostendit amplitudinem regni ejus, ibi, *Psallite.* Cirea primum duo facit. Primo ponit excelleutem ejus. Secundo concludit exhortationem, ibi, *Psallite.* Dico ergo quod est excelsus, quia ascendit. Sed si excelsus, quomodo ascendit? Quia descendit. Eph. iv: *Qui ascendit ipse est etc.* Sed quomodo ascendit? In *Jubilo*. Jubilus est gaudium immensum: et hic jubilus signat imperfectam cognitionem. Duo genera psallentium fuerunt in ascensione Christi, scilicet Apostoli et Angeli. Apostoli autem imperfectam cognitionem habent de divinis: et ideo ad eos pertinet jubilus de gudio ascensionis Christi cum gloria. Item fuerunt ibi Angeli, et claram cognitionem habuerunt: et ad eos non pertinet jubilus, sed manifesta annuntiatio: et ideo dicit, *Et Dominus in voce turbæ.* Unde Angeli dicunt Act. i: *Viri Galilai quid statis etc.* Si ergo est excelsus, *Psallite Deo nostro, ore, Psallite regi nostro, cor-*

*de : 1 Cor. xiv : Psalmum spiritu, psalmum et mente.*

4. *Quoniam rex.* Consequenter ostendit, quod est rex magnus: et ostendit hoc ordine converso. Quia primo inducit eos ad psallendum regi. Secundo assignat causam. Tertio manifestat eam. Dico ergo, *Psallite Deo* sed iterum, *Psallite regi*, quia est magnum. Et dicit bis, *Psallite, psallite*, quia eodem honore honoramus humanitatem et divinitatem in Christo: quia idem suppositum est: Joan. v: *Omnes honorificant Filium sicut honorificant Patrem.* Et quod sit psallendum ostendit, quia est, *Rex omnis terræ Dens.* Et ideo vos habitatores terræ psallatis ei. Et dicit, *Omnia terra, non Iudeæ tantum, vel Graecia, sed totius orbis:* sed, *Psallite sapienter*, idest discrete. Et psallite non solum ore, sed corde renovati interiori: quia, *Non est speciosa laus in ore peccatoris*, sicut dicitur Ecel. xv. Item non cum mente turbata: Jae. v: *Oret aequo animo.* Item continet: Isa. xxiii: *Bene cane, frequenta canticum.* Consequenter manifestat, *quomodo sit rex omnis terra.* Et primo praedicit regnum Christi super omnes gentes. Secundo super *omnes principes gentium*; quasi dicat: Dico quod est rex omnis terra: quia licet nunc regnet in Iudea tantum, regnabit tamen super omnes gentes, quia, *omnes gentes converterunt ad Deum*: Ps. cxvi: *Laudate Dominum omnes gentes.* Et huius ratio est: quia Christus Deus, et jam ascendens ad dexteram Patris, *Sedet super sedem sanctam*, idest a dexteris Dei: et sic nihil restat nisi ut omnes subjiciantur ei: Dan. vii: *Datum est ei regnum.* Nec solum gentes subjiciuntur ei, sed etiam eorum principes; unde dicit, *Principes populorum*, scilicet omnium *congregati sunt per fidem et amorem*, *Cum Deo Abraham.* Et dicit, *Abraham*, quia ipse fuit principium credendi et Patrem et Filium: Matth. iii: *Potens est suscitat de lapidibus istis filios Abraham*: Ps. lxxi: *Reges Arabum etc.* Et ratio quare congregati sunt, *Quia dii fortes terræ vehementer elevati sunt.* Et hoc potest duplenter intelligi. Uno modo de Iudaicis: quia ipsi fuerunt dii, quia instructi de

Deo : Joan. x : *Ilos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est.* Item fuerunt fortis, quia constantes in fide nunc Dei, sed, *Terræ*, quia oculi eorum et affectus eorum erant semper ad terrena. Isti, *Sunt elevati*, per superbiam, *Vehementer*, intantum quod noluerunt Christi doctrinam. Et ideo Apostoli ierunt ad gentes. Alio modo, *Quia dii fortis*, idest Apostoli. Et dicuntur dñi propter judicariam potestatem. *Et iudices* in veteri testamento dñi vocabantur : Exod. xxii : *Dñs non detrahes. Applica ad Deos*, idest

ad iudices. Et dicuntur fortis, propter constantiam in passione : Rom. viii : *Qui nos separabit a charitate Christi?* *Terræ*, idest adhuc in terrenis existentes : II Cor. iv : *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Et *Elevati sunt vehementer*, pra prædicationem : Marc. ult. : *Illi autem profecti prædiraverunt ubique.* Item per miraenlorum operacionem. Item per gloria adceptionem. Hieronymus habet, *Quoniam dii sancta terra*, quia Apostoli fuerunt protectores omnium populorum.

## PSALMUS XLVII.

*1. Canticum filii Core pro secunda Sabbati.*

Magnus Dominus et laudabilis nimis : in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

2. Fundatur exultatione universæ terre mons Sion, latera Aquilonis, civitas regis magni Deus in domibus ejus cognoscetur, cum suspicet eum.

3. Quoniam ecce reges terre congregati sunt, convenierunt in unum : ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturiantis : in spiritu vehementi conteres nave Tharsis.

4. Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri : Deus fundavit eam in aeternum.

5. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui. Secundum nomen tuum Deus, sic et haec haec in fines terra : justitia plena est dextera tua. Laetetur mons Sion, et exultent filiae Judeæ, propter iudicia tua Domine.

6. Circundate Sion, et complectimini eam : narrate in turribus ejus. Ponite corda vestra in virtute ejus : et distribuite donum ejus ut enarratis in progenie altera. Quoniam hic est Deus, Deus noster in aeternum et in seculum seculi : ipse reget nos in seculo.

1. Supra Psalmista invitavit gentes ad psallendum Deo de beneficiis Dei ; hic a tem scripturam describit magnam populi vel civitatis exultationem. Titulus, *Psalmus laus cantici filii Core pro secunda Sabbati.* Apud Judæos sabbatum solemnissimum habebatur : et omnes ferias a sabbato vocabantur ; ita quod dies dominica vocabatur prima sabbati ; dies lumen vocabatur secunda sabbati ; et sic de aliis diebus. Dicit ergo, *Pro secunda sabbati*, quia Gen. i, prima die dixit Deus, *Fiat*

*luz* ; secunda die dixit, *Fiat firmamentum.* Per lucem intelligitur Christus ; per firmamentum Ecclesia designatur. Quia ergo agit hic de magnificientia Ecclesiae, ideo convenienter dicitur pro secunda sabbati. In Hebraeo tamen, nec in Hieronymo non est pro secunda sabbati. Dividitur ergo Psalmus iste in duas partes. Primo enim describit magnificientiam civitatis. Secundo subdit gratiarum actionem, ibi, *Suscepimus Deus.* Circa primum duo facit. Primo describit magnificientiam civitatis. Secundo inducit testimonium, ibi, *Quoniam ecce.* Dignitas civitatis dependet a Domino ejus : et ideo primo commendat Dominum. Secundo civitatem, ibi, *fundatur.* Dominum describit ex propria dignitate, et ex suis operibus. Ex dignitate, quia, *Magnus Dominus* : Ps. lxxvi : *Qui Deus magnus est etc.* Et magnitudo ejus est immensitas ejus bonitatis. Augustinus : In his quae non mole magna sunt, idem est magnum esse quod bonum esse. Ex operibus, quia, *Laudabilis nimis.* Lans proprie respicit opera. Et dicit, *Nimis*, quia quantumcumque landes eum, adhuc defleis a lande ejus : Eccl. xiii : *Glorificantes Deum quantumcumque potestis, parvabit adhuc* : et hoc licet in tota creatura pateat, specialiter tamen apparat in beneficiis gratiae quibus constituta est Ecclesia. Et ideo dicit, *In civitate Dei nostri*, scilicet Ecclesia : Apoc. xxi : *Vidi*

<sup>1</sup> Al. : « spiritualiter. »

*civitatem sanctam Ierusalem etc.* Et haec civitas, scilicet Ecclesia, sita est *In monte sancto ejus*. Hie mons est Christus. Isa. ii : *Erit mons dominus Domini*. De hac civitate dicitur Matth. v : *Nisi potest civitas abscondi supra montem posita*.

2. *Fundatur*. Hie commendat civitatem tripliciter. Primo ex amplitudine, vel jucunditate. Secundo ex dispositione. Tertio ex sapientia ciuium. Dicit ergo, *Fundatur exultatione mirrora terræ*; quasi dicat: Fundata est in monte, idest Christo. Sed numquid haec fundatio pertinet ad unam terram tantum? Non, sed redundat in gaudium universæ terra, quia omnes percipiunt gaudium hujus foundationis: Ps. lxxv : *Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite etc.* Isa. xi : *Venient in Sion laudantes*; Thren. i : *Huc enim est nrs perfecti decoris?* Alia littera habet, *Fundatur*; quasi dicat: Magnus Dominus. Et dico Dominus, qui est fundator hujus civitatis. Et hoc, *In exultatione*. *Mons Sion latera aquilonis*, idest deposita in latere montis Sion ad aquilonem. Sion signat Judæos, aquilo vero signat gentiles idolatras. Haec ergo civitas est composita ex Judæis et Gentilibus. Hieronymus aliter habet, et competit mysterio spouse, *Germine gaudio universa terræ montis Sion, in lateribus aquilonis civitata regis magi*. Et exponitur secundum mysterium. Haec civitas laudatur ex civilitate quam colit, et ex humanitate Christi quam assumpsit. Dico, quod est magna; et hoc est ex ipso specioso germine, idest Christo. Et hoc est gaudium universæ terra. In Hebreo habetur, *Decoris nimis exultationis*, scilicet Christus, et hoc est in monte Sion. *Deus in domibus ejus cognoscetur*. Hie commendat civitatem sapientia ciuium: vera namque sapientia consistit in Dei cognitione. Jer. ix : *In hoc glorietur qui gloriatur, scire et nosse me*. Et ideo commendat eam ex hoc quod Deus in ea cognoscitur, et dicit, *Deus in domibus ejus cognoscetur*. Est autem triplex cognitio Dei: quia hoc potest referri ad statum civitatis Jersalem, et ad Ecclesiam, et ad futuram gloriam. Una ergo cognitio de Deo est figuralis et obscura; et haec cognitio fuit in veteri testamento:

et talis cognitio fuit in civitate illa, scilicet Jersalem, et in populo Iudaico. Ps. lxxxv : *Notus in Iudea Deus etc.* Et secundum hoc dicitur, *Deus in domibus ejus cognoscetur*. Hieronymus habet, *Deus agnitus est etc.*, scilicet non in uno loco, sed in omnibus domibus et civitatibus. Et dicit, *In domibus*; nam apud Athenas cognoscebatnr Deus Act. xv : *In ipso viribus, moremur et sumus*. Ad Roman. i : *Invisibilis Dei etc.* Sed non cognoscebatnr in domibus, sed in scholis apud aliquos: sed in gente illa omnes cognoscebant Deum. Alia est cognitio realis, sed obscura et imperfecta; et haec est cognitio qua Deus cognoscitur per fidem. I Cor. xiii : *Videntis nunc per speculum etc.* et sic Deus in domibus cognoscitur cognitione reali, sed fidei; II Cor. iii : *Nos autem revelata facie gloriarum Domini contemplantes*. Et dicit, *In domibus*; quia tota universalis Ecclesia continet sub se multas ecclesias et multa collegia, quarum qualibet domus dicitur habere cognitionem Dei. Jer. xxxi : *Me omnes cognoscent a minimo usque ad maximum*. Alia est realis, qua est cognitio perfecta et aperta. I Cor. xii : *Tunc cognoscam sicut et cognitus sum, in dominibus coelestis Jersalem*. Et dicuntur plures domus diversi ordines sanctorum, scilicet Apostolorum, martyrum, confessorum et virginum etc. Joan. xiv : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Et secundum hoc dicitur in Psalterio Romano : *Deus in gradibus ejus cognoscetur*; quia non omnes aequaliter cognoscunt, sed erunt diversi gradus cognitionis secundum quosdam. I Cor. xv : *Stella differt a stella in claritate*. Sed hoc erit, *Cum suscipiet eam, ad adjuvandum*; quia ipse est susceptor et auxiliator noster. Alia autem littera Hieronymi habet, in auxiliando.

3. *Quoniam*. Hie probat dignitatem civitatis per testimonium. Et primo inducit testes; Secundo eorum probitatem; tertio ipsorum confessionem. Ad hoc quod testimonium sit credibile, tria sunt necessaria: scilicet dignitas testimoniū, ut' sint testes auctoritatis; quia si sint leves, eorum testimonium non debet

<sup>1</sup> Al. : « si »

approbari. Item numerositas, et concordia; et haec tria sunt in istis testibus. Quia sunt magna dignitatis; quia *Reges terræ*, unus fuit Constantinus, alius fuit Justinianus et Carolus Magnus qui Ecclesiam firmaverunt privilegiis. Item multi fuerunt, quia congregati sunt de diversis nationibus et temporibus. Possunt etiam per reges intelligi sapientes et justi, qui testimonium perhibuerunt Ecclesia conversi ad fidem. Ps. xlii : *Principes populum.* Item sunt concordes, *Convenerunt in unum*, scilicet testimonium et sententiam. Ps. cx : *In conveniente populus in unum et reges etc.* Potest iterum aliter exponi; tamen prima expositio est literalis, quia in Hieronymo habetur, *Testati sunt. In græco habetur, Suscipient eam*, scilicet ad defendendum. Et hoc necessarium est, *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, convenierunt in unum*, scilicet contra Ecclesiam. Et isti qui aliquando testimoniis perhibent aliquando contra Ecclesiam fuerunt, et aliquando persecuti sunt eam, postea eam firmaverunt. *Ipsi videntes.* Hic describit eorum probitatem, ubi septem fuerunt. Primum visio, idest cognitio fidei; unde dicit, *Ipsi videntes, idest cognoscentes per fidem miracula quæ Christus et apostoli faciebant.* Isa. lxi : *Videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclitum tuum.* Secundum est admiratio in his quæ videntur, quia sunt supra sensum et rationem humanam. Isa. ix : *Videbis et afflues et mirabitur et dilatabis cor tuum.* Ps. xxxviii : *Mirabilia opera tua.* Tertium est conturbatio pro peccatis. Propter secundum, *Admirati sunt.* Propter tertium, *Conturbati sunt.* Ps. lix : *Commovisti terram, et conturbasti eum.* Quartum est commotio. Aliquando quis conturbatur de peccato, et habitur in desperationem, vel persistit in malo; sed isti commoti sunt ad penitentiam. Isa. xxiv : *Commotione commovebitur terra.* Quintum est, quia haec commotio debet esse cum timore Dei, ut non attribuat sibi quod per se moveatur ad hominem, sed Deo; et dicit, *Tremor apprehendit eos.* Ps. ii : *Serrite Dominum in timore.* Hic dolor et tremor est fructuosus; unde dicit, *Ibi dolores ut*

*portuientis*, qui convertuntur in gaudium propter spem prolis et fructus. Isa. xxvi : *A timore tuo, Domine, concepimus et perpernus spiritum salutis.* Et hoc est sextum. Septimum est. *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis*, idest mare universaliter, et sic conteres naves maris. Vel dicendum, quod ibi est una provinicia quæ Cilicia vocatur, et Tharsis est metropolis ejus, ubi natus est Paulus, et ex illa civitate tota regio nominatur Tharsis, et ibi sunt multæ naves; vel sicut in mari mediterraneo primi navigantes fecerunt Carthaginem, et isti simul pugnantes cum Tyriis prævaluerunt. Et ideo Tharsis vocatur totum mare mundi. Per naves que ad negotiandum vadunt, signatur cupiditas, et hoc est abundantia rerum mundi. Et sicut naves fluctuant in mari, ita divites fluctuant in rebus mundi. Sed quando convertitur homo ad penitentiam, tunc naves, idest cupiditates hujus mundi, conterentur. *Sed in spiritu vehementi, scilicet in Spiritu sancto.* Abdie i : *Juxta est dies Domini super omnes gentes.* Isa. xxii : *Ullate naves maris.* Sed secundum Cassiodorum, per hoc designatur totum tempus incarnationis Christi. *Dens cognoscetur in dominis ejus cum suscipiet eam*, idest humanam naturam in unitate personæ. Isa. lx : *Propter hoc scribit populus meus nomen meum.* Et quare? *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: convenierunt in unum.* Reges, scilicet principes Iudeorum et scribae populi congregati sunt ab Herode sciscitate ab eis ubi Christus nasceretur, *Et convenierunt in unum*, scilicet quod natus erat in Bethlehem. Et videntes sic, sicut propheta dixerunt, *Admiratis sunt, commotis sunt*, quia Herodes turbatus est, et omnis Hierosolyma cum eo. Matth. ii : *Et commoti sunt, aliquid ad illeum.* Et tantus fuit pavor ut corpus tremeret, *Tremor apprehendit eos;* et *Ibi fuerunt dolores, ut partuientis*, propter necem infantium occisorum ab Herode: *Et in spiritu vehementi, quia in furore mittens occidit omnes pueros a bimatu et infra, idest a duobus annis, et infra.* Et in furore fecit comburi omnes naves Tharsis, idest in Tharso Cilicie, quas credebat magos per aliam viam rever-

tentes portasse in patriam suam. Prop-  
terea dicit, *In spiritu vehementi.*

4. *Sicut audiimus.* Hic ponitur confes-  
sio, et testimonium testimoni. Et primo  
conflentur veritatem ejus quod audie-  
runt. *Sicut audiimus,* per predicationem  
Apostolorum : *Ita et vidimus,* idest percepimus verum esse. Hoc dixer-  
unt quando conversi sunt ad Christum.  
Vel ut sit conversio Iudeorum. Nos audi-  
vimus per prophetas, et ecce jam vidi-  
mus. Sed contingit aliquando quod ali-  
quis audit aliquid magnum, et non crede-  
dit sic esse donec experietur : et hoc Ja-  
cob dixit. Gen. xxvii : *Vere lobus iste  
sanctus est etc.* III Reg. x : Regina Saba  
quaenam venit experiri sicut audierat, non  
tamen credebat tantam sapientiam Salo-  
monis ; quae plura incredibilia vident in  
eo quam audisset. Et sic sunt isti qui  
videant plura quam audiunt antequam ad  
tempore veniant. Et ubi videmus ? *In civi-  
tate Domini virtutem,* scilicet celestium.  
Ubi ostendit quod potest te illue perdu-  
cere. Et ne credatur quod sit altius ne tu  
possis ire ad eum, dicit, *In civitate Dei  
nostrae,* quasi dicat : Sie est Deus  
virtutum, quod tamen est Deus nos-  
ter. Et iste *fundavit eum,* scilicet civita-  
tem istam non ad tempus, sed in aeterno.  
Ec. xxvi : *Fundamenta aeterna su-  
per petram solidam.*

5. *Suscepimus.* Supra posuit Psalmista  
magnalia civitatis ; hic autem ponit gratia-  
rum actionem ; et circa hoc duo fac-  
tit. Primo ponitur gratiarum actio : se-  
condo invitantur homines ad consideran-  
dum adhuc magnalia istius civitatis,  
ibi, *Circumdate.* Sicut dicitur alibi : *Uni-  
versa via Domini misericordia et veritas.*  
Unde gratiarum actio pertinet primo ad  
affectionem divinæ misericordiae. Secundo per-  
tinet ad effectus justitiae, ibi, *Justitia plena  
est dextera tua.* Circa primum duo facit.  
Primo proponit perfectionem divinæ mi-  
sericordiae ; secundo effectum hujus per-  
fectionis, ibi, *Secundum nomen tuum.*  
Hoc secundum superficiem litteraræ legi-  
tur ex persona non Iudeorum, sed admirantium et dicentium, *Sicut audi-  
mus etc.* *Suscepimus Deus misericordiam  
tuam.* Hoc similiter potest legi ex perso-  
na Iudeorum. Sed dicit, *Suscepimus etc.*

Misericordia Domini tripliciter accipitur :  
scilicet effectus gratia, qui effectus con-  
fert in sacramentis Christi. Tit. iii :  
*Secundum suum misericordiam saluos  
nos fecit per horum regnacionis rite.*  
Et in Ecclesia omnes communiter susci-  
piunt misericordiam : sed boni cum sa-  
cramentis suscipiunt misericordiam, idest  
gratiam, et effectum sacramenti ; mali  
autem suscipiunt tantum sacramentum.  
Dicitur ergo boni ; Nos *Suscepimus miser-  
icordiam,* idest gratiam tuam, in *medio  
tempri tui.* In templo, in extremo sunt  
peccatores, in medio templi sunt virtuosi  
et justi. Alio modo misericordia est ipse  
Christus, qui datus est nobis ex Dei mi-  
sericordia : Ps. c. i : *Quoniam venit tem-  
pus misereendi eis.* Et sic potest exponi  
hoc de dupli templo, et de dupli sus-  
ceptione : scilicet corporali ; et sic haec  
verba sunt Simeonis justi. O Deus, sus-  
cepimus misericordiam tuam, scilicet  
Christum, in ultiis nostris in medio tem-  
pli tui, scilicet materialis. Item de sus-  
ceptione fidei ; et sic est sensus : O Deus,  
nous suscepimus Christum misericorditer  
datum per fidem. Jac. i : *In mansuetu-  
dine suscipe insitum verbum.* In *medio  
tempri,* idest in consensu Ecclesie : quia  
qui non suscipiunt communem doctri-  
nam Ecclesie, non suscipiunt hanc mis-  
ericordiam. Eccl. xv : *In medio Ecclesie  
aperuit os eius.* Secundum nomen tuum  
Deus. Hic ponitur effectus hujus suscep-  
tionis ; quasi dicat : Per hoc quod nos  
nomen tuum suscipimus, laus tua diffusa  
est in omnem terram. Et hoc, Secundum  
nomen tuum Deus, qui est essentialiter  
bonus. Et quicumque cognoscit Deum  
secundum illam mensuram, laudat eum  
secundum quod cognoscit eum ; et ideo  
dicit, Secundum nomen tuum Deus, idest  
secundum cognitionem quam habet de-  
te ; *Sie est laus tua.* Et quia ubique est no-  
tus, ideo dicit, *In fines terre.* Malach. i :  
*A solis ortu usque ad occasum, magnum  
est nomen meum in gentibus.* Vel, *In fines  
terre,* in tota Ecclesia, quia, ubique dif-  
fusa est. Vel quia laus tua vera non est  
nisi in sanctis qui vere te laudent, quia  
vere te cognoscunt ; Joan. vii : *Scio eum  
Justitia plena est dextera tua.* Hic com-  
mendat justitiam. Et primo ponit com-

mendationem justitiae. Secundo ponit ejus effectum. Dico ergo quod, *Suscipimus misericordiam tuam*; et hoc non sine justitia immo *justitia plena est dextera tua*. Manus Dei dicitur virtus ejus operativa. Et Deus habet duas manus: scilicet dexteram qua remunerat bonos, et sinistram qua puniit malos. Matth. xxv: *Statuet oves a dextris etc.* In utraque manu est justitia; sed in sinistra non est plena justitia, quia punit extra condignum; sed in dextera est plena justitia, quia abundantanter remunerat. Lue. vi: *Mensuram bonam etc.* Rom. viii: *Existit quod non sunt condigne passiones etc.* *Dextera tua*, idest gloria futura, est plena justitia, quia ibi nullus est nisi justus. Isa. lxvi: *Populus tuus omnes justi. Latetur mons Sion*. Hic ponitur effectus justitiae quam fecit sinistra; et est genitus; sed effectus justitiae quam fecit dextera, est letitiae. Ps. xviii: *Justitiae Domini rectae latificantes corda.* Supra dixit, quod effectus misericordiae se extendit usque ad fines terra: hic autem attribuit effectum justitiae monti Sion, et filiis Iudee. Hoc etiam Apostolus dicit. Rom. xv: *Dico autem Christum Iesum ministrum fuisse circumisionis propter etc.* Quia ergo promissus fuit filiae Sion: Zach. ix: *Exulta satis, filia Sion etc.* Latetur mons Sion, quia justitia est quod promissio servetur ei. Sed quia non fuit facta promissio gentibus, misericordia fuit quod daretur. Potest tamen dici quod mons Sion dicitur tota Ierusalem. *Et exultent filii Iudee*, idest confessionis, idest totus populus Iudeorum. *Exultent*. Et huc facient propter *judicia tua*, Domine, quia recta sunt.

6. *Circumdate*. Hic inducit ad diligenter considerationem, ut intelligatur quod reges jam aliquando videront magnalia; sed tamen David invitat omnes ut plus considerent. Et primo invitat ad hoc. Secundo addit causam invitationis. Dicit ergo, *Circumdate*, scilicet Ecclesiam militantem vel triumphalem oculo contemplationis: Cant. iii: *Surgam et circuibo etc.* Aliqui circumdant iniquo oculo Ecclesiam ad impinguandum; sed nos circumdamus eam ad amandum;

et ideo dicit, *Complectimini eam*, scilicet diligendo: Psalm. xxv: *Domine, dileci decorem domus tuæ*. Hieronymus habet, *Circuite*, quasi ite extra, et circuite per vicos, et *Narrate in turribus ejus*. Hic inducit ad considerationem in spirituali. In civitate sunt tria magnifica: scilicet turris, muri et platea. Quantum ad prius dicit, *Narrate in turribus ejus*. Hieronymus habet, *Mirate turres ejus*. Turres sunt ad videndum a longe. Turres ergo Ecclesiae sunt prelati, et fuerunt Apostoli; quasi dicit: Mirate Apostolos et prelatos. Vel, *Narrate*, idest doctores secundum doctrinam Apostolorum et doctorum. Quantum ad secundum dicit, *Ponite corda vestra in virtute ejus*. Hieronymus, *Ponite cor vestrum in manibus ejus*. Et hanc est virtus Spiritus sancti, qui protegit hanc civitatem: Lue. viii: *Sedete in civitate donec induamini virtute*. Haec virtus est dilectio: Cant. viii: *Fortis est ut moers dilectio*. Quantum ad tertium dicit, *Et distribuite domus ejus*. Hieronymus habet, *Separate domos ejus, ejus, distinguite palatia ejus*. Distinguere, scilicet per rectum judicium. Sunt enim aliqui qui propter aliquos malos volunt totam Ecclesiam damnare. Dicit ergo *Distribuite*, idest non debetis bonus propter malos damnare: Gen. xviii: *Absit a te, Domine, ut perdis justum cum impio*. Vel, *Distribuite domus ejus*, scilicet dispensando diversas Ecclesiastis diversis ministris, ut non sit confusio in Ecclesia sicut Paulus fuit Apostolus gentilium, et Petrus fuit minister circumcisionis, idest Apostolus Iudeorum: Alia littera habet, *Gradus ejus*, idest ordines diversos; quosdam subdiacones, quosdam diacones et quosdam sacerdotes: Eph. iv: *Et ipse dedit quosdam quidem Apostolus etc.* Finis hujus considerationis est laus Dei. Et primo ponit quibus nuntiatur, laus Dei. Secundo, quare nuntiatur. Dicit ergo, *Ut enarratis*, scilicet que andistis: Isa. xxi: *Quae audiri a Domino exercitum Deo Israel, nuntiari volis*: quia quod accepit unus, debet alii communicare: *In prougie altera*, scilicet peccatoribus. Vel *altera* idest futura. Et quid enarratis? Duo: quia omnis predicatione ad duo debet ordinari: scilicet ad ostend-

dendam Dei magnificentiam, sicut quando prædicat fidem, vel ad annuntiandum beneficia Dei, ut accendatur charitas in eorum cordibus. Quantum ad primum dicit, *Quoniam hic est Deus, Deus noster: Baruch, in;* *Et post haec in terris etc.*

Hebr. ult.: *Christus Jesus heri et hodie, ipse et in sæcula.* Quatum ad secundum dicit, *Ipse reget nos in sæcula:* Matth. ult.: *Ecce ego vobiscum etc.* Psalm. xxii: *Dominus regit me, et nihil etc.*

## PSALMUS XLVIII

### 1. In saecum pro filio Core.

Audite haec omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem: quique terrigenæ et filii hominum, simul in unum dives et pauper.

2. Os meum loquetur sapientiam, et meditatio cordis mei prudentiam, tuncabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam.

3. Cur timebo in die mala? iniqutitas calcanei nisi circumundabit me. Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine divitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo? non dabit Deus placationem suam. Et pretium redempcionis animae sue: et laborabit in aeternum, et vivet adhuc in finem.

4. Non videbit interitum, cum viderit sapientes morentes: simul insipiens et stultus peribunt.

5. Et relinquet alienis divitias suas: et sepiulera eorum donus illorum in aeternum. Tabernacula eorum in progenie et progenie, vocaverunt nomina sua in terris suis.

6. Et homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

7. Ille via illorum scandalum ipsis: et postea in ore suo complacuerunt.

8. Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascat eos. Et dominabuntur eorum justi in matutino: et auxiliis eorum veterascat in inferno a gloria eorum. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum accepit me.

9. Ne timueris cum dives factus fuerit homo, et enim multiplicata fuerit gloria domini ejus. Quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum ea gloria ejus.

10. Quia anima ejus in vita ipsius benedictetur: confitebitur tibi cum beneficeris ei. Introhiit usque in progenies patrum suorum, et usque in aeternum non videbit humum. Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

11. Supra Psalmista invitavit gentes ad gaudium et gratiarum actionem pro beneficiis populo Dei datis; hic autem monet eas ut confidant deo; et circa hoc duo facit. Primo excitat attentionem. Secundo prosequitur propositum. Titulus non est novus. Secundum autem titulum homo duplice redditur attentus. Uno modo dicitur attentus reddi aliquis ex

parte dicendorum, cum promittit se dictorum aliqua magna: Prover. vii: *Audite me, quia de rebus magnis locutura sum.* Et hoc modo loquitur hic. Primo ergo reddit eos attentos ex parte eorum quibus loquebatur. Secundo ex parte dicendorum, ibi, *Os meum.* Dicit ergo, quod ad omnem differentiam hominum et ad omnes pertinet, quæ dicturus est. Et tangit quatuor differentias hominum. Unam ex diversitate populorum: quia alius erat populus Judæorum, et alius gentium. Aliam ex parte locorum. Aliam ex parte originis. Quidam enim erant nobiles et insignes, quidam non. Aliam ex parte fortunæ: quia quidam divites, quidam non. Primam ponit cum dicit, *Audite haec omnes gentes,* non solum Judæorum, qui haec ad omnes pertinet audire: et est hoc necessarium: Proverb. i: *Audiens sapiens etc.* Secundam ponit cum dicit, *Auribus percipite qui habitatis orbem,* idest quaeunque parte orbis: et dicit, *Auribus percipite,* quia oportet audire et percipere: Matth. xiii: *Qui habet aures audiendi audiat,* idest attendat, Hieronymus habet, *Habituatores occidentis.* Quasi sit quedam prophætia: quia fides Christi præcipue viget in populo Occidentis: quia in aquilonari sunt adhuc multi Gentiles, et in orientalibus sunt multi schismatice et infideles. Vel, *Audite haec omnes gentes,* refertur ad malos; *Qui habitatis orbem,* ad bonos qui dominantur terræ. Tertiam ponit cum dicit, *Quique terrigena,* idest ignobiles, *Et filii hominum,* idest nobiles. Hieronymus habet, *Tam filii Adam quam filii singulorum,* quia quidam nihil habent insigne ex parentibus. Mystice terrigenæ dicuntur peccatores, qui terræ

adhærent per affectum ; unde serpenti comparantur : Isa. lxxv : *Serpenti* (id est terrenis) *pulvis panis ejus*. Filii hominum dicuntur boni, qui imaginem Dei et Christi, qui est filius hominis, habent. Quartam ponit cum dicit, *Sinul in unum dives et pauper* ; quasi dicat : Omnes audiatis haec documenta ; quia omnibus sunt utilia. Et quae sunt ? Matth. v : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* : Ecl. xxxi : *Beatus dives qui inventus est sine macula etc.* Tamen aliquis est dives actu, sed non affectu : et hic potest esse sanctus, sicut Abraham et Ludovicus rex Francie. Alius est dives actu et affectu : et hic non est sanctus. De hoc dicitur Matth. xix : *Facilius est camelum intrare etc.*, quia sicut est contra naturam intrare camelum per foramen aenæ, ita intrare divitem in regnum cœlorum est contra justitiam divinam. Et tales sunt terrigene ; sed primi sunt filii hominum.

2. *Os meum*. Hic reddit attentos ex missione dicendorum. Quicumque docet, aut docet res aut docet verba. Quando predicamus fidem et mores, docemus res : quando exponimus Scripturam, docemus verba. Primo ergo dicit de prima doctrina. Secundo de secunda, ibi, *Inclinabo*. Rerum autem cognitio necessaria est ad duo : scilicet ad cognitionem veritatis, et ad usum operationis. Omnis ergo cognitione veritatis, quæ nobis necessaria est de aliis rebus, referenda est ad cognitionem veritatis divinorum. Unde Augustinus dicit : *Qui scrutatur hanc, non referens ad aeterna, est otiosus*. Et ideo omnis cognitione veritatis pertinet ad sapientiam ; et ideo dicit, *Os meum loquetur sapientiam* : I Cor. ii : *Sapientiam loquuntur inter perfectos*. Id autem quod est necessarium quantum ad usum operationis, pertinet ad prudentiam, qua habetur directio rerum humanarum ; et ideo dicit, *Et meditationis cordis mei prudentiam*, scilicet loquitur : Prov. x : *Sapientia est viro prudenter*, quia sapientia comparata ad res humanas et materiales est prudentia. *Inclinabo*. Hic agit de secunda doctrina, scilicet verborum obscurorum : et sunt circa ea duo necessaria. Primo, ut studeat intelligere. Secundo, ut studeat ea

exponere aliis. Quantum ad primum dicit, *Inclinabo in parabolam aurem meam*. Parabola est sententia aliqua, quando habet obscuram similitudinem ; quasi dicit : Dabo studium ad intelligendum aliorum dicta : Prov. i : *Antinadreret parabolam et interpretationem ejus* ; *verba sapientium et exquirata eorum*. Vel, *Inclinabo aurem meam in parabolam*, quam loquitur Deus : quia arnigmatis loquitur ; quasi dicat : Inclinabo intellectum meum ad vocem Domini, qui loquitur parabolice. *Aperiam in Psalterio propositionem meam*. Propositio dicitur duplificiter. Uno modo id, quod p̄e aliis opto, et est illud quod magis desiderio, illud, *Aperiam in Psalterio*, id est in mea operatione, quia hic est optimus modus aperiendi propositum suum : quia si tu proponis intrare vitam aeternam, non manifestas propositum tuum, si non habes bonam operationem. Vel proposito est sermo obscurus, vel propositus causa tentationis ; sic Samson, Judic. xiv, propositus problema : unde dicit : *Si non arassetis in cibula mea* ; et sic accipitur hic propositio. Et ideo Hieronymus dicit quod est sermo obscurus. Hebrei habent, *Dicinationem meum*, quod idem est.

3. *Cur Timebo*. Proposito proæmio Psalmi in quo populi incitavit attentio-  
nem ; hic procedit ad propositum principale, quod est inducere homines ad nouitendum mala presentia, ne confidant de bonis presentibus ; sed ejus timor et fiducia sit in Deo solo ; et circa hoc duo facit. Primo ostendit de quo sit timendum. Secundo ostendit de quo non debent timere, ibi, *Ne timeatis*. Circa primum duo facit. Primo proponit intentum. Secundo probat propositum, ibi, *Qui confidunt*. Circa primum duo facit. Primo proponit questionem. Secundo ponit conclusionem. Questio est, *Cur timebo in die mala*? Ubi primo videndum est, quæ sit ista dies mala : quia omnes dies sunt a Deo. Sed dicuntur mali propter mala quæ in eis contingunt : Eph. v : *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*. Potest ergo dies mala dici in qua aliquod periculum evenit ; et præcipue in qua imminent periculum aeternæ damnationis, et hæc est dies judicii : Soph. i : *Vox diei*

*Domini amara : tribulabitur ibi fortis.* Ergo, *Cur timeba tu die mala?* idest quid faciet me timere in die illa? Et respondebit, *Iniquitas calcanei mei circumdabit me.* Nihil enim timendum est, nisi peccatum: quia nulla noebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas: Prov. xxviii: *Fugit impius nemore persequente :* Eccl. xxxiv: *Qui timet Deum nihil trepidabit;* et ideo dicit, *Iniquitas calcanei.* Per calcaneum possunt tria intelligi. Primo, quia est extrema pars corporis. Et ideo iniquitas calcanei mei est iniquitas quae perseverat usque ad finem vita; et hoc modo accipitur calcaneum: Gen. iii: *Ipsa (scilicet mulier) conteret caput tuum,* scilicet ratio superior; sed ipsa conteret caput serpentis: Et tu insidiaberis calcaneo ejus, idest insidiaberis ei usque ad finem vita. Item per calcaneum potest intelligi infirmitas carnis: quia quando homo deficit, calcaneus labitur. Et sic iniquitas calcanei, idest peccatum procedens ex infirmitate carnis. *Circumdabit me.* Tertio persecutio injusta, quam quis movet contra alium; secundum illud Joan. xii: *Qui manducat panem meum, levabit contra me calcaneum.* Et sic iniquitas calcanei, idest persecutio injusta, retorquetur contra persecutem, Prov. v: *Iniquitates sua capiant impium. Qui confidunt in virtute sua.* Hie ponitur ratio quare sit timendum; quia propter peccatum. Et est duplex ratio quare sit timendum peccatum. Primo, propter impossibilitatem evadendi penam. Secundo ostendit mala imminentia malis, ibi, *Non videbit.* Aliquis evadit penam primo per auxilium extrinsecum. Secundo per propriam sollicitudinem. Tertio propter defectum subjecti, ut quando moritur. Et ostendit quod nullo istorum modorum evadere potest. Primo propter auxilium. Secundo, quod nec per remedium a se exhibitum. Tertio, quod nec per defectum subjecti. Qui vult liberari per

auxilium, quandoque liberatur ex potentia sui exercitus: Joan. xviii: *Si regnum meum esset de hoc mundo, ministri nisi etc.* Quandoque per divitias: Prov. vi: *Omneum substantiam domini sur tradet, et liberabit se.* Quandoque per amicos. Et ostendit quod nullum istorum potest a pena peccati liberare. Et licet secundum *Glossum* legatur aliter, tamen secundum *Hebreos* legitur, quia Deus confidentes de se liberal. *Frater non redimet;* quasi dicit: Frater non redimet eos qui confidunt in eo. Et ideo primo ostendit quod per auxilium amicorum non juvatur a pena peccati, quia virtus amicorum modica est. Et ideo in virtute corporali amicorum non est confidendum. Ideo dicit, *Qui confidunt in virtute sua,* scilicet amicorum suorum, vel in virtute propria speciali<sup>1</sup>: quia, *Est via qua ridebat homini recta, novissima autem illius ducunt ad mortem,* Prov. xiv. Item qui confidunt in virtute divitiarum suarum, non liberantur per ista omnia a peccati pena: quia Prov. xi: *Qui confidunt in divitiis suis, corruent.* Non enim confidendum est in divitiis corporalibus vel spiritualibus, sed querat homo prout potest salutem suam. Jer. ix: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis.* Nec persona conjuncta sibi quantumcumque potest eum redimere, idest liberare a peccato, sive a pena: Ezech. xiv: *Si fuerint tres viri in medio ejus Noe, Daniel et Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas.* Sed postquam frater non potest redimere quantumcumque sibi propinquum, numquid redimet homo? Non, quia homo non potest aliquem crepare de manu Dei, sed solus Deus redimet eos. Et homo, scilicet Christus: homo, ut pretium, idest mors locum in eo habere possit<sup>2</sup>, et Deus ut habeat virtutem redimendi. Vel aliter, *Frater,* idest Christus, qui est verus frater noster: Ps. xxi: *Narrabo nonum tuum fratribus meis :* Can. viii: *Quis mihi det te fratrem meum etc.* Si non redimet iste, quis alius redimet? quasi dicit: Nullus.

<sup>1</sup> Al.: « spirituali »

<sup>2</sup> Al.: « sed solus Deus redimet eos. Et homo,

scilicet Christus, et pretium, idest mors, locum in eo habere possit. »

*Non dabit Deo placationem suam.* Hic ostendit quod non evadunt poenam propter aliquid quod faciunt dum sunt in peccato: quia duplice remedio indigent peccatores propter duplex malum quod incurrit, scilicet offensam Dei, et reatum poenae. Et ideo indigent placare Deum: quod ipsi facere non possunt, quia ex quo ipsi non placent Deo, et sunt inimici Dei, nec eorum munera accipit: unde dicit, *Non dabit Deo placationem suam,* quia non placent exteriora Deo, nisi sit interior gratia, quam non potest purus homo dare. Item indigent absolvi a pena: et hoc etiam homo facere non potest; unde dicit, *Nec pretium redemptionis animæ suæ,* scilicet purus homo potest dare; et ideo non potest liberare a pena: Ps. lxxxviii: *Quis est homo qui vivit et non videbit mortem, eruet animam suam de manu inferi?* Sed Christus qui est Deus et homo, dedit placationem pro nobis: Rom. v: *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo etc.* Item solum pretium redemptionis: I Pet. i: *Redempti estis de vase vestra conversatione etc.* Vel, *Non dabit,* idest non curabit dare placationem, *Et pretium redemptionis animæ suæ,* ille scilicet qui confidit in divitiis. Et secundum hoc potest continuari alia littera, quæ dicit, *Frater.* Christus scilicet, *non redimit,* quia illi non curant placare Deum per paenitentiam, quia Christus non juvat eos qui molunt se juvare. *Et laborabit.* Hic ostendit quod non evadet per defectum sui, quia semper punitur; unde dicit, *Laborabit in aeternum,* idest punietur supplicio aeterno: Matth. xxv: *Ibunt hi in supplicium aeternum,* quia noluerunt hic laborare: Ps. lxxii: *In labore hominum non sunt.* Et quia quantum in se fuit, in aeternum peccaverunt, quia praferunt peccatum legi Dei; et ideo non timent penam, sed semper vellent facere peccatum. *Et vivet adhuc in foveam,* idest vita ejus non deficiet in penam: Job. xx: *Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur.*

4. *Non videbit.* Supra ostendit Psalmista, quod timendum est propter peccatum, quia nullum remedium est ad eva-

dendum penam; hic autem agit de malis quæ imminent eis propter improvidentiam eorum: et circa hoc tria facit. Primo commemorat improvidentiam eorum de malis futuris. Secundo commemorat mala quæ imminent, ibi, *Relinquent alienis.* Tertio ponit spem de Deo qua sperat liberari ab his malis, ibi, *Verumtamen.* Circa primum duo facit. Primo ostendit eorum improvidentiam. Secundo ignorantiae causam, ibi, *Cum videbit.* Dicit ergo iste talis cui imminent tot mala: *Non videbit,* idest non considerabit interitum, idest damnationem suam. *Justorum enim est norissima memorari,* Eccl. vii. Sed de ipsis dicitur Dent. xxxi: *Gens absque prudentia et sine consilio.* Et quare injusti non praevident sibi? Redditur ratio Eccl. ix: *Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole sunt: quia eadem cunctis eveniunt.* Et ideo non considerant quid eis possit evenire in futurum. Et ideo, *Cum viderit etiam sapientes morientes:* sed videntes mortem corporalem non considerant eorum gloriam: Sapien. iv: *Videbunt foveam sapientis, et non intelligent quid cogitaverit de illo Deus.* Differentia est inter insipientem et stultum. Insipientis est qui habet scientiam humanaum, et non considerat aeterna; stultus est qui non considerat etiam presentia. Vel insipientis est qui non attendit mala presentia, sed futura; stultus est qui attendit et non vitat; unde dicit, *Simul insipientes et stultus peribunt.* Secundum Hieronymum, duplex est causa contemptus iniquorum: diuturnitas vitae, et quia vident simul sapientes et insipientes mali.

5. *Et relinquent.* Hic ponit mala quæ contingunt peccatoribus. Et primo ponit mala quæ contingunt in presenti. Secundo ponit mala quæ eveniunt in futuro, ibi, *Sicut oves.* Circa primum duo facit. Primo ponit mala quæ eveniunt in presenti, quantum ad bona extrinseca, ibi, *Cum in honore.* Et ostendit primo quid perdit malus per mortem. Dicit quod perdit di vitias; unde dicit, *Relinquent alienis divitias suas;* Hier. xvii: *Fecit divitias, et*

*non in iudicio, in dimidio dierum suorum relinquet eas.* Et dicit, *Suis, quasi a se possessas; vel quia non<sup>1</sup> usus est eis ad utilitatem aliorum:* Phil. ii : *Onnes que sua sunt queruntur.* Et dicit, *Alienis, quia saepe alieni, idest extranei secundum carnem, accipiunt divitias suas:* Ps. xxxviii : *Thesaurizat, et ignorat cui congregabitur ea.* Quod si aliquando, etiam filii<sup>2</sup> dimit-  
tat divitias, tamen alieni sunt, ut dicitur Lue. x : *Hic proximus qui fecit misericordiam in illo.* Et contingit quod filii et ne-  
potes nihil boni faciunt mortuis; sed  
residua sunt eis duo de rebus mundi,  
sepulcrum et fama hominum. Secundum, ibi, *Tabernacula.* Quantum ad primum dicit : *Habuerunt domos et vineas et cur-  
rus et multa pretiosa.* Sed quid habebunt  
in morte? Pro palatio habebunt sepul-  
crum, et hoc, *In aeternum, idest usque  
in diem iudicij habitabunt in sepulcris.* Vel ex hoc quod faciunt eniōs sepulcra,  
credunt habitare in aeternum in eis : sed  
decipiuntur, quia et sepulcra destruen-  
tur. Unde licet secundum opiuionem  
eorum illa sepulcra sint domus eorum in  
aeternum, tamen non est ita. Hieronymus  
tamen habet alter : *Interiora eorum do-  
mus illorum in aeternum :* quia homo ha-  
bet duplēm domum : exteriorem scilicet ;  
et hæc non manet in aeternū : et inter-  
iore, scilicet conscientiam, et hæc  
manet : Isa. xxxviii : *Dispone domui tua.*  
Sive bona, sive mala, semper manet.  
*Tabernacula.* Hic ostendit, quod non re-  
manet fama, seu memorabile hominis  
post mortem. Memorabilia hominis sunt  
adificia fortia : ideo dicit, *Tabernacula  
eorum in progenie et progenie :* quasi  
dicit : Ita adificantur ac si sint duratura  
usque in finem : sed decipiuntur, quia  
destruantur : Job. xxi : *Ubi est domus  
principis, et ubi tabernacula impiorum?*  
Marc. xiii : *Vides has magnas adificatio-  
nes? Non relinquuntur etc.* Et dicit, *Taber-  
nacula, quia non diu manent in eis.* Vo-  
caverunt nomina sua in terris suis; quasi  
dicit : *Hæc est intentio hujus adificatio-  
nis, ut essent nominati in terris suis:* Gen. xi : *Venite, adificemus civitatem et*

*turrim, et celebremus etc.* Ecl. xi : *Edi-  
ficiatio civitatis confirmavit nomen :* unde  
vocant civitates ex nomine suo ; et dicit,  
*Suis, quia nomen alienus non multum  
extenditur extra terram suam.* Et ideo  
stultum est quod homo celebret nomen  
suum in terris. Vel, *Invocabunt nomina  
eorum, idest defunctorum, in terris suis,*  
portando cibaria ad sepulcra.

6. *Et homo.* Supra proposuit Psalmista  
mala que imminent malis, quantum ad  
admissionem exteriorum ; hic autem po-  
nit que ex corruptione honorum interiorum<sup>3</sup> eis imminent : et circa hoc duo  
facit. Primo proponit malum interioris  
corruptionis. Secundo ostendit quid ex  
hoc malo sequitur, ibi, *Hæc via illorum.*  
Sciendum est autem quod homo est com-  
positus ex natura rationali et sensitiva.  
Secundum naturnam rationalem homo  
habet similitudinem cum Deo et Angelis :  
Gen. : *Faciūmus hominem ad imaginem et  
et similitudinem nostram :* Psal. viii : *Mi-  
nnisti eum paucō minus ab Angelis.* Se-  
cundum autem sensitivam naturam habet  
communicationem cum bestiis. Primo  
ergo ponit honorem hominis quantum  
ad hoc quod habet similitudinem cum  
Angelis ; unde dicit. *Homo cum in honore  
esset.* Secundum *Philosophum*, honor est  
excellentius quid quam laus : quia laus  
ordinatur ad aliud ; honor autem est per  
se et in se. Et dicit, *Esset, scilicet similis  
ad Deum.* Et ex hoc quod hæc habet,  
præmittit tria : que præmittit quod hæc  
non considerat, scilicet quod sit similis  
Deo. Secundo, quod declinat in ignoran-  
tiā et ignobilitatem bestialem. Quantum  
ad primum dicit, *Non intellexit, scilicet  
quod ad imaginem Dei sit factus : et quod  
esset aptus ad possidenda coelestia :* Sap.  
ii : *Neque speraverunt mercedem justitiae :  
nec judicaverunt honorem aumarum  
sanctorum.* Quantum ad secundum dicit,  
*Comparatus est jumentis.* Bruta animalia  
operantur ex passione ; et hoc patet, quia  
canis statim cum irascitur, clamat equus  
cum concupiscit, binnit ; sed non impu-  
tatur eis, quia carent ratione. Si ergo  
homo statim cum concupiscit, sequitur

<sup>1</sup> Al. deess : « non. »

<sup>2</sup> Al. : « dicit aliquando, quod si etiam filii ».

<sup>3</sup> Al. : « inferiorum. »

passionem, et iratus percutit, comparatus est in agendo jumentis insipientibus : Ps. xxxi : *Nolite fieri sicut equus et mulus etc.* Quantum ad tertium dicit, *Et similis factus est illis* : nam quando natura brutorum inclinatur ad aliquid, sic utitur passione, et consuetudo vertitur in naturam. Quando homo ergo assuevit secundum passionem vivere, jam vertitur in naturam : et ideo, *Similis factus est illis*, per habitum ex malis operibus aggravatum : Jer. v : *Equi amatores in feminas, et emissari facti sunt; et ideo dicit Philosophus, quod pejor est malus homo quam mala bestia; quia cum malitia habet intellectum, ut diversa mala adinveniat.*

7. *Hæc via.* Hic ostendit quid sequitur ex hoc malo quod incurruunt, scilicet quod facti sunt bestiales : nam posset aliquis dicere, quod nihil mali inde sequitur. Sed non est ita. Immo aliquid aliud sequitur. Et primo ostendit quid sequitur quantum ad eos. Secundo quantum ad alios. Quantum ad eos dicit, *Hæc via*, quia scilicet sequitur passiones, est *Scandalum ipsis*, quia interius conturbantur : Ps. lxvii : *Fiat mens eorum coram ipsis in scandalum.* Item exterius etiam conturbantur, quia puniuntur et infamantur. Philosophus : *Ponitudo<sup>i</sup> repletur pravi. Quātum ad alios sequitur, quod Postea in ore suo complacebunt.* Et exponitur dupliceiter. Uno modo sic. Postquam interius scandalizantur et faciunt mala, vellet quod alii sequeantur eos. Et ideo student alii complacere, ut trahant eos ad peccandum : Prov. i : *Si te lactavererint peccatores etc.* Alio modo sic reprehendit simulationem : quasi dicit : Postea quam jam sic conturbatur et sequuntur mala, *In ore suo complacebunt*, idest studient loqui sancta et blanda : Matth. xxiii : *Vix vobis scriberet et pharisari hypocrita, qui similes estis sepulturis deathatis etc. usque ad et iniquitatem.* Glossa, Pejores sunt simulantes quam aperto mali.

Sed numquid hoc verum est? Videtur quod non. Isa. iii : *Peccatum suum sicut Sodoma prædicaverunt.* Glossa Hieronymi : Secunda tabula est occulte peccare.

<sup>i</sup> Al. : « plenitudine. »

<sup>2</sup> Al. deest : « majus. »

Dicendum, quod aliud est non publicare peccatum est malum, quia scandalizat alios ; sed simulare innocentiam, ut alios trahat ad peccatum magis<sup>2</sup> malum est. Et de his loquitur hic. Alia littera habet, *Et in ore suo benedicat Deum.* Et exponitur sic. Quamvis interius sint bestiae, tamen labiis exterius benedicent Deum. Isa. xxix : *Populus hic labiis me honorat etc.* Vel alter. Benedicent Deum de malis que fecerunt. Hieronymus habet : *Post eos justitia eorum current : quasi dicat : Non intellexit, et similis factus est bestiis, et inde scandalizantur, et ideo fit, quia voluerunt esse bestiae. Ideo, post eos, idest in finem comedentur a bestiis, idest a daemonibus : quasi dicat : Current post diabulos in inferno.*

8. *Sicut oves.* Hic ponit mala qua evenient peccatoribus post hauc vitam. Et quia tria mala jam sunt : scilicet quod sunt similes bestiis, quod contemnunt sapientiam, tertium est quod confidunt in virtute. Et contra primum dicit : quia isti sunt sicut bestiae, dignissim est quod similes bestiae puniantur ; unde dicit, *Sicut oves in inferno positi sunt.* Oves non habent auxilium a natura ad se defendendum, et ideo exposita sunt ad eadem. Psal. xliii : *Estimati sumus sicut oves occisionis.* Quia ergo mali in inferno sunt omnino penitus expositi, ideo sunt sicut oves. Jerem. xii : *Congregata sunt gregem ad victimam.* Item oves tonduntur, et tonsa occiduntur : ita prius tonduntur a lana mali, et privantur sive expoliantur exterioribus bonis, et postea occiduntur in inferno. *Mors depascat eos :* Apocalyp. xxi : *Pars eorum est sulphur.* Hic depascat eos : et dicit, *depascat*, quia et si mors infernal penam, non tamen totaliter anferret ; sed reservat semper ad penam. Vel, *mors*, idest diabolus : Apoc. vi : *Nomen illi mors :* *Depascat eos*, idest est deducet de<sup>3</sup> pasuis ad pasua, idest deponis ad penas. Job. xxiv : *Ad eundem nimium transiit ab aquis nivium.* Alia littera habet, *Mors pastor eorum erit.* Et loquitur sic. In vita ista sunt sicut oves deputandi ad infernum : et diabolus est pastor eorum. *Et dominabitur.* Hoc est contra illud

<sup>1</sup> Al. : « in. »

quod dixit supra, quod videntur sapientes simili mori cum insipientibus; hic dicit quod justi dominabuntur eorum, scilicet malorum. *Vel supientes*, qui vocantur *Justi in matutino*, id est in die iudicii, quando accipient judicariam potestatem. Malach. iv : *Calcubitis impios cum fuerint ciniis sub planta pedum vestrorum. Et auxilium eorum.* Ille est illud quod dixit, *Et in multitudine divitiarum etc.* quasi dicat : Auxilium eorum quod erat ab amicis et divitiis eorum, veterascat, id est peribit in inferno. Isa. x : *Ad cuius fugietis auxilium?* Job. vi : *Ecce non est auxilium mili in me. A gloria eorum,* id est juxta gloriam eorum. Apocalypse xviii : *Quantum glorificavit se, tantum etc.* Verumtamen redinet animam meam ; quasi dicat : Mali ista habent ; sed ego liberabor ab ipsis. Et per quid ? Per effusio- nem sanguinis Christi. *Redimet de manu inferi*, id est de manu diaboli, sub qua erant homines ante adventum Christi. Oscae xii : *De morte redimam eos. Cum acceperit me*, id est cum acceperit animam meam. Hebr. ii : *Nusquam angelos apprehendit, sed semen Abraham.*

9. *Ne timueris.* Supra Psalmista ostendit quid sit homini timendum in mundo ; hic ostendit quid sit non timendum, scilicet prosperitas impiorum. Et primo monet ut non timeamus propter prosperitatem malorum ; secundo assignat rationem, ibi, *Quoniam cum interierit.* Prosperitas malorum duo habet : scilicet abundantiam divitiarum, et sublimitatem gloriae. Quantum ad primum dicit, *Ne timueris cum dives factus fuerit homo.* Quaum ad secundum, *Et cum multiplicata fuerit gloria domus sua.* Et dicit, *homo.* Homo constat ex duplice natura : scilicet animali et rationali. Et quandoque sumitur pro una, quandoque pro alia. Ille sumitur pro animalitate ; quasi dicat : Si homo animalis dives factus fuerit : tales enim saepe ditantur. Job. xxi : *Quare impiori vivunt, sublimati sunt, confortati sunt divitiis?* Item ibidem xii : *Abundant tabernacula praedonom :* si ista scilicet videlicet, ne timueris. Duplex potest esse causa timoris. Una, ne desaviant in ho-

mies : alia, ne ex hoc scandalizentur boni, et deficiant a spe, secundum illud Psalm. lxxii : *Mei autem pene moti sunt pedes... Et dixi : Ergo sine causa justificavi eum cor meum ;* quasi dicat : Ex quo tot bona Deus facit malis, videtur quod non curet de nobis, secundum illud Malach. iii : *Vanus est qui servit Deo, et quod emolumendum habemus, quia custodiimus precepta Domini ?* Quantum ad secundum dicit, *Et cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.* Eccl. ix : *Non zeles gloriam et opus peccatoris.* Psal. xxxvi : *Vidi impium etc.* Quoniam cum interierit. Ille assignatur ratio, quare non sunt timendi mali si divites siant. Primo, quia quandoque omnibus exterioribus bonis privabuntur ; secundo etiam omnibus interioribus bonis deficient. Secunda ibi, *Quia anima ejus.* Ideo dicit, *Non sunt timendi, quia Deus reservat tibi majora.* Haec autem quae dantur istis sunt transitoria. Et ostendit primo, quod divitiae transirent ; dicens, *Quoniam cum interierit, scilicet dives, non sumet omnia*, id est nihil ex omnibus quae habuit, poterit habere. Job. xxvii : *Dives cum dormierit, nihil secum auferet.* I Tim. ultim. : *Nihil intulimus in hunc mundum :* haud dubium, quia nec auferre quid poterimus. Secundo ostendit defectum gloriae hominis peccatoris, *Neque descendet cum eo gloria ejus* ; quia tunc gloria ejus finitur cum carne, et reservatur ei ignominia in inferno. Oscae iv : *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Apocal. xviii : *Glorificavit se etc.*

10. *Quia anima ejus in vita ipsius benedicetur : confitebitur tibi cum beneficeris ei.* Ille ponit primo defectum interiorum pertinentium ad corpus ; secundo ad animam, ibi, *Et introibit.* Primo ergo ostendit, quod post hanc vitam deficit eis bonum corporis ; secundo ostendit quod finitur bonum virtutis, si quod habuerint. Dicit ergo, *Quia anima ejus.* Sic ut homo sumitur aliquando pro natura animali, aliquando pro rationali, ita anima sumitur duplice. Quandoque pro vita rationali, ut Deuteronom. vi, *Dilegis<sup>1</sup> Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex*

<sup>1</sup> Al. : « quandoque ut diliges. »

*tota anima tua.* Quandoque pro animali vita. Luc. xii : *Anima mea, habes bona etc.* Dicit ergo secundum hoc, *Quia animal, idest animalis vita ejus, in vita ipsius benedicetur*; quasi dicat: Quidquid habet de divititis et gloria, totum est in hac vita; et cessante hac vita, deficit ejus gloria: et ideo non potest vitae sua benedicere nisi dum vivit. Item aliquando peccatores laudant Deum, vel faciunt opera de genere honorum; sed si adversitas immineat, cessat ejus laudatio, sive operatio bona. Et ideo convertit se ad Deum dicens: O Deus, iste talis, scilicet peccator, sive aliquis in prosperitate existens, *Confitebitur tibi*, idest laudabit te, *Cum beneficeris ei*, idest dederis sibi bona temporalia quae amat. Prov. x, 22: *Benedictio Domini divites facit.* Hieronymus: Laudabunt to cum bene sibi fuerit, idest homines laudant et serviant divitibus, quamdiu suppetunt et prosperantur in divitiis; sed si mutetur fortuna, mutantur, neclum non laudant, sed detrahunt eis. *Introibit.* Hic ponit defectum spirituallum. Et primo ostendit defectum; secun-  
do ponit ordinem pervenienti ad ipsum

defectum, ibi, *homo*. Et primo ponit defectum culpe; secundo paucæ. Quantum ad primum dicit, *introibit*, scilicet iste peccator sic dives, et quem laudant omnes, dum bene est ei, *introibit* dico, *Usque ad progeniem patrum suorum*, scilicet per imitationem, dum omnia mala quæ tota sua progenies facit, ipse operatur. Matth. xxii, 32: *Et vos inplete mensuram patrum vestrorum.* Jer. xi, 10: *Reversi sunt ad iniurias patrum suorum priores.* Vel, *introibit etc.*, quia patres sui impii sunt in inferno, et iste ibit illuc. Quantum ad secundum dicit: *Et usque in eternum non videbit lumen*: quia quasi, scilicet hic in suo aeterno, scilicet in vita, noluit sequi lumen rationis, ideo, *In aeternum non videbit lumen.* Job xv, 22: *Non credit quod reverti possit de tenebris ad lucem.* Matth. xxv, 30: *Inutile servum mittite in tenebras exteriores etc.* \* *cristi.* Et quo ordine? quia cum esset præditus lumine rationis, sicut homo in honore constitutus, noluit illo lumine regi, *Assimilatus est jumentis insipientibus*, et ideo facit sicut jumenta, debet deputari occisioni.

## PSALMUS ASAPH XLIX

1. Deus deorum Dominus locutus est, et vocavit terram. A solis ortu usque ad occasum, ex Sion species decoris ejus.

2. Deus manifeste venit: Deus noster, et non sibi. Ignis in conspectu ejus exardescet, et in circuitu ejus tempestas valida.

3. Advocavit cunctum de sursum: et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos ejus, qui ordinant testamentum ejus super sacrificia. Et annuntiabant collè justitiam ejus, quoniam Deus iudex est.

4. Audi populus meus, et loquar; Israel, et testificabor tibi, Deus tuus tuus ego sum.

5. Non in sacrificiis tuis arguan te: holocausta, autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Quoniam mera sunt omnem ferre silvarum, jumenta in montibus et boves. Cognovi omnium volatilium cœli, et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terra, et plenitudo ejus.

6. Numquid minuducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?

7. Immola Deo sacrificium laudis, et reddere Altissime vota tua.

8. Et invoca me in die tribulationis: eruam te, et honorificabis me.

9. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, et assumus testamentum meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam, et projectisti sermones meos retrorsum. Si videbas forem, curberes cum eo; et cum adulteris portionem tuam nobinas.

10. Os tuum abundavit malitia: et lingua tua concinnavat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquularis, et adversum filium matris tuarum ponebas scandulum: haec fecisti, et facis. Extimasti, inquit, quod ero tuus similis: arguan te, et statuam contra faciem tuam.

11. Intelligite haec qui obliviscimini Deum: ne quando rapiat, et non sit qui eripiat. Sacrilegum laudis honorificabit me, et illic iter quo ostendam illi salutare Dei.

1. Supra Psalmista invitavit gentes ad confidentium de Deo; hic instruit eas ad cultum Dei. Titulus, *Psalmus Asaph.* Iste Asaph unus fuit praefectus super can-

tores populorum, et super illos qui cantabant et laudabant in cymbalis, sicut I Par. xiiii et xvi et xxv, dicitur. Et dicitur Psalmus Asaph quia cantatur ministerio Asaph. Et congruit mysterio, quia Asaph interpretatur synagoga, et sic legitur synagoga persona. Ubi instructus de sacrificiis, duo proponit de cultu Dei, quae anteedunt divinum judicium : et est primum. Secundum est disceptatio Dei cum populo de cultu suo, ibi, *Audi populus meus*. Ante judicium erunt tria. Citatio judicis, adventus judicis et apparatus. Primo ergo ponit citationem ; secundo adventum, ibi, *Deus noster manifeste veniet* ; tertio apparatus, ibi, *Ignis in conspectu*. Circa primum tria facit. Primo ostendit quis sit citator ; secundo qui sunt citati, ibi, *et vocavit* ; tertio quo ordine citentur, ibi, *ex Sion*. Qui citat magnus est, quia Deus omnium, etiam deorum ; unde dicit, *Deus deorum Dominus locutus est*. Primo ergo commendatur ab excellentia naturae, quia Deus deorum, non Angelus. Hieronymus habet, *Fortis Deus*. Sed numquid sunt multi dei ? I Cor. viii, 5 : *Siquidem sunt dii multi et Domini multi*. Deus enim dicitur tripliciter : scilicet naturaliter : et iste est tantum unus Deus. Dent. vi, 4 : *Audi Israel, Dominus Deus tuus unus est*. Item per participationem ; et isti sunt multi. I Cor. viii, 5 : Item per nomenclationem et opinionem ; sicut idola et astra. Venus et Saturnus. Psal. xcv, 5 : *Omnis dii gentium damona*. Sed dici dii aliqui possunt quatuor modis. Uno modo per unionem : et sic solus Christus dicitur Deus. Joan. xx, 28 : *Dominus meus et Deus meus*. Alii per gratiam adoptionis. Ps. lxxxii, 6 : *Ego dixi dii estis etc.* Aliqui per participationem divina potestatis in miraculis facientis. Exod. vii, 1 : *Constitui te Deum Pharaonis*. Alii per ministerium, sicut judices Exod. xxii, 28 : *Diis non detrahes*. Item commendatur a gubernatione, cum dicit, *Dominus locutus est*. Hic locutus est interior per inspirationem. Psal. lxxxiv, 9 : *Audiu quid loquatur in me Dominus Deus*. Item exterior locutione. Hebr. i : *Novissime locutus est nobis etc.* Et vocavit terram, scilicet universam, idest univer-

sae habitatores terrae ; unde citati sunt, non aliqui tantum in medio mundi, sed, *A solis ortu usque ad occasum*. Marc. ult. 2 : *Euntes in mundum universum etc.* Jer. xvi, 19 : *Ad te venient gentes ab extremis terrarum, et dicent, vere mendacium etc.* Ordo vocationis ponitur cum dicit, *Ex Sion species decoris ejus* ; quasi dicat : Haec vocatio inchoata est in Sion. Isa. ii, 3 : *De Sion exhibit lex etc.*, nam Apostoli quando acceperunt Spiritum sanctum, erant in Sion, et tunc fortis facti sunt ad eundum per mundulum. Ex Sion ergo ubi Apostoli erant, ceperunt divulgari species decoris ejus. Sed Christus bene incepit aliqualiter divulgari ; sed non videbatur species ejus, quia circumdatu[m] erat infirmitate : quia, *Vidimus eum novissimum virorum, virum dolorum*, ut habetur Isa. iiii, 3. Sed post passionem apparuit virtus et potestas ejus.

2. *Deus manifeste*. Hic agit de adventu ; et dicit duo de secundo adventu, contra duo quae fuerunt in primo. In primo adventu venit Deus occultus in infirmitate humanitatis. Ezech. xxxii, 7 : *Solem nube tegam*. Et illud Isa. xlvi, 15 : *Vere tu es Deus absconditus* : sed tunc erit manifestus. Apoc. i, 7 : *Ecce veniet, et videt eum omnis oculus*. II Thessal. ii, 8 : *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui*. Item in primo adventu ostendit manus studinem. Isa. iiii, 7 : *Tanquam quasi agnus coram tondente ductus est*. Unde nihil dixit coram principibus et sacerdotibus, nec coram Pilato ; sed tunc non silabit, *Sed loquetur*. Isa. xlii, 14 : *Silui, semper tacui, et patiens fui*, in iudicio quando judicabar, quando tolerabam malos : sed ut parturiens clamabat. Et dicit, *Noster* ; quasi dicat, Non aliis Deus est iste qui venit quam noster, extra quem non est salus. Hieronymus incipit versum, *Ex Sion perfecta decore Deus apparabit* ; quasi dicat : Deus apparebit ex Sion quae est perfecta decore Spiritus sancti. Quantum ad primum subdit, *Deus manifeste veniet*. Quantum ad secundum, *Ignis in conspectu ejus ardebit*. Hic ponit apparatus venientis. Principes coram se faciunt deferri insignia<sup>1</sup> et gladios. Rom.

<sup>1</sup> Al. : « signa. »

xiii, 4 : *Non sine causa gladium portat*; quasi dicat, quia habent potestatem iudicandi. Sic ante Christum praecedent signa vindictae, et ministri judicis. Primo ergo ponit signa et instrumenta vindictae. Secundo ostendit potestatem quantum ad ministros, ibi, *Advocavit*. Instrumentum divini judicii est duplex. Unum principale ex parte ignis punientis, et aliud ex parte totius creaturæ pugnantis *contra insensatos*. Sap. v, 21. Quantum ad primum dicit, *Ignis in conspectu ejus exardescet*. Ad litteram ignis praecedet ante eum, ut habetur Hebr. x, quia ignis confringens ardebit, et purgabit superficiem terræ, et purgabit si quid est purgandum in bonis, et tandem involvet malos in infernum. Vel ignis conscientia remordentis. Isa. l, 11 : *Ambulare in lumine ignis vestri*. Quantum ad secundum dicit, *Et in circuitu ejus tempestas validæ*, quæ consurget ex commotione omnium elementorum ante judicium. Lue. xxi, 25 : *Errunt signa in sole etc.*, et erit tanta commotio quod etiam virtutes celorum movebuntur. *Tempestas*, idest indignatio erit. In circuitu ejus, idest in sanctis qui erunt circa ipsum. Isa. : *Ad puniendum peccatores*. Job xxvi, 20 : *Apprehendet enim, quasi aqua, inopia*. Prover. i, 27 : *Cum venerit repentina calamitas, irruerit*.

3. *Advocavit celum desursum etc.* Posito adventu judicis ad judicium, et judicis apparatu quantum ad instrumentum poenæ, hic ponit apparatus judicii quantum ad ministros. Et primo agit de assistentiâ ministrorum; secundo de officio angelorum, ibi, *congregate*; tertio de officio apostolorum, ibi, *annuntiabitur*. In prima parte fit mentio de celo et terra. Et intelligitur dupliceiter. Uno modo, ut intelligatur per metonymiam continens pro contento, ut per celum designet sanctos qui in celis sunt, et per terram designet homines qui sunt in terra; et isti omnes ad judicium vocantur. Ethac est secunda vocatio, quia supra dixit *et vocavit terram*, quia illa vocatio est vocatio ad thalam, ad quam omnes vocantur boni et mali. Matth. xii, 47 : *Simile est regnum celorum sicut vox misse in mare etc.* Sed ista secunda vocatio est ad segregandum, quia, *Elegenter bonos in vase sua, malos*

*autem foras miserent*; et ideo dicit, *Ut discerneret populum suum*, discretione hominum a malis. Matth. xxv, 32 : *Separabit oves ab hædis*. Psalm. xlii : *Judica me Deus, et discerne causam meam*. Sed aliter vocantur coeli, aliter terra; quia celestes viri vocantur ad hoc, quasi judices. Matth. xix, 28 : *Vos qui reliquistis omnia etc., usque tribus Israel*. Terreni vocantur, ut judicentur. Joel. iii, 2 : *Congregabo omnes gentes, et deducam eas in vallem Josaphat*. Vel, *Vocavit celum*, idest celestes, idest justos ad primum. Dan. xi, 3 : *Docti fulgebant sic ut splendor firmamenti etc.* Et terram, idest terrenos, idest malos ad paenam. Potest etiam esse alias sensus, ut celum et terra ponantur pro ipsis creaturis corporalibus: et sic vocantur per modum testimonii vel impugnationis contra infideles, quia in eis mali potuerunt advertere ex celo et terra. Job xx, 27 : *Revelabunt cordi iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum*, scilicet peccatorem. Vel, *ad vocavit celum desursum*, ut det ei animas sanctorum quas tenet, et *terram*, ut det animas malorum quas tenet in profundo. Et huic concordat littera Hieronymi, quæ dicit, *Congregate mihi omnes sanctos meos*; quasi dicit: Ad hoc advocat, ut exhibeat sanctos suos. *Congregate illi sanctos ejus*. Hoc est officium Angelorum, ut in judicio scilicet congregent electos. Matth. xxiv, 31 : *Mittet Angelus suos etc.* Et est vox Danielis prophetæ ad Angelos ad ministerium missos. Sancti enim ejus sunt, *Qui ordinant testamentum super sacrificia*. Ly super, dupliceiter accipitur. Uno modo, ut designet ordinem causa materialis: et tunc est sensus, *Super sacrificia*, idest qui fecerunt pactum cum Deo de sacrificiis offerendis. Et facit mentionem de sacrificiis propter duo. Primo quia sequens disceptatio erit de sacrificiis; secundo quia disceptatio in judicio erit solum cum fidelibus qui judicabuntur. Et isti sunt qui cum Deo pactum in sacrificiis fecerunt. Alio modo ut supra, notet excessum. Et sic dicendum est quod per testamentum intelligitur novum testamentum, quod excedit: unde est sensus, *Super sacrificia*, idest qui præferunt novum testamentum sacrificiis veteris

testamenti. Vel testamentum promissum a Deo : et sic, *Super sacrificia*, id est qui bona promissa a Deo reputat majora omnibus meritis nostris. Rom. viii, 18 : *Non sunt coniugatae passiones huius temporis etc.* Vel per testamentum illud anima habet fidei cum justitia, misericordia, fide et huiusmodi. Osee ii, 19 : *Sponsabo te mihi in fide.* Et sic sunt, *Super sacrificia*, id est qui preferunt bona spiritualia huiusmodi sacrificiis corporalibus. Osee vi, 6 : *Misericordiam volo, et non sacrificium.* Vel, *Qui ordinant testamentum etc.*, id est qui in sacrificiis que Deo exhibent, habent respectum ad testamentum Dei, quia aliqui referunt bona quae faciunt ad aliud, ut in ipsum congregentur. I Cor. x, 31 : *Omnia in gloriam Dei facite. Annuntiabitur cordi.* Officium Apostolorum<sup>1</sup> est annuntiare ; et hi designantur per eos. Unde, *cordi*, id est Apostoli, *annuntiabant*, justitiam Dei. Et dicitur *coeli*, quia ipsi eminent omnibus chorus sanctorum, et illuminant totam Ecclesiam. Psal. xviii : *Caeli enarrant gloriam Dei. Annuntiabant autem, Quoniam Deus iudex est*, per doctrinam instruendo. Act. x, 42 : *Ipse est qui constitutus est a Deo iudex vivorum et mortuorum.* Instruant ergo de futuro iudicio. II Cor. v, 10 : *Omnis nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Alio modo untiabunt per iudicis auctoritatem promulgantes sententiam contra malos, quando *Sedebunt super sedes duodecimi*, ut dicitur Matth. xix, 28.

4. Audi. Ille<sup>2</sup> agit de discrepatione iudicii. In discrepatione iudicij tria sunt necessaria. Unum requiritur ex parte nostra. Aliud ex parte Dei. Tertium est ipsa discrepatio. Ex parte nostra requiritur auditus non solum exterior corporalis, respectu eorum quae audiuntur corporaliter, sed etiam interior. Eccli. vi, 34 : *Si diligenter audire etc.*, et ideo dicit, *audi*, id est etiam interior attende. Matth. xiii, 9 : *Qui habet aures audiendi, audiat.* *Populus meus*, quia qui non est de populo suo, non audit eum. Joan. vi, 45 : *Omnis audiret, qui audit a Patre meo.* Item ibidem viii, 47 : *Propterea vos non auditis, quia ex*

*Deo non estis.* Ex parte Dei requiritur locutio et testificatio ; et ideo dicit, *Et loquar; Israel, et testificabor tibi.* Est autem duplex locutio Dei. Una est exterior per predicatorum. Hebr. i, 1 : *Olim Deus loquens patribus in prophetis.* Alia est interior per inspirationem. Psal. lxxxiv, 9 : *Quid loquatur in me etc.* Item testificatio est duplex. Una est per miracula. Joan. v, 36 : *Opera quae ego facio testimonium perhibent de me.* Alia per testes. Isa. xlvi, 10 : *Vos testes mei.* Act. i, 8 : *Eritis mihi testes etc.* Et sic ista possunt esse verba Christi populum instruentis. *Audi populus meus, et loquar; Israel, et testificabor tibi*, per miracula. Joan. v, 36 : *Opera quae dedit mihi Pater ut perficiam.* Item, ibid. : *Scrutamini Scripturas et ideo loquar per miracula et per Scripturas*, id est apparebit quod ego vera loquor, et quod verus sum per Scripturas. Et quid testificabor? *Deus Deus tuus ego sum*, scilicet singulariter. Exod. x, 2 : *Ego Dominus:* et dicit, *Sun*, propter aeternitatem, quia non declinat nec in praeterito nec in futuro. Et dicit, *Deus tuus*, quia de semine Abrahae. Rom. ix, 5 : *Ex quibus Christus est secundum carnem.*

5. *Non in sacrificiis tuis arguam te.* Hic agit de ipsa disceptatione ; et circa hoc tria facit. Primo reprobat vetus sacrificium ; secundo inducit sacrificium novum, ibi, *immola Deo* ; tertio ab hoc sacrificio repellit malos, ibi, *peccatori.* Sacrificia sunt protestationes fidei ; et ideo premissurus de vultu Dei, premitit de fide unius Dei. Et primo proponit intentum ; secundo assignat rationem. Dicit ergo : *Veniam et judicabo, et, Non arguam te de sacrificiis tuis*, que non omisiisti.

Sed contra. Qui tunc omisisset, errasset ; sed pro omni errato adducetur in iudicium, ut dicitur Eccl. xi, 14.

Dicendum, quod homo arguit, quando non facit voluntatem superioris. *Voluntas autem Dei est sanctificatio vestra.* I Thessalonice. iv, 3. Haec autem sacrificia non conferunt ad sanctitatem vestram ; et ideo non sunt per se volita a Deo, sed

<sup>1</sup> AL. : « Angelorum. »

<sup>2</sup> AL. : « hic autem. »

prout sunt signa alterius; et ideo dicit Oscae vi, 6: *Misericordiam volo, et non sacrificium*; et prout sunt signa interioris virtutis, et ideo de virtutibus arguntur per se, quas non exercuerint, non de sacrificiis. Rationem manifestat. Primo ex parte eorum; secundo ex parte sua; unde dicit, *Holocausta tua in conspectu meo sunt semper*; quasi dicat: Non arguam te de sacrificiis, quia promptus es ad sacrificia carnalis offerenda, quia libenter offerebas sacrificia propter hoc quod delectabantur in eis conviviis. Isa. Ecce gaudium immolare victimas etc. Vel aliter, *Non arguam te in sacrificiis, carnalibus, quia holocausta tua, scilicet spiritualia, in conspectu meo sunt semper*, idest mihi placent. Et haec sunt, sicut Gregorius, quando totum Deo offerunt, scilicet qui seipsum offerit, et totum quod habet, et sic expendit in Dei servitio. Ex parte Dei manifestat rationem cum dicit, *Non accipiam de domo tua vitulos*. Ratio quare non arguam te de sacrificiis, est, quia quae non quaro principaliter, non principaliter arguo de eis. Duo erant principalia sacrificia, vitulus et hircus. Lev. iv. Et haec duo ostendit se non accipere, idest acceptare de domo carnalium, *De gregibus tuis*, scilicet carnalibus, *accipiam*, idest acceptabo, *hircus*. Mich. vi, 7: *Nunquid placari potuit Dominus in millibus arrietum?* Quoniam mee sunt omnes ferar sylvarum. Probat quod dixit, scilicet quod nec vitulos nec hircos approbat; et quod si indigeret, non acciperet de domo sua. Nullus petit aliquid quod sit in potestate sua; omnia autem quae isti offerebant, erant in potestate Dei. Tria offerebantur in veteri testamento: animalia quadrupedia, aves et fructus, scilicet primitias, et panes. Quantum ad primum dicit, *Omnes ferar sylvarum mei sunt*. Quadrupedia in duo genera dividuntur: quia quedam sunt silvestria, et quedam domestica: et licet silvestria non offerantur, tamen enumerat ea ut magis appareat quod etiam domestica sunt sua. Mysticæ autem per ista animalia possunt designari diversa genera personarum; unde dicit, *ferar*, idest

infideles, *jnnentu*, idest fideles, *Boves in montibus*, idest apostoli, omnia mea sunt. Quantum ad secundum dicit, *Cognoci omnia volatilia carli*, idest ista subsunt meæ providentia. Per haec voluntia sancti angeli intelliguntur, qui sunt similitudo. Quantum ad tertium dicit. *Et pulchritudo agri mecum est*, idest quidquid pulchrum est in eis, mihi servit. Vel pulchritudo agri mecum est, quia ubique sum. Et est, quia semper sum, sine praeterito et futuro. *Si esuriero, non dicam tibi*. Concludit per impossibile. Si indigrem eis, non dicarem tibi, idest non quererem a te. Quare? Quia *Mens est orbis terra, et plenitudo ejus*. Psal. xxiii: *Domini est terra etc.*

6. *Nunquid manducabo*. Supra Psalmista ex persona Domini assignavit rationem quare Dominus non accipiet hircos, etiam si indigeret; hic autem ostendit, quod non indiget. Scendum est autem quod in lege præcipitur quod carnes holocaustorum comburarentur, et sanguis effundebatur ad altaris epidemiam. Et posset aliquis suspicari, quod Deus delectaretur in sanguine et carnibus illorum. Hac etiam fuit opinio Gentilium, quod dii eorum delectarentur odoribus carnium et sanguinis effusione, ut dicit Augustinus. Et Dominus dicit quod in his non delectatur quae non delectant secundum se: et ideo dicit, *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* quasi dicat, Non, quia non indigo, nec delector, quia delector in his, que per se sunt cibis Dei, sed alius est cibus Dei<sup>1</sup> quam carnes et sanguis animalium: cibus enim Dei est id, quod est cibus omnium sanctorum: Luc. xxii, 29: *Ego dispono robis sicut etc.* Et sic eadem est refectio sanctorum et Dei. Sed sancti reficitur ipsius amore Dei: et sic Deus reficitur in fruitione suipius: Tob. xii, 19: *Ego cibo invisibili, et potu qui ab hominibus videri non potest, utor.*

7. *Immola Deo*. Hic ostendit quid sit illud sacrificium, quod Deus acceptat. Et primo ostendit quid Deus acceptat ab homine. Secundo quid retrahit. Duo requiri-

<sup>1</sup> AL: « neque de »

<sup>2</sup> AL: « cibus Dei et potus Dei »

rit Dominus ab homine. Primo sacrificium laudis. Et dicitur laus sacrificium, quia nihil est aliud sacrificium nisi protestatio interioris devotionis et fidei : quia per sacrificium recognoscimus Deum creatorum omnium : 1 Parad. xxix, 14 : *Tua sunt omnia, et que de manu tua accepimus dedimus tibi.* Augustinus lib. de doctr. Christiana dicit, quod nullum signum est ita expressum et intentionem cordis significans, sicut verbum, et exterior fides ; et devotio non potest melius explicari, quam per oblationem laudis : et sic laus est magis Deo accepta quam occasio animalium : Heb. vlt, 45 : *Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo :* Osee vlt, 3 : *Reddemus vitulos labiorum nostrorum.* Secundo Dominus requirit ut reddat vota Altissimo. Et ideo dicit, *Et reddite Altissimo vota tua.* Laus est sacrificium Dei, in quantum est signum interioris devotionis ; quia laus<sup>1</sup> significat quod homo Deo offert mentem suam : et hoc vult Deus quod sibi redditur, et hoc est votum, et ita votum est actus latiae : Isa. xix : *Coleamus eum in hostiis et muneribus, et vota vobebunt Deo, et solvent :* Eccl. v, 3 : *Si quid vobisti Deo, ne moreris reddere.*

8. *Et invoca.* Ille Dominus exponit quid retribuet colentibus eum. Et primo ostendit quid sancti patientur. Secundo quid faciant in tribulationibus. Tertio quid a Deo recipient. Quarto quid Deo recompensant. Dicit ergo quod per hoc quod aliquis reddit vota, nihilominus affligitur : Ps. LXVIII : *Persequuntur me iniici mei inuste.* Et ratio hujus est, quia nisi affligerentur justi in hoc mundo, multi servirent Deo non propter ipsum, sed propter prosperitatem. Secundo ostendit quid faciant tempore tribulationis, quia debent eum invocare : *Et invocabis me.* Deus quid faciet ei ? Liberabit eum, Eruam te : Ps. cxix : *Ad Dominum cum tribularer clamavi etc.* Et postea liberatus debet Deum honorificare, *Et honorificabis me.*

9. *Peccatori autem dixit Deus.* Ille arceret quosdam, scilicet peccatores, a sacrificio laudis ; et ponit tria. Primo huma-

nam perversitatem. Secundo Dei patientiam. Tertio comminatur divinam severitatem. Perversitas humana consistit in hoc quod bona dicunt et mala faciunt : et ideo ostendit, quomodo indigni sunt bona dicere. Est autem duplex bonum : unum est instructio mormonum, aliud est informatio ad laudem Dei. Dicit ergo : Tu, scilicet popule meus, iminola Deo sacrificium laudis etc. *Sed peccatori dixit Deus,* id est Dei<sup>2</sup> præordinatione fixum est, quod hoc injustum est, quod bona dicat et mala faciat. Et hoc dixit, quia hoc in mente omnium, etiam peccatorum impressum est. Et quid dixit ? *Quare tu enarras justias meas :* Rom. ii, 21 : *Qui prædictas non furandum furaris.*

Sed nunquid, qui in statu peccati mortalis est, peccat mortaliter, quando prædicat vel docet ? Dicendum, quod ejus peccatum aut est publicum vel occultum : et si occultum, vel est ex contemptu, et sine penitentia, aut cum penitentia.

Dicendum est ergo, quod si aliquis est in peccato publico, non debet publice prædicare vel docere. Et dico publico ; quia si peccatum non est publicum, posset cum caritate occulere fratrem suum de peccato etiam minori quam sit suum peccatum quod occultum est reprehendere, reprehendendo tamen scipsum. Si vero est in peccato occulto, et sine penitentia, tunc provocat Deum, quia simulat : Prov. xi, 9 : *Simulator ore decipit amicum suum.* Et de his loquitur hic, sicut dicit *Glossa* Augustini. Lingua laudare non præsumat cui contradicit conscientia. Si vero peccatum est occultum et dollet, non peccat prædicando vel docendo, etiam si publice loquatur contra peccatum : quia sic detestando aliorum peccata destestatur etiam suum. *Et assumis testamentum meum per os tuum.* Justitia referunt ad instructionem, testamentum referunt ad laudem fidei : Eccli. xv, 9 : *Non est speciosus laus in ore peccatoris,* quia nomen Dei est sanctissimum ; et ideo inconveniens est quod a peccatoribus assumatur, quasi usurpatum : Prov. xxvi, 7 : *Quomodo pulchras frustra ho-*

<sup>1</sup> Al. omittitur : « laus. »

<sup>2</sup> Al. : « judæis. »

*bet claudus tibias, sic indecens est in ore  
stultorum parabola. Tu vero odisti disciplinam.* Hic ostendit mala que faciunt peccatores. Et faciunt duo mala : primum est, quod odint divinam correptionem ; unde dicit, *Tu vero odisti disciplinam.* Hae correptione morum fit per difficultia : Heb. xii, 11 : *Omnis disciplina in praesenti quidem videtur esse non gaudii, sed mearoris.* Hanc odint mali : Heb. xii, 8 : *Si extra disciplinam estis etc.* Psal. cxviii, 66 : *Bonitatem et disciplinam etc.* Amos. v, 10 : *Odio habuerunt corripientem in porta.* Tu ergo non vis ab aliis castigari cum quotidie delinqnas, *Et proiecisti sermones meos retrorsum, quibus informaris ad bene operandum et mendendum.* Tales sermones debent haberi in reverentia. Sed isti, scilicet peccatores, non accipiunt eos, nec considerant : Ezech. xxxii, 31 : *Audiuit sermones tuos, et non faciunt eos, quia in canticum oris sui convertunt illos.* Vel, *Proiecisti,* scilicet pro nihilo habuisti, *Retrorsum,* ita ut nec etiam considerares eos. *Si videbas furem, currebas cum eo.* Hic proponit malitiam peccatorum quantum ad operationem mali. Sed paulo ante ostendit defectum eorum quantum ad desertionem boni, cum dixit, *Tu vero odisti etc.* Et primo ponit eorum nequitiam, quantum ad malum operis ; deinde quantum ad malum oris. Dicit ergo, *Si ridebas.* Ubi sciendum est, quod haec verba ex persona Dei proponuntur peccatori amnuntianti et predicanti justitiam hei. Et competit maxime prelatis et doctribus, qui non de facili per se in peccatum labuntur ; sed aliis peccantibus consentiunt, et haec convertuntur in eos. Rom. i, 32 : *Digni sunt morte non solum qui faciunt etc.* I Reg. ii, 1 : *Punitus est Heli, qui non correxit filios;* ideo de hoc reprobavit eos. Et tangit duo, scilicet furturn et adulterium. Quantum ad primum dicit, *Si videbas furem, ad te detulit ad judicium, Currebas cum eo, non corrigoendo :* Isa. i, 23 : *Principes tui infideles.* Item, *Cum adulteris portionem tuam ponebas,* quia non corrigis adulteros, sed blandiris, et cooperis et foves

eos, cum ad notitiam tuam perveniant : Jer. ix, 2 : *Onnes adulteri sunt.* Spirituale autem furturn est, quando ex verbis Sacrae Scripturae depravator furatur verum intellectum ; et sic video depravare et occultare verum intellectum : et tu consentiens, curris cum eo : Jer. xxiii, 14 : *Ecce ego ad prophetas qui furantur verba mea.* Adulterium spirituale est, quando verba detorquentur in alium sensum, vel ad alium finem ; puta si predictent aliquis ad lucrum vel seductionem : I Corin. vii, 1 : *Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei.*

10. *Os tuum.* Hic agit de peccato oris, quod aggravatur dupliciter. Primo ex circumstantiis. Secundo ex conditione personarum, ibi, *Sedens.* Circa primum duo facit. Primo ponit conditiones aggravantes, scilicet frequentiam. Alind est dolositas. Frequentia : quia si aliquando quis committat aliquod peccatum, aliquo modo tolerabile est. Vel si ex lapsu lingue aliquod inordinatum dicat, facilius portatur : Jac. iii, 2 : *Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Si quis autem os sumi implet maledictionibus, tunc ex malitia propria procedit : nam ex abundantia cordis os loquitur, Matth. xii, 34. Psal. xii, 1 : *Quorum os maledictione etc.* Aggravatur etiam peccatum lingua ex dolositate, sive fraude : Jerem. ix : *Sagitta vulnerans linguam eorum dolum locuta est;* et ideo dicit, *Et lingua tua concinuabat dolos,* idest componebat, et quasi ut docens ordinabat dolos, ut verba ejus essent placentia : Prov. xii, 19 : *Qui testis est repentinus, concinuat verba menelici.* *Sedens adversus fratrem tuum loquebatur.* Hic ostendit quomodo peccatum linguae aggravatur ex conditione personarum. Et primo ex conditione loquentis ; secundo ex conditione ejus contra quem loquitur ; tertio ex conditione audientium. Dicit ergo, *Sedens.* Contingit aliquando quod aliquis dicit anarum verbum commotus et provocatus : et hoc utecumque tolerabile est. Sed quando aliquis quieto corde, non provocatus, dicit mala, hoc iniquum et detestabile est : et ideo dicit, *Sedens,* sci-

licet quietus : Ps. lxviii, 13 : *Adversum me loquebantur qui sedebant in porta.* Ex persona ejus contra quem loquitur, aggravatur peccatum : quia si loqueretur contra iniquum, securus esset. Sed dicit, *Adversum fratrem tuum*: Jer. ix, 4. *Unusquisque a proximo se custodit.* Et *adversum filium matris tuar penebas scandalum.* Hic ostendit quomodo aggravatur ex parte eorum qui ex hoc scandalizantur, scilicet auditentium ; et ideo dicit, *Ponebas scandalum*, scilicet aliorum contra fratrem tuum. Et quod dicit, *Filium matris tuar*, ostendit, quod parvuli lactentes dicuntur filii matris, et pusilli scandalizantur de verbis malis quae dicit. *Hac fecisti, et tacui.* Hic agit de Dei simulatione. Et primo ponitur dissimulatio Dei. Secundo ponitur effectus dissimulacionis in malis, ibi, *Existimasti.* Dicit ergo, *Hac fecisti*, scilicet omnia quae supra dicta sunt : locutus est bona, et perpetrasti mala, ut sic loquatur Psalmista in persona Dei, *Et ego tacui*, quasi scilicet non statim te correxi et punivi ; sed ex clementia et misericordia te ad paenitentiam expetavi : Isa. xlvi, 14 : *Tacui, semper silui* : Rom. ii, 4 : *An ignoras quod benignitas Dei ad paenitentiam te adducit?* Sed homo malus et peccator hac clementia abutitur in superbia : Rom. ii, 5 : *Secundum duritiam tuam et cor impaenitens thesaurizas tibi iram* etc. Et ideo dicit, *Existimasti inique, quod ero tui similis.* Dictum est autem supra, *Si videbas forem* etc. Arguit ex hoc peccatores, et credunt iniqui quod peccatum placeat Duo et non puniat, quia tacet, *Hac fecisti et tacui*; sed haec existimatio est iniqua, quia similiter odio sunt Deo impius et impietas ejus ut dicitur Sap. xiv, 9 : et Habac. i, 13 : *Mundi sunt oculi tui ne videant mala, et ad iniuriam respicere non poteris. Sed arguam te.* Unde hic ponitur divina securitas. Et primo in ejus reprehensione. Secundo in effectu. Dicit ergo, *Arguam te*, idest condemnabo te : Psal. vi, 2 : *Dominne ne in ira tua corripas me.* In ira est effectus, *Statuam contra faciem tuam* Deus qui puniit, non solum punit per seipsum, sed per alias creaturas : Sap. v, 21 : *Pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos* : item etiam ipse homo contra

se pugnat per remorsum conscientiae. Et sic etiam contra se pugnat et per seipsum arguit ; et hoc est, quod dicit, *Statuam te contra faciem tuam*, idest tu ipse te condemnabis : Joan. viii, 10 : *Nemo te condemnabit* : nemo Domine : nec ego te condemnabo. Vel, *Statuam contra faciem tuam*, scilicet creature, ut dicitur Sap. v. Sive rationales, idest Angelos et sanctos; sive irrationales, quibus male usus est in peccatis : Joh. vii, 20 : *Posuisti me contrarium tibi, et factus sum nihil et ipsi gravis*, quia contra seipsum peccator dicit, Sap. v, 6 : *Erravimus a via veritatis* : Nahum. iii, 5 : *Revelabo pudenda tua in faciem tuam* : Isa. iii, 9 : *Agnitio vultus eorum respondebit eis.* Et haec pena est vermis conscientiae.

42. *Intelligite hæc qui obliscimini Deum.* Hic hortatur ad peccatorum considerationem. Et primo ad considerandum Dei severitatem. Secundo ostendit, quid sit acceptum Deo in sacrificiis. Primo ergo hortatur ad intelligendum ; unde dicit : *Intelligite hæc qui obliscimini Deum*, scilicet qua dicta sunt considerate. Et hoc necessarium est, quia estis oblii Dei : Deut. xxxii, 18 : *Oblitus es ... Dei creationis tui.* Secundo, quid intelligat, *Ne quando rapiat*, scilicet diabolus, *et non sit qui eripiat*, scilicet de ejus potestate. Quando diabolus rapit ad paenam inferni, non est qui eripiat. Aliqnando rapit ad peccatum, et Deus eripit peccatorem : Ps. xc, 15 *Eripiam eum.* Quod non eripiat de potestate diaboli ad paenam, non ex potentia, sed ex sua justitia non vult. *Sacrificium laudis honorificabit me.* Hic concludit, quid sit acceptum Deo in sacrificiis. Et ostendit duplicum fructum in eis. Unus fructus ex parte Dei, ut excellentia ejus manifestetur ; et hoc fit per sacrificium laudis vocalis : 1 Cor. x, 31 : *Omnia in gloriam Dei, facite.* Alius fructus est ex parte nostra, scilicet vera salus ; unde dicit, *Et illuc iter quo ostendam illi salutare Dei*, idest ad videndum Deum : Isa. lxi, 8 : *Levaverunt vocem : simul laudabant.* Hieronymus habet, *Et qui ordinate ambulat, ostendam illi salutare Dei* ; quasi dicat, Duo autem necessaria sunt ad salutem, idest sacrificium laudis, et quod ordinate ambules.

## PSALMUS DAVID L

1. *Quando venit ad eum Nathan propheta cum intravit ad Bersabee.*

Miserere mei Dens, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniuriam meam. Amplius lava me ab iniuriae mea, et a peccato meo munda me.

2. Quoniam iniuriam meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

3. Ecce enim in iniuriatibus conceptus sum; et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritate dilexisti.

4. Incerta et occulta sapientia tua manifestasti mihi. Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor.

5. Auditui meo dabis gaudium et letitiam, et exultabunt ossa humiliata.

6. Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, et Spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua; ei Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Itere mihi latitatem salutaris tui; et Spiritu principali confirma me.

7. Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur. Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae; et exultabit lingua mea justitiam tuam. Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.

8. Quoniam si volueris sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contributus: cor contritum et humiliatum Deus, non despiciens.

9. Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut edificantur muri Jerusalem. Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes et holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

4. In praecedentibus Psalmis hujus de cadis videtur Psalmista egisse de his quae pertinent ad statum regni, cuius gloriam descripsit, et alios ad eam invitavit; nunc autem quia gloria hujus regni impedita est per peccatum, agit de abolitione peccati. Ubi duo consideranda sunt. Primum, quod in ordine Psalmorum hic Psalmus est quinquagesimus, et hic est numerus jubilaus, ut dicitur Levit. xxvii, in quo fiebat remissio omnium debitorum. Unde congruit hic numerus huic Psalmo, in quo agit de plena remissione peccatorum. Similiter quantum ad penitentiales iste ponitur quartus, et convenienter: nam primus pertinet ad cordis

contritionem: unde dicit, Ps. vi: *Lavabo per singulas noctes etc.* Secundus pertinet ad oris confessionem, Ps. xxxi: *Dixi confitebor etc.* Tertius pertinet ad satisfactionem; unde dicit, Ps. xxxvii: *Afflictus sum etc.* Hic autem quartus pertinet ad effectum penitentiae. In quo ostenditur quomodo penitentia restaurat hominem ad perfectum: et ideo inter omnes alias Psalmus iste magis frequentatur in Ecclesia, quia iste solum implorat misericordiam, et sic impetrat veniam; et hoc facile est, et cuilibet potest competere. In aliis autem sex Psalmis penitentialibus sunt quedam gravia, sicut, Ps. vi: *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Et Ps. ci: *Et cinerem tanquam panem manducabam etc.*, que non possunt cui libet competere. Titulus talis est, *Psalmus David quando venit ad eum Nathan propheta cum intravit ad Bersabee.* Haec historia habetur expresse II Reg. xi et xii cap., quando David erat in prosperitate, vidi multorem lavantem se, et concupi vit eam, et adulteravit, et fecit occidere virum ejus. Et hoc displicuit Deo, et missus est ad eum Nathan propheta, et reduxit eum in detestationem sui peccati, sub similitudine ovis perdite. Et David dixit, *Peccavi Domino.* Et dimissum est ei peccatum. Et haec est materia hujus Psalmi, scilicet dimissio peccati. Sed sciendum est in titulo hujus Psalmi, quod David in aliis Psalmis loquitur de aliis; sicut ibi, Ps. xxi: *Deus Deus meus, loquitur praeannuntians passionem Christi;* et sic in diversis Psalmis loquitur de diversis; sed istum Psalmum propter seipsum fecit. In quo ostendit culpam quam fecit mundo manifestam, et similiter veniam; et sic impletur illud quod Dominus dixit, II Reg. xi, 12: *Tu fecisti hoc in \* absconde... te... in... confectu... omnis... f... rael.*

sua justitia : quia si David post tot victorias, post dominum spiritus sancti, post tantam familiaritatem cum Deo et prophetiam peccavit, quantum debemus cavere nos, qui fragiles et peccatores sumus ? 1 Cor. x, 12 : *Qui se existimat stare, rideat ne cedat.* Item utilis est peccatoribus, ut non desperent. Prov. xxiv, 10 : *Si desperaveris lapsus, in die angustiae immittetur fortitudo tua;* nam David post homicidium et adulterium recuperavit gratiam prophetiae. Notandum est autem modus loquendi in titulo : *Quando venit :* ubi designat veniam, de qua agitur in Psalmo, quia per eum audivit eum Dominus, et transtulit peccatum illius ; sed cum dicit, *Quando intrarit ad Bersabee,* designatur culpa. Ubi duo ostensa sunt. Primum, quod nominat culpam cum dicit, *Et intravit* ; Psal. xi, 7 : *Eloqua Domini eloquia casta.* Item cum commisisset duo peccata, scilicet adulterium et homicidium, Scriptura nominavit adulterium tantum. Et hoc propter duo. Primo, ut designet quod in scrutandis et publicandis peccatis aliorum non simus prompti, sed valde parei. Prov. xxiv, 13 : *Ne insideris ut quaras impietatem in domo iusti;* et hoc signatur Matth. xxv, ubi Dominus merita honorum enumerat diligenter, demerita malorum transit. Item ad notandum, quod quando quis facit duo peccata et unum facit propter aliud, unum transit in speciem alterius : sicut qui committit furtum ut fornicetur, dicitur potius fornicator. Dividitur autem iste Psalmus in duas partes. Primo enim implorat misericordiam ; secundo promittit emendam, ibi, *Docobo iniquos.* Circa primum duo facit. Primo petit culpe relaxationem ; secundo petit sanctitatis et gratiae restauracionem, ibi, *Quoniam iniquitatem.* Petit ergo primo misericordiam Dei, cum dicit, *Miserere mei Deus.* Ubi sciendum est, quod, sicut dicitur Prov. xiv, 34 : *Miseros facit populos peccatum.* Sicut enim non est vere felix qui abundant divitiis, fruitur voluptatibus, pollet honoribus, sed qui fruitur Deo ; ita non est miser qui est pauper, miser, et debilis et infirmus ; sed qui est peccator ; et ideo iste qui est peccator, dicit, *Miserere mei Deus, tu scilicet qui miseris om-*

*nium, et nihil odisti eorum que fecisti :* Sap. xi, 24 : et secundum Apostolum *Miserebam eum vis.* Exod. xxxiii, 19 : *Miserebor eum volvendo.* Ergo si voluntati tuae subest misereri, *Miserere mei,* scilicet peccatoris, Non vult contendere, non querit disputare, sed brevi uititur via, *Miserere.* Item non allegat misericordiae causam, non servitia quae fecit Deo, non pericula quae sustinuit pro eo, sed solum Dei misericordiam implorat ; unde dicit, *Secundum magnam misericordiam tuam.* Dan. ix, 18 : *Non in justificationibus nostris prostrernimus preces ante faciem tuam ; sed in miserationibus tuis multis.* Et notandum quod aliquis potest sperare de misericordia divina, duplia ratione. Una ratio est ex consideratione divinae naturae alia ratio est ex consideratione et secundum multitudinem effectuum ejus. Primo ergo ostendit quod sperat de misericordia Dei ex consideratione naturae divinae quia naturae divinae proprium est quod sit ipsa bonitas. Unde Dionysius dicit, quod Deus est ipsa substantia bonitatis. Et Boetius de Trin. similiter. Unde nihil aliud est haec Dei misericordia, nisi bonitas relata ad depellendam miseriariam. Ergo cum considero quod bonitatis miseriariam repellere est proprium, et tamen est ipsa bonitas, considerenter ad misericordiam recurro. Et dicitur magna sua incomprehensibilitate, qua implet omnia. Psalm. xxxii, 5 : *Misericordia Domini plena est terra.* Et in omnibus habet locum : nam justi innocentiam servaverunt propter misericordiam Dei. Augustinus : Domine gratiae tuae deputo mala quae non feci. Item peccatores sunt conversi ad justitiam propter Dei misericordiam. 1 Tim. 1, 13 : *Misericordiam consecutus sum.* Item in peccato existentes misericordiam Dei experti sunt. Thren. iii, 22 : *Misericordiae Domini multæ quod non sumus consumpti.* Item dicitur magna sublimitate, quia miserationes ejus super omnia opera ejus ; nam misericordia non signat in Deo passionem animi, sed bonitatem ad repellendam miseriariam. Item magna duratio. Isa. liv, 8 : *In misericordia semipeterna misertus sum tui.* Item magna virtute, quia Deum hominem fecit, de

cœlo Denum ad terram depositit, et immortalem mori fecit. Ephl. ii, 4 : *Deus autem qui dives est in misericordia.* Item magna per effectum, quia ex omni miseria potest homo per misericordiam elevari. Psal. lxxxv, 13 : *Misericordia tua magna est super me, et remisisti inpeccatum peccati mei,* Psal. xxxi, 5. Et ideo considerter peto : *Miserere mei Deus.* Item alia ratio est, quia in omnibus a principio mundi inveni effectus misericordiae tuæ. Et ideo dicit, *Et secundum similitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam;* quasi dicat: Miserere mei secundum quod multipliciter et in diversis misertus es omnibus hominibus; unde dicitur Isa. lxiii, 7 : *Miserationum Domini recordabor;* Ps. xxiv, 6 : *Reminisce miserationum tuarum etc.* *Delc iniquitatem meam.* Ille ponit effectum miserendi. Nathan dixit, II Reg. xii, 13 : *Dominus transstulit peccatum tuum etc.* Et sic erat securus de venia, sed volebat totaliter peccatum extirpari. Renanet autem duplex effectus peccati : scilicet reatus pœnae, et macula in anima. Primo ergo petit removeri reatum pœnae; et ideo, *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Sciendum est, quod Jer. xvii, dicitur quod peccatum Judæ scriptum fuit stylo ferreo in ungue adamantino: ad similitudinem judicis qui scribit culpam, quæ tamdiu servatur scripta, quamdiu habet animum puniendi: sed si deponit hunc animum, non servat scripturam. Et sic scriptum stylo adamantino dicitur, quando peccatum non detetur. Et hoc est quod dicit, *dele iniquitatem meam,* idest nou imputes mihi iniquitatem ad penam, Is. xlvi, 25 : *Ego sum qui deo iniquitates vestras.* Item ibidem xlvi, 22 : *Deteri ut nubes iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua. Amplius.* Ille petit removeri immunditiam culpa. Homo qui habet mentem bene dispositam, plus abhorret immunditiam culpa, quam austoritatem penae; et ideo dicit, *Amplius lava me:* quasi dicat, Peto ut deles penam; sed amplius peto quod mundes maculam. Vel, *Amplius lava,* quam ego intelligo. Rom. viii, 26 : *Nam quid are-*

*mus sicut oportet nescimus.* Eph. iii, 20 : *Ei qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus.* Duo sunt necessaria ad removendum maculum : scilicet ablutio præcedens, et munditia sequens. In corporibus ablutio fit per aquam, et sic secundum Glossam Psalmus<sup>1</sup> per aquam præfigurat virtutem baptismi, qua Deus dimissurus erat peccatum. Ezech. xxxvi, 23 : *Effundam super vos aquam mundam etc.* Zach. xiii, 1 : *Erit fons patens domini David in ablutionem peccatorum et menstruatæ.* Et licet baptismus noudom institutus esset, tamen virtus Dei lavans erat in baptismo. Ergo, *Lava me ab iniquitate mea.* Jer. iv, 14 : *Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva sis.* Item peto, ut mundes me a peccato, quia nullus mundatur nisi a te; Job xiv, 4 : *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Eccl. xxxiv, 4 : *Ab immundo quis mundabitur?* Et dicit duo : scilicet iniquitatem et peccatum; iniquitas est contraria justitiae; peccatum vero munditia: et hoc est adulterium. Et sic iniquitas fuit inquantum lasit alium per homicidium; sed peccatum est per adulterium in quem se polluit.

2. *Quoniam.* Ille confiteatur culpam. Et primo confiteatur culpam. Secundo ostendit hanc confessionem esse Deo acceptam. Primo ergo confiteatur culpam. Secundo ipsam culpam exaggerat, ibi, *Tibi soli peccari.* Tertio ejus originem demonstrat, ibi, *Ecce enim.* Recognoscit ergo culpam suam, dicens, *Quoniam iniquitatem.* Quidam sunt qui peccata sua non cognoscunt propter tres causas: quia aggravatur ratio ex gravitate peccati: Prov. xvii, 3 : *Impius cum in profundum peccatorum venerit, confundit :* Psal. xxxix, 13 : *Comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut riderem.* Item quia non recordantur: Eccl. v : *Oblitus est deliciarum suarum.* Item propter adulterationes honestum: Psal. x, 3 : *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ.* Et ideo, quia alii laudant eum de peccatis, ipso non recognoscit. Sed felix qui peccatum suum recognoscit sicut David: Prov. xiv,

<sup>1</sup> Al. deest : « Psalmus. »

10 : *Cor norit amaritudinem animæ suæ: in gaudio ejus non communiscetur extraneus.* Quantum ad secundum dicit. *Et peccatum nrum contra me est semper.* Quidam sunt qui et si cognoscant peccatum suum, tamen non detestantur; sed iste semper peccatum suum contra se habet ut contrarium, et nocivum et detestabile. Et dicit, *Semper.* Quidam sunt qui ad horam detestantur peccatum : *Jac. i, 24: Consideravit se et abiit etc.* Isa. xxxviii, 15 : *Recognitabo tibi omnes annos meos etc.* Psalmus : *Iniquitatem meam ego cognosco.* Alia littera, *Coram me:* et sic designatur quod recognoscit culpam, et quod continue meditatur de ea. Et hoc statutum est coram Deo per Nathan prophetam sub similitudine. *Tibi soli peccavi.* Supra Psalmista posuit recognitionem propriae culpæ, hic autem exaggerat culpam suam : et circa hoc duo facit. Primo exagerat ipsam. Secundo ponit id quod ad exaggerationem consequitur, ibi, *Ut justificeris.* Hanc culpam exagerat per respectum ad Deum ; et dupliceiter, ut dicuntur Jer. xxix, 23 : *Ego ero iudex et testis.* Videtur autem Deum iudicem contemnere, qui non timet peccare propter iudicium ejus. Et similiter contemnit Deum testem<sup>1</sup> qui peccat in oculis ejus ; et ideo dicit, *Tibi soli peccavi.* Sed numquid non peccavit contra Uriam quem occidit? Sic. Sed dicit, *Tibi soli,* idest Deo, quia ipse non est obnoxius famulo suo, sed sententiae Dei. Cum enim peccat dominus qui est super servum, non peccat servo, sed Deo : *Sap. vi, 4: Potestas vobis data est a Domino, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera tua, et cogitationes scrutabitur.* Vel, *Tibi soli,* idest per comparationem ad te solum peccavi. Et potest hoc referri, sive ad Deum, sive ad Christum. Deo dicitur peccare per comparationem ad justum ; et sic, *Tibi soli peccavi,* quia solus est sine peccato. Et similiter Christus omnino fuit sine peccato. *Tibi ergo soli peccavi,* contemnendo iudicium tuum. Item contempsti te testem, quia, *Malum coram te feci,* vidente et praesente feci : *Prov. xv, 11: Infernus et per-*

*dito coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum :* *Eccle. xxii, 28: Oculi Domini multo lucidiores supra solem.* *Ut justificeris..* Hic ponitur quod consequens est ad istam exaggerationem : et hoc potest multipliciter legi. Sed primo quod magis videtur dicam. *Ut enim* quandoque ponitur causaliter, quandoque ponitur consecutive tantum, et tunc est ejus sensus, *Malum coram te feci ut justificeris tu,* quia nullus propter peccatum iustificatur, sed hoc consequitur ex peccato, quia ex hoc ipso quod homo peccat, iustitia Dei manifestior redditur : nam ex peccatis ejus apparuit quod eum Deus punivit. Haec autem punitio consistit in duobus. Primo comminatur. Secundo infert poenam ; et in utroque est justus. Quantum ad primum dicit, *In sermonibus, quibus poenam comminariis :* *Prov. viii, 8: Justi sunt sermones mei.* Quantum ad secundum dicit, *Vincas cum judicaris,* idest cum aliis in iudicio compararis. Frequenter Deus ad ostendendam suam iustitiam et nostram etiam, vult nobiscum judicari : *Isa. v, 3: Judge inter me et vineam meam.* Et in hoc Deus iustitio inventitur : *Job ix, 3: Si contendere cum Deo voluerit, non poterit ei respondere unum pro mille.* Et quod haec sit intentio Psalmi, patet ex Apostolo Rom. iii, 4 : *Est autem Deus verax, omnis homo mendax, sicut scriptum est.* Sed in *Glossa*-loquitur, ut hoc quod dicitur, *Justificeris in sermonibus etc., non continuenter cum, malum coram te etc.,* sed cum hoc quod dicit, *tibi soli,* idest ad tui comparisonem, qui solus es iustus, et intantum quod omnes sermones tui sunt justi. Et sic ly ut ponitur causaliter : quasi dicat : Intantum es iustus, *Ut justificeris.* Vel si referatur ad Christum, sic est sensus, *Tibi soli, scilicet Christo, peccavi,* quia es iustus, *et vincas,* omnes homines, *cum judicaris,* licet judiceris a pilato. Vel aliter, *Ut justificeris,* in hoc amplius peto ut laves me ad hoc, *Ut justificeris,* scilicet promissiones nostræ perfecte veræ sint, scilicet de Christo nascituro, cui promissum est, *Ps. cxxxii, 11: Do fructu ventris tui etc.,* et quod pecca-

<sup>1</sup> Al. : *a coelestem.* »

tum remitteretur : II Reg. xii, 13 : *Dominus transtulit tibi etc. Vincas cum iudicaris*, ab hominibus quod non debeas implere promissa, et non debeas delere peccata mea.

3. *Ecce enim*. Hie ponit radicem culpe. Radix omnis culpæ actualis est peccatum originale, quod a parentibus contrahitur infectis illo peccato : haec infecatio erat in patre ipsius David, et in matre. Quantum ad patrem dicit, *In iniuritatibus conceptus sum, non actualibus, quia non de adulterio, sed de matrimonio et sancto Jesse natus sive generatus est, ut dicitur Ruth ult.*: sed in originali : nam in hoc peccato omnes nascuntur : Rom. v, 12 : *Per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit*.

Sed *cum* originale sit unum, quare dicit, *In iniuritatibus etc?*

Dicendum est, quod peccatum originale est unum in essentia, ut sic dicatur, multa tamen in virtute,<sup>1</sup> quia occasio nem præbet ad omnia alia peccata : Rom. vii :<sup>2</sup> *Peccatum quod est in carne mea operatur*. Et hoc diminuit culpam : quasi dicit : Non est mirum si pecco, quia in eis conceptus sum. Quantum ad matrem dicit. *Et in peccatis concepit me mater mea*.

Sed numquid non erant mundati parentes David per circumcisioem ab originali peccato ?

Dicendum est, quod baptismus et circumcisio mundant animam a culpa originali, sed adhuc remaneat fomes, et circumcisio fiebat in carne, et homo generat filios carnales secundum carnem ; et ideo necesse erat quod iterum filius natus circumcideretur : sic modo natus ex parentibus baptizatis baptizatur. Alia littera habet, *Ahuit me mater mea*. Et hoc ad actualia peccata referuntur, quia etiam in pueris inordinati motus inveniuntur, ut Augustinus in vi : *Confessi*, dicit, Alia littera habet *peperit me etc*. Et sic quia quidam sanctificantur in utero ; sed omnes praeter Christum concipiuntur in originali : et ideo dicit quod non est sanctificatus in utero, sed natus in origi-

nali. *Ecce enim veritatem dilexisti*. Qui vult satisfacere debet diligere ea quæ Deus diligit. Deus autem diligit veritatem fidei : Joan. xviii, 37 : *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Item justitiam : Psal. lxxxviii, 13 : *Misericordia et veritas precedunt faciem tuam*. Et haec necessaria est in pœnitente, ut in se puniat quod deliquerit. Item est necessaria confessio, ut confiteatur peccata.

4. *Inculta*. Hie petit totaliter reparacionem. Et primo ponit spem quam habet. Secundo petitionem. Et primo ponit acceptum beneficium per quod erigitur in spem. Secundo ponit suam fiduciam, ibi, *Asperges me*. Commemoravit beneficium potentia : cum dixit, *Inculta et occulta*, quia scilicet rex habui beneficium prophetiae : II Regum xxii, 2 : *Spiritus Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam*. Et ponit tria, scilicet materiam prophetiarum, modum et causam. Materiam prophetiarum ostendit cum dicit, *Inculta et occulta*. De his est prophetia, scilicet incerta et occulta, quae per sapientiam tuam comprehenduntur. In nobis est aliiquid ignotum dupliceiter, quod tamen est de Deo notum. Ant propter defectum est nobis aliiquid ignotum, ant propter excessum. Propter defectum est nobis ignotum aliiquid futurum contingens : quia nondum habet determinatam veritatem. Propter excessum est nobis ignota divina substantia, et quae excedunt capacitatem nostram. Utraque enim fuerunt revelata David per spiritum prophetiae : Amos iii, 7 : *Non faciet Dominus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad seruos suos prophetas. Incerto ergo manifestasti mihi*, idest illa quae de sui natura habent variabilitatem : et haec fuerunt sibi revelata, ut patet in Psalmo. Occulta vocantur quae excedunt oculum mentis nostrae : Job xxviii, 18 : *Sapientia trahitur de occultis* : Eccl. xxiv, 7 : *Ego in altissimis etc*, et haec sunt sapientie Dei : quasi dicit, Liceat nobis sint occulta, tamen a sapientia tua comprehenduntur : et inter occulta commemorat mysterium Incarna-

<sup>1</sup> AL. : « puta. »  
<sup>2</sup> AL. : « veritate. »

<sup>3</sup> Sensus est, non lexus.

tionis, *Quod etiam manifestasti mihi.* Item misericordia Dei inter ista annumeratur, quia remittit peccata. Sed melius est ut accipiat universaliter. Modus revelationis ponitur cum dicit, *Manifestasti mihi.* Triplex est modus prophetiae. Unus, in quo revelatur supernaturalis et intelligibilis veritas sub similitudinibus corporalibus et imaginationibus: et sic dicitur Isa. vi, 1: *Vidi Dominum sedentem etc.* Alius est in quo fit revelatio supernaturalis et intelligibilis veritatis, absque nebulae imaginationis phantasticae: immo nondum revelatur, et sic facta est revelatio Moysi Num. xx 8: *Palam et non per anigmata et figuras vidit Deum.* Et talis etiam fuit revelatio David: II Reg. xxii, 3: *Deus Israel locutus est mihi.* Et infra: *Sicut lus aurora manet oriente sole absque nubibus rutilat. Asperges me hyssopo.* Supra commemoravit Psalmista Dei beneficium sibi praestitum quantum ad gratiam prophetiae, ex quo consurgebat in spem; hic autem ostendit quid a Deo sperabat. Et fuerunt duo. Primo enim sperat remotionem malorum quae incurerat per peccatum. Secundo sperat restitutionem bonorum quae amiserat, ibi. *Auditui.* Sciendum est autem, quod homo per peccatum primo incurrit immunitudinem: Jer. ii, 22: *Muculata es in iniuste tua.* Secundo incurrit turpitudinem: unde Thb. iv, 8: *Denigrata est super carbones facies eorum.* Et haec duo sperat a se removeri: immunitudinem scilicet et turpitudinem spiritualem. Immunuidia contingit ex hoc, quod affectus hominis inhaeret rebus temporalibus quibus similis efficitur; unde si adjungatur vilioribus, ut aurum plumbo, vilis efficitur: Osee ix, 10: *Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilecerunt.* Sed turpitudem ex eo quod inhaeret rebus terrenis, obscurat in eo lux rationis, quia comparatur animalibus brutis: Psal. xlvm: *Homo cum in honore etc.* Et ideo anima efficitur nigra sive obscura. Et ideo quantum ad primum dicit, *Asperges me hyssopo,* ubi alludit ritui veteris testamenti Numer. xix, ubi tertio die aspergebatur immunius aqua lustrationis, et die septimo lavabatur aqua, et vestimenta etiam lava-

bantur. Aqua lustrationis fiebat de hyssopo. Et ideo dicit, *Asperges me hyssopo.* Et illa aqua fiebat ex cinere vitulae rufa, per quam figurabatur Christus. Unde per illam aspersionem quam petit, signatur aspersio sanguinis Christi: I Pet. 2: *In aspersionem sanguinis Christi:* Heb. xi, 18: *Accessistis ad monum.* Et infra: *Et sanguinis aspersionem melius luquentem quam Abel.* Hoc fiebat cum hyssopo. Hyssopus est herba quae terrae inhaeret, et enrat inflationem, ut in *Glossa* dicitur; et convenient fidei que humilitatem habet, quia per fidem subjicitur intellectus Deo: II Cor. x, 5: *In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Item radicata est in petra, id est Christo: Matth. xvi, 18: *Super hanc petram etc.* Petrus autem erat Christus, I Cor. x, 4: Item depellit spiritus humani elationem, quae est in illis qui non obedient fidei Christi: I Timoth. ult. 3: *Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, hic non est ejus* (Ronn. viii.) Dicit ergo: Domine ego habeo firmam spem, quod tu asperges me aqua lustrationis: Ezech. xxxvi, 23: *Effundam super vos aquam etc.* *Lavabis me:* nam post fidem necessarius est baptismus: Zach. xiii, 4: *Erit fons patens domui Jacob etc.* Isa. 1, 16: *Lavamini, mundi estote.* Effectus hujus lavationis, *Dealbabor super nivem,* quia nigredo tolletur, et hoc scilicet quia anima erit albior nive: Isa. i, 18: *Si fuerint peccata vestra ut cocciuum, quasi nix dealbabuntur.* Et dicit, *Super nivem,* quia candor animae sanctificatae excedit omnem pulchritudinem corporalem, ut patet Matth. xvii, 2 transfiguratione Christi, cuius vestimenta facta sunt alba sicut nix. Omnes justi pertinent ad vestimenta Christi: Isa. xlxi, 18: *Omnibus his, quasi vestimento vestieris.* Et per hoc designat se ad vestimentum Christi pertinere per baptismum, "Quotquot baptizati estis, Christum induitis," dicit Apostolus Galat. iii, 27.

5. *Auditui.* Hic ponit quomodo habet spem de recuperatione honorum, quae perdidit: et sunt duo: scilicet donum prophetiae, et gaudium conscientiae. Donum prophetiae assimilatur auditui, quia

propheta non videt Dei essentiam ut in ea videat revelata, sed quadam signa veritatis revelata sunt in anima prophetarum, et haec signa habent se per modum locutionis etc. I Reg. m, 9 : *Lognere, Domine, quia audit servus tuus* : Isa. v *Quæ audivi a Domino exercitum Deo Israel annuntiavi vobis.* Hic auditus erat et interruptus per peccatum, et sperabat se recuperaturum : et ideo dicit, *Auditui meo dabis etc.* Vel, *Auditui*, quo audivi a Nathan translatum esse peccatum meum quo concepi letitiam. Sed quantum ad gaudium conscientiae sciendum est, quod spirituale gaudium habet tres gradus. Primo existit in complacencia affectus ; secundo in dilatatione cordis : tertio in progressu ad exteriora. Complacencia designatur per gaudium cum dicit, *Auditui meo etc.*, ex hoc scilicet quod andiam quae loqueris, vel quæ locutus est Nathan. Philip. iv, 4 : *Gaudete in Domino etc.* Quando vero affectus quiescit in re amata, tunc animus ejus dilatatur ad plus percipendum dilatationem ; et hoc etiam apparelt in sensibilius. u, Cor. vi, 11 : *Cor nostrum dilatatum est* : et ideo dicit, *lætitiam*, quia hic importat dilatationem quasi letitiam. Sed ulterius quoque laetitia redundant usque ad corpus. Prov. xvii, 22 : *Animus gaudens xatatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa*, et ideo in visione gloriae in patria post resurrectionem ex gudio mentis corpus glorificabitur : Isa. ult, 14. *Videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinabunt.* Et sic dicit ipse, *Exultabunt ossa humiliata* : et hoc ad glorificationem präsentem : nam per tristitiam poenitentiae cor hominis conteritur : et ideo quando sunt homines lati, est signum quod ossa qua sunt contrita et afflicta, participant gaudium : Prov. xu, 23 *Mirror in corde viri humiliabit eum* : Isa. lviii, 11 : *Implebit splendoribus animum tuum, et ossa tua liberabit.* Vel, *Exaltabunt ossa*, id est virtutes spirituales, que perfectim spiritualem augmentatur. Et quia per hanc laetitiam roboratur justus.

6. *Averte.* Ille petit recuperationem innocentiae. Et quia considerat in se malum culpa esse, et bonum gratiae : petit primo removeri malum sive peccatum : se-

cundo petit removeri effectum peccati, ibi, *Cor mundum crea in me Deus.* Peccatum enim removetur non hoc modo quod peccatum non fecerit ; sed quod non imputetur ei peccatum commissum ad ponam, secundum illud Psal. xxxi, 2 : *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Et loquitur ad similitudinem judicis punientis, qui primo considerat quantitatem culpa, et postea taxat ponam : ideo petit ut non consideret peccatum ejus ; et ideo dicit, *Arrete faciem tuam a peccatis meis.* Secundo petit ut non inferatur pena : unde dicit, *Et omnes iniquitates meas dele* ; quasi dicat : Scio quod malum coram te feci : et ideo rogo ut avertas faciem tuam a peccatis meis, id est non consideres peccata mea ad puniendum : Ezech. xviii, 22 : *Omnium iniquitatibus ejus non recordabor.* Item merui penam damnationis : sed rogo ut deelas : quia Deus etsi non mutet consilium, tamen sententiam mutat *Cor mundum.* Supra Psalmista petit removeri peccatum ; hic autem petit removeri effectus peccati, qui sunt duo : scilicet inquietatio anima, et inordinatio affectus. Primus effectus sit per hoc quod homo afficitur ad terrena : unde petit cordis munditiam : Matth. v, 8 : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ; et ideo dicit, *Cor mundum crea in me Deus, et spiritum rectum.* Istam munditiam cordis solus Deus restituere potest : Job xiv, 4 : *Quis potest facere mundum de immuno conceptum semine? Nomen tu quis solus es*, scilicet mundus simpleiter. Et dicit, *Crea.* Creatur aliquid ad esse natura, quando ex nihilo producitur ad esse : Gen. i : *In principio creavit Deus etc.* Item quando ad esse gratiae producitur : 1 Cor. xii, 2 : *Si habueras prophetiam, et norveris mysteria omnia etc., nihil sum in esse gratiae.* Sed quando Deus operatur operatione gratiae in habente gratiam, dicitur magnificare eum. Quando vero de peccatore facit justum, tunc dicitur proprie creare : Eph. ii, 10 : *Ipsius creatura sumus creati in Christo Iesu in operibus bonis* : Jac. 1, 18 : *Ut sitis initium aliquid creaturæ Dei*, scilicet spiritualis ejus. Secundum quod sequitur ex peccato, est inordinatio mentis, quae fit

per aversionem a fine debito. Sicut ergo per conversionem ad aliquod commutabile bonum animus efficitur immundus, ita per aversionem a fine deordinatur; et hujusmodi deordinationi opponitur rectitudo qua homo dirigitur in Deum : *Cantic. I, 3 : Recti diligunt te* : et ideo dicit, *Et spiritum rectum innova*, idest de novo tribuas, quia per peccatum amisi : *Ephes. iv, 23 : Renovamini spiritu mentis vestrae*. Et, *Innova*, non exteriori, sed, *In risceribus meis*, ut scilicet non labia tantum ad loquandum, sed cor sit rectum ad cognoscendum. *Ne projicias me a facie tua*, et *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me*. Illic petit restitutionem gratiae. Et primo petit ipsam gratiam. Secundo petit gratiae effectum, ibi, *Redde*. Gratiam Dei dicitur quis habere dupliciter: nam alius dicitur habere gratiam Dei et hominis; et quantum ad aliquid similiter: scilicet quando est utriusque gratias, scilicet Deo et homini. Et haec vocatur gratia gratum faciens. *Ephes. I, 6 : In qua gratificavit nos in dilecto filio suo*. Et secundum hoc gratia dicitur benevolentia Dei, quia Deus diligit hominem ad vitam aeternam. Et quantum ad aliquid est dissimile: gratia enim hominis non facit eum bonum, sed ex sua bonitate efficitur gratus homini; sed apud Deum est e converso: quia ex Dei benevolentia sequitur quod homo fiat bonus. Duo ergo sunt in gratia Dei: scilicet ipsa benevolentia, et effectus ejus in anima; et utrumque petit, cum dicit, *Ne projicias me etc.* Et hoc potest dupliciter intelligi. Ille qui est in facie alienus, videtur ab eo, et potest illum videre. Ille dicitur esse in facie Dei, secundum illud in Reg. xvii, t:<sup>1</sup> *Vivit Dominus in cuius conspectu sto*. Gen. *Deus in eius conspectu ambulaverunt patres nostri*. Et hoc, quia ipsi recti sunt ad vivendum Deum: Ps. xxvi, 4: *Unum petui a Domino etc.* Per peccatum utrumque perditur: quia peccatores deserunt Deum, deseruntur a Deo: et anittunt fiduciam confidandi de Deo. Isa. lxx, 2: *Peccata et iniuriantes divisorunt inter eos et Deum vestrum etc.* quantum ad primum, *Et peccata vestra abscondent faciem ejus a vobis*,

quantum ad secundum. *Iste est ergo a facie Dei per peccatum projectus*: et ideo petit ne finaliter projiciatur utroque modo. Item nota, quod in homine duo sunt: scilicet culpa, ex qua dignus est pena: et natura, ex qua habet congritatem ad gratiam: et ideo petit ut non prospiciat culpam, sed naturam; et ideo dicit, *Ne projicias me*. Item donum gratiae datur per caritatem: et tale donum datur per Spiritum sanctum; et ideo dicit, *Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me*, cujus templum fueram, sed perdidit propter peccatum: Sap. I: *Spiritus sanctus disciplina effugiet sicutum*. Ne ergo auferas, scilicet finaliter. *Redde mihi*: nam duo facit gratia in homine: unum respectu superiorum, quia scilicet dat iucunditatem, quia qui habet gratiam, habet caritatem, et qui habet caritatem, amat Deum et habet ipsum; et qui habet quod amat, gaudet. Ergo ubi caritas, ibi gaudium: Ro. xiv, 17: *Non est regnum Dei esca et potus, sed gaudium in Spiritu sancto*. Hoc gaudium perdididerat Psalmista; et ideo petit restitu sibi, cum dicit, *Redde mihi latitiam*: non de mundanis, sed, *Salutis tui* idest de tua salvatione. Alia littera habet *Latitiam Jesu*, scilicet Salvatoris, per quem fit remissio peccatorum: *Habac ult, 18 : Exultabo in Deo Jesu meo*. Alius effectus est respectu inferiorum: et hic effectus est confirmatio in gratia, quae fit per Spiritum sanctum; *Et spiritu principali confirma me*. Spiritus autem sanctus firmat dupliciter uno modo contra mala: Isa. viii, 11: *In forti manu erudi te*. Alio modo in bono: Isa. xl, 34: *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem*. Haec fortitudo habetur per Spiritum sanctum: nam corpus non est firmum ad sustinendum nec ad faciendum nisi propter fortitudinem spiritum; ita homo non est fortis sine Spiritu sancto. Sed ille non preberet fortitudinem, nisi esset spiritus principalis; quia virtus inferior non est sufficiens ad praebendum auxilium contra superiorum. Potestas autem diaboli est magna: Job xli. 24: *Non est potestas super terram qua comparetur ei*. Ergo contra diabolum indiget homo juvari spi-

<sup>1</sup> Parm. : « *In conspectu sancto*. »

rito principali, scilicet principante et dominante super omnia. Et hoc spiritu indiget homo contra spiritum carnis : Nunc xvi, 22, *Fortissime Deus spiritum mundi versus carnis*. Item contra spiritum mundi : I Cor. xi, 12 : *Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo*. Item contra spiritum diaboli : I Reg. xviii, 10 : *Invasit spiritus Domini malus Saul*. Notandum est quod in hac lectione fit triplex mentio de spiritu : quia dicitur spiritus rectus, spiritus sanctus et spiritus principalis. Et secundum Glossam quidam accipiunt spiritum essentialiter dictum, secundum quod est spiritus omne quod non est corpus. Unde spiritus dicitur Pater et filius et Spiritus sanctus. Sed melius est ut accipiatur personaliter. Tria autem facit Spiritus sanctus in homine. Primo rectitudinem intentionis : Ps. 1, 4 : *Spiritus tuus bonus etc.* Item sanctificationis : Rom. 1, 4 : *Secundum spiritum sanctificationis*. Item nobilitatem et facit nos principes : Gal. iv, 6 : *Quoniam estis filii Dei, misit Deus spiritum Filii sui in corda vestra*.

7 *Docebo*. Supradictum Psalmista proposuit suscipientes Deo; hic autem repromittit recompensationem. Et primo promittit quid sit facturus pro Deo, in praesenti. Secundo in futuro, ibi, *Benigne*. Carea primum duo facit. Primo promittit Deo quadam spiritualia sacrificia. Secundo exensat se ab oblatione carnalium, ibi, *Quoniam si voluisses*. Duplex sacrificium spirituale Deo promittit : scilicet doctrinam, per quod instruatur proximus. Secundo promittit spirituale sacrificium laudis, per quod laudetur Deus, ibi, *Libera me*. Dicit ergo : *Docebo iniquas vias tuas*. Et notandum, quod supra in alio Psalmo dixit, *Peccatori dixit Deus, quare etc.*, per quod ostendit quod peccatorem non decet doctrinam effundere. Et ideo quandiu sensit se peccatorem, non promisit doctrinam manifestare ; sed postquam restituit ei Deum spiritum principalem : et tales decet doctrinam habere, et alias docere : Jer. iii, 15 : *Dabo vobis pastorem iurta cor meum, qui pascet vos scientiam et doctrinam*. Et de Christo dicitur Act. 1, 1 : *Coripit Jesus facere et (postea) docere*. Fructus autem hujus doctrinae non est tantum spe-

culatio veritatis ad beatam contemplationem, sed intentus finis ejus est conversio peccatorum : et ideo dicit. *Et impii ad te convertentur* : Jer. xv, 19 : *Ipsi convertentur ad te, et tu non converteris a deo* : Ps. xxi, 28 : *Convertentur ad Dominum omnes gentes*. Et secundum *Glossam* eosdem dicit impios et iniquos ; quamvis David intelligat quod iniqui dicuntur qui peccant contra Deum ; et ideo signanter dicit, *Docebo iniquos* ; quasi dicat : Aliqui et si reverentur Deum, tamen operantur contra proximum et injsta : et hos docebo vias tuas, scilicet ut non offendant proximum : III Joan. iv, 21 : *Mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum*. *Libera me de sanguinibus*. Ille promittit sacrificium laudis : et sunt duo impedimenta hujus sacrificii. Unum est reatus peccati ; aliud est interior defectus. Primo ergo petit remotionem primi impedimenti, Secundo petit remotionem secundi, ibi, *Domine labia mea aperies*. Petit ergo remotionem impedimenti, et promittit sacrificium laudis. Impedimentum laudis divinae, sicut dictum est, est reatus culpe : Eccli. xv, 9 : *Nou est speciosa laus etc.* David autem erat gravi culpa reus : et ideo petit liberari ab ea ; et ideo dicit, *Libera me de sanguinibus*. Secundum Glossam, hoc nomen, sanguis, non declinatur in plurali numero : tamen translator volunt uti ad expressionem peccati. Et refertur hoc ad concupiscentiam carnis, qua est caro et sanguis : Math. xvi, 17 : *Caro et sanguis non ruraverit tibi etc.*, quasi dicat. *Libera me de peccatis commissis ex carne et sanguine*. Vel dicendum quod David commiserat culpam adulterii et homicidii : et in introitu est sanguis : quia in homicidio sanguis effunditur : Psal. v, 7 : *Virum sanguinum et dolosum etc.* Adulterium autem procedit ex fervore sanguinis : et ideo dicit. *De sanguinibus* : Osee iv, 2 : *Sanguis sanguinem tetigit*. O Deus, libera ergo me de sanguinibus, quia tu solus potes : Isa. xliii, 25 : *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me etc.* Et, *Quia tu es Deus salutis meae*, idest qui potest me salvare. *Et exultabit lingua mea*, scilicet cum delectatione et cum interiori gaudio cordis narrabo *justitiam tuam* : Isa. xxx,

29 : *Conticum erit vobis sicut' nox sanctificate solemnitas.* Item ibidem cap. xxxv, 10 : *Venient in Sion laudantes et letitia sempiterna super capita eorum :* Ps. xli, 5 : *In voce exultationis etc. Domine labia mea aperies.* Est autem sciendum, quod homo aliquando impeditur a doctrina etiam propter impedimentum interioris loquendi et hoc contingit aliquando propter culpam auditorum : Ezech. iii, 26 : *Lingua tuam adhucrere facium palato tuo, et eris mutus.* Et infra : *Quia Dominus eras perans est.* Et propter proprium peccatum : Psal. cxi, 42 : *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Quia ergo solus Deus *linguas infantium fecit disertas,* Sap. x, 21 ; ideo petit : *Domine remove impedimenta qua' incurri per peccatum, a labiis meis.* Et tu, *Labia mea aperies.* Ephes. ult, 19 : *Ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysterium Evangelii.* Est autem notandum, quod in apertione oris intelligitur doctrina profunda, ubiqueque in Scripturis inventitur apertio oris : ut Job. iii, 1 : *Post haec operuit Job os suum.* Et Matth. v, 2 : *Aperiens Jesus os suum, scilicet in profunditatem scripturaræ ; et tunc, Os meum annuntiabit laudem tuam ;* quasi dicat : *Quod in corde habeo, ore confitebor.*

8. *Quoniam si voluisses sacrificium.* Ille excusat se. Et primo ostendit sacrificium non esse Deo acceptum ; secundo ostendit quod sacrificium sit Deo acceptum, ibi, *Sacrificium Deo.* Dicit ergo : *Ego repromitto doctrinam et laudem, hoc enim sacrificium honorificabit te : sed carnale sacrificium non est tibi acceptum ; et ideo dicit : Si voluisses sacrificium, scilicet carnale, utique dedissem : sed, Utique holocaustus non delectaberis.*

Sed numquid non vult sacrificia carnalia ? Si illa sacrificia non approbat Deus, quare ergo mandavit fieri in veteri lege ?

Dicendum, quod mandavit ea fieri non propter se, sed quia erant figura interioris veri sacrificii, quo Christus se obtulit : et sunt signa interioris sacrificii, inquantum homo animam suam offert Deo : et iterum

fuerunt instituta propter rudes, qui Deum non noverant ; et ideo oportebat quod in rebus honorarent et cognoscerent Deum, ne sacrificia idolis immolarent, ad quod erant multum proni. Sed quia David ex Spiritu sancto sciebat cordis sacrificium Deo acceptum, non dedit hic sacrificia corporalia. Inter omnia autem sacrificia holocausta erant magis Deo accepta. Et tamen illa propter se non erant accepta Deo ; ideo dicit, *Holocaustis non delectaberis ;* quia et si ipsa fuissent tibi accepta, simpliciter obtulisset ea. Et si objiciatur, quod odor suavissimus erant Domino, descendum, quod erat hoc propter figuratum sacrificium, et in signum interioris sacrificii, quod Deo placet ; unde subdit, *Sacrificium Deo, scilicet acceptum, spiritus contributus.* Augustinus, x de Civ. Dei : Omne sacrificium, quod offertur exteriorius, signum est interioris sacrificii, in quo animam suam offert Deo. Sed sciendum quod anima hominis deducitur in peccatum primo per inane gaudium. Eccl. ii, 2 : *Risum reputavi errorum, et gaudio dixi : Quid frustra deciperis, idest deduceris in peccatum.* Secundo induratur ad spiritualia ex peccato. Eccl. iii, 27 : *Cor durum male habebit in novissimo.* Rom. ii, 5 : *Secundum duritiam tuam et cor impunitens.* Tertio, quia sufficit sibi in rebus corporalibus, et non curat de spiritualibus, tunc superbit, quod est *initium omnis peccati.* Eccl. x, 13. Oportet ergo quod penitens qui cor suum offert sacrificium Deo, contraria omnibus his faciat. Et primo contra inane gaudium oportet, quod assumat tristitiam penitentiae : et ideo subdit, *Sacrificium Deo spiritus contributus, idest de omnibus peccatis simul tristatur, non de uno tantum.* II Cor. vii, 10 : *Quia secundum Deum est tristitia, paupertatum in salutem stabilem operatur.* Baruch. ii, 18 : *Anima que est tristis super magnitudinem malorum, et incedit incurva.* Et infra : *Dat tibi gloriam, et tristitiam Domino.* Contra secundum opponit contrito ; unde dicit, *Cor contritum.* Et nota differentiam inter contracta et contrita : quia contracta sunt quae dividuntur in magnas partes ; con-

<sup>1</sup> Parm. : ~ vox. ~

trita sunt quae in parvissimas partes dividuntur. Quamdiu ergo quis habet cor durum, tunc quasi integrum habet cor in malitia; sed quando totaliter deserit peccatum praebeus se spiritualibus, dicitur tunc contritus. Job. xvi, 13 : *Ego ille quondam opulentus, scilicet in temporibus, repente contritus sum.* Contra tertium opponitur humilitas; et ideo dieit, *Et humiliatum, Deus, non despicies, quia superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam.* Jac. iv, 6. Et est sciendum, quod facit mentionem de corde et spiritu, et spiritus pertinet ad animositatem, et sic pertinet ad irascibilem. Isa. xxv, 4 : *Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem.* Cor pertinet ad concupiscentiam: et sic datur per hoc intelligi, quod quidquid est in vi appetitiva, debet Deo offerri in sacrificium.

9. *Benigne.* Hic promittit quid beat facere in futurum. Et primo petit quid fiendum a Deo: secundo pronuntiat, ibi, *Tunc acceptabis.* Oculus David cerebatur ad duo: unum propinquum, quod erat figurale; aliud remotum, quod erat figuratum. Primum quia legitur, quod David adificavit muros civitatis Ierusalem, sed non consummaverat, et his consummati adificandum erat templum: et ideo dieit, *Fac in bona voluntate tua, ut adificantur muri Ierusalem.* Et tunc adificantis muri, adificabitur templum. *Et tunc acceptabis sacrificium etc.* Et hoc totum erat figurale. Sed si referamus ad figuratum, sic dicendum est, quod est duplex Ierusalem: scilicet celestis: Gal. iv, 26 : *Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Alia est præsentis Ecclesia exemplata ab illa. Apoc. xxi, 2 : *Vidi civitatem sanctam Ierusalem etc.* Et utraque habet muros. Muri celestis Ierusalem sunt munimenta aeternitatis et immortalitatis, quam consequenti sunt sancti per Christum: Rom. viii, 11 : *Qui suscitavit Iesum Christum, vivificabit et mortalia corpora nostra.* Muri præsentis Ierusalem, scilicet Ecclesia, sunt sacramenta gratiae et doctores. Ezech. xlii, 5 : *Nisi stetis ex adversa, nec opposistis murum pro domo Israel ut staretis in*

*prælio. Aedificationem istorum prævidebat spiritu prophetæ, Isa. lxi. Ad hoc ergo quod adificantur isti muri, *Tu Domine fac benigne,* idest ostende benignitatem hanc, quam benignitatem Apostolus Tit. iii, 4, dieit impletam: *Apporuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei.* Et hoc non propter merita nostra, sed propter tuam voluntatem bonam. Rom. xv, 2 : *Ut prophetis quo sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta.* 1 Tess. iv, 3 : *Huc est voluntas Dei etc.* Et hoc facias ad hoc, *Ut adificantur muri Ierusalem,* vel militantis, vel triumphantis. Sed quid erit? *Tunc acceptabis sacrificium justitiae.* Hoc autem tripliciter exponitur: et duo primi modi pertinent ad Ecclesiam præsentem. Uno modo, quod hoc referamus ad sacrificium, non quo trucidantur pecora, sed quo occiduntur homines propter Christum: et in hoc est duplex gradus: quia primum locum tenet sacrificium Christi. Gal. n, 20 : *Dilexit me, et tradidit semetipsum pro me:* et ideo, dieit, *tunc,* idest in adificatione murorum Ierusalem, idest Ecclesia. *Acceptabis sacrificium justitiae,* quo Christus se obtulit, qui Justus est. Joau. vii, 46 : *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Et quia lanta virtutis est, ut satisfaceret pro homine, ut justificaret eum. Secundum locum tenent alii sancti, qui se propter Deum obtulerunt in sacrificium: unde dieit, *oblationes,* scilicet confessores, qui confitendo Christum, quantum in se est, obtulerunt se morti, licet non sint occisi. Indie, v, 2 : *Qui sponte natus est de Israel animas restrinxerunt periculum, benedicite Domino.* Et hoc locasta. Ipsi sunt martyres. Joau. xv, 13 : *Majorem caritatem nemo habet etc.* *Et tunc acceptabis,* quando ista ipsi sancti imponent se tamquam vitulos super altare tuum, idest super thalam tuam, et super Christum, idest exponent se tamquam vitulos propter Christum, et thalam Christi ad immolandum. Alio modo, ut referatur quantum ad opera justorum: et sic est sensus: *Acceptabis justitiam sicut sacrificium,* quia opera justitiae et misericordia sunt sicut sacrificium. Heb. ult. 16 : *Beneficiæ et communionis no-**

*lite obliuisci : talibus enim hostiis promovetur Deus.* Et tunc accipies oblationes. Secundum Gregorium : Holocanustum est, quod totum incendebatur : et signat perfectos viros, qui totaliter dant se Deo. Olationes sunt illi qui aliquid offerunt et aliquid reservant, et tunc sacerdotes imponent vitulos, idest conversos de novo : *Super altare, idest super fidem Christi.* Vel tunc praefati majores imponent predicatorum mugientes doctrina fidei, *Super altare, idest super confessione fidei.* Tertia expositio est de caelesti Ierusalem : et est sensus, *tunc, scilicet quando adiubabuntur muri caelestis Ierusalem, Acceptabis sacrificium justitiae.* Hic quandoque fit sacrificium penitentie ; sed ibi est tandem laudis. Isa. lx, 24 : *Populus tuus,*

*omnes justi in perpetuum hereditabunt terram.* Et hoc est illud sacrificium landis de quo Ps. lxxxiii, 3 : *Beati qui habitant in domo tua, in sccula seculorum landabunt te.* Et tunc oblationes, idest sanctos minores, et holocausta, idest sanctos maiores, acceptabitis. Et hoc offerent angeli, quibus dicitur Matth. xii, 30 : *Triticum autem congregate in horreum meum.* Et isti Angeli, imponent sanctos, *Super altare tuum, idest in gloriam celestem.* Apoc. viii, 3 : *Data sunt ei incensa multa, ut darent de orationibus sanctorum omnium super altare aureum.* Psal. lxviii, 32 : *Placebit Deo super vitulum novellum cornua producentem et ungulas.*

## PSALMUS LI

1. *In finem, cum venit Dœg Idummæus et montavit Sauli, venit David in domum Abimelech.*

Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniuriate ? Tota die iniustitiam cogitavit lingua tua : sicut novacula acuta fecisti dolum.

2. Dilexisti malitiam super benignitatem : iniuriam magis quam loquacitatem. Dilexisti omnia verba precipitationis, lingua dolosa.

3. Propterea Deus destruet te in finem : evellet te, et emigrabit te de tabernaculo tuo, et radicem tuam de terra viventium.

4. Videbunt justi et timebunt, et super eum ridebunt, et dicent, Ecce homo qui non posuit Deum adjutorem suum. Sed speravit in multitudine divitiarum suarum, et prævaluit in vanitate sua.

5. Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei, in aeternum, et in saeculum seculi. Confitebor tibi in seculum, quia fecisti : expectabam nonen tuum, quoniam bonus est in conspectu sanctorum tuorum.

1. Hic incipit secunda quinquagena. Et sicut dictum est in principio libri, prima quinquagena pertinet ad penitentes ; ista secunda quinquagena pertinet ad proficietes. Circa quos sunt tria per ordinem videnda : nam primus gradus proficientium est justificatio : secundus gradus est exercitium honorum operum : tertius est consideratio divinorum ope-

rum. Et sic ista quinquagena dividitur in tres partes. Primo tangit de his quæ pertinent ad justificationem ; secundo agit de his quæ pertinent ad executionem bonorum operum, ibi, *Deus iudicium* ; tertio agit de his quæ pertinent ad considerationem divinorum operum, ibi, *Deus stetit.* In justificatione duo sunt necessaria : scilicet aversio a peccato, et conversio ad Deum. Et sic duo sunt in peccato per oppositum : scilicet aversio a Deo, et conversio ad peccatum. Primo ergo ponit Psalmos qui pertinent ad aversionem et detestationem peccati ; secundo ponit Psalmos qui faciunt sive continent subjectionem Deo, ibi, Ps. lxi, 2 : *Nonne Deo subjecta.* Circa primum duo facit. Primo ostendit malitiam peccatorum ; secundo ostendit mala quæ a peccatoribus fiunt. Ex duobus aggravatur peccatum : scilicet ex affectione peccandi, et ex contemptu Dei. Primo ergo aggravat malitiam peccatorum ex primo ; secundo aggravat eorum malitiam ex secundo, ibi, Ps. lxi, 1 : *Dixit insipiens.* Titulus : *In finem intellectus David, cum*

<sup>4</sup> Al. : « idest altare. »

*venisset Doe<sup>g</sup> Idumaeus, et nuntiasset Sauli, venit David in domum Abimelech, haec historia habetur i Reg. xxii et xxiii, quando scilicet David fugiens a Saul, venit in Zebe ubi erant sacerdotes, et accepit gladium Goliae et panes propositionis; et Doe<sup>g</sup> Idumaeus interfuit, qui inter pastores erat potens; et conquerente Saul quod nullus pugnaret pro eo contra David, iste Doe<sup>g</sup> enarravit quomodo Abimelech sacerdos receperat David, et dederat ei gladium Goliae, et panes propositionis: et sic iratus Saul mandavit occidi omnes sacerdotes. Cumque illi nollent mittere manus ad occidendum sacerdotes, iste Doe<sup>g</sup> interfecit omnes sacerdotes. Sed tamen diversitas est in titulo et in historia, quia princeps sacerdotum in historia vocatur Achimelech, in titulo Abimelech. Et dicit Glossa quod hoc factum est vitio scriptorum, vel propter mysterium: nam per David signatur Christus: tum quia usus est officio regiae dignitatis, tum etiam quia usus fuit dignitate sacerdotali, comedendo panes propositionis. Doe<sup>g</sup> interpretatur motus<sup>1</sup>: Idumaeus terrenus; Saul petitio; Abimelech patris mei regnum. Per Doe<sup>g</sup> ergo qui fuit motus a terrenis, cum venisset David, scilicet Christus ad Abimelech, idest ad Iudeos qui est patris mei regnum, *Nuntiavit Sauli*, idest morti, quod impii manibus et verbis accersierunt eum et occiderunt eum. Vel, Doe<sup>g</sup>, idest Antichristus qui commovabit in fine mundi terrenos. Cum venisset Christus in Ecclesiam, nuntiavit diabolus, quod persecetur Ecclesiam. Et principaliter intelligitur totus iste Psalmus de malis qui persecuntur Christum, vel in se, vel in membris. Dividitur autem Psalmus iste in partes duas. In prima agit de malitia peccatoris, qui ad iniquitatem afficitur. Secundo agit de justitia sanctorum, ibi, *Ego autem sicut oliv.* Circa primum duo facit. Primo agit de culpa malorum. Secundo de eorum pena, ibi, *Propterea destruet te.* Scindunt est autem, quod in homino qui afficitur ad peccatum, tria per ordinem sequuntur. Primum est delectatio peccati. Secundum*

est cogitatio de peccato: quia in illis cogitamus que diligimus. Tertium est gloriatio de perpetracione peccati. Quilibet gaudet naturaliter cum facit quod amat. Sic ergo procedit ab ultimo. Ad primum degloria malorum in actu peccati. Secundo de cogitatione circa peccatum, ibi, *Tota die.* Tertio de amore peccati, ibi, *Dilexisti.* Circa primum duo facit. Primo ponit potentiam aliorum ad male faciendum. Secundo ostendit quod quidam gloriarentur de male opere. Quidam autem sunt prompti et fortes ad mala, et ad bona debiles<sup>2</sup>. Dicit ergo, *Tu peccator qui potens es in iniunctitate:* Jer. iii, 5: *Fecisti mala, et potuisti:* Isa. v, 22: *Vix qui potentes estis ad bibendum vimum etc.* Tu ergo qui sic es potens, *Quid*, idest quare, *gloriaris in malitia?* Unde debes verecundari et confundi et tristari: Prov. ii, 14: *Letauit cum male fecerint, et exultauit in rebus pessimis. Tota die in iustitione etc.* Hic ostendit secundum quod premisserat supra: scilicet quod non solum gloriantur in malitia, sed cogitant quomodo male faciant. Et primo ponit assiduitatem cogitationis sine interpolatione: unde dicit, *Tota die in iustitione cogitavit lingua tua.* In proprio dicitur quod lingua cogitet, quia cogitare pertinet ad cor: et ideo potest dupliciter intelligi, *Lingua tua*, idest cor tuum, quod in lingua manifestatur: Eccl. xxi, 29: *In ore fatuorum vor corum:* quia est unum cum lingua, idest paratum habet cor ad locutionem. Vel, *Lingua cogitavit in iustitione*, inquantum exegitata loquitur, *Tota die.* Et specialiter<sup>3</sup>, quia docet per lingnam peccare. Secundo exequitur efficaciter quae cogitat: unde dicit, *Sicut novacula acuta fecisti dolum.* Et hic est similitudo quantum ad tria. Primo quia novacula acuta, idest rasorium, efficaciter et cito incidit, quia nullus pilus resistit ei: sic Doe<sup>g</sup> non est reveritus sacerdotium nec timorem David, nec aliquid: sed interficit omnes sacerdotes. Mich. ii, 4: *In hunc matutino faciunt illud*, idest statim. Vel, *Sunt novacula acuta etc.* quia sicut novacula radit pilos, ita mali dolum

<sup>1</sup> AL. : « modulus. »

<sup>2</sup> AL. : « Fideles. »

<sup>3</sup> AL. : « spiritualiter. »

acount contra justos, idest persecutores immittunt; sed hoc vere faciunt sicut novacula, qua pilos superfluos radit: quia non nisi superflua, idest temporalia, possunt peccatores sanctis anter, spiritualia verumquam: sed *sicut novacula etc.*, quia promittit purgationem tantum, sed sicut inexperti barbitousores incidunt carnem, ita mali faciunt qui suis machinationibus carnem justorum, idest famam suam iniqua lingua student incidere: Ps. xxvii, 3: *Loquuntur pacem cum prarimo suo*. Hieronymus habet, Quid gloriari in malitia? potens misericordia Dei tota die. Et hic est sensus<sup>2</sup>: quasi dicat, Tu qui potens es in malo, quid gloriari in malitia? Misericordia parata est ad quam potes converti.

2. *Dileristi*. Hic agit de affectu mali, sive peccatoris, ad nocendum proximo. Et hic affectus in duobus consistit: scilicet in exterioribus et interioribus. Primo ergo in exterioribus ostendit subtractionem justitiae. Dicit ergo, *Dileristi malitiam super benignitatem*. Benignitas, idest bona igneitas: et sic facit liquecere auimum hominiis ad bona communicanda; malitia et converso moyel impetu hominis ad nocendum. Et isti mali et peccatores plus malitiam quam bonitatem, idest benignitatem dilexerunt, quia magis sunt prompti ad malum quam ad bonum, eo quod sunt frigidi et remissi: Job. xx, 12: *Cum dulce furrit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua*. Quantum ad subtractionem justitiae dicit, *Dilexisti loqui iniquitatem magis quam loqui aequitatem*: Ps. x, 16: *Qui diligit iniquitatem, odit a vimam suam*. Quantum ad interiora dicit, *Dileristi omnia verba precipitatiois*, trahendo alios in morteum, sicut Doe: iterum in malum culpe: I Cor. xv, 33: *Corrumperunt bonos mores colloquia prava*. Vel precipitando te ipsum; et ideo dicit, *Lingua dolosa*. Et tu qui es lingnus et dolosus, vel hoc facis per linguam dolosam: Hier. 8: *Sagitta vulnerans linguam eorum dum locuta est*.

3. *Propterea*. Supra egit Psalmista de malitia peccatorum; hic autem agit de

pona eorum: et circa hoc duo facit. Primo ponit istorum malorum ponam. Secundo ponit modum pervenienti in illam, ibi, *Evellet te*. Dicit ergo, *Propterea*, scilicet, quia dilexisti malitiam etc., et dilexisti verba precipitandi alios, *Deus destruet te in finem*, idest in perpetuum: Ps. xxvi, 5: *Destrues illos, et non adificabis eos*. Et merito *principita eos Domine, et divide linguas eorum*, Ps. liv, 10. Modus, quia *Evellet te*, ubi notandum, quod primo ponitur ista destruetio quantum ad ipsum modum. Secundo, quantum ad amissionem futurorum. Quantum ad primum duo consideranda sunt. Quandisque enim contingit, quod homines habent aliqua fundamenta in sua prosperitate, sicut amicos, et divitias, et hujusmodi: et ideo comparantur radici, quia per hoc radicati sunt in his; et ideo dicit, *Evellet te*, ab omnibus istis in quibus et per quos es in prosperitate radicatus: Job. xix, 10: *Quasi arbori evulsa abstulit spem niam*: Jer. 1: *Ut ecellas et destruas etc.* Secundo emigrat prima amissione, idest transfert totalliter: unde, *Emigrabit te*, idest faciet te transire, *de tabernaculo tuo*, idest de domo et de statu et de dignitate tua: Isa: xxii, 19: *Expollam te de statione tuo*. Job. xx, 9: *Oculus qui ruit viderat, non ridebit*. Alia littera habet, *De tabernaculo suo*, idest Ecclesia: Apoc. xxi, 3: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*. Nunc boni sunt malis permixti; sed in fine mali excludentur ab Ecclesia, ubi nunc sunt numero, non merito. Quantum ad amissionem futurorum dicit, *Et radicem tuam de terra riventum*, scilicet evellet. Per radicem intelligitur hic caritas, quae est radix omnium bonorum. Ephes. iii, 17: *In caritate radicate etc.* Ille autem Deus de terra viventium, quia auferit tibi dominum charitatis quod dedit. Item a bonis auferetur cupiditas, quae potest per radicem signari: I Tim. ult. 10: *Radix omnium malorum cupiditas*. Ille Deus viris spiritualibus auferit, quia qui ad temporalia student, non possunt pervenire ad terram viventium: quia *qui volunt divites fieri, incident in tentationem*, (ibid.):

<sup>1</sup> Al.: « haec. »

<sup>2</sup> Al.: « versus. »

in quibus cupiditatibus radicantur mali, scilicet antichristus, et diabolus : Job. v, 3 : *Vidi stultum, idest peccatorem, firma radice, et maledixi pulchritudini ejus statim.*

4. *Videbunt justi.* Hie ponitur fructus poenarum : nam Deus punit hic, et prenumerat poenas propter utilitatem justorum. Primo propter metum poenae, quia, *Et timebunt.* Et hoc potest transferri ad statum praesentis vita, in qua timent justi habendo reverentiam ad Deum, et decidunt a statu in quo sunt : Rom. xi, 20 : *Noli altum sapere: non time.* Sed illi qui sunt in patria, non timent ab aliquo statu cadere, quia sunt in perfectione gratiae confirmati, quia non separabuntur, sed reverentia filiali timebunt : Psal. xviii, 10 : *Timor Domini sanctus etc.* Et reverebuntur Dei justitiam. Tamen specialius in praesenti vita timent. Secundo propter despectionem peccati et praesentis prosperitatis. Et primo ponitur derisio. Secundo ponitur causa derisionis, ibi, *Ecce.* Quantum ad primum, *Super eum, idest contra eum, scilicet peccatorem, ridebunt*<sup>1</sup>, idest contemnent ejus fiduciam et prosperitatem. Et hoc specialiter fieri in futuro : Psal. lxi, 11 : *Letabitur justus, cum videbit viuidartum* : Job. xxv, 19 : *Videbunt justi et latabuntur;* et derident primo peccatorum superbiam : secundo vanam fiduciam et coram fragilem gloriam : superbiam, quia non sperabant in Deo, sed de se confidebant, *Et dicent, justi, Ecce homo qui non posuit adjutarem suum, idest non posuit quod indigeret Dei auxilio* : Ps. xi, 5 : *Lobia nostra etc.* Dent. xxxix, 13 : *Dereliquit factorem suum.* De vana fiducia; unde dicit, *Sed speravit in multitudine diritarum suarum* : Prov. xi, 28 : *Qui confidit in divitiis suis corrutus* : 1 Tim. viii, 17 : *Dirittus hujus saeculi principe etc.* De vana gloria mala facere et Deo permittente praevaluit; unde dicit, *Et praevaluit in vanitate sua.* Et de hoc deridentur : Ps. xcm, 11 : *Dominus seit cogitationes hominum, quoniam vanas sunt.* Vel praevaluit etc., ut referatur ad avarum, qui quantum ad aliquid praevalet omnibus aliis

peccatoribus : Eccli. x, 9 : *Avaro nihil est sclestius.* Et ex quo ad hoc inducitur, incidit in aliis facile. Vel potest referri ad antichristum, quia praevalet omnibus aliis.

5. *Ego autem sicut oliva fructifera.* Hie agit de sanctitate honorum. Et primo ostendit quid agunt in praesenti. Secundo, quid promittunt, ibi, *Confitebor.* Duplex bonus faciunt sancti in praesenti Ecclesia. Primo in hoc quod bene se habent ad proximum, fructificando in eis : et ideo justus comparatur olive; quasi dicat : Peccator sic evellitur sine fructu : sed ego sicut oliva fructifera in domo Dei. Et comparatur olive propter pinguedinem : nam oliva semper habet fructum pingue : Jud. ix, 9 : *Non possum deserere pinguedinem meam*; Jer. xi, 16 : *Olivam uberrimam, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum.* Hie tamen comparatur olive propter fructum specialicher : quia ex olivis fit oleum, per quod significatur misericordia, ex qua justi provident aliis, et fructum faciunt in Ecclesia : Joan. xv, 16 : *Posui vos ut cativis, et fructum afferatis.* Et hunc fructum feci, *In domo Dei,* non in mundo : Psal. lxxxviii, 11 : *Elegi abjectus esse in domo Dei.* Item quoad Deum justi in mundo isto faciunt aliud bonum, sperando scilicet in eo; unde dicit, *Sperni in misericordia Dei,* nou meis meritis, sed illius misericordia : Tit. iii, 5 : *Nou ex operibus justitiae quae fecimus nos etc.* Et hanc misericordia est in aeternum. Et potest hoc dupliciter exponi. Uno modo, ut designet aeternitatem : et sic potest referri aeternitas ad essentiam misericordiae divine, que est aeterna : Jer. xxxi, 3 : *In caritate perpetua dilexi te, ideo attexi te misericans.* Alio modo, ut referatur ad effectum misericordiarum. Aliquando ex misericordia Dei conceduntur bona aeternitatem; et sic, *In saeculum saeculi,* idest per omnia<sup>2</sup> saecula. *Confitebor.* Hie promittit quid sit facturus : et promittit duo. Unum referatur ad preteritum : et est gratiarum actio de beneficiis collatis : propter hoc dicit, *Confitebor tibi in saeculum,* idest referam tibi laudes. Et hoc, quia tu, *Fecisti,* scilicet quod

<sup>1</sup> Al. : « peccatores videbunt. »

<sup>2</sup> Al. : « mea. »

essem oliva fructifera in domo Domini, et quod spero in misericordia Dei. Aliud refertur ad futura. *Expectabo nomen tuum, quoniam bonum est.* Expectat nomen Iesu esse salutare suum. Et hoc specialiter contingit in illis, qui sunt in patria; unde dicit, *Quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum, qui vident ipsam essentiam bontatis, unde non possunt nisi diligere Deum.*

(*S. D. opus non absolvit.*)

# IN CANTICUM CANTICORUM EXPOSITIO



## CAPUT PRIMUM

Osculetur me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum ; ideo adolescentula dilexerunt te. Trahe me post te : curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus, et letabimur in te, memores uberiorum tuorum super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Fili matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vincis. Vineam meam non custodivi. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiatis post greges sodalium tuorum. Si ignorat te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et ab ali post vestigia gregum tuorum, et pasce haddos tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amici mea. Pulchra sunt genae tue sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Mureculas aureas faciemus tibi, verniculatas argento. Dnu esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasiculus myrrae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus Cyri dilectus mens mihi, inter ubera mea commorabitur. Botrus cyri dilectus mens mea; in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es; oculi tui columbarum. Ecce te pulchra es, dilecta mi, et decorus. Lectulus noster floridus, tigua domorum nostrarum cedriu, laqueraria nostra expressina.

Salomon inspiratus divino spiritu, componuit hunc libellum de nuptiis Christi et Ecclesiae, et quodammodo epithalamium fecit Christi et Ecclesiae, idest Canticum super thalamos. Unde et Cantica Canticorum vocavit hunc libellum : quia omnia alia Cantica superexcellit. Sicut enim<sup>1</sup> dicitur : Rex Regum, et Dominus dominantium; et Solemnitas solemnitatum: sic dicuntur Cantica canticorum, ob excellentiam et dignitatem. Est autem in hoc obscurissimus isto liber, quia nullus

ibi commemorantur personae, cum tamen stylo quasi comicus sit compositus.

Ait ergo : *Osculetur me osculo oris sui*. Desiderantis vox est synagogæ adventum Christi : quasi diceret : Quia toties mihi adventum suum promisit per prophetas, veniat ergo, et osculetur me osculo oris sui : id est per seipsum mihi loquatur. *Quia meliora sunt ubera tua vino*. Repente ad ipsum cuius desiderio fragabat, verba convertens subdit : *Quia meliora sunt ubera tua vino*. Per ubera Christi, dulcedo Evangelii intelligitur : quia veluti lacte nutritur infans credentium. Vinnum autem austерitatem legis significat. Sed ubera Christi meliora sunt vino, quia dulcedo Evangelii melior est austерitatem legis : in lege enim nulla reservatur poritentia : quia præcipit, ut qui occidit occidatur ; Evangelium autem dicit : *Nolo mortem peccatoris, sed ut impia convertatur impius a via sua, et rivat* : (Ezech. xxxiii, 11.) *Fragrantia unguentis optimis*. Unguentia dona sunt Spiritus sancti, vel etiam operationes virtutum, de quibus Apostolus II Cor. ii, 13 : *Christi bonus odor sumus Pro*. *Oleum effusum nomen tuum*. Nomen tuum, o Christe, effusum est. Chrismum græce, latine unctione vocatum est. Solet autem Spiritus sanctus hoc olei nomine appellari : juxta quod Psalmista ait Psalm. xliv, 8 : *Unit te Deus Deus tuus oleo*, id est Spiritu sancto. Hoc oleum effusum est, quando haec gratia quam Christus singulariter habuit,

<sup>1</sup> Ali. : « etiam. »

data est omnibus electis. Unde et a Christo Christiani dienuntur participatione nominis Christi. Et bene non stillatum, sed effusum dicitur olemum : quia abundanter haec gratia omnibus data est in Christo credentibus. *Ideo adolescentula dilexerunt te.* Adolescentula dienuntur anime electorum, quia in baptismo reliquerunt sordes veteris hominis, et renovatae sunt in Christo. Bene autem feminino genere dienuntur, quia animae sanctorum quo majoris fragilitatis sibi conscientiae sunt, eo amplius diligunt Christum. Vox Ecclesiae de gentibus : *Trahe me post te : curremus.* Nam haec enim locutus est synagoga : hic incipit loqui Ecclesia de gentibus : *Trahe me post te : quia, inquit, meam infirmitatem cognosco, et video nihil me meis viribus boni posse agere ; tua gratia trahe me ad tui imitationem : vel etiam cum eolum ascenderis, trahe me post te, ut te sequi merear. Introduxit me rex in cellaria sua.* Hic loquitur Ecclesia de Christo sponso suo ad animas fideles. Cellaria Dei sunt aeterna beatitudo et superna patriæ gaudia ; in quam introducta est jam Ecclesia per fidem et spem, et quandoque introductetur per rem. *Exultabimus et latabimur in te.* De donis, inquit, tuis, exaltabimus et latabimur : sed quia seimus hoc non nostri esse meriti ; in te, non in nobis exultabimus. Hoc est quod Apostolus ait II Cor. x, 17 : *Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Memores uberum tuorum super vinum ; idest, memoris gratiae tuae, et misericordiae, quia salvati sumus. Ubera enim sunt ipsa gratia qua salvamur. Recordantes etiam quia tu austerioratem legis uberibus doctrinae evangelicae temperare dignatus es. Recti diligunt te.* Illi, inquit, qui recti corde sunt, diligunt te, idest illi qui nihil suis meritis tribuant, sed omnia tuae gratiae deputant. Nullus enim te diligit nisi rectus, nullus est rectus nisi qui te diligit.

*Nigra sum, sed formosa* (vel *decora*) *filiæ Jerusalem.* Hic rursus loquitur Ecclesia ad sanctas animas. *Nigra sum, qui persecutiones patior : sed formosa sum virtutibus, filia Jerusalem ; idest, o animæ fideles, nigra sum, idest deformis, persecutionibus, et ærumnis quas*

sustineo ; *sed formosa sum decore virtutum.* Quomodo anima nigra sit, vel quomodo formosa, ostendit cum subdit : *Nicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Ita enim distinguitur : *Nigra sum sicut tabernacula Cedar, formosa sicut pelles Salomonis.* Cedar filius Ismaelis, et interpretatur tenebriae. Ismaelites vero semper in tabernaculis habitare soliti sunt, et non habent domos. Dicit ergo Ecclesia se nigram esse sicut tabernacula Cedar, propter persecutiones quas patiebatur a filiis tenebrarum, quod interpretatur Cedar. Hinc a Psalmista dicit Psalm. cxix, 5 : *Habitavi cum habitantibus Cedar, idest conversatus sum inter persecutores et peccatores infidelitate nigros.* Formosam vero se dicit sicut pelles, idest tabernacula Salomonis, qui pacificus interpretatur : quoniam digna erat visitatione et consolatione sponsi sui Christi inter augustias. Et sicut tabernacula ex pellibus mortuorum animalium sunt, ita Ecclesia, tabernaculum videlicet Dei, ex his construtus qui seipso cum vitiis et concupiscentiis mortificant. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol.* O animæ fideles, et Deo devotæ, *nolite me considerare quod sim fusca,* idest quod tribulationibus afficiar, quod persecutionibus opprimar, *quia decoloravit me sol ;* idest, fervor persecutionis splendorem in me quodammodo obfuscavit ; ac si diceret : Interiorum pulchritudinem meam cogitate, et illam attendite, non illa quæ foris pati videor. Tale est quod et Apostolus dicit Eph. : *Nolite defecere in tribulationibus meis pro vobis quæ est gloria vestra... Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis :* Rom. viii, 18 : *Sol autem in Scripturis multos habet sensus.* Aliquando significat ipsum Dei et hominum mediatorem, sicut dicitur Malach. iv, 2 : *Vobis timentibus nomen meum, orietur sol justitæ,* idest Christus. Significat etiam Ecclesiam, sicut Dominus dicit Matth. xm, 43 : *Tunc justi fulgebunt sicut sol.* Aliquando fervorem persecutionis, sicut hic, et in Evangelio Matth. xiii, 21 : ubi dicitur de semine, quod cecidit super terram, et orto sole exaruit : quod

ipse Dominus aperit exponeus : *Facta autem persecutione propter verbum, scandalizantur. Filii matris meæ pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis.* Vineam meam non custodivi; Unde coperit haec persecutio<sup>1</sup> ostendit eam subdit : *Fili matris meæ.* Vox primitivæ Ecclesiæ; *Fili matris meæ pugnaverunt contra me.* Mater primitivæ Ecclesiæ, synagogue est, cui per Prophetam dicitur Isa. i. 16 : *Et vocaberis civitas fidelis, et mater civitatum, fidelis Sion.* Hujus filii sunt Judæi, qui pugnaverunt contra Ecclesiæ primitivam quando exitaverunt persecutionem contra credentes, propter quam omnes dispersi sunt per regiones et per civitates Samariae. *Posuerunt me custodem in vineis.* Vinea una fuit primitiva Ecclesia in Jerosolymis; sed ob Ju-daicam persecutionem, dispersis omnibus credentibus, multæ vineæ factæ sunt, idest multæ Ecclesiæ constructæ sunt per universum mundum. Dicit ergo Ecclesia primitiva : *Posuerunt me, scilicet Apostoli et doctoros, custodem;* idest ut essem custos Ecclesiænum. Unde et bene, ubi nos legimus Act. viii, 4 : *Omnes dispersi sunt, in graeco habetur : Disseminati sunt.* Ad hoc enim divinitus dispersi sunt ut plures Ecclesiæ fierent per universum orbem. *Vineam meam,* idest unam illam Ecclesiæm quæ in Jerosolymis fuit, non custodivi. Hoc autem non ad votum, neque ad mentem est referendum; sed ad locum. *Non custodivi,* subaudi, ut esset sollempmodo ibi ubi coepit. *Iudica mihi ubi pascas; ubi cubes in meridie.* Vox Ecclesiæ ad sponsum suum Christum. O spouse, quem diligit anima mea, idest quem tota intentione diligo, *indica mihi ubi pascas;* idest, ubi oves tuas pascere facias. Ipse est enim pastor bonus, sicut ipse dicit in Evangelio Joan. x, 11 : *Indica mihi ubi pascas, et ubi cubes,* idest requiescas, et hoc in meridie, idest in fervore persecutionis vel temptationis. Laborans enim Ecclesia persecutionibus, obseruat sponsum suum ut ei dicat in quorum montibus requiescent : nam cubare sposo requiescere est, sicut ipse dicit Isaï. xi, 2 : *Super quem re-*

*quiescat spiritus meus etc.* Ne enim sancti testū<sup>2</sup> tentationis arescant, ipse in eorum cordibus cubat et requiescit, atque ab omni fervore temptationum et persecutio-num protegit. Quare hoc? *Né vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Greges sodalium appellat conventionia haereticorum, qui sodales Christi sunt, quia et ipsi greges suos pascent. Sed Christus unum habet gregem: haereticī vero non gregem, sed greges pascent; et est sensus: O spouse, indica mihi sanctos et electos tuos, in quorum mentibus requiescis; ne forte offendam et incurram haereticos putans te me ibi posse invenire. Hunc versum male haereticī distinguébant, tanquam interrogaret: *Ubi pascas, ubi cubes;* et ipse responde-deret: *In meridie enbo, idest in australi parte.*

*Si ignoras te.* Vox sponsi ad sponsam suam Ecclesiam. *Si ignoras te, o pulchra, regredere, et ubi post vestigia gregum;* ac si diceret: Tu quereris te quasi a me derelictam, et persecutionum fervoribus denigratam; nec consideras, quod pulchra sis inter mulieres; idest non attendis virtutum spiritualium pulchritudi-nem, qua præ ceteris decoraris; licet temptationibus denigreris. *Si ergo ignoras te,* idest si hanc dignitatem et formositatem tuam non recognoscis; *regredere,* de meo consortio, *et ubi post vestigia gregum.* Hoc est, seque te et imitare doctrinam errantium haereticorum, qui contempto vero pastore unius gregis, multis sibi greges coaceraverunt; et pase hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, idest peccatores et erroneos auditores sub dogmate haereticorum. Unus enim pas-tor est Christus, qui unum habet gregem, idest unitatem Ecclesiæ catholice; pastores vero multi sunt haereticī, qui gregem deceptorum hominum sibi aggrediunt, quos diabolo pascent, de quibus Psalmista Psal. xlviij, 13 : *Sicut oves in inferno positi sunt.* Oves vocantur in loco hoc mali, non propter boni simplicitatem vel ignorantium, sed propter hebetudinem: quia nesciunt resistere pravae do-trinae; sed omnia que sibi imponuntur

<sup>1</sup> Al. : « coperit persecutio. »

<sup>2</sup> Al. : « actu. »

a malis doctoribus, sustinent non bona patientia. Vox ejusdem sponsi : *Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Equitatum sum appellat exercituum filiorum Israel, videlicet sexcenta sex millia qui egressi sunt de Ægypto, et transierunt mare rubrum. Equitatum autem summ illam multitudinem dicit : quia sicut auriga currui praest, ita Deus illi plebi præveral, protegens illam, et defendens, et ad terram recompensationis introducens. Huic suo equitatu assimilavit amicam suam : quoniam sicut ille populus per mare rubrum salvatus est, Pharaone demerso : ita Ecclesia gentium per baptismum de diaboli servitute liberata est, et ad veram recompensationis terram, evangelicam libertatem, introducta. Sieque quæ erat ancilla vitiorum, facta est amica Christi, emundata et abluta per baptismum a sordibus peccatorum. Vel aliter, secundum Gregorium : *Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Omnes enim qui luxuria, qui superbia, qui avaritia, qui inuidia, qui fallacia deservinnt, adhuc quasi equi quidam sub curri Pharaonis sunt, idest sub regimine diaboli ; omnis vero qui in humilitate, in castitate, in doctrina, in caritate fervet, jam equus effectus est creatoris nostri, jam in curru Dei positus est, jam sessorem Deum habet. Unde cuidam dicitur cui jam Dominus præsidebat, Act. ix, 5 : *Durum est tibi contra stinulum calcitrare*; ac si diceret ; Mens equus es, jam contra me calces jactare non potes, jam tibi ego præsideo. De istis equis alibi dicitur, Iahac. iii, 13 : *Misisti in mari equos tuos, turbantes aquas multas.* Habet enim currus Deus, quia animabus sanctis præsidet, et per animas sanctas circumquaque discurrat : unde scriptum est, Psalm. lxvi, 18 : *Currus Dei decem millibus<sup>1</sup> multiplex, millia latantium.* Habet currus Pharaon, qui tamen currus in mari rubro submersi sunt, quia multi perversi in baptimate mutati sunt. Dicit<sup>2</sup> ergo sponsus : *Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea*; idest, dum

\* viam fecisti...  
equis tuis...  
in luto  
aqua rum  
muddarum.

adhuc tu es in curribus Pharaonis, ego te equitatu meo assimilavi : quia attendi quid prædestinationis in te fecerim, equis meis te comparavi. Videt enim Deus multis adhuc deditos luxuria, adhuc avaritie servientes ; et tamen attendit in secreto iudicio quod<sup>3</sup> jam de ipsis operatus est. Quia habet equos Deus ; sed multis videt adhuc equos esse Pharaonis ; et quia considerat occulto iudicio, occulta prædestinatione ad bonum commutandos, similes illos attendit jam equis suis, quia videt illos ad currum suum ducentos qui prius in curr<sup>4</sup> Pharaonis deserviebant. Ubi consideranda sunt occulta iudicia : quia multi videntur per prædicationem, per sapientiam, per castitatem, per largitatem equos Dei esse ; et tamen occulto Dei iudicio equis Pharaonis assimilantur : et multi videntur per avaritiam, per superbiam, per invidiam, per luxuriam equi Pharaonis esse ; et tamen occulto Dei iudicio equis Dei assimilantur : quia et illos videt de bono ad mala verti, et istos videt de malo ad bonum reduci. Sicut<sup>5</sup> ergo per distinctionem divini iudicij multi qui equi videntur Dei, eque sunt Pharaonis pro reproba vita quæ illos sequitur ; ita per impietatem multi qui equi Pharaonis videntur, per sanctam vitam quam in fine suo servaturi sunt, equis Dei assimilantur. Unde blanditur sponsus, et dicit : *Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea*; idest, tu adhuc in curribus Pharaonis subdit<sup>6</sup> servies, sub vita currebas : sed attendi ego quid de te prædestinatione fecerim. *Equitatu meo te assimilavi*; idest, electis meis similem te attendi. *Pulchra sunt gena tuæ sicut turturis.* Turturis natura est ut si easin conjugem perdidit, aliud ultra non inquirat. Turturi ergo assimilatur Ecclesia, quia ex quo Christus presentia sua corporali mundum deseruit, et celos petiit, Ecclesia in ejus amore tenacissime perseverat. Nec recipit ullum adulterum amatorem, quia contemnit mundum et concupiscentias ejus, et solius sponsi sui pulchritudinem mente con-

<sup>1</sup> Al. : « millia. » — <sup>2</sup> Al. : « dicat. »

<sup>3</sup> Al. : « quid. »

<sup>4</sup> Al. : « currus. »

<sup>5</sup> Al. : « sic. »

templatur. Genis autem turturis genas Ecclesiae comparat, quia in genis maxime verecundia appetit; et per hoc pudor et verecundia Ecclesia ostenditur, quia erubescit aliquid sedum, et quod sponso suo dispiceat, perpetrare; et est sensus: Noli timere ne vageris per greges sodalium: quia tanto te amoris mei pudore, et tanta verecundia donavi, ut certus sin te me non posse descrevere, vel ad alienos deflectere. *Collum tuum sicut monilia.* Per collum Ecclesiae, doctores sancti figurantur: nam sicut per collum cibi reficiendo corpora ministrantur, sermones etiam, quibus arcana mentium demonstrantur, per colli fistulam egrediuntur; sic doctores non solum cibum nobis salutaris doctrinam ministrant, sed etiam secreta Scriptuarum nobis manifestant. Hoc ergo collum Ecclesiae quasi monile est, quia casta doctrinae gemmis et virtutum ornamentis sancti doctores decourantur. Monile enim ornamentum est, virginum, vel matronarum. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatus argento.* Murenulae juxta litteram ornamenta sunt colli virginalis et puellaris; virginulas videlicet auri perplexae intermixtis non nunquam pulchra varietate subtilissimis argenti filis; et hoc est quod dicit, *vermiculatus argento*, idest in modum vermium terrenorum quos lumbros dicunt, distinctas, et inter se conjunctas. Murenulae autem a similitudine pisces maritimi, qui murena vocatur. Mysticæ, murenulae sunt perplexa Scripturarum dogmata ex diversis Sanctorum Patrum sententiis inter se juneta. Aurum quippe claritatem significat sensus spiritualis: argentum vero nitorem eloqui designat. Murenulas aureas ergo sponsus sponsa: sua facit, cum Christus Ecclesiam suam doctrinis Sanctorum Patrum, sensu et eloquio fulgentibus instruit, atque ad illorum fidem et virtutem imitandum aecendit. Notandum vero, quod dicit pluraliter, *Faciemus tibi*; quasi enim Christus se personis doctorum conjungit, per quos ipse murenulae incaueantur, ut istis Ecclesia exornetur. *Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* Modo synagoga regem sponsum suum Christum dicit, qui per

divinitatem suam omnia regit, et etiam secundum humanitatem de regia David stirpe natus est. Accubitus hujus regis fuit incarnationis ejus: accumbere enim est reclinare et discumbere: et tunc Christus accubuit quando pro nostra redemptio se usque ad suscipiendam naturam nostram inclinavit: et tunc *nardus dedit odorem suum*, quia virtus Ecclesie magis enituit. Cum enim considerat Deum pro se hominem factum, amplius ad specialem virtutum studium et amorem Conditoris acceditur. Nardus enim fragrantiam et virtutum specialium designat. Erant quidem ante incarnationem sancti Dei; sed, sicut dictum est, sanctitas magis a tempore incarnationis Christi excravit: et tunc quodammodo *nardus Ecclesie*, idest odor virtutum fortis, *dedit odorem suum*. Juxta litteram, nardus herba est aromatica, crassa, et fragili radice, folioque parvo et denso, cuius caerulea in aristas se spargunt. Hoc unguento Maria Magdalene caput et pedes Domini perunxit in Evangelio legitur, Lue. vii, cum esset in domo Simonis. *Fasciculus myrrae dilectus meus mihi.* Myrra species est aromaticæ nimiae amaritudinis, qua mortnorum corpora conduntur: hoc loco passio Christi et sepulcrum designatur: nam depositum corpus Domini de cruce, a Nicodemo et Joseph myrra et aloe conditum est, et involutum linteis cum aromatis, ac sepulturae datum. Dicit ergo Ecclesia sposo ejus: *Dilectus meus fasciculus myrræ mihi factus est*, quia propter me mortuus et sepultus est. *Inter ubera mea commorabitur.* Nemo dubitat locum cordis inter ubera esse, dicit ergo: *Inter ubera mea commorabitur* idest in cordis mei memoria alternatiter habebitur, et nunquam tantorum beneficiorum ejus obliviscetur; sed sive in prosperis, sive in adversis sim, recordabor ejus qui me dilexit, et mortuus est pro me. *Botrus Cyperi dilectus meus mihi in eavis Engaddi.* Cyprus insula est, ubi vites nobiles esse fertur maximos botros procreantes. Engaddi locus similiter esse fertur habens arbustulas liquorem balsami desudantes. Loquitur ergo sponsa de resurrectione sponsi sui: *Botrus Cyperi dilectus meus nulu;* ac si diceret: Spon-

sus mens, qui mortis amaritudinem pro me gustavit, et quasi fasciculus myrrae mihi fuit; sed in resurrectione sua factus est mihi botrus Cypri, quando me gaudio sua resurrectionis laetificavit: *rinum enim letificat cor hominis* (Ps. cm. 15): et hoc in vineis Engaddi, quia ex resurrectione, quasi suavissimi balsami odore, per universum mundum redoluit et fragrantiam suæ fidei late dispersit. Engaddi autem fons hadi interpretatur, per quem significatur baptismus et sacrificium, in quo omnia peccata ablinuntur: haec dū namque peccator significat. Baptismus ergo fons hadi est, quia peccatores suscipit, et maculatos et mundatos ab omnibus peccatis reddit. Vox sponsi Christiad Ecclesiam suam spousam: *Ecce tu pulchra es, amica mea: ecce tu pulchra.* Bis eam repetit' esse pulchram propter perfectionem operis, et mundatam cogitationis. *Ecce tu pulchra es,* hoc est in bonis operibus perfecta es, *sancte et juste et pie* vivendo secundum Apostolum (Tit. ii. 12). *Ecce tu pulchra es,* mundam et simplicem habens cordis cogitationem atque intentionem: quia non propter terrena commoda vel mundi gloriam, sed ut solis oculis Dei placeas, bona operaris. *Oculi tui columbarum.* Columba simplicissima avis est; per hanc simplicitatem atque innocentia Ecclesiae figuratur: quasi enim oculos columbarum habet, quia ab omni fictione et simulatione se immunem ostendit. Vel etiam oculos habet columbarum, quia scientiam<sup>2</sup> divinarum Scripturarum casto et simplici intuitu intelligit, spirituales et divinos sensus in ea requirens: nam quoniā Spiritus sanctus in specie columbae apparuit, recte doctrina celestis in oculis columbae intelligitur. *Ecce tu pulchra es, dilecta mi, et decorus.* Postquam sponsus spousam suam de pulchritudine operis et cordis laudavit, reddit ei vicem sponsa respondens: *Ecce tu pulchra es, dilecta mi, et decorus;* ac si dicaret: Tu quidem me pulchram in ope-

re et cogitatione esse dicis; sed ego omnium hanc pulchritudinem a te me credo habere et cognosco: tu enim es pulcher et decors, tu es fons totius boni; et quicquid boni habeo, tua gratia habeo. Pulcher autem et decors dicitur, quia et divinitatis perpetuitate et etiam susceptae humanitatis dignitate mirabilis est. *Lectulus noster floridus.* Lectulus Ecclesiae est qualiscumque tranquillitas vel requies presentis vita: nam quasi in bello est Ecclesia, dum pro Christo diversa tolerat certamina; quasi vero in lectulo requiescit, cum aliquantula pace sibi concessa fruatur: sed hic lectulus est floridus, hoc est varietate virtutum quasi vernantibus floribus distincta est requies Ecclesiae tune enim liberius contemplationi divinæ insistit, cum jejunia, vigiliis et cetera bonorum operum exercitia liberis exequuntur. *Tigna<sup>3</sup> domorum nostrarum cedrina, laquearia cypressina.* Domus Ecclesiae sunt fidelium conventicula per orbem totum dispersa: tigna vero et laquearia sunt ipsæ personæ fidelium ex quibus Ecclesia constat. Sed attendendum est, quod tigna ad munimentum domus sunt, laquearia ad ornamentum. Ideoque per tigna designantur doctores, quorum doctrina fulcitur et sustentatur Ecclesia: per laquearia vero sancti simplicitate gaudentes, qui suis virtutibus ornant Ecclesiam, non autem minuant doctrina: et hic attendendum est, quod sicut laquearia tigna affixa sunt, sic et<sup>4</sup> vita fidelium in Ecclesia ex doctoribus pendet, quia illorum doctrina instruitur et roboratur. Bene autem tigna cedrina et laquearia cypresina dicuntur: nam nitræque arbores imputribilis naturæ sunt, sauctos designantes, qui immarecessibili desiderio flagrant amore sui Conditoris, et contemptu transitorii, ad aeterna festinant. Cedrus etiam odore suo serpentes fugat; sic et<sup>5</sup> sancti doctores daemones vel hereticos fragrantia doctrinæ suæ repellunt.

<sup>1</sup> Al.: « reperit. »

<sup>2</sup> Al.: « scientia. »

<sup>3</sup> Al.: « ligna. »

<sup>4</sup> Al.: « et sic. »

<sup>5</sup> Al.: « et sic. »

## CAPUT SECUNDUM

Ego flos campi, et lilyum convallium. Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideraveram sedi; et fructus ejus dulcis gutturi meo. Introductus me rex in cellam vinariam, ordinavit in me<sup>1</sup> caritatem. Fulete me floribus, stipe me malis, quia amore laugaeo. Leva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filiae Jerusal-um, per capreas, cervosque camporum, ne suscietis neque evigilare facias dilectam, quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus caprea, humilioque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, proprie- pietas per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propara, amica mea, formosa mea, et veni. Jam enim hyems transit, iubar abicit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit. Vox turturis audita est in terra nostra; siens protulit grossos suos, vineae floreantes dederunt odorem suum. Surge, propara, amica mea, speciosa mea, et veni: columba mea in foraminibus petre, in caverna maceria, ostende nulli faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Capite nobis vulpes parvulas que demolierunt vineas: nam vinea nostra floruit. Dilectus mens mibi, et ego illi, qui paucitor inter filia, donec aspiret dies et inclinatur unde. Revertere: similis est, dilecta mibi, caprea, humilioque cervorum super montes Bethel.

Ipse quoque sponsus de se qualis sit ostendit, postquam sponsa qualem dominum ipsa et sponsus ejus habeant ostendit, dicens: *Ego flos campi et lilyum convallium*, videlicet quia odorem meae virtutis per latitudinem totius mundi diffundo<sup>2</sup>. *Ego sum flos campi*, idest deus<sup>3</sup> mundi sicut enim campus floribus adornatur et vernal, ita totus mundus Christi fide et notitia decoratur. Sum etiam *lilyum convallium*, quia illis mentibus meam preci- pue gratiam tribuo que nullam spem in se habentes mihi se humili devotione submittunt: convalles enim significant humiles meutes quarum lilyum Christus est; quia pulchritudo humilium mentium ipse est qui dixit (Matth, xi, 29): *Discite a me quia misericordia sum, et humili corde*. Potest et hoc quod dicit, *Ego sum flos campi*,

ad incarnationem referri. Campus enim non aratur, non scinditur, non illo vo- mere prosuleatur. Dicit ergo: *Sum flos campi*, idest filius virginis. Non ergo ru- ris, sed campi se florem vocat, quia vir- gine carnis fructus est, secundum valici- um Isa. xi, 1: *Ergredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet*. *Lilyum convallium* est Christus, hoc est filius humilium parentum, convalles enim humiles parentes ejus et pauperes significant. Veniens enim filius Dei in mundum, non solum homo fieri dignatus est, sed etiam pauper homo pro nobis; nec divites, sed pauperes elegit habere parentes, ut participes factus paupertatis nostrar, divitiarum et glorie sue nos participes faceret. *Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias*. Videens sponsam suam ad requiem festinare, et labores refugere, ac per quietem praesen- tis temporis ad aeternam beatitudinem tendere, monet eam tali comparatione, ut moverit se per pressuras et labores huius saeculi illuc pervenire debere. *Sicut in- quirit, lilyum est inter spinas, sic amica mea inter filias*. Spinis que pungunt et lace- rant, significant pravos<sup>4</sup> quosque vel intra Ecclesiam, vel extra Ecclesiam; et est sensus: Si tibi vivendum est, et sic parata debes esse contra omnia adversa, sicut lilyum inter spinas est, et tamen florere et gratum odorem ex se emittere non cessat. *Sic amica mea inter filias*: quia non solum ab his qui extra Ecclesiam sunt mala patris, verum etiam ab illis qui generati per baptismum in filiationem Dei venisse videntur. Et nota, quod se superius sponsus lilyum appellavit con- vallium; nunc sponsam suam dicit *quasi lilyum inter spinas*: quia ipse, qui vere est lilyum, per gratiam facit Ecclesiam suam esse lilyum, candidam videlicet virtutibus, vel ab omni vitiorum labe im-

\* AL: « diffudi. » — <sup>2</sup> AL: « Deus. »

<sup>3</sup> AL: « parvus »

*munnem. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios.* Nunc sponsa laudata a sposo, vicem ei reddit, et dicit qualis quoque sit ipse. *Sicut, inquit, malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios.* Sicut malus pulchritudinem habet pomorum et gratum odorem inter agrestia ligna sylvorum; ita mediator Dei et hominum Christus Jesus spirituali refulget gratia inter filios Dei et inter electos: ipse enim per naturam Dei filius est, reliqui electi per gratiam, potestate accepta ab unico filio Dei ut sint filii Dei. Hinc Joan. cap. i, 44 dicit: *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre.* Non qualemcumque, sed quasi unigeniti a patre. *Sub umbra illius quem desideraveram sedi:* quia in ejus protectione confido, et ab eo inter adversa gubernari spero. Umbra enim Christi protectionis divinitatis est, qua electos tuerit et defendit. *Fructus ejus dulcis gutturi meo,* idest divinitatis contemplatio, qua me satiari confido: haec est enim saeculorum expectatio, haec est etiam satietas et praemium, visio Conditoris. Desiderat ergo umbram Conditoris sui Ecclesia, quia protectionem illius exoptat inter presentis vite adversa. *Fructus illius dulcis gutturi meo est:* quia expectat perfici specie visionis illius, et satiari dulcedine claritatis ejus. *Introduxit me rex in cellam vinarium, ordinavit in me caritatem.* Cella vinaria Ecclesia est, in qua est vinum evangelicae doctrinae. In hanc ergo cellam amica sponsi introduxit, quando ex omnibus gentibus in unam Ecclesiam fideles adunantur. *Ordinavit, inquit, caritatem.* Inter omnes virtutes primatum tenet caritas, qua ipsa subsistit Ecclesia. Caritas ergo in Ecclesia ordinatur, quia non temere, non confuse, sed ordinate tenenda est omnis Dei et proximi dilectio. Deus enim est diligendus super omnia toto corde, tota anima, omnibus viribus, omni mente. Proximus diligendus est sicut se quisque diligit. Nam confundere vult caritatem qui proximi caritatem dilectioni Dei preponit, de quibus Dominus in Evangelio ait, Matth. x, 37: *Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus.* Vel etiam ordinavit in me

*caritatem;* idest, ipse prior me dilexit, deinde qualiter eum diligere deberem docuit: unde ipse dicit, Joan. xv, 16: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Namque in Evangelio dicitur (Joan. xvi, 27:) *Ipse Pater amat vos, quia vos me amastis.* Non ita putandum tamquam amor discipulorum praecesserit amorem divinum; sed ita potius quod Dens primo discipulos amaverit, illi vero subsequenter gratiam habentes divino amori, majori dilectione se dignos fecerint. Et Joan. iv, 19: *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilerit nos.* Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languesco. Postquam Ecclesia, vel anima Deo dilecta, in se caritatem ordinatam dixit, qualiter velit requiescere, vel in quo lecto sposo suo pausare, ostendit subdens: *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languesco.* Alloquitur animas jam perfecte divino amori inherentes. Per flores initia sanctae conversationis intelliguntur, per male vero perfectio bonorum operum: et est sensus: O sanctæ animæ, quæ jam dilectioni Conditoris vestri inheretis, fulcite me bonorum vestrorum exemplis, et qualiter in exordio virtutum, vel in proiectu, vel in perfectione bonorum operum vixeritis, ostendite. *quia amore languesco.* Nunc enim anima amore Dei languet quando ejus dilectioni nihil preponit; immo quasi ad sæculi opera, languida et imbecillis efficitur; nihilque eam delectat nisi meditatio coelestium, et contemplatio Conditoris sui. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Cum, inquit, tali in lecto jacuero, *læva ejus,* idest sponsi, erit *sub capite meo.* Per lævam, praesentis temporis prosperitas, vel etiam dona Dei intelliguntur quæ sanctis in presenti conferuntur; per dexteram vero beatitudine coelestis patriæ accepitur. Læva Dei sunt pignora Spiritus sancti, et Scripturarum divinarum intellectus, et cetera dona ac charismata, quibus sancta Ecclesia in praesenti consolatur. Caput principale mentis accepitur. Læva ergo sponsi sub capite sponsæ est: quia haec omnia dona ad hoc percipit Ecclesia, vel anima fidelis, ut per hæc discat suspirare ad æterna. Dextera vero

sponsi eam amplexatur, quia tota intentio Ecclesiae, vel anima fidelis, haec est ut ad aeternam beatitudinem quandoque perveniat, et specie<sup>1</sup> sui conditoris gaudeat. Et bene prius lava sub capite, post sponsi dextera eam amplectitur, quia nemo ad amplexum aeternae beatitudinis poterit pervenire, nisi hic mysteriorum celestium et donorum divinorum studuerint esse participes. *Adjuro vos, filia Jerusalem, per capreos cervosque cœporum, ut non suscitetis neque evigilate faciatis dilectam meam, quia ad ipsa velit.* Vox sponsi adjurantis filias Jerusalem, idest animas aeternis desideriis intentas, et visionem pacis requirentes, ne quiescentem sponsam suscident et inquietent. *Adjuro vos, inquit, filia Jerusalem, per capreos, cervosque cœporum, ut non suscitetis neque evigilate faciatis dilectum meum<sup>2</sup>;* hoc est, ne animam divinae contemplationi deditam, orationibus vel lectionibus divinis occupatam inquietare et ad exteriora opera suscitare velitis, *domec ipsa velit;* hoc est, donec expleto contemplationis tempore, adnivente corporis fragilitate, ipsa velit suscipiari a somno interna quietis, et ad temporalia agenda procedere. Videamus autem per quid adjuret filias Jerusalem : *Per capreos, cervosque cœporum.* Capreæ et cervi munda animalia sunt, serpentibus et venenis inimicæ; et significantur virtutes sanctorum, quæ munditia spirituali resurgent, et venena fraudis diabolice non solum carent, verum etiam insectantur, et ad nihilum redigunt. Et est sensus : Adjuro vos, filia Jerusalem, per virtutes vestras, quas vobis divina gratia collatas gaudetis, ut animam contemplationi meæ intentam non inquietatis, donec contemplationis hora finita, ipsi aliud quid agere velit. Vox Ecclesiae : *Vox dilecti mei;* subaudi, haec est. Laetabunda enim Ecclesia, quod tantum diligitur a sponso ut etiam pro illis filias Jerusalem adjuret ut non eam requiescentem inquietent, dicit : *Hæc vox dilecti mei, pro me loquentis :* quem dilectum videre desiderans, sed non valens, ammetit : *Ecce iste venit sa-*

*lieus in montibus transiliens colles.* Montes et colles intelliguntur perfecti, qui que sanctæ conversationis sublimitate a terrenis sublevati sunt, et quasi camporum plantium melioris vite meritis excedentes. De his quoque montibus Isaías dicit cap. 11, 2 : *Erit nōs domus Domini præparatus in vertice montium, et elevarabitur super colles.* Loquitur ergo sponsa de dilecto suo : *Ecce iste venit sa- lieus in montibus, et transiliens colles;* hoc est, etiam secundum humanitatem, omnem sanctorum excellentiam, omnem contemplationis vita puritatem excedens. Nec stare in montibus, sed transilire dicitur : quia et si ad horam per internam inspirationem cor sanctorum visitet, subito tamen reredit, ut eos amplius in sui dilectionem accedat. Potest etiam hoc ad Incarnationem Christi referri, quia veniens quosdam saltus dedit : quia de celo venit in uterum virginis, de utero virginis in praesepe, de praesepe ad baptismum, de baptismo ad crucem, de cruce ad sepulcrum, de sepulcro ad coelum. Hinc et Psalmista, Psal. xviii, 6 : *Exulta ut gigas ad currendam viam ; a summo vero egressio ejus. Similis est dilectus meus capry, hiunuloque cervorum.* Capreæ et cervi, quamvis in sua natura multa habeant quæ allegoricis sensibus convenient, hoc tamen habent singulare quod non in plurioribus immorantur, sed in arduis et excelsis locis; et quod quosdam saltus dare solent. Recte ergo his assimilatur Christus propter subtilem contemplationem, et quia nullo intellectu divinitatis ejus majestas comprehendi potest. Non autem cervis assimilatur, sed capreis, mitioribus videlicet animalibus, propter humilitatem incarnationis sua : quia non solum homo Iheri, sed etiam humili homo Iheri diguatus est. Hiunulo autem cervorum similis dicitur, quia secundum humanitatem de cervis, hoc est de patriarchis, duxit originem. Unde et Paulus dicitur II Tim. ii, 8 : *Memor esto Domum Jesum resurrexisse a mortuis, et secundum David secundum Evangelium meum.* Vel etiam propter varietatem virtutum et innocentiam, hin-

<sup>1</sup> Al. . . . spe. . . — <sup>2</sup> Al. : a p̄le Jerusalem, et res-

liqua neque dilecta . . .

mo cervorum comparatur. *En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellas.* Paries, mortalis nostra conditio appellatur, que quodammodo inter nos et Deum, quasi crassus quidam paries constitutus, non permittit nos ejus contemplatione frui. Nam primus homo conditus est ut visione et alioquin Dei frueretur; sed postquam peccavit, appositus est quidam paries, ipsa videlicet mortalitas qua pregravatur. Nam, ut Sapiens dicit (Sap. ix, 15.) *Corpus, quod corruptitur, aggrat animam, et premit terrena inhabatio sensum multa cogitantem.* Spousum ergo suum, quem superius capreis vel binnulis cervorum comparavit, nunc dicit post suum parietem stare: quia Christus aliquando vicinus fit ei cui se, quantum humana mens capit, contemplari permittit; aliquando vero elongatur, et quasi caprea vel cervus quibusdam saltibus effugit. Quia ergo paries appositus erat inter nos et ipsum, nec videre illum poteramus; dignatus est in ipso pariete facere fenestras et cancellos, per quos utrumque sentiri, utrumque perspici possit: unde et sequitur: *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos:* quasi enim fenestra et cancelli in pariete sunt, cum ipse sua gratia se contemplari permittit; licet in speculo et amigante. Potest etiam hoc quod dicit, *Ipse stat post parietem nostrum, ad<sup>2</sup> humanitatem ejus referri:* quasi enim post parietem nostrum stetit, quia carnem nostram sibi opposuit, in qua divinitas ejus latuit. Quod vero sequitur, *Respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos,* hoc ad divinitatem ejus refertur: ille enim qui per fenestras vel per cancellos intuetur, cuncta que foris agnitus videt, et ipse a nemine videtur: ita Deus cum omnia videat et omnia perscrutetur, ipse investigari et comprehendi non potest. *En dilectus mous loquitur mihi.* Ad praedicandum hortatur me dicens: *Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni.* Vox sponsi ad publicæ operationis studia provocans<sup>1</sup>: *Surge, propera, amica mea,* per fidem et

directionem: *columba mea,* per innocentiam et simplicitatem; *formosa mea,* per virtutem pulchritudinem; *festina, et veni;* ac si diceret: *Surge de strato tuo illo tibi dulcissimo, hoc est de quiete in qua multi soli placere in psalmis, hymnis et orationibus desideras. Festina et veni,* idest festina ad utilitatem proximorum, ut illos quoque per prædicationis officium et bonorum operum exempla tui imitatores facias, et ad salutem perdicas. Et notandum, quod superioris filias Jerusalæm adjurabat ne suscitarent neque exigitare facerent dilectam; hic vero ipse eam suscitat, et surgere ad laborem hortatur, quia *omnia tempus habent, et omni rei est tempus sub celo.* (Eccle. iii, 1.) *Tempus contemplationis;* tempus etiam actionis: alio enim tempore debent sancti predicatores divinae contemplationi insistere, et mentem suam coelesti quiete oblectari; alio vero tempore per caritatem debent curam proximorum agere, et eis bonorum operum exempla præbtere, ac divinæ contemplationis doctrinam impendere. *Jam enim hyems transiit, imber abiit et recessit.* Hyems et imbris nomine asperitas infidelitatis exprimitur, que totum mundum tenebat usque ad adventum Christi. Dicit ergo sponsus: *Surge, amica mea, et veni, quia hyems transiit, sole justitiae apparet;* et *imber, infidelitatis, recessit,* ac seruitus verae fidei in mundo resplenduit. Tale est quod Apostolus ait, Rom. xiii, 12: *Nor processit, dies autem appropinquavit. Flores apparuerunt in terra nostra; tempus putationis advenit.* Finita hyeme et imbre, flores in terra apparuerunt, decor videlicet virtutum et pudicitie: et transiente asperitate infidelitatis, verua fidei successit temperies. *Tempus putationis advenit,* hoc est purgationis sanctorum: putatio enim vinearum, sanctorum significat purgationem, qua in Christo et per Christum est: de qua ipse ait, Joan. xv, 1: *Ego sum vitis vera, et vos palmites. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum pater meus, et qui fert fructum purgabit eum, ut*

<sup>1</sup> Al. : « licet ipse in. » — Al. : « et ad. »

<sup>2</sup> Al. : « provocans. »

*plus afferat fructum. Vox turturis audita est in terra nostra; hoc est, vox prædicatorum Apostolorum. Turtur enim quæ est avis castissima, et quæ in excelsis semper et in arboribus morari solet et nidificare, Apostolos, vel ceteros locutores significal, qui possunt dicere: *Nostra conversatio in celis est.* Phil. iii, 20. Quod etiam gemitum pro cantu habet, saeclorum ploratum significat, qui<sup>1</sup> suos ad fletum et lamenta hortantur dicentes: *Miseri estote et lugete, ut luctus restet in gaudium convertatur;* Iac. iv, 9: *Vox turturis audita est in terra nostra; id est, vox prædicatorum Apostolorum: in terra nostra, hoc est in Ecclesia, de qua Psalmista (Psal. xxii, 1:) *Domini est terra, et plenitudo ejus. Ficus protulit grossos suos.** Per hinc synagogi designatur. Grossi autem dicuntur primitiva et immatura ficus inhabiles ad edendum, quæ ad pulsum venti facile cadunt. Voce autem turturis insonante ficus protulit grossos suos, quia Apostolis prædicantibus, emerserunt multi de synagoga Iudeorum, qui et Christum erederent, et tamen legem carualliter observare vellent, magisque auctoritate legis delectarentur quam dulcedine Evangelii, volentes circumcisionem et sabbatum et alia legis præcepta juxta litteram observare; de quibus Apostolus dicit, Galat. iv, 17: *Envanuantur vos non bene... Sed volunt vos circumcidiri, ut in carne vestra glorietur;* (ibid. vi, 12.) *Vineae florentes dederunt odorem suum. Postquam vox turturis vox audita est, postquam ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederunt odorem suum;* quia multitudo Ecclesiærum per latitudinem orbis diffusa est, quæ<sup>2</sup> flores virtutum et odorem bona opinionis late de se spargunt. *Surge, amica mea, sponsa mea, et veni: columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceria.* Vocat iterato sponsus amicam suam, et dicit: *Surge amica mea, sponsa mea, et veni. Noli, inquit, sponsa, mea, quam mili per fidem et dilectionem amicam feci, otioso torpore lentescere; sed surge et veni, et exempla virtutum foris**

proximis præbe. *Columba mea in foraminibus petrae.* Si<sup>3</sup> petra est Christus, juxta quod Apostolus ait, I Cor. x, 4: *Petra autem erat Christus;* foramina petra sunt vulnera quæ pro salute nostra in cruce suscepit: fixuram videlicet clavorum, lanceæ percussuram. In his ergo foraminibus columba, idest Ecclesia, moratur, quia totam spem salutis sue in passione sui Redemptoris constituit. Ibi ab insidiis malignorum spirituum, quasi a raptu accipitris secura delitescit; ibi nidificat, idest fetus bonorum operum congerit, *In caverna maceria.* Maceriae construuntur ex viminibus vel ex seccis lapidibus ad munimenta vinearum, ad repellendas vulpes, vel ceteras nocucas bestiolas. Per maceriam ergo significatur coelestium custodia præceptorum vel virtutum, vel angelicum præsidium; sicut Isaías de Domini vinea ait (cap. v, 2:) *Et maceria circumdedit et circumfodit eam.* In caverna ergo maceriae moratur, quia præsidio Angelorum undique circumdatur, et a tentationibus custoditur: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua ducra.* Tu, inquit, dilecta mea, quæ in lecto contemplationis dulcissime requiescis, veni, et ostende faciem tuam mili, et a secreto quietis egredere ad publicam actionem, et pulchritudinem honorum operum tuorum aliis ad exemplum demonstra. *Ostende mihi,* dicit, quasi Deo: Deo enim suam faciem ostendit Ecclesia, cum proximis ad utilitatem et profectum virtutum, quantum intrinsecus habeat pulchritudinem insinuat. Hoc est quod Dominus dicit in Evangelio, Matth. v, 16: *Videant opera vestra bona, et glorificant patrem vestrum. Sonet vox tua in auribus meis;* vox videlicet prædicationis vel divinae laudis, quæ alios facias profligere. In auribus enim Dei vox Ecclesia sonat, cum prædicatione ex multorum conversione delectatur Deus. Bene autem dicit, *Faciem tuam,* et, *Vox tua,* non aliena. Illam videat faciem mili ostende quam in baptismo tibi dedi, quando mundavi te

<sup>1</sup> Al. : « quicque. »

<sup>2</sup> Al. : « quin. »

<sup>3</sup> Al. : « sic. »

<sup>4</sup> Al. : « in. »

ab omni peccato. *Vox tua*, dicit, *in auribus meis sonet*; ut ex sincera intentione dilectionis meae procedit, ut non propter alind praedices nisi propter me : *Capite nobis vulpes parvulas, quae demoluntur vineas*: *nam vinea nostra floruit*. Vox sponsi praecipientis sponsae suae, et filiabus Ierusalem, sanetis videlicet doctoribus vel animabus fidelibus, *capite*, inquit, *vulnus vulpes parvulas*: Vulpis dolosum est animal et fraudulentum, in cavernis et speenibus habitans, nec recto, sed tortuoso incedens itinere; ideoque designat haereticos et schismaticos, qui *demoluntur vineas*, hoc est Ecclesiam Dei, plebem videlicet fidelium lacerare et decipere non cessantes. Praecipit ergo ut parvulas vulpes capiant; idest, ut haereticam pravitatem in ipso initio debellare et destruere non cessent, ne robusta facta fortius Ecclesiam impugnet. *Nam vinea nostra floruit*; idest, Ecclesia per universum mundum flores virtutum emisit. Et nota, cum superius vineas pluraliter dixerit, modo dicit singulariter : *Vinea nostra floruit*; quia ex multis Ecclesiis una est electa Ecclesia.

*Dilectus meus mihi et ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiceret dies, et inclinetur umbra*. Vox sponsae. *Dilectus meus mihi*; subaudi, societas vinculo caritatis et amoris; et ego illi conjungar et consociabor vicissitudine mutua dilectionis. Vel *dilectus meus*, subaudi, det mihi verba exhortationis et divine promissionis; et ego, subaudi, ostendam illi faciem meam. Vel etiam *dilectus meus mihi dignetur conjungi glutino caritatis*; et ego illi conjungar vinenlo digna obedientiae, obtemperans praecipitis illius. *Qui pascitur inter lilia*; hoc est, delectatur et jundatur inter candidas et odoriferas virtutes sanctorum. Et hic notandum, quod superius dixit lilium, hic vero pluraliter lilia; quia multæ sunt virtutes sanctorum; una tamen fides est, et una caritas, qua præcipue delectatur Deus. Sive etiam pascitur inter lilia, hoc est suavissime delectatur inter choros virgineos: candor enim liliorum recte munditie virginali comparatur. *Donec aspiceret dies*;

hoc est, donec transeant nebulae præsentis vita, et appareat dies; hoc est, veniat claritas sempiternae beatitudinis. Et est sensus: *Dilectus meus mihi prestat auxilium et ego illi dignum prægeo obedientiam*; qui virtutibus sanctorum delectatur, quoniam transversa nocte præsentis vita, in qua per speculum et in amigmate cernitur, appareat dies supernæ claritatis, ut facie ad faciem videatur: *Revertere dilecte mi, similis esto capreæ, aut hinnulo cervorum super montes Bethara*.<sup>2</sup> Vox Ecclesie sponsi sui speciem desiderantis: *O dilecte mi*, qui me de lecto quietis surgere præcipis, et ut tibi faciem meam ostendam hortaris, *revertere*, hoc est claritatem divinitatis tuae me perspectari permitte, et hoc quod mihi perfecte promittis in alia vita, beatitudinem videlicet tuam, in hæ adhuc peregrinatione me saltem in figura et amigmate babere permitte: *Similis esto capreæ, aut hinnulo cervorum super montes Bethara*. Jam dictum est superius, quod capreæ campos despiciunt, et ad alta montium euntuntur. Christus ergo capreis comparatur, quia secundum carnem resurgens a mortuis celorum alta petiit. Hinnulus vero cervorum vocatur, hoc est filius antiquorum patrum. Cervi enim sunt patriarchæ et prophetæ, de quibus Christus carnis originem duxit. Fertur hinnulus hanc habere naturam, ut ferente sole, umbrosa et opaca loca requirat, in quibus ab æstu protegatur; sic et Christus in eorum mentibus requiescit qui rore Spiritus sancti ab æstibus carnarium voluptatum temperantur; ac si dicceret: *O dilecte, revertere*; hoc est, me sapientia tua visitatione illustrando latifrons, qui per carnem quam assumpsisti, jam celorum sublimia penetrasti. Montes autem Bethara, mentes significant sanctorum a terrenis per superna desideria elevatas. Nam Bethara interpretatur domus consurgens, vel domus vigilarum. Vigiliae mentes sanctorum significant, quæ ad desideranda superna consurgunt, et ad ea percipienda invigilant. Quidam codices habent: *Super montes Bethel*. Bethel interpretatur domus Dei, apte

<sup>1</sup> AL. : *in liliis*. <sup>2</sup>

<sup>2</sup> AL. : *a Bethel vel Bether*. <sup>3</sup>

mentes sanctorum signans, quae domini Dei sunt habentes in se Deum inhabitatem, qui dicit per Prophetam. Lev. xxvi : *In habitabo in illis, et in ambulabo.*

Super has ergo mentes dilectus similis est capreæ binimodo cervorum, quia illas visitare est dignatus quae dominus dei esse student.

## CAPUT TERTIUM

*In lectulo meo per noctem quiesci quem diligit anima mea.* Quiesci illum, et non inveni. *Surgam,* et circibo civitatem; per vios et plateas queram quem diligit anima mea. Quiesci illum, et non inveni. Invecerunt me vigiles qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidistis? *Paululum cum pertransirem eos, inveni quem diligit anima mea:* temi eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, et in cubiculum genitricis meæ. Adjuvo vos, filia Jersalem, per capras, cervosque camporum, ne suscitetur neque evigilare faciat dictam, donec ipsa velit. Que est ista que ascendit per desertum, propter timores nocturnos. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* Columnas ejus fecit argenteas, media torum aureum, asceum purpурum, media caritate constravil, propter filias Jersalem. Egregi dimini, filie Sion, et vide te regem Salomonem in diadema quo coronavit illum mater sua in die dispensationis illius, et in die hætitie cordis ejus.

Vox Ecclesiæ de gentibus congregata, *In lectulo, inquit meo;* hoc est, cum adhuc in desideriis carnalibus requiescerem, et cum adhuc in tenebris infidelitatis et ignorantie posita essem: *quiesci quem diligit anima mea.* Multi enim Philosophorum Deum ignorantes, summo tamen studio illum requirebant, per creaturas creatorem valentes cognoscere, sicut Plato qui in *Timaro* multa de anima disputavit, et sicut Aristoteles et Socrates et ceteri qui omne vita sua tempus in studiisquiringenda veritatis expendebant. *Quiesci illum, et non inveni:* non enim per mundanam sapientiam Deus cognosci potuit. *Surgam, et circibo civitatem:* per vios et plateas queram quem diligit anima mea. *Quiesci illum, et non inveni.* Exurgam, inquit, de strato<sup>1</sup> corporis et car-

nalis delectationis, et circibo civitatem hujus mundi, maria ac terras peragrandio. *Per vios et plateas queram quem diligit anima mea;* hoc est, per lata itinera gradientes hujus saeculi, et suis voluptatibus deditos aspiciam si forte in illis dilecti mei vestigia aspiciam. Hoc, cum causa exempli de multis dici possit, præcipue in illo Euucho impletum est qui a tibiis terra venit Deum ecclii Jerosolymis adorare, quem Philippus invenit, eique Christum in prophetia Isaiae ostendit: Act. viii. Hoc quoque in Cornelio adimplatum est, qui adhuc paganus, et ignorans Deum, elemosynas faciebat, et orationibus vacabat; quem Petrus cum domo sua baptizavit: Act. x. Herat adhuc difficultatem inventionis<sup>2</sup> et dicit: *Quiesci illum, et non inveni. Invecerunt me vigiles qui custodiunt civitatem.* Vigiles sunt sancti Apostoli, et ceteri doctores Ecclesiæ, qui civitatem, idest sanctam Ecclesiæ, custodiunt, et ab insidiis spirituum hostium defendunt; quos interrogat: *Num quem diligit anima mea vidistis?* Quasi vigilans Ecclesia interrogabat, cum intenta aure eorum prædicationem percipiebat. *Paululum cum pertransisse eos, inveni quem diligit anima mea.* Pertransire vigiles est eorum dicta et doctrinam diligenter perserutari. Sollemus namque dicere. Transcri librum, legens, vel petravisi. *Cum, inquit, pertransisse eos, inveni quem diligit anima mea:* quia enim sollicita meditatione dicta vel scripta sanctorum requirimus, statim dilectionem invenimus: quia bene in eorum dignitatibus reperimus. Potest et sic intelligi: *Cum pertransisse eos, inveni quem dilige-*

<sup>1</sup> AL. : <sup>a</sup> statu, <sup>b</sup>

<sup>2</sup> AL. intentionis.

*git anima mea;* hoc est : cum intellexisse Christum omnem sublimitatem et gratiam superare, tunc *iureni quem diligit anima mea;* hoc est, tunc vere intellexi quantum ipse a ceterorum sanctorum meritis distet. *Tenui eum, nec dimittam,* donec introducam illum in dominum matris meae, et in cubiculum genitricis meae; hoc est, ardentissima fide et devotione illi inhaesi; *nec dimittam eum,* sed in ejus amore et fide perseverabo, donec introducam eum in dominum matris meae, et in cubiculum genitricis meae; hoc est, donec illum synagoga, quae est mater mea, spiritualiter prædicem, ut eum quoque ad ejus fidem perducam. Hoc fieri in die judicii,<sup>1</sup> ut Apostolus ait, Rom. xi, 25 : *Cum plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus erit.* Tantum ergo si bi de caritate sponsi sui promittit Ecclesia ut etiam se credit synagogam posse convertere. Quod autem dicit, *Donec introducam eum,* non est putandum, quod tunc relictura sit illum eum in cubiculum matris introduxeat; sed *donec pro semper ternum ponitur;* idest, semper illi inhaerendo, semper in ejus fide et dilectione perseverabo. Taliter et in Psalm. cxix, 2 : *Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Numquid postquam nostri misertus fuerit, non erunt oculi nostri ad eum? Utique erunt. *Adjuro vos, filia Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ne suscitetis neque vigilare faciatis dilectam, donec ipsa vellet.* Bis repetitur iste versiculus, nam superius positus est : sed supra ad Ecclesiam primitivam de Judaeis collectam pertinet; hic vero ad Ecclesiam de gentibus congregatam, et amoris vinculo Christo arietins copulatam : una enim eademque cura est Deo de sanctis qui vel in circumcisione, vel etiam in tempore baptismatis, corruscante gratia Evangelii illi placuerunt. Quia vero supra iste versiculus expositus est, jam hic videndum est, quare velut dormientem inducat Ecclesiam : unde et adjurat filias Jersalem ne eam excident, cum paulo superius non dormientem vel quiescentem, sed studio laboriosissimæ inquisitionis insistentem,

qua sponsum inquirebat, introducat. Si ergo requirebat sponsum, quomodo requiescebat? Sed dulcissimus et suavissimus est somnus Christum quaerere. Dormit ergo Ecclesia, et sponsum querit; dormit videlicet a desideriis terrenis, ab aetibus sancti: vigilat autem et requirit sponsum, quia ejus contemplationi inhaeret, eum solum desiderat, et ad illum pervenire contendit. Adjurat ergo sponsas filias Jersalem, animas videlicet desideriis terrenis contemptis supernæ patriæ inhantes, ne illam excident ab hoc somno suavissima quietis et contemplationis, donec ipsa velit. Somnus autem merito amor appellatur: quia sicut dormiens a visibiliis oculos claudit, et invisiabilia contemplatur; ita is qui divine contemplationi insistit, quasi alienus est, et dormit exterioribus, sola spiritualia et celestia videns. Nec mirum, si amor somnus vocatur; eum in sequentibus mors appellatur, ubi dicitur cap. ultim. *Fortis est ut mors dilectio.* Cum autem dicit, *Donec ipsa velit,* ostendit Ecclesiam de gentibus voluntarie se preparaturam labores et persecutiones pro Christo perferendas. *Quæ est ista que ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrræ et thuris, et universi pulveris pigmentarii?* Vox filiarum Jersalem, idest sanctorum primitivæ Ecclesie, admirantium pulchritudinem Ecclesie ex gentibus congregatae. *Quæ est, inquit, ista?* *Quæ,* idest qualis, quanta lande et admiratione digna, quæ non circumcisione mundata, nec adhuc baptismo sanctificata, jam currit ad Deum? *Ascendit,* inquit, *per desertum.* Hoc dicitur ad imitationem plebis priscae Judaicæ, quæ liberata de aegyptiaca servitute per desertum, mare rubro transito, venit ad terram reprobmissionis. Sic etiam Ecclesia per desertum nationum descendebat iam de Aegypto, hoc est de confusione idolatriæ, liberata, et a Pharaone, idest diabolo, submerso, ut coelesti manna pasceretur, et veram terram reprobmissionis ingredieretur. Ascendit, inquit, ad montem virtutum, vel etiam ad ipsum cœlum virtutibus sublevata, quæ in Psalm. cxx, 1 dicit: *Levavi*

<sup>1</sup> Al. : « in die judicii, quando. »

*oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* Et alibi ; cxxii, 1 : *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in celis.* Montes ipsi sunt Patriarchae, prophetae, Apostoli, et ceteri sancti, qui merito virtutum montes appellantur. Primo enim ad montes, id est ad sanctos, sublevat oculos Ecclesia, vel anima fidelis : quia illorum doctrinam actusque considerat ; illorum exemplo et intercessione muniri gaudet. Postea proficiens, ad ipsum quoque qui fecit montes andet cordis aspectum erigere, et dicit : *Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis;* id est gratanter requiescit in sanctis. *Sicut, inquit, circula fumi ex aromatibus myrrae et thuris.* Fumus ex igne nascitur, et mox altiora aeris expedit, donec aspectibus intuentum substrahatur. Fumus igitur significat sanctum desiderium igne divini amoris perfusum.<sup>1</sup> Nec absolute fumo comparatur, sed virgula fumi : quia sancta Ecclesia vel anima sancta Deum amans, gracilis est et delicata, disciplinis Spiritus sancti extenuata, non bahens grossitudinem carnalium derideriorum. Sive virgula sumi, non sparsa fumo, comparatur propter unitatem Ecclesia, que in Christo una est. Unde vero esset ille fumus ostendit cum subdit : *Myrrae et thuris et universi pulcheris pigmentarii.* Myrra coniduntur mortuorum corpora : thus vero adoletur in sacrificio Dei : ideoque per myrram carnis mortificatione designatur : per thus munditia orationum exprimitur. Virgula ergo fumi, myrrae et thuris, Ecclesia assimilatur, quia sancti mortificatione carnis sua et orationibus, mundo ac simplici corde profusis, Deo placere student. *Et unirersi, inquit, pulcheris pigmentarii,* id est congerie omnium virtutum. Non autem integra fuisse aromata, sed in pulvorem redacta dicuntur : quia sanctorum actiones magna discretione consideranda sunt, et tamquam cibro subtilissima considerationis evenitlande, ne quid forte in illis durum aut inconveniens existat, ne salutem per ipsas virtutis milleformis adversarius surripiat, qui calidus per hominem consuevit nocere. *Ex lectulum Salomonis sexaginta*

*fortes ambiant ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Uniusraq[ue] ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Quo haec dilecta et mirabilis ascendere ostenditur, cum sublitr : *Ex lectulum Salomonis, et reliqua Lectulus Salomonis,* quamvis superna illius celestis beatitudinis requies accipi possit, in qua Deus cum sanctis requiescit, probabilis tamen praesens accipitur Ecclesia, in qua sancti Dei, soppiti tumultibus vitiorum, amplexu Salomonis, id est viri pacifici, delectantur : unde et Psalmista de Christo dicit, Ps. lxxv, 3 : *Factus est in pace locus ejus, et habitat ejus in Sion.* *Lectulum ergo Salomonis,* id est Ecclesiam Christi, *sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israel.* Per ly fortes ordo doctorum intelligitur, qui vel praedicando Ecclesiam mununt, vel contemplando ad illam supernam beatitudinem pervenire desiderant. Sexagenarius autem numerus ex senario et denario constat : sexies deni, vel decies seni sexaginta faciunt. Senarius vero perfectionem significat operis, quia sex diebus perficit Deus opera sua ; denarius vero remunerationem et primum quod in fine electis dabatur. Unde et hi qui in vineam venerunt, denarium leguntur accepisse. *Sexaginta ergo fortes significant,* ut dictum est, sanctos doctores, fortes opere, et animo constantes. Additur vero, *Ei fortissimis Israel, omnes in Christum credentes, et Christum diligentes.* Israel, id est videns Deum, appellatur : fortissimi vero Israel sunt qui Ecclesiam tueri praedicando, et ab incursibus diemonum vel impugnatione haereticorum defendere neverunt. Hi ergo ambiant lectulum Salomonis, quia illis est commissa Ecclesia, et ab illis vigilanti cura est custodienda. *Omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi.* Tenent enim gladium spirituale verbi Dei, de quo Apostolus Ephes. vi, 17 : *Et galeam inquit salutis assumite, et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* Ad bella vero sunt doctissimi : quia necesse est ut spiritualis prelii arte instruti sint qui<sup>1</sup> *Adversus principatus et potestates, et adversus mundi*

<sup>1</sup> AL. : « profusum. »

¶ AL. : « quia. »

*rectores tenebrorum harum, contra spiritualia nequitur, in celstibus ibidem bellum gerunt. Versutissimus enim est ille hostis, et tam subtilitate spiritualis naturae quam etiam temporis longinquitate doctissimus, contra quem sancti bella suscipiunt. Uniuscunq[ue] ensis super fumum suum. Per femur propagatio soholis accipitur. Super femur ergo eusem habent, quia timore bei omnes comprimunt et coercent motus carnalis voluptatis. Et hoc propter timores nocturnos, idest propter occultas insidias maligni hostis, qui in nocte hujus saeculi, sanctis maxime qui in Eeccl. sia preminent, insidiatur, ut illis deceptis, lectulum Salomonis, idest requiem sanctorum, fedare possit. Et notandum quod superius tenere gladios dienuntur, hic vero super femur euses habere : gladios enim tenent, ut adversarii resistant, ut haereticos et omnes saeva fidei contradicentes confodiant ; super femur vero euses habent, ut snimet curam habeant, ut fluxus carnalium voluptatum reprimant, ne juxta verbum Apostoli 1 Cor. ix, 27 : alii prædicantes, ipri reprobi efficiantur. *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.* Quod superius per lectum Salomonis, hoc nunc designatur per ferculum, sancta videlicet Ecclesia, in qua velut in lecto requiescant sancti Dei, et velut in lecto discubunt ad epulas aeternæ satietatis. *De lignis Libani fecit Salomon ferculum.* Libanus mons est Phoenicis, cuius arbores et proceritate et pulchritudine et durabilitate ceteris præminent : ideoque significant sanctos virtutum specie fulgentes, et ab aeterna festinantes : Libanus enim candidatio vel dealbatio interpretatur. Ligna ergo Libani sunt sancti candidati et dealbati baptismio, et exornati omnium virtutum pulchritudine. *Columnas ejus fecit argenteas.* Per columnas doctores ejusdem Ecclesiae figurantur, qui eam verbo et exemplo sustinent ac roborant : unde dicitur, Galat. ii, 9 : *Jacobus et Joannes et Cephas, qui cidebantur columnas esse.* Columnas sunt argenteas, quia nitore colestis eloquii resplendent : eloquia enim Domini. eloquia casta argentum igne exanimatum, probatum terra, purgatum septuplum : Ps. xi, 7 : *Reclinatorium fecit aureum.* Per reclinatorium*

aureum, requies aeterna accipitur, quia sanctis in Ecclesia promittitur : ad quam tamen ascensus est purpureus, *Ascensus ejus purpureus.* Purpureus ascensus est passio Christi, quia purpura calorem sanguinis imitatur. Ascensu ergo purpureo ad reclinatorium aureum pervenitur : quia illi ad aeternarum epularum mensam discubunt, et ad supernæ quietis requiem veniunt qui in praesenti passionem redemptoris sui digne venerari et imitari satagunt. *Media caritate constravit propter filias Jerusalem.* Media caritate constravit : quia omnibus fidelibus suam caritatem Christus commendavit, patiendo pro nobis, et requiem nobis præparando : juxta quod Apostolus Rom. v, 8, dicit : *Commendat autem Deus suam caritatem in nobis : quoniam cum adhuc preceptriores essemus, pro nobis filium suum in mortem tradidit.* Alter per columnas argenteas, Apostoli et apostolici viri designatur ; per reclinatorium aureum, doctorum ordo, qui cum ineffabilia aeterna vita reprobmittunt, utique nos suaviter quiescere faciunt : et hoc reclinatorum bene aereum dicitur, quia ineffabile est illud præmium quod sancti expectant. In rebus enim eaducis nihil auro pretiosius est. Per ascensum etiam purpureum ordo designatur martyrum, qui passionem Christi imitati, pro illo sanguinem suum fuderunt. Sed quid nos faciemus dicit B. Gregorius qui nullius meriti sumus, et non inter doctores, non inter martyres locum nos habere videmus? Sequitur, *Media caritate constravit.* Habeamus ergo caritatem, qua media hujus ferculi constrata sunt : que et ideore latum mandatum vocatur, quia omnibus suis observatoribus aeternam salutem parat. Hanc efficaciter tememus, et per hanc salvabimur. Et hoc propter filias Jerusalem, hoc est propter animas simplices, quae nullius virtutis sibi sunt conscientia : quia quanto majoris fragilitatis sibi sunt conscientia, tanto amplius salvatorem et redemptorem suum diligere satagunt. *Egredimini et videite, filia Sion, regem Salomonum in diademate quo coronavit eum mater sua in die dispensationis ejus, et in die lætitiae cordis ejus.* Vox Ecclesie invitantis animas fidelium ad intuendum quam mirabilis et

speciosus sit sponsus ejus; filias namque Sion cædem sunt que et filie Jerusalæ, sanctæ videlicet animæ, supernæ illius civitatis cives, que et perpetua cum Angelis pace fruuntur, et per contemplationem gloria Domini speculantur, *Egredimini*, inquit, o filie Sion; hoc est, exite de turbulentia hujus sæculi conversatione, ut mente expedita eum quem diligitis, contemplari possitis. *Et videate*, inquit, regem Salomonem, hoc est verum pacificum Christum, in diademate quo coronavit eum mater sua; ac si diceret: Considerate Christum pro vobis carnem induitum, quam carnem de carne Virginis matris suæ assumpsit. Diadema namque vocat carnem quam Christus pro nobis, in qua mortuus destruxit mortis imperium; in qua etiam resurgens resurgendi nobis spem contulit. De hoc diademate Apostolus Ileb. ii, 9 dicit: *Videmus Jesum per passionem gloriam et honore coronatum*. Mater vero sua eum coronasse dicitur, quia Virgo Maria illi de sua carne, carnis materiam præbuit. In die desponsationis ejus, hoc est in tempore incarnationis ejus, quando sibi conjunxit Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam Ephes. v, 27, vel quando Deus homini conjunctus est. *Et*

*in die laetitiae cordis ejus*. Laetitia enim et gaudium Christi, salus est et redemptio generis humani; juxta quod in Evangelio, multos ad fidem Christi cernens confluere, *In illa hora*, inquit Evangelista, exultacit in spiritu, et dicit: *Confiteor tibi, Pater cari et terræ: quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et rerelasti ea parvulis*: Matth. xi, 25. Et in evangelica parabola, inventa ove, vocat amicos dicens: *Congratulamini mihi*: Luke. xv, 9. Potest et hoc' simpliciter totum ad passionem Christi referri, juxta litteram. Pravidens enim Solomon in spiritu passionem Christi, longe ante promonebat filias Sion, idest plebem Israëliticam, *Egredimini*, inquietus, et videate regem Salomonem, idest Christum, in diademate, idest in spinea corona, *qui coronavit eum mater suu*, synagoga, *in die desponsationis ejus*, quando videlicet sibi junxit Ecclesiam, *Et in die laetitiae cordis ejus*, quo gaudebat per suam passionem redimere mundum de diaboli potestate. Egredimini ergo, et exite a tenebris infidelitatis, et videate, hoc est intelligite mente, quia ille qui ut homo patitur, verus est Deus. Vel etiam, egredimini extra portam civitatis vestræ, ut eum in Golgotha monte crucifixum videatis.

## CAPIT. QUARTUM

Quoniam pulchra es, amica mea, quoniam pulchra es! tenui tui columbarium, absque eo quod intrinsecus latet; capilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt de monte Gabaad: dentes tui sicut greges tonsorium que ascenderunt de lauacio. Omnes gemitus filiorum, et steriles non est inter eas. Scutum villa coccinea labia tua, et eloquuum tunu dulce. Scut fraguum malo punici, ita genit tue, absque eo quod intrinsecus latet. Scut tunus David columba tunu; quae adilecta est eum propugnaculus. Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Duo ubera tua sicut duas humuli caprea gemelli qui pascentur in filii, domus asperæ dies, et inueniuntur mire. Adam ad montem myrræ, et ad collem thuris. Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni; coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanir et Hermon, de culibus leonum, de

montibus pardorum. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum liborum, et in uno cruce collis tuus. Quoniam pulchre sunt manuæ tue, soror mea sponsa! Polychroa sunt ubera tua vino, et odor unum deorum in omnibus aromatâ. Favus di filii libra tua, sponte a, mel et le sub linguis tuis, et o, or vestimentorum in omnibus aromatâ sunt odor floris. Harbus et clavis, oror mea sponsa, horlos conditum, fons ignatus. Eius ionas tua paradise, madorum pumili, cum pomorum fructibus, lycopersicum nardo, mandragora, crocus, lilia et cinnamonum, cum universi ligni Libani, myrræ et aloë, cum aqua in primis incensu. Pon horulum pulchrum aquarum viventium per flumina maritima de Libano. Surge, aquilo et veni austero, perfila horum meum, et fluent aromata ihus.

<sup>1</sup> Al. : hoc et. a

Bis repetit, *Quam pulchra es; quam pulchra es*: idest, in opere et predicatione: in opere, quia nihil sedum, nihil oculis meis indignum agit: in predicatione, quia ad considerandum lucarnationis meae mysterium etiam sodales tuas filias Ierosalem invitare non cessas. *Oculi tui columbarum*. Per oculos intelligitur acumen sensuum spiritualium, quibus divina et semipeterna contemplatur vel intuetur Ecclesia. Columba autem, oculi Ecclesiae<sup>1</sup> comparantur, propter spiritualem gratiam, quia Spiritus sanctus in specie columbae apparet. Sequitur autem: *Absque eo quod intrinsecus latet*; idest, absque superna retributione illius, quam in fine saeculi perceptura es, quam et in presenti per fidem contemplari. Latet tamen intrinsecus, nec in presenti videri potest, sed in futuro expectatur. *Capilli tui sicut greges caprarum quo ascenderunt de monte Galaad*. Per capillos Ecclesiae, subtiles cogitationes accipiuntur, quibus plerumque temporalia disponuntur. Comparantur vero gregibus caprarum, quia haec animalia munda sunt, et in rupibus, sive in excelsis locis resupinata pascuntur: quia cogitationes sanctorum etsi corporali necessitate in temporalibus figuntur, tamen ab aeternorum intentione non discedunt; <sup>2</sup> et in ipsa etiam cura quam necessitatibus corporae impendunt, quasi eorum semper intinentur. Possimus etiam per oculos, doctores Ecclesiae et praedicatores accipere, qui in corpore, cuius caput Christus est, sumnum locum tenent, et celestia et spiritualia ceteris membris vident; per capillos vero innumeram multitudinem simplicium fidelium in laicis ordine constitutorum, qui etsi minus vident spiritualia, sua tamen numerositate magnum decus praestant Ecclesiae. Et bene gregibus caprarum comparantur. Capra peccatoribus conuenit, per quam significantur plebes fidelium actionibus saeculi deditae, que sine peccato agi non possunt. Bene autem sequitur. *Quo ascenderunt de monte Galaad*. Galaad, acervus testimonii interpretatur. Juxta litteram quidem, ideo quia Jacob rece-

dente de Mesopotamia, persecutus est eum Laban, et die tertia reperit eum, ibique in testimonium mutui foderis acervum lapidum extruxerunt. Mysticæ autem aevi testimonii Christus est, in quo multitudo consistit omnium sanctorum, qui sunt lapides vivi adhaerentes illi lapidi de quo Petrus, II Can. 4 ait: *Ad quem accedentes lapidem circu... et ipsi tanquam lapides viri simul coedificamini*. Greces caprarum de monte Galaad ascenderunt, quia sanctorum multitudines ad celas virtutum condescendunt, et Christi doctrinam atque præcepta in omnibus sequi satagunt. *Dentes tui sicut greges tonsarum quo ascenderunt de lavaero*. Omnes genitilis fertibus, et sterilis non est inter eas. Si per capillos Ecclesiae, innumerabilis multitudine fidelium simplicium intelligitur, per dentes Ecclesiae doctores figurantur: dentibus enim viros commolumus et masticamus. Et sancti doctores bene dentibus conformantur, quia spirituales cibos quos simplices capere nequeunt, ipsi quoddammodo exponendo communuant. Deus Ecclesiae præcipuus erat Petrus, cui dictum fuit in visione Act. x, 13: *Surge, occide, et manduca*; ac si diceret: Hos quos ad finem convertitis, occide ab eo quod sunt, ut desinant esse peccatores; et manduca, hoc est transfer in corpus Ecclesiae. Bene autem hi dentes ovibus tonsis et lavaero lotis comparantur: solent enim oves post tonsionem currenti aqua ablui, ne illotus sudor corpori adhaerescat et scabiem generet. Tones ergo oves sunt sancti doctores, et magistri Ecclesiae, qui et lavaero baptismatis abluti sunt, et vellera, idest facultates et substantias suas, pro Christo amiserunt. Omnibus quidem fidelibus convenit quod dicit: *Quo ascenderunt de lavaero*: nullus enim sine lavaero baptismi fideli esse potest; non autem omnibus tonsos esse<sup>3</sup> convenit, quia non omnes ita sunt perfecti, ut sua pro Christo valeant amittere; sed illis specialiter congruit, qui secundum verbum Domini vendunt omnia sua et dant pauperibus, et nudi atque expediti sequuntur Chris-

<sup>1</sup> Al. : « columba autem oculis Ecclesiae. »

<sup>2</sup> Al. : « descendunt. »

<sup>3</sup> Al. : « tonsoribus. »

tum. Tales sunt ergo dentes Ecclesiae, idest praedicatores et magistri ejus, oves per innocentiam abluti baptismō, voluntaria paupertate et rerum sparsione gaudentes. Sequitur : *Omnes genitilis fratibus, et sterilis non est inter eas : quia gemina caritate, dilectione<sup>1</sup> Dei et proximi, praeeminent et hanc observare docent ; vel etiam quia fidem et operationem predican. Et sterilis non est inter eas ; nullus videlicet alienus est a bonis operibus. Sicut vitta coccinea labia tua, et eloquium tuum dulce.* Per labia Ecclesiae, sancti praedicatores accipiuntur, qui et per dentes figurantur. Cœcens autem sanguinis vel ignis habet speciem. Labia ergo Ecclesiae, idest sancti praedicatores, vite coccinea assimilantur, quia passionem Christi assidue predican, qui pro nostra redemptio sanguinem sum fudit : sive vitta coccinea assimilantur, quia predican, et ardent dilectione ; diligunt eos quibus verbum impendunt, et etiam a quibus malum patiuntur. Ad hoc etiam pertinet quod Spiritus sanctus in linguis igneis apparuit : quia loquentes et ardentes fecit Apostolos ; ardentes in dilectione, loquentes in predicatione<sup>2</sup>. Et bene vitta coccinea dicitur : vitta enim capillos ligat et constringit ; sic<sup>3</sup> doctores sua predicatione ad unitatem fidei et dilectionis multitudinem fideliūm in Ecclesia neclunt, et in unum decorum redigunt. Possunt etiam per capillos subtiles cogitationes nostræ accipi. Vitta ergo coccinea crines ligamus, quando cogitationes nostras disciplina timoris Dei constringimus et coercentis. *Eloquium tuum dulce.* Dulce est eloquium Ecclesiae, enīm sancti doctores vel passionem sui Redemptoris ad memoriam reducent et praedicant quantum Dens hominem dilexerit, vel etiam cum colestia premia auditoribus annuntiant. *Sicut fragmen mali punici, ita genitrix tua, absque ea quid intrinsecus latet.* Per genas superius diximus Ecclesiam figurari. Nam enim vereundamur, rubor sanguinis in genis effunditur. Malum autem punicum habet rubicundum corticem, interior vero multitudine granorum ple-

num est : unde et nālum granatum vocatur. Per fragmen ergo mali punici, memoria ejusdem dominicae passionis accipitur, quia in cocco superius figuratur : solet enim una res diversis exprimi figuris. Genas ergo Ecclesiae fragmīni comparamus, quia sancti doctores venerabiliter agunt memoriam passionis Redemptoris sui, nec erubescunt crucem ejus ; immo gloriantur, dicentes cum Apostolo Gal. vi. 14 : *Mibi autem absit gloriari nisi in Cruci Domini Nostri Iesu Christi, per quem mihi maulus crucifixus est, et ego mundo.* Et alibi idem Apostolus scribens ad discipulum suum : *Noli erubescere Christi crucem, neque me vincutum eum* : II Tim. i. 8. Bene autem non integrō malo punico, sed fragmīni comparatur : malum enim punicum cum frangitur, exterius rubor, interior candor apparet : sic et sancti praedicatores, cum passionem Christi mutant, quasi rubor est exterior : cum vero quanta utilitas nostra redēptionis inde provenerit, et quod homo per passionem Christi non solum a peccatis justificari, sed etiam quod divinum consortium meruerit demonstrant, quasi candidum est quod intrinsecus latet. Possunt etiam per genas Ecclesiae martyres figurari, qui rubicundi sunt effusione sanguinis sui, veluti malum punicum. Sed fracto malo punico, candor interior appareat, quia post mortem miraculis corruscat. *Sicut turris David collum tuum, qua exdūcata est cum propagaculis.* Collum sancte Ecclesiae peccatores sancti et doctores ejus sunt : hi enim hic designantur per collum qui superius per oculos et per dentes, sancti videlicet praedicatores, qui veluti per collum acceptos verbi Dei cibos nutriendo corpori transmittunt, et vocem divinam præicationis auditoribus proferunt. Vel etiam sancti doctores per collum signantur : quia sicut collum caput et cetera membra corporis conjungit, ita sancti praedicatores quasi mediatores sunt inter Christum et reliquos quos instruunt fideles, et quasi Christum corpori suo, idest Ecclesia, conjungunt. Hoc autem collum turri David compara-

*testimoniū  
Domini*

<sup>1</sup> AL. : « dilectionem. »

<sup>2</sup> AL. : « loquentes predicatione. »

<sup>3</sup> AL. : « et. »

tur. David, qui interpretator manus fortis, vel visu desiderabilis, Christum significat; et tota quidem Ecclesia civitas David, id est magis regis est Christi, qui est manus fortis quotidianam diabolum devicit, juxta quod Psalmista dicit, Psal. xxiii, 8 : *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio.* Est et visu desiderabilis: quia, ut Apostolus dicit I Petr. 1, 12, *In eum desiderant Angeli prospicere.* Turres autem huius civitatis illi sunt qui vel scientia vel operis perfectione ceteris præcipientur. *Quæ adficiuntur est cum propugnaculis.* Propugnacula sunt divinarum Scripturarum sacramenta, de quibus veluti janula procedunt, quibus adversaria potestates repelluntur. *Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium.* Mille clypei intelliguntur innumera divina præsidia defensionis, quibus sancta Ecclesia vallatur et defenditur. *Omnis armatura fortium,* id est omnis instructio vel sanctæ prædicationis, vel sanctæ operationis. Et bene columnæ Ecclesie, hoc est prædicatores et doctores, turri David comparantur, quia semper quasi in bello sunt pro defensione Ecclesie pugnantes. *Duo ubera tua sicut duo hinnuli capræ gemelli qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ.* Duo ubera Ecclesie eosdem significant sanctos doctores. Nec mirum, quod una eademque res diversis figuratur modis. Sancti doctores oculi sunt, quia vitae vias, quas ingredi debeant subjectis demonstrant. Dentes sunt, quia cibos divinarum Scripturarum et molunt<sup>1</sup> et comminunt, ut mandi possint. Collum sunt, quia caput et membra, hoc est Christum et Ecclesiam conjungunt. Ipsi ergo doctores sunt et ubera Ecclesie, quia parvulos et simplices fideles lacte verbi Dei nutritiunt. Juxta quod Paulus simplicioribus intendens dicit, I Cor. iii, 12: *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam porculis in Christo, luc cibis potum dedi, non escam.* Et bene non absolute ubera, sed cum additamento dicit, *Duo ubera;* cum femina neque plus neque minus habeat quam duo ubera; quia minirum sancti doctores parvulos ex utroque po-

pulo, Iudaico videlicet et Gentili, lacte verbi Dei nutritiunt. Nam et Paulus de seipso dicit, Gal. ii, 8: *Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisioinis, operatus est et mihi intergentes.* Et apte haec duo ubera sicut duo hinnuli capræ gemelli esse dicuntur: quia videlicet fetus sunt et filii salvatoris nostri Christi, qui superius per capream designatus est: haec enim animalia acutissime vident, et nimia velocitate altiora condescendunt. Sic et sancti doctores quæ agenda sunt et ipsi vident, et aliis monstrant, et despctis terrenis ad superna uituntur. *Qui pascuntur in liliis;* hoc est, delectantur purissimis et nitidissimis sensibus Scripturarum: *Donec aspiret dies, et inclinentur umbræ;* hoc est donec dies illa æterna; veniat, quam desiderabat Psalmista dicens, Psal. lxxxiii, 11: *Melior est dies una in atriis tuis semper millio.* *Et inclinentur umbræ;* id est, transcent mœores et perturbationes huius sæculi. *Donec aspiret dies,* iedst oriatur. Apparet enim dies, id est oriatur, quando ille verus sol justitia apparet: et tunc inclinabuntur umbræ, hoc est omnia nubila mororis, et tenebrae præsentis sæculi pertransibunt. Sed et si ipsam littoram velimus aspicere, pulchre expressit ortum dici et occasum noctis: nam nox nihil est aliud nisi umbra terræ, quæ sole sub terras descendente consurgit. Sole autem iterum super terras ascendente, inclinabuntur umbræ, id est cadix nox: *Pascuntur ergo liliis, donec aspiret dies et inclinentur umbræ;* quia sanctorum doctorum in præsenti tantum vita necessaria est prædicatio et doctrina: nam in alia vita, postquam apparuerit æterna dies, et non præsentis sæculi finita fuerit, non necesse erit doceri aliquem, quia omnes revelata facie gloriam Domini contemplabuntur: unde et Dominus per Prophetam dicit Jer. xxxi, 34: *Non docebit vir fratrem suum dicens, Cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me, a minimo usque ad maximum.* *Vadam ad montem myrræ, et ad collem thuris.* In myrrha, carnis mortificatio, vel mortificationum pro Christo tolerantia; in

<sup>1</sup> Al. : « scripturarum molliunt. »

thure vero, sancta devotio orationum accipitur. Mons ergo myrræ et collis thuriæ sunt excelsæ animæ sanctorum per contemplationem. Promittit ergo sponsus se ad montem myrræ venturum, et ad collem thuriæ : quia illas mentes sua visitatione dignatur inhabitare, quæ membra eum vitiis et concupiscentiis mortificant, quæ etiam seipsas per sancta orationum studia Deo gratum sacrificium faciunt. *Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te.* Vox sponsi ad amicam et sponsam suam, *Tota pulchra es, amica mea.* Omni, inquit ex parte nullam recipis maculam aut rugam : non enim soli doctores vel perfecti quique pulchri sunt ante oculos Dei, qui summa scientia et contemplatione præminent; sed etiam simplices et fideles, qui recta fide; et bonis operibus exoruantur, pulchri in oculis sponsi habentur. Nam, ut Psalmista dicit, Psal. cxii, 43 : *Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum majoribus.* Ideo dicit, *Tota pulchra es, non pars tua.* Ille autem ideo dicimus, non quod aliquis in praesenti vita sine peccato esse possit, cum scriptum sit, Job : *Nemo est super terram sive peccato, nec insans unius divi : sed ideo quia fides perfecta et cœlesti desiderium omnem abstergit maculam peccati levioris.* Non enim de gravioribus nunc ratio est, qua qui committunt, jam sponsa Christi non sunt, nec ullam habent partiem hujus sanctæ pulchritudinis. Hinc est quod Joannes dicit i, c. iii, 9 : *Qui natus est ex Deo, non peccat;* scilicet peccatum ad mortem : non quod levibus peccatis quis careat, sine quibus vita ista agi non potest. *Tota est ergo pulchra Ecclesia,* in quantum se castam et immunem ab omni peccato custodit. Si quando autem levi peccato fuscatur, cito penitidine<sup>1</sup> et recta fide, ac cœlesti desiderio in ea præcita pulchritudo reparatur : *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni.* Libanus mons est Phœnicie. Interpretatur autem ex hebreo candidatio, vel dealbatio. Ex greco autem thus interpretatur. Unde et supra ubi loquitur : *Vadum ad*

*montem myrræ, et ad collem thuriæ,* habetur collis Libani. Vocat ergo sponsus sponsam suam candidatam baptismō, et dealbatam nitore omnium virtutum, fragrantem studio sanctorum orationum. Vocat eam ut veniat, idest ut virtutibus proficiat: nou enim solum vocat Deus animam quando eam a vicinalis corporis extam ad celestia præmia ducit: sed etiam eum per internam inspirationem ut in virtutibus proficiat, hortatur; quot enim virtutibus sancti proficiunt, quasi tot passibus ad ipsum tendant. Et tertio, dicit, *Veni,* quia vult eam perfectam esse in cogitatione, locutione et opere. Vel vocat eam primo, ut ad se veniat per fidem. Vocat secundo, ut dignam cœlestium, præmiorum retributionem jam liberata a corpore accipiat. Vocat tertio, ut in die generalis resurrectionis, jam assumptio corpore, duplice stola ornata perpetuo gaudet: *Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Amana ipsum dicunt esse montem Ciliciae<sup>2</sup> Amanum, qui et Taurus appellatur. Sanir vero et Hermon montes sunt Iudea, in quibus leones et pardii feruntur habitare. Per hos autem montes, sæculi potestates, reges videlicet, et principes, intelliguntur, qui veluti montes in superbia extolluntur, et malignis spiritibus, quasi leonibus et pardis, culibilia præbent. Maligni autem spiritus leones vocantur propter superbiam; pardii autem propter ferocitatem, vel etiam pro nullo nocendi artibus, quia pardus varius animal est. De his ergo montibus coronatur Ecclesia, quando principes sæculi ad fidem Christi convertuntur. Et non solum propter sues virtutes, sed etiam propter talium conversionem, et salutem coronatur vel remuneratur Ecclesia. Protest hoc et in praesenti accipi: nam coronatur Ecclesia de vertice horum montium, quando subjectis principibus catholicæ fideli, Ecclesia, quæ ante premebatur, coronatur et gloriatur in Christo; siue factum est tempore Constantini, quando illo converso, mirabiliter glorif

<sup>1</sup> Al. : « plenitudine. »

<sup>2</sup> Al. Heliae. <sup>a</sup>  
<sup>b</sup> Al. conversationem

ecata est Ecclesia. Coronatur et de cubilibus leonum et montibus pardorum, quando superbos quosque et saevos ac dolosos convertit, et pro illorum quoque conversione<sup>1</sup> aeterna premia recipit. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum.* Sponsam et sororem suam dicit sanctam Ecclesiam, quia sponsa est, quia eam sibi Christus incarnatus despondit, eamque mundatam a sordibus peccatorum dote Spiritus sancti sibi conjunxit : soror vero est, quia propter eam incarnatus, frater ejus fieri dignatus est : sicut resurgens a mortuis dixit mulieribus, Matth. xxviii, 10 : *Ite, maniate fratribus meis.* Cum ergo dixit vulneratum cor se habere, magnitudinem dilectionis expressit qua<sup>2</sup> sanctam suam diligit Ecclesia. Affirmat autem haec iterans et inclemans, *Vulnerasti cor meum,* ut tali iteratione quantum Ecclesiam suam diligit ostendat. Quia autem re vulneratum sit, subjungendo demonstrat : *In uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui.* Per oculos Ecclesia superiorius<sup>3</sup> spirituales sensus, vel doctores sanctos accipiendo esse diximus ; per crines vero multitudines subjectarum plebium, quibus sancta decoratur Ecclesia. Et est sensus : Cum tota sis pulchra, o Ecclesia, et cum te ob multa diligam ; praecepue tamen nitor spiritualium sensuum et doctorum tuorum sinceritas me delectat ; simplicitas etiam subjectarum plebium, quae pie et fideliter verbis suorum doctorum obtemparent. Bene autem, cum superiorius pluraliter dixerit oculos et capillos, hic singulariter in uno oculo et in uno crine dixit, ut per hoc unitas sanctorum doctorum exprimatur ; unitas etiam celestis doctrinæ, quam subjectis impendunt : *Unus enim Dominus* ut Apostolus dicit, Eph. iv, 5, *una fides, una baptisma;* una etiam devotione subjectorum fideium. Potest et hoc quod dicit, *Vulnerasti cor meum,* de passione Christi accipi ; idest, tuo amore fecisti ut ego in cruce vulnerarer. Notandum vero, quod dicit, *In uno crine colli tui :* per collum enim doctores diximus significari, et crinis Ec-

clesia collo adhaeret, quia subjectæ plебes sanctis doctoribus connectuntur, et eorum sacre doctrinae inharent, ac secundum illorum praecpta vivere satagent. *Quam pulchra sunt mammæ tuae, soror mea sponsa !* Per mammas superius eosdem doctores diximus figurari, qui et per oculos designantur : nam sancti doctores mammae sunt, cum lacte, idest simplici doctrina, humiles quosque nutritum ; oculi sunt, cum summa queque coelestia praedicant. Ait ergo : *Quam pulchra sunt mammæ tuae, soror mea sponsa !* idest, quam pulchri sunt doctores tui, quoniam sermo illorum et eloquia preeminent, et pondere sensum pretiosa sunt : *Pulchriora sunt ubera tua vino.* Hic versicolorus jam superiorius expositus est, ubi dicitur, *Meliora sunt ubera tua vino.* Et hoc notandum est, quod Ecclesia superiorius ubera sponsi laudavit dicens, *Meliora sunt ubera tua vino ;* nunc vero vicissim sponsus sponsæ sue ubera extollit, ut per hoc unitas Christi et Ecclesia commendetur. Christus enim est caput, Ecclesia corpus ejus. Praecellit enim virtus praedicationis evangelicae legalem scientiam, *Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.* Unguentia Ecclesie sunt doctrinae coelestis charismata, vel etiam fama virtutum quae de Ecclesia flagrat : aromata vero intelliguntur legales observationes. Super aromata ergo est odor unguentorum Ecclesia, quia fama evangelicae perfectionis transcendit omnium laudem legalis observationis. *Favus distillans labia tua, sponsa.* Favus mellis est in cera ; mel autem in cera est spiritualis intelligentia in littera. Labia ergo Ecclesia favus distillans vocantur, quia sancti doctores, qui per labia designantur, spiritualia documenta praeferunt instruendis fidelibus. Nec solum favus, sed etiam distillans vocantur labia Ecclesia : distillat enim favus<sup>4</sup>, cum mellis copia exuberans jami non potest cereis capsulis contineri. Reete ergo divina Scriptura favus distillans vocatur : quia multipliciter intelligitur, et variis sensibus exponitur ; nunc juxta litteram, nunc

<sup>1</sup> Al. : « conversatione. »

<sup>2</sup> Al. : « quia. »

<sup>3</sup> Al. : « distillant enim favum. »

juxta allegoriam, nunc juxta moralem, nunc juxta anagogem, id est superiorem sensum. *Mel et lac sub lingua tua.* Lac parvulus convenit; ideoque per lac designatur simplex doctrina, quia<sup>1</sup> initia credentium imbuuntur; mel vero, quod de rore coeli confici creditur, coelestem et spiritualem doctrinam significat, quae et perfectis et instructis convenit. Sub lingua ergo Ecclesiae mel et haec est: quia aliquando coelestia mysteria perfectis, aliquando rudiibus plana et simplicia annuntiat. *Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thoris.* Vestimenta Ecclesiae sunt honorum operum ornamenta, juxta quod Joannes in Apocal. cap. vii et xix, 8, dicit: *Byssinum enim justificationes sunt sanctorum:* et ideo dicitur Job xxix, *vestivi me<sup>2</sup> et induit me sicul vestimento sicut ornamento ei diademate iudicio meo<sup>3</sup>.* Thure autem diximus superius sanctarum orationum munditiam designari. Vestimenta ergo Ecclesiae thuri comparantur, quia omnia opera Ecclesiae quasi orationes sunt. In cunctis enim quae agit, semper Dominum deprecatur, et tali modo implet hoc quod Dominus dicit, Lue. xviii, 1: *Oportet semper orare.* Nec hoc alter impleri potest in nostra tota vita, nisi ut conversatio talis sit ut in conspectu Dei oratio deputetur. Thus est arbor Arabiae felicis, cortice et folio lauro similis, siccum in modum amygdale mittens, qui bis in anno colligitur, autumnum et vere; sed autumnalis collectione preparantur arbores, in ejus corticibus flagrantissimo atatis fervore, facto tenui vulnere, ac ex eo<sup>4</sup> prospidente spuma pingui, quae concreta<sup>5</sup> densatur; et ubi loci natura poscat tegente palmeam excipiente, quod in arbore hasit, ferro depeccit: ideoque videtur esse purissimum, et hoc candidum<sup>6</sup> esse. Secunda vindemia eadem hyeme corticibus incisis, rubrum hoc exit, nec comparandum priori. Creditur et novella: arboris candidus esse; sed veteris arboris odoratius. Quod ex eo in rotunditate gutte dependet

masculum<sup>7</sup> vocamus. Guttam concussu elisam manum nuncupamus. *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.* Sororem et sponsam suam Ecclesiam dicit, quoniam ex ancilla sororem sibi esse constituit, et dote Spiritus sancti pignoratam sponsam sibi efficit. Haec ergo Ecclesia<sup>8</sup> hortus est; quia spiritualium virtutum germina profert, quae in sequentibus aromatum vocabulis designantur. Conclusus vero est hortus iste, quia sancta Ecclesia Redemptoris et Domini sui adjutorio munita est, et praesidio angelicarum virtutum vallata, nullis malignorum spirituum patet insidiis. Haec ipsa Ecclesia est fons signatus. Fons ideo quia celestis doctrinæ fluentis manat, quibus omnes in Christum credentes a peccatis abluit, et veritatis scientia portal. Signatus vero est fons iste, quia sermo fidei evangelicæ veritatis signaculo munitus est, ita ut neque maligni spiritus neque heretici fidem catholicam violare atque disrumpere valeant. Hie hortus vel fons, id est Ecclesia, primum in parvo locello Iudeæ plantatus velerortus est, deinde per universum mundum disseminata prædicatione, arcolas<sup>9</sup> suas vel rivulos emisit. Unde sequitur: *Emissiones tuæ paradisus malorum puniciorum cum pomorum fructibus.* Emissiones Ecclesiae, ut dictum est, incrementa fidei sunt, et disseminatio prædicationis; quae emissiones paradisus grace, hortos latine: quia illa primitiva Ecclesia, quae in Iudea quasi hortus fuit, postea per universum mundum multos hortos, id est Ecclesias emisit. Mala autem punica, quae rubricundum habent corticem, eos significant, qui non solum generali baptismo sanctificati sunt, verum etiam qui proprio sanguine sunt in passione baptizati, martyres videlicet. Fructus vero pomorum opera significant virtutum sive eos qui ipsas virtutes opere exerceant. Emissiones ergo Ecclesiae paradisus malorum puniciorum fuerunt, quia primum locum post Apostolos in Ecclesia<sup>10</sup> marty-

<sup>1</sup> AL: « quia. »

<sup>2</sup> AL: « et ideo « dicit: « *Justitia induit byssum etc.* »

<sup>3</sup> AL: « ac si. » — <sup>4</sup> AL: « concreta. »

<sup>5</sup> AL: « candidatum. »

<sup>6</sup> AL: « unctulum. »

<sup>7</sup> AL: « Ecclesia. »

<sup>8</sup> AL: « ancilla. »

<sup>9</sup> AL: « Eccliarum. »

res tenuerunt per ipsam Domini passionem, quam ipsi patieudo imitari studuerunt. Quamvis generaliter omnium fidelium multitudine paradisus malorum punicorum possit accipi, qui mala punica sunt, quia passionem sui Redemptoris semper in memoria retinent. Et sicut malum punicum intra unum corticem multitudinem habet granorum, ita in Ecclesia multitudine fideliuum intra mysterium dominice passionis continetur. Hinc

<sup>\* Quicunq<sup>ue</sup> baptizatis sumus</sup>

Apostolus Rom. vi, 3, dicit : *Quotquot baptizati estis in Christo Iesu in morte ipsius baptizati estis, conceputi cum ipso per baptismum in morte. Cypri cum nardo, nardus et crocus; fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani.* In hoc horto sic clauso, idest in Ecclesia, nascentur *cypri cum nardo, nardus simul et crocus cum universis lignis Libani.* Cyprus arbor est aromatica, semen simile coriandri habens, idest album et sublucidum, quod oleo coquitur, et inde exprimitur quod cypris vocatur : nude regium unguentum paratur. Legimus in num. cap. xi, 7 : *quod mamma erat quasi semen coriandri album.* Cyprus ergo et manua unam habent significacionem : significant enim coelestem gratiam tamquam mammam de celis venientem. Cyprus ergo in horto Ecclesiae est vel nascitur, cum fideles quique docentur gratiam spiritualem omnibus preferre, et per illam salutem sperare. Nemo enim suis viribus, sed sola Dei gratia potest salvari. Nardus typus est dominice passionis, Unde et Maria nardo pistico caput et pedes Domini uixit. Nardus ergo in horto<sup>1</sup> Ecclesiae est, cum sancti memoriam dominice passionis venerantur, eique gratias agunt, quod instantum eos dilexerit ut pro eorum salute et liberatione mortem suscipere. Crocus aurici coloris habet florem ; ideoque significat caritatem : sicut enim aurum inter cetera metalla pretiosius est ita caritas inter omnes virtutes principatum tenet, dicente Apostolo i Cor. xiii, 13 : *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec; major autem horum est caritas.* Cum nardo ergo crocus in horto Ecclesiae

nascitur, cum membra Christi, hoc est fideles quique, caritatem Dei et proximi efficaciter tenere student. Crocus autem fertur ignitas febres refrigerare ; sic vera caritas ardorem concupiscentiae secularis refrigerat, et dilectionem Dei et proximi in mente accendit. *Fistula et cinnamomum.* Fistula, brevis est arbuseula, qua et easia vocatur, cortice purpureo ; et significat sanctos in Ecclesia humilitate et patientia praecipuos, pauperes videlicet spiritu, quorum est regnum celorum Purpureus. autem cortex significat similitudinem passionis Christi, quam illi qui in vera humilitate fundantur, in corde semper retinere et imitari satagunt. Cinnamomum et ipsa brevis est arbuseula, sed mirae virtutis et odoris : ideoque perfectionem designat humilitatis<sup>2</sup> qua et per fistulam designatur. Fistula ergo et cinnamomum in Ecclesia sunt, cum sancti Dei humilitatem et patientiam et in corde veraciter retinent, et foris aliis ostendunt. Quod autem fistula rubicundum habet corticem, cinnamomum vero cyanum habet colorem, significat quod quanto plus sancti memorares sunt passionis Redemptoris sui, tanto in oculis suis viliores et despectiores sunt dicentes cum Abraham, Gen. xvii, 27 : *Loquar ad Dominum meum, quamvis sim pulvis et cinis.* Et cum Job. xlii, 6 : *Idcirco ipse me reprehendo, et ago patientiam in favilla et cinere.* Cum universis lignis Libani ceteris lignis pulchritudine ac proceritate et horro premaent : ideoque significant doctores, et perfectos quosque in Ecclesia de quibus superius dominus Ecclesiae dicitur adiudicata, dicente eadem Ecclesia (supra cap. 1) : *Ligna domorum nostrarum cedarina, laquearia cypressina :* quia videlicet sancti doctores prædicatione sua et exemplis Ecclesiam muniant. Cum fistula ergo et cinnamomo universa ligna Libani in horto<sup>3</sup> Ecclesiae memorantur : quia sive humiles et patientes, sive perfecti quique doctores, eamdem habent fidem in Ecclesia, et eadem beatitudinem expectant. *Myrrha et aloë cum omnibus*

<sup>1</sup> Al. : « hortum. »

<sup>2</sup> Al. : « humilitas. »

<sup>3</sup> Al. : « horreo. »

*primis unguentis.* Myrrha arbor est cuius succus stactem dicitur, tantæ virtutis ut quidquid ex eo tactum fuerit, ab omni putredine et vermis servetur illæsum. Aloe est suavissimi odoris arbor, adeo ut vice thymiamatis, altariibus adoleatur. Habet vero succum amarissimum, resistentem putredini et vermis. Hinc et in passione Domini Joan. xix, 39, Nicodemus detulisse dicitur : *myrræ et aloës quasi libras centun.* Per has ergo arbores designantur carnis continentia et castimonia : nam putredo luxuriam solet designare ; juxta quod Prophetæ de quibusdam dicit (Joel. i, 17) : *Computuerunt jumenta in stercore suo.* In horto ergo Ecclesiæ sunt myrrha et aloe, hoc est mentes castæ, et omnis corruptionis immunes, audientes ab Apostolo, Heb. xii, 14 : *Pacem sectamini cum omnibus, et castitionam, sive qui nemo videbit Deum Cum omnibus primis unguentis.* Prima unguenta quid melius quam caritas intelliguntur? De qua Apostolus dicit i Cor. xii, 31 : *Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Ac deinde (v. xii, 1) : Si lignis hominum loquar et Angelorum, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Post myrrham ergo et aloe, bene prima unguenta ponuntur : quia post carnis continentiam succedit vera caritas, qua Deus super omnia diligitur. Neque enim illi qui mundi dilectione tenentur, hoc est quod voluntatibus et illecebris adhuc delectantur, hujus caritatis participes esse possunt. *Fons hortorum, puteus aquarum rivantium que fluant impetu de Libano.* Fons hortorum ipsa est primitiva Ecclesia, que veritatis scientia hortos, idest Ecclesias per universum mundum disseminatas, irrigat. Ipsa est et puteus aquarum viventium : quia scientia veritatis, quæ est in Ecclesia, in quibusdam quasi fons est, ubi patet, in quibusdam quasi puteus, ubi latet, et ad liquidum percipi non potest. Num inter fontem et pitem hoc distat : quod fons est in imo, et in superficie terre ducitur : puteus vero semper est in imo. Ecclesia ergo et fons est, et puteus, quia mysteria Dei in quibusdam veluti fons facile capiuntur,

in quibusdam vero cum difficultate tamquam aqua ex puto extrahuntur. Aquæ autem viveentes, ipsa mysteria Scripturarum vocantur, quia in se celestes habent virtutem : et e contra cisterne vocantur, idest collectiones aquarum, dogmata haereticorum, de quibus Dominus per Prophetam Jer. ii, 13 : *Medereliquerunt fontem aquæ vivæ; et foderunt sibi cisternas dissipatas, que continere non valent aquas Quæ flunt impetu de Libano;* hoc est, manant de Ecclesia, quæ dealbata est et candidata baptimate, et bonis operibus : quod Libanus interpretatur. De hoc Libano, hoc est de Ecclesia, fluant, idest emanant aquæ doctrinarum cœlestium? et hoc cum impetu, idest cum magna virtute, quia omnia haereticorum segmenta destructionis et subvertuntur. Hinc et Psal. xlvi, 5 : *Fluminis impetus letificat civitatem Dei;* idest virtus divinorum eloquiorum. *Surge aquilo, et veni auster, perfla hortum meum, et fluent aromata illius.* Numeratis Ecclesiæ virtutibus sub nomine aromatum, sciens Dominus, qui est sponsus et redemptor Ecclesiæ, ipsam Ecclesiam persecutionibus esse multiplicandam, subsequenter ipse quodammodo jubet venire persecutionem, non praecipiendo, sed permittendo, *Surge, inquit, aquilo, et veni auster.* Per aquilonem et austrum, flats persecutionum et perturbationum intelliguntur contra Ecclesiam saevientum. Aquilo quidem frigidissimus ventus est ; auster calidus : et ideo per aquilonem terrores et mina designantur, per austrum blandimentorum decipulae figurantur : quibus duobus modis probatur Ecclesia, terroribus videlicet, et blandimentis. Quando autem dicit, *Surge aquilo, et veni auster,* non imperat malis, nec cogit eos ad mala facienda, sed permittit, et facultatem illis dat, ut possint saevire contra Ecclesiam, quatenus per illorum malitiam Ecclesia probetur, et illi gravius puniantur. Novit enim Dominus de malis hominum bona quedam facere. Sed et ipsam persecutionem in sua potestate habet, ut non tantum saeviant quantum volunt : unde scriptum est, Job xxvii, 25 : *Qui fecit ventis pondus : quia*

<sup>1</sup> Al. : e quod. a

videlicet statibus persecutionum modum impendit ; juxta quod Apostolus dicit : Cor. x, 13 : *Facit cum tentatione procen-tum ut possitis sustinere. Perfla, inquit horum meum, hoc est Ecclesiam meam,*

*et fluent aromata illus, hoc est fragran-tia virtutum, et odor honorum operum ex illa procedent. Quo enim acerbius Ec-clesia conteritur, eo majorem virtutum odorem ex se emitit.*

## CAPUT QUINTUM

*Veniat dilectus mens in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea sponsa. Messui myrrham meam cum aromaticis meis, comedi favum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo. Come-dite amici, et bibite, et inebriamini carissimi. Ego dormio, et cor meum vigilat. Vox dilecti mei pul-santis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea : quia caput meum plenum est rora, et cincinna mei guttis noctium. Expoliavi me tunica mea ; quomodo induas illa ? Lavi pedes meos ; quomodo inquinabo illos ? Dilectus mens misit manum suam per foramen, et venter mens intremuit ad tactum ejus. Surrexi ut aprirem dilecto meo. Manus mea stillaverunt myrrham, et digitii mei pleni myrrha probatissima. Pessulum hostii mei aperui dilecto meo ; at ille declinaverat atque transierat. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quasivi, et non inveni illum ; vocavi, et non respondit mihi. Invenerunt me custodes qui circumdeunt civitatem ; percurrent me, et vulneraverunt me : tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. Adiuro vos, filia Jerusalem, si invenieritis dilectum meum mihi, ut nuntiatis ei quia amore languo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, et pulcherrima mulierum ? Quis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos ? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. Caput ejus aurum optimum ; cornae ejus sicut elata palmarum, nigrae quasi corvus ; oculi ejus sicut columba super rivulos aquarum, quae lacte sunt lotae, et resident justa fluentia plenissima ; genae illius sicut areole aromatum consita a pigmentariis ; labia ejus lila distillantia myrrham primam ; manus illius tornatiles, aureae, plene hyacinthis ; venter ejus eburneus, distinctus sapphyris ; crura illius columnas marmoreas quae fundatae sunt super bases aereas ; species ejus ut Libani, electus ut cedri ; guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum ; quo declinavit dilectus tuus ? et queremus eum tecum.*

*Audiens Ecclesia persecutionem vocari, tamquam se præparans contra adversa di-cit : *Veniat dilectus meus in hortum suum hoc est, veniat Christus sponsus meus, quem toto corde diligo, ad Ecclesiam suam, ut comedat fructum pomorum suo-**

*rum ; idest, delectetur atque pascatur bo-nis operibus fidelium suorum : nam cibus Domini, bona nostra opera sunt ; sicut ipse fidem Samaritanorum vel gentium intuens, dixit Apostolis, Joan. iv, 32 : *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Veni in hortum meum, soror mea sponsa.* Desideranti Ecclesia ut ad se ve-niat sponsus, respondet se jam hoc fe-cisse : *Ego jam veni : nam non est impe-rativus veni, sed præteritum indicativi. O soror mea sponsa, jam ego veniam in hortum meum ; idest, jam visitavi Ecclesiam meam, et quotidie visito, et virtutum il-lius tamquam pomis pascor, atque odore fruor. Venio ad eam, ut errantes corri-gam, infirmantes roborem, dubios confir-mem, et perfectos quosque præmiis co-lestibus donem. Messui myrrham cum aromaticis meis.* Per myrrham designan-tur illi qui vitam martyrio finierunt, vel etiā carnem snam cum vitiis et concu-piscentiis mortificaverunt ; aromata vero sunt opera sanctarum virtutum bonæ opinioneis odoribus fragrantia. Mittit ergo Dominus myrrham eum aromaticis suis, quando sanctos martyres, vel reliquos electos bonis operibus insignes ab hac vita falce mortis præcedit, atque ad matru-ritatem bonorum operum perductos, in horreo<sup>1</sup> supernæ quietis recondit : *Co-medi favum meum cum melle meo, bibi vi-num meum cum lacte meo.* Per favum et vinum sancti predicatorum figurantur ; per mel vero et lac boni auditores. Favus enim predicatorum sunt, qui areana et intima Scripturarum mysteria quasi mella de favis producent, et prædicando aliis manifestant ; mel vero sunt boni au-*

<sup>1</sup> Al. : « horrea. »

ditores, qui dulcedinem verbi Dei attente percipere, eaque delectabiliter pasci student. Vinum sunt ipsi praedicatores, qui et favus, qui fortia queaque sacramenta Scripturarum annuntiant; lac vero sunt infirmi, qui et auditores, quibus aperta mysteria quasi lac parvulis convenient. Cum ergo horum omnium vita diversis modis et studiis agatur, horum tantum omnium bona intentione Redemptor delectatur et pascitur; et sic quasi favum cum melle comedit, et vinum cum lacte bibit. Possimus hoc etiam ad mortem electorum referre, quos Dominus comedit cum ad aeternam quietem vocal per mortem, et corpori suo, hoc est societati electorum, in illa jam celesti felicitate letantium conjungit. Quod si hoc non accipimus, in melle debemus eos accipere quorum animae jam celesti gloria levantur. In favo vero eos qui jam corpore et anima in illa beatitudine laudant Deum, et in illo gaudent perpetuo; quales sunt illi qui cum Domino surrexerunt. *Comedite amici, bibite et inebriamini carissimi.* Non solum Dominus profectu justorum gaudet, verum etiam nos hortatur, ut in illorum virtutibus gaudemus, et illos imitemur. *Comedite, inquit, amiri,* hoc est fideles mei, quia amici mei estis faciendo que jubeo: carissimi mei estis, perfecta me animi caritate diligendo. *Comedite, inquit, ergo et bibite;* id est, sanctorum bonis actibus congaudete, et illos vobis ad imitandum proponite. *Nostrandum vero, quod dicit, Bibite et inebriamini carissimi.* Ebrietas aliquando pro saturitate ponitur in Scripturis, sicut de fratribus Joseph scriptum est, Gen. xlii, 34: *Biberunt et inebriati sunt coram eo.* Et Ps. cxiv, 10: *Visitasti terram et inebriasti eam;* id est satiasti et replesti. Hora ergo nos ut non solum comedamus et bibamus, verum etiam saturemur: quia sunt qui comedunt, et non saturantur; hi videlicet qui verba Dei, corporis quidem ante percipiunt, sed opere adimplere contemnunt. At vero electi quique et comedunt et saturantur: quia videlicet predicationem divinam delectabiliter audiunt, internis sensibus

recondunt, et opere adimplere satagunt: de quibus Psalmista dicit, Psal. xxi, 27: *Edent pauperes et saturabuntur.* Si vero, ut superius dictum est, de morte sanctorum hoc acceperimus, amici et carissimi Angelici spiritus intelliguntur quos jubet Dominus congratulari electis suis, cum ab hac vita ad aeternae beatitudinis requiem transferuntur: juxta quod in Evangelii parabola legitur Luec xv, 9: *Congratulamini mihi, quia inceni oven meum que prierat. Ego dormio, et cor meum vigilat.* Vox Ecclesiae: *Ego dormio,* quia aliquantula pace largiente sposo meo requiesco; nec tales patior pressuras quales primitiva Ecclesia: et ideo *cor meum vigilat*, quia securius concessa mihi pace, amore sponso meo<sup>2</sup> inharet, et ad illum oculis cordis mei intendo. Sed quia hoc tempus non est requie, sed potius laboris et certaminis, rursus sponsus Ecclesiam suam ad labores excitat, et ad praedicationis certamen hortatur. *Vox dilecti mei pulsantis.* Pulsat dilectus, cum Christus fideles suos ad profectum virtutum hortatur; sive pulsat, cum eos admonet, ut proximos pradicando inercent. Est et tertia pulsatio, qua pulsat Dominus electos suos, cum per agrititudinis molestias esse mortem vicinam designat. De qua pulsatione in Evangelio dicitur Luce xii, 36: *Ut cum venerit et pulsaverit, confestim appearant ei.* Sed hoc loco pulsare dicitur, hoc est Ecclesiam ad opus prædicationis instigare. *Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* *Aperi mihi, soror mea.* Soror, quia coheres regni mei facta: *amica mea,* quia de jego servitutis liberata, arcana veritatis meae cognovisti: *columba mea,* quia spiritus mei dote sanctificatea: *immaculata mea,* quia effusione mei sanguinis ab omni peccatorum macula et nayo purgata es: *aperi mihi;* hoc est, de quiete et otio dilecta tibi contemplationis egredere ad opus prædicationis. *Quia caput meum plenum est rorare, et cincim mihi guttas nocturna.* Caput Christi ut Apostolus dicit 1 Cor. xi, 3: *Deus est;* cincim vero sunt intimae cogitationes

<sup>1</sup> Al.: « anima celesti. »

<sup>2</sup> Al.: « sponsus meus. »

sanctorum, quae non laxae et dissolutae flunt, sed vinculo timoris et amoris Dei colliguntur. Ros vero et guttae nocturna hoc loco tenebrosas et intidelitatem plena frigidasque mentes significant. Caput ergo sponsi plenum est ror, cum saecularis quique saeculi amore a caritate torpescunt; juxta quod Dominus, Matth. xxiv. 12, dicit: *Abundante iniquitate, refugeset caritas.* Et cum tales sanctos Dei coelestia meditantes persequuntur et odiunt, quasi cincinati sponsi pleni sunt guttis noctium. Cum ergo tales multipli-  
cantur et gravant Ecclesiam, tunc spon-  
sus admonet sponsam suam ut surgat,  
et operi prædicationis insistat. *Explavi  
me tunica mea; quomodo induar illa?*  
Provocata Ecclesia a sponso suo ad offi-  
cium prædicationis respondet: *Explavi  
me tunica mea; quomodo induar illa?* Exui, inquit, me curie et occupati-  
onibus istis saeculi, sine quibus officium  
prædicationis aut vix aut nullaten-  
nus agitur: et quomodo fieri potest ut  
ad ea quae deserui iterum revertar? Nam  
qui se ad officium prædicationis susci-  
piendum aptat, debet quæque temporalia  
subditis providere, quae sine magna solli-  
cititudine agi non possunt. Quod autem  
tunica sollicitudines et curas saeculi signi-  
ficit, Dominus ostendit dicens in Evan-  
gelio Matth. xxiv, 17: *Et qui in teo-  
est, non descendat tollere tunicam suam;*  
quod est aperte dicere: qui in sublimi  
contemplatione aree consistit, non des-  
cendant et iterum occupationibus saeculi  
implicetur. Timet ergo Ecclesia, vel ani-  
ma quæque sancta, haec tunica exuens  
in contemplatione sui Conditoris requi-  
escens, iterum illam indui, et saeculari-  
bus negotiis occupari. *Lavi pedes mros;  
quomodo inquinabo illos?* *Lavi podes  
meos;* hoc est, actiones quibus pulve-  
rem tangere, hoc est terrena agere con-  
sueveram, dignis penitentiae fletibus  
ablui, adeo ut nihil nunc nisi divina me  
libeat meditari: *quomodo inquinabo illos?*  
id est, quomodo potest fieri ut iterum ad  
cogitanda terrena et caduca redeam,  
que nunc exoccupato et libero corde,  
divino fruor contiuu! *Dilectus meus mi-*

*sit manum suam per foramen; et venter  
meus intremuit ad tactum ejus.* Dilectus  
manum per foramen mittit, et ventrem  
tangit, cum interna Conditor inspiratio-  
ne visitat eor, et ad profectum virtutum  
accedit, sive etiam cum nos ad memori-  
arium operum suorum revocat, ut cogite-  
mus quia, cum esset Deus, homo pro no-  
bis fieri dignatus est, ut terrena nostra  
suscipiens, coelestes nos faceret, et mor-  
iriendo pro nobis, vitam æternam nobis  
daret. Quod cum sit, venter intremet:  
quia cum talia cogitare incipimus, cor-  
dis nostri arcana se concipiunt, dum stu-  
pere incipimus quanta dignatione hæc  
Conditor pro nobis agere dignatus est.  
Nam quod venter eor signifieet, ostendit  
Propheta dicens Jer. iv, 19: *Ventrem  
meum dolco.* Quod quid esset, ostendit  
subdens: *Sensus cordis mei dissipati sunt.*  
*Surrexi ut operarem dilecto meo.* Aperi-  
mus dilecto, non solum cum adventum  
ejus per caritatem suscipimus<sup>1</sup>, verum  
etiam cum aliis prædicamus; et eos qui  
per malitiam pectus clauerant, nostra  
prædicatione e converso facimus, ut ipsi  
quoque januam cordis Christo aperiant.  
Bene autem primo dicitur, *Surrexi*, de-  
inde, *Ut aperirem*: qui enim prædicando  
aliorum corda Christo vult aperire, prius  
debet surgere; hoc est, ad studia bonorum  
operum erigi, et opere implere quod  
prædicat; ne forte cum aliis prædicaver-  
it, ipse reprobus efficiatur. Hinc et Lucas  
de Domino dicit, Act, i, 4: *Quo cor  
puit Jesus facere et docere.* Prius dicit<sup>2</sup>  
Facere, deinde, Docere. *Manus mev sti-  
laverunt myrrham, et digitæ mei plni  
myrrha probatissima.* Per manus, quibus  
operamur, ipsa operatio designatur, per  
digitos vero discretio operationis; quia in  
nullo membro tanta sunt distinctio-  
nes articulorum, quantæ in digitis. Ma-  
nus Ecclesiae myrrham distillant, cum  
prædicatores ejus, continentiae et mortifi-  
cationi carnis suæ operam dant, dicen-  
tes cum Apostolo, I Corinth. ix, 27: *Ca-  
stigo corpus meum, et in servitutem redigo:*  
sive cum pro Christo mori parati sunt:  
sic ut Joannes dicit Ep. I cap. iii, 16:  
*Si Christus pro nobis animam posuit vel*

<sup>1</sup> Al. : « suspicimus. »

<sup>2</sup> Al. : « dixit. »

*mortuus est, et nos debemus pro fratribus animas ponere.* Digiti vero sunt pleni myrrha probatissima, cum ipsum opus mortificationis subtiliter discernimus, utrum pro spe vel intuitu supernae mercedis sit, an pro saeculi laudibus : qui enim pro humanis favoribus jejunal, vel abstinentiae sive continentiae operibus insistit, in manibus quidem myrrham habet, sed in digitis non habet : quia non discernit quare hoc faciat; de qualibus Dominus dicit, Matth. vi, 16 : *Recepserunt mercedem suam.* Sive manus sponsa distillant myrram, cum operarii sanctae Ecclesiae, castimoniae et continentiae scipsos aptant. *Pessulum hostii mei aperni dilecto meo;* at ille declinaverat, atque transierat. Pessulum ostii aperit, cum Ecclesia, vel fidelis quaque anima, cor advenienti Conditori preparat. At<sup>1</sup> ille declinaverat atque transierat. Plerumque enim dum subtilia quaque tractare volumus, quanto subtilius intendimus, tanto acies cordis reverberatur. Unde Salomon dixit, Eccl. vii, 24 : *Sapiens officiar;* et ipsa longius recessit a me. Et Psal. lxiu, 8 : *Accedet homo ad cor altum;* et exaltabitur Deus. Quanto enim quisque ad contemplationem divinam purificatione carnis cor sustollit, tanto altius quod quarebat esse invenit. Dicit ergo ; *At ille declinaverat, atque transierat;* quia nemo in praesenti vita eum sicuti est comprehendere potest<sup>2</sup>. *Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est.* Quanto, inquit, vicinius aduentum sponsi mei persensi ad tactum secrete inspirationis, tanto magis quidquid in me erat frigidum incaluit, ita ut nihil mihi libeat jam nisi lacrymis resolvi. Loquitur enim sponsus interna sui inspiratione, cum Christus sanctam uiam inspirat, eique celeste desiderium suggestit. Et ita eo loquente liquebit : quia quo magis caelestibus afflat desideriis, eo amplius terrenis emoritur, et quasi insensibilis mundo efficitur, soluunque desiderio colesti vivit. Hoc est etiam quod per Prophetam Dominus dicit Isai. xliu, 19 : *Quis cœvus nisi servus mens?* Quis

*surdus nisi ad quem causam per nuntios meos misi?* *Quiesci illum, et non inveni.* Ingeminat iterum causam doloris sui. *Quiesci illum, et non inveni;* vocari illum, et non respondit mihi. Omnibus quidem se pie querentibus semper adest Dominus, se invocantibus respondet, idest ad salutem exaudit ; sed plerumque fidelem auinam et ad se venire desiderantem non exaudit, ad hoc ut ita se in praesenti ostendat sicut se in futurum ostensum promisit. Vel etiam non respondet, idest non exaudit, ad hoc ut ad libitum suum sanctus quisque vinculus corporis exnatur, et liberis amplexibus sponsi sui demuleatur. Nam quando Apostolus dicebat, Phil. i, 23 : *Cupio dissolvi, et esse cum Christo;* quasi quarebat inharrere spono suo, et vocabat illum desiderio mentis ; sed non respondebat illi, quia non statim de corpore eum liberabat, sed adhuc laboribus exercere et utilitatibus Ecclesiae insudare permittebat. *Invenient me custodes qui circumneant civitatem;* percutserunt me, vulneraverunt me : tulerunt mihi pallium meum custodes murorum. Vigiles qui custodiunt civitatem, sancti sunt doctores, qui caritate Dei ipsam Ecclesiam<sup>3</sup> circumneunt, per vigilem ejus curam habentes, quo illam et ab adversariis tueantur, et verbo suo, vel exemplo ad celestia desideranda ascendunt. Inveniunt ergo sponsam dilectionem quarentem, cum sancti doctores animam caelestibus desideriis intentam, vel praesentes verbo, vel absentes scriptis suis instituunt et informant. *Percutserunt me,* inquit, *et vulneraverunt.* Verbum Dei gladius est, dicente Apostolo. Heb. iv, 12 : *Virus est sermo Dei et officiar,* et penetrabilior omni gladio accipi. pertingens usque ad divisionem anime. Hoc gladio sponsa percutebit et vulneratur, quando prædictoris sermo de Deo loquitur, et auditoris mentem veluti quodam spiculo compunctionis, et amoris transfodit. *Tulerunt mihi pallium meum*, hoc pallium, quod superius tunica intellegitur, ubi dicitur. *Spoliari me tunica mea,* tegmen videlicet saecularium desi-

<sup>1</sup> Al. : a el. \*

<sup>2</sup> Al. : a quia in praesenti vita eum sicuti est, comprehendere non potest. \*

<sup>3</sup> Al. : a caritatem Dei, idest Ecclesiam

<sup>3</sup> Al. : a hoc. \*

deriorum, quod custodes auferunt : quia quod de amore praesentis saeculi in mente aliquius sancti remansit, totum sancti doctores auferunt, et ea' solimmodo Christum diligere faciunt. Hi tales possunt dicere cum Apostolo, Gal. vi, 14 : *Mihi nunulus crucifixus est, et ego mundo, Custodes murorum. Muri civitatis sunt doctores Ecclesiae.* Custodes ergo murorum illi sunt qui etiam illos instrunt qui alii predicare possunt. Qualis erat Paulus qui Timothem et Titum, muros utique hujus civitatis, instruebat et custodiebat ; hoc est exhortabatur ad perfectionem boni operis. *Adjuro vos, filie Jerusalem, si inceneritis dilectum meum, ut annuntietis ei quia amore languo.* Filiae Jerusalem sunt animar fideles, quae vel adhuc in praesenti peregrinantur, vel etiam Christo fruuntur, idest filiae superna illius civitatis in qua est superna pax et felicitas divinae contemplationis. Sed hoc loco filias Jerusalem animas debemus accipere Deum desiderantes, sed adhuc in hac peregrinatione versantes. Adjurat ergo sponsa filias Jerusalem, ut nuntient sponso quia amore languet : tunc enim anima fidelis amore languet cum fideles alios desiderantes Deum, pro se deprecatur ut suum desiderium Christo insinuant, eique nuntient suo amore illam teneri. Bene autem se amore languere dicit : quando enim superna desiderare coperit, tanta magis erga eaque mundi sunt infirmatur et languescit. Nec mirum si tales languore dicuntur, cum Apostolus, Col. iii, 3, eos mortuos dicat, *Mortui inquiens estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Ita ergo adjuranti sponsae, respondent filiae Jerusalem : *O pulcherrima mulierum, qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos?* Hoc tunc sit, quando quis fidelis fratrem fidelem alloquitur, et invicem sibi coelestium desideriorum verba suggesterunt, quibus se ad supernorum amorem accendant. Indica mihi, inquit, tanquam desideranti, et jam ad visionem Conditoris mei venire cupienti, qualis est dilectus tuus, idest qualiter Christus amari debeat. Jamdudum, inquit, illum

timeri copi : sed jam caritate timorem expellente, opto audire verba quibus ad amorem illius accendar. Tu ergo, quae illum jam amore queris, ejusque amore langues, dic mihi *qualis est dilectus tuus ex dilecto.* Dilectus ex dilecto, filius est ex patre, sicut est Deus ex Deo, lumen de lumine. Vel etiam dilectus ex dilecto est Christus, ex ea parte videlicet qua diligendus est, non ex ea qua timendus : nam timere minus perfectorum est, quos timor a peccatis revocat : amare vero jam perfectorum est. Interrogat ergo qualis sit dilectus ex dilecto, id est qualiter Christus amari debeat, vel qualis sit erga illos qui illum tantum amare noverunt : *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus.* Vox respondentis Ecclesiae : *Dilectus meus candidus, virginitate, rubicundus passio :* *Candidus,* quia sine peccato natus est, et sine peccato est conversatus : *peccatum enim non fecit, nec dolus inventus est in eo :* I Pet. ii, 22, *rubicundus,* quia *lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.* Apocalyp. i, 5 : *Electus ex millibus.* Singulari enim gratia homo Christus in humani generis massa resulxit : quia per illum proposuit Deus salvare genus humanum, et ipse est I Tim. ii, 5 : *mediator Dei et hominum Jesus Christus.* De quo Psalm. xiii, 1 : *Non est qui faciat bonum, non est usque ad eum.* Et Salomon, Eccl. viii, 29 : *Virum de mille unum reperi,* idest Christum. Et ipse in Ps. cxl, 10 : *Singulariter sum ego, donec transeam.* Electus ergo ex millibus, quia solus ex multitudo sanctorum dignus fuit audire, Matth. iii, 17 : *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Caput ejus aurum optimum. Caput sponsi Deus est, juxta quod Apost. dicit I Cor. xi, 3 : *Caput Christi Deus;* qui auro optimo comparatur, quia sicut aurum omnibus metallis est pretiosus, ita omnipotens Deus omnibus a se factis bonis praecepsit et supereminet. Unde Dominus, Marc. x, 48 : *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Caput ergo sponsi aurum optimum est, quia Dei bonitas ineffabilis est, omnium rerum bonitatem transcendens : quia nihil bonum

<sup>1</sup> Al. : a eam. »

nisi participatione hujus summi boni. *Comæ ejus sicut elatae palmarum, nigrae quasi corvus.* Comæ sponsi sunt multitudines fidelium per<sup>1</sup> fidem et dilectionem Deo adhaerentes, quæ elatis palmarum comparantur. Dicamus juxta litteram de elatis palmarum. Elatae palmarum sunt rami proiectiores<sup>2</sup> et excellentiores, interdum aureo colore crispantes, et et semper ad excelsa tendentes, et numquam viorem suum amittentes. Tales ergo dicit comas sponsi sui, crispas videbet et rutilas. Nonnulli dicunt elatas palmarum speciem esse arboris aromaticæ, quam Latini abietem sive spatan vocant; nam Graeci abies, elates dicitur. Est autem haec species apta conficiendis unguentis. Abietem vero hic non magnam illam arborem quæ est navigis vel domibus apta; sed, ut diximus, speciem aromaticæ arboris debemus accipere. Haec juxta litteram de elatis palmarum. Comæ ergo sponsi elatis palmarum comparantur, quia fidelium multitudines et virore fidei gaudent, et ad aeternam præmia desideranda extolluntur, atque supernæ suavitatis dulcedinem degustant: quan quando magis percipiunt, tanto amplius in oculis suis peccatores sibi et contemptibiles esse videntur: unde sequitur: *Nigrae quasi corvus.* Comæ enim sponsi nigrae sunt quasi corvus, quia fidelium multitudines sua fragilitatis conscientia sunt, et nihil se boni ex scipsis habero noverunt. Vel etiam elatae palmarum sunt in spe et Victoria. Nigrae vero quasi corvus, quia despecti et contemptibiles sunt pressuris hujus sæculi. Elate palmarum sunt sancti, qui per gratiam Dei ad celestis Victoria palnum tendunt. Nigrae vero quasi corvus, quia per se infirmos et peccatores se esse cognoscunt. Possunt etiam comæ sponsi angelicas virtutes accipi, quæ Deo specialiter inherent, sicut comæ capiti, eunque et vicino contemplantur; quæ bene elatis psalmarum comparantur, quia minquam a statu sui rectitudine inclinatur, sed in dignitate officii sui immaenlate permanent: quæ quanto magis charitatem sui Conditoris contemplantur in eo, quam

vile sit omne creatum in ejus comparatione aspicinnt: et ideo quasi corvus nigrae esse dicuntur, *Oculi ejus sicut columbae super rivos aquarum, quæ lacte sunt lotræ.* Oculi sponsi sunt dona Spiritus sancti; quod ostendit Joannes in Apoc. v, 6, dicens: *Vidi agnum tanquam occisum, habentem cornua septem et oculos septem; qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.* Unde bene columbis super rivos aquarum comparantur, quia Spiritus sanctus puris et sinceris mentibus delectatur: non enim super stagna vel paludes, sed super rivos aquarum columbae resident, quia Spiritus sanctus castas et mundas mentes, ut dictum est, sibi habitaculum facit. *Quæ loco sunt lotræ.* Lactis nomine gratia dei intelligitur, quæ per Scriptum sanctum Ecclesia tribuitur, et quæ, veluti lacte parvuli, ita Ecclesia nutritur. Possimus et per oculos sponsi, doctores accipere: qui columbis comparantur propter innocentiam et simplicitatem. Haec columbae super rivos aquarum resident, quia sancti doctores fluentis divinarum Scripturarum immorantur. Columbae super rivulos aquarum resident, ut adventum acceptris a longe prospiciant, et praecaveant: sic et sancti doctores aqua baptismatis perfusi, nitore castitatis et sanctimoniae dealbati, resident juxta fluenta plenissima, hoc est juxta Scripturarum exuberantem scientiam. Si quid vero putamus distare inter rivulos et fluenta plenissima, dicendum est, per rivulos veteris testamenti Scripturas exprimi, per fluenta plenissima copiosam sancti Evangelii doctrinam designari. Iste ergo columbae et super rivulos aquarum sunt, et juxta fluenta plenissima resident: quia sancti doctores assidue tam veteris testamenti quam novi mysteria perscrutantur. *Genæ illius sicut oreolu aromatum consistit a pigneturie.* Genæ sponsi modestia Christi pietas vel severitas, sive habitus vultus illius accipitur. Nam in genis viri laetitia vel modestia: severitas quoque et pietas comprehenditur. Ideoque in genis sponsi Redemptoris nostri istius habitus vultus accipitur. Genæ illius

<sup>1</sup> Al. : & propter. — <sup>2</sup> Al. : & productiores. —

<sup>3</sup> Al. : & modestia.

erant cum exultaret in spiritu, ut Evangelium dicit Matth. xi, vel cum fleret super mortuum Lazarum: Joan. xi, vel cum doleret super peritum Jerusalem. Luc. xix, et plura id genus. Haec ergo genae sponsi areolis aromatum comparantur; sicut enim areole aromatum optime composita et ordinata aspectum intuitum delectant, eisque odorem sumi propinuant; ita Christi mansuetudo et absentes fama, et prasentes re ipsa delectabat, et ad sui dilectionem provocabat. Haec ergo areolea a pigmentariis conditae sunt. Pigmentarii sunt Prophetæ vel Apostoli, quorum alteri futura omnia, alteri jam facta descripserunt. *Labia ejus lilia distillania myrrham primam.* Per labia sponsi, verba Domini Jesu Christi accipiuntur, quæ liliis comparantur, quia caudoris aëterni præmia annuntiant. Distillant myrrham primam, quia per carnis mortificationem ad hæc pervenientum docent. Vel etiam liliis labia Domini comparantur, quia castitatis ac munditiae opera docent. Distillant myrrham primam, quia quæcumque adversa patienter perforenda insinuantur. Labia Domini lilia erant, cum docens in monte diceret, Matth. v, 3: *Beati pauperes spiritu.... beati mites.... heati misericordes.... heati mundo corde.* Distillabant myrrham primam, cum post hæc subiungeret. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Manus illius tornatiles, aureæ plena hyacinthis. In manibus sponsi operatio Salvatoris exprimitur. Sicut enim quis facile torno operatur, nec regula ulla indiget, sic operatio redemptori facilis erat; quidquid enim volebat, illico perficiebat: quia dixit et facta sunt Psalm. xxxii, 9, et de quo Evangelista dixit Matth.: *Erat quasi in potestate habens sermonem.* Aureæ autem erant, quia operatio illius, divinitatis peragebatur potentia. Nam in auro divinitas figuratur: quia sicut aurum celera metallæ antecedit et pretiosus est: ita divinitas omnibus suis operibus ineffabil modo cunctorum studia et operationes præcellit. *Plena hyacinthis.* Hyacinthus lapis est aërii coloris. Quid ergo in hyacinthinis manibus nisi spes et desiderium celeste accipitur? Et manus

Domini plæna sunt hyacinthis, quia omnis ejus operatio nos ad spem et desiderium supernorum excitat. Hyacinthus etiam est flos aromaticus coloris purpurei, bonique odoris. Manus Domini plæna sunt hyacinthis, quia in cruce clavis perforata, et rubore sui sanguinis, quasi colore purpureo respersæ sunt. Sed superior expositio de hyacinthro lapide melius hic convenit; quoniam in alia translatione etiam lapis habetur, diciture nim: *Manus ejus tornatiles plena sunt tharsis.* Tharsis autem lapis est quem nos chrysolum dicimus. *Venter ejus eburneus, distinctus sapphyris.* In membris humani corporis nihil ventre fragilius, nihil tenerius; ideoque per ventrem fragilitas humanitatis assumpta in Christo accipitur. Ebor autem est os elephantis, quod animal dicunt esse castissimum, et natura frigidissimum: unde et a dracone, qui calidae naturæ est vehementer appetitur Venter ergo sponsi eburneus est, quia assumpta humanitas Redemptoris, nullam corruptionem, nullam labem admisit: *Peccatum enim non fecit, nec dotus inventus est in eo ulla* I Pet. ii, 22: Fragilitatem quidem carnis assumpsit, sed tamen totius peccati immunis fuit; sicut serpens aeneus, qui a Moyse in deserto exaltatus fuerat Joan. iii, figuram quidem serpentis habuit, sed malitia veneni caruit. *Distinctus sapphyris.* Sapphyrus lapis est, cæli serenii habens colorem: unde in visione Domini dicitur Exod. xxiv, 10: *Est sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphyri, et quasi cælum cum serenum est.* Per sapphyros ergo opera divinae majestatis intelliguntur, quæ in carne perficiebat. Venter ergo sponsi distinctus erat sapphyris, quia humanitas Christi celestibus virtutibus resulgebat. Nec plenus dicitur esse sapphyris, sed distinctus, ita videlicet ut inter sapphyros, appareat eboris candor: quia sic Dominus operabatur ea quæ erant humanitatis, ut non relinqueret ea quæ erant divinitatis: distincta est enim operatio in Christo divinitatis: nam quod esuriebat, quod flebat, quod lassabatur, quod ad ultimum crucifixi et mori poterat humanitatis opera erant; quod vero mortuos suscitabat, quod omnibus insir-

mitatibus succurebat, quod scipsum a mortuis resuscitabat, evidentissima erant divinitatis opera. *Crura illius columnæ marmoreæ.* Crura sponsi itinera sunt Salvatoris, quibus homo fieri, et ad nos venire dignatus est : quia recte columnæ marmoreis comparantur, quia nihil marmore fortius, nihil columna rectius. Et crura sponsi columnæ marmoræ sunt, quia omnia itinera Dei et fortia et recta sunt. De fortitudine dicit Psal. xviii, 6 : *Exultavit ut gigas ad currendam viam.* De rectitudine alibi Psalm. x, 8 : *Justus Dominus et justitiam dilexit, aquitatem vidit vultus ejus.* Psalm. xxiv, 10 : *Universæ viæ Domini misericordia et veritas. Quæ fundata sunt super bases aureas.* Ilæ crura super bases aureas fundata esse dicit, quia omnia quæ per Christum vel in Christo agenda erant, divinitatis consilio ante mundi constitutionem præordinata et præfinita sunt. Aurum enim, quod, ut sœpe dictum est, pretiosius est ceteris metallis, divini consilii sincerissimum secretum significat. De basibus ergo aureis columnas marmoreæ procedunt, quia ab initio sæculi ordinata est incarnationis, nativitas, passio et surrexatio, ceteraque mysteria Salvatoris, quibus humatum genus redimeretur : unde Propheta laudans Dominum dicebat *Domine Deus meus, honorificabo te, laudem dicam nomini tuo, qui facis mirabiles res : consilium tuum verum fiet.* Species ejus ut Libani, electus ut cedri. Libanus Phoenicie est mons, terminus Judeæ contra septentrionem, et est excelsior ceteris montibus. Arbores etiam illius montis et proceritate et specie ac rohore, ceterarum sylvarum ligna præcellunt. Sicut, inquit, Libanus ceteris montibus Judææ terra præcelsior ita Redemptor noster speciosior est omnibus electis : quia, *speciosus forma pro filiis hominum* Psal. xlv, 3. Et sicut cedrus pulchrior et præcelsior est ceteris arboribus ; ita ille gratia et dignitate omnes ab initio sæculi præcellit. *Guttur illius suuissimum, te totus desiderabilis.* Superius per labia sponsi verba ejus intellecta sunt. Nunc per guttur, ipsorum verborum interior dulcedo signileatur,

qua<sup>1</sup> intellectus noster satiatur ; et ad quam percipiendam invitabat Psal. xxxix, 9, dicens : *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus.* Et multi quidem verba Domini facile intelligere possunt ; sed pauci sunt qui dulcedinem illorum valent penetrare, hoc est qui præcepta Domini ex amore et desiderio studeant adimplere. *Et totus desiderabilis* ; ac si diceret : Quid per singula ejus membra describendo immoror ? Totus est desiderabilis sponsus meus. Totus, inquit, quia perfectus Deus, perfectus homo. Totus ergo desiderabilis est : quia Angelos et electos quoque ad suum desiderium accendit : juxta quod Apostolus dicit I pet. 1, 12 : *In quem desiderabant Angeli prospicere.* Et quanto<sup>2</sup> vicinus aspicitur, tanto majori affectu ad se aspiciendum desiderium provocat intentum. *Talis est dilectus natus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem.* Dilectus, quia per fidem et caritatem illi inhæreo ; amiens vero, quia me de vinculo peccati redemptam, amicam suam et secretorum suorum consciac facere dignatus est. Quem quanto quisque plus diligit, tanto amicitia ejus dignus est. *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* Vox est filiarum Jerusalem, idest Ecclesiarum, sive etiam animarum sanctarum. Nam sponsa Christi est Ecclesia : filia vero Jerusalem, ipsa Ecclesia est quæ ex singulis fidelium animabus constat. Aint ergo : *Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum; quo declinavit dilectus tuus? et querremus eum tecum.* Adjuraverat enim ipsa sponsa superius filias Jerusalem, ut nuntiarent sponso quod amore ejus langueret. Interrogaverant haec eadem illie Jerusalem, qualis esset sponsus ; et illa consequenter formam sui sponsi exposuerat. Nunc interrogant ipsar illie Jerusalem, quo abiit sponsus ille, ut querant eum cum ea. Hoc faciunt sanctæ animæ quando adinvicem de aeterna salute colloquuntur flagrantes amore Christi, et ejus aspectum desiderantes ; sive cum diligenter investigant in quorum maxime cordibus Christus requiescat, ut corum exemplo et conversatione adflecentur. Notandum autem, quod

<sup>1</sup> Al. : « quia. »

<sup>2</sup> Al. : « quanto quod. »

dicitur : *Quo abiit vel quo declinavit dilectus tuus!* Quasi enim ad tempus declinet dum querit ut ad maius desiderium ad se sequendum nos exciteat. Ad hoc enim plerumque differunt vota et orationes sanctorum ut ardenter eum desiderare incipiunt. Sic ut quondam Mariae se querenti non statim se ostendit, sed in

specie hortulanii apparet, tandem quod ipse esset qui querebatur apernit. Examinit ergo semper Dominus electos suos : sed tamen quasi declinat, cum non statim postulata concedit. Bene autem dicitur : *Queremus eum tecum :* nam qui sine Ecclesia Christum querit, errare potest, proficere non potest.

## C A P U T S E X T U M

*Dilectus meus descendit in hortum : summum ad areolam aromatum, ut ibi pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo, et dilectus mens mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut gressus ovium que ascenderunt de lavaero ; omnes gemellis fetibus, et sterilis non est in eis. Sicut cortex malii punicei, sic genae tuae, absque occultis tuis. Sexagiusta sunt reginae, et octoginta concubinae ; et adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suae, electa genitricis sue. Viderunt eam filiae Sion, et beatissimum praedicaverunt, regine et concubinae landaverunt eam. Quae est ista quae progradientur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata ? Descendi in hortum unicum, ut viderem pomum convallium, et inspicere si florisset vinea, et germinasset mala punicea. Nescivi. Anima mea conturbavit me propter quadrigas Amanadah. Revertente, revertente, Sunnmitis, revertente revertere, ut intueamur te.*

Jam supra diximus quis sit hortus Christi ; sancta videlicet Ecclesia, de qua supra dictum est cap. iv, *Hortus conclusus soror mea sponsa. Descendit*, inquit, Christus in hortum suum, hoc est quem ipse præparavit et excoluit, quem virtutum germinibus consevit, quem muro suæ custodiæ ab incurso malignorum spirituum defendit. Et bene in hortum suum descendisse dicitur : nam in horto sepeliri voluit, ot primum Maria Magdalene in horto apparuit Joan. xix et xx, ibique quodammodo primitias Ecclesiae consecravit. Descendisse ergo dicitur, quasi de superioribus et de cœlestibus sedibus in hortum quem in humili loco plantavit, ut hortus, idest Ecclesia sua dicit, quæ est

ista quæ descendit per desertum ? *Ad areolam, inquit, aromatum.* Per areolam anima cuiusque fidelis intelligitur, quæ disciplina cœlesti exultat, et diligenter composita, ac laterum parilitate exquadrata est. Sed ad hoc ipse descendit, *ut pascatur*, inquit, in hortis ; idest, ut piis sanctorum laboribus delectetur. Ipse enim bonis nostris pascitur intantum ut in paupere ipse resuscitatur, *Et lilia colligat* ; hoc est, ut sanctas animas virtutis maturitate ad perfectum candorem perductas, de hoc mundo ad se colligat, et secum in æterna beatitudine gaudere faciat. Lilia enim sanctæ sunt animæ, virtutum studiis et bonis operibus candidatae ; *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Ego dilecto meo, et subauditur gratiam passionis<sup>2</sup> præparo ; et dilectus meus mihi* ; subauditur, gratiam perfectionis vel præmium vitæ æterne remunerationis præstabit. Sive *ego dilecto meo*, in meipsa mansionem præstabo ; et *dilectus meus mihi* : quia ipse in me habitat, et me in se habitare facit ; sic ut ipse in Evangelio dicit Joan. xv : *Ego in vobis, et vos in me. Pulchra es amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem.* Quærebatur Ecclesia sponsum suum tamquam absentem ; sed ille, ut se semper præsentem ostenderet, eique de se colloquenti seque desideranti semper adesse demonstraret, cito respondit : *Pulchra es, amica mea, et decora sicut Jerusalem. Pulchra es, quia maculam et rugam peccati non habes, sed omni nitore virtutum vernas, amica mea, idest Ecclesia, vel anima quæque fidelis.*

<sup>1</sup> A . : *ego dilecto meo, et dilectus meus mihi.*

<sup>2</sup> Al. : « passionem. »

*Suavis et decora sicut Jerusalem.* Jersusalem, quæ visio pacis interpretatur, illam supernam civitatem designat, in qua est vera pax et felicitas: quia ibi sic gaudent sancti de munere, ut non sit quod doleant de corruptione. Ergo Ecclesia quæ adhuc in terris est, vel anima quæque fidelis, ad similitudinem illius Jersalem *suavis* est et *decora*, quia illam pacem in quantum potest imitatur. *Terribilis ut castrorum acies ordinata.* Terribilis est Ecclesia malignis spiritibus, et est ornata sicut castrorum acies, cum videlicet unusquisque fidelis ordinem suum et vocacionem recte custodit. Tres enim sunt Ecclesiæ ordines; doctorum, continentium et conjugatorum; quæ acies<sup>1</sup> in tribus viris demonstrata est, Noe, Daniel et Job. Noe enim qui inter fluctus arcem rexit, sanctos doctores significat; Daniel cælestes et castus, continentium; Job, qui uxorem habuit et filios, ordinem conjugatorum exprimit. Ergo sancta Ecclesia ordinata est sicut acies castrorum, quia uniususcumque ordo Ecclesiæ velut in acie contra hostem malignorum spiritum consistit. Sancti doctores, dum<sup>2</sup> prædicationis et doctrinae operam impendunt. Continentes, dum quæ mundi sunt contententes, tantum quæ Dei sunt cogitant, et liberi a terrenis cogitationibus, mente solum Deo vacant. Conjugati, dum eleemosynis<sup>3</sup> et ceteris actualis vita bonis operibus insistunt, sieque utuntur mundo ut quae Dei sunt non deserant. Hæc ergo ordinatissima dispositio Ecclesiæ terribilis est immundis spiritibus, velut acies castrorum ordinata ad bellum, quia imperium suum et potestatem proferre non cessat usque ad terminos totius orbis. Sive *terribilis* est *ut castrorum acies ordinata*: quia si unitate caritatis conexa est et conjuncta ut nulla ab hostibus peste discordie possit penetrari: nihil enim sic terret malignos quomodo caritas. *Averte oculos tuos a me,* quia ipsi me avolare fecerunt; et si dicaret: Ego quidem dedi tibi oculos columbinos, quibus me intueri, et arcana Scripturarum penetrare valeres; sed cave ne illos ad me videndum intendere velis;

quia dum in presenti vivis, non potes. *Non enim videbit me homo, et rict.* Exod. xxxiii, 20. Cum autem vinculis carnis absoluta ad me perveneris, tunc me aperta visione videbis, et implebitur quod in Evangelio reprobmittitur Joau. xiv, 21: *Qui diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum.* Quod autem dicit, *Quia ipsi me avolare fecerunt*, non est putandum quod querentes se deserat, et ab illis recedat; cum ipse præcipiat Matth. vi, 7: *Querite et invenietis*: sed ita potius accipendum est, quia quanto amplius quis divinitatem maiestatis Dei perscrutari voluerit, eo amplius intelligit quia inscrutabilis et incomprehensibilis sit. Et hoc est quod Psal. lxiiii, 7 dicit: *Accedet homo ad cor altum; et erubebit Druſ;* ac si dicaret: Liceat homo ad videndum Deum cor sublebet, exaltatur Deus, quia quantum sit comprehendendi non potest. *Capilli tui sicut gres caprarum quæ apparuerunt de Galaad.* Hi autem superius expositi sunt: sed non pigeat iterato expōnere quos non pignit Spiritum sanctum repetrere. Ideo his istos versiculos posuit ut certissimum et stabile feneremus quod sub repetitione<sup>4</sup> confirmari audiremus. Capillus sanctæ Ecclesiæ multiplex, est subtilium cogitationum varietas. Et bene comparantur gregi caprarum: nam capra peccatoris figura est: unde et in lege præcipit, ut quicumque per ignorantiam peccaverit et cognoverit reatum suum, offerat pro delicto suo capram in holocaustum. Capilli ergo Ecclesiæ gregi caprarum comparantur, quia sancti, qui sunt membra Ecclesiæ, omnes reatus cogitationis sua per dignam penitentiam et per lacrymas justæ compunctionis deflere satagnit. Bene autem de monte Galaad apparuisse dicuntur, Galaad interpretatur acervus testimonii: ideoque per Galaad mens sanctorum designatur: qui sunt acervus testimonii: quoniam omnia que saeculi sunt neglexere, et solim desiderant Deum, sicut evidenter attestantur indiciis. Potest etiam per Galaad ipse Dominus et Redemptor noster intel-

<sup>1</sup> AL: \* species. \*

<sup>2</sup> AL: \* dum sancti doctores. \*

<sup>3</sup> AL: \* conjugati eleemosyna. \*

<sup>4</sup> AL: \* quod repetitione. \* — <sup>5</sup> AL: \* sic. \*

ligi : Galaad enim et montis et civitatis est nomen. De monte Galaad grex capraru[m] apparet, quia Ecclesia super Christum fundata est, sicut ipse dicit, Matth. v, 44 : *Non potest civitas abscondi super montem posita.* Ipse est aerius testimoniū qui multitudini prophetarum et patriarcharum et gestis et scriptis testimoniū perhibet. *Dentes tui sicut grex ovium qua[re] ascenderunt de lavaero.* Per dentes Ecclesia firma sermonum ejus stabilitas intelligitur. Qui bene gregi ovium comparantur qua[re] de lavaero ascenderunt, quia verba Ecclesiae nihil nisi innocentiam et mansuetudinem sonant; nihil in se foedum, nihil turpe vel immunidum retinent; sed lavaero sinceritatis et puritatis lavantur, audientes ad Apostolo, Ephes. iv, 29 : *Sermo malus ex ore vestro non procedat. Omnes gemellis fetibus, et sterilis non est in eis.* Bene autem omnes gemellis fetibus esse dicuntur,<sup>1</sup> quia sermo sanctorum nihil aliud sonat et loquitur nisi quod ad dilectionem Dei et proximi pertinet. Solummodo enim ea sancti loqui debent qua[re] ad perpetuam corporum et animarum pertinent salutem. *Sicut cortex mali punici, sic genz tua, absque occultis tuis.* In genz diximus superius sanctorum eastam verecundiam designari; in cortice mali punici, mysterium passionis Christi, dicente Paulo Apostolo, II Tim. i, 8 : *Noli erubescere crucem Christi, neque me vincum ejus.* Et quidem magna sunt qua[re] in aperto sunt; maxima vero sunt illa qua[re] sunt intrusores, hoc est qua[re] in futuro sanctis reservantur. *Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ; et adolescentularum non est numerus.* Reginæ sunt doctores sanctæ Ecclesie, qui merito fidei et scientia toro regis aeterni propinquant, et spirituales Deo filios<sup>2</sup> pariunt. Sexagenarius numerus ex denario et senario perficitur. Denarius per senarium multiplicatus in sexagenarium consurgit. Et per denarium significantur divina præcepta propter decalogum legis; senarius vero pro perfectione ponitur, quia sex diebus perfecit Deus opera sua. Reginæ

<sup>1</sup> testimoniū  
Domini

ergo sexaginta dicuntur esse, quia eos significant, ut diximus, qui perfectione scientie et operis pollent, et propter sollem amorem Conditoris sui, et intuitu supernæ remunerationis aeterna gaudia prædicant; sic etiam idem numerus, idest sexagenarius, ex duobus senariis quinque ductis conficitur. Nam quinque dnodeni, vel duodecies quini, sexaginta sunt. Reginæ ergo sexaginta esse dicuntur, quia illos significant qui in Ecclesia constituti, quinque sui corporis sensus juxta institutionem duodecim Apostolorum caste disponere noverunt. Concubinæ significant eos qui non sincere Christum prædicant, sed propter lucra temporalia, Vel propter laudes populares: nam et iste, sicut et reginæ, ad forum regis per scientiam accedunt, et filios spirituales generant, sed a corona<sup>3</sup> aeterni regni alienæ existunt. Et bene octogenario numero comprehenduntur: nam hic numerus ex denario et octonario conficitur. Octonarius vero in malo accipitur aliquando propter quaternarium quo multiplicatio<sup>4</sup> consistit. Quaternarius enim temporalia quæque et presentia significat propter anni tempora, vel propter quatuor mundi elementa. Recte ergo concubinæ istæ octoginta esse dicuntur: quia, ut dictum est, propter sola temporalia et visibilia prædicant, et spiritualia minus eu-rant. De talibus Apostolus dicebat, Phil. i, 17 : *Sunt quidam Christum annuntiantes non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur; et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Adolescentularum non est numerus.* Adolescentulæ sunt animæ qua deposita primi hominis vestitæ in Christo renatae sunt; nec dum tamen sunt nubiles, nec dum toro regis aptæ, quia nec dum ad prædictiōnem de Christo perfectam perseverant.<sup>5</sup> Quarum non est numerus, quia infinitus est numerus animarum in Christum ereditium, nec ab ullo homine comprehendi potest. Ceterum Deo numerati sunt omnes electi: nam apud quem etiam stella-

<sup>1</sup> Al. : « dicunt. »

<sup>2</sup> Al. : « filio. »

<sup>3</sup> Al. : « ad coronam. »

<sup>4</sup> Al. : « multiplicatio. » — <sup>5</sup> Al. : « perseverant. »

rum numerus comprehensus est, ignorari non potest electorum numerus. *Una est columba mea.* Una catholica est per universum orlem diffusa Ecclesia, quae ex reginis et adolescentibus constans jam contubernia habet, hoc est etiam qui nomine vel re doctores dicuntur. Una est Ecclesia: quia scissuram et schismata non recipit; sed sicut *unus est Deus, una est fides, unum baptisma* Eph. iv, 5; ita una est generalis Ecclesia; quae et recte columba vocatur, quia Spiritus sancti dote, qui in specie columbae apparet, Christo sponsata est et sanctificata. *Una est matris sue.* Mater enim nostra illa coelestis Jerusalem est, de qua Apostolus dicit, Gal. iv, 26: *Illa autem que sursum est Jerusalem, libera est, quae est mater nostra.* Haec ergo Ecclesia una est matris sue, quia ad exemplum illius Ecclesiae quae jam Christo fruatur, ipsa in hac peregrinatione instituitur et informatur, atque ad illam beatitudinem, in qua cum Christo conregnat, pervenire nititur. *Viderunt illam filii Sion, et beatissimum prædicaverunt; regiae et concubinæ laudaverunt eam.* Quas superius adolescentulas, hic filias appellat. Reginas vero et concubinas in hoc loco ut superius intelligamus. Filiae ergo, regiae et concubinae prædictant Ecclesiam et laudent, quia universitas fidelium catholicam admiratur Ecclesiam: ipsa enim Ecclesia quae ex multis fidelium constat personis, catholicam, idest universalem, efficit Ecclesiam. *Quar est ista quae prograditur quasi aurora consurgens?* In fine quidem saeculi cum plebs Iudaica ad prædicationem Eliae et Enoch conversa fuerit ad Christum, ipsa quoque de Ecclesia admirabitur dicens: *Quar est ista? idest, quanta et qualis est Ecclesia, quae prograditur, hoc est proficit de virtute in virtutem?* Non enim stare, sed progredi dicitur, quia non uno loco contenta, sed totum mundum colesti prædicatione occupavit. *Quasi aurora prograditur,* quia transactis tembris infidelitatis, lumen se veritatis habere ostendit. *Pulchra ut luna, clerta ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* Luna a sole illuminatur; et Ecclesia pulchra est ut luna, quia claritate sponsi sui Christi illuminatur, et ejus gratia resplendet. Sive *pulchra*

est *ut luna* in præsenti vita, ubi aliquando concessa sibi pace et securitate crescit, aliquando adversitatibus obscurata decrescit; *electa ut sol,* in alia vita, ubi perpetuo splendebit visione Conditoris sui. Sive *electa* est *ut sol,* quia illum verum solem imitari nititur, de quo scriptum est, Malach. iv, 2: *Vobis timentibus nomen meum, orientur sol justitiae.* Hunc solem imitatur vivendo in omni humilitate et justitia et pietate. *Terribilis, aereis potestatibus, ordinata ut castrorum acies,* idest caritatis militie unita, ut nullis tentationibus penetrari valeat. *Descendi ad hortum nucum, ut riperem poma convallium, et inspicere si florissent vineæ, et germinasset mala punica.* Laudata Ecclesia ad synagogam respondet: *Descendi ad hortum nucum.* Hortus nucum est vita præsens: nam sicut in nuce tegmen quidem durissimum videtur, sed nucleus latet; ita in præsenti vita, nostræ conscientiae clausæ sunt et non apparent, donec fracta testa corporis manifestentur. Descendit ergo ad hortum nucum Ecclesia, quando per doctores suos vitas singulorum considerat. Unde sequitur: *Ut videbam poma convallium.* Poma convallium sunt virtutes que humilitate conduntur. *Descendi, inquit, ut riperem poma convallium;* idest, considerarem sanctos excellentia quidem virtutum præditos, sed humilitate depresso. *Ut inspicere si florisset vinea;* hoc est, considerarem qui in studio saetiarum virtutum proficerent; et *germinasset mala punica;* hoc est, ut eos quoque perquirerem qui jam apli sunt ad imitandum passionem Christi. Nam mala punica, ut siepe dictum est, mysterium dominice passionis significant. Considerat ergo Ecclesia per prælatos suos qui in virtutibus crescunt, vel qui jam ita perfecti sunt ut imitantes passionem Christi, pro illo quoque idonei sint sanguinem fundere, quales erant illi de quibus Apostolus dicebat. Phil. i, 29: *Vobis datum est non solum ut credatis in Christum, sed ut pro illo patimini.* Nescivi. *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aninadab.* Vox est synagogæ, quæ videns tantam Ecclesiæ gloriam, inspecta veritate Evangelii, dolet, quod non antea cognoverit fidem Christi: et *quasi exou-*

sans se quod tam tarde conversa sit, dicit, *Nescivi. O spousa Christi Ecclesia, nescici*, idest ignoravi, tantam gratiam, et tanta dona spiritualium virtutum tibi a sposo tuo collata. *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab*. Conturbata est, inquit, anima mea solicitude pro tam subita Evangelii prædicatione. Sciebam enim legem et prophetias divinitus datas; et ideo, cum subito visidissem prædicari Evangelium, conturbata sum propter quadrigas Aminadab. Aminadab nepos fuit Iude, per quem generatio Christi contextur. Interpretatur autem Aminadab populus meus spontaneus: ideoque significat Christum, qui populi sui spontaneus fuit, quia cum esset Deus, sponte factus est homo. Cum Conditor esset et creator, sola benignitate sua factus est portio populi sui. Et est sensus. Conturbata, inquit, sum<sup>1</sup> propter Evangelii subitam prædicationem, qua veluti

velocissimæ quadrigæ totum subito mundum pervolavit. Et bene hanc prædicationem non currum, sed quadrigam appellat: quia Evangelii prædictio, quantum Evangelistarum auctoritate consistit: et quatuor Evangelia quadrigæ sunt novi testamenti, cui præsedit auriga ipse Christus, temperans et disponens ipse cursum Evangeliorum. *Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te*. Vox Ecclesie synagoga ad fidem invitantis. Revertere, o synagoga, ab infidelitate ad fidem, revertere ab odio ad dilectionem. Sunamitis interpretatur captiva vel despecta. Talis est synagoga post<sup>2</sup> adventum Christi, captiva videlicet vinculo diaboli, despecta a Deo, quia Christum ad salutem suam missum non cognovit. *Revertere, ut intueamur te*, idest pulchritudinem tuae castitatis aspi-ciamus.

## CAPUT SEPTIMUM

*Quid videbis in Sumanite nisi choros castrorum?* Quam pulchri sunt gressus tui in calcementis, filia Principis! Juncturae femorum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis: umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigenus ponulis; venter tuus sicut accervus tritici vallatus libis; duo ubera tua sicut duo himantū gemelli capræ; collum tuum sicut turris eburnea; oculi tui sicut piscinae in Esebon, quæ sunt in porta filie multitudinis; nasus tuus sicut turris Libani, que respicit contra Damascum; caput tuum ut Carmelus, et cornua capitis tui sicut purpura regis juncta canibus. Quam pulchra es, et quam decora, charissima in deliciis! Statura tua assimilita est palmar, et ubera tua botritis. Dixi: *Ascendam in paliam, et apprehendam fructus ejus*. Et erunt ubera tua sicut botri vinear, et odor oris tui sicut odor malorum; gutturi tuum sicut vinum opithnum, dignum dilectio meo ad potandum, labiisque et deuilibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. Veni, dilecte mi; egrediamur in agrum, conmorescere in villis. Manu surganus ad vineas; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturint, si floruerunt mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragora dederunt odorem in portis nostris. Omnia poma nova et vetera, dilecta mi, servavi tibi.

**Vox** est sponsi, qui audiens invitari sy-

nagogam a sponsa sua Ecclesia ad fidem, dicit: *Quid videbis in Sumanite nisi choros castrorum?* ac si diceret: Tu quidem, o sponsa, doles de perditione synagogæ, et quod tarde ad fidem veniat: sed adest tempus quo convertatnr; et tunc nihil videbis in ea nisi choros castrorum, idest non nisi caritatis concordiam, et stabile robur sidei, quo pro defensione meæ fidei pugnabit. Nam chori camentium sunt; castra vero militum pugnantium. In Sumanite ergo chori castrorum videbuntur, quia conversa synagoga et concorditer Christum prædicabit cum Ecclesia, et pro fide Christi usque ad mortem certabit. *Quam pulchris sunt gressus tui in calcementis, filia Principis!* Ab hoc loco incipit sponsus expondere laudes sponsæ sua. Et notandum, quod a grossibus incipit ejus pulchritudinem texere, et in laude oris<sup>3</sup> ejus finit, sicut superius ab oculis

<sup>1</sup> Al. : « est. » — <sup>2</sup> Al. : « erat synagoga ante. »

<sup>3</sup> Al. : « ore laudis. »

cōperat. Hoc autem fecit vel ad pulchritudinem carminis variandam, vel etiam quia sic mysteriis aplissimum est. *Quam pulchri, inquit, sunt gressus tui!* Vidit Ecclesiam non in uno loco otiose stantem, sed veloci prædicatione totum mundum peragrandem; ideo a gressibus copit eam laudare; gressus enim Ecclesie sunt veloces prædicationes Apostolorum, per quos in omnem terram Evangelium insonuit. In calceamentis, idest in patrum præcedentium exemplis. Calceamenta ex mortuis sunt animalibus. Et calceamenta Ecclesie sunt patrum præcedentium exempla, quibus gressus habet munitos, ut secura eos imitando, et sine offensione gradiatur. *Filia Principis.* Alia translatio *Filia Aminadab* dicit. Aminadab, ut superius dictum est, populus spontaneus dicitur, qui recte figuram Christi tenet. Nam Ecclesia et filia est, et sponsa filia, quia ejus sanguine redempta, ejus baptismate est regenerata; sponsa, quia dote Spiritus sancti illi est conjuncta. *Junctura femorum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis.* In feminis vel femoribus solet sacra Scriptura generationis propagationem designare: unde de Jacob legimus Exod. i, 5: *Omnes animæ quæ egressæ sunt de femoribus Jacob.* Femina ergo Ecclesie sunt spiritualis generatio, credentes populi per verbum prædicationis et lavaerum baptismatis. Junctura feminum est conjunctio duorum populorum Iudaici et Gentilis in una fide. Et bene haec junctura monilibus comparatur: nam *fides sine operibus mortua est.* Jac. ii, 26. Fabricata sunt autem manu artificis, hoc est Dei omnipotentis, cuius munere virtus boni operis credentibus tribuitur. Hic est ille artifex, de quo Paulus Apostolus dicit Hebr. xi, 16, memoriam Abrahæ faciens: *Expectabat enim civitatem manentem, cuius artifex et conditor est Deus.* *Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis.* Umbilicus fragilissima pars est corporis; et ideo per umbilicum fragilitatem nostra mortalitatem debemus accipere: crater vero est calix major, ausas hinc et inde habens. Umbilicus ergo Ecclesie, crater tornatilis est: quia quanto magis doctores sanctæ Ecclesie fragilitatis memine-

femore

runt, tanto magis verbi prædicationis insistunt; id est eleemosynam verbi Dei præbentes, ipsi a Deo misericordiam consequuntur. Et bene crater tornatilis dicitur: torno enim facilius operamur: per quod significatur facilitas erogandi verbum, vel eleemosynam dandi. Non enim morose vel haesitando eleemosyna danda est, juxta quod Salomon dicit. Prov. iii, 28: *Ne dicas amico tuo: Vnde et revertere et cras dabo tibi; cum statim possis dare.* Quod etiam torno sit, non indiget exterritis adhibita regula vel linea, sed inerrato ex se ipso perficitur. Umbilicus ergo Ecclesie, crater tornatilis est, quia quicunque vel prædicat vel eleemosynam dat, pro sola dilectione Dei et supernæ mercedis expectatione hoc facere debet: nam quicunque vel prædicat vel proximis miseretur pro remuneratione temporali, crater quidem est, sed non tornatilis. Et hic crater nunquam indiget proculis, quia prædictoribus nunquam ideest prædicatio verbi Dei, quia ipse quem prædicant, pœnula scientie et virtutem constantia illis subministrat. Unde Psal. lxvii, 12: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis.* Eadem fragilitas quæ per umbilicum designata est, ostenditur hoc loco etiam per ventrem, quia venter nulla ossium firmitate premunitur. Bene ergo venter Ecclesie, acervo tritici comparatur: quia sapeti quanto memores sunt sua fragilitatis, eo studiosius ad proferendos bonorum operum fructus insistunt. Et recte non copiam tritici sed acervum tritici dicit, ut per hoc signileat invenientia virtutum, quæ veluti acervus ab inferioribus ad superiora crescendo condescendunt. Nam sicut acervus in inferioribus latè amplitudine spatiatur, superius vero quadam brevitate contrahitur et aenuniatur; ita in Ecclesia multi sunt qui indulgentius vivunt, pauci vero qui summae perfectioni insistant: plures etiam inveniuntur qui de bonis suis eleemosynam faciunt, quam qui sua omnia pro Domino relinquunt. Hic acervus liliis vallatus dicitur, quia sancti bona quæ faciunt, pro desiderio supernæ claritatis et candoris agunt: nam per lilia coelestia illa claritas designatur. Potest etiam per

**ventrom** Ecclesiae, divinus fons baptismatis accipi, quo fidèles in novam creaturam regenerantur. Bene ergo venter acervo tritici vallato liliis comparatur: quia generati fonte baptismatis, docentur bonis insundare operibus, et ad intueundam supernae claritatis gloriam semper inhiare. **Duo ubera tua sicut duo himuli gemelli capreæ.** Ubera Ecclesiae, sicut iam superiorius dictum est, sanctos doctores significant, qui parvulos, hoc est nuper in Christo regeneratos, lacte apertioris doctrinae instrunt. Bene autem duo ubera dicuntur: quia de duobus populis, Iudaico videlicet et Gentili, fidèles congregantur, et lacte spiritualis doctrinae aluntur. Haec duo ubera sicut duo himuli capreæ gemelli esse dicuntur. Duo himuli duo sunt testamenta, quibus eorumdem doctorum omnis prædicatio subsistit: quorum diuorum testamentorum nūs est auctor et promulgator Christus: juxta quod Salomon dicit, Eccl. xii, 11: *Verba sapientium\* quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi, quæ data sunt a pastore uno, Christo videlicet. Caprea enim recte Christum significat, quia intuitu et velocitate ceteris animalibus præminent; et mundum est animal ungulam dividens, et ruminans Levit. xi.* Tales sunt etiam membra Christi, doctores videlicet intuitu scientiæ insignes, et sua velocitate terrena deserentes, atque ad celestia festinantes. Dividentes ungulam, idest habentes mali et boni discretionem. Et ruminantes, hoc est præcepta dei sedula memoria meditantes. **Collum tuum sicut turris eburnea.** Doctores sancti qui designantur per ubera, ipsi etiam designantur per collum: nam per arterias colli vox egreditur, et collum ministerio vitalia alimenta ceteris membris ministrantur. Sic sancti doctores et verba vita populis annuntiant, et alimenti doctrinae celestis auditores emittunt. Collum ergo Ecclesiae turri eburneæ comparatur, quia sancti doctores eidem Ecclesiae pulchritudinem et robur præstant. Pulchritudinem quidem, quæ per candorem eboris designatur, caste et sincere vivendo: robur vero præstant, quod significatur per turrim, quando camdeni

Ecclesiam contra tentationes diaboli vel impetus haereticorum minuant. **Oculi tui sicut piscina in Esebon, quæ sunt in porta filix multitudinis.** Idem ipsi doctores qui per collum designati sunt, designantur etiam per oculos: ipsi enim quasi oculi universo Ecclesie corpori provident, et iter quod ingredi debeat<sup>1</sup> ostendunt. Hi oculi Ecclesiae comparantur piscinis adificatis in porta Esebon civitatis, quia sancti doctores populos in Christum credentes vitali lavacro ablunt, et salutaris doctrinae potu reficiunt. Filia autem multitudinis vocatur Esebon iuxta litteram, ob multitudinem conuentum inibi populorum; sic et sancta Ecclesia recte filia dicitur multitudinis, quia numerositatem quotidie colligit gentium. Esebon autem interpretatur cingulum mæroris. Oculi ergo Ecclesiae piscinis Esebon comparantur, quia sancti doctores neglectis caducis saeculi gaudiis cingulis mæroris se constringunt: quia caste et sobrie vivunt in hoc sæculo, et pro suis erratis deflent, quatenus in praesenti sæculo lugentes, ad vera et aeterna gaudia pervenire possint. In porta autem Esebon haec piscinae sicut dicuntur, quia nullus Ecclesiam ingredi valet, nisi prius aqua baptismatis abluerit, et nisi fonte sanctæ doctrinae potetur. Hoc etiam significabatur per labrum arenem quod Salomon in portu templi posuerat, ut sacerdotes ingressuri templo et hostias immolaturi, ibi corpora abluerent. *Nasus tuus sicut turris Libani quæ respicit contra Damascum.* Quia naso foctores et bonos odores discernimus, recte per nasum Ecclesiae, sancti doctores signantur: ipsi enim sagaciter discernere noverunt inter fragrantem catholicae fidei doctrinam et lethiferum haereticæ erroris fetorem. Nam de divinis charismatibus quæ per Spiritum sanctum distribuuntur dicitur I Cor. xii, 10: *Alii datur per spiritum discretio spirituum.* Nasus ergo Ecclesiae turri Libani comparatur, quia sancti doctores et summum locum in Ecclesia tenent ac veluti in Libano monte consistunt, et defendunt Ecclesiam a malignorum spirituum incursibus. Haec turris contra Damascum esse dicitur. Damascus

\* Ali. : & debentur. »

metropolis est Syrie quae quondam contra filios Israel, ntpote fortissimos et crudelissimos Reges habens, dimicabat. Interpretatur autem Damascus sanguinis potus vel sanguinis oculus : ferunt enim ibi Abel interfectum ; ideoque significat potentes hujus saeculi, qui sanguinis potum sicutiunt, quia voluntatibus<sup>1</sup> et illecebribus earnis et sanguinis delectantur. Significat etiam aeras potestates quae animalium nostrorum cruentem sicutiunt. Contra Damascum ergo est haec turris, quia Ecclesia semper diabolo et membris illius, adjutorio Christi minuta resistit. *Caput tuum ut Carmelus, et cornæ capitùs tui ut purpura regis juncta canalibus.* Caput Ecclesie principalitas mentis fiducium intelligitur : nam sicut capite membra reguntur cetera, ita mente cogitationes disponuntur. Bene autem caput Ecclesie Carmelo comparatur : Carmelus enim, qui et Carmel dicitur, interpretatur cogitatio, vel scientia circumcisionis. Ergo caput Ecclesie Carmelo assimilatur, quia novit circumcisionem aliquando corporaliter celebratam, nunc spiritualiter debere observari<sup>2</sup> juxta quod Propheta dicit Jer. iv, 4 : *Circumcidimini Domini in cordibus vestris.* Hanc scientiam circumcisionis non habuerunt Judei : ideoque reprehenduntur a B. Stephano protomartyre dicente Act. vii, 51 : *Dura cervix, et incircumcisus cordibus et auribus, vos semper Spiritui sancto restititis.* In libro Regum legitur III Reg. xviii quod Elias in montem Carmeli ascenderit, et ibi orando aridam terram celestibus pluviis irrigaverit post longam tristum annorum et semis siccitudinem ; que historia pulehra redoleat allegoriam : nam Elias qui interpretatur Deus meus Dominus, Christum significat ; qui enim sit Deus et Dominus totius creaturae, specialiter suns, idest proprius Deus et Dominus est Ecclesie. Hie ergo in Carmelum ascendit, et per eum<sup>3</sup> arenit mundo gratiarum suarum pluvias tribuit. Recte ergo, ut dictum est, caput Ecclesie Carmelo monti comparatur, pia mens sanctiorum quadam conversatione sublimis est, et Christo in se

ascensum præbet perfectum virtutum. Et *come capitùs tui ut purpura regis juncta canalibus.* Si per caput mens Ecclesie accipitur, per comas capitùs cogitationes mentis debemus accipere, que assidue de illa prodennit. Purpureus vero color qui sanguinis habet speciem, mysterium significat dominical passionis. Juxta litteram, quod dicit, *Purpura regis juncta canalibus,* significat lanam jam purpureo colore confectam, nondum in fila dudicatum, sed adhuc in canalibus constitutam ; quos Graeci haphias vocant, in quibus sanguis conchiliorum solet defluere, et lanam in purpureum vertere colorem. Mystice canales isti humilitatem significant sanctorum, in quibus aeterni Regis purpura tingitur, cum sancti quique humilitatem sui Redemptoris invitando, passioni illius conformes fieri satagunt, quatenus in purpura dignitatem vertantur, idest laborantes pro Christo mereantur regnare cum ipso. Tincta autem haec purpura esse dicitur, quia sanctorum praecordia fixa sunt et stabilita in timore et amore Re lemporis sui, nec unquam a caritate ejus separari possunt. *Quam pulchra es, et quam decora, carissima in deliciis ! Quam pulchra, subaudi in fide, et quam decora, in operatione, carissima in deliciis !* Supradictum est de eadem Ecclesia cap. vi : *Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum aves ordinata.* Nunc vero dicitur pulchra, decora, carissima in deliciis ; que quasi contraria alia esse videntur. Nam ordinatam esse velut castorum aves, et esse in deliciis, repugnat, quia delicia fortitudinem solent enervare. Sed Ecclesia utrumque agit : nam ordinata est ut castrorum aves : quia infidelibus et haereticis resistit, et malignos spiritus suos sanctitate et perfectione terret. In deliciis etiam est, quia suavitatem supernæ dulcedinis assidue palato mentis degustat, et inter pressuras hujus saeculi illas adipisci desiderat, et continuo illis satiari. Unde merito illa qua talis est, sposa suo Christo carissima esse dicitur. *Statuta tua assimilata est palma, et ubera tua botrys.* Statuta Ecclesie perfecta, est

<sup>1</sup> Al. : « voluntatibus. »

<sup>2</sup> Al. : « nunc se spiritualiter debere observari. »

<sup>3</sup> Al. : « metremus. »

<sup>3</sup> Al. : « nos. »

ejus rectitudine : neque enim a vitiis incurvatur; sed recta et nobilis consistit. Unde Psalmista ex persona peccantium dicebat, Ps. cxviii : *Humiliatus sum usquequaque.* Et propheta sub specie Jerusalem peccanti anima de malignis spiritibus dicit Isa. li, 23 : *Quia humiliarunt te, et diserant anima tua : Incurvare, ut transeamus ; et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viam transcenibus.* Sancta Ecclesia recta stat, nec unquam incurvari consentit, audiens ab Apostolo, I Cor. xvi, 13 : *Vigilate, state in fide, viriliter agite.* Et Dominus filii Israel loquitur, Exod. vi, 6 : *Ego sum Dominus Deus qui eripui vos de ergastulo Aegyptiorum, ut incederetis recti.* Statura ergo Ecclesiae palmae assimilatur quia in omnibus quae agit semper supernam in memoria retinet remunerationem ; palma enim victorie ornata manum ; et ideo significat præmium illud quod victoribus sanctis in coelestibus dandum est, *Et erunt ubera tua sicut botri vineæ, et odor oris tui<sup>1</sup> sicut odor matlorum.* Ubera Ecclesie sunt, ut superius dictum est, sancti doctores, qui lacte simplicis doctrina regeneratos in Christo nutririunt. Sed haec ubera botris assimilantur, quoniam iidem doctores perfectis perfectiora annuntiant, sicut Apostolus loquens simplicioribus dicebat, I Cor. iii, 1 : *Non potueritis loguitur tanquam spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lucis vobis potum dedi, non escam.* Ecce ubera lactis plena, que ubera in botrum sunt versa, cum diceret, i, 23 Cor. I *Nos prædicamus Christum.... Dei sapientiam.* Et : *Sapientium loquuntur inter perfectos : Diri : Ascendam in palmam, apprehendam fructus ejus.* Ut ostenderetur omnis haec excellentia et magnitudo donorum Ecclesie: de Dei gratia provenire, introducitur idem sponsus dicere : *Ascendam in palmam;* quasi dicaret : Unde habes ubera ad parvulos nutritios, inde etiam botros, quibus perfectionibus perfectiorem propines doctrinam. Quia ergo in eam gratiam<sup>2</sup> vita ascendi, et hanc tibi perfectionem concessi, *ascendum,* inquit, *in palmam.*

<sup>1</sup> Al. : « odores tui. »

<sup>2</sup> Al. : « in ea gratia. »

Palma Ecclesiam significat, vel etiam animam cuiuscumque fidelis qui memor est Domini, qui dieit Joan. xvi, 33 : *Confidite; ego vici mundum.* Ipsa quoque omnium vitiorum et iniuritatis vietrix esse studet. Bene autem in palmam ascendisse hic dicitur, cum superius in hortum descendisse legatur cap. 6 : dixit enim Ecclesia : *Dilectus meus descendit in hortum suum.* Est<sup>3</sup> idem hortus que et palma, videlicet una eademque Ecclesia : sed ad hanc, copiam sua gratiae de coelestibus mittendo, ascendit : ad illum autem, sua dona in eo incrementaque virtutum disseminans, descendisse dicitur : ideoque eamdem quibusdam profectibus veluti quibusdam gradibus ad celosora sublevando nunc palmarum nominat. Sed et hoc de natura palmae dicendum, quod in inferioribus asperitatem laborum et passionum sustinet pro Christo ; in superioribus vero, hoc est in coelestibus, pulchritudinem et suavitatem expectat præriorum. Potest etiam per palmarum arbor dominicae crucis exprimi, in quam Redemptor noster pro humano generis redemptione ascendit, et in qua hostem humani generis superavit. At ergo : *Dixi : Ascendam in palmam :* idest, per meos prophetas locutus sum, et promisi me ad passionem venturum, et meam Ecclesiam redempturum. *Apprehendam,* inquit, *fructus ejus;* idest, fructus honorum operum et laborum quibus Ecclesia desudat, remunerabo. Vel etiam secundum eum sensum quo per palmarum crux intelligitur, *apprehendam fructus ejus;* idest, impleto triumpho passionis, veniam ad gloriam resurrectionis, et Apostolis meis spiritualia dona concedam. *Et erunt ubera tuasicut botri vineæ.* Hoc superius expositum est. Nam ubera Ecclesie doctores sunt, cum parvulos simplici doctrina nutririunt. Sed botri vineæ efficiuntur, cum perfectionibus sublima quæque annuntiant. Nam B. Paulus uno eodemque tempore ubera et botros habuit quando de Christo loquens dixit, Rom. ix, 5 : *Quorum patres, ex quibus Christus.* Ecce ubera, idest simplex de Christo prædicatione. Sed haec ubera in suavissimum

<sup>3</sup> Al. : « et. »

et fortissimum vinum conversa sunt cum subjunxit ibidem : *Qui est Deus benedictus in secula. Et odororis tuu sicut odor malorum ; guttur tuum sicut vinum optimum.* Os Ecclesiae est præsens prædicatio quæ fama vel scripto ad absentes pervernit ; guttur vero est vox ipsa prædicatris, quæ in præsenti auditur. Odor ergo oris Ecclesiae malis comparatur, quia ipsa fama prædicationis plena est suavitatis et gratiæ ; guttur vero vino optimo assimilatur, quia ipsa vox prædicantium magnam in se virtutem auditoribus ostendebat. Quod vero malorum odor in novitate est, vini vero in vetustate, significat prædicationem Ecclesiae et in sui novitate, et etiam in sui profectio<sup>e</sup>ne omnem habere suavitatem et gratiam. *Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque et dentibus illius ad ruminandum* ; ac si diceret : Sponsus mens guttis meum vino optimo comparavit, et illud vinum dignum est ad potandum ipsi dilecto meo : hoc est, prædicatio evangelica, quam in ore meo posuit, per ipsum et non per alium annuntiari debet in mundo. Neque enim per alium decebat mysteria regni colestis prædicari in mundo, quam per mediatorum Dei et hominum Christum Jesum. *Et labiis dentibus illius<sup>2</sup> ruminandum.* Labia et dentes sponsi, ut supra dictum est, doctores sancti sunt. Illud ergo vinum ruminandum fuit labiis et dentibus sponsi, quia prædictio evangelica a doctoribus tractanda et exponenda est. Nec absurdum est quod cum vinum potetur, et non ruminetur, hic tamen dicatur labiis et dentibus ruminandum ; quod magis ad cibum quam ad potum pertinet : nam sancti doctores vinum spirituale ruminant, quando precepta evangelica diligenter exquirunt, et cæbra meditatione investigant, atque invicem conferunt. *Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus.* *Ego dilecto meo* ; subaudi, offitium justitiae et devotionis impendo ; illi ei non alteri fidem et servitutem meam promitto ; *et ad me conversio ejus* est, ut meet in præsenti inter labores huius vita adjuvet, et in futuro ad gaudia patris colestis indu-

cat. Potest etiam haec vox esse synagogæ ex persona saeformis patrum adventum Christi desiderantium : ac si diceret : Scio quidem illum spirituali præsentia mihi semper adesse ; et ideo *ego dilecto meo omni* devotione famulari cupio. Sed tandem *ad me conversio ejus* : quia opto ut, sicut mihi promisit, in mea substantia appareat. Nam dixerat supra sponsus : *Ascendum in puluum* : idest, promiserat se in carne venturum, et pro humano genere passum. Inde jam gratulabunda dicebat : *Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus* ; idest, credo illum hominem futurum, et in mea substantia hominem mundo manifestandum. *Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Ejusdem synagogæ vox est, *Veni dilecte mi*, idest appare per assumptum hominem. Tale est illud Psalmiste LXXXIX, 3 : *Excita potentiam tuam, et veni.* Et Isa. LXIV, 1 : *Utinam dirumperes caros, et descenderes. Egrediamur in agrum.* Ager mundum iste est. *Egrediamur in agrum*, idest prediciemus tuum adventum mundo. *Commoremur in villis* ; hoc est, ipsis quoque paganus tideum tuam annuntiemus. Nemo nescit paganos a villa dictos, quia pagos græci, villa latine. Inde *pagani* dicti, quia longe sunt a civitate Dei. Potest esse et vox Ecclesie, *Veni dilecte mi*, ac si diceret : Jam mysterio ascensionis assumptum hominem ad celos sublevasti : sed veni divinae majestatis præsentia<sup>e</sup> me sapientis visitando, *Egrediamur in agrum* ; eodem sensu quo superius, idest prediciemus tideum incarnationis tuae mundo ; *commoremur in villis* ; idest etiam ignorantis paganus tuam tideum annuntiemus : nec in transitu, sed commoremur ibi, donec illos ex paganis catholicos, ex alienis tibi propriis faciamus. *Mane surgamus ad vineas* ; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturierunt. Mane est exortus nove gratiae, quando videlicet transseuntibus tenebris intellitatis, Evangelium mundo corpit prædicari. *Videamus si floruit vinea* ; hoc est, inspiciamus Ecclesiam si jam prima tidei rudimenta suscepit, si flores fructus parturie-

<sup>1</sup> Al. : « perfectione. »

<sup>2</sup> Al. : « illud. — » Al. : « credo hominem. »

<sup>1</sup> Al. : « præsente. »

<sup>2</sup> Al. : « idem. »

runt. Inspiciamus etiam si flores parturiant fructum : idest, si illi qui jam crediderant apti sunt ad bene operandum. Nam flores fructum parturiant, cum illi qui jam in Christum crediderunt, idonei sunt ad bene operandum. Nam flores emitit Ecclesia cum primo fideles ad fidem veniunt ; flores vero fructus parturiant, cum jam ipsa fide et dilectione bene operantur, nec ipsa fides otiosa sit, vel mortua sine operibus. *Si floruerunt mala punica.* Mala punica, sicut jam superius dictum est, rubieundum velut sanguineum habent corticem ; et ideo significant passionem Domini, vel membrorum ipsius. Die ergo : *Si floruerunt mala punica* : hoc est si jam sancti qui in fide et opere perfecti sunt, idonei sunt etiam imitari passionem Christi, et pati pro illo. Mala punica erant illi quibus Apostolus dicebat, Phil. i, 29 : *Vobis\* datum est non solum ut in illum creditis, sed etiam ut pro illo patiamini. Ibi dabo tibi ubera mea.* Ubera Ecclesiae sancti sunt doctores, qui fideles primum ad fidem erudiunt. *Ibi dabo tibi.* sponse<sup>t</sup> *ubera mea.* Cum inquit, ad vineam exierimus, *ibi dabo tibi ubera mea* : hoc est, spirituales tibi filios generabo. Unde adhuc sequitur : *Mandragora dederunt odorem suum in portis nostris.* Mandragora herba est aromatica, cuius radix similitudinem habet humani corporis. Poma ejus optimi sunt odoris, in similitudinem pomi matiani quod nostri malum terrae vocant : herba rebus medicinalibus aptissima est. Nam ferunt eos qui incommode vigiliaram laborant, haustu hujus pomi levare, et posse dormire. Item ferunt eos qui ob curam secandi sunt, si exteriorem hujus pomi corticem biberint, non sentire sectionem vel adustionem : quæ omnia si quis mystice discutere voluerit, spirituales sensus et Ecclesia convenientes ibi inveniet. Dicit ergo : *Mandragoræ dederunt odorem in portis nos-*

\* donatum

*tris.* Portæ Ecclesiae sunt Apostoli et eorum successores ; quia nemo civitatem Dei, idest Ecclesiam, intrat, nisi per sanctos doctores aqua baptismatis regeneratus. et vitali doctrina instructus fuerit. De his portis Psalmista diebat, Psal. lxxxvi, 2 : *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Mandragora fragrantiam virtutum designant. In portis autem Ecclesiae mandragoræ odorem dederunt : quia Apostoli vel eorum successores famam suavissimæ opinionis, et odorem virtutum longe lateque sparserunt. Ideoq; invitat spousum suum ut veniat, quia jam nomen ejus longe lateque per Apostolos annuntiatur, et odor prædicationis ejus ubique dispergitur : *Omnia poma nova et vetera, dilece mi, serravi tibi;* idest præcepta vel promissa veteris testamenti et novi. Sciebat enim omnia quæ in veteri testamento annuntiata sunt, non nisi per Christum et in Christo posse compleri ; ideoq; dicebat : *Tibi servavi poma nova et vetera* ; hoc est, te expecto ut per te impleantur in novo testamento quæ prædicta sunt in veteri. Unde et in passione sua jam pendens in cruce, cum gussasset acetum, dixit, Joan. xix, 30 : *Consummatum est.* Et post resurrectionem suam dixit Apostolis, Luc. xxii, 37 : *Necessæ\* est cum impleri omnia quæ scripta sunt in lege et prophetis de me.* Possunt etiam nova poma et vetera, justorum personæ intelligi, quæ vel in veteri testamento vel in novo fuerunt. Dicit ergo Ecclesia : *Servavi tibi poma nova et vetera* idest, justos qui vel in veteri testamento præcesserunt, vel in novo subsecuti sunt, tibi servavi, ut per te præmia snorum laborum reciperen : nullus enim justorum regnum celorum intrare valuit, nisi per Christum : quia ipse primum ascendit, et sequentibus membris suis celum aperuit.

\* AL. : « APODEA. »

## CAPUT OCTAVUM

Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meae ut inventiam te solum foris, et deosculante te, et jam me nemo despiciat? Apprehendam te, et dicam in dominum matris meae, et in cubilem genitricis mea. Ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuvo vos, filie Jersalem, ne suscitemus neque vigilare faciat dictam, donec ipsa velit. Quis est ista qua ascendit de deserto, deliciis affluitus, innixa super dilectionem suum? Sub arbore malo suscitavi te. Ibi corrupta est mater tua; ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernum temulatio. Lampades ejus lampades ignis atque flammarum. Quae multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flammæ obruerint illam. Si dederit homo omnem substantiam dominus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra parva, et ubera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloqua est? Si murus est, adedicemus super eum propugnaentia argentea; si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, et ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vineæ fuit pacifico in ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus; vir afferit pro fructu ejus mille argenteos. Vineæ mea coram me est. Mille tui pacifici, et ducenti his qui custodiunt fructus ejus. Que habitat in horis, amici asperulant; fac me audire vocem tuam. Fuge, dilekte mi, et assimilare capreae humuloque cervorum super montes aromatum.

Ex his verbis intelligitur totum hoc carmen divinæ esse, et spirituale, et nihil in se habere quod juxta litteram, intelligi possit. Quæ enim amatrix unquam optavit ut is quem diligit parvulus esticiatur ejus frater, et in infantem versus sugat ubera matris? Est ergo vox illius Ecclesiæ quæ adventum Christi praecessit, quam synagogam, idest congregatiōnem, appellamus, *Quis, inquit, det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ?* Et est sensus: Tu qui modo es in sinu patris, quis det ut homo efficiaris, et particeps ac consors naturæ meæ existens, frater meus appelleris? Nam ipse fratrem se Apostolorum vocare dignatus est, dicens per Psalmistam, Psalm. lxi, 23: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Et post resurrectionem mulieribus Matth. xxviii, 10: *Ite, inquit, nuntiate fratribus*

*meis etc. Sugentem, inquit, ubera matris meæ,* hoc est impletum omnia quæ natura humanae conveniunt, excepto peccato. Nam mater synagoge hoc in loco ipsa humana natura intelligitur, de qua ipsa quoque synagoga exorta est. *Ut inventiam te foris;* hoc est, ut hominem factum in aperto videam: quasi enim intus erat adhuc Deus, cum in sinn paternæ majestatis lateret; sed foris inventus est, cum homo factus, visibilem se hominibus prebuit, et incomprehensibilis voluit comprehendendi. *Et deosculante te, et jam nemo me despiciat.* *Et deosculante te,* inquit, idest, aperta visione te aspiciam quem nunc totum in fide teneo. Hoc est osculum, quod in initio carniū optabat dicens; *Osculetur me osculo oris sui;* idest, per semetipsum veniat, et mihi appareat. Quasi enim per prophetas osculabatur eam dilectus, enī adventum suum per eos, et redemptionem repromitteret. Oplat ergo ut per semetipsum adveniens illum osculetur, hoc est in carne præsentiam exhibeat. *Et jam me nemo despiciat:* quasi enim despacta erat synagoga, antequam Christus veniret, quia legalibus observationibus dedita sub tipo et figura cum veritate adventum Christi præannuntiabat. Sed postquam Christus apparuit, et adventus sui gratia mundum illustravit, jam nemo despexit Ecclesiam: quinimum terribilis ut castrorum acies hostib[us] suis fuit, quia per universum mundum Christum predicavit, et mundum imperium sibi subdidit. Nec mirum vide ri debet, si ante Ecclesiam synagogam dicimus: una est enim Ecclesia in præcedentibus, et in sequentibus patribus. *Apprehendam te, et introducam in dominum matris meæ,* et in cubilem genitricis meæ: *ibi me docebis.* Mater Ecclesia hoc loco celestis illa Jersalem intelligitur de qua Paulus, Gal. iv, 26: *Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Ducam,

inquit, te in dominum matris meæ : idest, prosequar te revertentem in cœlum post peractum incarnationis tue et passionis mysterium. *Ducam* autem hic pro eo quod est deducam<sup>1</sup> et prosequar accipiatur, quia ascendentem Dominum in cœlis, Apostoli oculis dederunt, Act. i, 11 : et quousque *eum nubes suscepit*, pio aspectu prosecuti sunt, donec Angeli astantes dixerunt : *Viri Galilæi, quid statatis aspiciens in cœlum?* *Ibi docebis me.* Cum in cœlo receptus fueris, et me quoque tecum in cœlo assumpseris, *ibi me docebis.* Hoc ad superiora refertur, ubi dicitur : *Inueniam te foris.* Cum, inquit, te foris invenero, hoc est cum te in assumpta carne aspexero, *ibi docebis me;* quia ad omnia quæ interrogare voluerò respondebis. Nam etiam sepe volentes Apostolos interrogare Dominus præveniebat, eosque instruebat. Potest et ad hunc locum jungi ubi dicit : *Ducam te in dominum matris meæ, ibi me docebis,* et in omnem veritatem induces ; quod impossibile est homini in praesenti vita posse consequi.<sup>2</sup> Hinc est quod Dominus Apostolis reppromittit dicens, Joan. xvi, 25 : *Venit hora, cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis.* Ergo *ibi me docebis* ; idest, ibi te et Patrem aperta visione revelabis ; ibi te, hoc est divinitatem tuam, mihi facie ad faciem ostendes. *Et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum.* Per vinum fervor caritatis et dilectionis intelligitur. Dabo tibi, inquit, vinum ; hoc est, ostendam, quam ferventissima caritate diligam. Et hoc vinum non simplex erit, sed conditum odoribus, bonis videlicet operibus et virtutibus. Nam amor Dei sicut B. Gregorius dicit nunquam otiosus est. Operatur enim magna si est : si enim operari renuit, amor non est. Vinum ergo conditum est dilectio cum operatione. Unde et Dominus in Evangelio, Joan. xiv, 23 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Probatio dilectionis, exhibitus est operis. *Et mustum malorum granatorum meorum.* Malum granatum

idem est quod et malum punicum. Dicitur autem malum punicum granatum, eo quod multitidine granorum<sup>3</sup> sit plenum. Malum punicum vero, eo quod in Africa plurimum abundet. Punica enim ipsa est Africa. Habet autem corticem sanguinei coloris ; et ideo, ut saepe dictum est, figuram tenet dominicae passionis. Mustum ergo malorum granatorum est dilectio martyrum, qui intantum dilexerunt Denim ut pro illo mori non dubitarent. Et bene mustum dicit, et non aliud poculum ; quia mustum ferventissimum est, ita ut nimio fervore omnem sordem de se exequat et expurget. Dabit ergo Ecclesia dilecto mustum malorum granatorum suorum ; idest, ostendet in passionibus sanctorum martyrum quanta caritate Christum diligat. *Læva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.* Per laevam, ut B. Gregorius dicit, omnia prospera praesentis vita accipiuntur ; per dexteram vero futura beata vita cœli accipitur. Lævam ergo sponsi Ecclesia sub capite habet, et dextera ejus illam amplexatur : quia quæcumque prospera præsentis sæculi pro nihilo reputat<sup>4</sup>, cuncta quæ temporaliter arrident despiciat, dum ad solam supernæ beatitudinis visionem tendit, dum illam solummodo amplexari desiderat. *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per capreas cervosque camporum, ut non suscitatis neque evigilare faciatam dilectam, quoadusque ipsa velit.* Habet Ecclesia quosdam in se qui baptismi Christi sunt regenerati, et non nomine Christianitatis titulati : moribus tamen et conversatione sæculo serviant, et Ecclesiam suavissima quiete sopitam inquietare, atque ad perferendos tumultus sæculi excitare nituntur. Hi ergo tales propter gratiam mysteriorum Christi quam perceperunt, filiæ Jersalem appellantur in hoc loco ; cum tamen moribus contraria agant. Et adjurat eas sponsus, ne suscitent neque evigilare faciant dilectam ; hoc est, ne illam in sonno dulcissimæ quietis positam, idest contemplatione sui Conditoris, sua inquietudines excitent, et ad sollicitudines et curas sæ-

<sup>1</sup> Al. : « pro eo quod deducam. »

<sup>2</sup> Al. : « in præsenti vita persequi. »

<sup>3</sup> Al. : « granatorum. »

<sup>4</sup> Al. : « deputat. »

culi evigilare compellant. *Donec ipsa volunt*, hoc est, donec peracto officio debitate servitutis, quod in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus exhibit Deo, admoneatur tantum cura corporeæ fragilitatis ad ea quæ sunt saeculi redire. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Vox synagogæ admirantis Ecclesiam de gentibus congregatam. *Quæ est ista, inquit, idest qualis est et quanti meriti, quæ ascendit de deserto?* Derelicta enim fuerat a Deo per idolatriam et veritatis ignorantiam. Ascendebat ergo virtutum gradibus de deserto, hoc est de errore infidelitatis, in quod ad tempus derelicta fuerat, *delectis affluens*, hoc est virtutibus abundans, *innixa*, inquit, *super dilectum suum*, idest fiducialiter in Christo agens, et omnes virtutes suas et cuncta bona ad ejus gratiam referens: sciebat enim se nihil suis viribus implere posse; ideoque cum Apostolo dicebat, I Cor. xv, 10: *Gratia Dei sum id quod sum.* Et notandum, quod dicit, *Super dilectum suum:* nam synagoga solam se putabat habere cognitionem Dei, ceteris gentilibus in ignorantia Dei constitutis: *notus enim ut ait Psalmista Psalm. lxxv, 2: in Iudea Deus.* Sed ita admiranti synagogæ respondet ipse sponsus et dilectus per id quod sequitur: *Sub arbore nalo suscitavi te. Ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Arboriem malum Crucem dominicanam debemus accipere, sub qua arbore suscitata est synagoga, quia ipsa a prævaricatione originalis peccati, et a potestate diaboli per crux Christi redempta est. Ibi suscitata est quæ peccatis erat mortua. Et bene arborem mali dicit: *nam et supra hunc arbori Christum comparavit dicens cap. ii. Sicut malum inter ligna sylvarum, sic dilectus mens inter filios*<sup>1</sup>. *Ibi corrupta est mater tua, et violata genitrix tua.* Matrem et genitricem synagogæ majorem<sup>2</sup> et principalem plebem Iudaicæ partis dicit, quales erant scribæ et pharisei qui Christum Pilato tradiderunt, qui reliquam plebem tamquam mater et genitrix regere dehabant et erudire; quales erant illi qui suadent-

tibus ipsis principibus improbe acclamabant: *Crucifige eum Mare.* xv, 14. Haec ergo mater synagogæ sub arbore malo corrupta et violata est, quando se suosque posteros crudeli maledictione constrinxit dicens, Matth. xxvi, 23: *Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.* Nam et isti sub Cruce Christi erant, licet non fidei devotione, tamen crudelis vindictæ sibi et suis posteris imprecatione. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum:* quia fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Quia, inquit, *sub arbore nalo suscitari te*, hoc est quia passione in cruce te redemi; *pone me ut signaculum super cor tuum;* hoc est, habeo me semper in memoriam, et ne obliviscaris quanta pro tua salute pertulerim. *Pone me, inquit, ut signaculum super cor tuum, per fidem, pone me ut signaculum super brachium tuum,* per dignam operationem. Nam et nos quando aliquid rememorari nobis volumus, signaculum digito vel brachio imponere solemus, ut illo admoniti, rei cuius<sup>3</sup> enram habemus recordenur. Et nos ut signaculum super cor et brachium Christianum<sup>4</sup> imponere debeamus, ut ejus memoriam semper habeamus, et ut recte in illum credentes, fidem ipsam bonis operibus exorueamus: quod si fecerimus, ipse quoque nos velut signaculum assumet, et nostri recordabitur; juxta quod Zorobabel judicii Judeæ reprobmittit, Ag giei ii, 24: *In illo die suscipiunt te, Zorobabel serue meus, et ponam te sicut signaculum in conspectu nro.* Nam si nos beneficiorum ejus obliiti fuerimus, nec ei dignas gratiarum actiones retulerimus, ipse quoque nostri obliscentur; sicut de impio rege Jechonia dicit, Jer. xxii, 24: *Si fuerit Jechonia annulus in dextera manu mea, inde evellam eum.* Quia fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Dilectio Christi fortis est ut mors: sicut enim mors animam a corpore separat, ut jam nihil concupiscere, nihil in praesenti vita homini licet ambare, ita dilectio Christi quem vere pervaserit totum secundum hinc mortificat, et

quasi insensibilem roddit : solisque Christo vivens, mundo mortuus est. Idem sensus est cum dicit : *Dura ut infernus amulatio* : nam sicut infernus eos quos semel recipit nunquam restitut, sed semper retinet; ita verus Christi amor quem semel reccuperit, nunquam dimittit. Unde Apostolus dicit, Rom. viii, 35 : *Quis nos separabit a caritate Christi?* *Tribulatio, an fames, an angustia, an gladius?* Sed et de dilectione Christi hoc potest accepi, enjus dilectio fortis fuit ut mors, quia intantum nos dilexit, ut immortalis pro nobis mortem susciperet. Dura fuit amulatio ejus ut infernus, quia sicut infernus nescit misereri, aut a penitus reorum mitigare, sic Christi dilectio non potuit cessare, aut ullis improbitatibus persecutorum removeri ab amore humani generis. Quidam hoc quod dicitur, *Dura est ut infernus amulatio*, ad synagogam referunt, que gentes amulabatur, et invidebat saluti illarum. Monet ergo eam Christus haec dicens, ut ab invidia casset, et saluti Ecclesie congaudeat. *Lampades ejus lampades ignis atque flammarum.* *Lampades ejus*, scilicet dilectiones, praecordia sunt sanctorum, in quibus veluti in vasis dilectio inhabitat. Haec ergo lampades ignis sunt, quia in corde ardent per amorem. Lampades vero flammarum, quia exterius lucent per operationem. *Aqua multa non potuerunt extinguere caritatem, nec flamina obrerent illam.* Aqua et flamina sunt violentia persecutorum minarum, vel etiam blandimenta quibus sanctos et caritate Dei separare nituntur : de quibus Dominus in Evangelio dicit, Matth. vii, 23 : loquens de viro qui aedificavit domum suam supra petram, quod *venerunt flamina, flaverunt venti, et impegerunt in dominum illam*; et non cedidit. *Aqua ergo multa non potuerunt extinguere caritatem* : quia nulla tribulatio, nulla angustia sanctos a caritate Dei separare valebit. *Si dederit homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Ille versiculus non eget expositione. Nam nulke hujus mundi substantiae, nulla opes, comparatione dilec-

tionis aliquid sunt. Legimus quosdam sanctos sua dedisse pro amore Christi ; sed tamen nihil sibi videbantur dimittere in comparatione caritatis quam emabant : nnde Apostolus, cum non solum terrenam substantiam, sed et pateras traditiones dimitteret pro Christo, dicebat, Phil. iii, 8 : *Hoc omnia contemno, et arbitror ut stercore, ut Christum lucifaciam*, idest amorem illius acquiram. *Soror nostra parvula, et ubera non habet.* Quid faciemus sorori nostrae in die quando alloquenda est ? Vox dilecti synagogam alloquenter est pro Ecclesia gentium. *Soror, inquit, nostra*, idest gentium Ecclesia, *parva est, et ubera non habet.* Ex magna dilectione dilectus communicato cum synagoga nomine dicit, *Soror nostra* : quia enim ex Iudeis carnem assumpsit, ideo se quasi synagogae comparavit et exequatur<sup>1</sup>. *Parvula, inquit, est soror nostra.* Sicut alicuius hominis aetas describitur, sic etiam aetas Ecclesiae : parva enim adhuc erat Ecclesia de gentibus congregata sub ipsis Domini et Apostolorum temporibus quia et parvitate credentium parva existebat, et ubera neecdum habebat, idest nequamquam prædicando spirituales Deo filios generare valebat. Dicit ergo quasi consilium synagogae requirens : *Quid faciemus sorori nostrae in die quando alloquenda est ?* Allocutio Ecclesiae est, vel cum intrinsecus occulto inspiratione, vel exterius aperta prædicatione admonet Deus animam uniuscujusque fidelis : et est sensus : Quando per Apostolos meos alloquar Ecclesiam de gentibus congregatam, quid faciemus ? idest, quomodo illi præcepta caelestia committemus, utrum videlicet quæque minima, an quo major efficiatur, perfectiora<sup>2</sup> illi secretorum caelestium mysteria trademus ? Nam Deus omnipotens pro mensura et capacitatem mentis humanae temperat verbum prædicationis, considerans vires et capacitatem auditoris. Sed synagoga facente, ipse pro ea respondit : *Si muris est, adifice-mus super eum propugnacula argentina ; si ostium est, compingamus illud tabulis cedarinis.* Si, inquit, soror nostra *est mu-*

<sup>1</sup> Al. : « exequatur. »

<sup>2</sup> Al. : « perfectione. »

*rus, ædificemus super eum propugnacula argentea; ac si diceret: Cum coperiunt Apostoli mei praedicare Ecclesie de gentibus congregatae, si tales fuerint auditores qui merito perfectionis murus appellari possint, dum videlicet vel ingenio naturali prædicti, vel philosophica eruditio præstantes, quasi alios<sup>1</sup> defendere et munire possunt, ut defendit murus; ædificemus super hunc talem murum propugnacula argentea: addamus illis eloquia divinarum Scripturarum. Nam Psalmista dicit Psalm. xi, 7, *Eloquia Domini eloquia casta; argentum igne exanimatum.* Si vero tales fuerint auditores, qui nequaquam hostibus resistere possint, nec tela contravenientia repellere; sed fuerint<sup>2</sup> velut ostium, ut simplicia annuntiantes possint aliquos ad Ecclesiam et ad fidem adducere, quales sunt sacerdotes minoris gradus, qui baptizando in Ecclesia, et divinis mysteriis initiando, homines in Ecclesiam introducent<sup>3</sup>, *compingamus illud, ostium, tabulis cedrinis;* idest, proponamus eis exempla præcedentium patrum, qui veluti cedri, imputribili videlicet ligna, immarcescibilia opera habent, et veluti tabulae scientiae et caritatis latitudine diffusi sunt. Latitudo enim tabularum latitudinem cordis vel scientiarum significat, dicens Psalmista. Psal. cxviii, 32: *Viam moudatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* His ergo cedrinis tabulis, idest sanctorum exemplis, compingamus illud ostium, ut videlicet eorum immitudo exemplis aliis Ecclesiam introeundi, veluti ostium jannau paudant. *Ego murus, et ubera mea sicut turris:* ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens, Vox Ecclesie, qua cum odisset pro sua salute consilientem dilectum sum, ipsa lata respondet: *Ego murus, sum, et ubera mea sicut turris.* Ego, inquit, murus, quia ego supra firmam petram fundata sum, et glutino divine caritatis solidata. Sive murus sum, quia de vivis lapidibus et electis, hoc est sanctis, sum adflectata. Et ubera mea sicut turris, quia tales intra me contineo qui vice ubi-*

rum alias nutrire possunt spirituali doctrina, et vice muri et turris defendere et munire; quique<sup>4</sup>, sicut turres munimunt et defendunt, ita merito doctrinae et conversationis inter reliqua membra præcellunt. Hoc autem non meis meritis, neque libertate mei arbitrii habeo, sed dono et gratia sponsi mei. Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens; idest, ex quo ille suum sanguinem pro me fudit, et repropietando mihi nomen Patrem, dissolvit inimicitias quae erant inter Deum et hominem, mihique coelestia pacificavit. Ex quo ergo hanc pacem reperi, murum<sup>5</sup> esse et habere ubera vice turrium merui. *Vinea fuit pacifico,* idest dilecto meo, qui verus est pacificus, quia per eum pacificata sunt omnia quae sunt in celis et quae in terra. Inde a Prophetâ *pater futuri sancti, princeps paris* appellatur. Isa. ix, 6: In enjus veri pacifici typum, Salomon, idest pacificus, auctor hujus carminis præcessit. Huic ergo fuit vinea, videlicet sancta Ecclesia. *Quæ habet populos.* Hoc dicit ut se de Ecclesia gentium, non de synagoga ostenderet canere. Nam synagoga unius tantum gentis fuit; Ecclesia vero habet populos, quia omnes gentes intra capacissimum sumum gremium recepit. *Tradidit eam custodibus;* vir affert pro fructu ejus mille argentes. Custodes hujus vineæ, idest sancta Ecclesia, sunt Prophetæ et Apostoli, Apostolorumque successores. Sive etiam enstodes sunt angelicae virtutes, quae ab iuensibus tentationum et demum Ecclesiam custodinul. *Vir affert pro fructu ejus mille argentes.* Omnes viros fortes dicit et perfectos. Nam vir a virtute vocatur. Fructus Ecclesie est coelstis vita remuneratio, pro qua sancta Ecclesia in praesenti laborare non cessat. Mille autem argentei, quos pro fructu vir affert, significant omnia que in hoc mundo possideri possunt. Millennium enim numerus, pro summa perfectione et plenitudine ponitur. *Vir ergo pro fructu hujus vineæ mille affert argentes,* quia sancti omnia sua relinquunt, et pauperibus erogant, ut fructus hujus vineæ, hoc

<sup>1</sup> Al. : « alienos. » — <sup>2</sup> Al. : « fuerit. »

<sup>3</sup> Al. : « introducant. »

<sup>4</sup> Al. : « quodque. » — <sup>5</sup> Al. : « murus. »

est supernam mercedem, consequantur. Tale est illud<sup>1</sup> quod Dominus in Evangelii parabola dicit, Matth. xii, 44 : *Simile est regnum colorum thesauro abscondito in agro, quem qui inventit hunc, abscondit, et præ gaudio illius rudit, et vendit universa que habet, et emit agrum illum.* Vinea mea coram me est. Vox sponsi. Tu inquit, dicas, quia vineam meam tradidi custodibus : tameu vinea mea semper coram me est : quia licet eam custodibus meis commisericor<sup>2</sup>, ego tamen semper curam illis habeo, nec pro illa sollicitus esse desisto ; sed sum eum illa usque ad consummationem saeculi. *Mille tui pacifici, et ducenti his qui custodiunt fructus ejus.* Mille tui; subaudi argentei, quos pro vinea dedisti fructu, pacifici tibi sunt ; quasi diceret : O anima fidelis, noli dubia esse pro æterna mercede, pro qua tua omnia dimisisti, quia mille argentei tibi pacifi sunt ; idest, manet pro te illa certa remuneratio, et verum inde fructum consecuta es. *Et ducenti, subaudi, argentei, his, subaudi, pacifici sunt<sup>3</sup> qui custodiunt fructus meos.* Sicut per millennium plenitudo perfectionis, sic etiam per centenarium summa perfectio designatur, quia centenarius de lava in dexteram transfertur. Ducenti ergo argentei, qui de duplicatis sunt centenariis, significant eos qui doctrina et operatione perfecti sunt, qui juste et pie vivendo, semetipsos custodiunt, et etiam prædicando alios convertunt. Illos ergo talibus ducenti argentei pacifici sunt, quia duplicata in cœlis ejus manet remuneratio ; de qua videlicet per Daniëlem cap, xii, 3 dicitur : *Et qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Ilos enim dupliciter jubet Apostolus honorari, dicens, I Tim. v, 17 : *Presbyteri qui in vobis sunt, duplice honore digni habeantur; maxime qui præsumunt vobis, et laborant in verbo.* Quæ habitat in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Vox dilecti sponsam Ecclesiam alloquentis. O Ecclesia, quæ habitat in hortis, idest quæ excoleundis virtutum germinibus insistis : hortus etenim sponsi ipsa Ecclesia est, quia, ut superius lectum est, crebro se promittit eam in hortis visere. Ergo Ecclesia in hortis habitat, quia plantaria virtutum assidue nutrit. Nec transitorie, quasi postmodum recessura, ibi lugurium ponit, sed fixa statione ibi habitat. *Fac me, inquit, audire vocem tuam;* idest, predica Evangelium, præceptaque meæ legis simul, et promissio nem celestium præmiorum annuntia : hoc enim mihi juendum et delectabile est ut audiam vocem tuam ; hoc est, ut audiam te verba salutis æternæ annuntiantem. Sed et amici auscultant; idest angelici spiritus vocem tuam delectantur audire, quos tibi amicos feci per effusione sanguinis moi, tuosque adjutores ac protectores contra malignos spiritus institui. Sive amici, idest, spiritus justorum, auscultant, quos de tuo cœtu ad me in coelestibus assumpsi : et ipsi enim de tua prædicatione et fratrum salute congaudent. Respondet confessim ipsa sponsa dilecto suo : *Fuge, dilecte mi, et assimilare caprex, himnuloque cervorum super montes aromatum.* Mira responsio. Invitatur ad prædicandum, ut sponsus audiat vocem ejus ; illa vero hortatur sponsum suum ut fugiat. Sed magna est mysterii consequentia. Nam superius prædicta fuerat Christi nativitas, cum dixit : *Quis det te fratrem meum sugentem ubera?* Prædicta etiam fuerat ejus passio ubi dictum est : *Sub arbore malo suscitavi te.* Nunc consequenter hortatur sponsum ut fugiat, hoc est velocissime per ascensionem ad Patrem redeat. Et est sensus : jubes me prædicare, vis vocem meam audire. *Fuge dilecte mi;* idest, impleto incarnationis et passionis tue mysterio, revertere ad cœlum, ut non jam te sicut hominem, sed sicut Deum super omnia cogitare incipiam. Tunc enim audies vocem meam, quia tunc liberius prædicabo omni mundo. Et hoc est quod Dominus in Evangelio dicit, Joan. xvi, 7 : *Ego veritatem dico vobis : expedit vobis ut ego vadam.* Expediebat enim Apostolis et omni Ecclesiæ ut Christus rediret, idest presentiam temporalem absentaret : quia

<sup>1</sup> Al. : « ut illud. » — <sup>2</sup> Al. : « commiseram. »

<sup>3</sup> Al. : « Et ducenti, » subaudi argentei : « pacifici sunt, » subaudi : « his. »

dum in corpore præsens erat, non poterant eum spiritualiter amare, et non poterant eum quem hominem cernebant, ut Deum invisibilem et ubique præsentem cogitare. At postquam cœlos ascendit, cœpit eum Ecclesia spiritualiter diligere, et sicut Deum jam cogitare et prædicare. Et hoc est quod Apostolus ait, II Cor. v, 19 : *Etsi' neveramus Christum secundum carnem ; sed nunc jam non novimus eum.* Ergo dileete mi, si vis me ita prædicare, refuge, idest, recede ad cœlestia ; et qui fuisti comprehensibilis per humanitatem, efficerem incomprensibilis per divinitatem. Verumtamen ne me in præsenti sine tua visitatione reliquas, mihique te penitus subtrahas ; *Similis esto caprea, hin-*

*nudoque cervorum super montes aromatum.* Sieut, inquit, capreæ et hinnuli cervorum indomita animalia humanum consortium fugiunt, tamen crebris in montibus videntur : sic et tu post tuam ascensionem licet invisibilis sis, dignare mihi tamen sapientis dono tuae gratiae apparere. Et hoc *super montes aromatum :* montes enim aromatum sancti Dei sunt, excellentia sancte conversationis, et cœlo proximi, et odore ac fama virtutum longe lateque fragrantes. Hinc et Apostolus de se sibiisque similibus dicit, Phil. iii, 20 : *Nostra conversatio in cœlis est.* Et alibi II Corinth. ii, 15 : *Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco.*

---

# IN CANTICUM CANTICORUM

## EXPOSITIO ALTERA



### PRO O E M I U M S . T H O M A E

Sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis,  
et facies tua decora.

CANTIC. II.

In principio ejuslibet libri, quantum ad praesens spectat, duo sunt notanda : primo quis sit libri titulus : secundo quae sint causæ operis. Prædicta autem auctoritas, quæ legitur Cantic. II., aliter et aliter exposita, nobis nitrumpque insinuat. Nam si verba prædictæ auctoritatis sint sponsi ad sponsam, idest Christi ad Ecclesiam, tunc declarant nobis libri titulum ; si vero intelligentur de Christo dicta, manifestant nobis causas operis. Intitulatur autem liber iste, *Canticum Canticorum*, ut ex Glossa haberi potest. Canticus tamen qui in hoc libro docetur non est corporalis seu sensibilis, sed magis intellectualis, et secundum spiritum. Dicimus enim duo esse genera verborum : interiora et exteriora, sive sensibilia et intellectualia, ut patet per Augustinum in II de civitate Dei, ubi ipsas cogitationes cordis locutiones appellat. Sicut ergo in locutionibus exterioribus secundum melodiam et proportionem prolatis resultat cantus sensibilis ; ita in locutionibus interioribus et etiam affectionibus secundum proportionem et ordinem debitum ad Deum directis<sup>1</sup> resultat quedam melodia spiritualis, et quidam cantus intelligibilis. Non enim sic debemus restinguere nomen cantus ut solum in sensibilibus

vocibus esse habeat. Nam Boetius in *musicâ* sua ostendit musicam proportionem aliquo modo circa omnia esse<sup>2</sup>, inquantum singula secundum melodiam per quandam proportionem sunt condita. Sicut et Augustinus in IV *Musicâ*, extendit numeros musicales ad actiones animæ. Nam secundum quinque numerorum genera, quæ ipse distinguit in II capit. dicti libri, idest<sup>3</sup> secundum numeros judiciales, progressoros, occurrentes, recordabiles, consonales, salvat actiones ipsius animæ. Imo<sup>4</sup> ipsa usitata locutio admittit<sup>5</sup> ut manifeste dictum, canticum appelleat, secundum quem modum geometræ loqui consueverunt : unde<sup>6</sup> cum aliquid geometrice probare volunt, dicunt : Sicut cantat talis propositio ; si in illa propositione manifeste illud profertur. Quia ergo Deo omne cor patet et omnis voluntas loquitur, et cogitationes et affectiones voluntatis non discedunt a melodiam et a proportionibus, quæ, et secundum quas<sup>7</sup> attenditur operatio virtuosa, quoddam canticum dici possunt. Tale est Canticum quod hic cantatur : quia hic exprimuntur<sup>8</sup> debitæ affectiones et cogitationes ejuscumque animæ sanctæ, vel etiam totius Ecclesiæ, secundum quas intendit gustare divinam dulcedinem, et

<sup>1</sup> Al. : « directum. » — <sup>2</sup> Al. omittitur : « esse. »

<sup>3</sup> Al. : « ut. » — <sup>4</sup> Al. : « immo enim. »

<sup>5</sup> Al. : « admittat. »

<sup>6</sup> Al. : « ut. »

<sup>7</sup> Al. : « a proportionibus, secundum quas. »

<sup>8</sup> Al. : « quia exprimuntur. »

habere sui sponsi<sup>1</sup> consortium. Et si volumus secundum quamdam adaptationem loqui, dicere possumus, Deum habere duas aures : unam iræ, aliam pietatis. Secundum aurem iræ audit clamorem ; secundum quem modum dixit ad Cain : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* : Genesis iv, 10. Secundum auren pietatis dicitur audire cantilenas, idest affectiones, cogitationes, orationes, desideria devotarum mentium : et quia suave est illi, scilicet Deo, audire tales cantus, et delectatur in animabus sanctis, sicut bonus pater in bonis filiis ; ideo invitans animam sanctam, sive totam Ecclesiam, ad sic cantandum ait : *Sonet vox tua in auribus meis* : et subdit causam : *Vox enim tua dulcis, et facies tua decora.* His enim duabus causis appetitur cantus alienius ; primo<sup>2</sup> propter se, videlicet quando cantus est dulcis et suavis ; secundo ratione cantantis, ut si habeat decoram faciem : nam cui placet vultus cantantis, verisimile est quod magis delectetur in canto. Utroque autem<sup>3</sup> modo delectatur Christus in anima sancta ; scilicet ratione ipsius cantus, videlicet propter bonitatem affectionum et cogitationum ; et ratione ipsius gratia : nam gratia Dei in essentia animæ existens reddit animam bonam, et opera ejus Deo grata. Patet ergo quod si verba prædicta sunt sponsi ad sponsam, designant titulum hujus libri, qui dicitur *Canticum Cantorum*, quia excellenti modo hic talis melodia insinuat : consuevit enim genitivus pluraliter appositus nominativo denotare excellentiam, ut *Regnum regnum*, et *Dominus dominantium*. Apocalyp. xix, 16.

Sed in prædicta verba volumus expovere ut sint verba Ecclesie loquentis ad Christum, designant nobis causas hujus operis, licet serie, litteræ contradicere videatur. Ex quo tamen a veritate fidei non discedit, non est talis expositio repellenda : quia in sacra pagina non solum assignatur sensus literalis, qui som-

per est continuus, sed etiam mysticus, quem non oportet esse continuum. Secundum hoc ergo dicamus, quod causa materialis et efficiens notatur cum diciatur : *Sonet vox tua in auribus meis* : formalis, cum dicatur : *Vox enim tua dulcis* ; finalis cum annexetur : *Et facies tua decora.* Sponsus et sponsa, idest Christus et Ecclesia, sive Christus et anima sancta, est materia hujus libri<sup>4</sup>, ut *Glossa* tangit. Quod si sponsa dicit sposo : *Sonet vox tua in auribus meis*, causam materialem habemus et etiam efficiensem : quia sponsus ipse<sup>5</sup> qui est verus Deus, cum hoc quod est subjectum sive materia doctrinae sacræ, est etiam principaliter causa efficiens hujus scientiae. De causa vero instrumentalis non sit nobis cura, quia hujusmodi causa habentur respectu doctrinae sicut instrumenta, sicut penna scribentis<sup>6</sup>, juxta illud Psal. xlv, 2 : *Lingua mea calamus scribere velociter scribentis.* Sicut ergo superstitiosum esset, cum quereretur de auctore aliquius libri, querere cum qua penna scriptus fuisset liber ; ita quodammodo superstitionis videtur quod aliquis sit multum sollicitus inquirere causas instrumentales Scripturae sacræ : nam si constat de veritate, quod liber sit a Spiritu sancto, non est magna cura adhibenda ad inveniendum auctorem alium. Quod si tamen aliter videatur de hoc adhibenda cura, dicimus, quod Salomon fuit talis causa hujus libri, qui secundum quod *Glossa* tangit, fuit trinomius, et secundum numerum nomimum tres edidit libros. Dictus enim fuit ; Salomon, idest pacifex ; Jedidiah<sup>7</sup>, idest dilectus ; et Ecclesiastes, idest concionator. Secundum enim quod fuit pacifex, edidit librum Proverbiorum ; secundum quod fuit dilectus, edidit librum Cantorum ; et secundum quod fuit concionator, edidit librum Ecclesiastes.

Causa autem formalis habetur cum subjungitur : *Vox tua dulcis.* Consuevit enim distinguiri duplex forma : scilicet

<sup>1</sup> Al. : « spiritus. »

<sup>2</sup> Al. : « idest. »

<sup>3</sup> Al. : « enim. » — <sup>4</sup> Al. : « et. »

<sup>5</sup> Al. : « antecedenus. »

<sup>6</sup> Al. : « sive Christus, et anima sancta. » Est enim materia hujus libri. »

<sup>7</sup> Al. : ipse e L. » — <sup>8</sup> Al. : « auditor. » — <sup>9</sup> scribentis.

<sup>10</sup> Al. : « Iddo. »

forma tractatus<sup>1</sup> quae est modus agendi ; et forma tractandi<sup>2</sup>, quae est ordinatio capitulorum ad invicem. Modus autem agendi in aliis scientiis est approbativus aut improbativus<sup>3</sup> : in doctrina vero sacra, potissimum in canone, esse videtur inspirativus idest revelativus, quia<sup>4</sup> magis talis tractatus<sup>5</sup> innititur revelationi quam probationi. Modus autem in isto libro specialiter videtur esse affectivus, desiderativus et contemplativus. Unde *Glossa* tangit, quo modo hujus libri est ostensivus, quali<sup>6</sup> desiderio membra capiti adhaerant, ei placere contendunt, et quali affectione sponsus Ecclesiam diligit : unde modus agendi hujus convenienter notatur per hujusmodi dulcedinem, cum dicit : *Vox tua dulcis* : quia complacentia, affectio et desiderium quamidam dulcedinem amoris important. Et hoc etiam potest haberi forma tractandi<sup>7</sup> quae talis debet esse qualem requirit modus agendi. Immo, quia ipse ordo capitulorum ad invicem, bene intellectus, animam demulcit et delectat ; non inconvenienter forma tractandi<sup>8</sup> per dulcedinem intelligitur. Causa vero finalis habetur cum subinfertur : *Facies tua decora*. Est igitur finis hujus libri, ut *Glossa* tangit, dilectio secundum quam sponsa delectatur ; et cum hoc potissime sit propter decorum faciei sponsi, convenienter talis finis insinuatur cum dicitur : *Facies tua decora*.

Dubitaret forte aliquis, cum in tota sacra pagina finis sit dilectio, quomodo differenter dilectio Dei sit finis hujus libri, et totius doctrinae sacrae : et utrum propter hoc quod finis hujus scientiae est opus an practica scientia dici possit.

Ad horum evidentiam est notandum, quod sicut in tota physica naturali finis est cognoscere corpus mobile in quantum mobile ; in libris autem partialibus hujusmodi finis contrahitur, sicut patet quod in libro *Physicorum*<sup>9</sup> non intenditur cognitionis corporis mobilis quoemque speciali modo, sed cognitionis talis corporis

simpliciter, non contrahendo ad hoc vel ad illud ; in libro vero de *Generatione* intenditur talis cognitionis, ut contrahitur corpus<sup>10</sup> mobile ad formam ; in libro vero de *Carlo*, ad situum, et sic in aliis libris, modo contracto, intenditur cognitionis talis corporis : eodem modo in doctrina ecclesiastica dilectio Dei in universalis sumpta intenditur quoemque modo manuduca-mur ad talem dilectionem ; sed in partia-libus<sup>11</sup> libris specificatur talis intentio : ut in Genesi, prout ad eam deducimur considerando divinam potentiam : quia ibi ostenditur quomodo Deus cœlum et terram, et omnia de nullo produxit in esse. In hoc autem libro specialiter manuduca-mur ad divinam dilectionem, considerando divinam benignitatem, et meditando quanta affectione Christus sponsam suam diligit, et quanto desiderio moveri debet anima saneta, ad gustandum dulcedinem divinam. Quæ si bene advertimus, non inconvenienter finis hujusmodi libri assignatur dilectio Dei, licet etiam hoc sit finis totius doctrinae sacrae : speciali enim modo liber iste provocat nos ad dilectionem Dei et proximi.

Ad secundum quæsitum dicendum, quod haec scientia dicitur Dei dilectiva vel affectiva, ut manifeste probavimus in questionibus super *primum Sententiarum* ; et si propter hoc aliquis velit eam appellare practicam, quia dilectio est quoddam opus, sententiam teneat, lingua corrigat. Nam scientia practica principaliter ordinatur ad opus exterius ; ideo scientia politicae practicæ nominantur, et polities, idest bonitas, dependet ex operibus nostris : nam secundum Philosophum, quia bona facimus, boni sumus ; et ex similibus actibus generantur similes habitus. Bonitas vero spiritualis, quia non dependet ex operibus, exterioribus immo ex habitu caritatis, et ejus operibus ; sacra pagina quæ ad talem bonitatem ordinatur practica dici non debet. Sicut ergo scientiae quæ ordinatur ad speculationem, non dicitur practica, licet speculari sit quod-

<sup>1</sup> Al. : « tractandi. » — <sup>2</sup> Al. : « tractatus. »

<sup>3</sup> Al. : « approbativus impugnativus. »

<sup>4</sup> Al. : « est quasi. » — <sup>5</sup> Al. : « textus. »

<sup>6</sup> Al. : « est quasi. » — <sup>7</sup> Al. : « tractatus. »

<sup>8</sup> Al. : « tractatus. »

<sup>9</sup> Al. : « in libris autem partialibus hujus finis contrahitur, ut in libro *Philosophorum*. »

<sup>10</sup> Al. : « ut contracta, ut corpus. »

<sup>11</sup> Al. : « spiritualibus. »

dam opus; sed suscepit nomen ex speculazione, et dicitur speculativa: sic et theologia ordinatur ad affectionem sive dilectionem caritatis, quia hujusmodi opera non sunt

exteriora, ab eis debet denominari specialiter theologia, et debet dei affectiva vel dilectiva, et non practica. His visis, accedamus ad expositionem litterarum.

## TRACTATUS PRIMUS. SIVE PRIMA PARS TOTIUS LIBRI

### CAPUT PRIMUM

*Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia myrrae optimis. Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescentule dilexerunt te. Trahe me post te: curremus in odorem myrrae tuorum. Introduxit me rex in cellariam sua. Exultabimus et latabimur in te, memores uberum tuorum super vimnum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decoloravit me sol. Filii matris meae pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodivi. India mihi quem diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in iheride: ne vagari incipiatur post greges sodalium tuorum. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et ali post vestigia gregum tuorum, et pasci herdes tuos iuxta tabernacula pastorum. Equitatum meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Pulchra sunt genae tue sicut turritis, collum tuum sicut monilia. Mirenuas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Duan esset rex in aciebitu suo, nardus mea dedit odorem sum. Fasiculus myrrae dilectus meus mihi, inter ubera mea commemorabitur. Botrus Cypri dilectus mens mihi, in vineis Engadini. Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulchra es, dilecta mihi, et decorus. Lectulus noster floribus, tigua dormitoria nostrarum cedarina, laquearia nostra expressa.*

*Osculetur me osculo oris sui. Intentio principalis huius operis est exprimere mutua desideria inter sponsum et sponsam, sive inter Christum et Ecclesiam: et quia secundum alium et alium statum<sup>1</sup> alia sunt desideria, ideo secundum diversos status Ecclesia oportet nos hunc librum dividere. Ecclesia enim<sup>2</sup> potest tripliciter considerari. Primo quantum ad*

statum primitivum, scilicet quantum ad statum rami fracti: nam Iudei sunt excavati, et gentiles sunt admissi, iuxta illud Rom. xi, 17: *Tu quidem (gentilis<sup>3</sup>) cum oleaster es, insertus es in illis idest ramis bone olivae et socius radicis et pinguedinis bone olivae factus es.* Secundo numerum potest considerari quantum ad statum ultimum, quando Iudei omnes salvi sient: quia tunc temporis si fuerit numerus filiorum Israel, sicut<sup>4</sup> arcu matris, residu<sup>5</sup> salvi sient Rom. ix, 27. Et quia non est dare extrema sine medio, ideo praeter statum primum et ultimum est dare medium. Hos autem tres status quodammodo tangit Apostolus ad Rom. xi, 25, cum ait: *Quia exercitus<sup>6</sup> venit in Israhel ex parte quantum ad statum primitivum donec plenitudo gentium intraret:* quantum ad statum medium, secundum quem Ecclesia proficit, et quasi universaliter gentes sunt conversae. Et subdit, quod tunc omnis Israhel salvis erit, quantum ad statum ultimum, quando Iudei plene convertentur ad Christum: quod erit in fine saeculi. Secundum hos tres statis liber iste dividitur in tres partes. Quia primo describuntur mutua desideria inter Christum et Ecclesiam, secundum quod Ecclesia fuit in statu primitivo; secundo describuntur talia desideria quantum ad statum medium, tertio descri-

<sup>1</sup> Al. : « et secundum quidem alium statum. »

<sup>2</sup> Al. omittitur: « cuim. »

<sup>3</sup> Al. : « secundo quantum ad statum fracti. »

<sup>4</sup> Al. : « scilicet gentiles. »

<sup>5</sup> Al. omittitur: « secundo. »

<sup>6</sup> Al. omittitur: « residu. » — <sup>7</sup> Al. . . . . intret . . .

buntur quantum ad statum ultimum. Secunda pars est ibi, *En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambunt ex fortissimis Israel*: ultra medium tertii capituli. Tertia pars est ibi, *Descendi in hortum meum* <sup>1</sup> ut infra cap. vi, circa finem.

Prima pars dividitur in duas partes, secundum quod desideria primitiva Ecclesiae dupliceiter distingui <sup>2</sup> possunt; scilicet quantum ad adoptionem boni, et quantum ad fugam mali. Primo ergo Salomon describit desideria sponsæ, idest Ecclesiae, sive animæ sanctæ, secundum quod desiderat adipisci divinas dulcedines, et sponsi sui Christi degustationes. Secundo ponit desideria ejus, secundum quod desiderat fugere exteriore tribulationes. Secunda ibi, *Nigra sum, sed formosa*. Prima dividitur in duas: quia primo ponitur sponsæ desiderium; secundo, quia ad obtinendum quod desiderat non potest per se sponsa sufficere, implorat divinum auxilium. Secunda ibi, *Trahe me post te*. Prima pars dividitur in tres partes: quia primo ponitur sponsæ desiderium; secundo subditur desiderii causa, sive ratio; tertio ex ratione assignata concludit sponsum suum naturaliter desideratum esse. Secunda ibi, *Quia meliora*; tertia ibi, *Ideo adolescentula*. Est autem tale desiderium Ecclesie, quod desiderat osculari osculo oris Dei, idest adipisci dulcedinem et gratiam per ipsum. Debet ergo optative legista littera. *Osculetur*, idest utinam osculetur me Dens Pater osculo oris sui; ita quod Deus Pater sit osculans, Filius sit os, et Spiritus sanctus sit osculum. Dicitur autem Filius os Patris, inquantum est verbum ejus, et manifestativum ipsius. Spiritus autem sanctus dicitur osculum; quia sicut in osculo procedit corporalis spiritus ab osculante per os, sic Spiritus sanctus procedit a Patre procedendo a Filio, cum Filius hoc habeat a Patre quod spiret Spiritum sanctum. Ideo Augustinus, xvi de Trin., dicit, Spiritum sanctum principaliter procedere a Patre. Desiderat ergo gustare dulcedinem gratiae, quæ appropriatur Spiritui sancto participando ejus dona et suam gratiam.

Deinde cum dicit, *Quia meliora sunt ubera tua vino*, assignat cansam et rationem desiderii sui. Quod antequam exponamus, triplex nobis occurrit dubitatio litteralis. Primo, quia videtur textus hic dissutus esse, cum prius Ecclesia locuta fuerit in persona tertia dicens: *Osculetur me osculo oris sui*: postea assignando cansam, locuta est Deo in persona secunda, subdens: *Quia meliora sunt ubera tua vino*. Secundo etiam appareat textus dissutus, et inconveniens ratio: quia cum sponsa desideret osculum, si vellet assignare causam desiderii sui, deberet commendare labia, per que fit osculum, non ubera. Tertio videtur inconveniens hujusmodi dictum, quia sponsæ consueverunt habere ubera, non sponsi. Cum ergo in predicta locutione sponsa loquatur ad sponsum, non videtur competens quod laudat ubera ejus.

Respondeo dicendum, quod primam dubitationem solvit *Glossa*, dicens, quod sponsa loquitur more amantis, qui propter fervorem dilectionis, loquendo ordinem non valet servare; ideo aliquando loquitur in tertia persona, alignando in secunda. Possumus etiam taliter <sup>3</sup> dicere: sponsam in primordio sue locutionis loqui in tertia persona quia non audet tantum Dominum in principio alloqui in secunda persona; sed petitione facta, <sup>4</sup> cognoscens se talia desiderare non posse sine divina gratia, juxta illud II Corinth. iii, 5: *Non quod sufficientes simus cogitare a nobis aliquid quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est*: ideo confusa de Dei auxilio, que prius proposuerat sua desideria Deo in tertia persona, dicens: *Osculetur me osculo oris sui*; in dando rationem sui desiderii, alloquitur ipsum in secunda persona, subdens: *Quia meliora sunt ubera tua vino*.

Secunda dubitatio etiam solvit, quia secundum Dionysium, I de div. Nomin., intelligibilia sunt incomprehensibilia a sensibus; ideo per unum sensibile non expresse manifestatur intelligibile, sed multa sensibilia expressius unum intelligibile <sup>1</sup> notificant. Ut ergo detur intelligi,

<sup>1</sup> Al. « tamen aliter. »

<sup>2</sup> Al. : « Ecclesiæ distinguiri. »

<sup>3</sup> Al. : « tamen aliter. »

<sup>4</sup> Al. : « sancta. »

osculum a sponsa quæsitum, non fuisse caruale, sed spirituale, in quo non solum bonitas lahiorum, sed etiam uberum, et aliorum sensibilium multorum<sup>2</sup> perabundantius comprehenduntur, in laudando prædictum osculum, laudat sponsa ubera, non labia.

Tertia dubitatio solvitur similiter a *Glossa*: quia ideo tribuit sponsa sponso ubera, ut ostendat se figurative loqui. Alter etiam solvi potest: quia non est simile de matrimonio carnali et spirituali. Nam sicut in matrimonio carnali sponsa dat dotem sponso; in spirituali sit et converso, quia sponsus charismatibus dotal animam: sic etiam in hujusmodi matrimonio ubera principalius competunt sponso. His visis, notandum, quod assignare rationem vel<sup>3</sup> causam quare aliquid sit desideratum, est ostendere illud esse bonum: quia secundum Philosophum in I Ethic. et I Rhetoric., bonum est quod omnia appetunt. Et quia bona spiritualia nobis innotescunt<sup>4</sup> per corporalia, ideo sponsa in ostendendo bonitatem osculi sponsi, per similem bonitatem divinae dulcedinis commendat eam tripliciter. Primo ex eo quod reficit gustum, quod notatur cum dicitur: *Quia meliora sunt ubera tua vino*; secundo ex eo quod reficit odoratum, quod habetur cum subjunxitur: *Fragrantia unguentis optimis*; tertio quia delectat tactum, quod habetur cum dicitur: *Oleum effusum nomen tuum*.

Ad intelligentiam prædictorum notandum, quod dulcedo quam Ecclesia sponsa Christi desiderat adipisci, haenritur secundum contemplativam vitam. Vita autem contemplativa, prout de ea locuti sunt philosophi et sancti<sup>5</sup>, non accipitur uniformiter: nam philosophi finem contemplationis ponunt in sapere. Ideo in x Ethic. ubi determinatur de contemplatione et felicitate,<sup>6</sup> ostenditur operationem perfectam<sup>7</sup> secundum spirituale con-

templationem esse felicitatem: nam speculari secundum sapientiam, id est secundum metaphysicam, est summa felicitatis: quam posuerunt philosophi. Ideo Philosophus in iv Ethic. volens taleni felicitatem summe extollere, ostendit eam esse maxime delectabilem, dicens<sup>8</sup> quod Philosophia videtur habere delectationes mirabiles puritate et firmitate. Sed contemplatio, ut de ea loquuntur theologi, magis consistit in sapore, quam in sapere: et magis consistit in dilectione et dulcedine, quam in contemplatione.<sup>9</sup> Et si invenitur aliquando studium litterarum pertinere ad contemplativam vitam secundum theologos, hoc est in quantum per hujusmodi studium manuducimur in amorem Dei. Si quis ergo ad hoc studet ut sciat, non ut adficiet, et in dilectione Dei proficiat, cognoscat se vivere vita contemplativa secundum philosophos, non secundum theologos. Si ergo de hujusmodi contemplatione<sup>10</sup> secundum sensibilia<sup>11</sup> loqui volumus, per quandam adaptationem dicere possumus, vitam contemplativam philosophorum refiere auditum et visum; spirituali autem contemplationem theologorum refiere gustum, odoratum et tactum. Nam licet omnes sensus nobis ad cognitionem deserviant, potissimum tamen<sup>12</sup> auditus et visus nobis famulantur ad scientiam. Nam secundum Philosophum,<sup>13</sup> omne quod quis novit, aut discens aut inveniens novit. Auditus ergo, qui est sensus disciplinabilis, ut dicitur I Metaph., nobis deservit ad scientiam, ut habetur per doctrinam, et ut sumus discentes. Visus vero, qui plures differentias nobis<sup>14</sup> demonstrat, ut in eod. I Metaph. probatur,<sup>15</sup> deservit nobis ad scientiam: ut habetur per inventionem, et ut invenientes novimus. Ideo contemplatio philosophica, que consistit in sapere, apparet, si considerentur prædicta, quia potissimum reicit auditum et visum. Contemplatio vero spiritualis, que consistit in sapore, et

<sup>1</sup> Al. : « expressius intelligibile. »

<sup>2</sup> Al. : « et multorum sensibilium. »

<sup>3</sup> Al. : « et. »

<sup>4</sup> Al. : « spiritualia innotescunt. »

<sup>5</sup> Al. : « Theologi, Apostoli, et Philosophi, et Epicurei. »

<sup>6</sup> Al. : « declaratur de felicitate. »

<sup>7</sup> Al. : « per actionem perfectam. »

<sup>8</sup> Al. : « et. »

<sup>9</sup> Al. : « etimone. »

<sup>10</sup> Al. : « contemplatio omnibus. »

<sup>11</sup> Al. : « contemplatio — »

<sup>12</sup> Al. : « Platonum. »

<sup>13</sup> Al. : « — et rum. »

<sup>14</sup> Al. : « dicator. »

<sup>15</sup> Al. : « que. »

secundum quam est magis vita nostra, <sup>1</sup> habet reficere gustum, odoratum et tactum, que magis nobis deserviunt ad necessitatem vitae. Unde, cum beatitudo philosophorum consistat in intellectu; beatitudo vero spiritualis complevit et consummative consistat in voluntate, ut sno loco poterit declarari cum cogitationes mentis dicantur locutiones et visiones, ut plane dicit Augustinus in ix de Trinit. cap. xi, non tamen proprio dicantur gustationes et odorationes et tactus, quia talia magis videntur tenere se ex parte voluntatis; satis appareat bene esse dictum quod proposuimus, contemplationem philosophicam reficere auditum et visum; spirituale vero, gustum, odoratum et tactum. Volens ergo sponsa commendare contemplationem spiritualem, non philosophicam, ait: *Meliora sunt ubera tua rino, fragrantia unguentis optimis.* In quibus verbis tangit tria genera hominum existentium in Ecclesia, quos aliquo modo reficit divina dulcedo. Nam inquantum ubera sponsi, idest voluptas dulcedinis ejus, melior vino dicitur, idest omni sapore corporali, reficiuntur <sup>2</sup> perfecti, qui talem dulcedinem nituntur gustare: prout vero hujusmodi, idest ubera, unt *fragrantia unguentis optimis*, idest omnibus odoribus sensibilibus, reficiuntur profientes, qui ad talem dulcedinem moventur per odoratum. Sed ut nomen Christi est *oleum effusum*, propter sui molitium et pinguedinem delectans tactum super cetera, reficiuntur incipientes, qui se habent ad modum, habentium solum tactum secundum spiritualem vitam. Nam si etsi tactus est illud quo restringitur <sup>3</sup> sensibilis vita in infirmito: quia alius secundum Philosophum modus vivendi est secundum alios sensus, alius secundum tactum, <sup>4</sup> quia talis vita sine tactu remanere non potest; ita incipientes participant spiritualem vitam in infirmis, propter quod videntur habere solum tactum secundum talem vitam. Sed cum proficiunt, sic ratione profectus <sup>5</sup> odoratum acqui-

ruunt, secundum quod moventur ad odorem dulcedinis. Cum vero perfecti sint, plene in Christo delectantur, et dulcedinem ejus gustant.

Deinde cum dicit, *Ideo adolescentula*, infert ex dictis, sponsum Christum universaliter dilectum in Ecclesia; et continuatur sic textus: O Domine Jesu Christe, qui es omnia in omnibus <sup>6</sup> conformando te omnibus perfectis, proficientibus et incipientibus, omnibus secundum suum modum tuas dulcedines tribuis: quia omnibus sic te conformas, *ideo adolescentula*, idest incipientes, *dilexerunt te*. Vult ergo arguere sponsa per locum a minori: nam si adolescentula, idest incipientes, de quibus minus videtur, diligunt Christum; sequitur quod Christus in Ecclesia universaliter sit dilectus. Et notandum, quod ista conclusio, *Ideo adolescentula dilexerunt te*, dupliciter potest continuari. Primo secundum quod sequitur <sup>6</sup> ex omnibus supradictis, quemadmodum est expositum; secundo secundum quod sequitur <sup>8</sup> ex immediate suppositis; ut quia nomen Christi est *oleum effusum*, idest reficit incipientes, ut est expositum; *ideo adolescentula*, per quas intelliguntur incipientes, *dilexerunt te*. Dicuntur autem adolescentula incipientes, ut patet per Glossam dicentem, quod *adolescentula* sunt non vetustae per culpam, sed novellae per gratiam. Semper autem per locum a minori concludit, <sup>9</sup> Christum esse universaliter dilectum.

*Trahe me post te.* Postquam sponsa expressit suum desiderium, quo dulcedinem Christi adipisci volebat; videns per se ipsam non posse obtinere suum desiderium, in parte ista implorat divinum auxilium. Et dividitur pars ista in partes duas: quia in postulando tale auxilium, primo ponitur sponsae petitio; secundo sponsi exauditio, ibi, *Introduxit me rex.* Circa primum duo facit: quia primo sponsa implorat divinum auxilium; secundo confitetur, ipsum esse suave et validum. Primum habetur cum dicitur:

<sup>1</sup> Al.: « est vita nostra. »

<sup>2</sup> Al.: « perficiuntur. »

<sup>3</sup> Al.: « reficitur. »

<sup>4</sup> Al.: « quia animal secundum Philosophum est animal secundum tactum. »

<sup>5</sup> Al.: « sed cum proficere sit ratione profectus. »

<sup>6</sup> Al.: « in omnibus. »

<sup>7</sup> Al.: « primo quod sequatur. »

<sup>8</sup> Al.: « secundo quod sequatur. »

<sup>9</sup> Al.: « concluditur. »

*Trahe me post te.* Secundum cum subdividatur : *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Continetur ergo sic. Domine Iesu Christe, video, quod ex me non possum ad te venire, nec tuam dulcedinem gustare : ideo tuum auxilium implorans<sup>1</sup> rogo : *Trahe me post te.* Nam secundum quod Christus dicebat, Joan. vi, 44 : *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illum.* Et quia indivisa sunt opera Trinitatis, ut dicit Augustinus *I de Trinit.* c. iii, et Damascenus lib. iii, c. xviii ; ideo sicut<sup>2</sup> nullus accedit ad Christum sponsum, nisi Pater eum trahat ; ita nullus accedit ad Christum sponsum, nisi Christus eum trahat. Bene ergo dicit sponsa, id est Ecclesia, sposo suo Christo : *Trahe me post te.* Deinde cum dicit, *Curremus in odorem,* sponsa confitetur auxilium Christi esse suave et validum. Continetur autem sic. Non ad insipientiam dico : *Trahe me post te :* quia tuus tractus est suavis et validus. Quia si tu me traxeris, non solum movebor qualitercumque, sed etiam currar *in odorem unguentorum tuorum* ; id est, velociter moveroh, dummodo possim suaviter odorare virtutem et dona tua. Notandum autem, quod cum sponsa dicit se cursuram ad tractum Christi, confitetur ejus tractum non esse violentum sed suavem : nam currere est voluntate moveri. Rursus confitetur, talem tractum esse fortēm ; quia in cursu notatur velocitas motus, que sine magna virtute esse non potest. Nec mirum, si Christus trahit suaviter et fortiter, quia *Christus est Dei virtus et Dei sapientia*; secundum Apostolum, I ad Corinthi, 1, 24, et *sapientia ut legitur Sap. viii, 4, attingit a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter.* Et notandum, quod sponsa, cum postulat se trahi, nominat se in singulari, dicens, *Trahe me post te.* Cum dicit huiusmodi tractui se obedere, nominat se in plurali, dicens : *Curremus in odorem unguentorum tuorum* : cuius ratio est, quia Deus, quantum est de se, uno modo trahit : quia secundum Dionysium *iv de div. Nom.,* sicut sol non ratioeiuans neque præligens

immittit radios suos sensibiles ; sic Deus immittit radios suos intelligibiles. Non tamen trahimur uno modo : quia licet Deus uno modo se habeat ad omnia ; non tamen se habent omnia uniformiter ad ipsum, quia eadem influentia diversimode recipitur in creaturis. Quomodo autem intelligendum sit dictum Dionysii, et quomodo Deus se habeat ad omnia uniformiter, alibi declaravimus. Deinde cum dicit, *Introduxit me rex,* ponitur, quomodo sponsus exaudiat petitiones sua sponsae. Et circa hoc sponsa tria ostendit : quia primo dicit, se ad dulcedinem quam petierat, esse introductam ; secundo, bonum quod desideraverat, gaudet se esse adeptam ; tertio fatetur, se circa illud bonum non esse deceplam. Primum cum dicitur : *Introduxit me rex in cellariā sua,* secundum cum annectitur : *Exultabimus et latabimur in te;* tertium, cum subinferatur : *Memores uberum tuorum super rīnum. Recti diligunt te.* Continetur autem sic. Non in vanum petitiū divinum auxilium, quia sponsus mens, qui est Christus. *Rex regum,* et *Dominus dominantium.* Apoc. xix, 16, respiciens humilem petitionem meam, *introduxit me in cellariā sua,* id est in dulcedinem suam, dando mihi gratiam suam. Dic itur autem gratia cellaria in plurali, quia ab ea flunt et derivantur singulari virtutes spirituales, perficientes diversas potentias ; et secundum diversas virtutes diversarum potentiarum diversimode latamur et gaudemus in Domino : et perfecti secundum tales virtutes derivatas a gratia, quodammodo potamus vina spiritualis letitia de diversis cellariis. Deinde cum dicit, *Exultabimus et latabimur in te,* ostendit sponsam bonum quod desiderabat, scilicet ipsum Deum, esse adeptam. Nam secundum modum intelligendi, prius perficiuntur secundum gratiam divinam : et postea perfecti per gratiam adipiscimur ipsum, ad quem gratiam nos ordinat<sup>3</sup> : ideo introduci per gratiam in spiritualem latitiam, *Exultabimus et latabimur*<sup>4</sup> *in te.* Notandum autem, quod universaliter omnes homines appetunt beatitudinem ; diversificant au-

<sup>1</sup> Al. : « implorando. »

<sup>2</sup> Al. : « si. »

<sup>3</sup> Al. : « ordinavit. »

<sup>4</sup> Al. : « delectabimur. »

tem in particulari : quia quidam ponunt felicitatem in venereis, quidam in divitiis, et sic de aliis, in quibus non est vera beatitudo, quia non delectantur in ipso summo et vero bono, sed in quadam participatione ejus, in quantum omnia participant de pleno bono. Gratia vero divina facit nos ponere felicitatem in summo et vero bono, et non in alio ; ideo signanter dicit, *Exultabimus et lætabimur in te*, qui es summum et verum bonum. Deinde cum dicit, *Memores uberum tuorum super vinum*, ostendit, se circa bonum quod desideraverat, non esse deceptam. Ad ejus evidentiam notandum, hanc esse differentiam inter sensibilia et intellectualia bona : quod sensibilia bona antequam habeantur, reputantur magna ; habita autem videntur : ut potest haberi ab August. in lib. *de doctr. Christ.* et a Philosopho in I *Ethic.* : propter quod quilibet invenit se deceptum, cum adipiscitur sensibilia bona : quia non reputat ea tanta bona posteaquam habet, quanta credebat. Sed in intellectualibus bonis non sic se habet ; quia habita majora reputantur et potissima, et præcipue summum bonum, quod Deus est. Causa autem quare bona sensibilia per modicum tempus delectant, et quod non iuveniuntur tanta bona sicut credebantur, assignari potest, quia hujusmodi bona non sunt delectabilia secundum se, sed<sup>1</sup> quod delectent, hoc est ratione habentium appetitum corruptum : quia unusquisque est talis qualis finis videtur ei<sup>2</sup>, ut dicitur in III *Ethic.* Et quia hujusmodi appetitus sequitur<sup>3</sup> naturam ut transmutabilem ; ideo facta mutatione in natura, quae prius erant delectabilia, postea non sunt. Unde dicit Philosophus I *Rhetic.* in tract. de disceptatione, quod transmutare est delectabile, quia in ipsa natura fit transmutatio. In bonis autem Dei vel divinis non sic se habet : nam talia bona secundum se sunt appetibilia, et ideo delectabilia secundum se, quia ea desideramus secundum illud quod in nobis est supremum et optimum. Unde etiam desiderando ea, distrahimur ab

hujusmodi varietatibus : propter quod talia adepta nunquam habentur in fastidio, immo semper inveniuntur esse majora bona quam crederentur ante. Continetur ergo sic littera. Nos *memores uberum tuorum*, idest memores quod diximus de uberibus, quod sunt meliora vino, non sumus decepti circa talem sententiam, quia *recti*, idest illi qui recte supiunt, *diligunt te super riuum*. Bene<sup>4</sup> poterat dicer ista sponsa, postquam introducta erat in cellaria sponsi, et gustaveraut dulcedinem ejus, id quod dixit regina Saba regi Salomonis ; qua, ut habetur II Paralip. ix, 5, cum audisset famam Salomonis, venit tentare eum : et cum locuta est ei quaecumque erant in corde suo ; postquam exposuit ei Salomon omnia quae proposuerat, nec fuit verbum quod posset regem latere, videns sapientiam Salomonis, non erat præ stupore in ea Spiritus : dixitque regi : *Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus tuis.* Notandum autem, quod sponsa prius loquitur in singulari, dicens, *Introxit me* ; postea in plurali, cum subdit : *Exultabimus et lætabimur in te, memores uberum tuorum.* Quod propter eamdem causam contingit quam supra assignavimus<sup>5</sup>. Potest tamen alia causa assignari ; quia sponsa, quae unum petiit, multis modis et multis communicatum et communicandum invenit ; in quibus et pro quibus gaudens dicit : *Exultabimus et lætabimur in te.*

*Nigra sum, sed formosa.* Postquam posita sunt desideria sponsæ secundum quæ desiderabat adipisci divinam dulcedinem sive divina bona, hic ponuntur desideria ejus secundum quæ desiderabat fugere tribulationes et mala. Ad intelligentiam autem dicendum notandum, sponsam Christi esse Ecclesiam. Ecclesia autem dupliciter potest accipi. Primo pro tota congregatione<sup>6</sup> fidelium ; secundo pro ipsis prælatis : quia quando aliquod nomen convenit toti congregacioni, tale nomen dicitur de superiori parte totius ; sicut videmus, quod hoc nomen homo

<sup>1</sup> Al. : « et. »

<sup>2</sup> Al. : « quia ut unusquisque est, talis sibi finis videtur. »

<sup>3</sup> Al. : « servat. » — <sup>4</sup> Al. : « unde. »

<sup>5</sup> Al. : « propter quod eamdem causam attingit, quam superius assignavimus. »

<sup>6</sup> Al. : « aggregatione. »

est nomen totius conjuncti ; quia tamen intellectiva pars in homine est superior, nuncipamus hominem etiam illam partem superiorum, quae dicitur intellectiva : quia quae facit homo secundum intellectum, dicitur facere per se ipsum. Propter quod Philos. in ix *Ethic.* dicit, hominem esse magis intellectum quam sensum. Sic etiam quia nomen Ecclesiae dicitur de tota congregatione fidelium, praefati qui supremum gradum in Ecclesia tenent, dicuntur Ecclesiae ; et quod praefati faciunt, dicitur unum aut duos aut tres, Matth. xviii, 17, ait : *Dic Ecclesie*, idest praelato, secundum unum modum expouendi. Sic ergo accipiendo Ecclesiam pro ipsis praefatis, melius poterimus continuare seriem litterarum. Hoc viso, sciendum est, praefatos propter curam quam habent, dupliciter turbari : primo exterius propter illatas tribulationes ; secundo interius per turbationes : quia interiores tribulationes<sup>1</sup> aliquando mentem intantum distrahunt quod si post tribulationem quis ad mentem velit regredi, inveniat se non posse percipere illam dulcedinem quam prius perceperat. Salomon ergo in narrando ibi tribulationes Ecclesiae, idest prelatorum, duo facit : quia primo exteriores tribulationes narrat ; secundo interiores distractiones, ibi, *In lectulo meo quavissem dum diligit anima mea* : in principio ut cap. Propter primum notandum, quod Ecclesia primitiva, de qua nunc agitur, ut patet ex textu, habebat quatuor genera tribulationum ; et quantum ad duo conveniebat enim Ecclesia moderna ; quantum ad alia duo differebat. Nam Ecclesia moderna, sive praefati temporis hujus, dupliciter turbantur ; primo ex administratione filiorum : administrantes enim non facile est sine turbatione esse, ut habetur II Corinth. xi. Turbantur etiam ex insidiatione haeticorum, quia adhuc hodie regnant multi falsi Christiani. Has autem duas tribulationes habebat primitiva Ecclesia : nam praefati tunc temporis habebant curam subditorum et haeticorum insidiabantur ei. Habebat etiam illa Ecclesia duo genera turbationum quae non habet ista : quia nunc temporis commun-

niter Christiani, et maxime praefati, impugnabantur a Judaeis et gentibus, a quibus non impugnantur modo : non enim impugnantur a gentibus, quia plenitudo gentium jam intravit Ecclesiam ; nec impugnantur a Judaeis, quia non sunt illius auctoritatis super Christianos cuius erant tunc. Duo ergo facit Salomon : quia primo narrat turbationes primitiva Ecclesia in quibus differebat ab ista ; secundo illas etiam in quibus conveniebat cum ista ; et hoc in principio secundi cap., *Ego flos campi*. Prima pars dividitur in duas partes : quia primo narrat sponsa hujusmodi turbationem : secundo petit Christi subventionem, ibi, *Indica mihi quem diligit anima mea*. Turbatio autem quem habuit primitiva Ecclesia, differens a moderna, erant stimulatio gentium, et impugnatio Judaeorum ; ideo circa primum duo facit : quia primo instruit Ecclesia, quomodo turbabatur ex gentilium stimulatione ; secundo quomodo impugnabatur ex Judeorum vexatione, ibi, *Filiu matris mea*. Prima pars dividitur in duas : quia primo ponitur gentilium impugnatio : secundo ex illa impugnatione subinfertur filiorum instruacio, ibi : *Nolite me considerare*. Propter primum modum notandum<sup>2</sup> quod impugnatio Ecclesiae facit ad ejus pulchritudinem : ideo Ecclesia narrando turbationem quam patiebatur a gentilibus, narrat etiam pulchritudinem suam. Continentur ergo sic littera. O filiae Jerusalem, quaram curam habere debeo, ego Ecclesia mater vestra sum nigra sicut tabernacula Cedar ; sed cum formosa sicut pelles Salomonis. Cedar fuit secundus filius Ismaelis, ut dicitur Genes. xxv, et fuit profugus super terram, sicut Ismael pater suus, cui dictum fuerat : *Mauis tur contra omnes, et manus omnium contra te*. Ideo Cedar quasi habitus odio ab omnibus gentibus non morabatur inter gentes, sed morabatur extra in tentoriis, enijs tabernacula ratione pluvie denigrata erant. Sic Ecclesia despiciens a gentilibus inter eos absque turbatione manere non poterat, ut *Glossa* videtur tangere : in quo notatur turbatio quam Ecclesia primitiva patiebatur a gentibus. Et licet sic

<sup>1</sup> Al. : a secundo, quia interiores tribulationes. <sup>2</sup> Al. omittitur. <sup>3</sup> notandum.

<sup>4</sup> Al. omittitur. <sup>5</sup> notandum.

essem nigra propter turbationes illatas exterius, attamen interioris formosa stam. *Sicut pelles Salomonis*, que fuerunt rubricatae, ex quibus fecit tabernaculum, sicut *Glossa* tangit, vel ex quibus texuit arcam Domini: in quo notatur formositas secundum caritatem. Deinde cum dicit, *Nolite me considerare quod fascia sim, quia decoloravit me sol*, postquam Ecclesia narravit turbationem suam, nunc ex turbatione illata convertit se ad instruendum filios suos et confirmandum eos, dicens: *O filiae Jerusalem, nolite me considerare quod fusa sim, quia sol*, idest Christus, *decoloravit me*, idest denigravit me. Dicitur autem Christus denigrasse Ecclesiam primitivam, quia fuit causa finalis sue denigrationis, in quantum propter Christum denigrata, erat sentiendo turbationes illatas a gentibus. Intendit ergo Ecclesia instruere filios suos per talem rationem: quia intentio et consideratio principalis non est ponenda in iis quae sunt ad finem, sed in ipso fine: sed turbationes mundi sunt ea per quae venimus ad Christum; Christus autem est finis noster: cum ergo turbamur propter Christum, non debemus considerare nec curare de ipsis turbationibus, sed tota intentio nostra debet poni in Christo, propter quem talia sustinemus. Deinde cum sequitur, *Filiū matris meā pugnaverunt contra me; posuerunt me custodem in vineis*, ponitur<sup>1</sup> illa pars in qua, postquam Ecclesia narravit turbationes gentium, narrat stimulationes Judeorum. Ad ejus evidentiam notandum est, quod Judai persequendo Apostolos et Christianos, qui erant in Jerusalem, fecerunt quod dieti Christiani converterent se ad gentes, juxta illud Act. xii, 46 *Ecce convertinur ad gentes*; et convertendo se ad gentes, facti fuerunt custodes vinearum, idest gentium: propter quod saltem occasionaliter Judai Ecclesiam primitivam custodem fecerunt in vineis gentium, expellendo eam de Jerusalem: propter quod Apostoli custodiendo gentes non custodierunt Jerusalem, quae erat quasi vinea propria ipsorum. In numerando ergo

Ecclesia turbationes Judeorum, tria tangent. Primo narrat personas impugnantes eam, cum dicit: *Filiū matris meā, idest Judaei, pugnaverunt contra me*: fuit enim synagoga quasi mater nostra; quia ab ea aliquo modo processit Ecclesia. Et quia Judaei erant filii synagogae, ideo Ecclesia vocat eos filios matris sua. Secundo ponit turbationis excessum, cum subdit: *Posuerunt me custodem in vineis*: quia tantus fuit excessus turbationis quod Christiani non valentes stare in Jerusalem, converterunt se ad gentes, quarum facti sunt custodes. Tertio ponit impugnationis effectum, cum subinfertur: *Vineam meam non custodivi*; quia ex hoc secutum est ut relinquenter Jerusalem. Deinde cum dicit, *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie*, videns Ecclesia se habere tot turbationes, petit Christi auxilium et subventionem. Et dividitur in partes duas: quia primo sponsa petitiō ponitur, sive quæstio; secundo subjungitur quæsitiō ratio, ibi, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*. Continuetur ergosic. O mi spouse, Domine Jesu Christe, quem diligit anima mea, tu vides me tot tribulationibus circumventam, et quia sine te non possum eas fugere: ergo *indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie*. Volebat Ecclesia scire domum Christi; quia domus est in qua pascimur et requiescimus; et sciebat, Christum non esse vagabundum; immo quicunque ad domum suam iret ut eum quereret, et ad eum recurreret in suis tribulationibus, sciebat quod eum semper inveniret paratum et promptum; ideo dixit<sup>2</sup>, *Indica mihi, ubi cubes in meridie etc.* Homines cubant in nocte; Christus autem in meridie cubat, et in plena luce, quia ipse est Deus verus, et vera lux, et in eo tenebrae non sunt ullæ. I Joan. 1, 5. Deinde cum dicit, *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, assignat rationem quæsiti; nam ideo Ecclesia in suis tribulationibus recurrit ad Christum, ne vagari incipiat. Et ponit sodales Christi. Dicuntur autem sodales Christi hæretici, qui nolunt esse imitatores, sed socii et

<sup>1</sup> Al. : « posita. »

<sup>2</sup> Al. omittitur : « ideo. »

sodales ipsius, in quantum propria docere cupiant, et esse magistri, ut Christus fuit. Deinde cum dicit, *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres*, ponitur Christi responsio. Ad cuius evidentiam est sciendum, quod sponsa increpanda erat duplificiter: primo ex questione quam fecerat, cum dixit: *Indica mihi, nubi pascus*: videbatur enim velle querere Deum absentem, nam in se ipsa debebat eum querere; ideo quantum<sup>1</sup> ad questionem quam fecerat, increpanda erat de ignorantia; sed quantum ad questionis rationem quodammodo increpanda erat de dissidentia: videbatur enim dubitare, ne Christus semper esset praesens, eam adjuvans, cum dicebat, *Ne vagari incipiam*. Dividitur ergo haec pars in duas: quia primo Christus increpat sponsam de ignorantia; secundo ne diffidat, narrat quae mala eam sequentur<sup>2</sup> ex tali ignorantia. *Egredere et abi*. Dicit ergo: *O pulcherrima inter omnes mulieres*, ideo queris me absentem, et dicens, *Ubi pascus, ubi cubes si*, idest<sup>3</sup> quia, *ignoras te*: nam si te cognosceres, quereres me in te ipsa. Notandum, quod<sup>4</sup> nominat Ecclesiam pulcherrimam, quia Deus querendus est in anima, ut anima est imago eius. Et quia de tali ignorantia eam increpat, ideo appellat eam pulcherrimam, quia ut est imago Dei, pulcherrima est. Consequenter cum dicit, *Egredere, et abi*, narrat mala quae sequentur ipsam ex tali ignorantia; et dicit duo<sup>5</sup>. Primum est cœcitas intellectus; secundum malitia affectus. Continuatur sic. Quia tu, *pulcherrima inter mulieres*, sic te ignoras, egredere et abi, idest egredieris et abibis, post vestigia gregum, idest dogmata et exempla haeticorum: nam de illis gregibus nunc loquitur de quibus supra dixerat: *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum*, idest post haeticos, ut dictum fuit: in quo notatur ignorantia intellectus. *Et pase*, idest pases, *haedus tuos*, idest carnalia desideria tua adimplabis. Nam haedus est animal fatidum, in quo notantur carnales motus. Et hoc *jueta ta-*

*bernacula pastorum*; quia tu ibis post carnalia desideria, sicut et alii carnales vadunt, qui intelliguntur per pastores hōdorum. Deinde cum dicit, *EQUITATUI meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amicu mea*; quia sponsa videbatur diffidere; ne diffidat, sed plene confidat de Christo, narrat beneficia quae ei contulit: et circa hoc duo facit. Primo narrat beneficium quod ei contulit respectu inimicorum quos supplantavit<sup>6</sup>; secundo beneficia quae ei contulit respectu majorum bonorum quae acquisivit, ibi, *Pulchræ sunt genæ tuæ*. Continuatur sic. O amica mea, non diffidas, quia ergo *assimilavi te equitatui meo*, idest populo Israeliticō, qui fuit meus populus peculiaris, quem tanquam equum possidebam et regebam. Illi ergo populo te assimilavi in *curribus Pharaonis*: quia sicut currus Pharaonis et equites ejus submersi sunt in mari rubro, ut habetur Exod, xiv, ita demones te infestantes, qui intelliguntur per currus Pharaonis, ego conculeabo et deprimam. Deinde cum dicit, *Pulchræ sunt genæ tuæ*, tangit bona quae ei contulit, cum quibus ad majora proficere potuit; et enumerat tria bona maxime necessaria quae ei contulit. Primo caritatem; secundo fidem, ibi, *Collum tuum*; tertio spem, ibi, *Murennulas aureas*. Continuatur sic. Non solum de me debes confidere, quia tuos depresso inimicos, sed etiam quia contulisti multa bona ad merendum; dedi enim tibi virtutem caritatis, qua me auctorem et factorem diligeres: de qua dicit: *Pulchræ sunt genæ tuæ*, idest affectiones tuæ, *sicut turritis*. Turtur est animal dilectivum; et postquam perdidit socium, alium renuit: in quo notatur ardor caritatis. Deinde cum dicitur, *Collum tuum sicut monilia*, ostendit quod ei contulit fidem. Et continuatur sic. Non solum dedi caritatem, qua feci quod genæ tuæ essent sicut turritis; sed etiam contulisti tibi fidem qua feci quod *collum tuum*, idest fides tua, per quam mihi capiti jungaris, sicut per collum caput jungitur corpori, esset sicut

<sup>1</sup> Al.: « quantum etiam. »

<sup>2</sup> Al.: « sequuntur. »

<sup>3</sup> Al.: ubi cubes: « idest. — <sup>4</sup> Al.: « intentum. »

<sup>5</sup> Al.: « narrans mala quae sequuntur ipsum ex tali ignorantia, dicit duo. »

<sup>6</sup> Al.: « supradeditavit. » — <sup>7</sup> Al.: « quia. »

<sup>8</sup> Al.: « quia. »

*monilia*<sup>1</sup> idest ornamentum non habens exteriorem amictum : quia purum et solum Deum tenet in pectore. Deinde cum dicit, *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argenteas*, ostendit quod ei constitut spem. Spes autem est respectu premii aeterni : hujusmodi autem primum est duplex ; videlicet essentialis, ut gaudium de bono increato<sup>2</sup> et accidentale, scilicet de bono creato. Et utrumque tangit dicens : *Nos faciemus tibi murenulas aureas*, idest infundemus tibi spem respectu premii essentialis : nam primum essentialis communis nomine dicitur aurea, sic accidentale dicitur aureola. Hujusmodi aurea, sive primum essentialis, dicitur murenula, quae est catenula conjungens ornamentum colli, intus diversis coloribus colorata. Ergo primum essentialis est unus Deus. Attamen secundum diversitatem meritorum de illo uno Deo non omnes habebunt per gaudium : quod declarat Dominus, Joan. xiv, 2 : *In domo Patris mei mansiones multae sunt*. Hujusmodi autem murenula aurea erit *vermiculata argento*, propter additionem premii accidentalis : quia sicut argentum deficit ab auro, sic primum accidentale deficit a substantiali. Dicitur autem hujusmodi primum accidentale vermiculatum propter diversitatem ejus, quia non idem primum accidentale habebunt omnes. Notandum autem, quod signanter, cum loquitur de spe premii, dicit, *Faciemus, quia spes respicit futurum tempus*.

Deinde cum dicit, *Dum esset rex in occubitu suo nardus mea dedit odorem suum*, ponitur correptio sponsae. Et quia duplicter erat increpat : scilicet de ignorantia, et de diffidentia ; ideo duo facit : primo enim ostendit sponsa se non diffidere, sed confidere : unde quasi correpta de diffidentia, confitetur beneficia sibi facta. Secundo quasi correpta de ignorantia, confitetur se non debere Deum querer absentem, sed praesentem. Secunda ibi, *Lectulus noster floridus*. Propter primum

notandum, quod secundum Philosophum I Ethic. differentia est inter correptionem et correctionem : quia correptio est gratia patientis, ut bonus fiat : sed correctione sive castigatio est gratia facientis, ut jus servetur : ideo cum aliquis corripitur, si propter correptiones melioratur et acquiescit corripienti, debet commendari et laudari, ut in correptione sua maneat<sup>3</sup>. Dividitur ergo pars ista in partes duas : quia primo quantum ad diffidentiam ponitur sponsae correptio<sup>4</sup>; secundo ejus commendatio, ibi, *Ecce tu pulchra es, amica mea*. Correptio<sup>5</sup> autem sponsae quantum ad diffidentiam consistit in beneficiorum recognitione, quia confitetur auxilia sibi facta. Hujusmodi autem auxilia, ut dictum fuit, fuerunt quatuor, quae de Christo notabiliter predicantr. Nam oppressio inimicorum potest appropriari incarnationi : licet enim per passionem princeps hujus mundi sit ejectus foras, hoc non fuit nisi quia homo ille qui partiebatur, Deus erat : et quia in incarnatione Deus factus fuit homo, ideo inimicorum oppressio non incongrue incarnationi attribuitur. Donum autem caritatis potest appropriari passioni, quia majorem caritatem nemo habet, quam ut ponat animam suam quis pro amicis suis Joan. xv, 13. Donum autem fidei potest appropriari resurrectioni, quia Christo passo omnes Apostoli titubaverunt ; ipse vero resurgens confirmavit eos in fide. Qui post passionem suam præbuit semetipsum vivum in multis argumentis, per dies quadraginta apparet eis, et loquens de Regno Dei ; ut dicitur Actor. 1, 3 Spes autem potest appropriari ascensioni, et missioni Spiritus sancti : quia Christus ascendens misit Ecclesie suae Spiritum sanctum, quem accipientes habent pignus hereditatis aeternae, propter quod solidata fuit spes respectu premiorum aeternorum. Quatuor ergo facit sponsa, secundum quod quatuor beneficia confitetur : nam primo confitetur incarnationem, per quam

<sup>1</sup> Al. : « idest fides tua corpori : » *fecit sicut monilia.* »

<sup>2</sup> Al. : « nimurum de bono increato. »

<sup>3</sup> Al. : « differentia est inter correctionem, et pervincitionem : quia correptio sive castigatio, est gratia patientis, ut bonus fiat ; sed pervincitio est

gratia facientis, ut sanetur : ideo cum aliquis corrigitur, si propter correctionem melioratur, et acquiescat corrigenti, debet commendari et laudari ut in correptione sua maneat. »

<sup>4</sup> Al : « correptio. » — <sup>5</sup> Al. : « correctio. »

inimici deprimuntur ; secundo passionem, qua caritas Christi ostenditur ; tertio resurrectionem, per quam fides nostra confirmatur : quarto et ultimo constitutus Spiritus sancti missionem, per quam spes nostra roboretur. Secunda ibi, *Fasciculus myrrhae* ; tertia ibi, *Botrus Cypri* : quarta ibi, *In vineis Engaddi*. Dicit ergo : *Dum esset rex in accubitu suo*, idest in sinn Patris, in quo quiescit, *nardus mea*, idest *humilitas mea*, *dedit odorem suum*. Nardus enim est herba modica et odorifera, et significat humilitatem : quae dedit odorem, quando Filius respiciens humilitatem Ecclesiae sua, incarnatus est. Deinde cum dicit : *Fasciculus myrrhae*, confitetur passionem, dicens : *Dilectus meus est mihi fasciculus myrrhae*. Myrrha secundum Glossam est arbor Arabia, altitudinis enbitorum quinque, cuius gutta est viridis et amara : unde significat passionem Christi. Haec autem passio fuit *fasciculus myrrhae*. Fasciculus dicitur quid congregatum, et est nomen diminutivum, sic Christus per passionem reputabatur diminutus. Iso, lvi, 2 : *Non erat species ei neque decor : et sequitur : Unde nec reputavimus eum*. Rursum in eo fuit congregatio myrrae, idest amaritudinis, propter multas passiones et opprobria quae sustinuit : et ad litteram, datum fuit ei in passione myrratum vinum. Et quia tantum bonum Christus contulit sponsa quod voluit pro ea pati et mori, ideo sponsa hoc recognoscens, subdit, quod talis dilectus suis *inter ubera commorabitur*, idest inter intellectum et affectum : quia nihil vult sapere quod ei dispiceat ; et nihil vult amare quod ipse abhorreat. Deinde cum dicit, *Botrus Cypri dilectus meus mihi* ; idest valde dulcis et iucundus. Cyprus enim est quadam insula, cuius botri sive uvae faciunt optimum vinum. Et quia *vinum testificat cor hominis* Psal. cur, 45, ideo hic intelligitur resurrectio : quia *viso Domino post resurrectionem garisi sunt discipuli* : Joan. xx, 20. Deinde cum dicit<sup>1</sup>, *In vinis Engaddi*, constitutus Spiritus sancti missionem. Continetur sic. Tu dilectus meus non solum es *botrus Cypri* latifrons animam per resurrectionem ;

sed etiam mihi botrus *in vineis Engaddi*, id est botrus balsami : quia, secundum Glossam, in Engaddi sunt arbores balsami crescentes in modum vinearum : unde significat missionem Spiritus sancti, quia dona Spiritus sancti suscipimus per unctionem chrismatis, quod constitutus ex balsamo et oleo. Deinde cum dicitur, *Ecce tu pulchra es, amica mea*, ponitur sponsa commendatio. Et dividitur in partes duas : quia primo Christus sponsam commendat ; et quia totum bonum nostrum a Christo est, sponsa hoc recognoscens, secundo hanc commendationem ad Christum refert, et ordinat, ibi, *Ecce tu pulchra es*. Continetur sic. Omnis pulchritudo tua ex eo est quod acquiescis monitionibus meis. Et dicit bis, *Ecce tu pulchra*, ut ostendat eam pulchram et interiorius et exteriorius, in opere et intentione ; ideo subdit : *Oculi tu columbarium*. Duo enim oculi<sup>2</sup> sunt opus et intentio. Columba enim est animal secundum et simplex. Tunc enim habemus oculos columbarum, quando opus nostrum est secundum ratione bonitatis, et intentio nostra est simplex ratione rectitudinis. Deinde cum dicit, *Ecce tu pulchra es, dilecte mi, et decorus*, ordinat sponsa pulchritudinem suam in Christum. Continetur sic. Tu, dilecte mi, dixisti mihi : *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra* : quia nihil habeo quod non acceperim a te ; ideo nolo gloriari, quasi non acceperim. Coutitor, quod omnis pulchritudo mea est a pulchritudine tua. Illa ergo duplex pulchritudo quam dixisti esse in me, per amplius et perfectius reservatur in te : propter quod, *dilecte mi, ecce tu pulchra et decorus*. Deinde cum dicit, *Lectulus noster floridus*, ostendit sponsa se esse corruptum de ignorantia<sup>3</sup>, et confluetur se debere habere Deum praesentem, et non absentem. Quiescerat enim sponsa a Christo, ubi pasceretur, ubi cubaret : propter quod duplicitate ignorabat. Ideo duo facit : quia primo constitutus quod pascitur in se ipsa ; secundo quod enat in se ipsa, ibi, *Tigna domorum nostrarum*. Continetur sic. Dilecte mi, ego quasi ignorans quarebam ubi pasceres ; modo cognosco quod pas-

<sup>1</sup> Al. : « dicitur. » — <sup>2</sup> Al. : « oculi mei. »

<sup>3</sup> Al. : « ejus ignorantia. »

ceris in me ipsa : nam tu pasceris inter flores, juxta illud quod habetur infra, cap. 2. *Quia pascitur inter lilia,* sive inter flores : et quia *lectulus noster floridus est*, ideo in meo lecto, idest in mea mente, sive in mea conscientia pasceris. Deinde eum dicit, *Tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*, confitetur quod cubat in se ipsa. Nam requies Christi est ubi sunt dona et virtutes Spiritus sancti. Continetur ergo sic. Non solum, mi dilecte, confiteor quod tu pasceris in me, quia *lectulus noster floridus*; sed etiam cubas in me, quia *tigna domorum nostrarum*, idest mentis et conscientiae nostrae, sive potentiarum nostrarum, sunt *cedrina*, propter virtutes Spiritus sancti ; et *laquearia cypressina*, propter ejus dona. Tigna enim dominus dicuntur tigna erecta in capite conjuncta ;

et significant virtutes Spiritus sancti, quae sunt in diversis potentiis, conjugantur tamen in capite, in quantum fluunt a divina gratia, quae est in essentia animae, in qua potentie radicantur. Hujusmodi autem virtutes dicuntur cedrinae propter incorruptibilitatem. Laquearia autem dicuntur ligna conjugentia ipsa tigna : unde immediatus laquearia adhaerent lateribus, ex quibus tegitur dominus, quam faciant ipsa tigna : propter quod dicta sunt laquearia ; unde significant doua spiritus, secundum quae movemur a Spiritu sancto : nam secundum tales motus virtutes in nobis stant magis firmae. Hujusmodi vero laquearia sunt cypressina propter odorem, quia spar-gunt odorem usque ad Spiritum sanctum.

## CAPUT SECUNDUM

Ego flos campi, et lilium convallium. Sieut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sieut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus mens inter filios. Sub umbra illius quem desideraveram selli ; et fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinavit me in caritatem. Fuleit me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Leva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filiae Jerusalem, per capras, cervos camporum, non suscitetis neque evigilate faciat dilectam, quoadusque ipsa velit. Vox dilecti mei. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus mens capreae, himuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, propisciens per eanellos. En dilectus mens loquitur mihi : Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni. Jam enim hyems transiit, imber abit, et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra ; tempus putationis adventit. Vox turbatur audita est in terra nostra, fucus protulit grossos suos, vineae florentes dederunt odorem sunn. Surge, amica mea, speciosa mea, et veni : columba mea in foraminibus petre, in caverna maecriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis, et facies tua de-cora. Capite nobis vulpes parvulas quo demoliuntur vineas : nam vinea nostra floruit. Dilectus mens mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies, et inclinuerit umbra. Revertere ; similis esto, dilecta mi, capreae, himuloque cervorum super montes Bether.

*Ego flos campi, et lilium convallium.*

<sup>1</sup> Al. : « ligna. »

Postquam descriptæ sunt turbationes quas patiebatur Ecclesia primitiva ut differebat a moderna, hic narrat turbationes quas patiebatur ut conveniebat cum ea. Hujusmodi autem turbationes sunt duas : scilicet administratio filiorum, et insidiatio haereticorum. Dividitur autem pars ista in duas partes : quia primo ponitur invitatio Christi secundum quod invitat Ecclesiam ad flores producendum, sive procurandum, et ad haereticos capiendum ; secundo ponitur famulatio sponsæ, quæ est prompta ad Christo obediendum, ibi *Dilectus meus mihi*. Prima dividitur in duas partes : quia in prima Christus invitat Ecclesiam ut procuret filios ; secundo ut capiat haereticos, ibi, *Capite nobis vulpeculas*. Prima in duas : quia primo invitat Ecclesiam ad officium suscipiendum ; secundo ad officium exequendum, ibi, *Vox dilecti mei*. Propter primum, notandum, quod primo Christus invitat Ecclesiam ad ministrandum filiis, et habendam curam de eis ; secundo videns spousa quod non est bonum repellere

monitionem sui sponsi, non respondet sponso, innuens se assentire monitionibus ejus, sed convertit se ad filios declarans quomodo intelligendum sit susceptum officium, ibi, *Sicut malus*; tertio Christus huiusmodi declarationem confirmat, ibi, *Adjuro vos filii Jerusalem*. Prima pars dividitur in partes tres, secundum quod tripliciter invitat Ecclesiam ut mini stet filiis, et eorum curam habeat, Nam primo invitat Ecclesiam ratione exempli; secundo ratione praemii, ibi, *Et liliū*; tertio ratione meriti, ibi, *Sicut liliū inter spinas*. Continuatur sic. Tu, amica mea, turbaris per gentiles, quia nigra es, sicut tabernacula Cedar turbaris etiam per Iudeos, quia filii matris tuae pugnaverunt contra te. Sed ultra hoc oportet te tribulationes sustinere propter administrationem filiorum; ad quod debes induci exemplo meo: quia *ego sum flos campi*: non enim sum flos anguli, sed in campo existens posui animam moam pro ovibus meis. Joan. x, 15. Sic et tu exemplo meo debes hoc facere. Deinde cum dicit, *Et liliū convallium*, ostendit hoc idem ratione praemii. Continuatur sic. Non solum, amica mea, debes ponere animam tuam pro filiis tuis, habendo curam de eis, ut sis *flos campi*, sicut ego; sed debes etiam hoc facere considerando quia ego sum *liliū convallium*, sive decor et præmium humilium. Ideo si te humiliaveris ad hoc faciendum, habebis a me merecordem et præmium. Deinde cum dicit, *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias*, ostendit hoc idem ratione meriti. Est enim modus loquendi, quod si aliquis vellet habere aliquem in amicum, et diceret eo audiente, si aliquis vult esse amicus meus, debet esse purus sicut aurum: ille autem si esset sensatus, jam intelligeret, quod oportet eum esse talorem, si vellet esso amicus ejus. Sie loquitur Christus Ecclesiar, cum ait: *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias*. Ideo tu, sponsa, si vis esse amica mea, oportet quod tu exponas te spinis, id est tribulationibus propter filios tuos, atque punigaris sive affligaris propter hu-

jusmodi spinas; quia per hoc mereberis: in quo invitat eam ad suscipiendum officium ratione meriti. Deinde cum dicit, *Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios*, declarat Ecclesia filii suis, qualiter habere se debeant in suscepto officio. Vult enim ostendere quod prius debet intendere sibi, postea aliis. Et hoc ostendit duplii ratione. Primo ex differentia vita activa et contemplativa; secundo ex ordine caritatis. Prima ratio talis est. Vita contemplativa melior est quam vita activa, juxta illud Domini, qui dixit, Mariam elegisse optimam partem, Luc. x, quia elegerat vitam contemplativam; sed ad majus bonum prius est intendendum: cum ergo prælatus per vitam contemplativam magis intendat sibi; per vitam vero activam magis videatur intendere subditis,<sup>2</sup> prius debet intendere sibi quam suis<sup>3</sup> subditis. Secunda ratio sumitur ex ordine caritatis: nam caritas ordinata fertur in bonum: et quia quodlibet bonum magis servatur ubi est secundum totum<sup>4</sup> quam ubi est secundum partem: ideo bonum nostrum magis servatur in Deo, ubi est secundum totum, quam ubi est secundum partem. Iterum qualilibet res magis servatur<sup>5</sup> in se, quam in suo simili, ideo magis debemus diligere Deum quam nos ipsos, et nos quam proximum. Ergo prælatus ex ordine caritatis prius diligere debet et intendere bonum sibi quam subditis. In ponendo autem istas rationes sic procedit: quia primo proponit media, sive virtutes rationum: secundo ex ipsis mediis arguit, ibi, *Fulcite me floribus*. Prima pars dividitur in duas partes, secundum quod duo media proponit: nam primo ponit medium ex dulcedine contemplationis: secundo ex ordine caritatis, ibi, *Introduxit me rex*. Est ergo medium primum, quod sponsus est summe bonus, et quod<sup>6</sup> ipsa sedit sub umbra illius, scilicet sponsi sui, et gustavit de fructu ejus, in quo sensit magnam dulcedinem: ideo ait, quod *sicut malus inter ligna sylvarum*, id est sylvestria: non quod ipse sit sylvestris, sed comparatione: sicut

<sup>1</sup> Al. : a actione ad contemplationem. "

<sup>2</sup> Al. : a sociis. " — <sup>3</sup> Al. : a soritis. "

<sup>4</sup> Al. : a reservatum ubi est totum. "

<sup>5</sup> Al. : a reservatur. " — <sup>6</sup> Al. : a reservatur. "

<sup>7</sup> Al. : a quia. "

omnia sunt arida, et ipse solus viridis ; sic omnia ligna sunt sylvestria, et ipse solus domesticus, et summe bonus, et<sup>1</sup> delectabilis et desiderabilis : *sic dilectus mens inter filios* ; idest inter alios justos est summe desiderabilis quia cuneti sancti sunt quasi alieni a Deo in comparatione ad Christum ; quia non sunt filii naturales ut ipse. Et quia talis est spousus suns, ideo subdit, quod *sub umbra illius*, idest sponsi mei, quam umbram desiderabam, *sedi* ; et *fructus ejus dulcis gutturi meo*. Tunc enim vere sedemus sub umbra Christi quando ardor libidinis nos non urit ; et tunc fructus ejus est dulcis gutturi nostro quando relinquentes terrena, delectamur divina gratia. Deinde cum dicit, *Introduxit me rex in cellam rinarium, ordinavit in me caritatem*, ponit secundum medium ex ordine caritatis, dicens : *Rex*, idest Christus, *introduxit me in cellam rinarium*, idest in libertatem spiritualis laetitiae, qua designatur per vinum ; et *ordinavit in me caritatem* : idest, contulit mihi caritatem ordinatam. Deinde cum dicit, *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo*, arguit ex mediis supradictis, quod prius debet prælatus intendere sibi quam aliis. Et duo facit, secundum quod fuerunt duo media assignata. Primo ergo arguit ex primo medio ; secundo ex secundo, ibi, *Lava sub capite meo*. Continuat necesse est. Dictum fuit enim quod dulcedo dilecti mei est valde suavis, et ideo primo quærenda. Propter quod, o filiae Jerusalem, antequam ego intendam vobis, *fulcite me floribus, stipate me malis* ; idest, permitte me esse fulcitam floribus, non impediendo delectationem meam quam habeo de Christo, qui est filius. Et permittat me esse stipatam malis, non impediendo dulcedinem meam quam habeo de dilecto meo, qui est malus. Et subdit causam : *Quia amore langueo*. Notandum autem, quod superiorius Christus nominatus est a singulari *flos* et *malus*, hic autem in plurali nominat ipsum, dicens *Fulcite me floribus, stipate me malis* ; quia bonitas

et dulcedo in Christo est unica ; cum autem derivatur ad nos, multiplicatur et diversificatur secundum diversa dona gratiarum. Item notandum, quod aliquid dicitur quis facere ex eo quod permittit illud, vel non impedit fieri ; et isto modo loquitur Ecclesia filiis suis, quod ornent eam floribus et stipent eam malis, idest stipitibus malorum eam circumdant, quia petit ab eis, quod eam eis stipatam et fulcitam esse permittant, non impediendo ipsam ; cum ex suavitate odoris sive ex dulcedine contemplationis debeat prius intendere sibi quam alii filii. Deinde cum dicit, *Lava ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me*, arguit hoc idem ex secundo medio : et continuatur sic. Sicut ex dulcedine contemplationis, sic ex ordine caritatis prius debo milii intendere per vitam contemplativam, quam vobis per vitam activam. Ergo *lava ejus*, idest sinistra Christi, que denotat vitam activam, erit *sub capite meo*, idest secundario intenta ; et *dextera illius*, idest vita contemplativa, per quam intendendo milii, *amplexabitur me*, idest erit super caput meum : quia erit ad quod primo intendam : quia primo intendam milii, et postea vobis.<sup>2</sup> Deinde cum dicit, *Adjuro vos, filie Jerusalem*, ponitur confirmatio prædictar declarationis. Sic enim declaraverat sponsa susceptum officinm, quia volebat prius intendere sibi, et habere dexteram Christi super se : et postea volebat intendere filii, et habere sinistram sub capite ; et nolebat quod filii impedirent eam a dulcedine contemplationis. Ideo Christus voleans hoc confirmare, ait : *O filia Jerusalem, quibus sponsa mea præest, adjuro*, idest obsecro et rogo : nam licet possim præcipere, volo rogare *vos per capreas, cervosque camporum*, idest propter prælatos sive propter Ecclesie doctores, qui sunt capreæ que debent subtiliter videre quid expedit subditis ;<sup>3</sup> et sunt cervi camporum qui debent solite currere ad subditorum defectum. Propter hujusmodi prælatos, propter sponsam meam rogo vos, *nesus* -

<sup>1</sup> Al. : « et summe. »

<sup>2</sup> Al. : « quia erit ad quod primo intendam milii, et postea vobis »

<sup>3</sup> Al. : « sive propter Ecclesianu, qui sunt capreæ que subtiliter vident quod expedit subditis. »

*citetis, neque exigitare faciat ipsam dilectam,* a somno contemplationis, *donec ipsa velit:* quia prius debet intendere per se et pro se, dulcedini divinæ,<sup>1</sup> et postea actionibus vestris.

*Vox dilecti mei.* Postquam sponsus invitavit Ecclesiam ad officium suscipiendum, ut susciperet curam filiorum, in parte ista invitat ipsam ad tale officium exequendum. Et circa hoc duo facit: quia primo Christus ad tale officium exequendum Ecclesiam invitat; secundo hujusmodi officium declarat, ibi, *Surge amica mea.* Prima dividitur in tres partes, secundum quod Christus tripliciter invitat Ecclesiam ad dictum officium exequendum: quia primo invitat eam ex parte sua; secundo ex parte auditorum, ibi, *En dilectus meus;* tertio ex parte auxiliorum, ibi, *Vox turritis.* Circa primum, notandum, quod prelatus in exequendo officium sibi commissum, quantum ad presentia, tria debet facere: nam primo ad suppleadum subditorum defectum debet velociter currere; secundo ad talum defectum cognoscendum perspicaciter et ardenter intendere; tertio debet suos subditos diligenter instruere. Et quia haec omnia facit Christus, ideo prelatus ex parte ipsius Christi, et exemplo ipsius motus, debet circa subditos suos sic se habere. Posset ergo sic formari ratio: Omnis Christi actio est prælatorum instructio; et licet sit instructio omnium Christianorum, est tamen potissimum instructio prælatorum. Sed Christus ad subveniendum filii velociter euenrit; eorn defectum perspicaciter, et ardenter perspexit, et eos fideliter instruxit. Ergo et tu Ecclesia, tu sponsa mea, tu prelate, qui per sponsam et Ecclesiam designaris, debes hoc facere. De hac autem ratione non ponitur nisi medium; ideo dividitur pars ista in partes tres, secundum quod medium trahit; nam primo ostenditur quod Christus ad subveniendum nobis velociter euenrit; secundo quod defectus nostros perspicaciter et ardenter perspexit,<sup>1</sup> ibi, *Similis est dilectus meus capræ;* tertio quod nos fideliter et utiliter

instruxit, ibi, *En ipse stat.* Dicit ergo primo: *Vox dilecti mei;* supple, anditur in me: ipsa cuius audiebat in se ipsa vocem dilecti sui, juxta illud: *Audiam quid loquatur in me Dominus Iesus.* Psalm. LXXXIV, 9. Et quia locutio interior quedam visio dici potest, ut dicit Augustinus XIX de Trin., ideo si sponsa in se ipsa loquentem audit dilectum suum, aliquo modo videbat ipsum. Et videns ipsum, admirata de velocitate ejus, et de sollicitudine ipsius, dicebat: *Ecce venit saliens in montibus, transilens colles,* idest Angelos, Patriarchs, reges, Prophetas, de quorum semine descendit Christus: in quo notatur magna et sollicita velocitas Christi ad subveniendum nobis; qui transiens Angelos venit in mundum, descendens ex semine Patriarcharum, regum, et Prophetarum, ut nostro defectui subveniret. Quare autem Angeli montes, Patriarches et reges colles dici possunt, de facili patet, si considerentur altitudines Angelorum, Patriarcharum et regum. Deinde cum dicit, *Similis est dilectus meus capræ, himnologe cervorum;* ostenditur quomodo Christus defectus nostros ardenter et perspicaciter intutus est: et continuatur sic. Non solum audivi dilectum meum loquentem in me, et audiendo ipsum, vidi,<sup>2</sup> quod transilivit Angelos, Patriarchas et reges, et venit ad nos: sed etiam vidi, quod *dilectus meus similis est capra;* defectus nostros subtiliter videnter;<sup>3</sup> quia, secundum *Glossam,* caprea subtiliter videt. Rursum similis est *himnolo cervorum;* defectus nostros subtiliter considerando: himnulus enim, secundum *Glossam,* agiliter currit. Unde potest designari excellētia amoris Christi: nam per amorem ferimur quocunque ferimur, juxta illud Augustinum II Confessionum: *Pes mens amor meus: eo feror quoctunque feror.* Et si multus sit amor, per ipsum agiliter et velociter ferimur. Deinde enim dicit, *En ipse stat,* ostenditur quod Christus nos fideliter et utiliter instruxit. Unde adhuc verba ista sunt verba sponsæ videntis quod Christus stat post parietem nostrum,

<sup>1</sup> AL. : « pro se, et pro dulcedine divina. »

<sup>2</sup> AL. : « respexit, »

<sup>3</sup> AL. . . invenienda, »

idest post carnem nostram, paratus ad nos docendum fideliter et utiliter. Et stans post parietem nostrum, est *respiriens per fenestras, prorsipiens per cancellos*, idest per dicta Prophetarum, exponendo nobis illa; sunt enim dicta Prophetarum magis enigmatica quam ea quae scribuntur in lege; ideo talia dicta designantur per *cancellos*; dicta vero legalia, que sunt magis aperta, designantur per *fenestras*. Et tunc est supplendia ratio: quia, tu sponsa, videns me dilectum sic fecisse, et habuisse diligenter curam filiorum, mei exemplo mota, debes diligenter executi officium tibi commissum, et non solum ex parte mea, sed ex parte auditorum. Et circa hoc duo facit: quia primo ponitur blanda Christi invitatio<sup>1</sup>; secundo subjungitur etiam invitationis ratio, ibi, *Jam enim hyems transiit*. Dicit enim sponsa: *En dilectus meus loquitur mihi*; et ait: *Surge, proptera, amica mea*, propter caritatem; *columba mea*, propter simplicitatem, *formosa mea*, propter imaginis divinae dignitatem: *proptera scilicet, et veni*, exequendo officium tibi commissum, habendum curam filiorum tuorum. Deinde cum dicit, *Jam enim hyems transiit*, ponit rationem ad hoc ex parte auditorum, et intendit<sup>2</sup> talem rationem. Quando materia est disposita, tunc est operandum, et tunc est inducenda in eam formam debita; sed auditores et filii tui sunt nunc dispositi ad obediendum monitionibus tuis: ergo debes surgere, et properare, et executi officium tibi commissum circa eos. De ista ratione ponit solum medium, ostendens auditores esse dispositos: et duo facit, secundum quod dispositio duplicter potest accipi et attendi. Nam primo ostendit auditores esse dispositos ex contrariorum amotione: secundo ex positorum inductione, ibi, *Flores apparuerunt*. Continuatur sic. Bene dico, quod debes surgere et ministrare filiis tuis, quia *hyems jam transiit*, idest congelatio infidelitatis que intelligitur per hyemem, secundum *Glossam*, recessit a filiis tuis: propter quod filii tui habent dispositum affectum ad obediendum. *Imber abiit et recessit*; idest, malitia intemperantiae et voluptuositas abiit et recessit: propter quod filii tui habent dispositum affectum ad obediendum doctrinæ tuae. Per imbreuim enim, qui est humidus, intelligitur voluptuositas: quia sicut humidum undique currit, et non bene terminatur in termino proprio; sic voluptuosi secundum quamlibet passionem currunt, et non bene terminantur judicio rationis, quod debet esse eorum frenum et terminus. Deinde cum dicit, *Flores apparuerunt*, ostendit, auditores esse dispositos ex parte conditionum propositarum: et continuatur sic. Bene dico, quod tu debes surgere, quia auditores et filii tui non solum non sunt indispositi quia parati sunt ad dimittendum, vel etiam dimiserunt conditions contrarias; sed videmus etiam jam apparere in eis conditions et congruas: unde *flores*, ides initia bonorum operarum, ut exponit *Glossa*, *apparuerunt in terra nostra*, idest in filiis nostris, quos quasi terram debemus arare et colere. *Tempus putationis advenit*: quia sunt in prompta dispositione ad gaudium, vel ad germinandum. Et notandum, quod nos Dominus filios suos appellat terram suam: quia quod unius ex minimis fit, sibi reputat fore factum. In quo ejus magna benignitas designatur. Deinde cum dicit, *Vox turritis audita est in terra nostra*, adducit rationem ex parte multorum auxiliorum. Intendit autem talem rationem. Tunc homo debet surgere ad operandum, quando videt sibi adesse multa auxilia, per quae potest consequi quod intendit; et quia tu, sponsa mea, habes multa auxilia te auxiliativa ad ministrandum filiis tuis, ideo debes surgere et ministrare eis, exequendo officium tibi commissum. De ista autem ratione ponit solum vim mediæ, notans auxilia quæ habet Ecclesia; et circa hoc tria facit, secundum quod talia auxilia tria sunt: videlicet auxilium divinum et humanum; humanum duplex, scilicet gentilium et Iudeorum: quia aliqui ex Iudeis conversi erant, et ad adjuvandum Ecclesiam parati erant; et aliqui conversi erant de gentilibus, ad hoc idem parati

<sup>1</sup> Al. : « intentio. »

<sup>2</sup> Forte: « inducit, » et sic infra.

<sup>1</sup>. Primo ergo narrat auxilium divinum, cum dicit; *Vox turturis*, idest vox Spiritus sancti, ut *Glossa* exponit, *audita est in terra nostra*: nam ipse Spiritus sanctus postulat pro nobis genitibus invenariabilibus; ut dicitur Rom. viii, 26. Et quia tantum auxilium habes, ideo non debes pigritari ad surgendum. Secundo cum dicit, *Ficus protulit grossos suos*, ostendit hoc idem ex parte auxilii Iudeorum: et continuatur sic. Bene dico, quod tu debes surgere, quia *ficus*, idest synagoga, quae consuevit esse ficus propter dulcedinem divini cultus, *protulit grossos suos*, idest protulit ficas suas, quae licet non sint maturae omnino, sed sint grossae, tamen prompti sunt et parati ad te auxiliandum. Potest eliam hoc legi alter, sed non mutatur, exponendo proferre pro projicere<sup>2</sup> et abiecere. Sie synagoga *protulit*, idest proiecxit, *grossos suos*, idest imminutitatem sieuum surarum, quia jam non habet aliquas fiens maturas promptas ad auxiliandum<sup>1</sup>. Possunt enim dici grossus et grossi fructus, quia parent<sup>3</sup> in sicc ante maturitatem. Deinde cum dicit, *Vinece florentes dede-runt odorem suum*, ostendit tertio hoc idem ex parte gentilium: nam Ecclesia debet surgere, et exequi officium sibi commissum: quia *vinece florentes dede-runt odorem suum*; idest, quia iam aliqui ex eis parati sunt ad te juvandum. Nulla ergo tibi remanet excusatio quare tu non debetas surgere et habere diligenter curam filiorum. Deinde cum dicit, *Surge, propera, amica, mea, speriosa mea, et reni*, declarat Christus Ecclesiam huiusmodi officium exequendum; et duo facit: quia primo ostendit ad quid Ecclesia debet exequi officium sibi commissum, et ad quid debet inducere filios suos; secundo ostendit quomodo filios suos ad illud inducere debeat, ibi, *Osten-de mihi faciem tuam*. Dicit ergo: *Tu amica mea*, propter caritatem, *speciosa mea*, propter cordis simplicitatem, *surge et veni in foraminibus petra*, idest in vulneribus Christi, quia secundum Apost. i Corinth. x, 4: *Petra autem erat Chris-*

*tus*. Tunc enim venimus in *foraminibus petrae*, quando inducimur ad considerationem passionis Christi. Debet etiam Ecclesia venire in *caverna maceria*, quia debet filios suos inducere ad veritatem fidei: nam secundum *Glossam* maceria est congeries lapidum compositorum in muro sine cimento: sic fides nostra articulos et sententias continet sine cimento rationis; et ideo causam colligare non potest: altanea omnes artifici colligantur in unum, quia vel pertinent ad divinitatem vel ad humanitatem Christi: et divinitas et humanitas plene fuerunt in una hypostasi Christi. Ideo singulatiter dicit, *In caverna maceria*: nam caverna significat locum imum et cayum, quia humiliter debemus suscipere veritatem fidei, et captivare intellectum nostrum in obsequium Christi. Propter quod apparel, ad quid debeat Ecclesia suscipere curam filiorum, quia ad duo: primo ut inducat eos ad meditandam passionem Christi; de qua dicit Chrysostomus in quodam sermone de passione Christi, quod crux Christi est philosophia Christianorum; ut sic recolendo acerbitatem passionis Christi, non vadant post larcinias suas: in quo notatur bonitas affectus. Secundo debet eos inducere ad veritatem fidei, ne vadant post errores suos: in quo notatur bonitas intellectus. Deinde cum dicit, *Ostende mihi faciem tuam*, ostendit quomodo Ecclesia sive praefatus possit inducere filios suos ad ea quae dicta sunt. Ad cuius evidentiam notandum, quod praefatus duplum debet inducere subditos suos ad bonum; exemplo scilicet, et verbo, iuxta illud Act. i, 4: *Capi-ti Jesus facere et docere*. Et in quantum praefatus dat bonum exemplum subditis suis, inducit eos ad bonum, et ad honestatem affectus, sive *ad foramina petrae*, quia inducit eos ut considerent passionem Christi, et non vadant post affectiones malas. Sie faciebat Apostolus I ad Corinth. xi, 1: *Imitatores mei estote, si-cum et ego Christi*. Inquantum vero prae-dicat eis, inducit eos ad veritatem fidei, sive *ad cavernam maceria*, quia ostendit

<sup>1</sup> Al. : « et ad adjuvandum Ecclesiam parati: erant de gentilibus ad hoc idem parati. »

<sup>2</sup> Al. : « proferre projicere. »

<sup>3</sup> Al. : « ad terminandum. »

<sup>4</sup> Al. : « properant. »

eis quid credendum, et quid non credendum<sup>1</sup>. Nam et si verbo inducitur quis ad honos mores, hoc est in quantum predicatione praeponit bonam vitam praedicatoris : quia, ut dicit Gregorius, cuius vita despiciatur, necesse est ut ejus predicatione contineatur. Unde apparet quod ea que dicuntur, consonant eis quae prius dixerat. Dicit Dominus ipsi Ecclesia, vel praetato : *Ostende mihi faciem tuam*; idest, ostende filii meis, quod tibi commisi, faciem tuam, idest bonum exemplum de te, bene vivendo. Dicitur autem ipsum bonum exemplum *facies*, quia sicut facies est in aperto, ita bona opera praelatorum debent esse in aperto, ut inducant filios suos ad bonum, juxta illud Matth. v, 16 : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificant Patrem vestrum, qui in celis est*. Et addit : *Sonet vox tua in auribus meis*; idest, filii mei tibi commissi audiant vocem predicationis tuae. Quod enim Ecclesia facit filiis suis commissis sibi, Christus reputat sibi factum. Addit autem causam ejus quod dixerat, dicens : *Vox enim tua dulcis, quando proponis filii meis verbum; et facies tua decora, quando tribuis eis bonum exemplum*. Deinde cum dicit, *Capite nobis vulpes*, invitat Christus Ecclesiam ad haereticos extirpandos : et quatuor tangit. Nam primo dicit haereticos capiendos, cum ait, *Capite nobis vulpes*, propter fraudulentiam, quia latenter insidiatur doctrinae sanae. Secundo assignat tempus captionis, cum ait, *Parvulas*; quia quando haeretici incipiunt pullulare, et sunt parvuli, tunc sunt capiendi, idest sunt convincendi per doctrinam sanam : quia postquam confirmati sunt in errore suo, non ita de facili convertuntur. Vel sunt capiendi, ad litteram, quia sunt tollendi de medio, ne Ecclesiam destruant. Et ideo tertio subdit captionis rationem, cum ait : *Quæ demolivunt vineas*; nam propterea capiendi sunt propter dannam quæ inferunt, quia Ecclesiam destruunt. Quarto addit commoditatem damnificandi, cum subdit : *Nan vinea nostra floruit*: est enim haec causa quare haeretici

habent commoditatem ad damnificandum, quia *vinea*, idest Ecclesia, est in flore : quod potissimum verificabatur in Ecclesia primitiva, de qua Sapiens loquitur. Potest etiam verificari adhuc quantum ad eos qui non sunt in fide solidati.

Deinde cum dicit, *Dilectus mens mihi, et ego illi*, postquam posita est multiplex Christi invitatio, hic, ut dicebatur, ponitur Ecclesiae famulatio. Et dividitur pars ista in tres partes : quia primo ponitur Ecclesiae famulatio ; secundo subditur famulacionis ratio, ibi, *Qui pascitur inter lilia*; tertio, ne Ecclesia in tali famulatu possit deficere, imploratur ab ea Christi subventio, ibi, *Revertere; similis esto dilecte mi, caprex, hinuologue cervorum*. Continuetur sic, *Dilectus mens mihi*; supple, loquitur, ut meis filiis administrum, et ut haereticos capiam ; *et ego illi*; supple, sum parata obediens : in quo notatur ejus famulatio. Deinde cum dicit, *Qui pascitur inter lilia*, assignat rationem sue famulacionis. Est enim Christo obedieundum, quia obedientes ei sunt lilia, habentes candorem munditiae. Continuetur ergo sic. Ideo sponso meo obediens volo, quia ipse est *qui pascitur inter lilia*, idest inter mundas mentes sibi famulantes : propter quod, ut munda sim, semper ipsi obediens volo, *donec inclinentur umbrae*, idest donec cesseret enigmatica cognitio, quæ est in hac vita, *et aspiret*, idest illucescat, *dies*, scilicet aeternitatis : in quo designat quod qui semper desiderat mundus esse, semper debet Christo obediens : nam supple, semper *pascitur inter lilia*, et diligit mundas mentes, quamdiu durat præsens vita. Multo magis hoc vult in futura vita, ita quod *lydonee* ibi teneatur inclusive, -non exclusive. Deinde cum dicit, *Revertere; similis esto, dilecte mi, caprex, hinuologue cervorum super montes Bethel*, implorat Ecclesia Christi auxilium et subventionem, ut ei possit assidue famulari. Et continuatur sic. Tu dilecta mi, qui habitas *super montes Bethel*, idest super Angelos, Bethel enim interpretatur domus Dei, vel habitaculum Dei : unde montes Bethel significant eos qui in domo Dei te-

<sup>1</sup> Al. : « quidnam credendum. »

uent altum gradum. Tu autem, dilecte mi, qui es super eos, revertere; idest, si per aliquam negligentiam contingat me a te divertere, tu tamen revertere ad me, me adjuvando<sup>1</sup>, ut ad te redeam, et tecum maneam. *Similis<sup>2</sup> esto caprea*, que

habet<sup>3</sup> accentum visum, nostros defectus misericorditer aspiciendo; etiam *esto similis himulo cervorum*, qui movetur agiliter: ita tu meis defectibus, ne ultra procedant, succurre velociter.

## CAPUT TERTIUM

*In lectulo meo per noctem quæsivi quem diligit anima mea* Quæsivi illum et non inveni. *Surgam*, et circuibo civitatem; per viros et plateas quæram quem diligit anima mea. Quæsivi illum et non inveni. Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem: Num quem diligit anima mea vidisti? *Pau-  
lum cum pertransissem eos*, inveni quem diligit anima mea: tenet eum, nec dimittam, donec intrudem illum in dominum matrem meæ, et in cubulum genitricis meæ. *Adjuro vos, filie Jerusalæm, per capreas, cervosque camporum, non suscitatis neque exhaligare faciatis dilectum*, donec ipsa velit. Que est ista qua ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromaticis myrræ, et thuris, et universi pulveris pigmentarii?

*In lectulo meo per noctem quæsici quem diligit anima mea*. Sicut dictum est supra, Ecclesia respectu filiorum dupliciter turbaciones: primo quantum ad exteriore turbationes; secundo quantum ad interiores distractiones. Finita parte illa ubi egit de exterioribus tribulationibus, nunc determinat de interioribus distractionibus. Et dividitur pars ista in tres partes: quia primo ponitur hujusmodi distractio: secundo subiunguntur Christi compassio, ibi, *Adjuro vos*; tertio impunitus finis isti tractatui, in quo determinatur de primitiva Ecclesia: unde sub-inferter dicta Ecclesiæ commendatio, ibi, *Quar est ista?* Distraction autem Ecclesiæ, sive praefati, sic esse habet, quia ipsæ exteriore sollicitudines, quibus curam filiorum gerit, ita eum oce-  
pant, quod quando vult redire ad conscientiam, multoties invenit se deficere ab illa dulcedine quam prius habebat: unde querit in lectulo suo Christum, et non invenit; et quandocumque hoc contingit ei, debet surgere, et eum querere per vias et plateas civitatis, idest per omnia

desideria et opera qua fecit et qua con-  
cupivit utrum aliquid conciperit vel ege-  
rit quod Christo displaceat, propter  
quod sentiat se distractum in conscientia. Et cum hoc agit, *vigiles civitatis*, idest vanæ cogitationes, inveniunt ip-  
sum: quas debet pertransire, quia in talibus cogitationibus non inventur Christus. Et talibus pertransitis, ipse invenit Christum. Et quia haec se habent per or-  
dinem, ideo pars ista dividitur in partes  
quatuor: quia primo ponitur ad con-  
scientiam reversio: secundo ponitur  
Christi inquisitio, ibi, *Surgam et circu-  
bo*; tertio vauarum cogitationum occur-  
rentium occupatio, ibi, *Invenerunt me vi-  
giles*; quarto Christi inventio, ibi, *Pau-  
lum cum pertransissem eo, inveni quem  
diligit anima mea*. Continetur sic. Ego  
prælatus vel Ecclesia post administratio-  
nem et vitam activam, volens redire ad  
dulcedinem contemplationis, *in lectulo  
meo*, idest in conscientia mea, *quæsiri  
per noctem*, idest tempore congruo, vi-  
debet tempore silentii, enjusmodi est  
ten pñ noctis, illum *quem diligit anima  
mea*. *Quæsiri illum, et non inveni*: quia  
inveni me distractum et perturbatum in  
conscientia mea, propter exteriore occupationes: in quo habetur ad conscientiam reversio, quomodo prælatus post actionem reddit ad conscientiam, ut ibi Christum inveniat. Deinde cum dicit, *Surgam et circuibo civitatem: per vias  
et plateas quæram quem diligit anima  
mea* ponitur respondit inquisitio ad inven-  
tiem: et continuatur sic: Rediens ad  
conscientiam meam, quæsivi Christum,

<sup>1</sup> Al.: « et me adjuvando. »<sup>2</sup> Al.: « et simili-

lis. »

<sup>3</sup> Al.: « caprea, habet. »

et non inveni : unde ut eum inveniam, adhuc queram. *Surgam et circuibo civitatem* ; idest, per attentam<sup>1</sup> considerationem perquiram conscientiam meam ; et *per viros et plateas*, idest per omnia dicta, desiderata et facta, quae ego dixi et concipiui, utrum aliquid egerim quod dispiuerit sibi ; et sic faciendo Christum quaeram, quem diligit anima mea. Nam si quis post actionem non potest redire ad dulcedinem contemplationis, debet cogitare quod forte in aliquo deliquerit, propter quod solitam dulcedinem non sentit. Et ideo debet civitatem, idest conscientiam, totaliter scrutari. Notandum autem conscientiam esse lectulum in quo Christus requiescit, quia stratum coangustatum est, quia non potest jacere nisi unus, scilicet Christus, vel diabolus. Isaiae xxviii, 20 : *Coangustatum est stratum ita ut alter dicat, et palium breve utrumque operire non potest.* Sed si consideremus conscientiam et cor nostrum quantum ad genera peccatorum quae ibi esse possunt, sic est civitas distincta per viros et plateas, idest per delicta, majora, et per minora. Deinde cum dicit, *Quarsivi illum, et non inveni*, ponitur vanarum cogitationum occupatio. Continetur sic. Ad conscientiam meam redii ; Christum per plateas et viros quasivi. *Quarsivi illum, et non inveni.* Et est causa quare : quia *vigiles civitatis*, idest vanarum cogitationes, qui custodiunt civitatem, inventur me : ideo eis occupata, Christum non inveni ; quia vix possumus dicere unum *Pater noster*, quin vanarum cogitationes nos non inveniant. Quare tales cogitationes dicuntur vigiles civitatis, quia semper sunt paratae ad capiendum et occupandum nos. Sed quando tales vigiles, seu cogitationes occupant nos, debemus eas derelinquere, quia in talibus cogitationibus non inveniuntur Christus. Ideo ironice talibus vigilibus dicitur : *Numquid vidistis Christum, quem diligit anima mea?* Deinde cum dicit, *Pandulum cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea*, ponitur primo Christi invenitio ; secundo ejus apprehensio, ibi, *Tenui eum*. Continetur sic. Ita inven-

runt me vanarum cogitationes, seu vigiles civitatis ; sed cum pertransisset eos, scilicet dereliquendo, *inveni Christum, quem diligit anima mea*. Sicut enim quilibet, quod si ad conscientiam suam reddit, et eam diligenter inquirit, et vanas cogitationes dimittit, his peractis Christum invenit. Deinde cum dicit, *Tenui eum*, ponitur Christi apprehensio. Et ostendit primo se apprehendisse fortiter, cum dicit, *Tenui eum* ; quasi dicat : Non qualitercum recipi ipsum, sed fortiter apprehendi, tenendu ipsem. Secundo ostendit quod eum apprehendit perseveranter, cum subdit, *Nec dimittam* ; quasi dicat : incessanter tenebo ipsum. Tertio innuit quod apprehendit utiliter, cum subinffert : *Donec introducam illum in domum matris meæ*, quantum ad maiores, et in cubiculum genitricis meæ, quantum ad minores. Sic debet facere Ecclesia, quasi bona mater, quod postquam invenit Christum, debet eum tenere : et non dimittere, donec introducat eum in corda filiorum majorum, qui sunt domus matris sua, idest domus gratiæ, quia gratia est mater omnium, cum ab ea habeamus esse spirituale : dicuntur enim maiores filii Ecclesia domus gratiæ, quia plus habent de gratia. Sic etiam Ecclesia debet introducere Christum in corda filiorum minorum, qui dicuntur cubiculum genitricis, idest cubiculum gratiæ, quia minus habent de gratia : cubiculum enim est dominica parva. Notandum autem, quod Ecclesia non intendit Christum introducere in maiores et in minores, quasi Christum non habeant : quia sic non essent domus et habitaculum gratiæ ; sed ut ipsa in contemplatione gaudeat de donis gratiæ majorum atque minorum. Potest etiam intelligi ut per talem introductionem aliqui sicut domus gratiæ, et sic maiores : et aliqui habitaculum, et sic minores. Deinde cum dicit, *Adjuro vos*, ponitur Christi compassio : nam videns Christus Ecclesiam sive prælatum per exteriore occupationes aliquando distrahi, in conscientia ei compatiens, ait *Adjuro vos*, idest obsecro, *filiæ Jerusalæ*, quorum curam habet prælatus, *per capreas*

<sup>1</sup> Al. : « actualem. »

*cervosque camporum*, idest propter ipsos prælatos, ut supra expositum est, *ne suscitetis*, a somno contemplationis, *nec evigilare faciat*, a quiete dulcediniis, *dilectam Ecclesiam, donec ipsa velit*. Notandum autem, his adjurasse filias Jerusalem, ne evigilare faciant a somno contemplationis Ecclesiam matrem earum : duplum enim possunt errare subdita circa curam prælati. Primo si crederent quod prælati primo deberent intendere eis quam sibi propter hoc dictum fuit primum, *Adjuro* : secundo si crederent quod postquam prælatus incepit intendere eis, non deberet redire ad contemplationem intendendo sibi : et propter hoc Christus secundo filias Jerusalem adjurat, ut permittant matrem suam in contemplatione persistere. Deinde cum dicit, *Quæ est ista ? vult imponere finem huic tractatui, in quo describitur status primitivæ Ecclesie*; et quia laus est potissimum in fine canenda, ideo imponit finem tractatui in commendatione Ecclesie primitivæ quintupliciter. Primo ab ascensu, est enim landibile ascendere ; et quantum ad hoc admirans ait : *Quæ est ista quæ ascendit ?* Secundo commen-

dat a loco ascensus, cum subdit, *Per desertum* : nam si laudabile est ascendere qualitercumque, laudabilius tamen est ascendere *per desertum*, ubi sunt spinæ et impeditiva, quia summa laudis est bene conversari in medio nationis pravæ et perversæ. Tertio commendat eam a modo ascendendi, cum ait, *Sicut virgula fumi* : virgula enim fumi est agilis ad ascensum, licet sit nigra et obscura : sic Ecclesia primitiva obscura erat exterior, erat tamen agilis et erecta interior. Quartio commendat eam a carnis mortificatione, cum ait, *Ex aromatibus myrræ* : myrra enim amara est, et significat mortificationem carnis, ut dicit *Glossa*. Fumus ergo, cui assimilatur Ecclesia, surgit *ex aromatibus myrræ*, quia Deo placere nittitur cum carnis mortificatione. Ad Gal. v, 24 : *Qui sunt Christi, carnem suam cruciferunt cum vitiiis et concupiscentiis*. Quinto commendat eam ab orationis devotione, et virtutum plenitudine, cum dicit : *Et thuris, et universi pulveris pigmentarii*, ut *Glossa* exponit ; ita ut odor thuris referatur ad orationem, univeristas vero pulveris aromatici ad plenitudinem virtutum.

---

## TRACTATUS SECUNDUS SIVE SECUNDA PARS TOTIUS LIBRI

---

### CAPUT TERTIUM

#### PARS ALTERA

*En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiant ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi. Cuiuscenque eosis super femur sumu, propter timores nocturnos. Ferulam fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media caritate constravit, propter illas Jerusalem. Ereditimini, illæ Sion, et videbet regem Salomonem in diademate quo coronavit illam mater sua in die desponsationis illius, et in die beatitudinis cordis ejus.*

*En lectulum Salomonis etc.* Finito tractatu in quo tractatur<sup>1</sup> de Ecclesia primitiva, hic incepit tractatus in quo tractatur de Ecclesia moderna. Et sicut in primo tractatu primo describatur Ecclesia primitiva, et postea finiebat dictus tractatus in laudem Ecclesie, cum dicebatur : *Quæ est ista quæ ascendit ?* sic in parte

<sup>1</sup> Al. : « determinatur. »

ista primo describitur status Ecclesie modernae; secundo finitur tractatus in landem ipsius, ibi, *Quis est ista, qui progreditur?* Prima pars dividitur in partes duas: quia primo describitur præsens Ecclesia quantum ad ejus diversitatem; secundo quantum ad ejus veritatem, ibi, *Pulchra es, amica mea*: circa principium sexti capituli. Prima pars dividitur in duas: quia primo describitur status Ecclesie quantum ad vitam contemplativam; secundo quantum ad vitam activam, ibi, *Ego dormio, et cor meum vigilat*. Prima pars dividitur in partes duas: quia primo describuntur ea quae requiruntur ad contemplationem: secundo videns Ecclesia per se ipsam non posse in ipsis persistere, implorat Christi subventionem, ibi, *Veniat dilectus meus*: in principio quinti capituli. Contemplativa autem vita tria debet habere, nam primo debet converti ad Deum; secundo debet relinquere mundum; tertio debet patienter sustinere tentationes. Ideo pars ista dividitur in partes tres: quia primo ostenditur Ecclesia ad Christum conversione; secundo quod ei convenit mundi derelictio, ibi, *Quam pulchra es!* in principio quarti capituli; tertio quod ei congruit temptationum toleratio, ibi, *Quam pulchra sunt mammæ tuae!* ultra medietatem dieti capituli. Propter primum notandum, quod totum bonum quod est in Ecclesia, quantum ad incipientes et proficientes, totum est a Christo; et ideo dignum est ut convertamur ad ipsum, a quo tanta bona habemus. Potest ergo sic formari ratio: Quilibet debet ad illum converti a quo habet omnia sua bona; sed Ecclesia omnia sua bona habet a Christo: ergo ad ipsum debet converti. In ista ratione sic procedit: quia primo ostendit, Christum omnia sua bona constituisse Ecclesiam propter filias Jerusalem: secundo ex hoc concludit quod ipsæ filiae Sion convertantur ad Christum, ibi, *Ereditimini, filia Sion, et videte*. Prima pars dividitur in tres partes: quia primo ostenditur esse a Christo bona incipientium, et hoc sub figura lectuli, ibi, *En lectulum*; secundo ostenditur esse ab eo bona proficiientium, et hoc sub figura ferenti, ibi, *Ferulum fecit sibi*; tertio ostendi-

tur esse ab eo bona perfectorum, et hoc sub metaphora reclinatorii aurei, ibi, *Reclinatorium aureum*. Notandum autem, incipientes in Ecclesia potissimum indigere custodibus, ne diabolus et male tentationes eos invadant, et quasi imbecilles superent: propter quod apparel maxima benignitas Christi, et quod ipse multum diligit bonum incipientium, quando dignatur eis dare custodes. Et quia tria sunt genera hujusmodi custodientium, ideo dividitur pars ista in partes tres: quia primo ostenditur, hujusmodi incipientes esse custoditos per annuntiantes veritatem vitae; secundo per annuntiantes veritatem doctrinæ ibi, *omnes tenentes gladios*; tertio per annuntiantes veritatem justitiae, ibi, *Uniuersitatem ensis*. Continuatric sic; Primitiva Ecclesia multum vexata fuit; sed modernam Ecclesiam videmus esse in tranquillitate: quia en (pro ecce) ipsos, de quibus minus videtur, videmus ecce *lectulum Salomonis*, quia in eis quiescit Christus: et hujusmodi lectum *ambiant*, id est custodiunt, seraginta fortes ex fortissimis Israel, id est annuntiantes veritatem vitae: quia fortes et non molles per temptationes debent esse qui volunt prædicare de moribus. Et notandum, quod numerus istorum custodum, scilicet numerus sexagenarius, bene competit officio: nam sexagenarius numerus constitutus ex senario ducto per denarium: per quod intelligitur veritas vitae hoc modo, quia vere et juste vivimus, si per sex dies, quibus operari debemus, id est per totum tempus vite nostræ, quod intelligitur per numerum seniarium, qui est numerus perfectus, observamus decem præcepta Decalogi. Signanter autem est notandum, quod Solomon incipiens tractare de moderna Ecclesia, incipit a lectulo, id est a quiete, quia iam cessavit persecutio. Deinde cum dicit, *Omnes tenentes gladios*, ostendit, hujusmodi incipientes esse custoditos per annuntiantes veritatem doctrinæ. Et continuatur sic: Hujusmodi fortes non solum sunt sexaginta secundum quod annuntiant veritatem vitae, sed omnes sunt ad bella doctissimi, *tenentes gladios* doctrinae sacrae: juxta illud ad Ephes. vi, 17: *Et gladium spiritus; quod est verbum*

*Dei.* Deinde cum dicit, *Uniuscujusque ensis super femur suum*, ostendit quod incipientes custodiuntur per eos qui annuntiant veritatem iustitiae, nam non sufficit quod aliquis praedictet de moribus, annuntiando veritatem vitae; vel quod praedictet de fine, annuntiando veritatem doctrinae: sed oportet eum annuntiare veritatem iustitiae in se, ut faciat quod dicit, et credat quod docet: quia justum est ut aliquis talis sit in se, quemadmodum praedicat alium debere esse; ideo praedicatores, qui debent custodire lectulum Salomonis; sive incipientes, debent tenere eusem, non in ore tantum, ut dicant, et non faciant; sed uniuscujusque eensis debet esse super femur suum, constringendo femora sua, vivendo caste, et observando quae praedicant. Addit autem causam quare lectulum sum Christus vult sic custodiri, cum subdit, *Propter timores nocturnos*, idest propter impugnations dial olicias, et alias tentationes malas. Deinde cum dicit, *Ferculum*, ostendit bonum proficiens esse a Christo. Ad eujus evidentiam notandum, quod incipientes dicuntur lectulus, quia in eis quiescit Christus; non tamen sunt ferculum, quia non ferunt Christum ad alios, generando ipsum in cordibus aliorum. Proficientes autem sunt ferculum, idest portatorum, quia Christum portant et deferunt usque ad alios. Tanguntur autem tria bona proficiens: quoniam primum sumitur in ordine ad Deum, quod notatur cum dicitur: *Ferculum fecit sibi rex Salomon*, scilicet ordinatum ad se ipsum, qui est verus Deus; secundo tangitur bonum quod habent proficiens in ordine ad se ipsos, cum subdit, *De lignis Libani*, idest de lignis albis, quia in se ipsis debent esse mundi; tertio tangitur homini quod habent in ordine ad proximos, cum subdit, *Columnas fecit argenteas*: nam qui sunt proficiens, debent habere columnas argenteas, alios sustentando, et eis veritatem annuntiando: quod notatur per argentum: quod est metallum sonorum. Deinde cum dicit, *Reclinatorium fecit aureum*, describit perfectos. Ad eujus evidentiam notan-

dum, quod ferenum dicitur in quo aliquis portatur: et dicitur a fero fers, quia quiescenter fert. Reclinatorium autem est suprema pars hujus sedis, in qua reclinatur et quiescit caput sedentis. Unde per reclinatorium designantur perfecti, qui tenent supremum gradum in Ecclesia. Bonum autem istorum describitur tripliciter. Primo quantum ad situm quem tenent, quia altum, et clarum sive splendidum: quod notatur cum dicitur, *Reclinatorium aureum*: secundo describitur quantum ad viam per quam ad talem situm ascendent, cum dicitur, *Ascensum ejus purpureum*: purpura enim ex sanguine pisces conficitur: unde *Glossa*, infra cap. viii, ait, quod murices ferro circumsexis<sup>1</sup> lacrymas purpurei coloris emitunt, quibus collectis tintura purpurei coloris efficitur: unde possunt signare passionem Christi ratione effusionis sauginis, quae passio est via deveniendi ad statum perfectum, quia incedentes per eam perfectionis statum acquirunt. Tertio describitur perfectorum bonum quantum ad virtutem<sup>2</sup>, per quam moti sunt ad talem situm, cum ait. *Medita caritate conseruit*: quia caritas est virtus media, per quam constratum, sive constitutum est hujusmodi reclinatorium, inquantum virtute ejus, perfecti ascendunt ad talem situm. Addit autem causam quare hujusmodi ordo est in Ecclesia, cum ait, *Propter filios Jerusalēm*: quia propter nos Christus pati voluit, et Ecclesiam suam ordinavit, et diversis perfectionibus dotavit. Deinde cum dicit, *Egredimini*, concluditor ex habitis, quod existentes in Ecclesia, et potissime praelati, debeant converti ad Christum: nam si tanta bona Christus contulit Ecclesie propter eos qui sunt in Ecclesia, dignum est existentes in Ecclesia converti ad ipsum: ideo ait: *O filie Sion, egredimini, et rideate regem Salomonem in diademe*te, *qua coronavit illum mater sua*; idest, convertimini ad Christum, et considerate passionem ejus, non tantum in mente, sed etiam in mentis affectu; in qua *mater sua*<sup>3</sup>, scilicet synagoga, *coronavit eum diademate*: quia, ad litteram, coronave-

<sup>1</sup> Al. : « conchae maris ferro circumsexis ».

<sup>2</sup> Al. : « veritatem ».

runt Judæi in passione Christum corona spinea; quæ licet ex eorum prævaricatione Christo impositiva fuerit ad confusione, tamen secundum veritatem titulus est referens majestatis honorem, quia Philip. ii, 9: *propter hoc Deus exaltavit illum etc.*: ideo affixus est titulus Crucis, Joan. xix, 19: *Rex Iudeorum*:

quod fuit in die desponsationis illius, idest Christi: quia in passione sua junxit sibi Ecclesiam, dans sanguinem suum in pretium, et introdicens latronem in Paradisum: Lue. xxii. *Et in die latitiae cordis ejus*, idest synagogæ: quia, ad litteram, Judæi et synagoga gandebant et lamentabantur de passione Christi.

## CAPUT QUARTUM

*Quam pulchra es, amica sua, quam pulchra es!* Oculi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet; capilli tui sicut greges caparum que ascenderunt de monte Gabaad; dentes tui sicut greges sororium que ascenderunt de Iavaco. Omnes gemellis fetibus, et steriles non est inter eas. Sicut vitta coecinea labia tua, et eloquum tuum dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuae, absque eo quod intrinsecus latet. Sicut turris David columnum; quæ adflicta est cum propugnaculis. Mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura fortium. Duo ubera tua sicut duo linnuli capreæ generi qui pascuntur in hilis, donec aspiret dies, et inclinetur umbræ. Vadani ad montem myrræ, et ad collem thuris. Tota pulchra es, amica mea, et maenæ non est in te. Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni; Hermonis de capite Amana, de vertice Sanir; et Hermonis de cibilibus leonum, de montibus pardorum. Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, et in uno crine colli tui. Quam pulchra sunt mammae tuae, soror mea sponsa? Pulchriora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Favus distillans labia tua, sponsa; mel et lac sub lingua tua, sponsa; mel et lac sub lingua tua; et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuis paradisus malorum poniturum cum pomorum fructibus, Cyperi cum nardo, nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrra et aloë cum omnibus primis unguentis. Fons hortorum, putens aquarum viventium que fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, et veni auster; perla hortum meum, et fluent aroma illius.

*Quam pulchra es amica mea!* Postquam ostensum est quod existentes in Ecclesia debent converti ad Christum, hic ostendit quod debent relinquere mundum; nec est propter hoc perversio ordinis: quia licet via generationis prius sit relinquere mundum quam adhærere Deo, via tamen perfectionis et complementi prius est adhærere Deo. Ita in bono formalius est

converti ad ipsum. Dividitur autem haec pars in partes tres, secundum quod triplex est ostenditur quod Ecclesia debet relinquere mundum: nam primo hoc ostenditur ex statu Ecclesia; secundo ex fine ejus; tertio ex dilectione quam habet Christus ad ipsam. Secunda ibi, *Coronaberis de capite Amana*: tertia ibi, *Vulnerasti cor meum*. In prima parte inducit talis rationem. Ille enjus statu requirit totalem pulchritudinem, debet se avertere ab immunditia, ne contrahat sordes, et derogetur suo statui: sed statutus Ecclesia requirit totalem pulchritudinem: ergo debet se avertere a mundo, ubi est immunditia, ne coiquinctur. In hac autem ratione sic procedit: quia primo ostendit, Ecclesiam quantum ad omnia bona sua<sup>1</sup> debere habere pulchritudinem: secundo ex hoc infert quod status Ecclesia requirit pulchritudinem totalem, ibi, *Vadani ad montem myrræ*; tertio ostendit ex habitu, quod Ecclesia debet recessere a mundo, ibi, *Veni de Libano*. Propter primum notandum, quod in quolibet tria reperiuntur; scilicet subjectum vel substantiam, virtus et operatio. In ostendendo vero statum Ecclesia quantum ad omnia requirere pulchritudinem, tria facit: quia primo hoc commendat, et ostendit de substantia; secundo de virtute, ibi, *Oculi tui*; tertio de operatione, ibi, *Capilli tui*. Dicit ergo: *Quam pulchra es, amica mea*, quantum ad substantiam interiorem; *quam pulchra*, quantum ad exteriorum! Quia in quolibet homine est duplex homo;

<sup>1</sup> Al.: « ad omnia sua. »

exterior et interior; duplex substantia, spiritualis et corporalis. Primitiva autem Ecclesia fuit formosa interius, sed nigra exterius: unde ad differentiam illius Ecclesiae, moderna Ecclesia dicitur pulchra interius et exterius, quia cessaverunt persecutio[n]es gentilium et iudaorum. Deinde cum dicit, *Oculi tui*, ostendit requirere pulchritudinem quantum ad virtutem, sive quantum ad potentias: unde ait: *Oculi tui*, idest intellectus et affectiones, sunt columbarum, habentes similitudinem et rectitudinem, ut columbae, *absque eo quod intrinsecus habet*, idest absque actionibus intellectus et affectus, quae latent intrinsecus, quia non sunt transentes in exteriorem materiam: vult enim dicere, quod propter pulchritudinem actionum, de qua statim dicitur, habet Ecclesia pulchritudinem oculorum, idest potentiarum vel virtutum: dicuntur enim potentias vel virtutes anima, ut intellectus et affectus, oculi ejus, quia oculus est illud quod mediante tendimus in aliquid ut in finem, quod fit per intellectum et affectum: per intellectum, in quantum dirigit in finem; per affectum, in quantum inclinat in ipsum. Hujusmodi autem oculi vere sunt columbarum, quando intellectus est simplex et rectus, idest sine plica erroris; et affectus sine plicamalitia. Deinde cum dicit, *Capilli tui*, ostendit eam habere pulchritudinem quantum ad operationes; et duo facit: quia primo ostendit hoc quantum ad operationes affectus; secundo quantum ad operationes intellectus, ibi, *Dentes tui*. Dicit ergo: *Capilli tui*, idest affectiones tuae, quae dienuntur capilli, quia radicantur in supra[m]a parte anima, sunt *sicut greges caprarum qui ascenderunt de monte Galaud*, in quo tria tangit. Primo, quod affectiones debent esse greges, quia debent esse congregatae, non sparsae, enjusmodi sunt affectiones malorum, quae querunt bona sparsa et particularia; secundo debent esse *caprarum*, idest debent esse altae, sicut capre querunt in alto pastum: tertio debent ascendere *de monte Galaud*, qui interpretatur acervus testimonii: quia, ad litteram, moderna Ecclesia, et

qualibet sancta anima, de qua nunc agitur, ascendit cogitationibus suis *in montem Galaud*, idest in acervum testimonii, scilicet in exempla que praecesserunt, et in altitudinem testimonii, Scripturarum. Deinde cum dicit, *Dentes tui*, describit pulchritudinem actionum intellectualium: et facit quinque, secundum quod hujusmodi actiones quinque modis possunt accipi: quia primo ostendit quales debent esse hujusmodi actiones, ut sunt in intellectu; secundo quales debent esse, ut significantur per verba, ibi, *Sicut vita coccinea*; tertio ut implentur per opera, ibi, *Sicut fragmen*; quarto ut ordinantur ad confusionem adversariorum, ibi, *Sicut turris*; quinto ut ordinantur ad documenta parvolorum, ibi, *Duo ubera tua*. Dicit ergo: *Dentes tui*, idest cogitationes intellectus, qui dicuntur dentes, quia sicut per dentes frangitur quod est nutrum, ita homo per intellectum quod uno conceptu recipit, frangit aliis per plures conceptus: unde Dionysius xxv cap. *civl. Hierarch.*, dicit Angelos superiores, dentes, quia quod intelligunt uno conceptu, dividunt in inferiores per plures conceptus. Hujusmodi autem dentes, sive conceptus, esse debent *sicut greges tonsurum que ascendunt de lavauro*, quia debent esse tonsi a lana terrena, et debent ascendere *de lavauro* propter mundiam. Et debent esse hujusmodi conceptus *cum genillis fetus* propter consilia et praecepta; et inter alias conditiones, non debent esse steriles, quia debent promereri aliquem fructum. Deinde cum dicit, *Sicut vitta coccinea*, ostendit quale debet esse eloquium exprimens hujusmodi cogitationes. Et tangit duo, secundum quod eloquium duo habere debet. Primo debet esse moderatum, et quantum ad hoc dicit: *Labi tua sicut vitta coccinea*: quia sicut vitta capillos tenet, sic eloquium moderatum tenet veram scientiam<sup>4</sup>: haec autem vitta debet esse *coccinea*, quia coenus habet colorem rubrum, et verba contemplativa debent esse potissimum de passione Christi. Secundum eloquium debet esse ordinatum et compositum; et quantum ad hoc ait: *Eloquium tuum dulce*: juxta illud Proverb.

<sup>4</sup> AL.: « sententiam. »

xvi. 24 : *Farnis mellis verba composita.* Deinde cum dicit, *Sicut fragmen,* ostendit quales debent esse operationes intellectus, ut adimplentur per opera : nam talia debent esse opera quod respondeant interioribus affectionibus et exterioribus : quia non debemus habere fictam sanctitatem. Ideo ait : *Genar tuar,* idest opera tua, que sunt in aperto, sicut genae, sunt *sicut fragmen mali punici;* idest, sicut malum punicum fractum in fractura tale apparel quale erat interius : sic opera nostra tales nos debent ostendere quales sumus. Est autem malum punicum malum granatum, quod quando frangitur, apparent in eo grana rubea plura : sic etiam ex una caritate plura bona opera debent procedere. Et quia simul cum pulchritudine exteriori debet adesse pulchritudo interior, ideo additur : *Absque eo quod intrinsecus latet.* Deinde cum dicit, *Sicut turris,* ostendit quales sunt hujusmodi conceptus, ut ordinantur ad resistendum adversariis, dicens : *Collum tuum,* idest doctrina tua, et boni conceptus tui, per quos uniris mibi capiti, sicut per collum unitur corpori : hujusmodi autem collum est *sicut turris David quæ adificata est cum propugnaculis;* quia sufficiens est ad repellendum omnes impugnationes adversariorum. Ideo addit, quod *nille clypei,* idest perfectus numerus auctoritatum, *prudent ex ea,* et *omnis armatura fortium :* auctoritatibus enim et articulariis tidei minunit fides nostra, quasi per quosdam clypeos, notis lumine<sup>2</sup> divino, in quo est *omnis armatura fortium,* quia quicquid virtutis est in omni intellectu, per amplius et perfectius continetur in lumine divino. Deinde cum dicit, *Duo ubera tua,* determinat de operationibus intellectus ut ordinantur ad instructionem parvulorum ; et tangit quatuor : nam actiones intellectus, sive doctrina, primo debet esse proportionata auditoribus parvulis ; ideo dicit, *Duo ubera tua :* quia enim parvuli non possunt masticare dura, sicut ubera ; juxta illud i Cor. iii, 2 : *Tamquam parrulis in Christo lac dedi robis potum non escam.* Et

dicit, *Duo ubera,* propter duo testamenta : vel propter sensum litteralem quem significant voces et mysticum quem significant res. Secundo haec doctrina debet esse caritativa, quia doctor debet docere ardenter ; ideo subdit : *Sicut duo himnū capræ gemelli :* in quo designatur geminatio caritatis ; tertio docere debet regnulariter, quia debet docere secundum ordinem sacre Scripturae ; ideo subditur : *Qui pascuntur in liliis,* idest in candore divinarum Scripturarum : quia secundum quod est in sacris Scripturis, sic alios docere debemus ; quarto docere debet perseveranter<sup>3</sup> : ideo addit : *Donec inclinentur umbras ;* idest donec cessent antignata, quod tempus est totius vitae praesentis ; et *aspiret dies ;* scilicet aeternitatis, quod erit in futura vita, ubi non indigebimus ea doctrina qua indigemus modo. Deinde cum dicit, *Vadam ad montem myrræ,* concludit ex habitis, statum Ecclesiae requirere talem pulchritudinem. Et continuatur sic : Dixi, o Ecclesia, te esse pulchram secundum omnia tua ; ideo *vadam ad montem myrræ,* idest ad te quae es mons myrræ propter carnis mortificationem<sup>4</sup>, et *ad collem thuris,* idest ad te quae es collis thuris propter assiduum et multiplicem orationem. Et supple, dicam : *Tota pulchra es amica mea, et macula non est in te :* nam si Ecclesia secundum omnia sua requirat pulchritudinem, pulchritudo suadet esse totalis. Est autem diligenter notandum, quod palefriundo dicta de ipsa Ecclesia non debet referri ad actualitatem<sup>5</sup>, ut actu talis sit, sed ad statum : non quia talis debeat esse semper, sed quia proficere debet, propter quod oportet eam mundum relinquere. Deinde cum dicit, *Veni de Libano,* infert ex habitis, quod debet relinquere mundum. Et continuatur sic. Habitum est quod status tuis requirit totalem pulchritudinem, *sponsa mea :* ergo ne inficiaris a mundo, *veni de Libano,* idest *veni de mundo, et recede de mundo<sup>6</sup> :* *veni de Libano veni.* Dicit autem ter, *Veni,* propter fidem Trinitatis ad quam alios inducere debet, ut dicit *Glossa :* vel quia

<sup>1</sup> Al. : « esse. » — <sup>2</sup> Al. : « in lumine. »

<sup>3</sup> Al. : « quarto perseveranter. »

<sup>4</sup> Al. : « idest ad te propter carnis mortificationem. » — <sup>5</sup> Al. : « actualitatem actum. »

derelinqui mundus non potest, nisi Pater adducat sua potentia<sup>1</sup>. Psalmista Ps. cxxxv, 42 : *Eduxit Israel de medio ejus ex celo in manu potenti et brachio extento*. Nisi Filius dirigit sua sapientia. Sap. x, 2 : *Eduxit illum sapientia*, id est primum hominem, cum omnibus salvandis, a dlelio suo, a quo nullus potest educari, nisi <sup>uicem que</sup> educatur de mundo. Jac. iv, 4 : *Qui voluerit amicus esse hujus saeculi, mimicus Dei constitutus*. Nisi Spiritus sanctus attrahat sua bonitate, et clementia. Isa. lxiii, 44 : *Spiritus Domini ductor ejus fuit*. Vel ter dicit, *Veni*; quia sicut peccamus<sup>2</sup> cogitatione, locutione, et opere; ita his tribus ad Christum ire debemus. Dicitur autem mundus Libanus, id est candidus, per contrarium: quia in eo non est candor; sicut lucus, quia caret luce; et piscina quia caret piscibus; sic dicitur munditia. Deinde cum dicit, *Coronaberis de capite Amana!* adducit rationem<sup>3</sup> ad hoc sumptam ex fine. Et inducit talem rationem: Homo debet relinquere illud quo relicto potest adipisci suam coronam et suum finem: sed si tu relinquas mundum, *coronaberis*: ergo debes mundum relinquere. De ista ratione non ponit plus, nisi quod si relinquat coronabitur. Et ut intelligas verba ejus, notandum, quod mundus quintupliciter inficit: primo inficit irascibilem per timiditatem<sup>4</sup>; secundo inficit concupiscentiam per intemperantiam et feditatem; tertio inficit voluntatem per injustitiam; quarto intellectum practicum per falsitatem et imprudentiam in dictis et factis: quinto intellectum speculativum per infidelitatem. Ideo ait *Coronaberis de capite Amana*, id est de mundo, relinquendo timiditatem quae inficit irascibilem, *Amana* enim interpretatur coangustatus: et significat mundum qui se ipsum coangustat et constringit. Iterum *coronaberis*, si *veneris de vertice Samir*, id est de feditate et intemperantia, relinquendo ipsam, quia inficit concupiscentiam: nam *Samir*, secundum *Glossam* idem est quod *sedus*<sup>5</sup>. Iterum<sup>6</sup> *coronaberis de vertice Hermon*, id est de injustitia, re-

linquendo ipsam, quia inficit appetitum intellectivum, sive voluntatem: interpretatur enim *Hermon* anathematatio, sive divisio a Deo: quod maxime fit per injustitiam, et potissimum ut est vitium generale, *Iterum coronaberis*, si *veneris de cubilibus leonum*, id est de imprudentia vel imprudentia, quae inficit rectam rationem agibilium, et inficit intellectum practicum: nam differt homo a bestiis ferociis, quia est animal politicum per mansuetudinem, quam non habent animalia ferocia, quae intelliguntur per leones, qui non refrenant motus suos per prudentiam, sicut homo. Iterum *coronaberis de montibus pardorum*, id est de infidelitate, quae inficit intellectum speculativum: haeretici enim et infideles insidiuntur ut pardi: et suppedium est, relinquendo hoc perfecte, id est relinquendo mundum. Et quia non *coronaberis* nisi ista relinquas: ideo debes perfecte mundum relinquere, ut coroneris. Deinde cum dicit, *Vulnerasti meum*, ponit tertiam rationem sumptam ex amore divino: congruum enim est ut amantes nos amemus; et quia Christus nos maxime diligit, debemus eum diligere. Cum ergo non possumus ejus amori inharrere nisi mundum relinquamus, debemus mundum relinquere. De ista ratione non ponit nisi medium, videlicet quod Christus maxime nos diligit. Hoc est ergo quod a te vole, *saror mea*, propter naturae conformitatem, *sponsa mea*, propter fidem, *Vulnerasti cor meum*, sagitta amoris, *in uno oculorum tuorum*, id est unitate cogitationum tuarum, et *in uno crine collui* id est in unitate affectionum tuarum: nam per oculos, per quos conspicimus, debemus intelligere actiones intellectus, que tunc placent Deo quando sunt junctae per fidem. Per capillos, ut supra dicebatur, debemus intelligere affectiones, que tunc placent Deo cum sunt junctae per caritatem, et per alias perfectiones affectus. Et quia talem unitatem habere non possumus nisi mundum relinquamus debemus mundum relinquere.

<sup>1</sup> Al. omittitur: et recede de mundo. »

<sup>2</sup> Al.: « sua potentia et praesentia. »

<sup>3</sup> Al.: « peccavimus. »

<sup>4</sup> Al.: « timorositasem. »

<sup>5</sup> Al.: « feditate. » — <sup>6</sup> Al.: « item. »

*Quam pulchræ sunt mammæ tue!* Superioris ostensum est, Ecclesiam, præcipue ut respicit statum contemplativorum, debere couerti ad Christum propter susceptam ab eo bonitatem, et debere relinquare mundum, ne per ipsum contrahat fuditatem; hic ostendit, eam' debere sufferre tentationes, ut adipiscatur finem et mereatur ampliorem bonitatem. Et inducit talē rationē: Quienq[ue] potest de facili aliquas turbationes sufferre, si per eas potest consequi finem et angustum in bono, ut talia adipiscatur, debet sufferre libenter: sed Ecclesia, potissimum ut respicit statum contemplativorum, potest delevi tentationes ferre: ergo cum per eas mereatur finem, et augeatur in bono, debet eas patienter sufferre. In hac ratione sic procedit. Primo ostendit quod viri contemplativi possint omnes tentationes de facili vincere; secundo ex hoc concludit quod vult eos permittere tentari, ut ex hoc adipiscatur finem et gloriam, ibi, *Surge aquilo*. Prima pars dividitur in duas: quia primo ostendit, viros contemplativos tentationes vincere; secundo ostendit quod hoc possunt de facili, ibi, *Emissiones tue*. Prima pars dividitur in duas: quia primo ostendit de qualibet genere temptationum, quod possunt ipsas vincere; secundo ex hoc concludit quod universaliter potest Ecclesia, ut respicit statum contemplativorum, omnem temptationem superare, ibi, *Hortus conclusus, soror mea*. Prima pars dividitur in tres partes, secundum quod tria sunt genera temptationum: nam primo ostendit Ecclesiam posse superare tentationes diaboli; secundo ostendit, vincere posse tentationes mundi, ibi, *Favus distillans*; tertio ostendit, eam posse superare tentationes carnis, ibi, *Et odor vestimentorum*. Circa primum notandum quod diabolus dupliciter nos vincit: primo decipiendo nos, cum se transformat in Angelum lucis; et contra hoc valet doctrina quam maxime habent viri contemplativi, quia separati a mundo magis percipiunt divinum influum: nam Philosophus in libro *de bona fortuna* ostendit, aliquos simplices esse fortunatos, quia amoti a sensibilius ma-

gis percipiunt vium substantiarum separatarum et Dei; sicut cæci non intenti visibilibus magis memorantur. Et quantum ad hoc ait: *O soror mea sponsa, quam pulchræ sunt mammæ tue!* idest quam pulchra est doctrina tua, quæ dicitur mammae et ubera, quia se contempserat secundum proportionem auditorum; et ideo subdit: *Pulchriora sunt ubera tua vino*; idest, doctrina tua prævalit doctrina Philosophorum, quæ non temperat se proportioni audientium, sed continet se in quadam austrietate et excellentiâ verbi cum ponderositate sententiâ: ideo hujusmodi doctrina dicitur vinum, non lac, quia caret dulcedine. Secundo vincit nos diabolus, si inveniat nos denudatos virtutibus: et quantum ad hoc subdit: *Et odor unguentorum tuorum*, idest fama virtutum spiritualium, ut *Glossa* exponit, *super omnia aromata*; idest, superat omnem humanaum scientiam: propter quod supplendum est, non debes timere ne diabolus te vineat decipiendo. Deinde cum dicit, *Favus distillans*, ostendit, Ecclesiam superare impugnationem mundanam: nam maxime mundum superamus, si cum dividatur inter fidèles et infideles fidelibus effudimus doctrinam, et eam celamus infidelibus, ne capiant nos in verbo; ideo ait: *Favus distillans labia tua, quantum ad infideles, quibus non debes communicare dulcedinem doctrinæ sacrae, sed tenere cam sub lingua tua*. Deinde cum dicit, *Odor vestimentorum tuorum*, idest odor carnis<sup>2</sup> tue: est enim caro quasi quoddam vestimentum animæ, cuius odor est *sicut odor thuris*: thus enim cum igne crematur, redolent, siue caro contemplativorum, cum in temptationibus stimulatur; sed eas vineant, cum continentia redolent, et merentur. Ex quibus haberi potest quod Ecclesia ut respicit vitam<sup>3</sup> contemplativam, potest superare tentationes carnis. Deinde cum dicit, *Hortus conclusus*, inferit, quod omnes tentationes universaliter potest superare. Et continuatur sic. Tu, Ecclesia, ut ostensum est, superare potes omnes tentationes diaboli, mundi et carnis: er-

<sup>1</sup> Al. : « etiam. »

<sup>2</sup> Al. : « caritatis. » — <sup>3</sup> Al. : « in. »

go tu es *hortus conclusus*. Et dicit his, *Hortus conclusus*, quia tentationes mundi, et carnis non possunt intrare ad ipsam.<sup>1</sup> Addit etiam quod est *fons signatus*, quia etiam tentationes diaboli non possunt ad eam ingredi. Est ergo Ecclesia *hortus conclusus*, in quantum continet poma munda a spureciis carnis. Est iterum<sup>2</sup> *hortus conclusus*, in quantum continet poma vera, non sophisticata vanitatibus mundi: est *fons signatus*, in quantum continet aquas dulces<sup>3</sup>, non amaricatas per versutias diaboli. Deinde cum dicit, *Emissiones tuæ*, ostendit Ecclesiam, ut respicit contemplativos, de facili posse superare tentationes singulas: nam minima gratia sufficit ad superaudium omnes tentationes. Si igitur quis habeat gratiam superabundantem, de facili eas supererabit. Gratia superabundans in hoc cognoscitur in quantum alios inducit ad gratiam: nam perfectum est unumquodque cum potest sibi simile generare. Osteudere ergo, Ecclesiam de facili posse superare tentationes singulas, est ostendere quod derivationes gratiarum, prout fluunt ab Ecclesia ad suos filios, sunt sufficientes ad superaudium tentationes singulas. Derivantur enim dona gratiarum divinarum a perfectioribus ad imperfectos: non quod perfecti ipsam gratiam causet, cum a solo Deo ipsa gratia causetur:<sup>4</sup> sed quia per predicationes et bona opera, et exempla perfecti ducent imperfectos ad gratiam suscipiendam: et ultius aliquando per suas orationes gratiam imprestant, et ministrando Sacraenta, aliquid efficiunt in illa: quo facto nisi quis prebeat obicem, gratiam suscipit. Duo ergo facit: nam primo ostendit quod per hujusmodi derivationes potest quolibet genus tentationis superare; secundo ex hoc concludit quod universaliter omnes tentationes superare possit, ibi, *Fons hortorum*. Circa primum tria facit: quia primo ostendit quod per tales derivationes possunt superari tentationes mundi; secundo quod diaboli, ibi, *Cypræ cum nardo*; tertio quod carnis, ibi, *Myrrha et*

*aloë*. Dicit ergo: *Emissiones tuæ*, idest dona gratiarum derivata a te ad alios, sunt *paradisus malorum punicorum*, idest illarum arborum, *cum pomorum fructibus*, idest cum fructibus dictarum arborum: si fructus enim malorum punicorum habent corticem asperum, sed intus habent grana rubea, et significant doctrinam ecclesiasticam, enjus sensus committitur iis qui sunt intra ipsam; exterioribus autem monstratur cortex tantum. Unde pars ista respondet illi parti ubi dicebatur supra; *Farus distillans labia tua, mel et lac sub lingua tua*. Sic ut ergo per illa verba ostendebatur, Ecclesiam posse superare impugnationes mundi; sic per ista habetur quod per dona gratiarum derivata ab Ecclesia ad filios, possunt illas<sup>5</sup> superare. Deinde cum dicit, *Cypræ cum nardo*, ostendit per tales emissiones posse superare diaboli tentationes. Legatur ergo sic. *Emissiones tuæ* non solum sunt *paradisus malorum*, sed etiam hujusmodi emissiones sunt emissiones *Cypræ*: Cyprus enim, secundum *Glossam*, arbor est aromatica habens semen candidum, et potest significare perfectionem intellectus speculativi, quia hujusmodi intellectus est candidus, quia illuminatur lumine fidei, vel lumine intellectus agentis. Ex quo apparet quod hoc nomen *Cyprus* est æquivocum ad insulam et arborem. Et hujusmodi emissiones sunt *cum nardo*:<sup>6</sup> nardus enim est herba redolens, et candida: unde potest significare perfectionem affectus, quia dat intelligere caritatem, ut dicit *Glossa*. Hujusmodi emissiones non solum sunt *nardus*, sed etiam *crocus*: crocus enim est aurei coloris, et potest significare prudentiam, cuius deservit embulia, ad quam pertinet dare consilium lucidum et mundum: prudentia autem est in intellectu practico, unde significat perfectionem intellectus practici: sunt etiam hujusmodi emissiones *fstula et cinnamomum*, per quae designantur perfectiones irascibilis et concupisibilis: nam cinnamomum habet virtutem suam extra in cortice, et signi-

<sup>1</sup> Al.: « ergo tu es *hortus conclusus*, quia tentationes mundi et carnis non possunt intrare ad ipsum. »

<sup>2</sup> Al. omittitur: « iterum. »

<sup>3</sup> Al. omittitur: « dulces. »

<sup>4</sup> Al.: « sed a solo Deo ipsa gratia causetur. »

<sup>5</sup> Al.: « alios. »

<sup>6</sup> Al.: « sunt nardus. »

heat perfectionem irascibilis, qua perficitur fortitudine, qua consistit in aggrediendo; easia autem habet bonitatem suam interius, et significat perfectionem concupisibilis, qua perficitur per temperantiam, cuius bonitas videtur consistere intrinseca, quia bonitas magis est in retrahendo quam in aggrediendo: habet enim quodammodo modum contrarium fortitudini. Et inde est quod insensibilitas, qua dicit defectum, minus opponitur temperantiae quam intemperantiae; et andacia, qua dicit excessum, minus opponitur fortitudini quam timiditas, ut dicitur *H. Ethic.* Et hujusmodi emissiones sunt cum universis lignis Libani, idest cum omnibus aliis perfectionibus, designatis per ligna Libani, ratione candoris et immunitatis. Et qui habet perfectum intellectum speculativum et practicum, et irascibilem et concupisibilem et alias perfectiones debitas, potest resistere diabolo. Ideo per haec dicta etiam intelligitur, quod emissiones sponsae possunt superare diabolicas tentationes: unde ista pars concordat cum illa parte superiorius quod ubera sponsae erant *pulchriora vino*, quae respiciunt intellectum; et *odor unguentorum* erat *super omnia aromata*, ratione virtutum respicientium potentias alias. Verum etiam per illa, scilicet Cyprum et nardum, possumus intelligere perfectiones potentiarum, per quas superaramus diabolum. Deinde cum dicit, *Myrrha et aloë*, ostendit quomodo per tales emissiones superaramus tentationes carnis, quia sunt *myrrha et aloë*, idest conservant a putrefactione; et hoc cum *omnibus primis unguentis*, idest cum omnibus unguentis precipuis conservantibus a putrefactione: *myrrha enim<sup>2</sup>* a putrefac-

tione conservat, ut dicit *Glossa*; et alio etiam hoc facit, licet non tantum, ut in *Glossa* dicitur: et etiam iniqua præcipua habent hoc efficere. Et quia vitando tentationes, potissime servamus a corruptione; ideo per hoc datum intelligi quod per derivationes prædictas superantur tentationes carnis. Deinde cum dicit, *Fons hortorum*, concludit quod universaliter tentationes omnium superantur; ideo ait, quod hujusmodi emissiones sunt *fons hortorum*, inquantum valent ad producendum fructus malorum *punicorum*, resistendo tentationibus mundi. Sunt etiam *putres aquarum* viventium, quia aquæ quas continent, non possunt mortificari per tentationes diaboli. Et hujusmodi aquæ sunt *que fluunt impetu de Libano*, idest de candore, quia non inaequalant immunditia carnis. Deinde cum dicit, *Surge aquilo*, concludit Christus quod vult permettere tentari sponsam, ut ex hoc mercenari finem et gloriam. Continuatur ergo sic: Tu, sponsa, potes sustinere omnes tentationes, et potes eas sustinere de facili, cum ipsæ derivationes et dona gratiarum derivata ad alios hoc possint; ideo *surge aquilo et veni auster*; idest, volo permettere, quod surgant diversa genera tentationum, et perflicant, idest stimulent, *hortum meum*, idest sponsam meam; et *fluent aromata illius*, quia per tales stimulations tu mereberis, et redolebis congruo modo. Aquilo enim est ventus frigidus, anster vero est ventus calidus; et significant omnia genera tentationum, et omnia quæ possunt inclinare ad malum: quia quicunque male agit, vel hoc facit ex timore infrigidante, vel ex amore male inflammante.

## CAPUT QUINTUM

Veniat dilectus mens in hortum suum, ut comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea sponsa; messti myrrham meam cum aromatibus meis; comedi favum cum melle meo, et bibi vinum meum cum lacte meo. Come-

dite amici, et bibite, et inebriamini carissimi. Ego dornio, et cor meum vigiit. Vox dilecti mei pulsans. Aperi mihi, amica soror mea, columba mea, imaculata pica: quia caput meum plenum est rora, et cinctus mei guttis noctium. Expoliavi me tunica

<sup>1</sup> Al. : « in. »

<sup>2</sup> Al. : « etiam. »

mea; quonodo iudicar illa? Lavi pedes meos quonodo inquinab illos? Dilectus mens misit matum suum per foramen, et venter mens intrunxit ad tactum ejus. Surrexi ut aperteum dilecto meo. Manus mea stillaverunt myrrham, et digitii mei pleni myrrha probatissima. Pessimum ostii mei aperui dilecto meo; at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Quasivi, et non inveni illum; vocavi, et non respondit nulli. Invenerunt me custodes qui circumvenit civitatem; percesserunt me, et vulneraverunt me: inferunt pallium meum nulli custodes murorum. Adjuro vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut munificis et quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adjurasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. Caput ejus aurum optimum; come ejus sicut elata palmarum, nigra quasi corvus; oculi ejus sicut columbae super rivulos aquarum, que lacte sunt lota, et resident juxta fluentia plenissima; genae illius sicut arcule aromatum consiste a pigmentariis; labia ejus lilia distillantia myrrham primam; manus illius tornatales, aureas, plene hyacinthis; venter ejus aubeirus, distinctus sapphyris, crura illius columnae marinorum quae fundante sunt super bases aureas; species ejus ut Libani, electus ut cedri; guttur illius suavissimum, et totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filie Jerusalem. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum; quo declinavit dilectus tuus? et quarenum cum tecum.

*Veniat dilectus meus in hortum suum.* Quoniam videt sponsa per se ipsam 'non posse ad sponsum converti, et mundum relinquere et tentationes tolerare; ideo convertit se ad sponsum suum<sup>2</sup>, petens ejus auxilium et subventionem. Dividitur autem haec pars in duas: quia primo ponitur sponsa: petitio; secundo subiungitur Christi responsio, ibi, *Venit in hortum meum.* Continetur autem sic: Sponsus meus me hortatur, ut convertar ad ipsum, relinquendo mundum, et sustineam tentationes, et quod hoc de facili possum; sed, ut video, innixa meo auxilio, nullo modo sum potens ad talia. Et si dicit me posse de facili, recognoscere hoc verum esse per ejus auxilium: ideo rogo ut *veniat dilectus meus in hortum suum*, idest veniat in me, quae sum hortus ejus, et *cunedat*, idest benevolam receptione recipiat, fructum pomorum suorum: quia cognosco, et cum gratiarum actione confiteor, quod fructum quem ego facio, poma quae producio, bonarum cogitationum, affectionum, ora-

tionum et operum, a me ipsa non facio, sed ejus auxilio; ideo non sunt mea, sed sua. Deinde cum dicit, *Venit in hortum meum*, ponitur Christi responsio. Duo autem notanda posuit sponsa in petitio: e sua: primum, quod auxilium a Christo petebat; secundum quod bona sua ab ipso recognoscet. Christus autem respondendo sponsae sue, tria facit. Primo ostendit quod petitionem prevenit: secundo bona sponsa a se esse consentit, ibi, *Messui myrrham meam*; tertio eam ad secure contemplandum inducit, ibi, *Comedite amici.* Et continuatur sic: Tu, sponsa mea, petis a me auxilium, ut veniam ad te, quae es hortus conclusus: petitionem tuam jam praveni. Et hoc est quod ait: *Soror mea sponsa, veni in hortum meum*, ita ut ly *veni* sit temporis prateriti: unde est sensus: Ego jam *veni* in hortum meum, praveniendo petitionem tuam, paratus ad auxilium tuum. Posset autem legi, quod ly *veni* sit imperativi modi; sed quia non bene continuaretur praecedentibus, ideo de tali sensu non est nobis ad praesens cura<sup>3</sup>. Deinde cum dicit, *Messui myrrham*, ostendit Christus quonodo assentit, bona sponsa esse a seipso: unde continuatur sic: Tu, sponsa mea, times ne desicias in certaminibus: ne timeas, quia ego *messui*, idest secavi vel recollegi, *myrrham meam*, idest, te, quae es myrrha mea propter earnis mortificationem<sup>1</sup>, secundum quam potes tentationes vitare, et hoc cum *aromatibus meis*, quia ut tactum fuit sustinendo tentationes, ex te fluebant aromata, prout merebaris finem et gloriam: dicit enim Christus metere myrrham cum aromatibus, inquantum sponsa hoc facit vincendo tentationes auxilio suo: in quo Christus assentit quod hoc bonum, quod est tentationes vincere, sponsa non habet a se ipsa, sed a Christo. Postea subdit: *Comedi forum cum melle meo*; idest, feei quod convertereris ad me, secundum quam conversionem gustas contemplationis duleedium: *bibi vinum meum cum lacte meo*, idest, feei quod tu biberes *vinum cum*

<sup>1</sup> Al.: « quoniam videtur per se ipsam. »

<sup>2</sup> Al.: « ad illum. » — <sup>3</sup> Al.: « curandum. »

<sup>1</sup> Al.: « myrrham meam propter earnis mortificationem. »

*lacte meo*, quod relinquieres mundum, quem relinquentib[us] biberes vinum propter spiritualem latitiam : et biberes lac, propter candorem et munditiam. Ex quo apparet Christum confiteri, sponsam non solum habere ab ipso quod tentationes vinceat, sed etiam habere ab ipso quod convertitur ad ipsum, et relinquit mundum. Et notandum, quod quia causa prima plus est influens in suum causatum, quia causa secunda<sup>1</sup> : si sponsa metit myrrham, vincendo tentationes, et comedit favum cum melle, converteundo se ad Deum, et bibit vinum cum lacte, relinquendo mundum : si hoc facit, invocato auxilio Christi, qui est caput Ecclesiae et principium ; per amplius et perfectius dicitur Christus hoc facere. Deinde cum dicit, *Comedite*, hortatur Ecclesiam ad secure contemplandum : ideo ait : *Vos amici mei*, quia ego semper sum vobiscum, absque trepidatione *comedite* spiritualem dulcedinem, *bibite* vinum spiritualis latitiae, et *inebriamini carissimi*, ebrietate spiritus, in contemplationis dulcedine persistendo. Notandum autem, quod Christus prius loquens est Ecclesia in singulari, cum dixit : *Veni in hortum meum, soror mea sponsa*; nunc autem loquitur ei in plurali dicens, *Comedite amici*. Cujus ratio est, quia licet Ecclesia in comparatione ad Christum, cuius est sponsa, sit una, quia unus sponsi debet esse una sponsa : tamen dulcedo Christi non uniformiter recipitur in tota Ecclesia : quia dulcedo contemplationis aliquando in uno causatur ex maiestate, aliquando in alio ex pietate : in alio ex sapientiae profunditate, propter hoc dicitur Ecclesia in plurali comedere et bibere.

*Ego dormio, et cor meum vigilat*, Postquam descriptus est status Ecclesiae modernae quantum ad contemplationem, hic describitur quantum ad actionem, sive quantum ad filiorum ministrandum. Et notandum Christum sic hortari Ecclesiam ad contemplandum, quod tamen eam invitat ad filios ministrandum. Et ideo dixit : *Comedite amici, bibite*, et

*inebriamini carissimi*. In quo hortatur Ecclesiam ad contemplationem. Hic autem tantum bonis sponsus, habens eunram filiorum, eam invitat ad ministrandum filii. Et dividitur pars ista in duas : quia primo ponitur Ecclesie contemplatio ; secundo subjungitur Christi exhortatio, secundum quam invitat Ecclesiam surgere a contemplatione ad actionem<sup>2</sup>, ibi, *Vox dilecti mei*. Contemplatio autem Ecclesiae designatur cum dicitur : *Ego dormio, et cor meum vigilat*: viri enim contemplati dieuntur dormire, quia quiescent a sensilibus et exterioribus : tamen secundum eorū vigilant, quia magis sunt apti ad percipiendum intrinsecus inspirationes, et divinos influxus : quia ut superius tactum est, sicut eae non intenti visibilibus, melius memorantur ; sic viri contemplativi, non intenti exterioribus, magis percipiunt interiores inspirationes. Deinde cum dicit, *Vox dilecti mei pulsantis*, ponitur Christi invitatio. Et dividitur pars ista in partes duas : quia primo ponitur hujusmodi invitatio : secundo ponitur sponsae excusatio, ibi, *Expoliavi me*. Carea primum duo facit : quia primo ponitur predicta invitatio ; secundo subjungitur invitationis ratio, ibi, *Caput meum*. Continuitur sic. Me existente in contemplatione, auditā est in me *vox dilecti mei*, idest vox Christi, *pulsantis* ; et dicentis : *O soror mea*, propter naturae conformitatem, *amica mea*, propter caritatem, *columba mea*, propter cordis simplicitatem, surge a statu contemplationis, *aperi mei*, praedicando filiis meis, aperiendo corda eorum, ut possim intrare ad eos. Notandum autem, quod Ecclesia per vitam activam, exercendo prædicationis officium, duplenter aperit Christo ; primo in ipsis fidelibus, *quia quod uni ex minimis meis fecistis* dicit Christus, Matth. xxv, 45 : *mihi fecistis*. Rursum etiam ipsi Christo aperimus, quando per prædicationem eorū alicuius aperitur, per quam aperitionem ipse Christus intrat ad illum. Deinde cum dicit, *Quia caput meum plenum est rore, assignat rationem dictæ invitationis*. Rogo, sponsa mea, ut mihi aperias, prædi-

<sup>1</sup> Al. : « secundaria. »

<sup>2</sup> Al. : « surgere ad actionem. »

cando fidei veritatem et morum honestatem : *quia caput meum*, idest intellectus meus, *plenum est rore infidelitatis, et cuncti cinni mei*, idest capilli, sive affectiones meae, sunt plene *guttis noctium*, idest frigiditate et obscuritate peccatorum, qua per noctes intelligentur ratione privationis, quae est essentialis cuiuslibet malitia, et *quia qui male agit, odit lucem*. Joan. iii. Notandum autem, quod intellectus potest dici caput, et voluntas potest dici caput, ratione dominii ; secundum quem modum qui dominatur aliis, caput eorum esse dicitur ; quia voluntas in regno anima dominari videtur, quia ceterae potentiae exent in actiones suas secundum imperium voluntatis ; et sic voluntas dicitur caput. Si vero consideremus caput, prout in eo viget cognitione et sensus ; et quia cetera membra diriguntur in actiones suas per caput, cum dirigere sit rationis : sic ratio et intellectus mereantur nomen capitatis : propter quod non est inconveniens quod per caput intelligatur intellectus, et per capillos radicatos in capite designantur affectiones radicaliae in voluntate : unde non solum intellectus, sed etiam voluntas potest dici caput. Deinde cum dicit, *Expoliavi me tunica mea*, ponitur sponsae excusatio : et dividitur pars ista in partes tres : quia primo ponitur hujusmodi excusatio ; secundo subiungitur Christi attractio ibi, *Dilectus meus* ; tertio per hujusmodi attractionem ponitur sponsae famulatio, ibi, *Surrexi ut aperirem*. Continuatur autem sic : Tu, dilekte mi, invitas me ut habeam curam filiorum, et a statu contemplationis, propter quam dimisi temporalia, redeam ad statum actionis, secundum quam<sup>1</sup> de temporalibus curam haberem : sed ego *expoliavi me tunica mea* : idest dimisi ista temporalia ; *quonodo induam illum* ? idest, quonodo revertar ad habendam iterum curam temporalium ? quasi dicat : Grave est mihi. *Lavi pedes meos*, idest affectiones meas, quae dicuntur pedes, quia per<sup>2</sup> eas venitur ad te. Hujusmodi affectiones lavi, quia non solum dimisi

temporalia, sed etiam dimisi voluntatem habendi ea ; *quonodo inquinabo illos* ? idest, quonodo inquinabo pedes meos, idest affectiones meas, volendo iterum habere curam<sup>3</sup> temporalium ? Deinde cum dicit, *Dilectas meus misit manum suam per foramen*, ponitur Christi attractio : nam licet sponsa se excusaret, tamen tanta fuit potentia Christi quod virtute sua eam attraxit, voluntatem suam inclinando, ut vellet habere curam filiorum. Continuatur sic : Ego sponsa me excensabam, ne redirem ad activam vitam ; sed *Dilectus natus Christus*, qui est potentie infinita, *misit manum suam per foramen*, idest intellectum vel affectum : quia intellectus vel etiam affectus sunt quasi quedam foramina et rimula per quas ad nos Christus ingreditur. *Et ad tactum ejus*, idest ad istam immissionem virtutis, secundum quam me Christus legit, *venter meus*, idest mollior pars in me intravauit, idest praetimore obstu puit, non audiens rennere quod sponsus vult : quasi dicit : Tanta fuit virtus Christi quod non solum fortiores partes animae, fuerunt paratae ad obedientiam Christo, sed etiam debiliores. Deinde dicit<sup>4</sup> : *Surrexi ut aperirem dilecto* : quia, ut dictum est, tanta fuit virtus Christi, quod totam sponsam convertit ad suam voluntatem : ideo hic ponitur sponsae confessio, et offici, ad quod invitata fuit, devota suscepit, scilicet curam filiorum. Et quia, ut superius tangebatur, ex administratione filiorum circa exteriora fit distraetio in mente, ideo dno facit : quia primo ponitur sponsae famulatio ; secundo additur mentis distraetio : ibi, *Pessulum ostii mei*. Continuatur sic. Ita sponsus attraxit me : unde non volens vel valens resistere ei, *surrexi a contemplatione, ut aperirem dilecto meo* per prædicationem ; et non solum aperni ei prædicando verbo, sed etiam prædicando exemplo ; ideo subditur : *Manus mea*, idest operationes meae, *stillaverunt myrram*, idest carnis mortificationem, que per myrram intelligitur, ut superius dictum est, inquit aliquando exemplo mearum opera-

<sup>1</sup> Al. : « quem. »

<sup>2</sup> Al. : « secundum. »

<sup>3</sup> Al. : « volendo curam. »

<sup>4</sup> Al. : « cum dicit. »

tionum moti egerunt penitentiam, mortificando carnem suam : quia sic alios debemus inducere ad penitentiam quod etiam nobis penitentiam servare debemus. Ideo subdit : *Et dixi mei pleni myrrha probatissima* : quasi dicat : *Mamus mea stillaverunt myrrham* ; quia alii quasdam stillat quasdam guttas perceperunt penitentiae meae portando in carne sua ; sed *dixi mei*, idest diverse operationes meae, que dicuntur dixi propter discretionem, ut *Glossa* tangit, remanserunt *pleni myrrha probatissima* : quia excellentiore penitentiam in corpore meo portavi, quam aliis ostenderem. Deinde cum dicit, *Pessulum ostii mei aperui dilecto meo*, narrat sponsa meus sentit distractionem. Et notandum, quod quando homo est in mente distractus, et non potest, gustare illam dulcedinem quam prius sentit, debet reverti ad intima cordis sui, inquirendo Christum, discutiendo cogitationes et afflictiones. Et quia in tali inquisitione et discussione occupatur homo aliquando vanis et variis cogitationibus que dicuntur *vigiles civitatis* : debet hujusmodi vanas cogitationes abjecere, et Christum diligenter inquirere. Et si non potest ipsum per se ipsum invenire, debet aliorum auxilium exposeere. Secundum hunc ordinem pars ista dividitur in partes quatuor : quia primo ponitur mentis distractio ; secundo additur duplex Christi inquisitione, ibi, *Anima mea* ; tertio innatur variarum cogitationum occupatione, ibi, *Inveniens* ; quarto ponitur suffragii quæstio, ibi, *Adjuro vos*. Continuatur sic : Ego spousa, postquam aperueram ostium alii prædicando, et intenta fueram circa aliorum profectum, volui intendere profectui meo, rediendo ad statum contemplationis : propter quod *aperui dilecto meo*, idest Christo, *pessulum ostii mei*. Pessulum dicimus vectem cum quo ostium clauditur ; et potest hoc significare curam temporalium, quam debet prælatus ad tempus removere a se, ut possit redire ad contemplationem, aperiendo ostium suum Christo. Verum quia propter temporalium curam ut plurimum prælatus distrahitur

secundum mentem, et Christum non inventit, ait : *At ille*, idest Christus, *declinaverat atque transiebat* : quia distracta in mente non inveni sponsum meum Christum, ut volebam. Deinde cum dicit, *Anima mea liquefacta est*, ponitur Christi inquisitio. Notandum autem, quod cum a statu actionis quis ad contemplationem credit, si Christum non inventit, ut vult : inter cetera quæ stimulant ipsum ut Christum querat, est memoria præterite dulcedinis, nam cum homo sentit se aliquando in oratione gustasse dulcedinem ; si potest ad orationem rediens non potest tantum senire dulcedinem quantum prius, ex memoria talis dulcedinis stimulatur ad discutiendum tales suas cogitationes et affectiones, utrum secundum eas disciplinatur Christo, ut possit invenire causam quare nunc non possit sentire illam dulcedinem quam prius senserat. Ideo ait : *Anima mea liquefacta est*, propter dulcedinem contemplationis, *ut dilectus locutus est*, idest quando dilectus in oratione loquebatur milii, et ego sibi. Et quia taliter liquefactionem modo non sentio, rediens ad conscientiam, Christum non inverni. Unde memorata dicta: dulcedinis<sup>2</sup>, *quæsivi Christum discutiendo cogitationes intellectus, et non inveni illum* ; *vocabi eum per desideria affectus, et non respondit mihi*. Deinde cum dicit, *Invenient me custodes qui circumuenient civitatem*, postquam narravit Christi inquisitionem, et non inventionem, narrat variarum cogitationum occupationem. Ad cuius evidentiam notandum Ecclesiam primitivam habuisse aliquo modo majores turbaciones, et aliquo modo minores quam modernam : nam quantum ad persecutionem plus turbata est<sup>3</sup> illa quam ista, quia modo cessaverunt saevitia tyrannorum ; sed quantum ad distractionem plus turbatur ista quam illa, quia modo Ecclesia maximis divitiis est dotata ; ideo plus distrahitur interiorius propter curam temporalium, quam distracta fuerit primitiva Ecclesia. Ideo superius cap. iii, quando narrabatur distractio Ecclesie primitive, simpliciter dicebatur, quod in lectulo suo quæsivit Christum ; hic autem dictum

<sup>1</sup> Al. : « ut. » — <sup>2</sup> Al. : « dicta dulcedine. »

<sup>3</sup> Al. : « turbatur. »

est : *Pessulum ostii mei aperiū dilecto meo*, quia, ad litteram, curae temporalium faciunt quoddam obstaculum et pessulum in ostio mentis, quod oportet amovere, si Christum invenire volumus. Rursum ibi dicebatur : *Quiesci illum et non inveni*; hic autem dicitur, quod sponsus declinavit, atque transivit: et quod quiescivit et non invenit; vocavit eum, et non respondit. In quo ostendit se Ecclesia moderna esse magis elongatam a Christo quam fuerit primitiva. Tertio ibi dicebatur<sup>1</sup> simpliciter, quod invenerunt sponsam vigiles qui custodiabant civitatem; hic autem dicitur<sup>2</sup>: *Invenerunt me custodes, qui circumueunt civitatem*; id est, invenerunt me varie cogitationes; et<sup>3</sup> hujusmodi variae cogitationes percussuerunt me, vulnerauerunt me, et tulerunt pallium meum<sup>4</sup>; hujusmodi cogitationes, quae sunt custodes murorum. In quo ostendit moderna Ecclesia se magis involvivani cogitationibus, quam fuerit primitiva: quod etiam designatur, quia primitiva Ecclesia per se ipsam inveniebat, unde dicebat cap. iii : *Paululum cum pertransisset eos, inveni quem diligit anima mea*; hic autem Ecclesia moderna, ut possit Christum invenire, exposeit auxilium filiarum, cum dicit : *Adjuro vos, filie Jerusalem*. Notandum autem, quod cogitationes, sive rigiles civitatis, nos percipiunt quando eis damus additum: nos vulnerant, quando in eis delectamur; sed nobis accipiunt pallium, expoliando nos virtutibus et donis, quando eis consentimus. Deinde cum dicit, *Adjuro vos, sponsa*, ut possit invenire Christum, exposeit auxilium filiarum; haec autem petitio est ad profectum Ecclesie, et ad profectum filiarum: ad profectum Ecclesie, in quantum propter preces filiarum sponsus aliqua bona largitur Ecclesie, ad profectum filiarum est, quia propter adjurationem matris moventur filiae, ut ardenter Christum querant. Ideo duo facit: quia primo ponitur hujusmodi adjuratio, secundo subiungitur<sup>5</sup> ardenter filiarum inquisitio, ibi. *Qualis est dilectus*

*tuis?* Continuitur sic, *O filia Jerusalem*, quia propter vos causam vestram suscepī, ex qua enra cum<sup>6</sup> distracta conscientia quesivi Christum sponsum meum, et non inveni; ideo adjuro vos, id est obsecro vos *si inceneritis dilectione meum*, quia forte in orationibus vestris loquitur vobis, quia non estis tantum intenta exterioribus, qui non loquitur mihi, eo quod sum magis intenta vobis: si ergo contingat hoc, rogo *ut mutietis ei quia amore laqueo*; id est, propter amorem deficio, volo in amorem ejus rapi, et dulcedinem contemplationis ejus sentire, et non valeo, sed deficio.

*Qualis est dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* In parte ista ponitur filiarum ardens inquisitio. Et dividitur pars ista in partes duas: quia primo filia Jerusalem inquirat a matre sua, id est ab Ecclesia, qualis sit Christus sponsus ejus, ut cognoscant ejus bonitatem: secundo querunt ubi sit, ut habeant ejus societatem, ibi, *Quoniam est dilectus tuus?* Habent autem se i.e. due questioines per ordinem: quia prius est cognoscere quale aliquid sit, ut cognoscens ejus bonitatem, eam desideret, et ejus desiderio motus, secundo querat<sup>7</sup> ubi sit ejus bonitas, ut eam adipisci valeat. Prima pars dividitur in partes tres: quia primo querit qualis sit Christus secundum divinitatem, ibi, *Qualis est dilectus tuus ex dilecta?* secundo qualis sit secundum humanitatem, ibi, *Qualis est dilectus tuus?* tertio assignat rationem quæstionum factarum, ibi, *Quia sic adjurasti nos.* Continuitur sic, *O pulcherrima mulierum, spousa Christi, qualis est dilectus tuus ex dilecta?* Nam Pater non est *dilectus ex dilecta*, quia a nullo: Spiritus sanctus est dilectus ex dilectis, quia a pluribus, ut a Patre et Filio; solus autem Filius est *dilectus ex dilecta*. Deinde cum dicit, *Qualis est dilectus tuus?* querit qualis est Christus secundum humanitatem, unde non addit: ibi, *ex dilecta*, quia sicut nascendo secundum divinam naturam est sine matre, sic quodammodo nascendo secundum humanam naturam

<sup>1</sup> Al. : « dicebat, »

<sup>2</sup> Al. : « diebit, » — <sup>3</sup> Al. omittitur : « et, »

<sup>4</sup> Al. : « meum mihi, » — <sup>5</sup> Al. : « bene quod,

<sup>6</sup> Al. : « adjungitur, »

<sup>7</sup> Al. : « quæcumque

<sup>8</sup> Al. : « quartus

<sup>9</sup> Al. : « quod oblitus

est sine patre : nam cum filius debeat esse similis patri in natura, cum nullus homo fuerit pater Christi<sup>1</sup>, dicere possumus, aliquo modo Christum, secundum quod homo, non habuisse patrem. Deinde cum dicit, *Quia sic adjurasti nos*, assignat eansam dictarum questionum. Continuatur sie : Ideo quarimus qualis sit dilectus tuus, vel sponsus secundum divinitatem, et qualis sit secundum humanitatem, quia tu movisti desiderium nostrum ad hoc : *quia sic adjurasti nos*; id est, sic nos obsecrasti. Deinde cum dicit, *Dilectus meus candidus*, ponitur sponsa responso; in qua facit quatuor : quia primo ostendit qualis sit Christus secundum divinitatem ; secundo qualis sit secundum humanitatem, ibi, *Caput ejus aureum*; tertio qualis sit secundum utrumque, ibi, *Species ejus ut Libani*; quarto epilogat dicta, ibi, *Talis est dilectus meus*. Declarat ergo primo qualis sit Christus secundum divinitatem : Christus enim secundum divinitatem tripliciter potest considerari vel declarari. Primo in comparatione ad Patrem ; secundo in comparatione ad Spiritum sanctum ; tertio in comparatione ad nos. Prout autem comparatur ad Patrem, est genitus ab eo, et procedit per modum intellectus, et dicitur lux et candor ; et quantum ad hoc ait : *Dilectus meus candidus*. Prout vero comparatur ad Spiritum sanctum, sic spirat ignem amoris ; et quantum ad hoc subdit, *Et rubicundus, ardore<sup>2</sup> caritatis et amoris procedentis ab ipso*. Prout vero comparatur ad nos, ipse est filius naturalis, nos autem adoptivi ; ideo subdit, *Electus ex nullibus*. Deinde cum dicit, *Caput ejus aurum optimum*, ostendit qualis sit Christus secundum humanitatem : et duo facit : quia primo ostendit qualis sit Christus in se : secundo qualis sit in suis membris, ibi, *Comæ ejus*. Christus autem secundum humanitatem est caput nostrum, quia caput debet esse ejusdem naturæ cum membris ; quod non competit Christo secundum divinitatem, sed secundum humanitatem : hoc autem caput est *aurum optimum*, quia contagione peccati non fuit maculatum : nam in omnes secundum

communem legem nascentes transit originale peccatum, præterquam in ipsum, qui non communis lege conenpsientia, sed de Virgine ex Spiritu sancto conceputus est et natus. Deinde cum dicit, *Comæ ejus sicut elata palmarum, nigra quasi corvus*, declarat qualis sit Christus secundum membra ejus. Membra autem Christi dupliceiter possunt dividi : scilicet secundum materiam doctrinae et vitae. Duo ergo facit : nam primo declarat membra Christi ratione doctrinae : secundo ratione diversitatis vitae, ibi, *Manus illius*. Differunt autem doctrinæ in membris Christi est quadruplices : quia primo sunt Apostoli ; secundo Prophetæ, qui magis procul viderunt Christum quam Apostoli ; tertio sunt Doctores, qui accipientes dicta Apostolorum et Prophetarum docent : quarto et ultimo sunt Prædicatores, qui ut audiunt a Doctribus, sic referunt populo. Quatuor ergo facit : quia primo declarat quales sunt Apostoli, ibi, *Comæ ejus* ; secundo quales sunt Prophetæ, ibi, *Oculi ejus* ; tertio quales sunt Doctores, ibi, *Genæ illius* ; quarto quales sunt Prædicatores, ibi, *Labia ejus*. Dicit ergo primo : *Comæ ejus*, id est Apostoli (qui dicuntur comæ, vel capilli, quia immediate adhaerunt Christo capilli) *quasi elata palmarum*, quia erectæ sunt superius hujusmodi comæ, id est Apostoli, sicut palmae, unde sunt ad modum elata palmarum. Vel *elata palmarum* sunt quedam arbores ad modum palmarum, et sunt aromaticæ, et significant Apostolos propter odorem bonæ famæ : unde alia translatio (ut dicit Glossa) : *Crines ejus abies*, ita quod per abies intelligamus arbores aromaticas, non illas unde aedificia sunt. Et addit, quod hujusmodi comæ sunt *nigra quasi corvus*; quod potest esse dictum ratione persecutionis, quam passa fuit Ecclesia tempore Apostolorum. Deinde cum dicit, *Oculi ejus sicut columbae*, ostendit quales sunt Prophetæ, qui dicuntur oculi ratione visionis : juxta illud I Reg. ix, 9 : *Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns*. Illi autem oculi sunt *sicut columbae*<sup>3</sup>, propter anigmaticam cognitionem : nam sicut columbae juxta

fluenta aquarum vident in aquis speciem accipitris venientis; sic Prophetæ in aquis (quia per anigmata) videbant insidias diaboli, et præcavendas<sup>1</sup> populo amittabant. Addit autem quod haec columbae sunt *locorum lucte*, propter munditiam: nam licet cognitio Prophetarum esset anigmatica, erat tamen munda ab omni cogitatione erroris. Et subdit: *Et resident juxta fluentia plenissima*, ratione revelationis: quod enim viderunt Prophetæ, habuerunt per inspirationem divinam, ex<sup>2</sup> quod sunt fluentia plenissima Scripturarum. Deinde cum dicit, *Genes illius sicut areola aromatum consitae a pigmentariis*, ostendit quales sunt doctores<sup>3</sup>, qui sunt *genæ* masticantes eibum doctrinæ. Haec autem *genæ* sunt sicut *aerolæ*, idest parva area, *aromatum*, quia in doctoribus, quasi in quibusdam parvis areis, Scripturarum aromata triturantur, et confringuntur, in quantum doctores ea quae sunt in sacro Canone quasi in magna area, docent alios secundum modum eis proportionatum. Et hujusmodi parva areae sunt *consitæ*<sup>4</sup>, idest constitutæ et ordinatae *a pigmentariis*, idest a Prophetis et Apostolis, a quibus accipientes doctrinam, alios docent. Deinde autem Apostoli et Prophetæ *pigmentarii* ratione plenitudinis scientiarum. Deinde cum dicit, *Lobia ejus*, ostendit quales sunt prædicatores, qui sunt *lobia* referentia quæ a doctoribus audiuerunt. Hæc autem *lobia* sunt *distillantia myrram*, idest prædicantia voluntariam paupertatem, vel voluntariam penitentiam, quæ dicitur myrra ratione amaritudinis. Et dicit, *Myrram primam*, quia ad litteram ex arbusto myrræ fluidit quadam gutta, vel quidam liquor sponte, et hujusmodi liquor dicitur *prima myrra*, et significat penitentiam voluntariam: et postquam desistit talis liquor fluere a dicta arbusta, inciditur, et finit inde ratione incisionis aliis liquor, qui dicitur myrra secunda, quæ non est adeo electa. Deinde cum dicit, *Manus illius toruñiles*, declarat membra Christi, ut distinguuntur secundum varietatem vite: quod est tripliciter. Quia qui-

dam sunt activi, quidam contemplati, quidam vero habent utramque vitam, ut prælati. Ideo tria facit. Primo describit activos: secundo contemplati, ibi, *Venter ejus*; tertio prælatos, ibi, *Crura illius*. Dicit ergo primo: *Manus illius*, idest activi, qui dicuntur manus, quia haec sunt principale instrumentum ad agendum vel operandum: sunt *toruñiles*, ad operandum faciliter bona, rotundum enim est facile mobile: et sunt *aureæ*, quia non sufficit ut ea fiant quæ sunt de genere honorum, nisi fiant ex habitu caritatis, quæ designatur per annum, quod habet colorem rubrum et ignitum. Rursum haec manus sunt *plena hyacinthis* propter rectam intentionem, quæ requiritur ad quoilibet opus hominum: hyacinthis enim est lapis pretiosus habens colorum celestem, et significat rectitudinem intentionis, quia sursum ad celum Trinitatis debemus intentionem nostram erigere in quolibet bono opere. Deinde cum dicit, *Venter ejus churneus distinctus sapphyris*, ostendit quales sunt contemplati, dicens, *Venter ejus*, idest contemplati, qui sunt venter plenus spirituali cibo, quia ipsi potissime repletur spirituali dulcedine: hic autem *venter* est *churneus* ratione munditiae, quia ipsi maxime sunt separati a terrenis coquinacionibus hominum: et hujusmodi venter est *distinctus*, idest artificiat, collatus, vel *distinctus*<sup>5</sup> *sapphyris*, propter divinam adhesiōnem: sapphyrus enim est lapis pretiosus habens colorum celestem, sicut hyacinthus: quod maxime et potissimum competit contemplati: igitur maxime adhaerent supremo cibo. Deinde cum dicit, *Crura illius columnæ marmoreæ*, declarat quales sunt prælati, dicens: *Crura illius*, idest prælati, qui dicuntur *crura*, quia alios portant: et haec *crura* sunt *columnæ* propter rectitudinem, sunt *marmoreæ* propter firmitatem, sunt *fundate super bases aureas*, propter caritatem. Unde si inventaverit prælati carentes istis, magis sunt *crura* diabolus quam crura Christi. Deinde cum dicit, *Species ejus ut Libani*, ostendit qualis sit Chris-

<sup>1</sup> Al. : *et prævenienda*, n. — <sup>2</sup> Al. : *et in*, n.

<sup>3</sup> Al. : *et idest doctores*, n.

<sup>4</sup> Al. : *et structæ sive consitæ*, n.

<sup>5</sup> Al. : *et communis*, n. — Al. : *et decretus*.

Al. : *et quod est fortius*, n. — *et*, n.

tus secundum humanitatem et divinitatem simul. Et tangit tria quae competit ei secundum utramque naturam. Et primum est speciositas : nam inquantum homo est speciosus : juxta illud Psalm. xliiij. 3 : *Speciosus forma p̄x filii hominum* : inquantum Deus, est speciosus, quia est *splendor gloriae*, Hebreor. i. 3, et quia est vera sapientia, de qua Sapientie vii. 29 : *Est speciosior sole, et super omnem, stellarum dispositionem*. Secundum quod competit ei est incorruptibilitas : et hoc etiam ut est homo : juxta illud Psalm. xv. 10 : *Non dubis sanctum tuum videre corruptionem* : et inquantum Deus etiam, ut est vera sapientia. Sapient. vi. 43 : *Clara est et nunquam murcescit sapientia*. Tertium quod competit ei secundum humanitatem et divinitatem, est dilectio et suavitatis : quia homo in celesti patria<sup>1</sup> *ingredietur*, contemplando divinitatem, et *egredietur*, contemplando Christi humanitatem ; et utrobius pascua inceniat Joan. x. 9, idest plenam suavitate refectionem. Haec autem tria tanguntur in parte ista : nam speciositas tangitur cum dicitur, *Species ejus ut Libani*, idest pulchritudo ejus clara et lucida. Incorruptibilitas, cum subjungitur, *Electus ut cedri* : cedrus

enim dicitur arbor imputribilis. Suavitas autem manifestatur cum subinfurter, *Guttur illius suorissimum*, idest dulcedo ejus suavissima ; ideo additur, quod est totus desiderabilis secundum humanitatem et divinitatem ; et concludit : *Talis est dilectus meus*, ad se attrahens amorem meum ; et *ipse est amicus meus*, impatiens mili amorem suum.

*Quo abit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum?* Postquam quiescerunt filiae Jerusalem qualis esset dilectus Ecclesiae, ut eum agnoscerent, hic querunt ubi sit, ut ejus habeant societatem. Dividitur autem haec pars in duas : quia primo ponitur dicta questio ; secundo subjungitur sponse responsio, ibi cap. vi : *Dilectus meus descendit*. Circa primum notandum, quod Christus secundum divinitatem abit, et elevat a nobis ; secundum vero humanitatem descendit, et declinat ad nos. In prima ergo parte tria tanguntur : quia primo queritur ubi sit Christus secundum divinitatem ; secundo ubi sit secundum humanitatem, cum dicit, *Quo declinavit dilectus tuus?* tertio assignatur utriusque ratio, cum subinfurter, *Et queremus cum tecum* ; quasi dicat : Ob hoc volumus scire ubi sit, ut habeamus ejus societatem tecum<sup>2</sup>.

## CAPUT SEXTUM

### PARS PRIOR

Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut ibi pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo, et dilectus meus mili qui pascitur inter lilia. Pulchra es, amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerant. Capilli tui sicut grax caprarum que apparuerunt de Galad ; dentes tui sunt greges ovium que ascenderunt de lavaero : omnes gemelli fetibus, et steriles non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genae tuae, absque occultis tuis. Sexaginta sunt reginae, et octoginta concubinae ; et adolescentularum non est immensus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matrix mea, electa genitrix sue. Viderunt eam filiae Sion, et beatissimam predicaverunt ; reginae et concubinae laudaverunt eam. Quia est ista quae progeditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata ?

Deinde enim dicit, *Dilectus meus*, ponitur sponsae responsio. Ad eujus evidenter notandum, quod *ubi* eujuslibet rei acceptum proprie, non competit ei secundum naturam, inquantum huiusmodi : nam natura, ut natura est, non habet *ubi*, nec quod sit in loco. Sed si *nihil* accipiatur large, *ubi* eujuslibet natura sunt propria principia diffiniunt ipsam : dicuntur enim talia ipsum *ubi* natura, quia sicut nihil est de re extra suum *ubi*, sic nihil est de re extra sua principia. Et non solum accipiendo proprie, sed etiam large, ipse Christus secundum divinitatem<sup>3</sup>, non

<sup>1</sup> AL. : « celestem patriam. »

<sup>2</sup> AL. : « omittitur tecum. »

<sup>3</sup> AL. : « sed etiam accipiendo ad Christum secundum divinitatem. »

clauditur ab<sup>1</sup> aliquo ubi, quia natura ejus divina est infinita, nullis limitibus circumscripta: secundum humanitatem vero competit sibi, cum ejus humanitas sit finita, et intra principia sue speciei sit clausa. Et ideo non respondet sponsa ad questionem illam cap. v. *Quo abii dilectus tuus?* ubi queritur de divinitate; sed respondet ad illam qua dicitur ibidem: *Quo declinavit, vel quod descendit, dilectus tuus?* ubi queratur de ejus humilitate. In dando autem suam responsionem tria facit: quia primo dat suam responsionem; secundo subiungit responsionis rationem, ibi, *Ut pascitur;* tertio ostendit, se ad Christum habere veram dilectionem, ibi, *Ego dilecto meo,* Continuatn sic: *Vos filiae Jerusalem, quae sivistis a me, quo abiit dilectus meus;* quae sivistis etiam a me, *quo descendit.* Ad primam questionem<sup>2</sup> non respondeo, quia non possum; ad secundam questionem respondens dico, quod *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum;* idest, descendit in Ecclesiam, quae est hortus suus, *ad areolum,* idest ad B. Virginem, quae est<sup>3</sup> area plena aromatibus virtutum et donorum, assumendo carnem in ipsa, secundum quam carnem conversatus est mecum, quae sum hortus, et<sup>4</sup> Ecclesia sua. Deinde cum dicit, *Ut ibi pascatur in hortis;* idest, ut detectetur in bonis operibus nostris, ut dicit *Glossa*, nos ad bonum promovendo; et *lilia colligat,* idest electos ad suum beneficium congregando. Deinde cum dicit, *Ego dilecto meo,* ostendit, se veram dilectionem habere ad Christum, dicens: *Ego dilecto meo;* scilicet, locum receptionis ego præparo in me, ut *Glossa* supplet; et *dilectus meus mihi;* præparat apud se locum receptionis meæ, ut ille qui pascitur inter lilia, idest inter munda desideria, sit in me, et ego in eo. In quo ostendit, se ad Christum veram habere dilectionem, et Christum veram ad eam, quia qui manet in caritate, in Deo manet, et Deus in eo. I. Jo. iv. 16. Deinde cum dicit, *Pulchra es, amica mea,* determinat de Ecclesiæ nati-

tate, vel removet quamdam questionem, quæ posset oriri ex predictis: dictum est enim, in Ecclesia esse diversos statutus, quia aliqui sunt incipientes, aliqui proficientes, aliqui perfecti. Rursum dictum est, quod ad unum et eundem statutum multa requiruntur; quia secundum quemlibet statutum est dare aliqualem pulchritudinem substantia, virtutis et operationis; et in operationibus maxime est dare multiplicem diversitatem. Et quia tanta diversitas est in Ecclesia, vult Christus ostendere, suam sponsam esse unam, cuius unitas propter talen diversitatem non tollitur. Et duo facit, quia primo repetit ea quæ in Ecclesia videntur facere diversitatem; secundo ostendit, hoc non impediare Ecclesiæ unitatem, ibi, *Una est columba mea.* Prima pars dividitur in duas, secundum quod duo videntur impedire Ecclesiæ unitatem: videlicet diversitas eorum quæ requiruntur ad quemlibet statutum; secundo diversitas ipsorum statuum, ibi, *Seruigia sunt regiae.* Prima pars dividitur in partes tres, secundum quod ad quemlibet statutum tria requiruntur; scilicet pulchritudo substantia, virtutis et operationis. Et haec omnia quodammodo sunt tacta superius; ideo reiterare ista est quodammodo repetere quæ superius fuerint tacta. Primo ergo narrat pulchritudinem quam requirit Ecclesia quantum ad substantiam; secundo quantum ad virtutem, ibi, *Terribilis ut castrorum acies;* tertio quantum ad operationem, ibi, *capilli.* Dicit ergo: *Pulchra es, amica mea,* quantum ad substantiam exteriorum; *suaris et decora,* sicut *Jerusalem,* idest sicut Ecclesia primitiva, quantum ad substantiam interiorum; quia illa Ecclesia formosa et pulchra erat interior, licet nigra esset exterioris propter persecutionem: nunc autem ees savit persecutio, et idcirco exterioris est pulchritura. Deinde cum dicit, *Terribilis ut castrorum acies ordinata,* ostendit eam habere pulchritudinem quantum ad virtutem: et quia pulchritudo est per diuinæ inspirations, ideo dicit tollendas esse rationes, quod facit, ibi, *Arrete occu-*

<sup>1</sup> Al. omittitur: o. ab. s.

<sup>2</sup> Al. : "ad rationem priuam." o.

Al. s. tuit.

Al. s. in.

Al. m.

*los tuos.* Dicit ergo, quod Ecclesia propter magnitudinem et excellentem pulchritudinem est *terribilis<sup>1</sup>* ut *castrorum acies ordinata*, que adversarios non timet propter potentiam quam habet ex divino auxilio et ejus inspiratione. Deinde cum dicit, *Acerite oculos tuos*, idest tolle rationes secundum quas vis me inquirere, quia ipsi oculi, idest rationes tuae, *me aroare fecerunt*, eo quod deficiunt ipsae rationes ab inquisitione mea : quod concordat cum eo quod habetur in Psal. lxiii, 7 : *Accedet homo ad cor altum; et exaltabitur Deus.* Quia quanto<sup>2</sup> Deum per rationes naturales investigare volumus, tanto magis recedit a nobis. Bonae autem sunt rationes ad fidem defendendam ; ad fidem autem probandam sunt tollendae. Quod ergo sumus terribiles ad fidem astrictuendam et defendendam, per sapientiam divinam et miracula, hoc habemus ex gratia, et inspiratione divina praecipue.

Deinde cum dicit, *Capilli tui*, narrat primo pulchritudinem quam habet ex operationibus affectus ; secundo quam habet ex operationibus intellectus, ibi, *Sicut cortex<sup>3</sup>*. Dicit ergo : *Capilli tui*, idest affectiones tuae, sunt *sicut gres caprarum, quae apparuerunt*, vel descendebant, de *Galaad*. Exponatur sicut superius est expositum. Deinde cum dicit, *Dentes tui*, narrat pulchritudinem ex parte<sup>4</sup> operationum intellectivarum, dicens : *Dentes tui sunt sicut gres orium supple, tonsarum quae ascenderunt delavero: omnes gemellis setibus, et sterilis non est in eis.* Hoc etiam expositum est superius. Deinde cum dicit, *Sicut cortex malipuniri, sic gena tuae absque occultis tuis,* repetit pulchritudinem operum dicens. *Genae tuae*, idest operationes exteriores, sunt *sicut cortex malii punici, continens grana rubea*, idest fervorem carnis, *absque occultis tuis*, idest absque eo quod intrinsecus latet : quia non solum es pulchra quantum ad exteriora, sed etiam quantum ad interiora. Deinde cum dicit, *Sexa-*

*ginta sunt regine, et octoginta concubinae*, narrat diversitatem Ecclesiae ex parte status. Status autem diversitatis potest multipliciter accipi. Primo ex diversitate perfectionis ; et sic distinguitur, quia quidam sunt incipientes, quidam proficienes, quidam perfecti : vel ex parte vite, quia quidam sunt activi, quidam contemplativi : vel ex parte fructus, quia quidam faciunt fructum centesimum, ut virgines : quidam sexagesimum ut viduae, quidam trigesimum, ut conjugati. Et hanc diversitatem describit ; ideo ait ; *Reginx*, idest virgines, que optime se rexerunt, *sunt sexaginta*, idest sunt in numero parvo et excellenti. Sexaginta cum hoc quod est numerus parvus, est tamen numerus superabundans, quia partes ejus aliquotae<sup>5</sup> simul simplices reddunt plus quam totum, et designant statum virginalem, quia virgines comparative sunt paucæ<sup>6</sup> et in fructu excellunt alios. *Concubinæ* autem, idest viduae, quae dienuntur concubinae, quia habuerunt aliquando virum alium quam Christum, sunt *octoginta<sup>7</sup>*, qui est numerus major quantitate sexaginta, et minor virtute, quia non est numerus ita superabundans, si considerentur ejus partes aliquotæ ; et designat statum vidualem, in quo sunt plures quam in statu virginali, sed non faciunt tantum fructum. *Ei adolescentiarum*, idest imperfectorum, sive viventium in statu conjugali, non est numerus, quia tales quantitate excellunt alios, sed virtute deficit ab eis. Potest autem per ea quæ dicta sunt, diversitas Ecclesiae aliter assignari, sed de hoc nihil ad præsens, quia continuationem excluderemus<sup>10</sup>. Deinde cum dicit, *Una est columba mea*, ostendit, ista non impediare Ecclesie unitatem ; et duo facit, secundum quod duo narrata<sup>11</sup> sunt quæ videntur impediare hujusmodi unitatem. Primo enim ostendit quod hujusmodi unitas non impeditur ex diversitate eorum quæ requiruntur ad quilibet statum : secundo quod

<sup>1</sup> Al. : « *terribilis, terribilis.* »

<sup>2</sup> Al. : « quando. » — <sup>3</sup> Al. : « *gres.* »

<sup>4</sup> Al. omittitur : « *ex parte.* »

<sup>5</sup> Al. : « *grecæ.* »

<sup>6</sup> Al. : « *mala.* »

<sup>7</sup> Al. *omittitur.* « *aliquotæ.* »

<sup>8</sup> Al. : « *quia comparatae sunt parvae.* »

<sup>9</sup> Al. : « *haec autem concubinæ sunt octoginta.* »

<sup>10</sup> Al. : « *quia discontinuat orationem.* »

<sup>11</sup> Al. : « *variata.* »

non impedit<sup>1</sup> eam diversitas status, ibi, *Viderunt eam*. Propter primum notandum, quod Ecclesia universalis est quadrupliciter unita. Primo in fide, quia una est fides omnium; secundo in caritate, quia unum vinculum amoris omnes qui sunt in Ecclesia, connectit; tertio in gratia, quae potest dici mater nostra, quia ab ea habemus esse spirituale: quarto unitur Ecclesia in fine, quia omnes tendimus ad celestem Jerusalem, quae potest dici genitrix nostra, quia eam imitari debemus ut filiae imitantur genitricem suam. Continuatur sic: *Habitu* est quod tanta diversitas est in Ecclesia, quia in quolibet statu in tota universalis Ecclesia est dare pulchritudinem substantiae, virtutis et operationis: et est dare tantam diversitatem operum; non tamen propter hoc tollitur Ecclesia unitas, quia omnia ista unitur per fidem, unitur in caritate, in gratia, in fine. Et si per haec<sup>2</sup> unitur ea quae sunt diversarum personarum, multo magis unitur substantia, virtus et operatio, quae ad unam personam pertinere possunt. Et hoc est quod ait, *Una est columba mea*, propter fidem unitatem, quae designatur in columba, quae est animal simplex: sic fides Ecclesiae simplex est sine plica erroris<sup>3</sup>; et etiam quia simpliciter assentimur his quae sunt fidei, cum eis non assentiamur propter discurrsum<sup>4</sup> propter fidei discurrsum. Et subditur: *Una est perfecta mea*, propter caritatem, quia caritas est vinculum perfectionis; et addit: *Una est matris sue*, ratione gratiae, a qua sicut a matre habemus esse spirituale. *Electa genitrici sue*, propter unitatem finis, quia substantiam nostram, virtutem et operationem, et totum quod in nobis est, secundum mensuram fidei et ordinem caritatis et perfectionem gratiae, ordinare debemus ad illam celestem Jerusalem, quam quasi genitricem imitari debemus. Deinde cum dicit, *Viderunt eam*, postquam ostendit, unitatem Ecclesie non impediri propter diversitatem substantiae, virtutis et operationem occurrentium<sup>5</sup>

ad quolibet statum, et existentium in qualibet persona, et in quolibet membro Ecclesie; hic ostendit, hujusmodi unitatem non impediri propter diversitatem statuum, vel etiam personarum; et hoc sic. Nam extra Ecclesiam inullo statu est salus, nec aliqua persona salvatur<sup>6</sup>; nisi intra unitatem Ecclesie, ideo *Regina et concubina, filii*, vel adolescentular, et omnes qui sunt in Ecclesia, cuiuslibet status, cuiuscenque conditionis existant, intantum salvantur inquantum laudent et approbant, et *beatissimum predicatorum* manu catholicam Ecclesiam, fide et caritate unitam: et ideo licet diversi status sint, una tamen est Ecclesia, in qua omnes isti status salvantur. Hoc est ergo quod ait: *Filiæ, vel adolescentulae, viderunt eam*, idest viderunt Ecclesiast fide et caritate unitam, et *beatissimum predicatorum* approbando hujusmodi unitatem, sic etiam *regina et concubina laudent eam*; idest unitatem ejus. Per filias autem et concubinas et reginas intelliguntur diversi status Ecclesie, requirentes diversitatem personarum, ut superius fuit expositum. Deinde cum dicit, *Quae est ista?* fuit tractatum Ecclesie modernae in landem ejus, dicens: *Quae est ista quae progradientur quasi aurora consurgens?* Nam Ecclesia primitiva *ascenderat per desertum sicut virgula fumi*, propter persecutiones tyrannorum; Ecclesia vero moderna *progradientur quasi uerba consurgens*, quia cessavit persecutio et appropriavit dies. Et hac Ecclesia, est *pulchra ut luna*, propter fidem: quia que per fidem cognoscimus<sup>7</sup>, videamus quasi in lumine lune, quia ea non clare apprehendimus. Est *electa ut sol*, ratione spei, secundum quam elevatur ad desiderium celestis Iherusalem, que ratione claritatis potest dici sol. Est *terribilis ut castrorum acies ordinata*, propter caritatem, quam habentes terremus diabolum, quia unitatem et pacem teneamus in terris, et Deo humiliiter subjecti sumus: quod ipse remittit tenere in celis.

<sup>1</sup> AL. : « quod impedit. »

<sup>2</sup> AL. : « hoc. »

<sup>3</sup> AL. : « quae est animus simplex, et sine plica erroris. »

<sup>4</sup> AL. : « adhuc resimus. »

<sup>5</sup> AL. : « concentrum. »

<sup>6</sup> AL. : « ut deinceps exhortatur. »

<sup>7</sup> AL. : « qui ex fide cognoscunt. »

## TRACTATUS TERTIUS, SIVE TERTIA ET ULTIMA PARS TOTIUS LIBRI



### CAPUT SEXTUM

#### PARS ALTERA

*Descendi in hortum nuncum, ut viderem poma convallium, et inspicrem si florisset vinea, et germinasset malia punica. Nescivi. Anima mea conturbabit me propter quadrigas Amanadab. Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intuciamur te.*

*Descendi in hortum meum.* Et dictum est superioris, totus iste liber dividitur in partes tres, secundum tres status Ecclesiae. Executis dnabus partibus, restat exequi de tertia, scilicet de statu ultimo Ecclesiae<sup>1</sup>: quia in primo statu fracti fuerunt rami, quia Judaei communiter deseruerunt Christum; in secundo statu, ut in moderna Ecclesia, est plenitudo gentium; sed in tertio statu, ut in ultimis saeculis, omnis Israel salvis erit, ut superior tactum est. Determinare ergo de ultimo statu Ecclesiae est determinare de conversione Judaeorum vel synagogae. Dividitur autem haec pars in duas partes: quia primo determinatur de conversione synagogae; secundo invitatur Ecclesia ut eorum habeat de synagoga jam conversa, ibi, *Sub arbore malo*. Prima pars dividitur in duas: nam sicut determinabatur de statu Ecclesiae primitivae, quod primo describebatur status ejus, et postea finiebatur tractatus ille in laudem ejus, cum dicebatur, *Quæ est ista quæ ascendit per desertum?* et similiter cum tractabatur de Ecclesia moderna, primo describatur status ejus, et postea terminabatur in ejus laudem, ubi dictum est: *Quæ est ista quæ progreditur quasi*

*aurora consurgens?* sic modo primo describitur conversio synagogæ; secundo terminatur iste tractatus de conversione ipsius in laudem ejus, ibi c. viii, *Quæ est ista quæ ascendit de deserto?* Prima pars dividitur in tres partes: quia primo Christus ad cognoscendam suam incarnationem synagogam excitat; secundo synagogam excitata per Christum, per ignorantiam se excusat, ibi, *Nescivi*; tertio Christus synagogam, ignorantiam cognoscente, ad misericordiam revocat, ibi, *Revertere, revertere*. Circa primum notandum, quod sicut terminato statu Ecclesiae primitivæ, incipiebatur status modernæ Ecclesiae a quiete, cum dicebatur cap. in: *En lectulum Salomonis*, ut daretur intelligi quod jam cessaverat persecutio; sic modo cum determinatur de conversione Judæorum, incipitur tractatus a descensu, cum dicitur: *Descendi in hortum meum:* quia speciali modo Christus descendit propter Judæos, juxta illud: *Non sun missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*. Matth. xv, 24. Continuatur sic: O synagoga, tu toties petiisti ut descenderem et salvarem te: certe ego *descendi in hortum meum*, id est in Ecclesiam meam, vel etiam in te, quæ *rvas hortus meis*, assumendo carucum; et hoc feci, ut oculo misericordiae *viderem poma convallium*, id est statum activorum, qui dicuntur poma convallium quia sunt in infimo statu<sup>2</sup>, et inspicrem oculo

<sup>1</sup> Al.: « restat exequi de tertio statu, ut de statu ultimo Ecclesiae. »

<sup>2</sup> Al.: « id est eos qui sunt in infimo statu. »

pietatis<sup>1</sup> si florisset vinea; idest, si flo-ruissent contemplativi, qui dicuntur flo- res vineae propter odorem bonarum orationum; et vidorem, si germinasset mala punica, idest pralati, qui dicuntur mala punica, quia utramque vitam habere debent, contemplativam et activam. Ideo autem designantur per mala punica, quia haec habent interius grana rubea, designantia fervorem vita: contemplativa; exterius vero habent corticem asperum, designantem turbationem vita: activam. Sic ergo descendit ut omnem statum inspicrem, et te secundum statum omnium adunarem: nisi prebuisses obiciem. Deinde cum dicit, Nescivi, synagoga per ignorantiam se excusat. Et continuatur sic: Tu, Domine mi, Salvador mens, dieis to descendisse, et carnem assumpsisse, ut me juvares: nescivi, idest ignoravi, quod tu es esse ille qui venturus erat: nunquam enim te crucifixsem, si te Dominum gloriae credidisse. Causa autem, quia excavata fui, extitit, quia anima mea, idest animalitas et sensualitas mea, sive plebs mea, conturbavit me,

non assentiendo monitionibus tuis: et hoc propter quadrigas Aminadab, idest propter scribas et pharisaeos persuadentes plebi ut non crederent tibi, sed tu erucifigerent. Scriba: autem<sup>2</sup> et pharisei dicebantur quadrigae, quia populum portabant et dicebant: et ha quadrigae Aminadab, quod interpretatur *populus meus spontaneus*, quia secundum voluntatem eorum populum ducebant. Deinde cum dicit, Revertete, revertere, Christus ad se synagogam revocat: et duo facit: quia primo ponitur hujusmodi revocatio; secundo subjungitur revocationis ratio, ibi, Quid videbis in Sunamite? Continetur sie: Ex quo tu, synagoga, vel Sunamitis, captivitatem miseria et cætitatis tuae recognoscis, et vides<sup>3</sup> animalitatem tuam, revertere, relinquendo cætitatem intellectus: revertere Sunamitis, relinquendo animalitatem et pravitatem affectus: revertere, adhaerendo veritati: revertere intendendo bonitati; et hoc ut intueamur te oculo misericordiae, miserendo tui.

## CAPUT SEPTIMUM

Quid videbis in Sunamite nisi choros castrorum? Quoniam pulchri sunt gressus tui in calecentium, filia principis! Juncture feminum tuorum sicut montilia que fabricata sunt manu artificis; umbilius tons crater tornatilis, numquam indigens poenula; ven- ter tuus sicut acervus tritici vallatus illis, duo ubera tua sicut duo binomii gemelli capreae; collum tuum sicut torris eburnea; oculi tu sicut pisces in Eschon, que sunt in porta libe multitudinis; nasus tuus sicut turris Libani, que respicit contra Damascum; caput tuum ut Carmelus, et canae capitii tui sicut purpura regis vincta canadibus. Quoniam pulchra es, et quam decora carissima, in deliciis! Statua tua assimilata est palmae, et ubera tua botris Duxi: Ascendam in palmarum; et apprehendam fructus ejus. Et erunt ubera tua sicut botri vineae, et odor oris tui sicut nuborum; guttur tuum sicut vinnum optimum; dignum dilectio meo ad potandum, iahisque et dentibus illius ad rumiandum. Ego dilectio meo, et ad me conversio ejus. Veni, dilecte mi: egrediamur in agrum, commone- muri in villis. Mane surgaamus ad vineam; videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerint mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore deudent odorem in portis nostris. Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

<sup>1</sup> AL. omittitur: « oculo pietatis. »

<sup>2</sup> AL: « enim. »

Deinde cum dicit, Quid videbis in Sunamite? assignat hujusmodi conversionis rationem. Et intendit talē rationē: Quilibet debet converti ad illum a quo habet totum hominū suum, et totam pulchritudinem suam; sed premissum est quod tu, synagoga, a me Christo debes habere totam pulchritudinem tuam: ergo ad Christum converti debes. In hac ratione sic procedit: quia narratur primo synagoge pulchritudo previsa a Deo; secundo ostenditur quod hujusmodi pulchritudinem debet consequi synagoga per Christum, ibi, dixi: Ascendam in palmarum; tertio synagoga his dictis assentit, ibi, Dignum dilectio meo; quartu ad Christum se convertit, ibi, Ego dilectio meo. Circa primumduno facit: quia primo narrat pulchritudine in synagogae<sup>4</sup> in speciali, et diffuse secundo repetit ejus pulchritudinem in

<sup>3</sup> AL: « sic vides. »

<sup>4</sup> AL: « Ecclesie synagoge. »

generali et succincte, ibi, *Quam pulchra!* In narrando autem pulchritudinem synagogae in speciali, ostendit ipsam pulcherriam esse quantum ad omnia sua : nam sicut pulchritudo anima consistit in perfectione virtutum et donorum, quae ornant concupiscentiale et irascibilem, intellectum practicum et speculativum et voluntatem : sic synagoga talis pulchritudo pravisa erat, quam debebat consequi per Christum. Et quia huiusmodi perfectiones, quadam respiciunt potentias alligatas organo, quedam non alligatas : ideo pars ista, ubi determinatur<sup>1</sup> de huiusmodi pulchritudine, dividitur in duas partes : quia primo determinat de pulchritudine dicta per comparationem ad perfectiones potentiarum organo alligatarum ; secundo per comparationem ad potentias organo non alligatas, ibi, *Duo ubera tua. Potentiae autem alligatae sunt duas ; scilicet irascibilis et concupisibilis.* Primo ergo ait de pulchritudine, prout respicit irascibilem ; secundo ut respicit concupiscentiale, ibi, *Incunctur seminum tuorum. Irascibilis autem potentiae perfectio sive pulchritudo est fortitudo, secundum quam resistimus adversariis et aggredimur eos.* Primo ergo determinat de fortitudine sen de perfectione irascibilis, inquantum adversario resistimus ; secundo inquantum ipsum invadimus et victoriam obtainemus, ibi, *Quam pulchri sunt gressus tui !* Continetur sic : Synagoga enim<sup>2</sup> est Sunamitis, idest captiva cap*it*itate miseris ; sed si consideramus eam secundum pulchritudinem a Deo sibi praeviam, sic est tota pulchra : nam pulchra est quantum ad irascibilem, inquantum pravisa est ei perfectio irascibilis, per quam possit adversariis resistere ; ideo ait : *Quid videbis in Sunamite proper rationem tactam, nisi choros castorum ?* idest munitiones fortes, per quas potest resistere adversarii : quasi dicat, nihil debile. Deinde cum dicit, *Quam pulchri sunt gressus tui !* ostendit, eam posse adversarium invadere et superare. Et continuatur sic. Non solum praevisum est

quod tu, synagoga, possis adversariis resistere, sed etiam quod possis ipsos invadere et superare ; ideo, *o filia Principis,* idest o synagoga, quae praewisa es esse filia mea, qui sum Princeps regum terrae, *quam pulchri sunt gressus tui !* idest, quam pulchri sunt processus et opera erationes tuæ, secundum quas adversarium aggrederis et invadis ! Non sunt nude, sed sunt ordinatae, et calcatae, idest informatæ caritate, quæ<sup>3</sup> totum corpus nostrum et omnia nostra vestit et ornat, inquantum est forma et perfectio omnium virtutum et omnium operationum nostrarum ; cum quilibet operatio<sup>s</sup>sumat<sup>4</sup> perfectionem a caritate : et ideo prout operationes nostra dicuntur gressus, calcat eas caritas ; prout vero sunt operationes manuum, caritas eas chirothecat, ut licet secundum metaphoram sic loqui. Deinde cum dicit, *Incunctur seminum tuorum,* determinat de pulchritudine ejus, ut respicit concupiscentiale. Circa autem concupiscentiale tripliciter contingit peccare : nam quidam sunt molles, quidam incontinentes, quidam intemperati. Molles sunt illi qui modica tentatione vincuntur. Incontinentes sunt illi qui non modica temptatione<sup>5</sup> vincuntur, sed multis tentationibus stimulati cadunt : unde molles nesciunt pugnam, quia scilicet non pugnaverint<sup>6</sup>, quod ipsum nomen designat ; incontinentes autem pugnam experientur, sed pugna devicti se non continent : nam si nullam pugnam experientur, non essent incontinentes, cum<sup>7</sup> non esset cum quo certarent. Intemperati autem sunt illi qui jam acquisierunt habitum inclinatum ad venerea ; ideo talibus est delectabile male agere, et peccant ex electione : unde latentur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis Prov. n. 14. Ille autem omnia patere possunt ex vni Ethicorum. Et quia toties multiplicatur unum oppositorum, quoties multiplicatur et reliquum ; sicut contingit tripliciter circa concupiscentiale errare, ita contingit tripliciter bene facere : nam quidam homines sunt perseverantes, quidam conti-

<sup>1</sup> Al. : « ideo pars determinata. »

<sup>2</sup> Al. : « non. » — <sup>3</sup> Al. : « quia. »

<sup>4</sup> Al. : « et quilibet operatio sumit. »

<sup>5</sup> Al. : « modica tentatione non. »

<sup>6</sup> Al. : « quasi non pugnaverint. »

<sup>7</sup> Al. : « tameu. »

nentes quidam temperat. Perseverantes<sup>1</sup> sunt illi qui non tentantur<sup>2</sup>, nec cadunt: unde sunt contrarii molibus, qui sine temptationibus cadunt: continentes sunt illi qui molestati persistunt, nec cadunt; et hi sunt contrarii incontinentibus: temperati autem sunt quibus delectabile est bene facere; habent enim appetitum castitatum, et sunt perfecti per habitum inclinantem ad bonum. In narrando autem pulchritudinem et perfectionem synagogae prævisam a Deo ex parte concupisibilis, tria facit: quia primo narrat, ut respicit temperantium contra intemperantium; secundo ut respicit continentiam contra incontinentiam, ibi, *Umbilicus tuus*: tertio ut respicit perseverantium contra molliem, ibi, *Venter tuus*<sup>3</sup>. Continuatur sic: O synagoga, non solum est tibi pulchritudo quantum ad irascibilem, sed etiam quantum ad concupisibilem: quia secundum prævisionem divinam, *juncturae feminum tuorum* sunt *sicut monilia*, quia sunt clausa femina tua, et nullo modo aperta: et haec monilia sunt *fabricata manu artificis*, idest manu mea, qui sum ille faber et artifex, qui fabricans sum auroram et solem Psal. lxxxi. Cum ergo secundum actus venereo appetiantur femina mulieris, ostenditur synagogæ prævisam perfectam castitatem, cum dicitur, femina sua esse sicut monilia, quæ sunt ornamenta quibus divisa clauduntur; et quia perfecta castitas designatur per temperantium per ea quæ dieta sunt. Notandum autem, quod dicit. *Juncturae feminum*, quia hoc femur femoris est virorum, sed hoc femen feminis est mulierum: quia synagoga induit personam muliebrem, et personam sponsa: ideo dicit, *Juncturae feminum*, et non feminorum. Iterum notandum, quod ait: *Sicut monilia*: monile autem est filula, quam mulieres portant ad pectus, et claudunt vestimenta ante pectus: in quo datur intelligi, quod castitas, a qua commendatur synagoga, non solum nescit apertio nem carnis, sed etiam nescit divisionem cordis: nam perfecta castitas re-

quirit integratatem carnis et mentis. Iterum notandum, quod hujusmodi monilia *fabricata sunt manu artificis*, idest manu Dei quia temperantia, a qua laudatur, non acquisita est, sed infusa. Deinde cum dicit, *Umbilicus tuus*, commendat eam a continentia, Umbilicus enim est illud ubi vigeat luxuria in mulieribus, sicut dicit Gregorius Job xl, lect u, quod luxuria viris est in lumbis, feminis autem in umbilico. Hic autem *umbilicus synagogæ* secundum prævisionem divinam est *crater tornatilis*, propter rectam voluntatem, *manum indigenos poculis*, idest nunquam carens poculis doctrinae sacrae, propter intellectus perspicacitatem. Incontinentes enim propter incontinentiam duo mala contrahit. Contrahit namque malitiam affectus<sup>4</sup>: unde non est *crater tornatilis*, quia non est agilis ad bonam operationem: vel non est *crater tornatilis*, quia non habet rectam intentionem, cum non agat propter aeternam vitam, quæ per craterem tornatilis significatur, in quo ratione rotunditatis non est principium nec finis. Contrahit etiam cœcitatem intellectus: nam propter passiones obcecaitus non observat leges bonas, nec documenta doctrinae sacrae. Deinde cum dicit. *Venter tuus*, commendat eam a perseverantia: venter enim<sup>5</sup> est pars mollieri mulieris; sed secundum prævisionem divinam venter synagogæ carebit molliet, et habebit vim persistentis et sustentantis: unde secundum talēm prævisionem *venter synagogæ* erit *acerba tritici*: tritico enim animalia roborantr, et sustentantur. In quodatur intelligi quod secundum prævisionem divinam synagoga debet adipisci tantam perseverantiam, vel tantam persistentiam, quod non solum ipsa non cadet, sed etiam alios sustentabit ne cadent. Quod ad litteram sic erit in lumbis saeculorum, quando Israel univeraliter convertetur ad Christum: quia multi tunc erunt firmiores in fide et moribus. Et hic venter<sup>6</sup> erit *vallatus liliis*, propter munditiam: quia per perseverantium oppositam molliet, vitatur carnis spureitia.

<sup>1</sup> Al. : « perseverantes autem. »

<sup>2</sup> Al. : « qui tentantur. »

<sup>3</sup> Al. omittitur : « contra intemperantium, et contra incontinentiam, et contra molliem. »

<sup>4</sup> Al. : « ut. »

<sup>5</sup> Al. « in affectu. »

<sup>6</sup> Al. omittitur : « cum. »

<sup>7</sup> Al. « venter tuus. »

Deinde cum dicit, *Duo ubera tua sicut duo hinuli gemelli capreae*, postquam narrata fuit pulchritudo, quam Deus praevidit synagogae quantum ad potentias organo alligatas, hic in parte ista narratur pulchritudo praevisa ei quantum ad potentias organo non alligatas. Haec autem potentiae sunt duas, scilicet intellectus et affectus; et intellectus dividitur in speculativum et practicum. Tria ergo facit: quia primo narrat pulchritudinem, ut respicit intellectum speculativum; secundo ut respicit intellectum practicum, ibi, *Oculi tui*; tertio ut respicit appetitum intellectivum, ibi, *Caput tuum*. Prima pars dividitur in duas; quia in intellectu speculativo sunt scientia, et fides. Primo ergo narrat pulchritudinem ut respicit scientiam et doctrinam, secundo ut respicit fidem, ibi, *Collum tuum*. Legitur sic littera Secundum pravisionem divinam *duo ubera tua*, idest scientia et doctrina, quae dicuntur duo ubera propter duo testamenta continentia quasi ubera lac, idest dulcedinem doctrinae. Haec autem ubera, vel ejus scientia et doctrina, sunt *sicut duo hinuli capreae gemelli*: hinuli enim sunt agiles et capreae aente vident; et designant doctrinam sacram, secundum quam et de facilis invenimus quid sit verum, et videmus aente et subtiliter judicamus ipsam veritatem. Et hi *duo hinuli capreae* dicuntur duo propter duplarem sensum, litteralem et mysticam; et sunt *gemelli*, quia hi duo sensus semper se vident et concomitantur, cum in qualibet parte doctrinae sacrae hi duo sensus aliquatenus assignari possint. Deinde cum dicit: *Collum tuum sicut turris eburnea* narrat pulchritudinem sibi praevisam ex parte fidei, dicens, *Collum tuum*, idest fides praevisa tibi, quae dicitur collum, quia per eam debes uniri mili corpori, sicut per collum caput unitur corpori. Hoc autem collum, sive fides, est *sicut turris*, ratione defensionis: nam licet fides non possit probari, potest tamen defendi. Et haec *turris est eburnea*, idest clara et solida, non habens admixtionem erroris. Deinde cum dicit, *Oculi tui*, commendat ipsam quantum ad intellectum

practicum. Ad intellectum vero practicum, quantum ad praesens, duo pertinere videntur. Primum est dijudicare: nam et prudentia, quae etiam honorum morum videtur esse judicativa et praeceptiva est ut in subiecto in intellectu pratico. Secundum quod perlinet ad hunc intellectum practicum, est discerne-re spiritus, et potissime prout per hujusmodi suggestur nobis contraria bonorum morum, quia non debe-mus omni spiritui credere, sed probare spiritus, an ex Deo sint. Duo ergo facit: primo eam commendat quantum ad doctrinam morum; secundo quantum ad discretionem spirituum, ibi, *Nasus tuis*. Dicit ergo: *Oculi tui*, idest cogitationes tuae<sup>2</sup> per quas judicas mores bonos a malis, sunt *sicut piscinae in Heselon*: Heselon enim dicitur suisse quaedam civitas Schon regis ultra Jordanem, quam cepe-runt filii Israel, in cuius porta<sup>3</sup> erant piscinae, quibus potabatur multitudo populi. Talis est doctrina morum in Ecclesia, quia ea multitudo populi, idest omnes Christiani veri potantur, ad quam invitantur omnes, Joan. vi, 37: *Si quis si-tit veniat ad me et bibat*. Et Isaia cap. lvi, 1: *Omnis sicutientes venite ad aquas*. Unde subditur, quod haec piscinae sunt in porta filiae multitudinis, idest in porta plena multitudinis: filius enim, vel filia in Scriptura sacra aliquando plenitudinem significat, juxta illud Isaiae v, 4: *Vinea facta est dilecta in cornu filio olei*, idest in cornu abundantia, et pleno olei; et etiam ipsum usitatum eloquium habet hoc: dicitur enim aliquis filius denario-rum, si denarii abundat. Deinde cum dicit, *Nasus tuis*, commendat eam a discretione spirituum, dicens: *Nasus tuis*, idest discretio tua, per quam discernis bonos spiritus a malis, est *sicut turris Libani*, idest turris clara, non deturpata deceptionibus diaboli: et haec turris respicit contra Damascum, idest contra dia-bolum: Damascus enim interpretatur potus sanguinis, et significat diabolum, qui sitiens sanguinem nostrum, tamquam leo rugiens circuit quarens quem devoret i Pet. v, 8. Deinde cum dicit, *Caput tuum*

<sup>1</sup> Al.: « duo capreae. »

<sup>2</sup> Al.: « omittitur tuus. » — <sup>3</sup> Al.: « parte. »

*ut Carmelus*, commendat eam quantum ad appetitum intellectivum : in quo dno considefare possumus, scilicet potentiam et actum. Dupliciter ergo commendat eam : primo quantum ad ipsam voluntatem ; secundo quantum ad actus ejus, ibi, *Et comæ capitinis*. Dicit ergo, *Capitulum*, idest voluntas, quæ potest dici caput, ut superius ostensum est, *ut Carmelus*, qui est mons altus : quia non tendit in terrena sed in coelestia : carmelus enim interpretatur scientia ciremneisiosis, quia dchemus assuefacere nos ad habendum appetitum circumcisum a terrenis. Deinde cum dicit, *Et comæ capitinis*, commendat eam ab actibus ipsius voluntatis, dicens : *Comæ capitinis tuae*, idest actus et affectiones tuae, quæ radicantur in voluntate cui competit nomen capitis, ut dictum est, sunt sicut purpura regis juncta canalibus, quia semper sunt conjunctæ passionibus Christi : purpura enim tingitur de sanguine piscis : quia conchæ maris, ut dictum est superius, et *Glossa* tangit, ferro circumsisa lacrymas purpurei coloris emitunt ; et haec purpura potest significare carnem Christi, quæ fuit rubricata sanguine ejus. Et forte, ad litteram quando purpura tingitur, ponitur in canalibus, per quos derivatur sanguis ille ad ipsam purpuram : propter hoc quamdiu purpura juneta est canalibus, non est verisimile quod colorem possit amittere, cum per talem conjunctionem illum colorem acquirat. Debent ergo affectiones nostræ esse sicut purpura regis, propter memoriam passionis Christi ; et debent esse juncta canalibus, quia illam rubricationem et pulchritudinem, quam acquirunt ex memoria passionis Christi, nunquam debent amittere.

Deinde cum dicit, *Quam pulchra es !* repetit in generali et succincte quæ in speciali tetigerat. Omnis enim pulchritudo assignata ad tria potest reduci : quia vel pertinet ad contemplationem, vel ad actionem vel ad instructionem. Tria ergo facit : quia primo commendat eam quantum ad vitam contemplativam ; secundo quantum ad activam, ibi, *Statuta tua*; tertio quantum ad instructionem et doctrinam, ibi, *Et*

*ubera tua*. Dicit ergo : Tu synagoga, secundum prævisionem meam *rarisima in deliciis*, in dulcedine contemplationis quam pulchra es ! exterius, et quam decora ! interius. Vel quam pulchra es ! quantum ad potentias organo alligatas, et quam decora, quantum ad non alligatas. Deinde cum dicit, *Statuta tua*, commendat eam quantum ad vitam activam, dicens : *Statuta tua*, idest vita activa, secundum quam stas, et non inclinaris ad illicita, *assimilata est pulchritudine*, id est certaminis, quia talis vita semper videtur esse in bello, idest in motu: unde designatur per Martham, quae sollicita erat, et turbabatur circa plurima Lue. x. Deinde cum dicit, *Et ubera tua*, commendat eam quantum ad doctrinam, vel quantum ad instructionem, dicens : *Et ubera tua*, idest doctrina tua (snpple, sunt assimilatae botris) : quia sicut in botris est vinnum in promptu, sic doctrina sua habet in promptu ut proferat pocula Scripturarum.

Deinde cum dicit, *Ascendum in palmarum*, sequitur illa pars in qua postquam narravit pulchritudinem prævisam synagogæ, ostendit quod per Christum debet illam pulchritudinem adipisci. Iterum autem notandum, quod pulchritudo assignata et narrata de synagoga, nou est intelligenda secundum actualem existentiam, cum illa verba sint ad ipsam synagogam nonnum plene conversam, sed intelligenda secundum prævisionem divinam, scilicet quod prævisum est ei a Deo, quod ipsa per Christum debet habere talem pulchritudinem, et ideo debet ad ipsum converti. Continuat necesse est : O synagoga, prævisa est tibi pulchritudo predicta; sed eam debes adipisci per me: nam ego dixi : *Ascendum in palmarum*, idest in cruce, que dicitur palmarum ratione victoriae : vel ad litteram, ut *Glossa* videtur tangere, crux dicitur palma, quia pars ejus de palma : et apprehendam fructus ipsius, id est fructus crucis. Et expedit qui sunt huiusmodi fructus, dicens : *Et renunt ubera tua sunt botri ruer*, id est fructus muis erit, quod ubera tua, idest doctrina tua, erit botrus vineæ : et hoc

<sup>1</sup> Al. : « Iuræ affectiones sunt. »

propter pulchritudinem, quam Deus praevidit synagogae ex instructione vel doctrina; et erit fructus crucis ex ascensu meo in cruem fructus odoris<sup>2</sup>; unde sequitur, *Sicut odor malorum*, propter bonitatem famae, quae respicit conversationem, et vitam activam. Et etiam propter ascensum in cruem, *guttur tuum*, idest dulcedo contemplationis tuae, erit *sicut vinum optimum*, propter copiam spiritualis letitiae. Ex quo apparet maximus quod per ascendenter Christum in cruem synagoga debet adipisci pulchritudinem quantum ad doctrinam, et quantum ad vitam activam, et quantum ad contemplativam: et quia tota pulchritudo sibi prævisa respicit aliquod dictorum trium, clare patet quod concludere diceamus, quod synagoga totam pulchritudinem sibi prævisam a Deo adipisci debet per Christum.

Deinde cum dicit, *Dignum dilecto meo ad potandum*, ponitur confessio synagogæ, secundum quam consentit, pulchritudinem prædictam se debere adipisci per Christum. Et continuatur sic: Tu Domine Iesu Christe, dicis, quod per passionem tuam, et per ascensum in cruem deboe consequi dietam pulchritudinem: confiteor, quod *vinum illud*, idest *passio illa*, per quam deboe consequi prædicta, est *dignum*, idest *congruum*<sup>3</sup> et competens *dilecto meo ad potandum*: quia nullius alterius passio esset sufficiens ad impletandum mihi tantam pulchritudinem, nisi passio tua et passio membrorum tuorum, inquantum passio illorum agit in virtute passionis tuae; ideo addit, quod hujusmodi *vinum* est *dignum ad ruminandum labis, et dentibus illius*, idest *labiis et dentibus Christi*: quia per passionem membrorum Christi, Ecclesia adepta est multam pulchritudinem; quæ pulchritudo extendet<sup>4</sup> se usque ad synagogam, quando in fine temporum convertetur ad Christum. Quod autem passio Christi possit dici potus, patet per id quod dicitur Matth. xxvi, 42: *Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam*

*illum, fiat voluntas tua*. Notandum autem, quod Christus dicitur potasse passionem; sed membra Christi, videlicet dentes et labia, ut Apostoli et alii sancti, passionem Christi ruminaverunt, quia secundum rationem etiam superiorem non adeo acceptabant passionem ut Christus: propter quod<sup>5</sup> aliquo modo facilius fuit Christo pati, quam aliis sanctis. Et ideo dicitur Christus suam passionem potuisse, alii vero sancti dicuntur ruminantes, ut videtur tangere glossa.

Deinde cum dicit, *Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus*, ponitur conversio synagogæ: et dividitur pars ista in duas: quia prima synagoga cognoscens, tantam pulchritudinem se debere adipisci per Christum, se convertit ad ipsum; secundo ad hoc petit subventionem et auxilium, ibi, *Veni, dilekte mi*. Notandum autem, quod ad continuationem textus oportet partem illam ab illo loco, *Quid videbis in Sunamite?* usque ad locum illum, *Dixi, Ascendam*, exponere de pulchritudine quam Deus prævidit synagogæ, et alia postea expouere ut dictum est. Sed in exponendo dicta verba de pulchritudine prævisa synagogæ, utrum debeat exponi de pulchritudine quantum ad irascibilem et concupisibilem, ut tangebatur, vel quantum ad omnia membra synagogæ, ut per oculos intelligantur predicatoros, per caput vero prælati; vel alio modo: dummodo littera sit adaptata, non variat continuationem: et quod dictum est de expositione hujus partis, intelligendum est de multis expositionibus superiorius assignatis. Nos autem secundum modulum intelligentie nobis divinitus datum, adaptations apertiores fecimus, et aliquas factas recitavimus<sup>6</sup> ut nobis visum est secundum totalem littera seriem expedire. Continuatur autem sic littera: *Ego synagoga video quod non possum consequi pulchritudinem mihi a Deo prævisam, nisi per Christum; ideo dilecto meo, idest ad dilectum meum, me converto, et rogo quod ad me sit conversio ejus*. Deinde cum dicit, *Veni dilekte,*

<sup>1</sup> Al. : « botri. »

<sup>2</sup> Al. : « in cruem odoris. »

<sup>3</sup> Al. : « congruum est. »

<sup>4</sup> Al. : « extendit. »

<sup>5</sup> Al. : « eo quod. »

<sup>6</sup> Al. : « recitamus. »

postquam synagoga ad Christum se convertit, hic ejus<sup>1</sup> auxilium et subventionem petit; et duo facit: quia primo petit subventionem; secundo recognoscit et constetur ejus incarnationem, ibi, *Quis michi dedit fratrem meum?* Cap. viii. Circa primum tria facit: quia primo petit Christi subventionem; secundo ponit subventionis specificationem ibi, *Videamus si floruit;* tertio ad dictam subventionem suscipiendam ostendit Iudeorum dispositionem, illuc, *Ibi dabo tibi ubera mea.* In petendo autem subventionem Christi tria facit. Primo petit quod Christus ei subveniat proportionaliter: secundo quod ei subveniat perseveranter, ibi, *commorenur in villis;* tertio quod ei subveniat sollicite et ardenter, ibi, *Mane surgamus.* Continuatitur sic: Per te, dilecte mi, oportet me consequi pulchritudinem tuam: ideo, *dilecte mi, veni,* auxiliando mihi, et *egrediamur in agrum,* idest ad Iudeos, qui sunt ager incultus. In Matth. xxiv, 40, ibi, *Duo erunt in agro.* Et hoc dico<sup>2</sup> quia Iudei adhuc parvuli in fide non possunt ingredi ad te, et ascendere; et sic oportet quod tu egrediaris condescendendo eis: in quo petit auxilium proportionaliter. Deinde cum dicit, *Commorenur in villis<sup>3</sup>,* petit hujusmodi auxilium perseveranter. Continuatitur sic: Non sufficit, dilecte mi, quod *egrediamur in agrum,* idest in ipsis Iudeis proportionaliter ad adjuvandum; sed oportet quod *commorenur in villis<sup>4</sup>,* idest in Iudeis, qui sunt villa<sup>5</sup> et quasi campestres, et ideo non cultae: unde oportet quod commoremur in eis eosdem<sup>6</sup> perseveranter adjuvando. Deinde cum dicit, *Mane surgamus,* petit hujusmodi auxilium sibi fieri sollicite et ardenter: unde ait *Surgamus mane,* idest tempestive: non pigrimur, sed ardenter et sollicite surgamus *ad vinas,* idest ad Iudeos, juvando eos qui prius fuerunt vinea tua, et adhuc redire volunt, ut vinea tua sint. Deinde, cum dicit, *Videamus si floruerint vinae,* specificat auxilium et subventionem. Adenjus evidentiam notandum, quod bonitus nos-

tra, quantum ad praesens spectat, videatur consistere in tribus: videlicet in bonis cogitationibus, que se tenent ex parte intellectus; et in bonis affectionibus, que se tenent ex parte affectus: et in operationibus, que se tenent ex parte effectus. Bonitas, cogitationum, que per flores intelliguntur, ex bona voluntate dependet: similiter et affectionum: quia cogitationes et affectiones quas homo habet<sup>7</sup> sine voluntate recta non placent, et sunt flores sine fructu: similiter operationes exteriores sine bona voluntate non convalescent, et sunt fructus inutiles, quia merito carent: nihil enim est meritorium nisi secundum quod a voluntate procedit. Operationes autem exteriores per mala punica designantur, in quibus sunt grana multiplicata; nam quod intellectu percipitur interius, exteriorius per diversitatem operum designatur; et aliquando quod simpliciter est in corde, multipliciter multiplicatur in opere, et explicatur. In specificando ergo Christi auxilium tria tangit: nam primo petit quod Christus ei subveniat movendo corda Iudeorum ad bene cogitandum; ideo ait: *Videamus, ocnlo misericordie, scilicet ego et tu cooperando multipliciter, si floruit vina,* idest si intellectus profert cogitationes<sup>8</sup> bonas. Secundo petit quod moveat affectum ad bene volendum; ideo subdit, *Videamus, si flores fructus parturiant,* idest si per bonas cogitationes producuntur bona affectiones; quia te auxiliante necesse est hoc fieri. Tertio petit quod Christus moveat Iudeos ad bene operandum exteriorius: ideo ait: *Videamus si floruerint mala prouina,* idest bona operationes: quod te auxiliante fit. Nil autem obstat quod per fructus bona affectiones et bona opera designentur: quia fructus sunt ad cibum, et bonis affectionibus cibannur, sicut dicitur Eccli. xv, 3: *\* Cibabit illum pane rura et intellectus.* Ut bonis similiter operationibus cibannur, juxta illud Psalm. cxxvii, 2: *Labores manuum*

<sup>1</sup> Al. omittitur: « hic. »

<sup>2</sup> Al. : « et dicit. »

<sup>3</sup> Al. : « vineis. — <sup>4</sup> Al. : « vineis. »

<sup>4</sup> Al. : « vinee. » — <sup>5</sup> Al. : « vineis host. »

<sup>7</sup> Al. : « similiter exteriores operationes, quia cogitationes etiam intelliguntur et intellectus quam homo habet. »

<sup>8</sup> Al. : « operationes. »

*tuarum quia manducabis : beatus es, et bene tibi erit.* Recte etiam bona cogitationes sunt flores, qui praecedunt fructus bonarum affectionum et operationum. Rursum haec tria possunt comparari ad premium : et sic cum predicta omnia, scilicet cogitationes, affectiones, et operationes praecedant, possunt dici flores premii, quod dicitur fructus, iuxta illud Psalm. cxxvi, 2 : *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini, filii, merces, fractus ventris.* Quod autem operationes similiter<sup>1</sup> possint dici flores, ex eo apparet quod<sup>2</sup> primum procedens ab arbore cum odores sint flores : odorem autem bona famae ad affectionem aliorum hominum habet ex bonitate operationum, non cogitationum vel affectionum, qua non apparent. Recte ergo per flores malorum punicorum designantur bona operationes, quae debent esse cum successivo incremento vel profectu, ut sunt mala punica florentia : quia alia sunt in actu, alia in parti, alia in re, alia in flore.

Deinde cum dicit, *Ibi dabo tibi*, postquam petiti auxilium Christi<sup>3</sup> et in quo auxiliaretur Iudeis in speciali, scilicet ad bene cogitandum, bene volendum et bene operandum ; hic ostendit Iudeos esse dispositos ad tale auxilium recipiendum. Et tria facit, secundum quod triplices auxilium nominavit. Primo ostendit eos esse dispositos ex parte intellectus ; secundo ex parte affectus, ibi, *Mandragoræ* ; tertio ex parte exteriorum operum, ibi, *Omnia poma, dilecta mi.* Continuitur sic. Ideo peto, dilecta mi, quod tu venias in vineam meam, quia *ibi dabo tibi ubera mea*, idest Iudeos meos, hoc est carissimos, propter patres, qui dicuntur ubera propter dispositionem ad susci-

piendum lac doctrinae tue : nam sicut ubera proprie sunt receptaculum lactis, sic ipsi propter dispositionem intellectus erunt proprie receptaculum doctrinae tue, quia est lac ratione candoris et nutritivæ virtutis, ubi nullus est error admixtus<sup>4</sup>. Deinde cum dicit, *Mandragoræ*, ostendit eos dispositos ex parte affectus, sive voluntatis : unde continuatur sic : Non solum, dilecta mi, Iudei sunt dispositi ex parte intellectus, sed etiam ex parte affectus : nam *Mandragoræ*, idest Iudei, *dederunt odorem suum*, propter bonitatem desideriorum, et propter dispositiōnem affectus : *dederunt*, dico *odorem*, et hoc *in portis nostris*<sup>5</sup>, idest in introitu ad nos : quia volunt converti, et intrare ad nos ; ad te principaliter, ad me Ecclesiam ex consequenti, in quantum per me, sicut per matrem, derivanda sunt dona gratiarum, vel sacramenta, a te ad illos. Notandum autem, quod mandragora est herba, cuius radix habet membra quasi hominis, non tamen caput ; unde significat Iudeos, quia nunc sine capite sunt ; sed in fine ad prædicationem et odorem Ecclesiæ spirabunt et ipsi desideria ut jungantur Christo capiti. Deinde cum dicit, *Omnia poma*, ostendit, Iudeos esse dispositos quantum ad bonitatem exteriorum operum : unde ait : *O dilecta mi, ego servavi tibi*, idest tuae providentiae credidi, *omnia poma nova*, scilicet quando essent colligenda, et quando conservanda : unde addit, *Et vetera* : quasi dicat : Sola providentia gratia tue habet quando colligi debent Iudei, et quomodo conservari : qui dono tuae gratiae collecti, erunt *poma nova et vetera*, quia secundum et exempla et testimonia<sup>6</sup> novi et veteris testamenti satagant operari.

<sup>1</sup> Al. : « singulariter. »

<sup>2</sup> Al. : « flores, apparet, quia. »

<sup>3</sup> Al. omittitur. « Christi. »

<sup>4</sup> Al. : « admissus. »

<sup>5</sup> Al. : « meis. »

<sup>6</sup> Al. : secundum testimonia. »

## CAPUT OCTAVUM

*Quis mihi det te fratrem meum suggestem ubera matris meae, ut inveniam te foris, et deosculer te, et jam me nemo despiciat?* Apprehendam te, et ducam in dominum matris meae. Ibi me docebis, et dabo tibi poculum ex vino condito, et mustum malorum granatorum meorum. Leva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me. Adjuro vos, filiae Jerusalem, ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Quia est ista quae ascendit de deserto, deliciis affluit, innixa super dilectum sumum? Sub arbore nato suscitavi te. Ibi corrupta est mater tua; ibi violata est genitrix tua. Pone me ut signaculum super cornuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Lampades ejus lampades ignis atque flammatorum. Aque multa non potuerunt extinguere caritatem, nec lumen obvirent illum. Si de-derit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra parva, et ubera non habet. Quid faciemus sorori nostrae in die quando aliquid est? Si murus est, edificemus super eum propagulae argenteae; si osium est, compingamus illud tabidis cedriniis. Ego murus, et ubera mea sicut turris, ex qua facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit pacifica in ea que habet populos: tradidit eam custodibus; vir afferat pro fructu ejus mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille hui pacifici, et ducenti hui qui custodiunt fructus ejus. Quae habitan-*tis in horis, nunc iusculant;* fac me audire vocem tuam. Fuge, dilecte mi, et assimilare capre, himnoque cervorum super montes aromatum.

*Quis mihi det te fratrem meum suggestem ubera matris meae?* Hic synagoga recognoscit et confitetur Christi incarnationem; et quatuor facit. Primo assumens fiduciam<sup>1</sup> de Christo propter carnem assumplam petit ab ipso doctrinam ejus percipere veritatem; secundo postulat dulcedinis ejus gustare suavitatem, ibi, *Ut inveniam te;* tertio ut possit vitare opprobrium, quod priscis temporibus passa fuerat propter cecitatem, ibi, *Jam me nemo despiciat;* quarto desiderat Christum tenere propter filiorum utilitatem, ibi, *Apprehendam te.* Continetur sic: *Et me doceres, mihi frater factus es;* ideo *quis mihi det te fratrem meum suggestem ubera matris meae?* idest exponentem mihi legem et Scripturam sacram quae est quasi mater mea: ille enim qui sugit, lac quod latet in ubere, exterius trahit: et hoc fecit Christus, qui lac et dulcedi-

nem, quae latebat in lege divina, traxit exterioris in apertum; secundum illud Luke ultimo xxiv, 27: *Interpretabatur illis in omnibus Scripturis, incipiens a Moyse et omnibus Prophetis.* Habere ergo Christum suggestem ubera legis, est habere ipsum doctorem et magistrum legis. Notandum autem, quod licet nos omnes possimus vocare Christum fratrem nostrum ratione humanitatis assumptam, specialiter tamen synagoga potest ipsum fratrem appellare, quia de Iudeis natus est. Deinde cum dicit, *Ut inveniam te,* petit synagoga gustare Christi suavitatem. Continetur sic: Domine Jesu Christe, non solum peto te ut suggestem ubera matris, docendo me, sed peto *ut inveniam te* sicut foris, idest non clausum in lege, neque latentem in sime Patris; sed *foris* in humana natura, secundum quam es frater mens: et sic te cognoscendo et diligendo, *deosculer te,* percipiendo a te dulcedinis suavitatem. Deinde cum dicit, *Et jam me nemo despiciat,* petit vitare opprobrium quod passa est lapsis temporibus propter cecitatem: unde ait: *Et jam me nemo despiciat;* quasi dicat: Usque minime despicias<sup>2</sup> filii quasi caca, eo quod redemptorem meum te non cognovisti; sed *jam,* quia te cognoseo, peto quod *nemo me despiciat,* improphanando priuimam cecitatem. Deinde cum dicit, *Apprehendam te,* ostendit se velle tenere Christum propter filiorum utilitatem. Dividitur autem haec pars in quatuor. Primo synagoga istam utilitatem insinuat; secundo qualis sit ista utilitas, manifestat, ibi, *Ibi me docebas;* tertio quia ex hoc videtur synagoga suscepisse curam filiorum, qualiter sit cura habenda, declarat, ibi, *Leca ejus sub capite meo;* quarto et ultimo ponit dictum Christi quo<sup>3</sup> hujusmodi declarationem approbat, ibi, *Adjuro vos filie.* Continetur sic: Non so-*rum,* dilecte mi volo te habere, ut te deosculer pete per et tuam suavitatem, sed

<sup>1</sup> Al. : « ob fiduciam. »

<sup>2</sup> Al. : « decepta. » — <sup>3</sup> Al. : « qu. »

etiam volo te habere ad filiorum meorum utilitatem : unde peto ut permittas quod apprehendam te, et sic ducam te in dominum matris meae, id est in corda illorum qui plus sciunt de lege : quam legem reputo quasi matrem, ejus mandata quasi matris servare debeo : et etiam ducam te in cubiculum genitricis meae, id est in corda filiorum qui minus sciunt de lege, quam reputo matrem et genitricem meam. Dominus autem est amplioris spati cubiculo : unde corda filiorum<sup>1</sup> qui amplius et perfectius sciunt legem<sup>2</sup>, dominus legis vel matris synagogae sunt : illi autem sunt cubiculum legis vel genitricis synagogae, qui minus sciunt de lege. Posset etiam secundum aliam adaptationem intelligi, quod illi qui plus sciunt de lege, sint cubiculum, quia sciunt clausa et obscura legis ; dominus autem, qui minus sciunt de lege, videlicet qui sciunt solum ea quae sunt in aperto, et quae quilibet de facili videre potest. Sed de hoc non est vis, quia continuationem non variat. Deinde cum dicit, *Ibi me docebis*, ostendit qualis sit ista utilitas filiorum, si in corda eorum introducatur<sup>3</sup> Christus. Et assignat triplicem utilitatem. Prima est illuminatio intellectus ; secunda inflammatio affectus ; tertia bonitas operum vel promotio effectus. Illuminatio intellectus ostenditur<sup>4</sup> cum dicitur, *Ibi me docebis*, si te introduxero in corda filiorum meorum, illuminando intellectum eorum, quia aliter doceri non possunt<sup>5</sup> : quod enim fit filii suis, synagoga quasi bona mater reputat sibi factum ; et ideo dicit, *Ibi me docebis*. Inflammationem autem affectus taugit cum dicit : *Et dabo tibi pectus* ; id est, post talem illuminationem intellectus, filii mei grati<sup>6</sup> dabunt tibi pectus, id est affectum inflammatum, et desiderium ex vino condito, id est ex abundantia laetitiae spiritualis, vel ex dulcedine gratiae, et suavitate contemplationis. Bonitatem vero operum tangit cum dicit : *Et mustum malorum granatorum* meorum, id est opera

exteriora ; quae dicuntur mustum ; quia sicut tale mustum exprimitur de grana malorum granatorum, sic opera exteriora bona de puro corde et caritate perfecta. Cor autem<sup>7</sup> potest dici malum granatum, quia continet ipsas affectiones, quasi grana parva rubricata et decorata per caritatem : hoc tibi dabo, Christe, munus acceptum. Haec sunt igitur utilitates propter quas desidero, o Christe mihi, te venire in corda filiorum meorum, scilicet ut illumines intellectum eorum, inflammes affectum, multiplices effectum. Deinde cum dicit, *Lava ejus sub capite meo*, quia ex eo quod petierat synagoga tenere Christum ad utilitatem filiorum, videbatur ex hoc<sup>8</sup> ipsorum filiorum habere eum ; hic declarat quonodo haec erat intelligenda. Haec autem declaratio in hoc consistit quod synagoga, vel Ecclesia, vel praelatus, qui per dicta intelligi possunt, prius debent intendere sibi per vitam contemplativam, et postea subditis per activam. Ideo ait synagoga, Ecclesia, vel praelatus : *Lava ejus*, id est sinistra Christi, per quam intelligitur vita activa, erit sub capite meo, id est secundario intenta ; et dextera illius, id est vita contemplativa, per quam intendo mihi, *amplectabitur me*, id est erit super me, et cooperiet me : quia primo intendam mihi, postea vobis. Deinde cum dicit, *Adjuro vos*, confirmat Christus quod synagoga declaraverat, dicens : *Filiæ Ierusalem, adjuro vos*, id est obsecro vos, ne suscitatis, a quiete, neque vigilarе faciatis, a somno contemplationis, *dilectam* meam, id est synagogam matrem vestram,<sup>9</sup> quae mihi est dilecta, quia ad me conversa, *donec ipsa velit*, cum prius debeat intendere sibi, postea vobis.

Deinde cum dicit, *Quæ est ista ?* sequitur illa pars in qua finitur tractatus de couversione ; et est finis in lande ejus. Quam quadrupliciter commendat. Primo ab ascensu : nam ascendere ad Deum est laudabile, et etiam mirabile ; ideo cum admiratione<sup>10</sup> ait : *Quæ est ista quæ ascen-*

<sup>1</sup> Al. : « illorum. » — <sup>2</sup> Al. : « de lege. »

<sup>3</sup> Al. : « inducatur. » — <sup>4</sup> Al. : « intellectus vero. » — <sup>5</sup> Al. : « possent. »

<sup>6</sup> Al. : « filii non ingratii. »

<sup>7</sup> Al. : « malum granatum. » — <sup>8</sup> Al. : « et cor. »

<sup>9</sup> Al. : « videbatur certe. » — <sup>10</sup> Al. : « nostrum. »

<sup>11</sup> Al. : « admirative. »

*dit?* Seundo commendat eam a loco ascensionis, unde ascendit, cum ait, *De deserto*, idest de spinis tribulationum, et de tribulis afflictionum : nam in primitiva Ecclesia fuerunt magna persecutio[n]es, et maiores erant in ultima : idecirco quando lassavit Ecclesiam modernam, non lassavit eam quasi ascendentem de deserto, vel per desertum, sed quasi auroram consurgentem. Tertio commendatur Ecclesia ultima ab ornatu, cum dicitur, *delicatus affluens*, idest ornata bonis desideriis et bonis operibus,<sup>1</sup> ut videtur expovere. Quarto et ultimo commendatur a modo ascendendi, cum dicitur, *In mira super dilectum suum*, idest super Christum, cuius virtute ascendit : propter quod commendabilis est ipsa Ecclesia, quia magna gloria est sequi Domini summum, sed major inniti ei, quia majoris caritatis est summum, sicut de B. Joanne Evangelista dicitur, quod reuنبuit supra pectus Domini, *Ioan. xxi.*

*Sub arbore malo suscitar te.* Superiorius determinatum est de conversione synagogae : in parte ista invitatur Ecclesia ad habendam curam, et ad praebendum auxilium synagogae jam conversae. Et dividitur haec pars in tres partes. Primo Christus reducit ad memoriam Ecclesiae summi beneficium et subventionem ; secundo ex hoc rependi sibi petit perpetuam dilectionem, ibi, *Pone me ut signaculum* ; tertio ex ipsa dilectione quam Ecclesia tenet habere ad Christum, invitare ipsam ad synagogam iuvandam, ibi, *Soror nostra parra*. Reducit ergo Christus ad memoriam Ecclesiae gentium, beneficium quod sibi contulit, dicens, *Sub arbore malo*, idest sub cruce, que dicitur arbor malus, vel quia ad litteram fuit<sup>2</sup> de malo ; vel quia arbor crucis fuit fructifera sicut arbor que dicitur malus. Sub cruce ergo, vel sub tali arbore, *suscitari te* : erat enim Ecclesia gentium mortua, sed suscipiendo beneficium crucis revixit. Dat autem modum quomodo suscitavit Ecclesiam gentium, dicens : *Ibi, scilicet sub arbore malo*, sive sub cruce, *corrupta est mater*

*tua*, idest idolatria quam sequebaris ut matrem, secundum quam eras cæca ; *ibi violata est genitrix tua*, idest ablata<sup>3</sup> est a te malitia tua, quam imitabaris ut genitrixem, secundum quam eras depravata in affectu. Deinde cum dicit, *Pone me ut signaculum iuxta cor tuum*, petit perpetuam dilectionem ; et duo facit. Primo exposcit predictam dilectionem ; secundo ad hoc inducit multiplicem rationem, ibi, *Quia fortis est ut mors dilectio*. Continuat sicut : Tu, Ecclesia gentium, suscitata es a me per passionem crucis, quia per talen passionem ego removi errorem idolatriæ a tuo intellectu, et malitiam a tuo affectu : ergo quia tantum bonum contulisti tibi, *pone me ut signaculum super cor tuum*, diligendo me perpetuo, non volendo aliquid mihi contrarium ; uoc debes operari aliquid quod mihi displiceat : ita quod per signaculum cordis dehems intelligere impressam dilectionem : per quam unum fiat anima cum Deo, ei inseparabiliter adherendo ;<sup>4</sup> et per signaculum<sup>5</sup> brachii bouam operationem exteriorem, quia brachium est extra. Deinde cum dicit, *Quia fortis est ut mors dilectio*, assignat ejus quod dixerat, multiplicem rationem. Ad eujus evidentiam notandum, quod una ratio propter quam debemus Deo perpetuam dilectionem, sumitur ex beneficiis uebis collatis : et hanc tetigit supra, cum dixit : *Sub arbore malo suscitar te.* Alia ratio sumitur ex ipsa dilectione : nam quia Deus nos dilexit, congruum est quod et nos eum diligamus. Huius autem Christi dilectio ad nos quatuor conditions, secundum quas sumi possunt quatuor rationes propter quas debemus ei perpetuam dilectionem. Prima ratio sumitur ex dilectionis ejus immensitate ; secunda ex dilectionis ejus utilitate, ibi, *Lampades ejus* ; tercua ex dilectionis ejus firmitate vel stabilitate, ibi, *Aqua multe non potuerunt extinguere caritatem* ; quarta ex dilectionis ejus pretiositate, ibi, *Si dederit bonus*. Prima ratio talis est. Quilibet debet perpetuam dilectionem illi<sup>6</sup> qui diligit enim in immen-

<sup>1</sup> Al. omittitur : « bona ».

<sup>2</sup> Al. : « fuit ibi » — <sup>3</sup> Al. : « accepit ».

<sup>4</sup> Al. : « una sit anima inseparabiliter adhes-

tendo ».

<sup>5</sup> Al. : « et proper signum ».

<sup>6</sup> Al. : « ad eum ».

sum, et supra modum : sed ego Christus, o Ecclesia, dilexi te in immensum : ergo mihi debes, ut grata sis, perpetuanam dilectionem. De hac ratione ponit solum medium, scilicet quod Christus valde Ecclesiam dilexit. Unde continuatur sic littera : O Ecclesia, de jure debes me ponere ut signaculum super cor tuum et super brachium tuum, ut perpetuo me diligas, et nihil contra me opereris ; quia *dilectio* quam habui ad te, est et fuit excellens et immensa : est enim *fortis ut mors* : quae, ad litteram, tanta fuit, quod sicut<sup>1</sup> mors separavit animam a corpore, quando mori volui pro amore tuo, ut vivas : etiam *annulatio*, idest excessus amoris quem habui ad te, fuit *dura sicut infernum* : quia dolores quos amore tui sustinui, similes fuerunt doloribus inferni : nam dolori meo non potuerunt dolores super terram comparari : juxta illud quod habetur Threnorum 1, 42 : *O vos omnes qui transitis per viam, venite, et videte, si est dolor sicut dolor meus.*

Deinde cum dicit, *Lampades ejus malpades ignis*, adducit ad hoc secundam rationem, quae talis est : Quilibet debet amorem perpetuum ei de cuius amore consequens est magnam utilitatem ; sed tu, Ecclesia, de amore quem habui et habeo ad te, consequens es magnam utilitatem : ergo etc. De hac ratione ponit solum medium. Continuatur sic : Benedico, quod debes perpetuo me diligere, quia *lampades ejus*, idest dilectionis quam habeo et habui, sunt valde utiles :<sup>2</sup> sunt enim *lampades ignis*, que purgaverunt tuum intellectum, et inflammaverunt tuum affectum ad omne bonum, atque sunt supple, lampades *fluminarum*, inquantum illuminaverunt tuum intellectum ad omne<sup>3</sup> verum necessarium : ex<sup>4</sup> dilectione enim quam Christus habuit ad nos, consequimus perfectionem intellectus et affectus, quibus in hac vita hominibus nihil est utilius. Deinde cum dicit, *Aqua multa*, adducit ad hoc tertiam rationem, quae talis est : Quilibet debet perpetuam dilectionem illi qui diligit eum perpetuo et perseveranter ; sed ego, o Ecclesia,

dilexi te perpetuo et perseveranter : ergo etc. De hac ratione ponit solum medium. Continuatur sic littera : O Ecclesia, de jure debes me diligere perpetuo et perseveranter,<sup>5</sup> quia perpetuo et perseveranter te dilexi : quod apparel, quia *aqua multa*, idest *tribulationes multas*, quantum ad quantitatem numerosam, et quantum ad magnitudinem penitentiam, non potuerunt extinguere caritatem ; nec flumina, quantum ad impetuositatem, obruerint illam, scilicet caritatem qua te dilexi et diligo. Deinde cum dicit, *Si dederit homo*, ponit ad hoc quartam rationem, quae talis est. Quilibet debet amorem perpetuum illi qui diligit eum amore caro et pretioso : tali amore, o Ecclesia, ego dilexi te : ergo etc. De hac ratione ponit solum medium. Continuatur sic littera : O Ecclesia, de jure debes me diligere perpetuo, quia amore valde caro et pretioso dilexi te : fuit enim amor meus adeo pretiosus quod si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quam habui et habeo ad te, non poterit aequo pondere adaequare pretio dilectionis ; immo, si bene considerabit, quasi nihil despiciet et computabat eam substantiam, respectu dilectionis meae, cui nihil terrenum potest comparari, cum incomparabiliter exceedat. Deinde cum dicit, *Soror nostra parea*, ex dilectione quam Ecclesia debet habere ad Christum, Christus invitat eam ut subveniat synagogae jam conversae. Notandum autem, quod nou sine causa Christus assignavit tot rationes ad ostendendum quod Ecclesia debet eum valde diligere : nam si ex tali dilectione Christus intendit inducere Ecclesiam, quod amore sui in ultimis scenulis subveniat synagogae conversae, quia tunc erit magna persecutio, non fuit superfluum assignare rationes predictas. Dividitur autem pars haec in partes tres : quia primo ponitur Christi invitatio ; secundo subjungitur praedictae invitationis specificatio, ibi, *Si murus es* ; tertio additur Ecclesia responsio, ibi, *Ego murus*. Intendit autem in invitando talem rationem. Quicunq[ue] diligit multum aliquem,

<sup>1</sup> Al. omittitur : sicut, o

<sup>2</sup> Al. : « supple, lampades valde utiles. »

<sup>3</sup> Al. : « esse » — <sup>4</sup> Al. : « de. »

<sup>5</sup> Al. omittitur : « et perseveranter. »

debet amore illius subvenire omnibus illis qui habent affinitatem et conjunctionem ad illum ; sed tu, Ecclesia, debes mihi magnum amorem, ut ostensem est : ergo debes subvenire synagogæ, quia mihi attinet, et est mihi conjuncta, quia est soror mea. Et debet subuentio operosius fieri, quanto indigentia plus requirit. Et sic erit de synagoga in fine temporum : propter quod dicit, *Soror nostra*, mea affinitate carnali, tua spirituali, quia ad eamdem gratiam colligenda :<sup>1</sup> et sic debes caritate<sup>2</sup> moveri, quia mihi conjugata et conjungenda tibi. Ad hoc etiam moveri debes ex ejus indigentia, quia *parva*, idest de novo conversa, et ideo indiget confirmatione : *et ubera non habet* ; idest, doctores non habet de se, nee babere potest extra te ; propter quod indiget tua instructione, ut per te nutriatur lacte doctrinae. Huius invitationi consentiens Ecclesia de auxilio synagogæ ferendo, doceri petit a sponso et magistro, dicens : *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est*, de sui erroris correptione ? quasi dicit : Quod auxilium fiet ei ? Deinde cum dicat, *Si murus est*, respondet Christus questioni, et specificat quod auxilium synagogæ debeat impendi. Ad enjus evidentiam est notandum, quod sicut in esse natura prius atiquid accipit quod possit subsistere in forma acquisita, et hoc primo competit rei a principio sua generationis ; et postea accipit quod secundum formam illam possit sibi simile producere, quod ei non competit nisi quando est jam perfecta, quia unumquodque tunc est perfectum quando potest sibi simile generare : sic in esse spirituali prius accipit homo quod stet in dono sibi collitus infuso, et tunc dicunt murus, quia habet quod stet non quod alios adducat ; et postea quando est perfectus secundum donum illud, accipit quod alios manuducat ad Christum : et tunc dicitur ostium, quia alios ad Christum potest introducere. Hoc viso, continuetur sic littera. Tu, Ecclesia, interrogas, et vis a me doceri quod auxilium debeat synagogæ dari : hoc specilio, et

dico, quod *si est murus*, idest in esse spirituali nondum perfecta, quia non habet unde alios ad me introducere possit, sed tantum ut stet : ut firmius et constantius perseveret, *ridicernas*, ego scilicet principaliter, et tu secundario mihi cooperando, *super eum*, idest dictum murum, *propugnacula argentea*, idest sententias divini eloqui firmas et lucidas, sicut argentum est firmum et lucidum : quibus in fide et dilectione corda firmantur : juxta illud Ps. cxvii, 28 : *Confirmat me in verbis tuis* : quibus vitantur haereticorum et demoniorum tentationes. Si autem, idest si non est murus, sed *ostium est* ; idest, si ita jam perfecta est synagoga ut possint per eam alii ad me introduci, *compingamus illud tabulis cedrinis* ; idest, ita ornemus sanctorum testimonis et exemplis, ut decore conversationis, et bono odore famæ<sup>3</sup> alii facilis per tale ostium inducantur venire ad me. Deinde cum dicit, *Ego murus*, ponitur Ecclesia responsio : et dividitur haec pars in duas partes. Primo Ecclesia in sua responsive fatetur se paratam et promptam ad subveniendum synagogam : secundo ex hoc synagoga consurgens<sup>4</sup> in amorem Ecclesie, confitetur, eam a Christo esse derivatam, et ab illo esse custoditam et conservatam, ibi, *Ex quo facta sum eorum eo quasi pacem reperiens*. Continuitur sic : Ego Ecclesia invitata a te, Domine Iesu Christe, de subveniendo synagogam, sive sit murus, sive sit ostium, dico, quod amore tui sum parata subvenire synagogam, non solum inquantum est ostium, idest inquantum habet esse perfectum, quia hoc non esset magnum, sed leve : immo secundum quod est murus, idest secundum quod habet esse imperfectum, parata sum non solum adficere propugnacula argentea bonorum divinorum, sed etiam dare me ipsam murum ad confirmationem suam : juxta illud ut ad Corinth. xii, 13 : *Ego ipse impendam, et superimpendar pro animabus vestris*. Hoc est ergo quod ait : *Ego*, pro synagoga confirmanda, volo esse murus, idest dare me ipsum, et ex hoc *ubera mea*, idest doctrina mea, erunt

<sup>1</sup> Al. : « colligenda, » — <sup>2</sup> Al. : « caritate, »

<sup>3</sup> Al. : « ut de conversationis bono odore, et famæ, »

<sup>4</sup> Al. : « secundo consurgere synagogam »

<sup>5</sup> Al. omittitur : « secundum quod »

<sup>6</sup> Al. omittitur : « divinorum »

*sicut turris*, quia per omnia impensa clarior et altior et efficacior ad defendendum apparebit doctrina. Deinde cum dicit, *Facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, videns synagoga dilectionem Ecclesiae ad ipsam, quia ex amore Dei parata erat pro sua confirmatione dare se ipsum, consurgit in amorem ejus : et quia prius appellabat Ecclesiam gentium adulteram<sup>1</sup> et a Deo alienam, confitetur nunc esse veram sponsam Christi, et ab eo derivatam, custoditam<sup>2</sup> et conservatam. Dividitur autem haec pars in duas partes quia primo ponitur synagoga de Ecclesia talis confessio ; secundo, ne videatur imperfecta dicta synagogae confessio, ponitur Christi suppletio, ibi, *Vinea mea*. Prima dividitur in duas. Primo synagoga confitetur Ecclesiam a Christo derivatam ; secundo confitetur eam a Christo derivatam, custoditam et conservatam, ibi, *Tradidit eam*. Prima pars continuatur sic. Ego synagoga olim ex odio quod habui ad te, non cognoscens nec reputans eum esse verum Deum, fui excavata in intellectu, ex quo etiam Ecclesiam odio habui, non credens eam veram vineam Christi ; sed ex quo facta sum coram eo, idest Christo, quasi expressive dictum, idest pro certo pacem reperiens, per illuminationem fidei et remissionem peccatorum, corrigo errorem meum et culpam meam ; et quod Ecclesia est vera sponsa Christi, confitetur, pro cuius amore parata est expondere se totam, ut pro me salutem, quae est in Christo, possit<sup>3</sup> consequi. Unde vere ore et corde confitetur quod ipsa est vera sponsa Christi. *Et vinea fuit pacifico*, idest Christo, qui pacem attulit mundo, *in ea supple*, fide quae<sup>4</sup> habet populos, idest in fide catholica, quod idem est quod universalis, idest populorum multorum. Notandum etiam, quod non dicit, In ea tida quam habeant populi, sed quae habet populos ; quia quoddlibet donum divinum magis habet nos quam nos habemus ipsum, in quantum hujusmodi dona respectu honorum operum sunt principaliora quam liberum nostrum arbitrium.

<sup>1</sup> Al. : « Ecclesiam adulteram, ultimam. »

<sup>2</sup> Al. omittitur : « custoditam. »

<sup>3</sup> Al. : « possum. »

<sup>4</sup> Al. : « scilicet quam populi. »

Deinde cum dicit, *tradidit eam custodibus*, ostendit Ecclesiam a Deo custoditam et conservatam, dicens : Bene dico, quod Ecclesia fuit vinea ipsi Christo, quia Christus *tradidit eam custodibus*, idest Angelis, Apostolis et prelatis, quorum quilibet praelatus vir, idest habens vires in operando in ista vinea, corde fideli affert supple, Christo mille argenteos, idest totum tribuit Christo quod sequitur de fructu ejus, sive sit temporale, sive sit spirituale. Deinde cum dicit, *Vinea mea*, quia male ab aliquibus praedicta confessio posset intelligi, Christus in hac parte supplet confessionem synagogae. Et circa hoc duo facit. Primo supplet dictam confessionem ; secundo ex dilectione quam habet synagoga ad Ecclesiam, invitat Ecclesiam ad subvectionem synagogae, ibi, *Quæ habitat in hortis*. Dupliciter autem posset alieni videri defectus in praedicta synagogae confessione. Primo in custodia assignatione, quia dixerat, quod Christus *tradidit eam custodibus*, posset aliquis intelligere, Christum eam dereliquerisse. Ad hoc excludendum supplet Christus : *Vinea mea coram me est* ; quasi dicat : Sie tradidi Ecclesiam meam custodiendam aliis quod etiam per me ipsum immediate habui curam ejus, cum sim verus Deus, omnia immediate conservans. Secundo in fructus assignatione, quia dixerat, *Vir affert pro fructu ejus mille argenteos*, cum in Ecclesia nomine viri possint activi intelligi, posset ex hoc videri alieni, quod soli activi in Ecclesia fructificarent ; ideo Christus<sup>5</sup> supplet hanc confessionem, ostendens quod etiam contemplativi in Ecclesia fructificant, ideo subdit : O Ecclesia, *pacisci tui*, idest contemplativi, qui dicuntur pacisci, quia sunt ab implicationibus saecularibus, que turbant, abstracti : isti, inquam, tales sunt mille, idest perfecto fructu<sup>6</sup> respondentes : sic<sup>7</sup> dictum est supra, quod vir affert pro fructu ejus mille argenteos, et mille sunt pacisci, idest contemplativi, numero et fructu perfecti. Sed quia ad perfectionem vitae oportet non solum ha-

<sup>5</sup> Al. affert : « ipsi Christo (supple mille argenteos). »

<sup>6</sup> Al. : « Dominus. » — <sup>7</sup> Al. : « fructui. »

<sup>8</sup> Al. omittitur : « sic. »

bere vitam contemplativam, sed etiam activam ad eum aliorum et tamen magis est meritum in contemplatione, quam in actione ideo postquam dixit, *Mille tui pacifici, subdit: Et ducenti his qui custodiunt fructus ejus, idest merita Ecclesie: ubi major numerus geminatur, scilicet centenarius qui etiam geminatus ad ultimum unnerorum limitem, qui est mille, non pervenit; quia licet vita contemplativa sit meriti amplioris, tamen activa simul et contemplativa meretur pluribus modis. Unde super illud, *Ducenti etc.*, dicit *Glossa interlinearis*: Duplex meretur premium qui et se tuerit, et alios lucratur. Deinde cum dicit, *Quæ habitas in hortis*, Christus invitat Ecclesiam ad subveniendum synagogæ, eo quod synagoga eam diligit: et circa hoc duo facit. Primo ponitur ejus invitatio; secundo Ecclesie responsio, ibi, *Fuge dilecte mi*. Continuatur<sup>1</sup> sic: Usque nunc induxi te, o Ecclesia, ad subveniendum synagogæ ex amore meo: cum ergo ipsa synagoga te diligit quod appareat quia confessa est, te esse veram sponsam, et vineam meam, hujusmodi amicitia, quia una, confessione et fide, facta est tecum in me, debet te movere ad subveniendum ei; et hoc est quod ait: Tu, Ecclesia, *quæ habitas in hortis*, idest in spiritualibus deliciis, *amici*, idest *Jugari*, qui jam facti sunt amici tui, quia fideles mei, *auscultant*, idest parati sunt et expectant te audire et a te doceri, et desiderant voto cordis, dicentes: *Fac*, o Ecclesia,*

*me synagogam, gratam<sup>2</sup> tibi, fide et caritate sociali, audire cor me tuum, sci-licet in prædicatione. Potest enim hoc accipi ut sit verbum Christi invitantis Ecclesiam, ut doceat synagogam. Et dicit, *Me audire*, quia reputat sibi fieri quod fit alii propter ipsum. Ultimo autem cum dicit, *Fuge dilecte mi*, ponitur Ecclesie responsio; quae est quod tamquam bona sponsa optat al tempus ab illo<sup>3</sup> separari: non ab ejus fide vel amore, sed ab ejus suavitate: hoc est, contemplationis dulcedine ad tempus carere: ut possit Iudaicam conversis, et sic factis fratribus, intendere per informationem morum et doctrinae; ideo ait: Tu, *dilecte mi*, idest tu, Christe, qui habitas *super montes aromatum*, propter altitudinem devotionis et odorem bona conversationis et sancte operationis, *fuge*, idest mili contemplationis dulcedinem subtrahe, ut possim commodius instructioni et informationi Iudaorum vacare: tameu uolo quod hoc sit perpetuo, sed sollem ad tempus. Et ideo ait: *Et assimilare coprea*, videndo meos defectus, et quam sis mihi in contemplatione necessarius. *Assimilare etiam humulo cercorum*, ut ad me agiliter per contemplationem redeas, teque mili cum delectabili contemplatione infundas. Quod in præsenti vita secundum statum viatorum, et in futura per apertam visionem comprehensorum, dignetur Christus operari in nobis: qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia sæcula sæculorum. Amen.*

<sup>1</sup> AL: « continuabitur. »

<sup>2</sup> AL: omittitur: « gratam. »

<sup>3</sup> AL: « auxilio. » — <sup>4</sup> AL: « cedere. »

# IN ISAIAM PROPHETAM EXPOSITIO



## PRO O E M I U M S . T H O M A E

Scribe visum, et explana eum super tabulas, ut per-  
currat qui legerit eum: quia adhuc risus procul,  
et apparetur in fineum. Habac. n. 2, 3.

Ex verbis istis tria possunt accipi circa librum Isaiae prophetam, quem præ manus habemus: scilicet auctor, modus et materia. Circa primum tria ponuntur: scilicet auctor, auctoris minister, et ministri officium, sive donum. Auctor ostenditur in dicentis imperio: unde præmittitur: *Et respondit mihi Dominus, et dixit; Scribe visum.* Auctor enim Scripturae saerae Spiritus sanctus est. Infra xlvi: *Nunc misit me Dominus, et Spiritus ejus. Spiritus enim est qui loquitur mysteria,* sicut dicitur I Cor. xiv, 2. Minister ostenditur in scribentibus actu: dicit enim, *Scribe.* Fuit autem lingua prophetæ organum Spiritus sancti, sicut in Psal. xliiv, 2. dicitur: *Lingua mea calamus scriba, velociter scribentis.* I Cor. iii, 5: *Quid igitur est Apollo? Quid vero Paulus? Ministri ejus cui credidistis.* Officium vero ministri ostenditur in visionis privilegio: dicit enim, *Visum.* Qui enim hodie dicitur Propheta, olim vocabatur Videns, sicut I Reg. ix, 9 dicitur. Et Numer. xii, 6, dicitur: *Si quis fuerit inter eos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel par somnum loquar ad illum.* Sic igitur patet auctor; sed modus ostenditur in hoc quod sequitur, *Et explana:* modus euim istius prophetiae planus est et apertus. Unde, ut dicitur in *Prologo Hieronymi* non videatur vaticinari de futuris, sed magis de

\* *Spiritu autem loquitur*

præteritis historiam texere. Et circa hoc tria ponuntur: scilicet visionis explanationis ratio et utilitas consequens. Primum ostenditur in hoc quod dicitur, *Explana eum.* Explanatur autem ab eo visus, sive visio, tribus modis. Primo per similitudinis adaptationem; secundo per sententiae expressionem; tertio per verborum venustatem. Et in his tribus iste propheta alios prophetas excellit.<sup>2</sup> Ponit enim pulchras et curiales similitudines, quæ quidem sunt necessaria nobis, propter conaturalitatem sensus ad rationem: est enim naturale rationi nostrae accipere a sensibilibus: unde perspicacius capit ea quorum similia ad propositum videt. Unde Dionysius in *Epistola ad Titum secunda* demonstrat, quod necessarie sint sensibiles figurae in Scripturis, dicens: *Quicumque plana cum audierint, in seipsis componunt figuram quamdam ad intellectum Theologie ipsos manuducentem.* Et Osee xii, 10: *In manibus prophetarum assimilatus sum.* Excusat etiam in expressione sententiae, ut videatur non prophetam, sed Evangelium texere, ut dicitur in *Prologo galateo.* Prover. xv, 2: *Lingua sapientium ornat scientiam.* Sed explanationis tangitur consequenter ratio, cum dicit, *Super tabulas.* Sunt enim tabulae lapidei cordis, et sunt tabulae mollis et carnei cordis. II Cor. iii, 2: *Epistola nos-*

<sup>1</sup> Al.: « minister. »

<sup>2</sup> Al.: « alios excellit. »

*tra eos estis scripta non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Prima tabula: legis scripta fuerunt dixito Dei, sicut dicitur Exo. xxxi. Et ideo Scriptura est profunda et obscura, et plena multis mysteriis. Unde oportuit superscribi illis tabulis dixito hominis planam prophetiam, ad explanandum. Infra ix: *Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis.* Sed secundis tabulis, scilicet cordibus lapideis, superscribi oportuit plane ad confutandum. Matth. xv, 7: *Bene prophetavit de vobis Isaías dicens: Populus hic tabis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Sed tertiiis tabulis, scilicet cordibus carnalibus, oportuit plane superscribi ad istruendum. II Esdræ viii, 8: *Signate in libro Dei distincte et aperte ad intelligendum.* Et sequitur: *Et intellexerunt cum legeretur.* Utilitas autem explanationis ostenditur in hoc quod sequitur, *Ut percurrat.* Percurrere enim est expedite in finem currendo devenire. Est autem finis triplex; scilicet finis legis, finis preecepti et finis vitae. *Finis legis Christus est ad justitiam omni credenti;* sicut dicitur ad Rom. x, 4. *Finis preecepti caritas est:* I ad Timoth. i, 3: *Finis vitae mors est.* *Statutum est hominibus semel mori:* Hebr. ix, 27. Dicit ergo: *Ut percurrat qui legerit;* ac si dicat: Ut qui legerit, sine impedimento dubitationis percurrat credendo Christum, credens anet, et in amore perseveret. Materia tangitur in hoc quod sequitur: *Quia adhuc risus procul.* Et est principaliter materia lugens libri apparatio filii Dei: unde in Ecclesia tempore Adventus legitur. Est autem triplex apparatio filii Dei. Prima qua apparet in carne homo factus. Ad Titum iii, 4: *Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri Dei.* Secunda qua apparet per fidem a mundo creditus. Ad Titum iii, 4: *Apparuit gratia Salvatoris nostri Dei omniibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et sceleraria desideria, sobrie et justo et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei.* Tertia qua app-

parebit per spem in glorificatione. I Joan. iii, 2: *Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.* Et iste apparitiones sunt materia istius libri. Unde in Prologo dicitur, quia omnis cura ejus est de adventu Christi, et vocacione gentium. Sed certe iste qui postea sic visus est, adhuc suis temporibus procul erat. Siquidem procul, quia excelsus in majestatis aequalitate. Job xxxvi, 26. *Unusquisque intuetur procul. Ecce Deus Magnus circumscientiam nostram.* Erat etiam procul, quia absconditus in præsunctione Patris. Eph. iii, 9: *Quia sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo.* Erat etiam procul, quia dilatus in expectatione patrum. Hebr. xi, 13. *Justa fidem defuncti sunt omnes isti non acceptis recompensationibus, sed a longe ras aspirientes.* Sed quod erat longe, factum est prope, quia excelsum factum est infirmum. *Verbum enim caro factum est:* Joan. i, 14. Quod erat absconditum, factum est publicum, quia unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit; Ibidem. Quod erat dilatum, incepit esse jam a sanctis possessionum in gloria. Matth. xxv, 34: *Venite benedicti Patris nři, percipite regnum • possidete quod robis paratum est ab origine mundi.* Sic igitur poterat dicere: *Adhuc risus procul apparebit in finem.* Fuit enim prima apparitio in fine legis: quia *ubi eruit plenitudo temporis, nāsit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege;* ad Galat. iv, 4. Secunda autem fuit in fine idolatriæ. Infra 19: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingreditur Egyptum, et morebuntur simulacra Egyp̄tū a furie ejus.* Sed tertia erit in fine omnis misericordie, quia *absterget Deus unum laevigatum ab oculis sanctorum, et non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque labor, sed neque ullus dolor, quoniam priora transierunt:* Apoc. xxi, 4, 5. Et haec sunt ultima de quibus Eccl. xlviij, 27 dicitur de Isaia: *Spiritu magno ridit ultima, et consolatus est lugentes Sion usque in sempiternum: ostendit futura et abscondita antequam evenirent.*

\* Al. : a justi, n.

\* Al. : e in fine omnis misericordie, quia absterget Deus ab oculis sanctorum etc. \*

## PROLOGUS B. HIERONYMI PRESBYTERI IN ISAIAM

Nomo cum prophetas versibus viderit esse descripsos, metro eos astinet apud Hebreos ligari, et aliquid simile habere de Psalmis, vel operibus Salomonis; sed quod in Demosthene et Tullio solet fieri, ut percola scribantur et commata, qui utique prosa, et non versibus conscriperunt. Nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam, novo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaiā sciendum, quod in sermone suo discutit sit, quippe ut vir nobilis et urbane elegantiā, nec habens quicquam in eloquio rusticitatē admixtum. Unde accedit ut praeter ceteris forem sermonis ejus translatio non poterit conservare. Deinde etiam hoc adjiciendum: quod non tam propheta dicendus sit, quam Evangelista: ita enim universa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Unde coniectio noluisse tunc temporis septuaginta interpres, fidei sue sacramenta perspicere ethnici proderet, ne sanctum canibus, et margaritas porci darent; que cum hanc editionem legeritis, ab illis animadverteritis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere, nec facile quenquam posse judicare de interpretatione, nisi intellexerit ante quae legerit. Nos quoque patere

morsibus plurimorum, qui stimulante invidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo et prudens in Iannam mitto manum, et militonius hoc a fastidiosis lectoribus precor quomodo Greci post septuaginta translatores Aquilam, Symmachum, et Theodosiū legunt, vel ob studium doctrinae sue, vel ut septuaginta magis ex collatione eorum intelligant; sic et isti saltem unum post priores habere dignuerint interpretem. Legant prius et postea despiciant; ne videantur non ex odio presumptione ignorata daunare. Prophetavit autem Isaías in Jerusalem et in Iudea, nec dum decem tribibus in captivitatem ductis, ac de utroque regno, nunc commixtum, nunc separatum texti oracula. Et eum interdum ad presentem respiciat historiam, et post Babyloniam captivitatem, reditum populi signified in Judeam, tamen omnis ejus cura de vocazione gentium, et de adventu Christi est. Quem quanto plus amat, o Paula et Eustochium, tanto magis ab eo petite, ut pro oblatione presenti, qua me iudicenter amuli laniant, ipse nulli incredem restitut in futuro qui scit me ob hoc in peregrine lingue eruditioe sundasse, ne Judæi de falsitate Scripturarum Ecclesiæ ejus diu tuis insultarent.

## IN HUNC PROLOGUM EXPOSITIO S. THOMÆ

Iuic autem opere premitit Hieronymus prologum, in quo tria facit. Primo ostendit modum dicendi; secundo modum prophetandi, ibi, *Deinde<sup>1</sup> et hoc adjiciendum*; tertio modum tractandi, ibi, *Prophetavit autem*. Modum dicendi ostendit circa ornatum prolocutoris ex duobus. Primo ex ordine verborum; secundo ex elegantia verborum, ibi, *Ac primum de Isaiā sciendum*. Circa primum tria facit. Primo removet ordinem a quibusdam estimatum, scilicet metrum; secundo demonstrat ordinem a propheta servatum, ibi, *Sed quod in Demosthene et Tullio solet fieri*; tertio ostendit cumdem modum se esse in sua translatione imitatum, ibi, *Nos quoque utilitati legentium providentes. Versibus*, idest brevibus clausulis, *descriptos*, idest distinctos, *metro ligari*. Metrum græce, mensura di-

citur latine: unde illud dicitur metrice describi ubi servatur certa mensura pedum, syllabarum, et temporum; a qua lege prophetæ soluti sunt. *Et aliquid habere de Psalmis*, idest eis simile, *vel operibus Salomonis*, quantum ad finem Proverbiorum, et in Canticis canicularum; et *Demosthene*, græco, *Tullio*, latino, oratoribus, qui prosa scripserunt per cola et comata. Tres sunt distinctiones in scriptis: coma, colus et periodus, ad similitudinem corporis humani, in quo sunt distinctiones quædam in partibus unius membra; sicut sunt articuli, et distincta membra, sicut manus et pedes et iterum totum corpus. Prima distinctioni respondet distinctio quæ sit per comata, quia coma, idem est quod incisio vel divisio; secunda respondeat illa quæ est percola, quia colon interpretatur membrum; sed

<sup>1</sup> Al. : e dictum. \*

ad tertiam<sup>1</sup> respondet periodus : periodus enim dicitur circulatio a *peri*, quod est circum, et *odos*, quod est via. Sola autem linea circuli completa est, sicut probat Philosophus. Sumuntur autem ista distinctiones in Scripturis tripliciter. Primo, secundum Isidorum, in versibus, coma est quando post duos pedes sequitur una syllaba, quae est pars alterius pedis, quia tunc deciditur pes unus, sicut ibi : *Gloria, laus, et honor. In hymno Dominicæ in Psalmis. Cola*, quando accipiuntur duo pedes sine syllaba sequente, ut carmina dulcia. Sed periodus, quando tota sententia metrica traducta compleatur. Secundo modo, in prosa, secundum Isidorum et Tullium, coma est, quando, imperfectæ orationes pausatim proferuntur, ut infra I : *Vx genit peccatri, populo gravi iniquitate, filii scleratis*; et dicitur subdistinctio. Cola, quando perfectæ orationes cum pauca proferuntur, quamvis perfecta non sit sententia ; et dicitur distinctio, ut illud ibidem<sup>2</sup> : *Dere liquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, alienati sunt retrorsum. Periodus, quando ex pluribus orationibus constat perfecta sententia. Tertio modo sumuntur coma a Rabano pro capitulo uno, super illud<sup>3</sup> Isai. xvi, 6 : Audierimus superbiam Moab*; ubi dicit In superiori provocavit ad pornitentiam ; idest in superiori capitulo. Sed secundo modo accipitur hic. *Noram*, idest a nobis primo editam de hebreo in latinum novo genere servato, modo qui apud Hebreos est, per colu et comata, qui in aliis translationibus non servabatur. *Ac primum de Isaia*: Hie ostendit modum dicendi quantum ad elegantiam verborum : et circa hoc tria facit. Primo ponit modum ; secundo assignat rationem ex conditione dicentis, ibi, *Quippe ut cir nobilis et urbaux elegantiæ*; tertio concludit exensionem defectus in sua translatione a tali modo, ibi, *Unde accidit. Disertus*, idest eruditus in eloquentia appareat, *nobilis*, genere, quia fuit avus maternus vel affinis Manasse regis Juda, sicut dicitur in historia iv Reg. xix. *Unde accidit. Quæ*

pulchre dicuntur in una lingua, non so-  
nant pulchre translati in aliam ; et ideo  
quanto ipse præ ceteris prophetis pul-  
chriori eloquio usus est, tanto magis  
translatio a pulchritudine ipsius deficit.  
*Florem*, idest dulcedinem et ornatum.  
*Deinde etiam hoc adjiciendum*. Ostendit  
modum prophetandi apertum et expres-  
sum : et circa hoc tria facit. Primo os-  
tendit modum prophetandi qui dictus  
est ; secundo ex modo concludit rationem  
defectus in antiqua translatione septua-  
ginta, ibi, *Unde conjicio* : tertio excludit  
contradictionem a mulorum, ibi, *Nec  
ignoro quanti laboris sit prophetas intel-  
ligere. Non tam propheta*, quasi verita-  
tem sub enigmate obscurans, *mysteria* ;  
idest secreta, a *mystis*, quod est secre-  
tum, ut incarnationem : infra x : *Filius  
datus est nobis*; passionem : infra xii.  
*Tanquam oris ad occisionem duxerit, et  
sicut agnus coram tondente se obmutes-  
ceret* : et multa alia. *Ad liquidum*, idest  
expresse. *Pubes*, idest putare possis  
proper expressionem facti, non quan-  
tum ad modum qui magis exprimi potest  
de præteritis quam de futuris : unde in  
hoc superat Evangelista prophetam. *Con-  
jicio*, idest sub quadam conjecturatione  
existimo, *ethnicis* idest gentilibus, ab  
*Ethnan*, quod est gens. *Margaritus*,  
Matth. vii, 6 : *Nequi mittatis margaritas  
ante porcos. Abscondita*, occultata. Unde  
tria facit. Primo ponit defectum ; secundo  
rationem defecti, ibi, *sancutum* ; tertio  
probat per suam conditionem, ibi, *Quæ  
cum hanc. Abscondita*, idest secreta. *Nec  
ignoro*, hie refellit contradicendum fal-  
sum iudicium, secundo convincit eos per  
exemplum, ibi, *Et nihilominus hoc a  
fastidiosis lectoribus precor* ; tertio os-  
tendit eis ordinem rectum, ibi, *Leyant prius  
et postea despiciant*. Circa primum tria  
facit. Primo ostendit causam falsi iudicij  
ex parte intedictus, ignorantium ; secun-  
do ex parte affectus, invidiam, ibi, *Nos  
quaque potere mortibus plumarum* ;  
tertio concludit suam inter contradictiones  
constantiam, ibi, *Sciens erquet pru-  
dens in flammum mitto manum. Nec*

<sup>1</sup> AL. : « totum. »

<sup>2</sup> AL. : « eodem. »

<sup>3</sup> Form. : « jerem. xviii. »

<sup>4</sup> AL. : « tanquam. » — <sup>5</sup> AL. : « inc. »

*ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere.* Psal. xvii : *Tenebrosa aqua in uibibus aris*<sup>1</sup>.

Contra. Supra dixit, *Ad liquidum*, id est expresse, hunc dicere Christi mysteria.

Respondeo. Verum est quantum ad quaedam principaliora.

*Morsibus*, id est detractoribus. *In flammam mitto manum*, id est expono me periculo. Et alludit proverbio vulgaris, quod habet ortum ex hoc quod Scavola manum qua scribam interfecit, cre-

dens Porsennam regem interficere<sup>2</sup>, misit in ignem, dicens : *Pereat manus quae hoc seculis operata est. Ob studium, id est exercitium scientiae. Prophetavit.* Ille ponit modum tractandi : et circa hoc tria facit. Primo tangit tractatus ordinem, quantum ad tempus, ad materiam et modum simul; secundo tangit intentionem, ibi, *Cum interdum ad presentem respiciat historia*; tertio ex intentione concludit orationis petitionem, ibi, *Quem quanto plus amatis, Paula et Eustochium, tanto plus ab eo petite etc.*



## ISAIÆ PROPHETÆ

### CAPUT PRIMUM

1. Visio Isaiae filii Amos, quam vidit super Judam et Jerusalem, in diebus Ozir. Joathan, Achaz et Ezechie regum Iuda.

2. Audite cœli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutrivi et exaltavi; ipsi autem spreverunt me. Cognovit hos possessorem sum, et asinus præsepe domini sui : Israel autem me non cognovit, et populus mens non intellexit. Vie genti peccatri, populo gravi iniquitate, semini nequam, filii seeleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abhiebati sunt retrorsum. Super quo percutient vos ultra, adlentes prævaricationem? Omne capit languidum et omne cor moerens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Vultus et fīor et plaga tunens non est circumligata, nec curata medicamine, neque succensu igni. Terra vestra deserta, civitates vestrae succensae igni. Regionem vestram eorum vobis alieni devorant ; et desolabunt sicut in vastitate hostili. Et derelinquent filia Sion ut umbraculum in vinea, et sicut tugurium in cucumerario, sicut civitas quæ vastatur. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorra similes essemus.

3. Audite verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei vestri, populus Gomorrah. Quo mihi multitudinem victimarum vestram? dicit Dominus. Plenus sum. Holocaustum arictum et adipem pinguisum et sauginem vitulorum et agnorum et hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quesivit hæc de manibus vestris, ut ambularetis in atris meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra : incensum abominationis est mihi.

4. Neomeniam et sabbatum et festivitates alias

non feram. Iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras et solemnitates vestras odiliv anima mea. Facta sunt mihi molesta. Laboravi sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis orationem, non exaudim. Manus enim vestre sanguine plena sunt. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum, ab oculis meis : Quiescite agere perverse, discite bene facere, quarite iudicium, subveniente oppresso, judicate pupillo, defendite viduam, et venite et arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nisi dealbantur : et si fierint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis, me, bona terra comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis; gladios deorvalbit vos, quia nos Domini locutus est.

5. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicij? Justitia habitavit in ea, nunc autem homicida. Argumentum tuum versus est in scoriam vimnum tunu mixtum est aqua : principes tui infideles, socii furum : omnes diligunt numerā, sequuntur retributions. Pupillo non iudicant, et causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum, fortis Israel : Hæc, ego consolabor super hostibus meis, et vindicabo de iniurias meis. Et convertam manum meam ad te, et excusquam ad purum scoriam tuum et auferam omnem stannum tuum, et restituam judices tuos ut fuerint prius, et consiliarios tuos sicut antiquitus. Post haec vocaberis civitas justi, urbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in justitia. Et conteret scelos et peccatores simul : et qui dereliquerunt Dominum consumentur : confundentur enim ab idolis quibus sacrificaverunt. Et erubescetis super horris quos elegeratis, cum fueritis

<sup>1</sup> Al. : « ibi, Sciens ergo quanti laboris etc. quanti laboris. » Psal. xvii : « Tenebrosa etc. »

<sup>2</sup> Al. : « manum qua Etilium interfecit, credens Sillam interficere. »

velut querens defluentibus foliis, et velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra ut favilla stupet, et opus vestrum quasi scintilla; et succendor utrumque simul, et non erit qui extinguat.

1. Iste liber dividitur in duas partes, in proemium et tractatum. Secunda incipit, ibi, *Audite coeli, auribus percipe terra*. Proemium indicitur quasi titulus, ad manifestatiouem sequentis operis. Manifestatur autem ex quatuor. Primo ex operis genere; secundo ex auctore, ibi, *Isaiae*; tertio ex materia, ibi, *Quam redit super Judum et Jerusalem*: quarto ex tempore, ibi, *In diebus Ozir, Jodhan, Achaz et Ezechiae regum Iudee*. Genus operis ostenditur in hoc quod dicit, *Visio*; in quo differt a libris historialibus, quia propheta est. Osee xii, 10: *Ego visiones multiplicavi eis*. Et sequitur: *In manibus prophetarum assimilatus sum*. Hic oportet tria videre. Primo qualiter se habeat *visio ad prophetiam*: secundo de modo *prophetaliu[m] visionum*; tertio de differentia propheticæ visionis ad alias *visiones*. Circa primum sciendum est, quod propheta potest habere duplēam interpretationem, secundum quod potest venire a *phanos*, quod est apparitio, vel a *for faris*. Secundum primam derivationem dicitur propheta habens apparitionem de his quae procul sunt; et secundum hoc propheta differt a visione in modo; quia apparitio dicit relationem visibilis ad videntem, sed visio e contrario. Iterum se habent ex additione: quia visio est de quibuscumque, sed propheta de his quae procul sunt. Dicuntur autem aliqua esse procul a cognitione nostra dupliciter; simpliciter, et secundum quid. Simpliciter procul sunt futura contingentia ad utrumlibet, quorum non potest alieni determinata cognitio nec in se nec in suis causis provenire; et de his propheta proprie est<sup>1</sup>. Secundum quid procul sunt quorum cognitio diffingit a cognoscente, sicut quedam praeterita et quedam praesentia; et de his non est propheta simpliciter, sed quo ad nescientes. Sed secundum secundam derivationem dicitur propheta quasi procul fans. Et sic propheta addit supra visio

nem actum exterioris denuntiationis, et visio erit materialis respectu prophetie. Circa secundum sciendum est, quod modi prophetaliu[m] visionum distinguuntur secundum ea in quibus accipitur scientia futuri contingentis. Illud autem est aut species facta in sensu, et dicitur visio corporalis, quia sensus accipit species presentibus corporibus quorum sunt: aut est species recepta in imaginatione, et dicitur visio spiritualis, quia primo manifestatur in ipsa actus et proprietatis spiritualiter, quae est cognoscere rem abstractam a materia; aut est species existens tantum in intellectu, et dicitur visio intellectualis. Et est sciendum, quod propheta salvatur in istis tribus sicut totum potentiale in suis partibus: cuius natura est quod secundum perfectam suam virtutem est in uno, et in aliis est quedam participatio et quidam motus illius; sicut est in anima, quod ejus tota virtus salvatur in anima rationali; et sensitiva non habet perfectam animæ virtutem, et adhuc minus anima vegetabilis. Propter quod dicit Gregorius, quod plantæ non vivunt per animam, sed per vigorem. Similiter etiam et corporalis visio et spiritualis vel imaginaria est aliquid propheticæ; sed non possunt dici vere propheticæ, nisi addatur visio intellectualis, in qua est completa ratio propheticæ. Dan. x, 1: *Intelligerat ergo opus est in visione*; unde antecedit: *Intellexerit que seruum*, scilicet Daniel. Visio autem primo et proprie dicitur de visione corporali. Et quia omnis nostra cognitio est a sensibus<sup>2</sup>, inter quos visus potior est et subtilitate et universalitate, quia plures rerum differentias ostendit; ideo transferitur nomen visiva cognitionis ad alias cognitiones interiores. Circa tertium sciendum, quod non qualibet visio intellectualis est visio prophetalis: est enim quedam visio ad quam sufficit lumen naturalis intellectus, sicut est contemplatio invisibilium per principia rationis: et in hac contemplatione ponent philosophi summant felicitatem hominis. Est iterum quedam contemplatio ad quam elevatur homo per lumen fidei sufficiens<sup>3</sup>, sicut

<sup>1</sup> Al. : « propheta est »

<sup>2</sup> Al. : « ovis, » — <sup>3</sup> Al. : « sensu »

— Ali. : « sufficiente »

sanctorum in via. Est etiam quedam beatorum in patria ad quam elevatur intellectus per lumen glorie, videns Deum per essentiam, in quantum est objectum beatitudinis; et hoc plene et perfecte non est nisi in patria: sed quandoque ad ipsam raptum elevatur aliquis etiam existens in hac mortali vita sicut fuit in raptu Pauli. II Cor. xii, 2: *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque ad tertium celum.* Hibi dicit *Glossa*, quod vidit sicut illi qui sunt de tertia hierarchia. Nulla autem istarum est visio prophetalis, quia ad ipsam nec lumen naturale nec lumen fidei sufficit; sed elevatur ad ipsam intellectus prophetæ per lumen gratiae gratis data; quod est dominum prophetæ: neque enim attingit ad videndum Deum prout est objectum beatitudinis, sed prout est ratio eorum quae pertinent ad dispositionem hominum in mundo. Similiter non omnis visio corporalis, vel imaginaria dicitur prophetica, sed illa tantum quæ fit per speciem specialiter divina virtute ad hoc ordinatam, ut sit in signum alienus futuri, sive videns sive alio modo intelligentiam<sup>1</sup> accipiat. Auctor tangitur in hoc quod dicit, *Esaie filii Amos.* Et quanvis iste Amos fuerit propheta, quia ponitur in titulo prophetæ, secundum regulas Hebraeorum; non tamen est ille qui est de numero XII prophetarum; quia alias elementis apud Hebreos ulerque describitur. Materia tangitur in hoc quod dicit, *Quam vidit super Judam et Jerusalem*, quia de his quæ pertinent ad Judam et Jersalem, ut ly super accipiatur pro de secundum translationem Symmachii, vel pro, idest contra, secundum Septuaginta: ut Juda sumatur pro terra duarum tribuum, et Jersalem pro Metropoli illius regionis. Vel Juda pro sorte Iuda, et Jersalem pro sorte Benjamin, quia in sorte illius erat quantum ad corpus civitatis, quod erat in planicie; quanvis quantum ad verticem montis, in quo erat turris David et templum, pertineret

<sup>2</sup> ad dominum Dei, sicut potest III Reg. xii. haberi. In diebus. Hic notificatur opus ex tempore; et ponuntur quatuor reges, quo tempore Isaie prophetiam hanc edidit: unde quidam dividunt hunc librum secundum tempora regum sub quibus revelationem accepit. Ut in prima parte ponantur ea quæ visa sunt tempore Oziae; in secunda ea quæ visa sunt tempore Joathan, in vi cap.: In anno quo mortuus est Ozias<sup>3</sup> et inde usque ad finem xiv ubi dienuntur ea quæ sunt visa tempore Achaz<sup>4</sup> Sed quare non facit mentionem de regibus Israel, sicut Osee in suo titulo facit mentionem de Jeroboam filio Joas, cum fuerint contemporanei?

Ad quod dicitur, quod iste prophetavit contra duas tribus principaliter; et ideo eorum reges tantum in titulo habet; sed ille contra utrosque.

Hem queritur quare non fit mentio de Manasse rege Juda, sub quo etiam prophetavit, cum constet cum non amisisse spiritum prophetice.

Ad quod dicendum, quod omnia quæ in hoc libro scripta sunt, temporibus prophetarum videntur. Sed non erat deceus ut propheta qui principaliter consolacionis est, in communione terminaretur; aut quod tempore mali regis, qui iram Dei provocabat, Dei consolatio prædicaretur. Jer xv, 4: *Dabo eos in' fuorem univer- sis regnis terra.*

2. Hic incipit tractatus istius libri: unde accipetur divisio secundum exigentiam materiae. Dictum est autem, quod principaliter intentio ejus est circa adventum Christi, et gentium vocacionem. Constat autem quod *universæ viæ Domini misericordia et veritas*; ut dicitur in Psalm. xxiv, 10. Unde Christo nato dictum est a Simeone, Luc. ii, 34: *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel.* Et intrantibus gentibus dictum est ab Apostolo. Rom. xi, 25: *Cxcitas et parte contingit<sup>5</sup> in Israël, donec plenitudo gentium subintraret.* Dividitur ergo iste liber in duas partes. In prima ponitur comminatio divinae justitiae ad excidium peccatorum; in se-

<sup>1</sup> Al. : « intelligentiam. »

<sup>2</sup> Al. : « pertinenter. » — <sup>3</sup> Al. : « Achaz. »

<sup>4</sup> Al. : « Ozias. » — <sup>5</sup> Al. : « constat quod. »

<sup>6</sup> Al. : « contingit. »

cunda consolatio divinae misericordiae ad resurrectionem justorum,<sup>1</sup> cap. xi, ibi, *Consolamini*. Prima in tres, Cum enim principaliter super Judam et Ierusalem loquatur; in prima parte comminatur dinabns tribibus peccantibus; in secunda aliis eas persecutibus, vi cap., *Et factum est in diebus Achaz filii Joathan filii Oziae regis Iudei, ascendit Iusin Rex Syriae, et Phacee filius Romelie rex Israel in Ierusalem ad praelium contra eam Hac dicit Dominus Deus: Non stabit, et non erit istud.* In tertia liberal ab hostibus imminentibus, xxxii cap., *Ecce in justitia regnabit Rex.* Prima dividitur in duas. In prima reprobatur culpam, et comminatur ponam corrigentem; in secunda comminatur ponam condemnantem incorrigibiles, vi cap.: *In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem supersolium excelsum et elevatum.* Prima divititur in duas. In prima arguit de culpa ex parte aversionis, in secunda ex parte conversionis, ii cap., ibi, *Verbum quod vidit Isaia filius Amos super Iudam et Ierusalem.* Prima in duas. In prima arguit in eis peccatum aversionis a cultu Dei; in secunda a justitia proximi, ibi, *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicij?* Prima in tres. In prima increpat culpam; in secunda pro culpa comminatur ponam, ibi, *Terra restrra de serua, civitates vestrae sueris igni, regionem vestram coram vobis alieni decovrant; et desolabitur sicut in vastitate hostili.* In tertia querit penas medelam, ibi, *Audite verbum Domini, principes Sodomorum.* Prima in tres. In prima querit iudicij testem: in secunda arguit peccati deformitatem, ibi, *Filios enutriri; ipsi autem spreverunt me;* in tertia ostendit peccantium incorrigibilitatem, ibi, *Super quo percuntiam vos ultra, addentes prevaricationem?* Requirit autem creaturam in testem in judicium peccati, quaet etiam fuerat testis in obligatione praecepti. *Audite cordi, et auribus percipe terra.* Deut. xxxii, 1. *Audite cordi quor loquor.* Funer enim creatura testis obligationis ad praeceptum. Deuteron. xxxii. Nunc autem invocatur ut arbiter transgressionis,

Psalm. xlix, 4: *Advocavit cordum desursum, et terram discernere populum ejus.* Sed quandoque vocabitur ut instrumentum divinae ultionis. Sapient. xvi, 24: *Creaturae creatori sui deserviens, execan-<sup>tibi fac- tori</sup> deset in tormentum adversus injitos.*

Sed videtur inconveniens quod terra et / coelum, quae sunt insensibilis creature, vocentur ad audiendum.

Sed dicendum, quod ad ea quae sunt rationalis natura, vocatur insensibilis creatura propter quinque. Primo ad ostendendam divinam potentiam. Job xxxviii, 10: *Conclusi eam terminis.* Et Rom. iv, 17: *Vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt.* Secundo per evidentiam. II Reg. xii, 2: *Ego vero faciam cerbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis.* Et Luc. xix, 40: *Dico vobis, quia si hi<sup>circum-dedi illud</sup> torcuntur, lapides clamabunt.* Tertio ad exaggerandam malitiam. Ier. n, 12: *Obstupescite cordi super hac, et porta eis desolamini vehementer.* Quarto ad magnificandam letitiam Ps. xciv, 11: *Extentur cordi, et erudit terra.* Quinto ad stupendum tristitiam. Osee, iv, 3: *Propter hoc lugabit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea.*

Ac si diceret: Peccatum vestrum est adeo patens quod ab irrationalibus, si fieri posset, convinceretur; et similiter de aliis. Vel est ibi metonymia, ut ponatur coelum pro Angelis, et terra pro hominibus. *Cordi*, plurale pro singulari. Vel quia ad litteram sunt plures cordi et unum centrum quod est terra. *Dominus locutus est.* Ipsum loquendum andatis, quo loquente facta<sup>2</sup> estis. Psalm. cxlviii, 3: *Dixit, et facta sunt; ipse mandarit, et creata sunt. Audite cordi, quasi distantes; percipe terra, quasi propinquum. Filios enutriri.* Hie ostendit peccati deformitatem: et circa hoc tria facit. Primo ostendit contemptum in affectu: secundo ignorantiam in intellectu, ibi, *Cognovit hos possessorem suum;* tertio aversionem in operis effectu, ibi, *Vx genti peccatri etc.* Et servatur hic ordo, ut ex contemptu aggravetur ignorantia, idest non ignorantia excusat contemptum. Contemptum aggravat per beneficium

*impensum* : unde circa primum duo facit. Primo commemorat beneficium ; secundo ingratitudinis vitium, ibi *Ipsi autem spreverunt me*. Pouit autem triplex beneficium. Primum est filialis adoptionis, cum dicit, *Filius*. Exod. iv, 22 : *Filius primogenitus mens Israel*. Secundum solicita educationis, ibi, *Emutrixi*. Sap. xvi, 20 : *Angelorum resca nutriti populum tuum*. Tertium singularis exaltationis, ibi, *Et exaltavi*. Sap. xi, 9 : *Ostendens per situm quo tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, et adversarios eorum necures*. Primum quantum ad patrum assumptionem et exaltationem ; secundum in filiorum libertatem ; tertium in hostium subjagationem. *Ipsi autem spreverunt me*. Jer. iii, 20 : *Quomodo si contemnatur mulier amatorem suum, sic contemptis me dominus Israel*. Ignorantiam autem aggravat per brutorum exemplum : unde circa hoc duo facit. Primo inducit cognitionem brutorum ; secundo ignorantiam peccatorum, ibi, *Israel autem me non cognovit*. *Cognovit bos possessorem suum, et asinus prasepe domini sui*, quadam consuetudine beneficii. *Israel autem*. Arguit in eis duplicem ignorantiam ; scilicet praeipientis, cum dicit, *Non cognovit me*, contra id quod dixerat, *Possessorem suum* ; et contra rationem nominis ; *Israel* : Israel enim, videns Deum, interpretatur. Joan. xvi, 3 : *Non noverunt Patrem, neque me*. Et ignorantiam legis : *Et populus meus non intellexit* ; contra id quod dixerat, *Prasepe*, et quod dixerat, *Populus*, qui legislatoris praeceps subiectitur. Oseea viii, 12 : *Scribam eis multiplices leges meas, quae velut alienigenas computatae sunt*. Effectum autem operis aggravat per confirmatum usum : unde primo ostendit confirmationem ; secundo eorum aversionem, ibi, *Derelinquerunt Dominum*. Confirmationem ostendit primo per peccati consuetudinem, que inducit habitum : unde dicit, *Vxgenti peccatri*. Sic enim est peccator ex habitu sicut cantor ex arte, vel officio, Infra xlviij : *Transgressor ex ventre vocavi te*. Secundo per peccati promptitudinem, que est quasi quedam gravitas in peccante. Gregorius : « Peccatum quod per penitentiam non dilinitur, mox

suo pondere ad aliud trahit. » Psal. xiii, 3 : *Veloci pedes eorum ad effundendum sanguinem*. Tertio ex peccati successione : quia peccata patrum imitantes, quasi ex propagatione habent : unde dicit, *Semini negum*, idest pessimorum, secundum aliam translationem. Ps. cv, 6 : *Peccacimus cum patribus nostris, iniuste regimus, iniuriam fecimus*. Quarto quantum ad peccatorum magnitudinem, cum dicit, *Filiis seclerotis*. Ezech. xxu, 9 : *Viri detractores fuerunt in te, ad effundendum sanguinem, scelus operatus sunt in medio tui*. Infra lvi : *Nunguid non vos filii scelesti, semen mendax?* Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem ? Hie ostendit peccati incorrigibilitatem, removens triplicem correctionis modum. Primo illum qui est per divinum flagellum, dicens, *Super quo*, idest ad quid, *addentes*, ut scilicet unde corrigo inde addatis peccata ? Jer. u, 30 : *Frusta percussi filios vestros : disciplinam non receperunt*. Secundo illum qui est per proximi consilium vel auxilium, cum dicit, *Omne caput languidum* : quia nullus est idonens ad succurrendum alteri propter propriam infirmitatem. Et hoc ostendit quantum ad personam regis vel principis, dicens : *Omne caput languidum*. I Reg. xv, 47 : *Nonne cum parvulus essem in oculis tuis caput in tribibus Israel factus es?* Quantum ad personam sacerdotis, *Omne cor mœrens* : cor enim primo recipit vitam ab anima et transfundit in corpus, quasi medium inter animam et corpus ; ita sacerdos est medius inter Deum et populum. Exod. xviii, 19 : *Tu eris eis in his que ad Deum pertinent*. Quantum ad personam privati hominis, cum dicit : *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas*. Infra lvi : *Omnes in viam suam declinaverunt unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad norissimum*. Et notandum, quod inidoneitas regis ostenditur in languore, quia subvenire non poterat puniendo per potentiam. Eccli. vn, 6 : *Noli querere fieri iudez, nisi virtute valeas irrumpere iniuriam*. Sacerdos autem inidoneitas ostenditur in mœrore, per quem sit inidoneus ad sacrificia, quibus expiat peccata. Lev.

x, 19 : *Quomodo potui comedere eum, aut placere Domino in coraminiis mente lugubri?* Psal. xcix, 2 : *Introite in conspectu ejus in exultatione.* Privatus poterat corrigerem per exemplum ; et<sup>1</sup> ideo ostenditur inidoneus per peccatum, quod designatur in privatione sanitatis : *A planta pedis.* Psal. xiiii, 3 : *Omnis declinaverunt, simul inutiles facti sunt;* scilicet ad corrigendum. Tertio, ibi, *Vulnus et livor,* removet modum qui est per humandum studium, sicut quando aliquis disponit ad gratiam, quae delet peccata, per bona opera. Unde dicit : *Vulnus, culpa patens, et livor, invidia latens, et plaga tumens, superbia inflans, non est circumligata,* vinclu legis refrahentis. Jer. ii, 20 : *A secundo confregisti jugum meum, rupisti viacula mea, dixisti, Non serviam, quantum ad primum : nec curata medicamine, caritate sanante, quantum ad secundum :* Prov. x, 12 : *Universa delicta operit caritas : nec fata oleo, humilitate leniente.* Judith ix, 16 : *Humillium et mansuetorum tibi semper plarit deprecatione.* Eecil. iii, 20 : *Quanto major es, tanta magis humilia te in omnibus.* Prov. xv, 1 : *Responsio mollis frangit iram.* Jud. ix, 9 : *Numpquid possum deserrere pinguedinem meam, qua dii utuntur et homines?* Terra vestra deserta, cirtutes vestras succensez igni. In hoc communatur poenam : et primo ponit punitionis judicium ; secundo consolationis qualemque solatium ibi, *Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen.* Ponam ponit triplicem. Primo quantum ad destructionem possessionum ; unde dicit, *Terra vestra deserta, quantum ad campestria, que ita inulta erunt sicut desertum.* Infra vii : *Vepres enim et spinarunt in universa terra. Civitates cestre succensez igni,* quantum ad urbana. Amos ii, 3, *Mittam ignem in Iudam, et devorabit ades Jerusaleni.* Jer. iv, 26 : *Asperi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ejus destruetae a facie Domini et a facie furoris ejus.* Secunda pena est quantum ad destructionem terrae nascientium : unde dicit : *Regionem vestram eam nobis alieni derorant, quantum ad*

fructus. Deut. xxviii, 31 : *Devoret fructum juuentum tuorum, ac fruges terre tur, donec interreas. Desolabitur, quantum ad destructionem arborum et vinearum.* Jer. iv, 13 : *Vx nobis, quoniam castati sumus.* Tertio quantum ad captivitatem hominum : unde : *Derelinquetur Filia Sion, idest Jerusalen, vel templum, unde erat custodia totius provinciae, ut solitaria, et ut umbraculum in rinea, post vindemiam.* Infra v : *Vinea enim Domini, domus Israel est, et vir Iuda germen delectabile ejus.* Sicut turgurum in cucumerario, post fructus ultimos collectos, per quos significat patres. Oscae ix, 10 : *Quasi prima poma sievne, in caeruleo vidi patres eorum.* Sicut cirtitas que rastatur, quia metropolis erat Ezech. xxxiii 21 : *Vastata est civitas, ut ille qui venerat de Jerusalem.* Jer. vi, 6 : *Iher est cirtas visitationis : omnis calamita in medio ejus. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen* Hic ponit consulatio ex promissione liberandi seminis. Reliqui autem Dominus eis semen carnis congregatum. Infra xlvi : *Ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te. Semen benedictionis promissum.* Gal. iii, 16 : *Abrahæ dictæ sunt promissiones, et semini ejus.* Semen predicationis diffusum. Infra. xxvii : *Qui regredientur impetu a Sarah, florebunt et germinabit Israh : et suscepient faciem orbis senine. Semen sancctorum novum.* Infra lxi : *Sicut coloni et terra nova, quæ ego facio stare eorum me, sic stabit semen vestrum et non men vestrum, dicit Dominus.*

*Filiis euntrici et exultari, ipsi autem sperverunt me.* Hic notanda sunt tria : scit et nutritionis beneficium, exaltationis privilegium, ingratitudinis contempnum. Nutravit quidem tempore legis, quando adhuc heres parvulus erat, Gal. iv, primo reflecens promissis in patribus. Gal. iii, 16 : *Abrahæ dictæ sunt promissiones.* Secundo gubernans iudicium in legislatoribus Psalm. cxlii, 20 : *Non fecit taliter eum natus, et iudicia sua non manifestavit eis.* Tertio detendens auxiliis in iudicibus, et Regibus, Judith v, 25 :

<sup>1</sup> Ali. : « sed. »

*Deus eorum defendet eos, et erimus in approbrium universa terra.* Quarto erudit monitis in prophetis. Malach. ii, 14 : *Et testificatus est Dominus inter te et uxorem pubertatis tuarum.* Quinto correxit flagellis in hostibus. II Mach. vi, 13 : *Etenim non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultimes adhibere, magis beneficii est indicium.* Sed exaltavit tempore gratie primo secundum carnis assumptionem. Hebr. ii, 16 : *Nasquam Angelos apprehendit; sed semen Abrahæ apprehendit.* Secundo per personalem prædicationem. Matth. xv, 24 : *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Tertio per suam conversationem. Joan. x, 32 : *Multa bona opera operatus sum in vobis: propter quod opus vultis me lapidare?* Quarto per miraculorum operationem. Joan. iv, et Luc. viii, 16 : *Quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitavit plebem suam,* Quinto per discipulorum prædicationem. Psalm. xliiv, 17 : *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues vos principes super omnem terram.* Sed e contrario illi Christum vituperant. Iac. iv, 22 : *Nonne hic est filius Joseph?* Secundo doctrinam improbant. Matth. xxvi et Luc. xxiii, 2 : *A Galilæa usque huc, hunc invenimus subvertentem gentem nostram.* Vitam blasphemant. Matth. ix, 11 : *Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester?* Miracula pervertunt. Matth. ix, 34 : *In principe demoniorum ejicit demonia.* Discipulos occidunt. Matth. x, 16 : *Ecce mitto vos ut oves in medio luporum.*

3. Hic ponitur medicina contra peccatum : et primo convocat ad audiendum ; secundo removet inutile remedium, ibi, *Quo mihi?* tertio adhibetur salubre consilium, ibi, *Lavanini mundi estote.* Convocat autem ad audiendum primo maiores : dicens : *Audite verbum Domini, principes Sodomorum;* secundo minores, ibi, *Populus Gomorrah.*

Sed quare invitat maiores ad audiendum et minores ad percipiendum? Quia

ea que sunt a majoribus audita, facile percipiunt minores.

Item cum relinquat eis semen, quare comparat eos Sodomitis et Gomorhaeis, qui penitus consumpti sunt? Et dicendum, quod quantum ad incorrigibiles comparat propter duo. Primo propter peccati similitudinem : infra u<sup>n</sup> *Et pueris alienis adhæserunt;* et propter publicationem : infra u<sup>m</sup> : *Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt.* Et cum fuerint quinque civitates subversæ, nihilominus præcipue comparat istis, quia sunt præcipuae inter alias. Et propter hoc etiam principes comparat Sodomitis, quia civitas illa metropolis erat, sic ut patet Genes. xiv. Principium autem est andire a Domino verbum suum et populo legem imponere ; et ideo invitat illos ad audiendum verbi, et populum ad receptionem legis. *Quo mihi?* Ille ostendit inutilitatem remedii quod apponebant : et primo quantum ad sacrificiorum oblationes ; secundo quantum ad festorum celebrationes, ibi, *Neomenias vestras et sabbatum et festivitates alias non feram;* tertio quantum ad divinas orationes, ibi, *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis.* Circa primum duo facit. Primo reprobat oblationem de animatis ; secundo de inanimatis, ibi, *Incensum abominationem est mihi.* In sacrificiis autem animalium erat aliquid quod totum cedebat in cultum Dei ; sicut holocaustum, quasi totum incensum, ab olor, quod est totum, et canna, quod est incendium. Unde adeps totus adolebat, ut habetur Levitic. 1, et sanguis totus effundebatur, Levitic. iii<sup>2</sup>. Quædam autem erant que partim cedebat in cultum Dei, partim in usum ministri, sicut hostia pro peccato : nisi quando erat pro peccato sacerdos vel multitudo, Levitic. 4. Quædam autem de quibus cedebat aliquid in cultum Dei, et aliquid in usum ministri, et aliquid cedebat ipsi offerenti, sicut in hostiis pacificis, que pro gratiarum actione offerebantur, vel pro salute, Levitic. vii. Et secundum haec tria

<sup>1</sup> Al. : « justificantes. »

<sup>2</sup> Al. : « Levit. i, adeps, qui totus adolebatur. Levit. iii, et sanguis qui totus effundebatur. »

dividitur in tres partes. Primo reprobatio sacrificia in tria distributa, scilicet pacifica. Et primo ponit reprobationem, dicens, *Quo mihi, idest ad quod mihi offeritis, multitudinem victimarum restram, quasi non mearum?* Et dicuntur victimæ, vel quia animal victimum ad sacerdotem duecatur, vel quia pro victoria habita vel habenda offerebatur. Deinde reprobationis rationem ponit dicens, *Plenus sum : vel propter fastidium, quia non bona : Genes. iv, 5 : Ad Cain mutem et ad murra ejus non resperit ; vel propter dominum : Psalm. xlix, 10 : Mea sunt omnes fræsy sylvarum, jumenta in montibus et boves.* Secundo reprobata quae ex toto erant oblata Deo. Et primo ponit reprobationem illorum trium ; et ponit tantum tria animalia, quia de his siebant tantum sacrificia quae erant de armentis : siebant etiam quadam de avibus turtarum et prællis columbae : sed hoc erat propter defectum paupertatis<sup>1</sup>, sicut patet Levitic. xxv et pluribus aliis locis. Et iterum non erat usus eorum universalis in omnibus, quia non offerebatur ex his hostia pacifica. Deinde ponit reprobationis rationem, ibi, *Cum reuictus ante conspectum meum, quis quasivit haec de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis?* quasi dicat : Plus offenditis me ambulantes in atriis meis pollentes ea, quam holocaustum placeat : unde non accepto hanc communionem. Psalm. xxxix, 7 : *Holocaustum et pro peccato non postulasti.* Jerem. vi, 22 : *Non sunlocutus cum patribus vestris, et non precepisti eis in die qua educi eos de terra Egypti de verba holocaustum et victimarum ; sed hoc precepisti eis, audire vocem meam ; et ero vobis Deus, et vos mihi populus.* Tertio reprobatio en que erant Deo et sacerdoti debita, dicens : *Nr offerratis ultra.* Jerem. xi, 13 : *Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitiæ tuas, in quibus gloriata es?* Et Mich. vi, 6 : *Quid dignum offeram domino?* *Nunquid offeram ei holocausta et ritulos anniversarios?* *Nunquid placari potest in milibus arietum, aut in millibus hircorum?*

*ram pinguium? Incensum?* Hic reprobat oblationes de rebus inanimatis, pro quibus omnibus ponit incensum, eo quod hoc erat inter alia dignissimum, sicut thymiana, Exod. 30, et communius, quantum ad thrys, quod ponebatur et adiungebatur cuiilibet tali oblationi, et totum Deo incendebatur. Infra lxxvi : *Qui recordatur thuris, quasi qui benedic idolum.*

Sed objicitur de hoc quod dicit *Glossa* quod nunquam sacrificia eorum amavit, cum præceperit ea ad hoc quod fierent. Genes. viii, 21 : *Odoratusque est Dominus odorem suavitatis ; et ait ad eum : Nequam ultra maledicunt terræ proper hominum.*

Et dicendum : quod in quolibet sacrificio est aliquid considerandum ex parte offerentis, et aliquid ex parte rei oblatae. Ex parte rei oblatae, sacrificia nostra placent Deo per se, non autem antiquorum sacrificia ; et hoc est quod placitum non fuit<sup>2</sup>. Amatum dicitur per se quod in se habet unde ametur, sicut bonum honestum : quod autem tantum amat per relationem illius ad alterum, non dicitur per se amatum, sicut dicitur secari vel nri amatum, secundum quod est ad finem sanitatis relatum. Nostra autem sacrificia in seipsis continent gratiam sanctificationis, secundum quam sunt Deo accepta : sed illa antiquorum sacramenta erant tantum signa istorum ; et ideo non erant per se amata. Ex parte autem offerentis, et nostra et illorum possunt esse accepta ex devotione offerentis. Potest ergo quæ duplex tempus distinguui. Primum ante legem scriptam et idolatriam ; et tunc placebant antiqua sacrificia facta a sanctis patribus et propter devotionem offerentis et propter significacionem rei oblatae. Secundum tempus est sub lege scripta : et tunc interveniente idolatria, additum fuit quiddam propter quod dispicebant, quia non erat dignum<sup>3</sup> quod eodem placaretur Deus et coleretur diabolus : et ex alia parte fuit addita una utilitas ex parte offerentis, ut esset remedium contra idolatriam populo ad hoc prono. Unde

<sup>1</sup> Al. : « defectum vel paupertatem. »

<sup>2</sup> Al. : « quasi. » <sup>3</sup> Al. : « placitum fuit. »

Al. : « erant dogni. »

etiam de sacrificiis nihil praeceptum est ante fabricationem idoli. Et sic intelligitur auctoritas Jeremie inducta. Tertium tempus fuit sub prophetis, in quo propter peccata populi jam non placabant ex parte offerentis, sed tantum in quaerunt erant signum. Unde secundum hoc non placabant Deum, sed magis offendebant. Quartum tempus est sub gratia, quando jam usus eorum ex toto ahollitus est, quia veniente veritate cessavit figura.

4. Ille removet solemnitatum celebrationes. Et primo, quantum ad futurum, ponit prohibitionis propositum dicens, Neomeniam. Psal. lxxx, 4 : *Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestrae. Sabbatum.* Exod. xx : *Festivitates alias.* Levit. xxiii, 2 : *Hoc sunt feriae Domini, quas vocabitis celeberrimas et sanctissimas. In hiis sunt cunctus vestri.* Infra lviii : Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitos vestros repetitis. Non feram. Secundo quantum ad praesens ponit odium dicens : *Calendas vestras, quod addit supra neomeniam, et solemnitates vestras odivit anima mea.* Unde Psalm. lxxx, 3 : *Sume psalmum, et date tympanum : psalterium jucundum cum cythara. Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestrae.* Thren. ii, 6 : *Oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem et sabbatum, et in opprobrium et in indignationem furoris sui regem et sacerdotem.* Tertio, quantum ad praeteritum, ponit taedium, dicens : *Facta sunt nahi molestia : et ponit gravitatem ponderis : Psal. xxxvii, 5 : Sicut onus grave gravatus sunt super me : secundo laborem portantis : Laboravi sustinens. Infra xlvi : Præbnihi mibi laborem in iniuritatibus tuis.* Et loquitur humano more de Deo : quia homini dicitur esse grave laborare in eo quod non placet sibi. *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis.* Reprobat orationes eorum : et primo ponit reprobationem ; secundo reprobationis rationem, ibi, *Manus enim vestra sanguine plena sunt.* Carea primum duo facit. Primo reprobat quantum ad signum

devotionis, ibi, *Et cum extenderitis.* Thren. iii, 41. *Levemus corda nostra cum manibus in' carum ad Deum.* Et infra lxxv : *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona.* Secundo prolixitatem orationis. Prover. xxvii, 9 : *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Manus enim vestra sanguine plena sunt, quem fudistis.* Psalm. xiii, 3 : *Veloci pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Prover. i, 45 : *Prohibe pedem tuum a semitis eorum : pedes enim illorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem. Lavamini.* Ille ponit salubre consilium ; et circa hoc tria facit. Primo ponit efficax remedium ; secundo remedium effectum, ibi, *Venite, et arguite me, dicit Dominus ; tertio ponam contra contemptum, ibi, Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabitos.*<sup>2</sup> Remedium consistit in duobus : in fuga mali et in sequela boni, ibi, *Discite bene facere. Malum fugatur dupliciter.* Primo per purgationem praeterit ; et quantum ad hoc dicit, *Lavamini, Jer. iv, 14 : Lava a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salva sis.* Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ ? Secundo per cautelam futuri : et hoc fit tripliciter. Primo ut corde mala non cogitet : *Mundi estote.* Proverb. xxii, 11 : *Qui diligit cordis munditiam, propter gloriam labiorum habebit amicum regem.* Secundo ut cogitata opera non impleat. Micheæ u, 1 : *Vx qui cogitatis inutile, et operamini malum in cubilibus vestris : in luce matutina faciunt illud.* Auferte malum, scilicet opus. Tertio ut incepta non perficiat : *Quiescite agere perverse.* Jerem. ii, 25 : *Prohibe pedem tuum a nuditate, et guttur tuum a siti.* Et in eodem capitulo : *Cursor levis explicans vias suas. Discite bene facere.* Ille ponit remedium quantum ad sequelam boni : et primo ponit<sup>1</sup> ut addiscat ; secundo ut opere impleat, ibi, *Subveniente oppresso, judicante pupillo, defendite viduam.* Operatur enim aliquis bonus in ordinando seipsum ; et quantum ad hoc dicit, *Discite bene facere.* Jer. vi, 8 : *Erudire, Jerusalem, ne forte recedat*

<sup>1</sup> Al. : « ad. » — <sup>2</sup> Al. : « quin si volueritis etc. »

<sup>2</sup> Al. : « et ponit. »

*unum mea a te; ne forte ponam te terram desertam et inhabitabilem. In ordine ad proximum; et hoc est quod dicit, Quare judicium. Job xxix, 16: Causam quam ego nesciebam, diligentissime investigabam. Jerem. vi, 16: State super vias, et videte et interrogate de semitis antiquis. Subvenite oppresso. Ille ponit impletio nem operis in subveniendo miseris. Misserum autem facit vel violentia: et quantum ad hoc dicit, Subvenite oppresso: Proverb. xxiv, 11. Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare non cesses: aut atatis ignorantia: Judge pupillo: Eecli. iv, 10: In judicando esto pupillis ut pater: aut sexus impotentia: Defendite viduam. Job xxix, 14: Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi. Et venite. Ille promittit effectum: et circa hoc tria ponuntur. Primo promittentis obligatio, cum dicit, Venite; ac si dicaret: Si facitis quae dico, et non sequatur quod promitto, obligo me quod arguatis me. Hoc plangebat Job ix, 33: Non est quia utrumque possit arguere et ponere manum suam in ambobus. Secundo malorum cessatio: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et promittit specialiter mundationem a peccatis: quia cessante causa, cessat effectus. Duo genera peccati tangit. Primum quod est ex amore incendeo, quod notat in coecino propter intensum ruborem, contra quod ponit candorem nivis frigidae. Job ix, 30: Si lotus fuero quasi aquis nivis et fulserint velut mundissima manus mea; tamen sordibus intinges me, et ahominabuntur me vestimenta mea. Secundum quod est peccatum ex timore mortificante, quod notatur in vermiculo, cuius color accedit ad albedinem: Et si fuerint rubra quasi verruirus; contra quod ponit lanam: nuda velut lana alba erunt. Ezech.: In multitudine diversarum opum in lanis optimi coloris. Dan. vi, 9: Vestimentum ejus sicut nix candidum, et capilli ejus quasi lana munda. Tertio ponitur bonorum restitutio: Si volueritis, et auferieritis me, bona terra comedetis. Psalm. xxvi, 13: Credo videre bona Da-*

mini in terra videntium. Comedetis. Infra lxvi: Ecce servi mei comedent, et vos esurietis. Quod si volueritis. Ponit ponam contemptus. Et primo ponit contemptum, dicens. Quod si volueritis, et me ad iracundiam provocaveritis. Zach. viii, 14: Cogitavi ut affligerem eos, cum ad iracundiam me provocarent patres: vestri. Secundo communatur vindictae gladium; Gladius devorabit vos. Ezech. v, 12: Gladium evaginabo post eos, et complebo furorem nuum; et quiescere faciam indignationem meam in eis. Tertio ostendit esse immutabile, iudicium: Quia os Domini locutum est. Numer. xxiii, 19: Non est Deus ut homo et mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur.  
5. Ille ostendit peccata eorum secundum aversionem a justitia proximi: et circa hoc tria facit. Primo describit culpam; secondo communatur ponam, ibi, Propter hoc dicit Dominus Deus exercituum; tertio pena sequelam, ibi, Et restituam. Circa primum primo arguit peccatum plebis; secundo peccatum sacerdotis, ibi, Argentum tuum versum est in scoriam; tertio peccatum Principum, ibi, Principes tui infideles, socii furum. In plebe duo arguit, aggravans per comparationem ad priorem statum: scilicet venalitatem per comparationem ad priorem fidilitatem: unde dicit: Quonodo facta est meretrix civitas fidelis? Jer. u, 20: Sub omni ligno frondoso et in omni colle sublimi tu prosternebas meretrix: et credulitatem per comparationem ad iustitiam et iudicium, quod est iustitiae executio. Plena iudicii. Justitia habitavit in ea. Psal. xciii, 13: Quiaclusque justitia convertatur in iudicium. Unde dicit: Num autem homicidix. Osee iv, 2: Maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inuidaverunt, et sanguis sanguinem tetigit. Peccatum sacerdotis in duobus arguit: in corruptione veritatis doctrinae: unde dicit: Argentum tuum, versum est in scoriam. Psal. xi, 7: Elequia Domini eloqua casta, argentum tigne examinatum, probatum terre, purgatum septuplum. Jer. v, 31: Prophetae prophetarerunt mendacium: Secundo in re-

missione severitatis discipline, quae significatur in vino : hoc enim est vinnum quod infudit Samaritanus : Luke, x. Unde dicit : *Vinnum tuum mixtum est aqua*. Ezech, xii, 18 : *Vix qui consuant pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universa etatis ad capiendas animas. Principes tui infideles*. Hic arguit peccatum principum : et primo ostendit eos infideles in officii executione, quod ad suam utilitatem et non populi exequuntur. Amos vi, 6 : *Unguentum optimo delibuti, hibentes in phialis vinnum*, Ezech. xxxiv, 2 : *Vix pastoribus Israel, pascebant qui pascunt semetipos. Nomen greges pascuntur a pastoribus?* Et propter hoc dicit, *Infideles*. Secundo ostendit eos transgressores in malefactorum receptione : *Socii furum, eos defendendo et patrocinium praestanto* : Osee vi, 9 : *Quasi fauces virorum lacronum principes sacerdotum*. Proverb. i, 15 : *Fili, ne ambules cum eis*. Tertio ostendit eos corruptos in munerum receptione. Infra v. *Vix qui justificatis impium pro munibibus, et justitiam justi auferitis ab ea*. Unde dicit : *Omnes diligunt munera, recepta, sequuntur retributio[n]es, scilicet promissas vel speratas. Quarto, ostendit eos iniquos in pauperum repulsione. Pupillo non judicant, et causa vidua non ingreditur ad eos*. Jer. v, 28 : *Causam viduar non judicaverunt, causam pupilli non dixerunt. Propter hoc hac dicit Dominus exercituum fortis Israel*. Hic comminatur peccatum : et primo praelatorum ; secundo subditorum, ibi, *Et convertam manum meam ad te*. Circa primum ponit tria. Primo punientis potestatem in auctoritate, dicens, *Dominus*. Malach. i, 6 : *Si ego Dominus, ubi est timor meus? dicit Dominus*. In ministrorum multitudine : *Exeritum*. Job xxv, 3 : *Numquid est numerus militum ejus? In fortitudine, Fortis*. Job ix, 4 : *Sapiens corde est, et fortis robore: quis restitit ei, et pacem habuit?* Secundo ponit punientis voluntatem. *Heu, scilicet eis, consolabor, quia mea consolatio erit punitione eorum*. Infra lxvi : *Dies ultionis in corde meo, annus retributionis mea venit*. Tertio ponit peccatum crudelitatem : *Et vindicabor de iniuris: quia sicut hostes puniam vos*. Dent. xxxii : *Reddam ultio-*

*nem hostibus meis, et his qui oderunt me retraham*. *Et convertam manum meam ad te*. Hic comminatur peccatum subditorum. Et primo ponitur punientis preparatio, ibi, *Et convertam manum meam ad te* puniendum, quam parendo quasi placentem teneram. Job xix, 21 : *Manus Domini tetigit me*. Secundo peccatum perfectio : *Erequa[m], igne tribulationis, ad purum scoriam tuam, quousque aliquid purgandum sit* Matth. v, 26 : *Non eribis inde donec reddas norissimum quadratum*. Tertio peccatum multitudine : *Auserram omne stenatum tuum* : quia pro omni peccato puniam. Infra xl : *Recepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Et restituam judices tuos*. Hic ponit peccatum sequelam : et primo quantum ad correptos, renovationem ; secundo quantum ad obstinatos, consumptionem, ibi, *Et conteret scelestos*. Eodem enim igne ut dicit *Augustinus aurum probatur, et palea fumatur*. Circa primum tria facit. Primo promittit renovationem quantum ad praelatorum emanationem : secundo quantum ad famam restitucionem, ibi, *Post hoc vocaberis* ; tertio quantum ad justitiae observationem, ibi, *Sion in iudicio redimetur*. Dicit ergo : *Restituum judices, quantum ad saeculares principes, quorum est judicare populum, et consiliarios tuos, idest sacerdotes, quorum est consilia Dei manifestare populis*: Malach. ii, 7 : *Labia sacerdotum custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore ejus, quia Angelus Dominus exercituum est* *Ut fuerunt prius, sicut Moyses et Iosue qui Deo placuerunt*. Jerem. iii, 15 : *Dabo vobis pastores iurta cor meum, qui pascent vos scientia et disciplina*. Et vocaberis, idest recuperabis famam, ut dicaris talis qualis ante fueras, *civitas justi, idest in qua servatur justitia*. Infra lxii : *Non vocaberis ultra derelicta, nec vocaberis ultra desolata; sed vocaberis voluntas mea in ea*. *Sion in iudicio*, per executionem justitiae, redimetur, a calumniantibus : et reducent eum in justitiam ; quia iudicium est reducere ad aequalitatem, in qua consistit iustitia. Psal. lxxi, 2 : *Judicare populum tuum in iustitia, et pauperes tuos in iudicio*. Jerem. xxiii, 5 : *Regnabit rex..... et faciet iudicium et iustitiam in terra*. Et

*conteret scelestos.* Hie ponitur obstinato-  
rum destructio : et circa hoc tria facit.  
Primo praedicit destructionem : secundo  
destructionis modum, ibi, *Confundentur  
ruini ab idolis*; tertio auferit evasionis  
spem, ibi, *Et erit fortitudo tua ut facilla  
stupor.* Et quia poena ordinatur contra  
culpam ; ideo circa primum tangit cul-  
pam duplieiter. Ex parte conversionis,  
quantum ad seclusus idolatriae : unde dicit.  
*Scelestos* ; et quantum ad peccatum vol-  
luntatis et luxuriae : unde dicit, *Peccato-  
res* : quia ad talia homines maxime pro-  
ni sunt ; contra quod ordinat ponant  
contritionis in qua notatur poena pro infil-  
tione. Jerem. xvii, 18 : *Duplici contriti-  
o ne contere eos* ; quasi pro duplice pecca-  
to. Secundo ex parte aversionis, quia de-  
reliquerunt Domum ; contra quod ordi-  
nat penam consumptionis, dicens, *Con-  
sumentur* ; in quo designat penam deser-  
tionis : quod enim consumuntur, in nihilum  
vadit, et omnia in nihilum deciderent,  
nisi manus Domini ea contineret ; ut dicit  
Gregorius. Jer. xvii, 13 : *Domine, omnes  
qui te derelinquent, confundentur* ; rece-  
dentes a te in terra scribentur : quoniam  
dereleguerunt venam aquarum viventium  
Dominum. *Confundentur ruini ab idolis.*  
Hie ponit modum destructionis : et primo  
quantum ad confusionem peccati ; se-  
condo quantum ad subtractionem boni, ibi,  
*Cum fueritis velut querqus defluenti-  
bus foliis.* Circa primum contra idola-  
triam ordinat confusionem, dicens : *Con-  
fundentur ab idolis*, idest propter idola.  
Psalm. xcvi, 7 : *Confundantur omnes qui  
adorant sculptilia* : contra voluntatem  
erubescientiam, cum dicit : *Erahesceatis*

*super hortis quos elegeras, luxurie ves-  
trae.* Rom. vi, 21 : *Quam fructum habui-  
tis in illis in quibus nunc erubescitis?*  
Confusio enim magis respicit malum :  
sed erubescientia culpam. Peccata enim  
carnalia, ut dicit Gregorius, sunt minoris  
culpe et majoris intamia. Et ratio est,  
quia sunt secundum potentias ignobilior-  
es, et maxime materiales ; et tamen sunt  
imatas et connaturales et passimiles. *Cum  
fueritis.* Hie ponitur subtractione boni : et  
primo ejus quod ad protectionem et orna-  
tum spectat ; quod significatur in oblatio-  
ne filiorum ; secundo ejus quod pertinet  
ad fructum, ibi, *Velut hortus absque aqua.*  
Et contra dicitur de viro justo, Psalm. i,  
3 : *Erit tamquam lignum quod plantatum  
est securus decursus aquarum.* Et erit.  
Hie auferit eis evasionis spem : et ponit  
tria. Primo auferit ab eis propria fortitudi-  
nis firmamentum : unde dicit : *Erit  
fortitudo vestra ut farilla stupor.* que cito  
consumuntur. Eccl. xxi, 10 : *Stupa colle-  
ta synagoga peccantium.* Secundo idolo-  
rum auxilium, dicens : *Opus restrum,*  
scilicet idolorum, quod manus vestrae  
operate sunt, *quasi sciutilla*, que nullus  
momenti est. Deuter. xxxii, 37 : *Qui sunt  
dii eorum, in quibus habebant fiduciam?*  
Et tamen comburitur : unde sequitur. *Et  
succendetur.* Infra t. : *Anhilate in lumine  
ignis restri.* Tertio hominum succensum :  
*Et non erit qui extinguit.* Ezech. xx, 47 :  
*Non extinguetur flamma succensionis, et  
comburetur in ea omnis facies ab austro  
usque ad aquilonem : et ridebit omnis ca-  
ro quia ego Dominus succendi ram : nec  
extinguetur.*

thesaurorum ejus : et repleta est terra ejus epius, et immemorabiles quadrigae ejus ; et repleta est terra ejus adolis. Opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt duci coram. Et incurvavit se homo et humiliatus est vir.

3. Ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, et abscondere in fossa humo a facie timoris domini et gloriae majestatis ejus. Oculi sublinei hominis humiliati sunt, et incurvabitur altitudo viorum. Exaltabatur autem dominus solus in die illa : quia dies dominii exercitum super omnem superbum et excelsum, et super omnem arroganterum, et humiliabitur, et super omnes cedros libani sublinei et errecti, et super omnes querentes basam, et super omnes montes excelsos, et super omnes colles elevatos, et super omnem turrem excelsam, et super omnem murum munitionis, et super omnes naves. Tharsis, et super omne quod visu pulchrum est. Et incurvabitur omnis sublineatus hominum, et humiliabitur altitudo viorum ; et elevabitur dominus solus in die illa ; et idola penitus conterentur. Et introibunt in speluncas petrarum et in voragine terrae a facie formidinis domini, et a gloria majestatis ejus, cum surrexerit perentere terram. In die illa projectet homo idola argenti sui, et simulacra auri sui quae fecerat sibi, ut adoraret talpas et vespertiliores. Et ingredietur scissura petram et in cavernis saxorum a facie formidinis domini, et a gloria majestatis ejus, cum surrexerit perentere terram. Quiescere ergo ab homine cuius spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est ipse.

4. Ille increpatur culpa eorum ex parte conversionis ; et dividitur in partes tres. In prima arguit eos pro culpa quam commitebant in cultura idolorum ; in secunda pro illa quam commitebant in oppressione hominum : III cap., ibi, *Ecce enim dominator dominus exercitum auferet ab Ierusalem et a Iuda validum et fortis* ; in tercia pro culpa quam commitebant in abuso rerum : cap. 5 : *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineae sue*. Prima dividitur in duas. In titulum et tractatum. Secunda ibi, *Et erit in novissimis diebus preparatus mons dominus domini in vertice montium*. Et ponit *Verbum* in principio capituli : quia specialiter de incarnatione Verbo propheta est. Amos III, 7 : *Non faciet dominus verbum, nisi revelaverit secretum suum ad seruos suos prophetas*. Et erit. Ille exequitur intentum. Et dividitur in partes tres. In prima promittit salutis remedium, ne gravitas sequentis culpe in desperationem inducat ; in secunda ostendit culpe reatum, ibi, *Proiecisti enim populum tuum domum Jacob* ; in tertia comminatur poena fla-

\* facit

gellum, ibi<sup>1</sup> *ergo dimittas eis*. Circa primum tria ponuntur. Primo salutis preparatio ; secundo gentium conversio, ibi, *Et fluent ad eum omnes gentes* ; tertio Iudeorum in fine vocatio, ibi, *Domus Jacob, venite*. Circa primum tria ponuntur. Primo salutis tempus : unde dicit, *Et erit*. Et copulat ad precedentem prophetiam, vel ad illud quod a domino audivit ; sicut dicit Gregorius super principium Ezechielis. *In novissimis diebus preparabitur mons dominus domini in vertice montium* ; idest in tempore gratiae, quod dicitur novissimum, quia non sucedet alia religionis observatio. Matth. ult, 20 : *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*. Genes. xlix, 1 : *Congregamini filii Israel, ut annuntiem vobis quae virtute sunt vobis in novissimis diebus*.

Sed videtur quod a principio humani generis debuerit ista salus preparari quae est per incarnationem filii Dei : quia quanto morbo per medicinam citius subvenitur, facilius curatur.

Ad quod dicendum, quod medicina debet offerri secundum conditionem morbi. Et quia peccatum hominis fuit per superbiam, qua precepta Dei contempnit ; oportuit quod ad salutis medicinam percienda prepararetur per humilitatem, ut cognosceret infirmitatem suarum viorum : quia nec lege<sup>2</sup> naturali nec lege<sup>3</sup> scripta adjutus poterat sibi providere ; et sic tanto humilius et ardentius medicinam quereret, quanto in se auxilium sibi non inveniebat.

Secundo salvantis virtus, cum dicitur, *Mons dominus domini*, in quo domus homini est fundata. Ezech. *Dimisit me super montem excelsum*. Tertio salvantis gradus : *In vertice montium*, idest majorum, *Et elevabitur super colles*, idest super minores principes. Infra in : *Ecce intelliget seruos meos, exaltabitur et elevabitur, et sublinis erit valde*. *Et fluent ad eum omnes gentes*. Ille ponitur gentium conversio : et circa hoc tria ponit. Primo ipsam conversionem ; secundo declarat conversionis ordinem, ibi, *Et ibunt populi* ; tertio promittit conversionis pacem, ibi, *Et*

<sup>1</sup> AL. : « sic. »

<sup>2</sup> AL. : « in lege. » — <sup>3</sup> AL. : « in lege. »

*judicabit gentes.* Dicit ergo quantum ad primum : *Et fluunt, in quo notatur multitudo et festinatio, omnes gentes, id est de gentibus omnibus aliqui.* Jerem. xxxi, 9 : *Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, et non impingent in ea.* Ordo conversionis fuit quod per vocacionem eorum qui fuerunt ex Iudeis, gentes conversae sunt. Et ideo tria circa secundum ponit. Primo vocantes, secundo vocacionem, ibi, *Venite, ascendamus ad montem Domini; tertio ordinis rationem, ibi, Quia de Sion exhibet lex.* Dicit ergo : *Populi,* id est qui ex Iudeis, multi, non omnes : in quo notatum paucitas Iudeorum conversorum respectu multitudo gentium : *ibunt, passibus fidei credentes, et dicent.* II Corinth. iv, 43 : *Et nos credimus, propter quod et loquimur. Venite.* Hie ponitur vocatio. Vocatur autem tripliciter. Ad fideli eminentiam : unde dicit : *Venite, per consensum, ascendamus per fidem in montem Domini,* id est ad Christum, et *ad dominum Dei Jacob,* id est Ecclesiam. Jerem. xxxi, 6 : *Surgite et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum : quia haec dicit Dominus : Erubitate in latitudine Jacob.* Secundo ad doctrinam, cum dicit : *Docebit nos vias suas,* id est precepta quibus ad ipsum itur. Cant. viii, 2 : *Ibi me docebis, et dabo tibi porulum ex vino condito, et mustum malorum granularum meorum.* Tertio ad obedientiam consiliorum.<sup>1</sup> *Et ambulabimus, post eum, in semitis ejus.* Jerem. vi, 16 : *Interrogate de semitis antiquis quare sit via bona et ambulate iera.* *Quia de Sion.* Hie ponit ordinis rationem, dicens : *Quia de Sion, non de monte Sina, exhibet lex, spiritualiter intellecta, et verbum Domini, id est Evangelium, de Jerusalem propter contemplationem pacis :* *Salu ejus ex Iudeis est.* Joan. iv, 22. Et infra xxix : *Qui egrediuntur impetu a Jacob, florebunt, et germinabit Israel.*

2. Hie promittit conversis pacem, et circa hoc tria facit. Primo ponit pacis effectuum ; secundo pacis signum : *Et conflabunt gladios suos in conores, et laneras suos in falces ;* tertio pacis fructum :

*Nou lecabit gens.* Effectum pacis est regis judicium : et ideo primo dicit : *Judicabit gentes,* dando eis iura, et *arguet populos,* corrigendo peccata. Infra ii : *Judicabit in justitia pauperes, et arguet in aequitate pro mansuetis terre.* *Signum pacis* est quod instrumenta belli vertantur<sup>2</sup> in cultum agri : unde dicit : *Et conflabunt gladios suos in conores.* Psal. xlvi, 10 : *Accum conferet et, confringet arva.* *Fugitus* est in amotione hostium : unde dicit : *Nou lecabit gens contra gentem gladiis.* Infra xxvi : *Vetus error abiit, sercabis pacem, pacem, quia in te speravimus.*

Sed contra, quia postea fuerunt multa bella.

*Glossa* respondet, quod nou fuerunt tam magna sicut ante. Unde in tempore antichristi quamvis sit futura magna persecutio, tamen habebunt pacem magnam adinvicem, sicut fuit in tempore Diocletiani. Vel melius dicendum, quod referatur ad pacem factam per Christum, que comprobetur in futuro.

*Domus Jacob.* Hie ponitur vocatio Iudaeorum post conversionem gentium factam : vel ex persona prophetæ, vel ex persona gentilium, ut sint in cauda qui fuerunt in capite. Rom. xi, 25 : *Cœxitas ex parte contigit in Israhel donec plenitudo gentium subintraret, et sic omnis Israhel salrus fieret.* *Ambulamus, simul et concorditer, ut sit unus os, Joan. x, 16 : Et fiet unus os, et unus pastor.* In lumine. Joan. xii, 35 : *Ambulabite dum lucem habetis.* *Proiecisti enim populum tuum dominum Jacob.* Hie ostendit eorum reactum : et primo in generali ; secundo in speciali, ibi, *Et angues habuerunt ut Philistium.* Circa primum duo facit. Primo ostendit eorum a Deo elongationem, cum dicit, *Proiecisti enim :* et sic continuat *Glossa* : Merito vocandi sunt, quia proiecisti. Jer. xxii, 28 : *Quare abjecti sunt ipse et semini ejus, et projecti in terram quam ignoraverunt.* Secundo ponit elongationis causam, *quia sedicet repleti sunt, iniquitate, ut olim, in Egypto.* Jerem. xxiii, 10 : *Adulteris repleta est*

<sup>1</sup> Al. omittitur : a consilio.

<sup>2</sup> Al. a vertentur.

<sup>3</sup> Al. a intentione.

*terra*; Non enim est causa elongationis a Deo nisi peccatum. Unde infra lxx : *Pecunia vestra et iniuriae vestre divisierunt inter vos et Deum. Et augures*. Ille ponit culpam in speciali ; et praeceps circa idolatriam, quam arguit in eis tripliciter. Primo quantum ad gentilem conversationem ; secundo quantum ad idolatriae occasionem, ibi, *Repleta est terra argento et auro*; tertio quantum ad cultus observationem, ibi, *Et repleta est terra*. Gentilem conversationem reprehendit in eis in duabus. Primo quantum ad divinos augures, quos habebant : unde dicit : *Augures*, idest pronosticantes de futuris ex voce et garitu avium, *habuerunt ut Philistium*, in quibus maxime haec supersticio vigebat, contra id quod praecepitur Deut. xviii, 9 : *Cave ne imitari velis abominationem gentium illarum*. Et infra statim : *Non inveniet te qui ariolos seiscitetur, et observet somnia atque auguria*.

Sed videtur quod *augurium* non sit peccatum. Aves enim meliorem estimationem habent quam pisces qui sunt magis aquosi ; sed marinarii ex motu quorundam piscium accipiunt conjecturas de tempestate futura : ergo etiam per aves potest aliquid pronosticari de futuris.

Et dicendum, quod Deus providit unicuique rei ea quibus possit conservari in esse, secundum suam naturam capacitem : et ideo homini dedit rationem per quam conferendo potest sibi adiunire remedia contra nociva. Et quia in brutis deficit ratio, ordinavit ut quod ex ratione deficit, natura suppleret ; et ideo talibus data sunt arma et experimenta naturaliter, quae homo per artem sibi acquirit. Similiter creata est eis quaedam vis naturalis estimationis, impellens ea ad operandum opera sua speciei. Unde otius agnuntur quam agant, ut dicit *Damasenus*. Et cum natura inferior reguletur per naturam superiorum et moveatur, relinquitur in ipsis impressiones superiorum motuum fricantum hujusmodi motum per quem moventur ad providendum sibi in necessariis. Et in talibus accipere conjecturam ab avibus, vel avium motibus, vel aliorum animalium, non est peccatum ; sed tantum de his quae habent causam ex libero arbitrio,

trio, quod non operatur necessitate stellarum.

Secondo, quantum ad passiones innaturales, in quibus subjacebant : unde dicit : *Pueris alienis, idest alienigenis, vel a Deo alienis, adultererunt, per turpem abusum*. Rom. i, 27 : *Masculi in masculos turpitudinem operantes*. II Machab. iv, 43, dicitur de hoc vitio : *Erat autem et incrementum quoddam, et profectus gentilis; et alienigenae conversationis, propter impii et non sacerdotis Jasonis nefarium et inauditorum scelus*. *Repleta est*. Ille ponit idolatriæ occasionem, quæ est avaritia. Ephes. v, 5 : *Aut avaritia.... quæ est idolorum servitus*. Primo ergo ostendit avaritiam eorum quantum ad multiplicationem rerum quæ pertinent ad necessitatem vietus, cum dicit, *Repleta est terra* : in quo notatur abundantia rerum ; et non est finis : in quo notatur insatiabilitas avaris, qui non impletur pecunia. Eccli. v, 9 : *Avarus non impletur pecunia; et qui amat divitias, fructum non accipiet ex eis*. Et Osœu ii, 8 : *Dedi eis frumentum et vinum et oleum et argentum multiplicavi eis, et aurum; quæ fecerunt Baal*. Secundo quantum ad res quæ pertinent ad portantis usum, cum dicit, *Repleta*. Psalm. xix, 8 : *Hi in curribus, et hi in equis; nos autem in nomine Dei nostri invocabimus*. *Et repleta est*. Ille arguit in eis idolatriæ cultum ; et arguit hic ex tribus. Primo ex multitudine, cum dicit, *Et repleta est*. Osœu viii, 4 : *Multiplicarit Ephraim altaria ad peccandum*. Jer. n, 20 : *Sub omni ligno frondoso et in omni colle sublimi tu prosternebaris meretriz*. Secundo ex idolorum vilitate : *qua opus manuum suarum, et adhuc plus quod fecerunt digiti eorum*. Psal. cxviii, 4 : *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum*. Tertio ex hominis dignitate : et ideo dicit : *Homo*, qui ad imaginem Dei factus est, *inclinavit se, supponendo se idolis; vir, qui virtuosus videbatur quantum ad acquitatis, humiliatus est*. Psal. xlvi, 13 : *Homo cum in honore esset, non intellecterit; comparatus est juventis insipientibus, et similis factus est illis*. Infra. xliv : *Curvatus est ante illud, et adorat, et dicit, Libera me*.

3. Hie comminatur eis poenam. Et dividitur in duas partes. In prima ostendit eis imminere periculum ; in secunda concludit evasionis remedium, ibi, *Quiescite ergo ab homine*. Ostendit autem eis imminere periculum, removendo tria. Primo presumptionem de divina misericordia ; secundo confidentiam de propria potentia, ibi, *Oculi sublinee hominis humiliati sunt* ; tertio remedium quod relinquebatur in aliorum fiducia, ibi, *In die illa projiciet homo idola argenti sui*. Et quia divina misericordia mensuram non habet, sed semper superexaltat iudicium, ideo non removet eam prædicendo ut de futura, sed imprecando penam ut justam. Duo ergo facit. Primo ponit imprecationem, dicens : Ex quo tam turpia mala faciunt, *ergo ne dimittas eis*; quasi dicat : Justum esset ut in nullo eorum misereris. Jer. v, 9 : *Nunquid super his non visitabo*, dicit Dominus, et super gentem hujusmodi non ulciscetur anima mea ? Secundo ironice ponit consilium ad suasionem, dicens, *Ingredere*; quasi dicat : Ex quo ipse non dimittit, restat ut abscondaris a facie ejus. *Ingredere in petram* : ad litteram, in fixuras petrarum ad ibi manendum : *abscondere in fossa humo*, idest in cavernis terra, a facie timoris Domini, idest a facie illorum per quos Deus se probat fineundum et glorificandum. Jer.: *Relinquitur civitas*. Sed hoc non valebit eis : unde in Psalm. xxxviii, 7 : *Quo ibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam*? Bernardus exponit de Christo. *Petra enim est Christus*; I ad Corinth. x, 4. In ipso est intrandum per devotionis affectum. Dicit ergo : Ego quod mihi deest usurpo de visceribus Iesu Christi. Visera cuim misericordie affluerunt, nec desunt foramina per quae efflant : foderunt enim manus ejus, et pedes ejus perforaverunt. Cant. n, 10 : *Surge, propera amica mea et veni in foraminibus petrae*. Oculi sublinee. Hie removet ab eis confidentiam de propria potentia : et circa hoc duo facit. Primo excludit potentiam resistendi : secundo repellit cautelam latendi, ibi, *Et introibunt in speluncas petrarum*. Circa pri-

num duo facit. Primo ponit intentum ; secundo explicat modum, ibi, *Quia dies Domini exercitum* ; tertio concludit propositum, *Et incurabitur omnis sublimitas hominum*. Ponit autem duo ad excludendum potentiam resistendi. Primo ipsorum depressionem, tum quantum ad superbiam cordis, cum dicit, *Oculi*, idest superbia, *sublineis*, idest hominis potestis, *humiliati*, idest humiliabuntur : praeteritum pro futuro propter certitudinem prophetiae<sup>1</sup> Prov. xxx, 13 : *Generatio cuius oculi ecclesi sunt, et palpebra in alta surrecta*. Job xl, 7 : *Respiciet cunctos superbos, et confundet eos, et conteret impios de loco suo*. Num etiam quantum ad nobilitatem generis : unde dicit, *Altitudo riورum*, idest nobilitas generis. Amos n, 9 : *Ego exterminavi Amorrahum a facie eorum, cuius altitudo ejus*. Secundo ponit punientis exaltationem, *Exaltabitur*, idest altus apparebit in punitione qui infimus<sup>2</sup> videbatur in expectatione. Psal. ix, 17 : *Cognoscetur Dominus iudicia faciens*, tufra. v, *Exaltabitur Dominus exercitum in iudicio*. *Quia dies Domini*. Hie ponitur modus explicationis predictorum : et primo quantum ad depressionem hominum : secundo quantum ad subtractionem rerum, ibi, *Et super omnes etc.* Dicit ergo primo. Ideo erit hoc quod dictum est, *quia dies Domini*, idest ultionis tempus : infra lxxm : *Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meae venit* ; *exercitum* : ut non dubitetur de victoria ejus, cui tanta subiecta obsequentium multitudo : veniet quasi grave pondus ad comprimentum, *super omnem superbum et excelsum* ; idest, super eum qui magis de magnis quae habet extollitur : et *super omnem arrogantem*, qui elevatur de eo quod non habet. Gregorius : « Arrogans est qui sibi tribuit quod non habet. » Prov. viii, 13 : *Arrogantium et superbiam, et riam pruvam, et os biliisque detestor*. Et humiliabitur. Lue. xvi, 18 : *Qui se exaltat humiliabitur*. Et *super omnes credos*. Hie ponit subtractionem rerum que faciunt ad defensionem : et primo quantum ad preparationem machinarum : vel

*confundere...  
contare*

propter altitudinem; et sic dicit, *Super omnes cedros; vel fortitudinem; et sic dicit, Super omnem querum, Zech. xi, 1 : Aperi Libane<sup>1</sup> portas tuas, et comedat ignis cedrus tuus. Et infra : Ululate querens Basan, quia succisus<sup>2</sup> est saltus munitus. Secundo quoad ea qua pertinent ad mutationem locorum : aut a natura : Et super omnes montes excelsos, et super omnes colles elevatos, Ezech. vi, 3 : Hoc dicit Dominus Deus montibus et collibus, rupibus et vallibus: aut ab arte : Et super omnem turrim excelsam : et super omnem murum munitionis. Soph. i, 15 : Dies tubæ et clangoris super civitates munitas, et super angulos excelsos ; et tribulatio homines. Tertio quantum ad ea qua pertinent ad abundantiam victualium ; et sic dicit : Super omnes naves, in quibus deferuntur, Tharsis, idest maris. Infra xxiii : Ululare naves maris, quia vastata est domus unde venire consueverant. Et super omne quod visu pulchrum est. Hoc pertinet ad hostium implacationem, vel augmentationem pugnantum. Judith x, 18 : Quis contemnat populum Hebreorum, qui tam decoras habent mulieres? Et incurvabitur. Hic quasi concludit propositum ; et est omnino idem quod prius dictum est, nisi quod additur de destructione idolorum, ut ostendatur ipse solus excelsus, cum dicit, *Et idola*, Ezech., vi, 6 : Confirmetur et cessabunt idola vestra, et contenterunt delubra vestra. Et introibunt in speluncas petrarum. Hic ponit cautelam latendi, et est idem quod prius ; nisi quod hic praedicatur quasi futurum, quia potentiam<sup>3</sup> dejiciendam prædicendo et non imprecando exposuerat ; Psalm. LXII, 10 : Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.*

In die illa. Ille removet tertium, scilicet idolorum fiduciam. Et primo removet auxilium, Ut adoraret. Ezech. viii, 10 : Et ingressus vidi ; et ecce omnis similitudo reptilium, et animalium abominatio, et universa idola domus Israel depicta. Infra xxxi. In die illa abieciet vir idola urgenti sui, et idola qua fecerunt manus ejus in peccatum. Secundo replicat latendi subsidium, ibi, *Et ingredietur scissuras petrarum*. Apocal. vi, 15 : Omnis servus et liber absconderunt se in speluncis, et in petris montium. Quiescite ergo. Ille ponit simum consilium ad evadendum ; et dicit : Ergo ex quo omnia ista non valebant vobis, quiescite ab homine, idest cessate ab offensa ipsius, scilicet Christi. Cujus spiritus in naribus ejus, idest qui spirat in naribus, idest vivit sicut alii homines quantum ad humanitatem. Quia excelsus reputatus est ipse, quantum ad divinitatem, a sanctis et ab Angelis. Psalm. cxii, 4 : Excelsus super omnes gentes Dominus, et super celos<sup>4</sup> gloria ejus. Vel aliter. Loquitur de Deo ad similitudinem hominis per figuram anthropospathos. Ab homine, idest Deo, cuius spiritu in naribus : loquitur ad similitudinem irati, qui propter multiplicationem spirituum exuffiat per nares : unde dicit Homerus, quod fortes austera virtutem per singulas nares exuffabant. Psalm. xvii, 16 : Ab inspiratione spiritus iræ tuae. Infra xxx : Ardens furor ejus, et gravis ad portandum. Et iterum ibidem Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perlendas gentes in nihilum : et hoc resertur ad primum, in quo removit presumptionem de misericordia Dei : quia excelsus ipse, discretive, quasi solus.

<sup>1</sup> Al. : « habere. »

<sup>2</sup> Al. : « succinctus. »

<sup>3</sup> Al. : « impotentiam. »

<sup>4</sup> Al. : « omnes celos. »

## CAPUT TERTIUM

1. Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet ab Jerusalem et a Iuda validum et fortē: omne robur panis, et omne robur aqua; et fortē, et virum Bellatorem, et judicem, et prophetam, et ariolum, et senem, principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliarium, et sapientem de architectis, et prudentem eloquii mystici. Et dabo pueros Principes eorum, et effeminati dominabuntur eis. Et corrut populus vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum. Tumultudinatur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui, et dicet: Vestimentum tibi est; princeps esto noster: ruina autem hæc sub manu tua. Respondebitque in die illa dicens: Non sum medius, et in domo mea non est panis, neque vestimentum. Nolite constitutre me principem populi.

2. Quil enim Jerusalem et Judas concidit: quia lingua eorum et adiuvantes eorum contra Dominum, ut provocarent oculos maiestatis ejus. Agnitus vultus eorum responderebit eis; et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec abscondebunt. Væ anime eorum, quoniam bene, quoniam fructum adiumentorum suarum comedet. Vie impio in malum. Retributio enim manum ejus fieri ei. Populum meum exactores sui spoliaverunt, et mulieres dominante sunt eis. Popule meus, qui te beatum dicens, ipsi te decipiunt, et vian gressum tuorum dissipant. Stat ad judicandum Dominus, stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum scutis populi sui, et principibus ejus. Vos enim depastis estis vincere meam, et rapina pauperis in domo vestra. Quare afteritis populum meum, et facies pauperum commilitos? dicit Dominus exercituum.

3. Et dixit Dominus Deus: Pro eo quod elevate sunt filiae Sion, et ambulaverunt extento collo, et nutibus oculorum ibant, et plaudebant, et ambulabant, et pedibus suis composite gradu incedebant: decalvabit Dominus verticem illarum Sion, et Dominus eruens eorum undabit. In die illa auferet Dominus ornummentum calceamentorum, et laruas, et torques, et monilia, et armillas, et autres, et discrininalia, et periscelidas, et morenas, et olfectoriala, et inauras, et pallia, et linteum, et aen, et specula, et sindones, et vittas, et theristra. Et erit pro suavi odore fator, et pro zona funicularis, et pro crispani crine calvitudin, et pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, et fortis tui in prolio. Et morebunt atque lugebunt portie ejus; et desolata terra sedebit.

4. Hic incipit secunda pars, in qua arguit peccatum eorum quantum ad oppressionem proximorum; et dividitur in duas partes. In prima ponitur opprimen-

tum confutatio; in secunda oppressorum consolatio. Cap. iv: *Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illa.* Et quia violentum dominium non solum est culpa hominis, sed etiam est pena Dei judicantis peccata populi, sicut dicitur Job xxxiv: *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi:* ideo prima pars dividitur in partes duas. In prima enim prædictur secundum quod est pena a Deo inflata; in secunda arguitur secundum quod est culpa ab homine commissa, ibi, *Popule meus.* Prima dividitur in duas partes. In prima comminatur regiminis subversionem; in secunda assignat rationem, ibi, *Ruit enim Jerusalem.* Prima dividitur in tres. In prima subtrahuntur a regiminis officio<sup>1</sup> idonei; in secunda præficuntur indigui, ibi, *Et dabo pueros principes eorum;* in tercia refutant vocati, ibi, *Respondebitque in die illa.* Prima in duas. In prima subtrahit idoneum a regiminis officio<sup>2</sup>; in secunda utilem ad regentis auxilium, ibi, *Et consiliarium*<sup>3</sup>. Prima dividitur in tres, secundum tria que requiruntur ad idoneitatem prælatorum. Primo enim auferit idoneum quantum ad potestatem; in secunda quantum ad sagacitatem, ibi, *Judicem;* in tercia quantum ad auctoritatem, ibi, *Senem.* Potestas ad regenda bella populi requiritur in due, et valet ad compescendum insolentias: Eeccl. vii, 6: *Noli querere fieri iudicem nisi virtute raleas irrumperem iniquitates;* que in tribus consistit, secundum que dividitur prima pars hujus tertiae partis; scilicet in fortitudine corporis, que consistit in tribus; scilicet in complexionis vigore, et quantum ad hoc dicit: Monet ut quis escatis; cuim, id est quia, ecce, in proximo est, *offerat valorem,* id est bene valentem in complexionis sanitatem. In membrorum robusto: et sic dicit, *For-*

<sup>1</sup> Al.: « regere »

<sup>2</sup> Al.: « ad regiminis officium. »

<sup>3</sup> Al.: « refutentur. »

<sup>4</sup> Al.: « ad regiminis officium. »

<sup>5</sup> Al.: « Consiliarii. » et. »

*tem*, quia fortitudo consistit in ossibus et nervis, ut dicit Philosophus. Iterum in cibi multitudine; et sic dicit, *Omne robur panis etc.*, in quo omnis cibus et potus significatur. Eccl. xxix, 28: *Ultimum vita hominis aqua et panis et vestimentum*. Secundo consistit potestas in constantia cordis; et sic dicit, *Fortem*, secundum quod venit a fortitudine qua est virtus animae. Tertio consistit in exercitio helice artis, et sic dicit, *Virum bellatorem*. Sapientia autem requiritur ad exercendum iudicia; propter quod petiit Salomon sapientiam a Deo. III Reg. m, 9: *Dabis servo tuo cor docile ut possit discernere inter bonum et malum*. Et hoc habetur tripliciter. Vel humana institutione; et quantum ad hoc dicit, *Judicem*, quasi juris peritum: vel divina inspiratione: et quantum ad hoc dicit, *Prophetam*; vel daemonis revelatione; et quantum ad hoc dicit, *Ariolum*, quia in aris daemonum divinabant, et aliquando vera dicebant. Auctoritas necessaria est ad reverentiam; et haec etiam consistit in tribus. In officiis dignitate, et quantum ad hoc dicit, *Principem*, et per hoc omnes alias Principes intelligit, ut dicit *Glossa*: In morum honestate; et propter hoc dicit, *Senem*, scilicet moribus. In vultus maturitate; et propter hoc dicit, *Honorabilem vultu*<sup>1</sup>. Utiles autem sunt aliqui principibus ad regimen populi, vel ad expediendum dubia negotia; et quantum ad hoc dicit, *Consiliarium*; vel ad facienda aedificia; et ideo dicit, *Sapientem de architectis, ab archos*, quod est princeps, et *teeti*, quod est ars, et praecipue mechanicarum. Unde architector dicitur principialis artifex, qui praecepit artificibus inducere formam, et preparare materiam, secundum considerationem finis cuius scientia habet usum per actionem. Sapientia autem, ut dicit Philosophus, est duplex: scilicet universalis et particularis. Particularem definiens dicit, quod est virtus per quam homo potest in ultimo ejusdemque artis, ut medicina: et ob hoc dicitur sapiens medicus qui est certissimus in his quae sunt medicinae: et similiter sapiens faber: et sic de aliis.

<sup>1</sup> Al.: « in vultus maturitate, *Honorabilem*; et propter hoc dicit, *Vultu*. »

Et hoc modo sumnitur hic. Universalis sapientia est quae est ultimum in omnibus artibus et scientiis; et ista est per quam homo elevatur<sup>2</sup> in cognitionem nobilissimorum causarum, idest substantiarum separatarum, vel spiritualium. Et haec, secundum Philosophum, est metaphysica, et secundum nos est theologia. Tertio aliquis necessarius est ad instruendam divina: et quantum ad hoc dicit: *Et prudentem eloquii mystici, a mystim quod est secretum, idest divinorum verborum que secreta sunt. Et de omnibus his habet iv. Reg. penult. 13. quod translati sunt a Nabuchodonosor in Babyloniam, Transtulit quoque Joachim in Babylonem, et matrem regis, et uxores regis, et eunuchos, et judices terrae duxit in captivitatem. Et dabo pueros*. Ille ostendit subversio regiminis quantum ad hoc quod praeſicuntur indigni. Et dividitur in duas partes. In prima ponitur indignorum prelatio; in secunda consequens populi turbatio, ibi, *Et corrut populus vir ad virum*. Sunt autem indigni quantum ad defectum sapientiae et astutiae; et ideo dicit: *Dabo pueros Principes*: et quantum ad defectum virtutis: et sic dicit: *Et effeminati dominabuntur*, idest lascivi et imbecilles. Osea xii, 11: *Dabo tibi regem in furore meo*. Effectus autem regiminis in perturbatione populi tangitur triplex. Primo universalis dis-sensio: unde dicit: *Corruet populus, scilicet ab unitate pacis, per quam est populus, vir ad virum*, idest contra virum. Prov. xi, 14: *Ubi non est gubernator, corrut populus*. Zach. x, 2: *Abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor*. Secundo amicitiae dissolutio: *Unusquisque ad proximum suum*, idest contra proximum suum. Jer, ix, 4: *Omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet*. Tertio ordinis confusio: *Tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem*, Thren. iv, 16: *Facies sacerdotum non erubuerunt, nec senum miserti sunt. Apprehendet*. Ille ostendit subversionem regiminis quantum ad hoc quod invitati ad regendum recusant, quasi quoddam

<sup>2</sup> Al.: « ponitur. »

ruinosum. Et dividitur in partes duas. In prima ponitur eligentium invitatio; in secunda electi recusatio, ibi, *Et respondebit in die illa dicens: Non sum medicus, et in domo mea non est panis neque vestimentum.* Circa primum tria ponuntur: scilicet ipsa electio, electionis occasio, officii immunitatio. Electio est inordinata, quia ab uno tantum; unde dicit: *Tumultuabitur enim: idest quia non convenienter eligent; sed apprehendet vir fratrem suum, idest coniunctum sanguine, domesticum patris sui, idest familiaritate acceptum, quamvis etiam · adificatis vilem.* Mich. iii, 11: *Qui adificant Sion in sanguinibus, et Jerusalem in iniuitate.* Et hoc est contra formam servatam Numer. 1, in electione principum facta precepto Domini, auctoritate praelati, et consensu multitudinis. Sed occasio est viris, quia propter divitias: unde dicit: *Vestimentum tibi est: sperat enim temporalem subventionem;* et hoc est contra formam traditam Exod. xviii, 21: *Provide de omni plebe viros potentes, et timentes Deum, in quibus sit veritas, et qui uaderunt avaritiam; et constitue ex eis tribunos et centuriones qui iudicent populum omni tempore.* Sed injunctio periculosa: unde dicit: *Principes esto noster, ruina autem hac, idest periculum, sub manu tua,* idest sub custodia tua et defensione tua. II Reg. xx, 39: *Custodi vi rum istum, qui si lapsus fuerit erit anima tua pro anima ejus. Respondebit.* Hie ponitur reensatio electi: et primo ponitur<sup>1</sup> rationabilis excusatio; secundo concluditur officii refutatio, ibi, *Nolite constituire me principem populi.* In excusatione pretendit tria: scilicet impotentiam ad repellendum nociva: *Non sum medicus,* scilicet ut possim mederi miseriis vestris. Jer. viii, 22: *Nunquid resinq non est in Galaud, aut medicus non est ibi?* scilicet ad supplendum defectum: et propter hoc dicit: *Et in domo mea non est panis,* quo suppleam defectum famis vestrae. Thren. iv, 4: *Parendi petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.* Ad fovendum vel conservandum nutrimentum; et ideo dicit:

*Nec vestimentum, quo conservatur calor.* Prov. ult, 22: *Non timabit domini sui a frigoribus nivis. Omnes enia domestici ejus vestiti sunt duplicitibus.* *Nolite me constitutere principem populi.* Hie concluditur officii refutatio. Iudicium ix, 9: *Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dii utuantur et homines?* Ubi ponitur triplex ratio: scilicet impedimentum devote contemplationis: dulcis affectionis: infra ibidem: *Nunquid possum deserere dulcedinem meam?* et spiritualis exultationis, ibidem: *Nunquid possum deserere vinum meum, quod letificat Deum et homines, et inter cetera lingua promoveri?*

2. Hie ponit causas dictae renuntiationis: et primo ponit causam proximam, scilicet ponam universalis ruinae: unde dicitur ex parte prophetæ: Ideo recusabit, enim, idest quia, *ruit Jerusalem,* idest ipsa civitas, et *Judas,* ipsa provincia, concidit, per ponam a sua integritate. Infra xxiii: *In captivitatem transduxerunt robustos ejus, suffoderunt domos ejus, posuerunt eam in ruinam.* Secundo ponit causam remotam, scilicet culpam. Et dividitur in partes tres. In prima aggravat culpam: in secunda contra culpam ordinat ponam, ibi, *Fa animar corum, quoniam redditio sunt eis mala;* tertio ostendit punientis justitiam, ibi, *Dicite justo quoniam bene. Peccatum aggravat ex tribus.* Ex peccati specie, quia blasphemant in Deum: unde dicit: Ideo concidit, quia *lingua eorum contra Dominum.* Infra xvii: *Super quem lusistis, super quem dilabistis os, et ejeristis linguam?* Secundo ex peccati noxitate: unde dicit: *Aduentiones eorum contra Dominum.* Osœc. vii, 2. *Nunc circumdederunt eos aduentiones sue, eorum facies mea facta sunt.* Tertio ex peccati publicatione: unde dicit: *Aquinatio rutilus cornu;* et hoc quia peccatum summa a rutilo agnitu aliis fecerunt. *Respondit eis, in peccatum quantum ad gestum.* Et quantum ad peccati commendationem dicit: *Et periculum suum quasi Sudaria predicaverunt.* Jer. iii, 3: *Frons meretrice facta est tibi et noluisti cru-*

bescere. Aliter exponitur in *Glossa*: *Agnitio vultus eorum*, idest cognitio suorum peccatorum, quem in intellectu habebunt, quia in vultu sunt sensus, *respondebitis eis*, querentibus quare puniuntur. Vel aliter. *Agnitio vultus eorum*, idest remorsus conscientiae, *respondebitis eis*, sicut pena. Et mystice hoc referunt ad peccatum quo Christum videntes cognoscere noluerunt, de quo conscientia redargnet eos, secundum quod dicit *Glossa*. Et quia justitia Dei non sint tam gravia mala iniulta, ideo *ex anima eorum*, non solum corpori : *quoniam redditio sunt eis mala*, scilicet in Dei prae-  
scientia : vel praeteritum ponitur pro futuro. Et ne putes ponere omnes involvere, subjungitur Dei justitia in discretione bonorum a malis : et circa hoc duo facit. Primo ponit remunerationem bonorum, dicens, *Dicite iusto, cuicunque, quoniam bene*, erit ei, cum ali. damnabuntur, *quoniam fructum*, idest mercedem, *adinvencionum suarum comedet*, quasi frumentum capiens bonorum excoitalorum. Sunt enim mali sunt solliciti ad inventandum modos quibus peccatur, ita et boni sunt solliciti ut adiuvant qualiter Deo placere possint. 1-Cor. vi, 32 : *Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placent Deo*. Psal. cxxvn, 2 : *Lahores manuum tuarum quia mandubabis, beatus es*. Secundo ponit punitionem malorum, dicens, *Vae impio in malum*, idest<sup>1</sup> pro malo quod sibi imminet. *Retributio manuum ejus fecit ei*. Psal. ix, 17 : *In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Populum meum*. Hie arguitur oppressio populi, secundum quod est peccatum hominis opprimentis. Et dividitur in partes duas. In prima ponitur oppressionis vitium : in secunda reducitur pena judicium, ibi. *Stat ad judicandum Dominus, stat ad judicandos populos*. Tripliciter autem quidam opprimebant populum. Primo opprimebant principes per violentiam rapiendo : et quantum ad hoc dicit : *Populum tuum expoliaverunt, bonis suis*. Ezech. xxu, 29 : *Populi terra calumniabantur calumniam, et rapiebant violen-*

*ter ; egenum et pauperem affligeant*. Secundo mulieres, trahendo ad conuenientiam, et etiam ad idolatriam, sicut de Salomon dicitur III Reg. iii : et quantum ad hoc dicit : *Mulieres eorum dominatae sunt eis*. Eccli. ix, 2 : *\* Ne des mulieri potestatem anime tuae, ne ingrediatur in virtute tua*. Tertio prophetæ decipiendo per astutiam adulatio-  
nis ; et quantum ad hoc dicit, *Popule meus* ; quasi dicit : Per prophetas consueveram vobis loqui : sed quia illi mendaces sunt, per me vobis loquar, ne videatur non deberem credi, quod propheta sit contra prophetam. *Decipiunt*, præbendo occasionem enlpæ. Mich. iii, 5 : *Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, et prædicant pacem*. Jer. xiv, 13 : *Prophetæ dicunt eis : Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis ; pacem veram dabit vobis in loco isto. Stat ad judicandum*. Hic inducitur judicium ad puniendum oppressores : et dividitur in partes duas : et primo ponitur judicium contra oppressores principes ; in secunda contra mulieres, ibi, *Et dicit Dominus*. Pseudo-  
prophetæ ad spoliandum populum decipiabant ; et ideo habent idem judicium cum principibus. Ezech. xm, 19 : *Violabant me ad populum meum, propter pulchrum hordei et fragmen<sup>2</sup> panis*. Circa primum tria facit. Primo inducitur judec<sup>3</sup> : unde dicit, *stat ad judicandum*. Mich. iv, 3 : *Judicabit populos multos* \* inter Dan. vii, 10 : *Judicium sedit, et libri aperti sunt*. Secundo inducuntur rei : unde dicit : *Dominus ad judicandum veniet cum senibus, scilicet sacerdotibus, et principibus, regibus ed ducibus*. Ezech. xxxiv, 22 : *Ego judicabo inter pecus et inter arietem et hircum*. Tertio ponitur causa : et primo inducitur accusatio actoris, cum dicit, *Vos depasti estis* : Mich. iii, 3 : *Comederunt carnem populi mei* : secundo ponitur increpatio judicis, cum dicit : *Quare atteritis, affligendo, et facies pauperum commotitis, attenuando* ! Amos iv, 1 : *Calumniam facitis egenis et*

*confringitis pauperes.* Ipse enim Deus erit auctor et index.

/ Notandum super illo verbo, *Dicite justo quoniam fructum adiumentum suarum comedet*, quod est fructus justi primo quem reddit : et hic est triplex : scilicet fructus sue operationis. Joan. xv, 16 : *Eatis et fructum afferatis, et fructus vester nunciat.* Suae predicationis. Heb. ult. *Offeremus hostiam laudis Deo, id est fructum laborum confidentem nomini ejus.* Seu confessionis. Secundo quem perepit ; et hic est etiam triplex ; scilicet fructus remissionis culpae. Infra xxvii : *Dimitetur domini Jacob iniquitas. Et iste est omnis fructus ut auferatur peccatum ejus.* Participationis gratia. Gal. v, 22 : *Fructus autem spiritus, caritas, gaudium, pax, potentia, etc.* Contemplationis sapientia. Prov. vi, 14 : *Melior est acquisitionis ejus negotiatione auri et argenti, primi et purissimi fructus ejus.* Tertio quem querit. In fruitione Dei. Can. ii, 3 : *Fructus ejus dulcis gutturi meo.* In societate celestis chorii. Ezech. xxxvi, 8 : *Montes Israel ramos vestros germinatis, et fructum vestrum afferatis populo Israel.* In perceptione divine doni. Cant. iv, 13 : *Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus.*

3. Hie ponitur divinum iudicium contra mulieres : et primo aperitur culpa ; secundo praedicitur pena, ibi, *Decalobit Dominus verticem filiarum Sion.* Prima dividitur in duas. In prima arguit eas de superbia ; in secunda de lascivia, ibi, *Et nutibus oculorum ibant.* Circa primum duo facit. In prima arguit superbiam in corde, cum dicit ; *Pro eo quod elevata sunt filia Sion, in superbiam.* Psal. cxxx Domine, non est exaltatum cor meum. Secundo arguit superbiam signum in corpore, *Ambulaverunt extento collo,* quod signum superbiae est. Job xv, 26 : *Cneurit adversus eum erecto collo;* et pinguis cervice armatus est. *Et nutibus.* Hie arguit lasciviam earum in quatuor, quibus homines ad concupiscentiam provocabant. Primo in ipso visu : unde dicit, *Et nutibus.* Proverb. vi, 23 : *Non concupis-*

*cat pulchritudinem ejus cor tuum, ne capias nutibus ejus.* Secundo lusu : ibi, *Et plaudebant. Glotta.* Indendo. Eccl. ix, 4 : *Cum saltuariis ne assiduis si in forte perras in effigie rias.* Tertio in incessu<sup>1</sup> *Et ambulaverunt erecto collo.* Prov. vii, 10 : *Garrula quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedilus suis.* Quarto, lascivo ornatu. *Composito gradu. Glos.* Ornatio de rapina pauperum. Proverb. vii, 10 : *Ecce occurrit illi mulier ornata meretricio preparata ad capiendas animas.* Decalobit *Donum verticem filiarum Sion.* Hie communiciatur penam . et primo quantum ad ablationem ornamentorum ; secundo quantum ad solatium virorum, ibi, *Pulcherriam quoque viri tui gloria cadent.* Circa primum duo facit. Primo afferit ab eis ornamenta que sunt signa ineptie letitiae et lascivie ; in secunda recompensat signa tristitia et misericordie, ibi, *Et erit pro servi odore fator.* Circa primum duo facit. Primo afferit ab eis ornatum naturalem capillorum ; secundo artificialiem, ibi, *In die illa.* Dicit ergo, primo, *Decalobit,* quantum ad capillos veros. Infra xi : *In eunctis capitibus ejus erit valerium.* Nudabit, quantum ad capillos adulteros, qui sunt sicut indumenta. Beut. xxxii, 32 : *De captivitate nudati iniutorum capitibus in die illa.* Hie afferit ab eis ornamenta artificialia ; et primo ea quae pertinent ad ornatum membrorum ; secundo ea quae pertinent ad cultum ornamentorum, ibi, *Acus, et specula, et sinduus, et ritta, et theristra.* Circa primum duo facit. Primo afferit ea quae pertinent ad ornatum partium ; secundo ea quae pertinent ad ornatum totius, ibi, *Et mutatores, et polliti, et liuentina.* Circa primum duo facit. Primo afferit ea quae pertinent ad corporis membra ; secundo ea quae specialiter ad sensus organa, ibi, *Olfactoriola, et menses, et annulos ; et genas in fronte pendentes.* Circa primum due facit. Primo afferit ea quae pertinent ad inferiores partes corporis ; secundo quae specialiter ad membra capitis, ibi, *Et ritta, et theristra.* Dicit ergo primo quantum ad pedes. *Ornamentum oricar, et ante, quae*

<sup>1</sup> AL. : « excessim. »

' gressus

enimque, et specialiter *lambdas*, idest quasdam picturas factas in calecamentis de corio deaurato. Cant. vi, 1 : *Quam pulchri sunt pedes tui in calecamentis, filio principis!* Secundo quantum ad collum, *Torques*, idest quedam ornamenti colli usque ad pectus pendentia in honorem victoriae data. Proverb. i, 9 : *Ut addatur gratia capiti tuo, et torques collo tuo.* Tertio quantum ad pectus dicit, *Monnilia*, qualibet ornamenti, sed specialiter fibulae, quibus innuit pectus, ne vestes aperiantur. Cant. vii, 1 : *Juncturæ femorum tuorum sicut monilia que fabricata sunt manu artificis.* Quare quantum ad brachia dicit, *Armillas*, ornamenti brachiorum ab armo dicta. Exod. xxxii, 22 : *Viri cum mulieribus præbuerunt armillas ad faciendum opus tubernaculi testimonii.* Et *mitras*. Ille ponit ornamenti capitis : et primo quantum ad verticem. *Mitras*, ornamenti capitis ad modum corona. Judith x, 3 : *Imposuit mitram super caput suum, discriminato crine capitis sui.* Secundo quantum ad capillos dicit : *Discriminalia*, instrumenta quedam de argento vel auro in modum acuti fustis facta, quibus mulieres dividunt capillos suos ante frontem, sicut dictum est Judith codem : *Discriminavit erinem capitis sui.* Tertio quantum ad collum tangit duo. Primo *periscelidas*, a *peri*, quod est circum, et *shelon*, quod est membrum, quasi ornatus circa membra. Haymo dicit, quod<sup>1</sup> fit ex auro ad similitudinem armillarum, et ponitur circa collum; *Glossa* dicit, quod super pedes similis armillis. Alii dicunt, quod sunt quidam ornatis positi circa extremitates vestium sicut aurifrigia, vel pelles aliquae, vel aliud hujusmodi. Et hoc potest stare cum utroque predictorum ; quia sic sunt et circa collum, et circa pedes. Vests enim habent talia et in caputis et in fimbriis inferioribus, et sic ornant collum mediate. Numer. xxxi, 5 : *Ob hanc causam offerimus in donarium Domini singuli quod in preda nrae potuimus invenire, periscelides, et armillas, et annulos.* Secundo ponit ornamenti colli immediata, cum dicit, *Murenulas*, scilicet

quædam catena virgulis aureis et argenteis vermiculata in modum murenae, quae ponuntur circa collum. Cant. i, 40 : *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Et quia collum est medium inter caput et corpus, ornatus ejus in utrumque redundat ; et ideo cum utroque ponitur. Et *olfactoriola*. Ille ponuntur ea quæ pertinent ad organa sensus : et primo quantum ad olfactum. *Olfactoriola*, quedam pixides in quibus ponebant museum et hujusmodi, vel etiam quedam vasa, sicut poma de argento facta, perforata ad modum thribuli, in quibus ponitur ignis et aliquid odoriferum. Cant. i, 3 : *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Secundo quantum ad auditum, *Inaures*, idest quidam circuli aurei vel argentei, qui apponuntur in auribus mulierum ad hoc perforatis. Osce II, 13 : *Ornabatur inaure sua et monili suo, et ibat post amatores suos.* Tertio quantum ad tactum, qui maxime viget<sup>2</sup> in digitis. *Annulos*. Num. xxxi, 50 : auctoritate iudicata superius : *Ob hanc causam offerimus annulos, etc.* Quarto quantum ad visum, *Gemmas in fronte*, quibus ornabantur mulieres Ægyptia. Exod. xxv, 7 : *Accipietis lapides onychinos et gemmas ad ornandum ephod ac rationale.* De gustu non faciliter mentionem, quia instrumentum ejus interioris est, non ornatur. Et *mutatoria*. Ille ponit ornamenti pertinentia ad totum corpus ; et primo ad induendum ; et sic dicit, *Mutatoria*, idest diversa vestimentorum paria. Zach. iii, 4 : *Indui te mutatoriis ; et dirit, Ponite cydarim.* Secundo ad operiendum : et sic dicit ; *Pallia*. Gen. At illa tollens cito pallium, coopernit se. Tertio ad jacendum, et sic dicit, *Linteamina*. Joan. xx, 4 : *Venit Petrus, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita.* Et *acus*. Ille ponit ea quæ pertinent ad cultum ornamenti ; et primo ad componendum. *Acus*. Matth. xix, 24 : *Facilis est camelum intrare per foramen acus, quam divitem intrare in regnum Dei.* Secundo ad discernendum, *Et specula*, quibus mulieres discernunt utrum sint bene ornatae. Exod.

<sup>1</sup> Al. : « et quod. »<sup>2</sup> Al. « urget. »

xxxviii, 8 : *Fecit et labrum æneum cum base sua de speculis mulierum, quæ excubabant ante ostium tabernaculi et atrium.* Tertio ad ornamentum operiendum ; et primo ad operiendum humerorum ornamenti, *Et sindones, subtilia velamina quibus operiuntur humeri, sicut fit in Campania a mulieribus.* Proverb. ultim. 24 : *Sindonem fecit et vnde dedit, et cingulum tradidit Chananaeo.* Secundo ad operiendum ornamenti capitis, *Vittas,* idest pepla. Vel melius dicendum, quod dicuntur ligamenta, quibus mulieres ligant capillos suis, ad modum retis facta ; et sic accipitur Exod. : *Colligabisque eam vitta hyacinthina, scilicet laminam de auro purissimo, ubi scriptum erat nomen sanctum Domini.* Tertio ad operiendum totius corporis dicit : *Theristru. Glossa :* Vestis muliebris tenuissima, et visu pervia, astatim idonea, et inde nominatur. Theria enim idest astas. Et præcipue consueverent injusmodi portare mulieres super serica vestimenta Gen. xxxviii, 14 : *Depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum.* De pluribus horum dicitur Ezech. xvi, 10 : *Vestiti te discoloribus, calcavi te hyacinthro, et cinxi te byssu, et indui te subtilibus et dedi armillis in manibus tuis, et torquem circa collum tuum, et dedi iuuares super os tuum, et circulos in auribus tuis, et coronam de coris in capite tuo.* — *Et erit pro zona funiculus, et pro suavi odore fator, et pro crispianti crine calvitium, et pro fasci pectorali cilicium.* Hic sublati ornamenti lasciviae, comminatur cultum miseriae, primo quantum ad id quod est extra, dicit : *Et erit pro suavi odore fator : odor eniū ab extra est.* Joel ii, 20 : *Ascedet fator ejus, et oscendet putredo, quia superbe egit.* Secundo quantum ad id quod est circa, dicit, *Pro zona funiculus.* Job. xii, 18 : *Balteum regum dissulvit, et præcinctus fune renes eorum.* Tertio quantum ad id quod est supra, dicit, *Pro crispianti crine calvitium.* Quarto quantum ad id quod est intra : *Pro fasci pectorali,* quia constringunt ubera, idest comprimitur, ne ex magnitudine sua turpitudinem ingenerant. *Pulcherrimi*

*quoque viri tui gladio cedent.* Hic auferit ei virorum solatum quantum ad quantor. Delectantur mulieres in virorum pulchritudine ; et quantum ad hoc dicit : *Pulcherrimi quoque viri tui gladio cedent.* Thren. iv, 7 : *Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores.* Secundo in fortitudine ; et quantum ad hoc dicit, *Et fortes.* Infra xxiii : *In captivitatem traduxerunt robustos ejus, suffuderunt domos ejus, posuerunt eam in ruinam.* Tertio in dignitate ; et quantum ad hoc dicit : *Et marchant, scilicet interius, et lugubrant scilicet exterius, portæ ejus,* idest judices sedentes in portis. Thren. ii, 9 : \* *Destructa sunt in terra porta ejus; et perdidit et contrivit rectes ejus, regem ejus et principes ejus, in gentibus.* Quartto delectantur in virorum jucunditate ; et quantum ad hoc dicit : *Et desolata in terra sedebit.* Tren. i, 13 : *Posuit me desolatam, tota die mororem confectam.*

Quaritur primo circa hoc capitulum de hoc quod dicit, *Ariolum.* Videtur secundum hoc quod inquire futura ab ariolis sit licitum : auferre enim illicitum non est porna, sed magis beneficium. Præterea idem videtur ex *Glossa*, quia aliquando vera dicunt ; sed a qualibet est accipienda veritas : ergo et ab ipsis. Præterea enim diaboli sunt specula et rixissima secundum intellectum, ut dicit Dionysius, videtur quod in his que pertinent ad cognitionem, ad minus non sit malum accipere ; et ita divinationibus intendere erit licitum ; et præcipue cum nulla cognitione sit malum, et divinatio dicat cognitionem.

Ad quod dicendum est, quod divinatio si : nomine dicit usurpationem actus divini, et hoc præcipue in cognitione futurorum que naturaliter cognosci non possunt. Sunt enim quedam futura quæ habent causas determinatas in natura, ex quibus necessario proveniunt, sicut eclipsis solis ; et de his non est divinatio. Quaedam etiam habent causas determinatas ex quibus proveniunt ut in plutibus, sicut siccitas id aestate sub eame : unde de his non est divinatio. Tales etiam sunt

\* Ali. : « secundum. »

prænóstications medicorum de sanitate vel morte, et nuntiarum de tempestate futura; nisi forte prænuntientur immobili veritate futura, quia hoc solus Dei est. Sunt etiam quedam futura quae non habent causas determinatas in natura, et precipue quae sunt ex libero arbitrio; et hanc præcognitionem nullus habet nisi Deus, cui omnia sunt præsentia, propter stabilitatem suæ aeternitatis, vel aliquis accipiens a Deo. Et si quidem inspiratione divina talia prædicuntur: erit prophetia, non divinatio: si autem per propriam inventionem et deceptionem propter lucrum, sicut faciunt vetus; dicitur divinatio, et est peccatum: tum propter mendacium, quia asserunt incerta pro veris, tum propter deceptionem, tum propter usurpationem divinitatis. Similiter dicitur divinatio si fiant consilio dæmonum qualitercumque; qui quidem possunt aliqua futura prædicere, vel quorum ipsi sunt causa, vel quae ipsi sciunt per revelationem honorum Angelorum, vel præcipient naturali cognitione in his quae habent causas determinatas in natura; latentes tamen nobis, et notas eis, tum propter perspicacitatem intelligentie, tum propter experimentum longi temporis. Et tamen semper est peccatum inquire ab eis, et apostasia a fide, ut dicit *Augustinus*. Et hoc propter tres rationes: primo, quia quamvis vera dicant, tamen semper intentio eorum est ad fallendum; secundo, quia certitudinem cognitionem habere non possunt, nisi de his quae per revelationem sciunt; tertio quia non possumus simul esse participes donorum Dei et diaboli. Et haec inter omnes præcipua est. Et quamvis beneficium simplieriter sit auferre talia; tamen poma est illis qui talia sequuntur, quia est contrarium voluntati eorum.

Deinde queritur de ludis chorealibus, utrum sine peccato exerceri possint, propter illud quod dicit, *Et plaudebant: arguit enim hoc tamquam peccatum.*

Ad quod dicendum, quod ludus secundum se non est malus: aliter in ludis non

esset virtus qua dicitur entrapelia: sed secundum quod ordinatur diverso fine, et vestitur diversis circumstantiis, potest esse actus virtutis et vitii. Quia enim impossibile est semper agere in vita activa et contemplativa: ideo oportet interdum gaudia curis interponere, ne animus nimia severitate frangatur, et ut homo promptius vacet ad opera virtutum. Et si tali fine fiat de ludis cum aliis circumstantiis, erit actus virtutis, et poterit esse meritorius, si gratia informetur. Ista autem circumstantia videntur in ludo chœreali observanda: ut non sit persona indecens, sicut clericus, vel religiosus: ut sit tempore letitiae, ut liberationis gratia, vel in nuptiis, et huiusmodi: ut fiat cum honestis personis, et cum honesto canto; et quod gestus non sint nimis lascivi, et si qua huiusmodi sunt. Si autem fiant ad provocandum lasciviam, et secundum alias circumstantias, constat quod actus vitiosus erit.

Deinde queritur de ornatu mulierum, utrum sit licitum mulieribus ornare se. Et videtur quod non, per hoc quod hic dicitur, et I ad Timoth. ii, 9: *Non in tortis crinibus, aut auro et argento, aut margaritis, vel veste pretiosa; sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.*

Et dicendum, quod ornatus mensurandus est ad modum et mensuram personae et intentionem. Si enim mulieres portent ornamenta decentia, secundum statutum et dignitatem suam; et moderate se habeant in factis suis secundum consuetudinem patriæ: erit actus virtutis modestia, quæ modum ponit in incessu, statu, habitu et omnibus motibus exterioribus: et poterit esse meritorius, si sit cum gratia. Similiter si faciat ut placeat decenter viro suo, quem habet, vel quem accipere debet, et ut ab aliis mulieribus retrahatur. Si autem habeant ornamenta pretiosiora quam deceat ipsas; erit arrogans, vel quid deformatum vitio luxuriae si faciat ad provocandum ad concupiscentiam sui.

## CAPUT QUARTUM

1. Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes : Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur, tantummodo invocetur nomen tuum super nos : aufer opprobrium nostrum.

2. In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria, et fructus terre sublimis, et exultatio his qui salvati fuerint de Israel. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, et residens in Jerusalem, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem; si alberetur Dominus sordens filiorum Sion, et saeculum Jerusalem haverit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris. Et erubet Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubes per diem, et fumum, et splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectionis et tabernaculum erit in umbraculum diei ab astri, et in securitatem et absconzionem a turbine et a pluvia.

1. Postquam arguit calumniam opprimentium in cap. ii et iii, in hoc capitulo Propheta ponit consolationem oppressorum; et dividitur in duas partes. In prima consolatur eos contra oppressionem mulierum: in secunda contra oppressionem tyrannorum, ibi, *In die illa erit germen Domini in magnificentia et gloria.* Solent autem mulieres in tribus moleste esse viris; scilicet in contemptu virorum: et quantum ad hoc dicit: *Et apprehendent septem mulieres:* quod ad litteram exponit *Glossa*, quia potuit esse quod post captivitatem interfectis viris multis, mulieres remanserunt plures, ita quod septem quererent unum virum. *Iufra xiii: Pretiosior erat vir auro, et homo mundo obrizo.* Secundo consueverunt esse molestiae in superfluo vieti et vestitu: et quantum ad hoc dicit: *Panem nostrum comedemus;* quasi dicat: Non oportebit quod det eis expensas. Proverb. xxxi, 14: *Facta est quasi navis insitoris, de longe portans panem suum. Quasivit lanum et linum, et operata est consilio manuum suarum.* Tertio sunt molestie in superbia fasti; et quantum ad hoc dicit: *Tantummodo invocetur nomen tuum super nos,* ut dicamur tue uxores: *aufer opprobrium nostrum,* sterilitatis. Deuteron.

vii, 14: *Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus, quam in lignis tuis.*

Sed ex hoc videtur quod sit licitum habere plures uxores, quia dominus nunquam consolabitur per illicitum. Praeterea, Omne peccatum est innaturale; sed habere unum virum plures uxores est naturale, quia unus potest secundare plures.

Ad quod dicerendum, quod, sicut dicit Philosophus, junctio maris et feminae in hominibus non est tantum propter generationem, sicut in brutis, sed etiam ad commodum vitae: unde maris et feminae sunt diversae operationes, in quibus auxiliatur sibi invicem. Secundum ergo quod aliquid diversimode ordinatur ad hos fines, secundum hoc diversimode dicitur naturale vel innaturale. Id enim quod nullo modo potest stare cum fine dicto, est omnino innaturale, et nunquam potest esse bonum, sicut vitium sodomitum: et sicut hic, quod una mulier habeat plures viros, quia una non secundatur a pluribus: et quantum ad vitam civilem, quia una non regitur a pluribus: sed et contra. Aliquid autem potest se habere ad dictum finem indifferenter quantum in se est: et hoc potest determinari diversis temporibus diversimode, secundum diversos casus, per legos: et erit iustum positivum, sicut de gradibus consanguinitatis. Aliquid autem est per quod aliquis potest consequi finem, tamen est impeditivum unius, ut in pluribus. Et hoc de se est innaturale; sed potest esse licitum secundum despensationem legislatoris attendentis speciales casus: et hujusmodi est quod unus habeat plures: potest enim unus plures regere secundum vitam civilem, et minus plures secundare. Sed tamen aliquod impedimentum praestat generationi, cum oporteat semen viri esse digestum: et hoc non potest fieri in

<sup>1</sup> Al. omittitur: « autem »

<sup>2</sup> Al.: « et hoc quod. »

frequenter coemtibus : propter quod frequenter tales steriles sunt. Et adhuc magis impedit communem vitam : quia perfecta amicitia, qualis est inter virum et mulierem uxorem, propter quam etiam homo patrem et matrem derelinquit (Genes. ii, 19) non potest esse ad multas.

2. Ille promittit exaltationem contra tyrannorum oppressiones : et primo quantum ad prosperitatem in temporalibus : secundo quantum ad sanctitatem in spiritualibus, ibi, *Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion*; tertio quantum ad securitatem ab hostibus, ibi, *Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion*. Promittit autem prosperitatem in tribus. Primo quantum ad honorem hominum, cum dicit, *In die illo*, idest post reditum de captivitate, *erit germen Domini*, idest filii Iuda, de quibus infra v : Viri Iuda germen delectabile ejus; *in magnificencia*, quantum ad magna qua facient, et praecepit tempore Machabaorum, *et gloria*, quantum ad honorem quem recipient. I Machabaorum xv, 32 : *Vidit gloriam Simonis, et claritatem in auro et argento, et apparatum copiosum, et obstupuit*. Secundo quantum ad abundantiam fructuum : *Et fructus terræ sublimis*, idest terra nascientia in abundantia. Amos ult, 13 : *Comprehendet arator messem suum, et calcator uox mittentem semen, et stillabunt mortes dulcedinem*. Psal. lxxxiv, 43 : *Terra nostra dabit fructum suum*. Tertio quantum ad latitudinem cordium, *Et exultatio his qui salvati fuerint*, redenentes de captivitate. Infra li : *Gaudium et latitudo invenietur in ea, gratiarum actio, et vox laudis*. *Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion etc.* Ille promittit sanctitatem in spiritualibus : et circa hoc tria facit. Primo promittit sanctitatis divulgatum nomen quod magis alliebat cupidos gloriae : unde dicit, *Et erit*, hoc quod sequitur, temporibus illis, *Omnis qui relictus fuerit in Sion, in vita, et residuus in Jerusalem, cunctorum voce sanctus vocabitur*. Infra lxi : *Vos sacerdotes. Domini vocabimini, Ministri Dei*

*nostri, dicetur vobis. Infra vi : Semen sautorum erit id quod steterit in ea. Secundo ponit sanctificationis signum : Omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem; idest, omnis cuius vita et generationis processio a parentibus scripta est in annalibus, secundum quod in Esdrae I cap. ii, legitur de quibusdam qui usurpant sibi officium, et non est numerata genealogia eorum. Tertio sanctificationis modum : Si abherit Dominus, idest, si tamen ante abluerit <sup>2</sup> sordes, vitiorum, et sanguinem, prophetarum effusum, *de medio ejus*, non in angulo, in quo notatur publicitas peccati, *in spiritu iudicii*, quantum ad aequitatem penae, *et in spiritu ardoris*, idest tribulationis quantum ad acerbitatem. *Spiritu*, idest vento metaphorice, quo purgatur area. Jer. iv, 11 : *Ventus urens<sup>3</sup> in viis quæ sunt in deserto : viæ fibiæ populi mei ad ventilandum, et ad purgandum.*<sup>4</sup> *Et creavit Dominus super omnem locum montis Sion*. Ille ostendit securitatem ab hostibus, et servat metaphoram : quia enim tribulationem ardori comparaverat, securitatem comparat nubi et tabernaculo, quibus ab ardore defenditur. Et dividitur in duas partes. Primo ponit divinam protectionem sub similitudine nubis ; in secunda sub similitudine tabernaculi, ibi, *Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu*. Circa primum tria facit. Primo ponit protectionis rationem, *Et creavit Dominus*. Jam in sua praesentia vel propter certitudinem prophetia, utitur præterito pro futuro ; et dicit : *Creavit*, quia ex vilissimo statu eos in tantam gloriam promovit, sicut quod creaturæ ex nihilo sit : *Super omnem locum montis Sion*, idest Jerusalem, quæ subiectæ arei Sion, et templo, *ubi invocatus est*. Ecce ratio protectionis : Jer. xiv, 9 : *Tu autem in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos*. Secundo ponitur ipsa protectio, ibi, *Nubem*. Et ponitur secundum comparisonem ad beneficium exhibitum in exitu filiorum Israel de Ægypto : de quo dicitur Exod. xiii, 22 : *Nunquam defuit eis columnæ nubis per diem ; nec columnæ ignis**

<sup>1</sup> Al. : « victorum. »

<sup>2</sup> Al. : « si lauen obtulerit. »

<sup>3</sup> Al. : « vestros. » — <sup>4</sup> Al. : « filii. »

<sup>5</sup> Al. adjungitur : « supple. »

*per noctem coram populo.* Et ideo ponit hic nubem per diem, quantum ad primum, et fumum, quantum ad secundum, propter duplex ignis beneficium; scilicet caloris contra frigus; et quantum ad hoc dicit, *Fumum, in quo notatur flamma, quae est fumus accensus, vel quia est effectus caloris; et splendoris contra tenebras; et quantum ad hoc dicit. Et splendorem.* Infra x : *Et erit humen Israel in igne et sanctus ejus in flamma.* Tertio ponit protectionis magnitudinem, *Super omnem gloriam:* quia protectio qua proteget vos Deus, erit super omnem gloriam prius vobis praestitam quasi excedens eam. Aggai ii, 10 : *Magna erit gloria domus istius novissimæ plusquam prævia.* Et tabernaculum. Hic describit idem beneficium per metaphoram tabernaculi. Unde ponit ea ad quam tabernaclum est utile: protegit enim contra solis astum per umbram; et quantum ad hoc dicit, *In umbraculum duci ab astu,* idest in die; secundo protegit contra tempestatis impetum praebens securitatem; et quantum ad hoc dicit, *Et in securitate a turbine:* turbo euim est ex colluctatione quadam ventorum: tertio protegit contra pluviarum stillicidium per absconcionem; et quantum ad hoc dicit, *Et absconsionem a pluvia.* Et secundum hoc tertio designatur persecutio, secundum sui gradum. Infra xxxii : Erit vir sicut qui absconditur<sup>1</sup> a vento, et celat se a tempestate. *Glossæ autem tangunt duplex mysterium.* Quidam exponunt mulieres pro septem Ecclesiis; et secundum hoc dividitur capitulum in tres partes. Primo ponitur desponsatio; secundo sponsi exaltatio, ibi, *In die illa;* tertio sponsa gubernatio, ibi, *Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion.* Desponsatio autem est per fidem. Oscar ii, 20 : *Sponsabo te mihi in fide.* Unde tria ponit. Primo fidei communicationem, *Apprehendit per fidem, septem mulieres,* septem Ecclesia, de quibus Apoc. i : *Ioaannes septem Ecclesiis quæ sunt in Asia,* gratia vobis et par: in quo omnes continentur secundum regulam tetragrammi et cubi.<sup>2</sup> *Virum uuum,* idest Christum,

Cant. ult. 2 : *Apprehendit te, et ducom in dominum matris meæ, et in cubiculum genetricis meæ.* Secundo propalationem spei, qua est de sacramento sumendo: *Panem nostrum comedimus, corpus Christi nobis datum. Joan. vi. 32 : Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita;* et qua est de dono virtutis percipiendo: *Vestimentis nostris operiemur, idest virtutibus. Ezech. xvi, 10 : Vestiri te discoloribus, et calcare te hyacintho... et induite subtilibus, et ornari te ornamento.* Tertio desiderio sive petitionem *caritatis,* qua est de consecutione Christiani nominis. *Invokeatur tantummodo nomen tuum super nos, ut a Christo dicamur Christiani.* Act. iv, 12 : *Nom est nomen aliud sub caro in quo oporteat nos salvos fieri.* Et de ablitione carminis: *Anfe opprobrium nostrum, quod patimur a Iudeis, qui dicunt nos sine lege. Josue v, 9 : Hodi abstuli opprobrium Egypti a vobis.*  
Nota super illo verbo, *Panem nostrum comedimus,<sup>3</sup>* quod panis, idest corpus Christi, dat culpar veniam. Matth. vi, 11 : *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra.* Dat gratiae vitam. Joan. vi, 52 : *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Confirmat ad pugnam. Psal. ciii, 15 : *Panis cor hominis confirmat.* Confortat ad viam. III Reg. xix, 8 : *Ambularit in fortitudine cibi illius quadriginta diebus et quadraginta noctibus.* Facit prægustare ipsam gloriam. Sap. xvi, 20 : *Paratum de caro panem præstisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem.*

Secundum alias *Glossæ* dividitur sie. In prima notatur gratie plenitudo; in secunda gratie exaltatio, ibi, *In die illa erit gressus Domini in magnificencia;* in tercia ponitur subditorum benignia gubernatio, ibi, *Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, et residens in Jerusalem, sanctus vorabitur.* Circa primum tria facit. Primo ponitur donorum abundantia, *Septem mulieres, septem dona Spiritus sancti,* que diemuntur mulieres, quia per eas in Deo aliquis generatur et nutritur. Vi-

<sup>1</sup> Al. : a abscondetur, \*

<sup>2</sup> Al. : e in quo omnes, secundum regulam Tico-

ni quantum, \*

<sup>3</sup> Al. : a quotidianum, \*

*rum munus*, idest Christum singulariter, qui solus sine peccato. Joan. i, 14 : *Vidimus eum quasi unigenitum, plenum gratiae et veritatis.* Secundo donorum sufficientia in perfecta fruitione ; *Panem nostrum comedemus*, scilicet patrie, quo fruatur perfecte Spiritus sanctus, cuius sunt dona, sicut et Filius. Joan. iv, 34 : *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* In Scripturae attestatione : *E vestimentis nostris operiemur*, idest sermone Dei, quo dona ornantur quia ejus. Tertio donorum perfectio per Christum quantum ad collationem salutis : *Nomen tuum*, idest res nominis, scilicet salus, *invocetur super nos*, idest in illis qui ex nobis repleti sunt, *quia de plenitudine ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia* : Joan. i, 16. Ante Christum enim dona non perduebant ad Regnum. Et, quantum ad amotionem erroris : *Ausus opprobrium nostrum*, quod patimur a falsis virtutibus, que nostrum nomen subripinunt. Rom. xiii, 12 : *Nox processit, dies autem appropinquavit. Abjecimus ergo opera tenebrarum, et induamus arma lucis.* Cant. ii, 15 : *Capite nobis vultus parvulus quix demolintur vineas.* Vel opprobrium quod patimur in repulsione hominum, qui nos peccando repellunt. *In die illa.* Ille ponitur exaltatio : et primo quantum ad miraculorum operationem, *In magnificentia.* Exod. xv, 11 : *Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, et faciens mirabilia.* Secundo quantum ad gloriosam resurrectionem, *Et gloria,* Infra lvi : *Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion.* Tertio quantum ad ascensionem : *Et fructus terrae*, id est filius virginis, *sublimis.* Infra lvi : *Ecce servus meus intelliget, exaltabitur et elevabitur et sublimis erit valde;* quantum ad totius mundi venerationem, de quo Phil. ii, 10 : *Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernum.* *Et exultatio his qui salvati fuerint de Israel.* Infra ix : *Lætabuntur coram te sicut qui letantur a messe, sicut exultant victores capta præda.* *Et erit omnis.* Ille ponitur gubernatio : et primo quantum ad sanctificationem ; secundo

quantum ad sanctificationis ordinem, ibi, *Si abhierit Dominus sordem filiarum Sion.* Tertio ponit sanctificatorum protectionem, ibi, *Et erit Dominus etc.* Ad sanctitatem tria requiruntur. Distinctio cum fide ; et quantum ad hoc dicit : *Qui relictus, a non credentibus electus, quasi distinctus, in Sion, qua specula dicitur, quia fides videt per speculum et in antiquitate :* I Cor. xii. Et infra x : *In veritate reliquias convertentur, reliquia, inquam, Jacob ad Deum fortis. Si fuerit populus tuus, Israel reliquia convertentur.* Secundo tranquillitas ad pacem : *Residua, quasi residens, in Jerusalem, quae visio pacis dicitur.* Infra lvi : *Jerusalem civitas sancta.* Tertio praedestinatio ad gloriam : *Omnis qui scriptus est.* Luc. x, 20 : *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in celis,* Apoc. iii, 5 : *Non delebo nomen ejus de libro vite.* *Si abhierit Dominus sordes filiarum Sion.* Ille ponitur ordo sanctificationis : et primo per baptismi ablutionem : *Sordes, vitiorum actualium, et sanguinem, peccati originalis ; vel sordes, venialium, sanguinem, mortalium.* Ezech. xvi, 9 : *Lavi te aqua, et emundavi sanguinem tuum a te.* Per poenitentia discretionem. *Spiritu judicii.* I Cor xi, 31 : *Si nosmetipsos judicaremus, non utique a Domino judicaremur ; sed a caritativa passione. Spiritu ardoris,* id est caritatis suae, qua nulla major fuit. Joan. xv, 13 : *Majorum hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Matth. xxvi, 28 : *Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* *Et creavit.* Ille ponitur protectio. Et ponit utilitatem protectionis quantum ad protectos : unde, *Super omnem ; diversitatem quantum ad protegentiam, Nubem ; et auctoritatem quantum ad affligentia :* unde, *Per diem.* Sed in protectis sunt tria : scilicet eminentia contemplationis in corde, *Montem Sion.* Psal. cxxiv : *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion ; non commovebitur in eternum qui habitat in Jerusalem.* Laudes confessionis in ore, *Invocatus est.* Rom. x, 13 : *Omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvens erit.* Honestas

\* Al. : « quarto. »

conversationis in opere, *Gloriam*, in ad Corinth. i, 42 : *Gloria haec est testimonium conscientiae nostrae*. Proteget autem per quatuor. Per speciem obumbrantem, *Nubem*, Luc. i, 35 : *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Per compunctionem humiliantem, *Fumum*. Joel. ii, 30 : *Dabo prodigia in celo et in terra, sanguinem et ignem et vaporem fumi*. Per veritatem illuminantem, *Splendorem*. Luc. ii, 32 : *Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae, Israhel*. Per Ecclesiasticam viventem, *Tabernaculum*. Apoc. xxi, 3 : *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis*. Adversantia sunt

tria. Prosperitas elevans, *Diem*. Adversitas constantiam frangens, *Nocte*. Psal. cxx, 6 : *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem*, Persecutio affligens, *Aestu*, per afflictionem. Apoc. xvi, 8 : *Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem*. Et sequitur : *Et datum est illi astu affigere homines, et igni*. *Turbine*, per impetum. Infra xxi : *Sicut turbines ab Africo venient de deserto, venient de terra horribili. A pluvia, propter multitudinem*. Matth. vii, 25 : *Descendit pluvia, venerunt fluminia, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit*.

## CAPUT QUINTUM

1. Cantabo dilecto meo cantuum patrem eius, vineam sue. Vinea facta est dilecto meo in cornu filii olei. El sepivit eam, et lapides elegit ex ea, et plantavit vineam electam; et addidicavit terram in medio eius, et torcular extixit in ea. Et expectavit ut faceret iuras, et fecit laborescas. Num ergo habitatores Ierusalem, et vii Iuda, judicate inter me et vineam meam. Quid est, quod debui ultra facere vineam meam, et non feci ei? An quod expectavi ut faceret iuras; et fecit laborescas. Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineam meam. Afferam sepiem eius; et erit in directionem. Dirimum macerium eius; et erit in conculcacionem; et ponam eam desertam. Non putabitis, et non fiducietis; et ascendit super eam vespera et spinae; et umbibus mandabo ne pluant super eam inbreu. Vinea autem Domini exercitum domus Israhel est, et vii Iuda germen eius delectabile. Et expectavi ut faceret iudicium; et ecce iniurias; et iustitiam, et ecce clamor. Va qui conjugitis domum, et agnum agro copulatis, usque ad terminum loci. Numquid habitabitis vos sofi in medio terra? In auribus meis sunt haec, dicit Dominus exercitum. Nisi dominus nullae deserta fuerint grandes et pulchrae, et absque habitatore. Decem enim jugera vinearum facient ligumnam unam, et triginta modi semenatis facient modios tres.

2. Vie qui consurgit manu ad christetum sectandum, et potandum, usque ad vesperam vino nestutis, Cythara et lyra, et tympanum, et tibia, et vium in convivis vestris; et opus Domini non respiciatis, nec opera manum eius consideratis. Propterea captivus ductus est populus meus, qui non habuit scientiam; et molles eius inferierunt fame, et multitudine eius siti exaruit. Propterea dilatavit infernos animam suam et aperuit os suum absque illo termino. Et descendit fortis eis, et populus eius, et submersus gloriosus eis ad eum. Et inveniebat homo, et humiliabatur vir, et oculi sublimium deprimentur. Et exaltabatur Dominus exercitum in iudicio, et Deus sanctus sanctificans

cahitior in iustitia. Et pascentur agri juxta ordinem suum, et deserta in libertatem versa advenae comedunt. Vie qui trahitis iniuriam in funeris vanitatis, et quasi vinorum planstris peccatum. Qui dicitis : Festinet, et cito veniat opus eius, ut videamus; et appropiet; veniat consilium Sancti Israel, et sciemus illud.

3. Vie qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tembras lucem et lucem tembras, ponentes auram in dulce, et dulce in auram. Vie qui sapientes estis in oculis vestris, et caram volsisdictis prudentes. Vie qui potentes estis ad bibendum viuum, et vii fortes ad miscundum christalem; qui justificatis impium pro numeris, et iustitiam justi auctoribus ab eo. Propter hoc, siue devorat stipitum hugna ignis, et calor flammam exrit; sic radix eorum quasi fistula erit, et germinem eorum ut pulvis ascendet. Abicerunt enim legem Domini exercitum, et eloquimus Sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor domini in populum suum, et extendit manum suum super eum, et percussit eum. Et conturbati sunt montes; et facta sunt mortuina eorum quasi stercus in medio platearum.

4. In his omnibus non est uersus furor eius; sed adhuc manus eius extenta. Et elevat signum in noctibus procul, et subiungit ad eum de fluminis terra; et ecce festinus velociiter venit. Non est defensus, neque laborans in eo; non dormitabilis, neque dormit, neque solvetur omnia remunt eis, nec rumpetur corrigat edocens eis. Sanguis eius acuta, et omnes acrius eius extenui. Unde equorum eis ut silex, et rota eis quad impetus tempus stat. Rigitus eis ut leonis, rugiet ut catuli leonum; et trendet, et tenet prasam, et amplectabatur, et non erit qui erat, et sonabit super eum in die illa sancti constituti mari. Aspergimus in terram; et ecce tendere tribulationes, et lux obtemperata est in caligine eius.

1. Hic arguit ergo peccatum duarum

tribuum, quod committebant in abusurum sub quadam metaphora; et dividitur in duas partes. In prima ponitur metaphora; in secunda exponitur: *Vineam enim Domini exercitauam domus Israel est.* Circa primum duo facit. Primo ponit titulum, dicens, *Cantabo*, idest, alte et aperte pronuntiabo: infra xl: *Exalta in fortitudine cocom tuam: dilecto meo*, idest populo Iudeorum, *canticum patruelis mei*, idest filii patrum, *vineae suae*, idest quod fecit de vinea sua. Aliquando enim prophetas ex istis rebus gestis assumunt similitudines ad suas prophetias, sicut patet Jer. xxxii, 7, de venditione agri. *Ecce Iahanael filius Selham patruelis tuus venit ad te dicens: Eme tu agrum meum qui est in Anathoth, tibi enim competit ex propinquitate ut emas.* Ita etiam potuit contingere quod ad litteram aliquis patruelis suus componerit simile carmen de vinea sua. Vel aliter. *Cantabo canticum dilecto*, scilicet Deo, idest opera ipsius ad vineam suam. Vel *dilecto*, scilicet Deo, *canticum patruelis*, idest de patruel meo, scilicet populo Iudeorum, quia ex eisdem parentibus descendimus, *vineae suae*, idest quia patruelis est vinea dilecti Dei. Vel mystice, *patruelis*, idest Christi, qui ex eadem gente est meum, *vineae suae*, idest qui conqueritur de vinea sua idest synagoga: quae sibi amaros fructus in passione attulit. Et nota, quod canticum proprie exultationis est. Unde hic improprie canticum dicatur, cum sit mororis. Tale canticum cantavit David de morte Saulis. II Reg. i, 49: *Inlygi tui, Israel, super montes tuos interfici sunt. Quomodo ecclerunt fortis Israel?... Montes Gelbor, nec ros nec pluvia veniant super eos.* Ezech. xxxii, 18: *Cane Carmen lugubre.* Secundo ibi, *Vineae facta est dilecto meo in cornu filio olei*, ponit ipsum canticum, quod continet metaphoram: in quo tria ponuntur. Primo cause recitatio; secundo judicij interrogatio, ibi, *Nunc ergo habitatores Jerusalem; tertio sententia prolatione*, ibi, *Nunc ostendam vobis quid ego faciam vineae meae.* Circa primum duo ponit. Primo ex parte conquerentis diligentiam cultus; secundo ex parte vineae

malitiæ fructus, ibi, *Et expectavi ut faceret uras, et fecit labruscas.* Diligentia autem cultus ostenditur ex tribus. In loci preparatione, in palmitum electione, *Et plantavit*; et in sumptuosa aedificatione, ibi, *adfecivit turrim in medio ejus.* Preparatione loci primo describitur tripliciter. Primo quantum ad loci pinguedinem: unde dicit: *Vineam de Egypto translatisti, ejecisti gentes, et plantasti eam: facta est dilecta meo*, idest Deo acquisitive, vel a Deo, *in cornu*, idest in loco eminenti, in quo notatur magnitudo terræ ad constitutio nem bonae vineæ, propter hoc quod respicitur a sole, *filio olei*, idest adeo pingui quod sufficeret ad multitudinem olei. Proprietas hebraici sermonis est ut quilibet illius rei dicatur esse filius in quo abundat, sicut dicitur I Reg. xxvi, 16: *Vixit Dominus, quod filii mortis estis.* Et in hoc designatur bonitas terre, quia fuit Indiais data; de qua Ezech. xx, 6: *Levavi manum meam pro ris, ut educe cerem eos de terra Egypti in terram quam provideram eis fluentem lacte et melle, quæ est egregia inter omnes terras.* Secundo ponitur preparatio diligenter quantum ad loci mutationem<sup>1</sup>: unde dicit, *Sepivit eam.* Osee ii, 6: *Sepiam viam tuam spinis*: in quo significatur custodia Angelorum, et bonorum virorum. Tertio quantum ad purgationem: *Lapides ele git*, idest diligenter collegit, *ex ea*. Psalm. lxxix, 9: *Ejecisti gentes, et plantasti eam.* Quantum ad electionem palmitum dicitur: *Et plantavit eam electam*, idest ex electis palmitibus: unde alia translatio habet, *Vineae soreth*, quod est nobilissimum genfis vitis, in quo significatur bonitas patrum. Jer. ii, 21: *Ego te plantavi vineam electam omue, semen verum.* Quantum ad sumptum aedifici, quod pertinet ad defensionem, dicit: *Edificavit in medio ejus turrim;* in quo denotatur regia dignitas. Ezech. xvi, 13: *Decorata facta es vehementer nimis, et profectisti in regnum.* Can. iv, 4: *Turris David adficata est cum propugnaculis.* Vel templum, secundum alios. Usus turris est<sup>2</sup> ad conservationem fructus, et

<sup>1</sup> Al. : forte munitionem. »

<sup>2</sup> Al : omittitur : « est. »

prospiciendum ad custodiam. Quaundam ad fructus collectionem dicit : *Torcular extruxit in ea*. Proverb. iii, 10 : *Implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia redundabunt; in quo notatur altare holocaustorum per effusionem sanguinis*. Et expectavit ut fueret. Hic ponitur malitia fructus : unde dicit : *Et expectavit, secundum ordinem beneficiorum, ut faceret uvas, fructum bonorum operum, et fecit labruseas, idest uvas sylvestres, ab hoc dictas<sup>1</sup>, quia in labiis viarum nascuntur, scilicet sepiibus : in quo amaritudo notatur*. Jer. ii, 21 : *Quonodo conversa es mihi in parum vinea aliena?* Mich. vii, 4 : *Qui optimus est in eis, quasi paliurus; et qui rectus, quasi spina de sepe. Nunc ergo habitatores Jerusalem, et viri Iuda, judicate inter me et vineam meam*. Hic ponitur interrogatio judicij : et circa hoc duo facit. Primo interpellat judices, dicens : Ergo quia feci quod debui, nunc, audita ratione mea, *judicate inter me et vineam meam*. Oseea ii, 2 : *Judicate matrem vestram, judicate : quoniam non ipsa uxor mea, et ego non vir ejus*. Simile judicium querebatur a David de se quasi de alio II Reg. xi, super peccato commisso ab eo, circa scilicet adulterium et homicidium Urias Hethaei. Secundo querit judicium : et duo querit. Primo utrum peccaverit ex negligientia : unde dicit : *Quid ultra, super dicta, facere debui?* Michaeae vi, 3 : *Popule mens, quid feri tibi, aut quid molestus fuji tibi? Responde mihi*. Secundo utrum peccaverit in cultura vinearum ex superflua cura : unde dicit : An forte videor fecisse contra debitum quod *expectavi*, bene colendo, ut *faceret uvas, et fecit labruscas?* quasi dicit : In hoc videor potius superflus quod vinearum mearum tantum culturam adhibui. Infra xxvi : *Domine, indulisti genti. Nemquid glorificatus es?* Et xlviii : *Transgressorem tuum ventre rorevi te propter nomen meum*. Jer. xi, 16 : *Ad vocem loquelle, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructeta ejus*.

Nota super illo verbo, *Vinea facta est dilecta*, quod est vinea multiplex. Primo

carnalis conuenientia. Denteron. xxvii, 32 : *De vinea Sodomorum vinum eorum, et de surbanis Gomorrhæ*. Et hujus est primo vinum iræ. Denter. xxxii, 33 : *Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile*. Secundo luxurie. Apoc. xvii, 3 : *De vino fornicationis ejus bibierant omnes gentes*. Tertio inopia latitiae. III Esdra iii, 20 : *Omnem mentem certit in securitatem et jucunditatem*. Secundo est vinea fidelis anime. Cant. ii, 15 : *Vinea floruit. Hujus vinea est vinum primo penitentiae*. Luc. x, 34 : *Appropians alligavit culvera ejus, fundens cimum et oleum*. Secundo corporalis munditiae. Zach. ix, 17 : *Quid enim bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et cimum germinans virginem?* Tertio spiritualis latitiae. Psalm. cxii, 15 : *Vinum latifacit cor hominis*. Tertia est vinea militantis Ecclesiae. Can. ult. 11 : *Vinea fuit pacifica in ea que habet populos*. Et hujus vinearum et vinum primo sacrae ablutionis. Num. xv, 10 : *Et vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ*. Secundo fructuosa prædicationis. Psal. iv, 8 : *A fructu frumenti, vini et olei multiplicati sunt*. Tertio devota confessionis. Can. vii, 9 : *Guttur tuum sicut vinum optimum*. Quarto est vinea ecclesiastis patriæ. III Reg. xi, 4 : *Viana erat Nahoth Jezeelite*. Et hujus vinearum est vinum primo divinae fruitionis. Cant. v, 1 : *Comedi famam cum melle meo, bibi vineum meum cum lacte meo*. Secundo interioris repletionis. Esther. i, 7 : *Vinum quoque, ut magnificientia regia dignum erat, abundans et præcipuum ponebatur*. Tertio sanctorum congratulationis. Cant. ult. 2 : *Dabo ibi porulum ex vino condito*.

*Et nunc ostendam vobis quid ego futurum vineam meam*. Hic prefatur sententia : et primo excitat attentionem vel audienciam, dicens : *Nunc, ex quo vultus sententiam proferre, ego ostendam vobis quid ego faciam vineam meam*. Infra xlviii : *Predixi tibi ex fine, antequam venirent, indicavi tibi : ne forte diceres : Idola mea fecerunt hoc, et sculptilia mea et*

<sup>1</sup> Al. : « dictas »

\* Al. : « in »

Al. : « fructibus »

\* Al. : « non vultus »

confusatilia mandaverunt ista. Quae audiisti vide omnia. Secundo profert justam sententiam, ut ingratiss auferat beneficium exhibitum, cum dicit, *Ausseram sepem ejus*. Et primo auferat beneficium quod pertinet ad custodiā, quae est duplex. Angelorum: et quantum ad hoc dicit, *Ausseram sepem ejus*, idest auxilia Angelorum, quibus contra hostes protegantur, et erit in directionem, gentibus. Ecol. xxxvi, 27: *Ubi non est sepes, ibi diripetur possessio*. Est etiam custodia prælatorum; et quantum ad hoc dicit, *Diruum macerium ejus*, idest presidia regni, de quibus supra ii: *Et incurvabitur omnis sublimitas hominum: et erit in conculationem*, idest vilis facta. Psal. lxxix, 13: *Destruxisti macerium ejus*. Secundo auferat beneficium, quod pertinet ad cultus diligentiam: unde dicit: *Et ponam eam desertam*; idest, relinquam eam incultam sicut desertum, *Non putabitur*, admonitionis aut correptionis vomere, quando peccat, et non fodietur, ut auferantur ab eis occasiones mali, sicut mala herbae; et *ascendat super eam vepres et spinæ*, idest majora et minora peccata: vel *vepres*, peccatorum, *spinæ* tribulationum. Infra viii: *Vepres enim et spinæ erunt in universa terra*. Tertio autem beneficium fertilitatis, contra quod ponit defectum pluvia: unde dicit: *Et nubibus mandabo ne pluant*: ad litteram, vel nubes prædictores. Infra ix: *Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columba ad fenestras suas?* Jer. iii, 3: *Quamobrem prohibitia sunt stillæ pluviarum, ei serotinus imber non fuit. Vineæ enim Domini exercituum domus Israel est*. Ille exponit metaphoram: et primo quantum ad vineam; secundo quantum ad vinear causam, ibi, *Expectavi ut faceret judicium*. Circa primum exponit vineam dicens, *Vineæ enim mea domus<sup>1</sup> Israel est*; vel tota, vel quantum ad decem tribus, quae dictæ sunt Israel post separationem Regni propter multitudinem. Secundo quantum ad germen vel palmites, *Viri Juda*, idest dñe tribus in quibus adhuc observabatur cultus Dei. Osee iv, 13: *Si fornicaris tu, Israel, non*

*delinquat saltem Juda*. Vel quia ex ipsa Præcipes. I Paral. v, 2: *Porro Judas qui erat fortissimus inter suos fratres, de stirpe ejus Præcipes germinati sunt. Expectari ut faceret judicium*. Ille exponit vinear causam, quae consistit in culpa, et ponam quae consequitur culpam: unde dividitur in partes tres. In prima ponitur culpa in generali; in secunda ponitur et culpa simul in speciali, ibi, *Væ qui conjungitis dominum ad dominum, et agrum agro copulatis*: in tertia, ponitur in generali, ibi, *In his omnibus non non est aversus furor ejus; sed adhuc munus ejus extenta*. Culpa in generali arguit quantum ad prælatos, quorum est facere judicium, in hoc quod dicit: *Expectavi, secundum ordinem beneficiorum, ut faceret judicium, juste jndicando; et ecce iniqutitas, quasi inæqualitas judicii*. Ecol. iii, 16: *Vidi sub sole in loco judicii inpietatem, et in loco justitiae iniuriam*. Secundo quantum ad subditos, quorum est tenere justitiam sibi præfixam a prælatis: *Et justitiam*, quae est per comparationem ad præcepta legis; et *ecce clamor, tumultus rixantium, vel conquerionis pauperum*. Infra xxii: *Quidnam tibi quoque est quia ascendisti et tu omnis in tecta clamoris plena, urbis frequens, civitas exultans?* *Væ qui conjungitis dominum domui*. Ille ponit culpam eorum in abuso rerum in speciali, sequendo eas per partes. Et dividitur in duas partes. In prima arguit eos quantum ad ipsam culpam; in secunda quantum ad peccandi pertinaciam, ibi, *Væ qui trahitis iniuriam in funiculis vanitatis*. Circa primum duo facit. Primo arguit eos quantum ad abusum possessionum, qui fit per avaritiam; in secunda quantum ad abusum ciborum, qui fit per gulam, ibi, *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam*. Circa primum tria ponuntur. Primo arguitur superflua possessionum multiplicatio: unde dicit: *Væ qui conjungitis dominum domini, et agrum agro copulatis, usque ad terminum loci; scilicet<sup>2</sup> usque ad viam publicam*. Osee vi, 10: *Facti sunt præcipes Juda quasi assumentes terminum super eos*. Jerein. xxii, 13: *Væ*

<sup>1</sup> Al.: « Dominus. »

<sup>2</sup> Al.: « sicut. »

qui ædificat domum suam in iustitia, et cornacula sua non in iudicio. Amicum suum opprimet frustra, et mercedem ejus non reddit ei. Qui dicit. Aedificabo mihi domum latam, et cornacula spatiosa. Mich. ii, 2 : Et concupierunt agros, et violenter tulerunt, et domos raperunt, et columniabant virum et domum ejus, virum et hereditatem ejus. Secundo ponitur iudicis interpellatio, *Nunquid habitabit vos soli in medio terræ?* quæ late est et spatiosa, et data multis in possessionem. Gen. i, 22 : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram.* Tertio ponitur poenam comminatio : et circa hoc duo ponuntur. Primo punientis auctoritas vel potestas : unde dicit : *In auribus meis sunt hæc<sup>2</sup> verba, dicit Dominus exercituum,* qui potest punire : quæ dicam vobis, adhuc sunt sonantia in auribus meis, interioribus ; in quo notatur verborum certitudo. Infra l : *Mane erigit mihi aurem, et audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem : ego autem non contradico.* Secundo ponitur poene severitas, ibi, *Nisi dominus fuerint desertæ,* quantum ad custodianum, et absque habitatore, quantum ad soliditudinem dormirum ; quasi dicat : Non quiescit ira mea. Et est aposiopesis, quod est defectus orationis. Et ponit ea in quibus consistunt divitiae domorum : seiret in multitudine : et quantum ad hoc dicit, *Multæ :* in pulchritudine : et quantum ad hoc dicit, *Pulchræ :* in magnitudine, *Graudes.* Sophonie i, 43 : *Et erit fortitudo eorum in directionem, et dominus eorum in desertum.* Secundo quantum ad sterilitatem vinearum dicit : *Decem jugera vinearum ;* juger habet in longitudine 120 pedes, facient layunculum unum. Alii litteræ habent : *Batum,* quod est ejusdem capacitatris in liquidis, sicut ephî in aridis. Tertio quantum ad amissionem seminum : *Et triginta modii sementis facient modios tres,* quia minus colligetis quam seminastis, Aggaci i, 17 : *Cum acrederitis ad acervum modiorum riginti, et fierent decem.* Alii habent eorum, vel ephî, quod est decimal pars cori. Ezech. xii, 14 : *Ephî et batus erunt aequalia,*

et unius mensurae erunt, ut capiat decimam partem cori batus, et decimum partem cori ephî.

2. Hic arguit eorum culpam quantum ad abusum ciborum : et primo arguit culpam ; secundo comminatur poenam, ibi, *Propterea captivus ductus est populus mens.* Circa primum duo facit. Primo arguit in gulam quantum ad suas species ; secundo quantum ad effectum, ibi, *Et opus Domini non respicit.* Species autem gulae sunt quæ in hoc versu continentur: Praepropere, laute, nimis, ardentem, studiose. Dicit ergo primo : *Vx qui consurgitis mane,* quantum ad prepropere. Ecel. x, 16 : *Vx tibi, terra, cuius res est puer, cuius Principes mane comedant.* Prov. xxiii, 35 : *Quando erigilabo ; et rursus vix reperiam ?* Quantum ad ardenter dicit, *Ad ebrietatem sectandom.* Quantum ad nimis dicit, *Et potandum usque ad esperanam.* Prov. xxiii, 29 : *Cui vx, cuius patri vx, cui rixvx, cui forev, cui fine causa vulnera, cui suffosio oculorum ? Nonne his qui commorantur in vino, et student calicibus epotundis ? Ut vino astuetis, ad luxuriam, et ad omnia vitia. Quantum ad studiose, dicit, *Cithara et vinum,* studiose quesitum : quia cum magno studio preparant sibi delectationes in cibis. Quantum ad lante dicit, *In convivis, in quibus sunt magni apparatus et electa cibaria.* Amos vi, 4 : *Qui comeditis agnum de gergo, et ritulos de medio amenti ; qui canitis ad vocem psalterii : sicut David putaverunt se habere easa vanici, bibentes in phialis vinum, et optimo unguento delibuti.* Effectus autem est inconsideratio : et quantum ad hoc dicit : *Et opus Domini non respiratis,* quod facere debetis : *ne opera, quae ipse fecit.* Proverb. xx, 1 : *Lucuriousa res vinum, et tumultuosa ebrios.* *Propterea captivus ductus est populus mens.* Hic ponit penam respondentem : et primo quantum ad affectum voluntatis : unde dicit, *Propterea, siue scientia eorum est captiva per ebrietatem,* ita ipse captivabitur. Osee iv, 6 : *Continet populus meus, eo quod non habuerint scientiam.**

Sed videtur quod ignorantia non meratur penam, quia excusat culpam.

Et dicendum, quod ignorantia potest dicere tantum negationem scientiae; et sic nec penam nec veniam meretur; sicut ignorantia geometriae in rusticis. Potest etiam dicere privationem scientiae, ita quod derelinquit debitam aptitudinem in subiecto; et sic constat quod nescire illa quae quis potest et tenetur scire, vitiosum est.

Secundo ponit penam contra species gulae; et sie ponit famem et sitim, quae respondet ei quod est præproperè quantum ad causam: quia fames causatur ex hoc quod aliquis tardat nimis sumere cibum; ac si diceret: Vos nimis cito comedebatis; sed tantum tardabatis quod esuriretis. Iterum respondet illi specie quae est ardenter quantum ad genus sum: est enim fames desiderium cibi: unde dicit: *Nobiles ejus, qui abundant in cibariis, interierunt in fame, et multitudine ejus siti exaruit.* Et ponit sitim contra multitudinem vulgi, quae ad minus aqua sitim extingue consuevit. Contra nobiles autem, qui abundant in cibariis, quandoque siti gravati<sup>2</sup>, ponit fāmem. Thren. iv, 9: *Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.* Secundo contra aliam speciem quae est nimis, ponit insatiabilitatem captivantium, inde captivitatem. *Propterea infernus dilatavit,* idest mors vel diabolus, *animam suam,* quantum ad affectum, *aperiuit os,* quantum ad effectum. Et loquitur more humano, quia *infernus non habet animam.* Proverb. xxvi, 20: *Infernus et perditione nunquam repletur.* Vel infernus dicitur Nahuchodonosor. Habac. ii, 5: *Qui dilatavit quasi infernus animam suam, et ipse quasi mors, et non adimpletur.* Tertio quantum ad studiosam ciborum præparationem, quae contingit ex quadam elatione, ponit penam humiliacionis, ibi, *Et descendit.* Et ostendit eos humiliando quantum ad tria. Primo quantum ad captivitatem: unde dicit: *Descendant, quasi humiliati, ad eum,* scilicet infernum captivitatis, *fortes ejus,* quantum ad po-

tentes, *et sublimis ejus,* quantum ad dīvites, et aliis bonis eminentes, de quibus superbiunt, *gloriosique,* quantum ad nobiles et famosos. Jerem. xxxix, 6: *Et omnes nobiles Iuda eridit rex Babylonis.* *Oculos quoque Sedecie eruit, et virum eum in compeditibus, ut duceretur in Babylonem.* Et infra eodem: *Et reliquias populi quae remanserunt in civitate, et perfugis qui transfugerant ad eum, et superfluo vulgi qui remanserant<sup>3</sup> transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.* Secundo quantum ad captivorum depressionem: *Et incurvabitur homo, in captivitate existens, quantum ad sublimes, et humiliabitur vir, quantum ad potentes, et oculi sublimium, quantum ad gloriosos.* Denter. xxxii, 63: *In gentibus quoque illis non quiesces; non erit requies vestigio pedis tui.* Tertio quantum ad punientis Dei exaltationem. *Et exaltabitur: altus apparebit qui prius despiciabantur in iudicio, et Deus sanctus in se, sanctificabitur,* idest sanctus apparebit. Supra ii, *Exaltabitur autem solus Dominus in illa die.* Quarto contra speciem quae est laute, ponit devorationem bonorum ab hostibus: *Et agri pascentur,* idest comedentur ab hostibus vestris *juxta ordinem suum,* quia meliores prius quantum ad animalia; et quantum ad terrae nascentia, *deserta,* idest agros vestros a vobis desertos, *in libertatem versa,* idest factos magis fertiles *advenae comedent<sup>4</sup>.* Deut. xxxii, 36: *Adducet te Dominus, et regem tuum quem constituis super te, in gentem quam ignoras tu et patres tui.* Infra eodem: *Advena qui versatur tecum in terra, ascendet super te, eritque sublimior.* Mysticæ agni, idest sancti, doctrina Dei Patris resistentur juxta ordinem idest capacitatē snam; *advena, gentes;* et *deserta a Judæis, sacras* scilicet Scripturas, *versa in libertatem,* spiritualis intelligentiae. *Vx qui trahitis iniuriam in funiculis vanitatis.* Ille arguit peccandi pertinaciam: et primo arguit culpam; secundo comminatur penam, ibi, *Propter hoc sicut devorans stipulum lingua ignis et calor flammæ exu-*

<sup>1</sup> Al.: « quia. » — <sup>2</sup> Al.: « gravatis. »

<sup>3</sup> Al.: « remanserunt. »

<sup>4</sup> Al.: « in libertate, idest factis magis fertiles advenae. »

*rit; sic radix eorum quasi farilla erit.* Cirea hoc duo facit. Primo arguit in generali; secundo explicat in speciali, ibi, *Qui dicitis: Festinet, et cito veniat opus ejus.* Dicit ergo primo: *Vx qui trahitis, idest protrahitis iniquitatem in finiculis,* idest vanis occasionibus; quibus ad peccata homo trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Proverb. v, 22: *Iniquitates sue capiunt impium, et finibus peccatorum suorum constringitur.* Et hoc dicitur quantum ad communia peccata; quantum autem ad gravia subdit: *Et quasi vinculum plaustri peccatum,* idest quo ligatur et trahitur plaustrum, quod majus est. Et designat gravitatem peccati in plaustro. Infra lxxv: *Dissolve colligationes impietatis, sole fasciculos deprimentes.* Qui dicitis. Hic ostendit istas vanitates in speciali, ex quibus peccatum trahebant super se; et hoc quantum ad tria. Primo quantum ad contemptum judicis; secundo quantum ad excusationem peccati, ibi, *Vx qui dicitis malum bonum, et bonum malum;* tertio quantum ad presumptionem peccandi, ibi, *Vx qui sapientes estis in oculis vestris.* Et hic est finiculus triple, qui difficile rumpitur. Eccl. iv, 12: Contemnebant autem iudicis comminationem propter duo; scilicet propter sententias dilationem: unde dicit: *Festinet, et cito veniat opus captivitatis,* quod communiamini. Eccl. viii, 11: *Etenim quia non profertur cito contra malos sententias, absque timore illo filii hominum perpetravit mala.* Secundo propter iudicis elongationem: unde dicit, *Appropiet:* quasi diceret: Ipse est in celo, et non potest videre; sed fiat prope. Ezech. ix: *Dixerunt enim: Reliqui dereliquerunt Dominus terram, et Dominus non videt.*

✓ Nota super illo verbo, *Et quasi vinculum plaustri peccatum,* quod peccatum dicitur primo finiculus; et hoc quia trahit primo ad peccati exemplum. Prov. vii, 22: *Statim eam sequitur, quasi bus ductus ad victimam, et ignarit quid ad vincula stultus trahatur.* Secundo ad peccandi usum. Jer. n, 24: *Onager assuetus in solitudinibz, in desiderio animz sur-*

*attraxit ventum scilicet amoris.* Tertio ad aeternae mortis interitum. Prover. xxv, 11: *Erue eos qui dicuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare necesses.* Secundo peccatum dicitur vanitas; et hoc quia deficit primo ab imitatione divinae veritatis. Sap. xii, 1: *Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei.* Secundo a consecutione sperati finis. Eccl. n, 26: *Peccatori autem dedit afflictionem et curam superfluam; ut addat et congreget, et tradat ei qui placuit Deo.* Sed hoc vanitas, et cassa sollicitudo mentis. Tertio a longa duratione temporis. Eccl. xvii, 29: *Non est immortalis filius hominis in vanitatem nullitia placuerunt.* Sap. v, 9: *Transierunt omnia illa tanquam umbras et tanquam nuntius percurrentes.* Tertio peccatum dicitur vinculum; et quia necit<sup>3</sup> primo intellectum ne videat. Sapient. xvii, 2: *Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctae, vinculis tenebrarum et longe noctis compediti, inclusi sub noctis, fugitiivi perpetuus providentias placuerunt.* Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliviosum velamento dispersa sunt. Secundo manum, ne bona faciant. Tertio pedes, ne proficiant. De his duobus Matth. xxii, 13: *Ligatis pedibus ejus et manibus, mitite eum in tenebras exteriores.* Quarto peccatum dicitur plaustrum; et hoc quia opprimit primo servitium onere. Jer. xvi, 13: *Et sercietis ibi deis alienis die ac nocte, qui non dabunt robis requiem.* Secundo cordis timore. Sap. xvii, 10: *Cum sit enim timida nequitia;* <sup>deut testimonium condonatio</sup> *data est in omnium condemnationem.* Tertio conscientie inquietudine. Infra lxxv: *Impia autem cor quasi mare ferreus, quod quiescere non potest.*

3. Hic ponitur vanitas quantum ad excusationem peccati; et primo quantum ad effectum, *Malum bonum:* Michaeli vi, 4: *Malum manuum suarum dicunt bonum;* secundo quantum ad intellectum, *Luxem tenebras, veritatem errorum:* Ioh. iii, 19: *Dixerunt homines magis tenebras quam lucem;* tertio quantum ad effectum, *Amorium in dulce, vitam peccati dulcem existimantes.* Sap.

<sup>1</sup> Al.: « peccatum. »

<sup>2</sup> Al. mortalis. <sup>3</sup> Al. necitur. \*

xiv. 22 : *Et non sufficerat eruisse eos circa Dri scientiam, sed in magno viren- tes inservientia<sup>1</sup> bello tot et tunc magna male pacem appellant. Vix qui sapientes estis. Hic ponitur tercia vanitas quantum ad præsumptionem peccandi, quæ est de tribus. Primo de sapientia cordis, et in speculativis, *Qui sapientes* : Prov. iii, 7 : *Nesi sapiens apud temetipsum* : et in prædictis, *Prudentes*. Rom. xii, 16 : *Nolite esse prudentes apud vosmetipos*. Secundo quantum ad pœnam cordis, quantum ad peccandum : *Qui potentes estis ad bibendum* : jactant se, quod possunt multum bibere, et inebriari, propter consuetudinem terra in qua bibitur vinum mixtum. Infra xli : *Ad me insulæ, et gentes fortitudinem mutant*. Prov. ii, 14 : *Lætantur cum male fecerint, et exultant in rebus pessimis*. Tertio quantum ad auctoritatem, *Qui justificatis*, idest dicitis vos tanta auctoritatis quod pro libito vestro potestis justificare impium, ut quod vobis placuit, legis habeat vigorem. Infra x : *Vix qui condunt leges iniquas, et scribentes injusticias scripserunt*. Prov. xvii, 15 : *Et qui justificat impium, et qui condemnat justum*. Michæa iii, 5 : *Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sacrificiant super eum prælium*. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit; sic radix eorum quasi farilla erit. Hic communatur pœnam. Et primo ponit pœnam consumptionis sub metaphora ignis, propter hoc quia iniuriam trahitis ponentes vobis radicem in peccatis. Sicut flamma ignis exurit stipulam quam attingit, et calor flammæ exurit illam quem distat : persecutio enim captos occidit, et alios affixit : Deut. xxxii, 23 : *Foris vastabit eos gladius, et intus pavor*: sic radix eorum quasi farilla, quantum ad ea in quibus confidebant, vel patres, vel cognati, et germen eorum, idest filii, ut pulvis ascendat: in quo notatur fortitudo ex causis illis proveniens. Mal. ult. i : *Et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula, et inflammabit eos*. Secundo ponit pœnam processum et ordi-*

nem: et primo ponit pœnam causam: unde dicit: *Abjeccerunt enim legem, corde contentemtes, et eloquium Sancti<sup>2</sup> Israel blasphemaverunt*, me irridentes. Jer. xxxii, 23 : *Non obedierunt voci tui, et in lege tua non ambulaverunt*. Secundo punientis iram; ideo iratus est: ad modum processus iræ in hominibus loquitur. Psal. cv, 4 : *Iratus est Dominus furore*. Tertio pœnam inflictionem: *Et extendet manum suam<sup>3</sup> potentia ad percutiendum, quam plicatam parcendo tenuerat*. Soph. ii, 43 : *Et extendet manum suam super aquilonem, et perdet Assur, et ponet speciosam in solitudinem*. Quarto, pœnam effectum in internitione<sup>4</sup> majorum: *Conturbati sunt montes, idest maiores præ timore*. Glossa dicit quod loquitur hyperbolice.

Sed contra. Ergo excessit veritatem Prophetæ.

Et dicendum. Quod in aliquibus Scripturis sumitur per excessum veritatis simpliciter, in sacra Scriptura pro excessu<sup>5</sup> veritatis secundum opinionem hominum; quasi dicat: Conturbatio erit ultra quam credi possit. Vel aliter, Hyperbole est quidam tropus, et in tropicis locutionibus aliud dicitur, et aliud intelligitur. Unde non est falsitas quantum ad sensum quem intendit facere, sicut etiam in metaphora: quasi dicat: Ita magna erit conturbatio, quod montes, si esset possibile, conturbabuntur. Psalm. xi.v, 4 : *Conturbati sunt montes in fortitudine ejus*. Et quantum ad vilitatem corporum, *Facta sunt morticina*. Jer. viii, 2 : *Non colligentur nec spelientur; in sterquilinum super faciem terræ erunt*. Idem. xvi, 4 : *Mortibus agrotationum morientur, et non plangentur, et non spelientur; in sterquilinum super faciem terræ erunt*.

4. Hic ponit pœnam communem, et ultimam, quantum ad captivitatem per Romanos: et circa hoc tria ponuntur. Primo exercitus preparatio; secundo exercitus dispositio, ibi, *Et ecce festinus velociter veniet*; tertio pœnam inflictio, ibi, *Et tenebit prædam et amplexabitur, et non erit qui eruat*. Circa primum tria

<sup>1</sup> Al. : « scientia. »

<sup>2</sup> Al. sanctum. — <sup>3</sup> Al. : « suam. »

: Al. : « internitione. »

<sup>5</sup> Al. : « forte per excessum. »

ponuntur. Primo congregantis indignatio, *In omnibus his*; quasi dicit: Sieut vos peccatis peccata additis, ita ipse ponis paenam adiunget. Infra. ix: *Vir fratri suo non parcer, et declinabit ad dexteram, et esuriet; et comedet ad sinistram, et non salvabitur.* Secundo vexilli erectio, *Et levabit signum, idest vexillum.* Jer. iv, 6: *Levate signum in Sion, confortamini, et nolite stare: quia malum ego ad adducere ab aquilone, et contritionem magnam.* Tertio exercitus convocatio, *Et sibilabit, idest inspirabit.* Infra. vii. Et erit in die illa sibilabit Dominus museus quem est in extremo fluminum Aegypti, et apud quem est in terra Assur; et venient, et requiescent omnes in torrentibus vallium. Et ad hoc quod magis ferreat, ponit gentis extraneitatem et quantum ad cultum. *In nationibus*, ut sancta vestra non reverentur; et quantum ad lingnam, *Procul, ne verbis placentur;* et quantum ad mores, *De finibus terra,* ne ab eis foderentur. *Ecce festinus velociter veniet.* Ille ponitur exercitus dispositio: et primo ostendit eos expeditos ad veniendum; secundo armatos ad pugnandum, ibi, *Sagittæ ejus;* tertio crudeltes ad puniendum, ibi, *Rugitus ejus ut leonis.* Circa primum duo ponuntur. Primo ipsorum velocitas: *Ecce, pro, certo, festinus.* Thren. iv, 19: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cari.* Habac. i, 8: *Equites namque ejus de longe venient: volabunt quasi aquila festinus ad comedendum.* Jer. iv, 13: *Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus: velociores aquilis equi illius.* Secundo velocitatis causa secundum remotionem triclicis impedimenti quod posset contingere. Ex natura infirmitate; contra quod dicit: *Et non est deficiens, quia oporteat remanere, nec labocans in eo, quia oporteat tarde venire.* Infra 40: *Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem; assumunt penitus sicut aquila; current, et non laborabunt; ambulabunt, et non deficient.* Secundo illud quod posset esse ex voluntate. Hic dicit: *Non dormitabit, per pigratiam, scilicet ut pigre vadat, neque dormiet, ut non resipiscat.*

Prov. xix, 13: *Pigredo<sup>1</sup> immittit soporem, et anima dissoluta esuriet.* Tertio removet impedimentum ex rerum necessitate: *Nec soleretur cingulum<sup>2</sup>.* Et ponit ea quibus viatores solent impediiri ab itinere: quae omnia plus solito durabunt. Dent. xxix, 5: *Adduxit eos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum restrorum restitute consumpta sunt.* *Sagittæ acutæ*, in quo notatur honestas sagittarum; *arcus extenti*, in quo preparatio armorum, nec in preparando impediuntur. Psal. cxix, 4: *Sagittæ poteris acutæ.* Secundo ponit vestigia: *Ungula equorum ejus ut silex, qui non frangitur de facili, et rota ejus quasi impetus tempestatis, propter multitudinem et velocitatem magnum sonum facientes.* Jer. iv, 13: *Ecce quasi nubes ascendit, et quasi tempestas currus ejus. Rugitus ejus.* Ille ostendit eos crudeltes ad puniendum: et primo quantum ad animositatem. *Rugitus.* Osee x, 10: *Post Dominum audiabant, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, et formidabant filii maris.* Secundo quantum ad rapacitatem: *Rugiet ut catuli leonum.* Ps. cxii, 21: *Catuli leonum rugientes ut rapiant.* Tertio quantum ad crudelitatem, *Et prendet, quod est apri.* Ps. xxiv, 16: *Fenduerunt super meditibus suis.* Ps. lxxix, 14: *Exterminavit in aper de sylva, et singularis ferus<sup>3</sup> depastus est eam.* *Et tenabit.* Ille ponit penitus inflatio, et denum punitorum desperatio, ibi, *Asperiemus in terram et ecce tenet t' dilatioris.* Circa primum ponit tria. Primo comminatur captiōneum. *Tenabit pardum;* quasi dicit: Sieut praedam capiat vos. Nahum. ii, 12: *Leo cepit sufficienter catu' sis, et necavit leonis sis, et iniquit' preda spolias sis, et cubile suum rapiat.* Secundo sollicitam detencionem: *Et amperabatur,* ne exeat per eorum incitiam: *et non erit qui errat, per eorum impotentiam.* Threnorum. i, 13: *Dede me' Deus in dominos*

<sup>1</sup> Al. : *e pinguedo* — <sup>2</sup> Al. *circulum.*

<sup>3</sup> Al. : *e gos.* — <sup>4</sup> Al. : *cervus.*

*manu, de qua non potero surgere.* Tertio rigidam damnationem, *Et sonabit, comminationibus et terroribus.* Jer. vi, 22 : *Ecce populus' veniet de terra aquilonis, et gens consurget a finibus terrarum; sagittam et scutum urripiet : crudelis est, et non misericordia;* vox ejus quasi mare sonabit. *Aspiciens in terram.* Ille ponit eorum desperationem : et primo quan-

tum ad auxilium de terra : *Aspiciens in terram, undeque, et ecce tenebræ, quia omnes eos persequuntur;* secundo quantum ad auxilium de celo : *Et lux, divina spei, obtenebrata est in caligine ejus.* Jer. iv, 23 : *Asperi terram, et ecce vacua erat et nihil;* et *caelum, et non erat lux in eis.* Et connumerat se propheta in eis per compassionem.

## C A P U T S E X T U M

4. In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat domus a maiestate ejus, et ea que sub ipso erant replebant templum. Seraphim stabant super illud : sex alæ uni et sex alæ alteri. Duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus, et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, et dicebant : Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum : plena est omnis terra gloria ejus. Et communio sunt superluminaria cardinum a voce clamantis : et dominus repletus est fumus. Et dixi : Vae mihi, quia tacui : quia vir pollutus labia ego sum, et in medio populi polluta labia habentis ego habito, et regem Dominum exercituum vidi oculis meis. Et volavat ad me unus de Seraphim, et in manu ejus calculus, quem foreipe intereat de altari, et tetigit os meum, et dixit : Ecce tetigi hoc labia tua ; et auferetur iniurias tua, et peccatum tuum mundabitur.

2. Et audivi vocem Domini dicens : Quem mittam, et quis ibit nobis ? Et dixi : Ecez ego, mitte me. Et dixit. Vnde, et dices populo Iudee : Audite audientes, et nolite intelligere ; et videat visionem, et nolite cognoscere. Exea ea cor populi Iudej, et aures ejus agrava, et oculos ejus claudet ; ne forte videat oculus suis, et auribus suis audiatur, et corde suo intelligent, et convertatur, et sanem emi. Et dixi : Usquequo Domine ? Et dixi : Donec desolentur civitates absque habitatore, et dominus sine homine. Et terra relinquetur deserta, et longe faciet Dominus homines. Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat, in medio terra, et adhuc in ea decimatio. Et converteretur, et erit in ostensionem, sicut terribilis, et sicut querens quæ expandit ramos suos. Semen sanctum erit id quod steterit in ea.

1 Postquam arguit in duabus tribubus culpam, adjungens pœnam corrigentem, hic comminatur pœnam condemnantem finaliter, scilicet pœnam obdurationis ; et ideo illa pœna prædictur per modum sententiae, et cum solemnitate iudicij. <sup>2</sup> Dividitur ergo hoc capitulum in tres partes. In prima describitur sententia: auctor,

ipsa sententia, ibi, *Audite audientes, et nolite intelligere.* Circa primum duo ponuntur. Primo jussionis tempus ; secundo ipsa jussio, ibi, *Vidi Dominum sedentem.* Quantum ad primum dicit : *In anno quo mortuus est Ozias, qui iv Reg. xv, dicitur Azarias, percussus lepra a Domino propter hoc quod voluit usurpare sacerdotale scilicet iudex ; in secunda sententia: denuntiator minister judicis, ibi, Et dixi : Vae mihi quia tacui ; in tertia ponitur officium, ut dicitur II Paralipomen. xxvi. Sed postquam fuit percussus, filius ejus Joathan gubernavit domum regis et regnum usque ad mortem ejus : nec tamen dicitur regnasse tunc, sed magis vices patris gessisse : sed tunc primo regnavit quando mortuus est pater ejus. Unde ista visio ostensa est regnante Joathan, et præcedentia regnante. Ozia. *Vidi Dominum sedentem.* Ille ponitur visio : et primo describit iudicis solium ; secundo assistentem ministrum, <sup>3</sup> *Seraphim stabant super illud.* Haec autem visio dicitur a quibusdam suisse imaginaria, a quibusdam intellectualis. Et assumitur ab ipso propheta figura ex consimili, sicut dicit Dionysius in *Epistola ad Titum*, quia prophetae his quæ plane vident sine figuris, circumponunt figuræ ad manum dictionem audientium, qui per figuræ sensibiles faciliter accipere possunt. Qualiter cumque autem sit, oportet hic duo videre. Primo imaginationis figura, vel a propheta visa, vel ab ipso compositæ ; se-*

<sup>1</sup> Al. : « nihil. »

<sup>2</sup> Al. : « iudicium. »

<sup>3</sup> Al. : « assistentium ministerium. »

cuncto ipsius figuræ significationem : ad aliquid enim significandum spiritualiter, inducuntur sensibiles figuræ spiritualium in sacra Scriptura, sicut dicit Dionysius : et ille erit litteralis sensus ; sicut in locutionibus metaphoricis non illud quod significatur per verba, sed quod loquens per verba vult significare. Circa primum ergo sciendum, quod templum ædificatum a Salomone habuit in altitudine centum viginti cubitos, sicut dicitur II Paralip. in, et erat distincta altitudo per tres domos ; quarum suprema habebat sexaginta cubitos, et utraque inferiorum tringinta. Et de istis dicitur III Reg. vi, 8 : *Per cochleam ascendebant in medium coenaculum, et a medio in tertium.* Vedit ergo solium Domini in supremo coenaculo ; propter quod dicitur, *Ecclesum*, idest altum, sicut et *elevatum*, super omnia coenacula ; et a claritate vultus ejus resplendebat medium coenaculum : propter quod dicitur : *Domus plena maiestate*, idest gloria ejus ; et ea quæ sub ipso erant, idest ornamenta throni ejus, vel etiam splendor vestimentorum, sive subditorum agmina, *implabant insimum coenaculum*, in quod intrabant sacerdotes : propter quod dicit, *Templum.* Alii dicunt alter, quod videt solium altum in medio coenaculo, quod dicitur domus, quæ plena erat mediis membris et brachii Domini ; inferius quod dicitur templum, pedibus et tibialis ; sed caput et collum praemeabant in tertium tabulatum. III Regnum ult, 49 : *Vidi Dominum super solium suum sedentem, et omnem exercitum corli assidentem ei a dextris et a sinistris.* Proverb. xx, 8 : *Rex qui sedet in solio iudicii,<sup>1</sup> dissipat omne malum in circuitu suo.* Circa secundum sciendum est, quod huius visionis significatum tripliciter a diversis assignatur. *Quidam* enim dienni, per sessionem in solo significari oppressiōnem captivitatis futuram ; per repletionem domus a maiestate, significari quod hostes qui sub ipsis dispositionem erant, essent impleturi templum ; et hoc tangunt historiae. Hieronymus autem exponit, et melius, per sēdem significari filii Dei ma-

jestatem, propter quod dicitur Joan. xii, 41 : *Hoc dixit Isaïus, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo.* Per solium significari Angelos, in quibus sedet Deus. Ps. LXXIX, 2 : *Qui sedes super Cherubim.* Per dominum, Ecclesiam triumphantem, quæ plena est gloria ejus. Per templum, Ecclesiam militantem, quæ plena est miraculis, vel Angelorum agminibus, quasi custodibus. Dionysius aliter exponit in xii capite *Carlest. Hierarch.* et melius, ut videtur. Per solium significatur eminētia divinae nature, et dicitur *ecclesum*, propter nobilitatem, *elevatum*, quasi supra alia levatum, in quantum omnia in infinitum excedit ; in quo dicitur sedere propter immobilitatem. Unde dicit ix capitulo de Dir. Nomin. Quidnam dicendum de divina statione præter hoc quod manet in seipso immobili identitate singulariter fixus ? Et dicitur dominus tota creatura, quæ plena est majestate, in quantum impletur participatione bonitatis ipsius secundum suam capacitem. Et per temp̄lum videtur intelligere ipsas superiores creaturas, quæ replentur his quæ sub ipso sunt, in quantum bonitates recepta in ipsis, deficiunt a bonitate Dei, quæ tamen videntur<sup>2</sup> propinquare.

Sed contra hoc objicitur. Exod. xxxiii, 20 : *Nou enim videbit me homo : et vivet,* idest in hac mortali carne vivens. Et Joan. i, 18 : *Denuo nemo vidit unquam.* Ergo nec Isaïas.

Ad quod dicendum, quod nec interior nec exterior visus potest videre nisi moveatur a visibili ; et secundum quod perfectius immutatur a visibili, melius videt. Et tunc perfectissime videt quando recipit actionem visibilis secundum totam suam virtutem. Et inde est quod idem videtur diversimode a diversis, et interins et exterius : a quibusdam melius, et a quibusdam pejus. Hoc igitur visibile quod est Deus, nihil perfecte apprehendit, nisi quod totum ipsum capiat, et ideo solus sic se videt. Unde celeste secretum, dicit Chrysostomus, a quibusdam videtur in essentia sua sine medio ad hoc, secundum perfectionem quam habent<sup>3</sup> a suscepto

<sup>1</sup> AL. : « iudicium. »

<sup>2</sup> AL. : « videtur. »

<sup>1</sup> AL. : « non videtur. »

<sup>2</sup> AL. : « habet. »

divino lumine attingentibus, sicut a beatis in patria, et ab his qui elevantur per raptum ad illum modum visionis. Ab his autem minus perfectum visum habentibus videtur secundum similitudines quasdam bonitatis ipsius, sive in rebus sensibilius, sive in imaginibus; sive in speciebus intelligibilius. Et hujusmodi est visio qua viderunt prophetæ per lumen prophetæ, et qua videmus per fidem, et qua videtur lumine rationis, et a philosophis, qui cognoverunt etiam Deum, sicut dicitur Roman. 1.

Sed tunc restat quaestio, utrum tamē visionem immediate a Deo pereceperint prophetæ, vel mediantibus Angelis. Et videtur quod immediate, ex ipso modo loquendi: quia dicit, *Vidi Dominum*, et non, *Vidi Angelum*. Item de Moyse, Exod. xxxiii, 14: *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet homo loqui ad amicum suum*. Item viderunt in speculo aeternitatis, ut communiter dicitur: ergo viderunt quidam Deum.

Ad quod dicendum, secundum Dionysium, iv cap, *de celest. Hierarch.*, quia nullus purus homo in patribus nec novi nec veteris testamenti accepit aliquam revelationem a Deo nisi mediabitibus Angelis. Et hanc dicit esse legem inviolabilem, ut in prima per media reducantur infirma; <sup>1</sup> et hoc probat per locum a majori, quia etiam Moyse legem accepit mediabitibus Angelis, qui tamen excellentissime videntur; quod probatur per illud quod habetur Gal. iii, 19: *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promiserat Deus, ordinata per Angelos in manu mediatoris*. Et Act. vii, 53: *Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, et non custodistis*. Ad primum ergo dicendum, quod intentio potest esse et ex parte finis visionis, et ex parte principii. Ex parte finis, quia Angelus revelans intendit ducere hominem in cognitionem Dei, et non in cognitionem sui; et ideo format visionem deo, ut ex his quea figuraliter videntur, aliquid deo cognoscatur. Ex parte autem principii, quia tota virtus angelici luminis ad manifestandum aliquid, est

ex Deo auctore, qui est fons luminis; sicut in nobis tota virtus luminis vel manifestationis est ex primis principiis. Undo Gregorius in *Glossa* super tertium capitulum Exodi ait: Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo Dominus, modo Angelus nuntiatnr. Angelus, quia exterius loquendo servivit; Dominus, quia presidens loquendi efficaciam tribuit. Cum enim loquens ab interiori regitur, et per obsequium Angelus, et per inspirationem Dominus memoratur. Ad secundum dicendum, quod hoc dicitur propter eminentissimum modum clare visionis, quo Moyses super alios prophetas vidit, sicut dicitur Num. xii. Ad tertium dicendum, quod speculum aeternitatis non dicitur ipse Deus, sed ipsæ species quae sunt in anima prophetæ; et dicuntur speculum in quantum resultat in eis dispositio sapientiae aeternae.

*Seraphim stabant*. Ille ponit ministrorum officium: et primo describit ministrorum ordinem; secundo eorum landem. *Et clamabant: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercitum*. Circa primum ponit tria. Primo ponit ministrorum gradum dicens: *Seraphim stabant super illud*, scilicet templum, eo quod hic ordo inter omnes supremus est, sicut dicit Dionysius in *Glossa* hic. Item notatur, quod Seraphim scriptum per m, pluralis est et neutri generis, et significat totum agmen illius ordinis: sed Seraphim, singularis numeri est et masculini generis et significat unum tantum de ordine illo. Infra lxi: *Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes: tota die et nocte perpetuo non tacebunt*. Et dicit, *Stabant, erecti per contemplationem quasi assistentes*. Secundo ponit ministrorum ornatum in sonario numero alarum. *Sex alae*. Tertio alarum usum: *Duabus velabant faciem ejus*. In Hebreo est ambigue dictum; et potest exponi quod velabant faciem Dei; et sic accipit Hieronymus; vel quod ve- larent faciem suam; et sic accipit Dionysius, secundum quem est sensus quod capit erat velatum et pedes et medium corpus. *Duabus volabant, scilicet mediis Ezech. i, 23: Unumquodque duabus aliis*

<sup>1</sup> Al. : « per me ducantur infirma. »

*velabat corpus suum.* Et infra eodem. *Et audiēbam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum.* Hujus visionis significatum tripliciter accipitur. *Hebreus* dicit, quod per duodecim alas intelliguntur duodecim reges qui praeſuerunt populo ab Ozia, sub quo visio incepta est, et deinceps; quorum quatuor tantum justi fuerunt, scilicet Ozias, Joathan, Ezechias et Josias: et ideo quatuor alas volabant. Alii autem verecundabantur ante conspectum Dei, et ideo velabant faciem: quorum quatuor libere regnum posse derunt, scilicet Achaz, Manasses, Amos et Joathan, quia a populo reges constituti sunt; et hi significantur per alas quae erant in capite. Alii vero quatuor regnum sub servitute aliorum posse derunt. Unde et ab aliis, et non a populo reges constituti sunt, sicut Joachim a Pharaone, Jechonias et Sedecias et Godolias: de quo *Jerem.* xii, 2, dicitur, quod *Ismael et decem viri et qui erant cum eo interfecerunt Godoliam, quem præfecerat rex Babylonis terra.* Predicti enim tres constituti sunt a Nabuchodonosor rege Babylonis. *Hieronymus* dicit, quod dicuntur alati, vel quia superius commorantur, vel propter velocitatem ministerii: et intelligit per duodecim alas ministerium perfectionis, qui commendatur in duodenario, sicut duodecim gemmæ in diademate sacerdotis, et sic de aliis. *Et duabus volabant,* quia ea quae fuerunt ante mundum vel post mundum, nobis celant, et ostendunt quae sunt sex etatibus mundi: quia praeterita et futura nobis ignota sunt, sed presentia seimus; ut sic hoc referatur ad actum ministerii, et quod dixit. *Stabant*, ad hoc quod Deo assistunt. *Dionysius* aliter exponit, xiiii cap. *euilest Hierarch.* et iv cap. *Eccel.*: et dicit, quod dicuntur alati, quia ad similitudinem volantis, altam contemplationem et liberam habent. Describitur autem triplex binarius alarum; quia Seraphim vident ea quae ad ipsos pertinent, qui sunt de prima hierarchia, et quae ad alias duas eminentias quam illi; ita quod per unam alam intelligatur capacitas naturæ, et per aliam humanum quod participant a Deo, quia

his duobus elevantur. Ea autem quæ ad hierarchias pertinent, sunt a Deo sicut a principio, et in Deum ordinantur sicut in finem; et utroque modo non possunt perfecte intelligi ab Angelis; quod significat velatio. Et sunt in ipsis quasi media inter principium et finem; et sic habent perfectam cognitionem de ipsis et liberam, et ideo duabus mediis volabant, *Et clamabant alter ad alterum.* Hic ponit eorum laudem: et circa hoc tria facit. Primo ponit laudandi modum quantum ad devotionem, quia *clamabant* ex magnitudine affectionis; quantum ad con cordiam, quia isterque: et quantum ad ordinem, quia *alter ad alterum.* Unus enim accipit ab alio, ut vult. *Dionysius.* Job xxxviii, 7: *Ubi eras cum me laudarent simul astra matutina et jubilarunt omnes filii Dei?* Secundo ponit laudis cantici, ibi, *Sanctus, sanctus, sanctus.* Et tria laudent: Personarum trinitatem: *Sanctus, sanctus, sanctus.* Unitatis maiestatem: *Dominus Deus exercituum:* quia omnibus prævest. Apoc. iv, 8: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui est, et qui erat, et qui venturus est.* Provisionis liberalitatem: *Plena est omnis terra gloria ejus:* quia usque ad ultimas creaturas, quæ per terram intelliguntur,<sup>1</sup> extendit diffusione suæ bonitatis. *Jerem.* xxvi, 24: *Numquid non corbum et terram ego impleo?* ait *Dominus.* Et hoc secundum *Dionysium,* vii cap. *euilest.* Hierarch. *Hieronymus:* *Plena est omnis terra,* per notitiam fidei. *Ecli.* xiiii 17: *Gloria Domini plenum est opus ejus.* *Nonne Dominus fecit currare sanctos omnia mirabilia sua,* quæ confirmavit *Dominus omnipotens stabilis in gloria sua?* Tertio ibi, *Et commota sunt superluminaria cardinum a voce clamantis,* ponit laudis effectum, scilicet punitionem peccantium. Infra lxxv: *Ecce servi mei concurcent, et vos esuriatis;* *eccc servi mei libent, et vos sitiatis;* *eccc servi mei ludobunt pro exultatione cordis,* et vos clamabitis pro dolore cordis, et pro contritione spiritus ululabitis. Et significatur templum diruendum: *Commota sunt superluminaria cardinum.* *Amos.* ix, 4:

<sup>1</sup> AL. . . intelligent. \*

*Percute cardinem, et commoruantur superluminaria.* Et comburendum :<sup>1</sup> *Et domus repleta est fumo combustionis a Romanis post agitam fidem Christi.* Vel per *fumum* indicat infidelitatem Iudeorum : per commotionem cardinum, annotationem legalium, vel ceremoniarum, quae erant quasi numbrae clandentes aditum veritatis. *Et dixi : Vx mihi quia tacui,* Hic ponitur sententiae denuntiator ; et primo ostenditur ejus humilitas ; secundo ejus parvitas, ibi, *Et volavit ad me unus de Seraphim;* tertio auctoritas, ibi, *Et audiui vocem Domini.* Humilitas in confessione peccati. Confitetur etiam triplex peccatum. In locutionis omissione, *Vx mihi quia tacui*, non arguendo Oziam regem ; et sic deplangit culpam ; *tacui* a laude Dei, et sic deplangit damnum. *Infra lvi : Speculatores ejus ceci omnes, nescierunt universi, canes multius non valentes latrare, videntes vanam, dormientes et amantes sonnia.* Eccli xv, 9 : *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Secundo commissionis : *Quia vir pollutus labiis ego sum.* Eccli, xxii, 17 : *Indisciplinatus loquela ne assuescat os tuum, est enim in illa verbum peccati :* item<sup>2</sup> malorum conversationis : *Et in medio populi polluta labia habentis ego habitu.* I Corinthi, xv, 33 : *Corrumperunt enim bonos mores colloquia prava.* Tertio peccatum præsumptionis : *Regem Dominum exercitum vidi oculis meis ;* quasi dicat : Qui impurus est non potest intrare templum ejus, quanto magis nec ipsum videre ? Judicium xiii, 22 : *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* Et hoc fuit reverentiae. Sed Jacob dixit, Genes. xxxii, 30 : *Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Et hoc est confidentiae. Ille ronimus : Felix conscientia qua tamen in locutione peceavit, non suo vitio, sed populi polluta labia habentis ! *Et volavit ad me unus de Seraphim.* Hic ostenditur puritas ex peccatorum purgatione : et circa hoc tria ponuntur. Purgationis minister : *Volavit ad me unus de Seraphim,* purga tioni instrumentum : *Et in manu ejus calculus de altari holocaustorum.* Altare interius erat de terra, sunt dicitur

Exod. xx, 24 : *Altare de terra facietis mihi.* Circumqueaque antem erat de lapidibus, ubi congregabantur ignes sacrificii : de his accepit *foreipe*, idest instrumento habente duo brachia, per quod potest significari virtus receptiva ; et per altare ipsa divina lux vel bonitas ; et per calculum, dominum receptum ad officium purgationis. Vel per ignem tribulatio ; per Seraphim Christus : per foreipem duo testamenta ; per calculum caritas, que in manu, idest operatione, ipsius est. Tertio ponitur purgandi modus : *Et tetigit os meum, et dixit :* Sicut in sacramentis est actio et verborum forma ; *Ecce tetigisti*, exprimit actum, *Et auferetur iniqitas, in homines, et peccatum, in Deum.* Et non dicit, Auferam, quia solitus Dei est peccatum dimittere. Infra xlvi : *Ego sum, qui deleo iniqitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor.* De omnibus his Daniel ix, 21 : *Ecce vir Gabriel quem videram in visione, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini, et docuit me, et locutus est mihi.*

Sed contra hoc objicitur quod Dionysius dicit, quod illi de superioribus ordinibus non mittuntur in ministerium ; sed constat Seraphim supremos esse : ergo non videtur verum quod veniat ad purgationem prophetae.

Ad quod dicendum, quod Gregorius istam questionem tangit in quada homilia de centum ovibus, et dimittit sub dubio. Dionysius autem expresse vult quod tantum inferiores mittantur ad nos : et hoc dicit esse per ordinem divinae legis ut inferiora reducantur in suprema per media. Quod autem hic dicitur, duplum solvit. Uno modo quod iste Angelus purgans dicitur Seraphim aquivoce non ab ordine, sed ab actu quem tunc exercuit, quia igne purgavit, et Seraphim dicitur incendium. Alio modo solvit quod dicitur proprie ille qui est de ordine illo ; et dicitur purgare, non quia immediate ipso purgat, sed quia ejus auctoritate, vel percepta ab ipse illuminatione, inferior Angelus purgavit. Et ponit exemplum. Sicut dicitur Episcopus absolvere quando

• Deum

• Deum

alius auctoritate ipsius absolvit. Et ideo propter reverentiam, Angelus inferior, qui visionem formavit, reducit in Deum primo, et in Seraphim secundo; ac si diceret: Ego purgo te per lumen receptum a Deo, mediante Seraphim. LXX habent, *Carbunculos*, propter similitudinem ignis. Habent enim calorem flammantem.

*2. Et audivi vocem Domini dicentis. Ille ostenditur ministri<sup>1</sup> auctoritas ex imitatione officii: et circa hoc tria facit. Primo queritur mittendi consensus; unde dicit, *Quem mittam?* in quo notatur auctoritas ex parte mittentis, Rom. x, 15: *Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur? Et quis ibit?* in quo notatur missi voluntas, *nobis* acquisitive, ut non querat vanum honorem, et non querat lucrum. Et converso Phil. ii, 21: *Omnis enim quia sua sunt querunt, non quia Iesu Christi. Mittam, in quo notatur unitas essentiae: nobis*, in quo pluralitas personarum. Secundo ponitur oblatum obsequium: *Et dixi: Ecce ego: mitte me.* Infra 50: Ego autem non contradico, retrorsum nouabii.*

Sed videtur quod hoc fuerit presumptionis, quia Moyses recusavit. Exod. iii, 11: *Quis ego sum ut vadom ad Pharaonem, et educam filios Israel ex Aegypto?* Jeremias etiam recusavit; unde Jerem. i, 6: *Et dixi: A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Et dicendum, sicut dicit Gregorius in *Pastorali* et ponitur in principio Jeremie in *Glossa*: Utrumque fuit ex radice caritatis. Ille enim propter dilectionem Dei non habuit<sup>2</sup> perdere solitum contemplationis: isto propter dilectionem proximi voluit mitti ut prodessel; et tamen nec ille iussums pertinaciter recusavit, nec iste prius quam purgatus aut requisitus esset, se obtulit.

Tertio injungitur officium: et quantum ad hoc subjungitur: *Et dixit, Fude.* Matth.: *Ecce ego multa vos sicut ores in medio hiemarum: et dices populo huic. Jer.: Si separaveris pretiosum a vilis, quasi os meum eris. Auditte audientes.* Hic ponitur

sententia; et primo ponitur sententia obdurationis. Non obdurat autem immitten-  
do malitiam, sed non impartiendo gratiam;  
et quia non se volunt ad gratiam  
convertere. Secundo queritur sententiae  
duratio, ibi, *Et dixi: Usquequo Domine?* Circa primum tria facit. Primo ponitur  
sententiae pronuntiatio a Domino, quan-  
tum ad sensus disciplinabiles, scilicet au-  
ditum, qui deserbit disciplinae: unde dicit  
*Audite, auribus exterioribus, Audientes,* Christum, vel alium prædicantem, *et no-*  
*lite intelligere;* quasi dicit: Quia non  
vultis, non intelligitis. Permissum est.  
Et quantum ad visum, qui servit inten-  
tioni: *Et videte visionem, Christum cor-*  
*poraliter, vel magnalia Dei;* et *nolite co-*  
*gnoscere,* Permissum est, et non impe-  
rativum. Infra xlvi: *Quis excus nisi ser-*  
*vus mens?* Secundo ponitur sententiae  
acceptatio a Propheta: unde dicit: *O*  
*Domine, ex quo plenitudo<sup>3</sup> gentium intratura est:* iv Reg. vi, 18: *Percute ca-*  
*citate Israel: excœca cor, interius, et au-*  
*res agraria, ne percipient, et oculos ejus claudic, ne cognoscant.* Joan. ix, 39: *In*  
*judicium ego in hunc mundum veni, ut*  
*qui non vident, videant, et qui vident,*  
*excœci fiant.* Vel est verbum Domini, et est  
sensus: *Excœca, idest excœcum prædi-*  
*ca.* Tertio ponitur excavationis ratio:  
*Ne forte rideant oculis suis, et auribus*  
*suis audiunt, et corde suo intelligent,*  
propter bona, et convertantur, et sanem  
eos, cum sanitate sint indigni. Ezech.  
xviii, 21: *Si autem impius egerit pauci-*  
*tiant ab omnibus peccatis suis quæ oper-*  
*atus est, et custodierit universa præcepta*  
*mea, et fecerit iudicium et justitiam; vita*  
*circet, et non morietur; omnia iniquita-*  
*tum ejus non recordabur.* Infra xxx: *Si*  
*revertimini, et quiescatis, salvi eritis.* *Et*  
*dixi, Usquequo?* Hic ponitur sententiae  
duratio: et primo ponitur Propheta quæs-  
tio, *Usquequo excœcabuntur?* Dan. viii,  
13: *Usquequo visio concudeabitur?* Se-  
condo Domini responsio, *Et dixit.* Et po-  
nitur duplex terminus. Primus quantum  
ad penam malorum; secundus quantum  
ad sanctitatem bonorum; ibi, *Semen sanc-*

<sup>1</sup> AL: «ministrari»

<sup>2</sup> AL: «nouit.»

<sup>3</sup> AL: «pulchritudo.»

*tum, ac si dicat : Quousque qui in sordibus est sordecat ? Apocalyp. ult. 11 : Qui nocet vocat adhuc, et qui in sordibus est, sordecat adhuc. Ponam autem tangentem triplicem. Primo quantum ad captivitatem, quae designatur in desolatione civitatum : Donec desolentur civitates. Jer. xii, 10 : Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudines. Thren. i, 13 : Posuit me desolatum, tota die marore confectam, Quantum ad culturam agrorum : Terra derelinquetur deserta. Supra i : Terra vestra deserta, civites vestrae, successus igni. Quantum ad exilium hominum : Et longe faciet Dominus homines. Jerem. xxii, 26 : Et mittam te, et matrem tuam quem genuit te, in terram alienam, in qua nati non es sis, ibique moriori nisi. Ezech. xx, 38 : Et erigam<sup>1</sup> de vobis transgressores et impios, et de terra incolatus eorum educam eos. Secundo quantum ad captivitatem longitudinem : Et multiplicabitur, gens illa, in medio terrae, in qua captiva tenebitur : tamdiu durabit captivitas. Jerem. xxix, 4 : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel omni transmigrationi quam transtulit de Jerusalem in Babylonem : Adficate domos, et habitate in eis. Et infra ibidem : Et multiplicabimini, ibi, et nolite esse pauci numero, et querite pacem civitatis ad quam transmigrare vos feri. Tertio quantum ad iteratam persecutionem : et primo ponit paucitatem : Et adhuc in ea*

*decimatio*; id est, vix decima pars relinquetur a Tito in terra Iudeæ, vel in toto orbe, propter Judeos imperfectos. Bent. xxviii, 62 : Et renomabitis pauci numero, qui prius eratis sicut ustra voli pro multitudine. Secundo iteratam destructionem : Et convertetur, iterum super vos captivatio, sub Adriano imperatore. Supra v : In omnibus his non est versus furor ejus; sed adhuc manus ejus extenta. Tertio eorum vilitatem et despectionem vel dispersionem : Erit in ostensionem, derisionis, sicut terebinthus, quadam arbor, quæ in Damasci partibus magua est, in Graecia parva, et sicut querqus, quæ expandit ramos suos : in quo eorum dispersio signatur. Eccli. xxiv, 22 : Ego quasi terebinthus extendi ramos meos. Semen sanctum erit id quod steterit in ea. Ille ponit terminum quantum ad sanctitatem bonorum : unde dicit : Semen sanctum, id est virorum perfectorum, qui divinae obedienti visioni, et aliorum sanctorum de Iudaïs, quod steterit, non cadens per infidelitatem. Infra ult. Quia sicut coeli novi, et terra nova, quæ ego facio stare eoram me, dicit Dominus, sic<sup>2</sup> stabit semen vestrum, et nomen vestrum. Alii exponunt in bonum. Multiplicabitur, post redditum de captivitate, in medio terræ, suæ ; et adhuc in ea decimatio, quæ relinquetur ad cultum Dei post multorum necem ; et convertetur ad Deum, et erit in ostensionem, gloria.

## CAPUT SEPTIMUM

1. Et factum est in diebus Achaz filii Joathan filii Ozias regis Iuda, ascendit Basus rex Syriae, et Pliæce filius Romelie rex Israel in Ierusalem ad preliandum contra eam : et non potuerunt debellare eam. Et nuntiaverunt dominus David, dicentes . Requievit Syria super Ephraim. Et commotum est cor ejus, et cor populi ejus, sicut moventur ligna syllvarum a facie venti. Et dixit Dominus ad Iacobum : Egedrete in occursum Achaz tu, et qui derelictus est Iasub illius tuus, ad extremum aqueductus piscinae superioris, in via agri fullonis, et dices ad eum . Vide ut sit leas. Noli timere, et cor tuum ne formidet a duabus caulis titiouni fumigantium istorum, in ira furoris Basii regis Syriae et filii

Romelie, eo quod consilium inierit contra te Syria in malum, et Ephraim, et filius Romelie, dicentes : Ascendamus ad Judiam, et suscitemus eum, et aveliamus eum ad nos, et ponamus regem in medio ejus filium Tabeel. Hæc dicit Dominus Deus : Non stabit, et non erit istud ; sed caput Syriae Damascens, et caput Danieci Basini. Et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim esse populus, et caput Ephraim Samaria, et caput Samaria, filius Romelie. Si non crederitis, non permanebitis.

2. Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens : Pete tibi sigillum a Domino Deo tuo, in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz : Non petam, et non tentabo Dominum. Et dixit :

<sup>1</sup> Al. : a forte eligam. <sup>2</sup>

Al. sicut.

Audite ergo, domus David. Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concepit, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Iuxtrum et mel comedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Quia antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum, derelinquetur terra quam tu detestaris a facie duorum regum snorum. Adducet Dominus super te et super populum tuum et super dominum dominum patris tui, dies qui non venerunt a diebus separationis Ephraim a Iuda, cum rege Assyriorum. Et erit in die illa, sibi habbit Dominus muscae quae est in extremo fluminum Aegypti, et apii, que est in extremo fluminum Aegypti, et apii, que est in terra Assur; et venient, et requiescent omnes in torrentibus vallicis et in cavernis petrarum, et in omnibus fructibus, et in universis foraminibus. In die illa radet Dominus in novacula conducta in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput, et pilos pedum, et barbam universam. Et erit in die illa, nutrit homo vacanam bonam, et duas oves, et praeturbata lactis comedet, Iuxtrum cuius et mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terre. Et erit in die illa omnis locus ubi fuerint mille vites mille argenteis et in spinas et in vespes erunt. Cum sagittis et arcu ingredientur illuc. Vepres enim et spinae erunt in universa terra. Et omnes montes qui in sarculo sarcipient non venient illuc terror spinarum et veprium; et erit in pascua bovis, et in concubitione pecoris.

4. Ille ponitur comminatio contra hostes duarum tribum; et dividitur in duas. In prima ponitur comminatio contra persecutores populi; in secunda contra contemptores prophetarum, valicinium, cap. xxviii: *Vix corona superbix etc.* Prima in duas. In prima comminatur hostium dejectionem; in secunda ponit gratiarum exultationem; cap. xxv: *Dominus Deus meus es tu etc.* Prima in duas. In prima singulorum in speciali; in secunda omnium in generali, xxiv cap.: *Ecce Dominus dissipabit terram.* Prima in tres: in prima contra hostes corporaliter persecuentes; in secunda contra hostes potestatatem praebentes, cap. xvii: *Onus Damasci etc.*; in tercia contra hostes in rebus calumniantes, cap. xx: *Onus deserti maris etc.* Prima in duas: in prima contra persecutores ejusdem gentis; in secunda contra alienigenas, cap. x: *Vix qui commandant leges iniqüas etc.* Prima in duas. In prima comminatur ipsorum frustratio nem, per liberationem duarum tribum; in secunda ipsorum destructionem, cap. viii: *Et dirit Dominus ad me etc.* Prima

pars, que continetur in hoc capitulo, dividitur in tres. In prima describitur imminens periculum; in secunda promittitur liberationis beneficium, ibi, *Et dicit Dominus ad Isaiam etc.*; in tertia conferuntur liberationis signum, ibi, *Et adiicit Dominus loqui ad Achaz.* Ad evidentiam autem primae partis sciendum est, quod Achaz fuit impius et idololatra, sicut legitur iv Regum xvi, et iv Paralip. xxvii. Et ideo Dominus tradidit eum iaman Regis Syriae et Samarie, qui primo venerunt contra eum, et obsidentes Jerusalem, tandem devincentes ipsum, magnam partem exercitus sui ceperunt et principem exercitus ejus. Iterum ex illa victoria confisi, venerunt ut omnino privarent cum regno, et substituerent alium loco ejus; et in hoc secundum adventu consolidatur eum Isaiae. Tria ergo ponuntur in prima parte. Primo describitur hostium congregatio: unde dicit: *Et factum est in diebus Achaz.* Reducit autem genealogiam usque ad Oziam, quia forte in percussione qua' percussus est lepra a Domino, II Paral. xxvi, qui tamen justus fuerat, accepert audaciam invadendi, quasi contemnentes divinum auxilium. Ascendit. Hoc dicitur propter situm terra, quia Judea in montibus est. *Phare*, qui interfecit Phaceiam regem Israel, eius princeps militiae erat, et regnavit pro eo: iv Reg. xv. *Et non poterunt*, in prima vice, quamvis regem in campo devinerent. Vel loquitur per anticipationem, quantum ad secundam ascensionem. Secundo ponit denuntiationem: *Et nuntiaverunt*, sui exploratores, *domini David*, idest domini regie, *dicentes*: *Requierit Syria super Ephraim*, idest rex Syriae cum rege decem tribuum, que Ephraim dicuntur, propter primum regem, qui de Ephraim<sup>1</sup> fuerat: III Reg. xiii. Vel propter dignitatem sunt amicitia juncti qui tamen fuerunt prius inimici, sicut legitur III Reg. ult. Et dicit, *Syria super Ephraim*, ut notetur principalitas in regno Syriae, quia fortius erat. Tertio ponitur denuntiationis effectus, perturbatione scilicet regis et snorum. *Et commotum est cor ejus*, scilicet regis, Eccli. xxii, 23: *Sic et cor trepidum in cogitatione fa-*

<sup>1</sup> AL. : « quia. »

<sup>1</sup> AL. . « qui Ephraim. »

*Qui.* Prov. xxi. 45 : *Et parvus operantibus iniuriam.* Matth. ii. 3 : *Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Jerosolyma cum illo. Et dixit Dominus ad Isaiam.* Ille promittitur liberatio : et primo ponitur promissionis modus ; secundo ipsa promissio, ibi, *Et dices ad eum : Vide ut sileas.* Modus autem ponitur primo quantum ad personam nuntiantem : *Dixit Dominus ad Isaiam,* interius inspirando, vel loquens per subjectam creaturam : *Egredere in occursum Achaz,* qui forte propter timorem hostium iverat ut præpararet se ad resistendum. Secundo quantum ad testem : *Et qui derelictus est Iacob,* tibi ; alio fratre, scilicet Rapsace, ex matre nobiliore nato, fugiente ad regem Assyriorum, quia non bene receperat fuit ab Achaz ; de quo infra xxxvi. Deut. xix. 15 : *In ore duorum aut trium stabit omne verbum.* Tertio quantum ad locum, *Ad extremum.* Ad ejus evidentiā sciendum est, quod quia Jerusalem in montanis est, non abundat aquis fluentibus, et ideo habebat aquas collectas in piscinis vol ex pluviis, vel ex longinquis fontibus per aquæductus. Erant autem tres piscinae in Jerusalem. Una quæ erat ad usum sacerdotum et sacrificiorum, quæ dicitur probatica piscina, de qua Joan. v : Secunda erat inferius in civitate, quæ munda servabatur ad communem usum civitatis. Tertia erat extra civitatem, quæ habebat aquam immundam, in qua fullones lavabant lanam, et erat ad hujusmodi usus ; et ab illa piscina dicitur totus fullonis ager. Et sic patet quod dicitur in littera. *Et dices ad eum.* Ille ponit promissionem : et primo ponit confortationem ; secundo confortationis rationem, ibi, *A duabus caudis titionum sumigantum istorum ;* tertio incredulorum condemnationem, ibi, *Si non credideritis, non permanebitis.* Confortat autem proflibeus timoris signum : *Vide ut sileas ;* idest, cave ne timorem cordis exterius prodas. Infra xxx : *In silentio ; et in spe erat fortitudo vestra.* Item<sup>1</sup> xxxii : *Et erit opus iustitiae, pax et cultus iustitiae, silentium et securitas usque in sempiternum.* Et etiam ostendit timoris transitum : *Noli*

*timere, mala futura, et cor tuum ne formidet, propter memoriam malorum quae passus es.* Infra xlvi : *Noli timere, quoniam ego tecum sum ; ab oriente reducam senem tuum, et ab occidente congregabo te. A duabus caudis.* Ille ponit confortationis rationem : et primo ostendit propouentium vanitatem, qui magna proponunt, cum tamen nihil vel parum possint sustinere. *Duabus caudis,* quia in eis finitum est regnum. Rasin enim interfactus est a Teglatphalasar, iv Regum xvi, et sui in captivitatem ducti ; sed Phacee subiungatus fuit, et postea imperfectus ab hoste, qui postmodum captus est a rege Salmanasar, et decem tribus captivatae : iv Regum xvi. *Fumigantium :* tunc enim sunt vicini extinctioni. *Et suscitemus<sup>2</sup> eum,* quasi somno quiescentem, et *avellamus,* idest trahamus in potestatem nostram. *Filium Tebeel :* ad litteram quemdam hominem, vel idolum dei nostri. Tebeel, bonus Deus. Secundo quantum ad propositi frustrationem : *Hoc dicit Dominus,* qui omnia potest : *Non erit istud,* quia non perducetur ad effectum, *et non stabit,* quia non diu durabunt in tali proposito, majoribus malis in eos irruentibus. Infra viii : *Inite consilium, et dissipabitur ; loquimini verbum, et non fieri :* quia nobiscum Deus. Tertio quantum ad hostium destructionem : et primo quantum ad Assyrios : *Sed caput Syriæ ;* quasi dicat : Sed interim, et antequam destruantur, *caput Syriæ Damascus, et caput Damasci Rasin ;* quasi dicat : Erunt Damasceni et rex eorum contenti suis finibus. *Et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim esse populus,* quia captivabuntur. Iste anni non debent computari a tempore hujus prophetiæ, sed a tempore quo Ozias percussus est lepra, quia tunc assumpserunt audaciam, vigesimo sexto anno regni ejus. Et ex tunc Joathan filius ejus regnavit, vivente patre, 27 : et postea 16, et postea Achaz 16, et postea Ezechias, cuius sexto anno captus est populus : iv Reg. xvii. Et hi omnes collecti, sunt 65 anni. *Et caput Ephraim,* ut supra. *Si non credideritis.* Ille ponit incredulorum condemnationem.

<sup>1</sup> Al. : « eodem. »

<sup>2</sup> Al. : « sustinemus. »

*Si non credideritis, scilicet promissis Domini, etiam vos non permanebitis in terra vestra, sed captivabimini.* Habac. ii, 4 : *Ecce qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipsa.* Et dicit hoc, quia Achaz non credens prophetae, invocavit auxilium regis Assyriorum Teglatphala-sar, ut adjuvaret eum : qui ad petitionem ejus venit, et destruxit Damascum<sup>1</sup> et regem interfecit ; et cum dedisset sibi mu-nera, tamen nihil sibi profuit, sicut dicitur Il Paral. xxviii.

2. Hie ponitur liberationis signum ad erendum : circa quod tria ponuntur. Primo optio eligendi signum conceditur : *Et dixit Dominus ad Achaz.* Quia prophetae contempnabant,<sup>2</sup> ipse per se dixit : *Quia videtur durum quod tam potentes reges ita cito destruantur, pete tibi signum, ut credas, a Domino Deo tuo.* Ex hoc videtur quod sit sermo prophetae ; et dicendum, quod mos est Hebraici sermonis, ut utantur nominibus pro pronominiis.<sup>3</sup> Unde, *A Domino Deo tuo*, idest a me. Vel est verbum Domini per inspirationem, et prophetarum per denuntiationem. Infra viii : *Numquid non populus a Deo suo requiri visionem pro vivis et mortuis ? In profundum inferni, ut aperiat terra, et infernum pateat, sicut in subversionem Dathan et Abiron :* Num. xvi. Vel per infernum inferiora clementia, sicut Moyses de terra locutas et cyniphes eduxit : Exod. viii : *Sive in excelsum supra, sicut Josue in statione solis : Josue x : Iudei enim signa queruntur :* 1 Cor. i, 22. Secundo oblati refutatio : *Et dixit, non petom :* vel quia in idolis confidebat, vel in rege Assyriorum, vel inuidens Dei glorie, vel quia timebat offendere Deum in angustia positus. Infra xxvi : *Domine in angustia requisiernut te.* Unde dicit, *Nou tentabo :* ininxus est enim ei quod dicitur Deut. vi, 16 : *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Sed male intellexit, quia licet ei auctoritate Dei petere signum, sicut Gedeon in vellere ; Jud. vi. Tertio ponitur refutantis inerepatio : *Et dixit, scilicet Isaías :* Ergo ex quo tam rebellis es sis, *audite ergo dominus David,* propter con-

sensum in malitia, vel quia David promissus Christus datur signum<sup>1</sup> Psal. cxxxli, 11 : *De fructu ventris tui ponam super sedem.* Numquid parum vobis est, ad mereundam divinam iram, esse molestos hominibus, quos spoliatis ; vel prophetas, quibus non creditis ; *quia molesti estis* per rebellionem, *Deo meo, non vestro*, cui non obedistis ? Jer. xxiii, 33 : *Ut quid robis onus ? Projicium quippe vos, dicit Dominus.* Propter hoc. Hie datur signum ad erendum : et primo conferuntur signum liberationis ; secundo comminatur incredulis ponam destructionis, ibi, *Adducei Dominus.* Hoc autem signum est de Christi incarnatione.

Sed contra hoc objiciunt Judaei multipliciter. Primo, quia Dominus dabat signum illius liberationis, ad quam nihil consonant Christi incarnationis.

Ad quod dicendum, quod incarnationis Christi significat ipsam per locum a maiori : si Deus dabit filium suum ad salutem totius mundi, multo magis potest salvare vos ab istis hostibus. Rom. viii, 32 : *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Vel quasi causa motiva : hoc enim quasi movit Dominum, quod multa bona illi populo, quamvis injusto, concedantur, quia de illo providerat Filium suum incarnationis.

Item objiciunt, quia signum sequens datur ad praesentes ; sed incarnationis non fuit facta temporibus eorum ; et sic videatur quod nullum sit signum.

Ad quod dicendum, quod incarnationis, quamvis non fuerit facta praesentibus illis hominibus, fuit tamen manente domo David : unde dicit : *Audite domus David ; non antem, Audi Achaz.*

Hem obiciunt, quia signum debet praecedere signatum ; sed incarnationis fuit dum post liberationem illam ; ergo non fuit signum ejus.

Ad quod dicendum, quod signum quandoque sequitur signatum, sicut Deut. xviii, 22 : *Hoc habebis signum : quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, et non creverit ; hoc Dominus non est lo-*

<sup>1</sup> Al. : « Damascenum. »

<sup>2</sup> Al. : « condemnabunt. »

<sup>3</sup> Al. : « nominibus. »

<sup>1</sup> Al. : vel quia David promissus est Christus, datur signum. \*

*cutus*. Quandoque est simul. II Reg. v, 24 : *Cum audieris sonitum gradientis in cavernine pirorum, tunc inihibe praelium*. Quandoque precedit, sicut Jud. vii, de Gedeone, ubi datum est signum quod vincere debebat in his qui aquam manibus lambierant. Et oportet de necessitate quod hoc signum sequatur, etiam secundum quod ipsi exponunt. Si enim precedit, tunc puer fuit natus ante mortem Phacee, qui regnavit 20 annis, cuius 17 anno regnavit Achaz, qui regnavit 16 annis : ergo Achaz regnavit 13 annis post mortem ejus. Et Osee regnavit 12 anno Achaz, cuius nono anno Samaria capta est, qui fuit 6 annis post mortem Achaz : ergo in captivitate Samariae ad minus habebat puer 19 annos : ergo falsum est quod infra nempe c. viii dicitur, quod puer nesciebat vocare patrem et matrem.

Item objiciunt, quod in hebreo non est *virgo*, sed *alma*, quae apud eos significat juvenculam nubilem, sicut habetur Gen. xxiv, de Rehecea, ubi nos habemus, *Puel- la decora nimis, et ipsi habent, alma*. Et si etiam habeatur *bethula*, quod apud eos significat virginem, non oportet quod mauius virgo conceperet, quia poterat esse quod tunc erat virgo, postea ex semine viri corrupta concepisset.

Ad quod dicendum, quod nullum signum esset, si juvencula concepisset, et etiam virgo corrupta. Dominus autem aliquod magnum voluit significare, cum dixit ; *In profundum inferni, sis in excelsum supra*. Ideo autem apud eos<sup>1</sup> ponitur magis *alma* quam juvencula, quia *alma* significat virginem, secundum nominis originem, et adhuc plus, custoditam, de qua non possit haberis mali suspicio. Sed *bethula* significat secundum usum loquendi posteriorem. Exponunt autem dupliciter. Quidam de Ezechia, quidam de filio Isaiae, quem singunt esse Emmanuel vocatum. Sed quod primum non possit stare, sic ostenditur, quia Ezechias erat 25 annorum, quando coepit regnare, IV Reg. xviii, et Achaz regnavit 16 annis, IV, Reg. XVI; ergo Ezechias erat 10 annorum, quando pater suus incepit regnare; et sic non promittitur hic

nasciturus. Praeterea. Quomodo nescisset vocare patrem et matrem, cum sexto anno regni ejus capta fuerit Samaria? Iterum quod secundum non possit stare, ostenditur, quia hoc nullum signum fuisset. Et praeterea filius Isaiae non fuit Dominus Iudea, cum tamen dicatur infra viii, terra Iudea esse Emmanuel possessive. Et ideo oportet quod intelligatur de filio Dei.

Secundum hoc ergo tria facit. Primo promittit signum : *Propter hoc, quia vos non vultis petere, ipse dabit signum vobis, vestrae liberationis*. Hoc etiam signum datum est Luc. ii, 42 : *Et hoc vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum, positum in praesepio*. Secundo ponitur ipsum signum, *Ecce Virgo*; et primo ponitur miraculosa conceptio : *Ecce virgo, manens virgo in parte, concipiet<sup>2</sup> et pariet filium*. Secundo mirabilis generati vocatio : et primo quantum ad divinitatem : *Vocabit, scilicet virgo, vel vocabis tu, Iuda, in periculis, nomen ejus Emmanuel*, quod est interpretationum : Nobiscum Deus. Matth. i, 23 ; \* *Vocabunt cabis nomen ejus Emmanuel*. Et hoc totum nullum simile habet in aliis, quia novum est. Jer. xxxi, 22 : *Creavit Deus novum super terram : mulier vel semina circumdabit virum*; idest perfectum hominem in ipsa conceptione, quamvis non secundum quantitatatem perfectam, sicut dicit Augustinus super illud Joan. ii, 20 : *Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc ; et tu in tribus diebus excitabis illud?* Et ideo est super hominem, quia nihil novum sub sole. Eccle. i, 10 : *Unde concordantia alia non potest haberi de ipsa prophetia nisi ipsa historia*. Luc. i, 31 : *Ecce concipies, et paries filium*; significat Ezech. XLIV, 2 : *Porta haec clausa erit, et non aperietur ; et vir non transbit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam*. Secundo quantum ad humanitatem : *Butyrum et mel comedet*: ad litteram, cibos viriles, quia ab infanta ad modum aliorum se habuit. Sap. vii, 3 : *Et ego natus accipi communemarem, et in simili ter- factam decidi terram, et primam vocem si-*

<sup>1</sup> Al. : « nos. »

<sup>2</sup> Al. : « concipiet, in parte. »

*milem omnibus emisi plorans.* Vel a parte ad totum, secundum regulas Tyconii. Per hos enim omnes humanos cibos intelligit. *Ut sciatur.* Ut consequivum est, quia talibus vescens adhuc puer sciatur reprobare malum, sine experimento, et eligere bonum sine consilio, perfectam habens omnem scientiam. Hoc promiserat diabolus, sed non solvit, Gen. ii : sed Deus gratis dedit. Sap. vii, 17 : *Ipse enim mihi dedit horum quae sunt scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutem elementorum.* Vel *ut* est causale : *Ut sciatur,* idest ut ostendat se scire, quia per cibos perditus est ad perfectam aetatis quantitatem, qua ostendit se scire, Augustinus super illud Cant. iv, 11 : *Mel et lac sub lingua tua,* dicit, quod significat per butyrum humanitatem, quod de terra nutrimento venit; per mel divinitatem, quod de rore coeli colligitur. Habuit tamen naturam sine corruptione, sicut butyrum sine caseo; et portavit consolationem sine iudicio, quasi mel sine aculeo. *Bernardus :* « Elegit puer nosternoviter concipi, quia naturam nostram carnis accepit sine corruptione. » Similiter apis mel nobis attulit, non miscens aculeum. *Non enim venit ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum :* Joan. iii, 17. Et sic est etiam causale. Et hoc est signum de deorsum ex parte virginis parientis, et desursum ex parte Dei nascendi. Ps. lxxxiv, 13 : *Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.* Tertio ponitur signi adaptatio : *Quia antequam sciatur,* idest antequam nascendo scientiam creatam assumat. *Terra, Samarie et Syria :* iv Reg. xvi et xvii : *Adduct Dominus super te.* Hie ponit comminationem contra non credentes signum : et primo ostendit peccata gravitatem; secundo penitentiam ordinem, ibi, *Et erit in die illa, sibilabit Dominus musea;* in tercia penitentiam effectum, ibi, *Et erit in die illa, nutrit hominum vacanum bonum.* Ostendit autem gravitatem ex praeceptis autoritate : *Adduct Dominus,* qui potens est. Exod. xvi, 3 : *Dominus omnipotens nomen eius.* Ex penite universalitate : *Super te,* per Te-

glathiphalasar, et super populum tuum, et super dumnum patris tui, quantum ad posteros tuos, per filios tyrannos ex praecedentium comparatione. *Dies, tam mali;* et dicuntur mali propter culpam. Matth. vi, 34 : *Sufficit diei malitia sua.* Eph. v, 16 : *Redimenter tempus, quoniam dies mali sunt Propter peccata: Qui non renuntia diebus sparantibus Ephraim a Iuda;* III Reg. xi : *Erequentis potestatem:* Cum rege Assyriorum, Nabuchodonosor, quia regnum Chaldaeorum et Assyriorum sub ipso unum fuit, et a principio unum fuerat. Assyrii enim de Chaldaeis egressi sunt : Gen. x. Jer. xxv, 9 : *Assunnam Nabuchodonosor serrum meum etc. Et erit.* Hie ponit penitentiam et ordinem : et ponit tria. Primo hostium convocationem. *Sibilabit,* idest inspirabit, *musea,* idest regi Egypti, qui occidit Josiam : iv Reg. xxi 4, ii : et comparator musearum propter immunditiam idolorum, et luxuriae, quae viget in Aegypto ; *in extremo fluminum,* quia etiam de ultinis partibus Egypti, et apud scilicet Chaldaeis et Assyriis, qui ab antiquiori habebant mel defusionis, et a posteriori aculeum persecutionis. Supradictum : *Sibilabit ad eum de finibus terrae.* Secundo hostium multitudinem : *Et resurgent, et requiescent omnes in torrentibus valibus;* quia in vallibus constanter currere aquae, propter communodium aquarum, *in cavernis,* propter munitionem, *in fenestris,* propter ligna, *in nuncis risis foraminibus,* propter loca domorum. Infra viii : *Et erit extensis ularam ipsius impensis latitudinem terrae tunc.* Tertio captivationem : *In die illa caderet unus in noctuula,* idest per noctem, *in lis,* idest per hos, scilicet Assyrios. Novacula acuta, de qua Izech. v, 1. Sive *te quod gladium arietum valentem prostrat,* et assumens eum adducit per eum et tuum. Caput regem, pedes astice, *a batis* iustices qui sunt ad coronatum regis : v Reg. ult. Supradictum. *Onus in rubea latitudo,* judicem et prophetam. Vel loquitur contra Egyptios, qui et in adiutorum. *In his, idest Egyptis, conduta* Izech. xxix, 19 : *Et decipiunt spiritum eis, et erit mur*

<sup>1</sup> Al. omittitur : et propter.

<sup>2</sup> Al. : et conductam.

*ces exercitui ejus, et operi pro quo servierat adversus eum. Et erit in die illa, nutritio homo vacaniam habet. Hic ponit poemam effectum, vel signum destructionis. Primo in animalium paucitate : *Vacuum habent, et duas oves, propter paucia animalia.* Supra v : *Et deserta in ubertatem versa adveni coedent.* Secundo ex virtualium paucitate : *Butyrum et mel, propter inopiam panis.* Thren. Qui vescebantur voluptuose, interierint in rīs. Tertio ex paucitate hominum. Primo in vilitate<sup>1</sup> possessionum : *Omnis locus ubi fuerint mille vites.* Jer. xxxii, 25 : *Ene agrum argento, et adhibe testes, cum urbs data sit in manus Chaldeorum.* Prov. xxiv, Per agrum hominis pigrī transivi et per vineam viri stulti<sup>2</sup>; et ecce totum repleverant urticæ, et operuerant<sup>3</sup> superficiem ejus spinæ. In multitudine latronum : *Cum sagittis et arcu, scilicet cum fugietis, ingredientur.* Infra xxiv : *Formido, et fovea, et laqueus super te, et super habitatores terræ.* Tertio in pavore hostium, quia colent montes, et dimittunt plana : *Et omnes montes.* Jer. lxxix, 13 : *Et omnes civitates ejus erunt in solitudines.* Et infra lxxix : *Apprehendere nitores altitudinem collis.**

Notandum super illo verbo, *Vocabitur nomen ejus Emmanuel,* idest nobiscum Deus, quod Christus est nobiscum multi-

pliciter. Primo tanquam frater, per naturæ consortium. Cant. viii, 1 ; *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, et desueler te?* Secundo tanquam sponsus, per amoris vinculum. Joan. xiv, 23 : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Tertio tanquam pastor, per maternæ consolationis solatium. Apoc. iii, 20 : *Ecce ego sto ad ostium et pulso.* Si quis audierit vocem meam, et aperuerit januam, intrabo ad illum, et conabo cum illo. Quarto tanquam salvator, per defensionis auxilium. Jer. xxx : *Tu ergo ne timeas, servus meus Jacob, ait Dominus, nec paveas Israel, quia ecce ego salvabor de terra longinquæ.* Quinto tanquam dux, per operis exemplum. Exod. xxxii, 12 : *Dominus solus dux ejus fut.*

Notandum super illo verbo, *Ecce virgo,* quod dicitur, *Ecce propter eminentiam singularem :* quia supra mulieres propter virginitatem : unde dicit, *Ecce virgo.* Secundo supra virgines propter fecunditatem : unde dicit, *Concipiet.* Tertio supra Angelos omnes propter fructus dignitatem : unde dicit : *Pariet filium.* Hebr. ii, 16 : *Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.*

## C A P U T O C T A V U M

4. Et dixit Dominus ad me : Sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis : Velociter spolia detrahe, cito predare. Et adhuc mihi testes fidèles, Uriam sacerdotem, et Zachariam filium Barachię. Et ac essi ad prophetissum, et concepit, et peperit filium. Et dixit Dominus ad me : Voca nomen ejus Accelera, spolia detrahe festina præparari.

2. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, anfretur fortitudine Damasci, et spolia Samia iie coram rege Assyriorum. Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens : Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, que vadunt eum silentio, et assumpsit magis Basim, et filium Romelia; propter hoc ecce Dominus adducet super eos

aquas fluminis fortes et multas, regem Assyriorum, et omnem gloriam ejus. Et ascendit super omnes rivos ejus, et fluat super universas ripas ejus, et ibi per Judam inundans et transiens usque ad collum veniet. Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terre tue, o Emmanuel.

3. Congregamini populi, et vincimini, et audite universæ prœcul terre. Confortamini, et vincimini; inité consilium, et dissipabitur; loquimini verbum, et non fieri : quia nobiscum Deus. Haec enim ait Dominus ad me : sicut in manu forti eruditiv me, ne irem in via populi hujus, dicens : Nou dicatis, Conjuratio. Omnia enim quæ loquitur populus iste, conjuratio est. Et timorem ejus ne timeatis, neque paveatis. Dominum exercituum ipsum sanctificate;

<sup>1</sup> Al. : « utilitate. »

<sup>2</sup> Al. omittitur : « stulti. »

<sup>3</sup> Al. : « apparuerant. »

<sup>4</sup> Al. omittitur : « eum. »

ipse pavor vester, et ipse terror vester; et erit vobis in sanctificationem; in lapidem autem offensionis, et in petram scandalum duabus dominibus Israel, et in laqueum, et in ruinam habitantibus Ierusalem. Et offendent ex eis plurimi, et cadent, et conterentur, et irretientur, et capientur. Lignum testimoniorum, signa legem in discipulis meis. Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob, et praeitolabatur eum. Ecce ego, et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, et in portentum Israel, a domino exercitum, qui habitat in monte Sion.

4. Et cum dixerint ad vos: Quarite a pythomibus, et a divinis, qui strident in incantationibus suis; numquid non populus a domino suo requiret visionem pro vivis ac mortuis? Ad legem magis, et ad testimonium. Quod si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux. Et transibit per eam, et corruit, et esuriet, et cum esurierit, irascetur, et maledict regi suo et Deo suo. Et suspiciat sursum, et ad terram intuebitur; et ecce tribulatio et tenebra, et dissolutio, et angustia, et caligo persecens; et non poterit avolare de angustia sua.

1. Ille praedicit destructionem decem tribuum, in quantum perfinet ad eorum poenam, quae facta est per Assyrios. Primo per Teglatphalasar, regnante Phacee, captivantem<sup>1</sup> duas tribus et dimidiem, que erat trans Jordaniem, et plurimos de tribu Zabulon et Nephtali: iv Reg. xv: postmodum per Salmanasar in captivitatem reducentem residnas: iv Reg. xvm. Hujus autem tribulationis etiam due tribus fuerunt particeps, quia a Teglatphalasar affliti sunt, ut dicitur n Paral. xxviii, et a Semachirib, sicut dicitur infra xxxvi. Non tamen omnino subjugante. Et dividitur in partes duas. In prima praedicit tribulationem; in secunda modum ipsius et ordinem, cap. ix: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon, et terra Nephtali.* Hoc autem capitulum dividitur in tres partes. In prima comminatur decem tribibus Assyriorum destructionem; in secunda praedicit in hoc duarum tribuum afflictionem, ibi, *Et ibit per Judam inundans, et transiens usque ad collum veniet;* in tertia confortat eos per futuram liberationem, ibi, *Congreganini populi.* Circa primum duo facit. Primo ponit puerum præfigurationem; in secunda, signi expressionem, ibi, *Quia antequam sciat puer vocare patrem suum.* Hoc autem signum, Iudei ad litteram exponunt de

filio Isaiae, per ejus nomen Dominus significare volebat decem tribuum destructionem. Et secundum hoc, signum tripliciter confirmat. Primo scripto secundo, testimonio, ibi, *Et adhibui mihi testes fideles;* tertio, ipso facto, ibi, *Et accessit ad prophetissam.* Circa primum tria ponit: scilicet in quo scribendum. *Lignum grandem.* Ad litteram enim, grandem, ad significandum magnitudinem tribulationis Jer. xxxvi, 2: *Tolle voluntem libri, et scribes in eo omnia quae locutus sum tibi aduersus Israel et Judam.* Secundo quo scribendum, *Stilo hominis,* idest plane, ut intelligi possit, et ut scriptum maneat. Habae. u, 2: *Scribe risum, et eripana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum.* Tertio quid scribendum, nomen scilicet vastaturi, significans futuram destructionem in brevi. *Velociter spolia detrahe, cito prædare.* Hec verba possunt esse Domini ad prophetam: et sic sumuntur materialiter: vel ad hostes; et sic significative. Infra x *Et contra populum furoris mei mandabo illi ut asperat spolia, et dividat prædam.* *Et adhibui.* Ille confirmatur signum testimonio. *Testes fideles.* Deut. xix, 15: *In ore diuinum vel trium stet unum verbum.* *Et accessi ad prophetissam.* Ille confirmatur facto: quia aliquando prophetæ annuntiabant futurum verbo, aliquando autem ipso facto, sicut infra xx: *Vade, et sole sacrum de lumbis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis:* et fecit sic, vadens nudus, et disceleatus. Unde intelligitur ad litteram quod accessit ad uxorem suam. Unde duo ponuntur: primo puer generatio, *Et accessi;* secundo generati vocatio, *Voca nomen ejus Accelera, quasi festina ad facieundum, Detrahe spolia,* ut supra. Vel secundum aliam litteram, primo verbo, scilicet, *Accelera, spolia detrahe.* Et hoc est melius, quia secundum hoc, non est plus quam fuerit in scripto.

Contra hoc quidam multipliciter objiciunt quod non possit ad litteram intelligi. Primo, quia cum puer sint quae seibi præcipiuntur, non oportebat lignum esse grandem. Secundo, quia non

<sup>1</sup> Al. : et captivante. \*

est probabile quod propheta honestus homo testes adduxerit quando accessit ad uxorem suam. Tertio, quia Urias fecit altare idolorum ad similitudinem altaris Damasci in templo Domini unde non fuit fidelis testis. Quarto, quia Zacharias non erat tunc vivus, quia Zacharias filius Jojada fuerat longe ante interfectus a iudeis reges Iuda : n Paralip. xxiv. Alius dicitur Zacharias qui fuit unus de duodecim propheticis, et fuit longe post, in redditu populi de captivitate, sicut patet Zach. I et per totum ; ergo non potuit eum adhibere in testem. Et praterea remaneat similis objectione sicut primo, quia ipse puer fuit ante mortem Phacee : ergo, ut supra probatum est, habebat in captione Samarie ad minus 19 annos : ergo falsum est quod dicitur : *Antequam sciatri vocare patrem et matrem suam.* Et ideo volunt quod intelligatur tantum de Christo, sicut et primum significium ; ut per librum grandem significetur sacra Scriptura, de qua habetur Baruch iv, 1 : *Hic est liber mandatorum Dei, et lex quae est in aeternum.* Per stilum hominum, modus prophetae, ut non omnibus usquequaque pateat, sed tantum rationalibus, qui ex figuris possunt significata concipere. Osee xii, 10 : *Ego visionem multiplicavi eis, et in manibus prophetarum assimilatus sum.* Velociter spolia detrahe, nomen Christi, idest circumlocutio nominis, quod est saluator, per hoc quod detraxit spolia, idest peccatores, a potestate diaboli, et prædatus est infernum : de quo infra unum : *Ideo dispertiam ei pluvios, et fortium dividet spolia.* Per Uriam, qui interpretatur lux Domini, significatur lex, Prov. vi, 23 : *Quia mandatum lucerna est, et lex lux.* Per Zachariam, qui interpretatur memoria Domini, *filium Barachiarum,* qui interpretatur benedictio Domini, significatur propheta : quia propheta per benedictionem divini munieris, cognitionem<sup>1</sup> divinam acciperunt. Et hic, scilicet lex et propheta, sunt testes incarnationis Christi. Luc. ult. 44 : *Necessus est impleri omnia quae scripta sunt in lege Maysi et propheticis et psalmis de me.* Propheta autem, beata

Virgo est, que prophetavit dicens : *Magnificat anima mea Dominum :* Lnc. 46 : ad quam accessit per propheticam intelligentiam, et per fidem. Vel prophetissa dicitur Spiritus sanctus, qui est principium omnis prophetie. II Pet. i, 24 : *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia; sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Apud Hebreos enim est feminini generis, scilicet, *Ruah<sup>2</sup>* et secundum hoc concepit, idest concipere fecit. *Quod enim in eu natum est, de Spiritu sancto est :* Matth. i, 20 : *Voca nomen ejus, scilicet Jesus,* idest preannuntia nomen ejus, sicut supra. Haec autem expositio non est tantæ auctoritatis, sicut superior, que fuit supra vitæ, de alio signo, quia magis extorta est, et ex Scripturis non habet auctoritatem, sicut<sup>3</sup> illa Matth. i. Nam quidam dicunt non esse inconveniens, si hoc intelligatur ad litteram; ita tamen quod puer iste sit figura Christi : sicut etiam supra dictum est in quadam *Glossa* vii cap. super illud : *Ecce virgo concipiet et pariet filium.*

Unde potest responderi ad objectiones prius factas. Et dicendum ad primum, quod liber fuit grandis, non ad necessitatem scripturae, sed ad significantium magnitudinem tribulationis. Ad secundum dicendum, quod potest intelligi, quod testes fuerunt adhibiti ad scripturam, sicut fit in privilegiis, et non ad accessum ad uxorem. Et etiam si ad hoc fuissent adducti, non esset magis contra honestatem, ut videtur, quam factum de fornicatione Osee I, quod tamen ad litteram plures exponunt. Ad tertium dicendum, quod dicitur fidelis propter auctoritatem sacerdotii et non propter bonitatem vita; vel quia fide dignus habebatur a rege. Ad quartum dicendum, quod iste Zacharias neuter illorum fuit. Consuetum enim erat apud Hebreos, sicut etiam apud multos, quod pueris implicantur nomina de cognatione illa : sicut dicitur Lue. I de Joanne : *Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.* Et sic iste potuit esse de progenie illius, qui prius interfectus fuerat : vel

etiam consuetudo est apud Hebraeos, ut dicit Hieronymus, quod frequenter utuntur propriis pro communibus; sicut Hostia, qua<sup>e</sup> est civitas munita, utuntur frequenter pro qualibet civitate munita. Et sic, quia ille Zacharias fuit fidelis propheta, et in magna fama populi, vocatur iste, qui forte similiter erat fide dignus populo loci illius. Ad quantum dicendum, quod non est similis objectio: quia quod supra dictum est, oportet intelligere de destructione solum, propter hoc quod dixit cap. vii. *Derelinquetur*. Sed hoc potest intelligi de persecutione facta per Teglatphalasar, qui destruxit Damascum, II Reg. xvi, et spoliavit regnum Samariae, iv Reg. xv. Unde signanter dicit: *Ausercetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae*. Et hoc fuit satis de propinquuo,

*X* Notandum super illo verbo, *Librum grandem*, quod sacra pagina dicitur liber primo grandis quantum ad grande contentum. Prov. viii, 6: *Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, et aperientur labia mea, ut recta praverent.* Secundo signatur quantum ad visum, Iulfa xxix: *Et erit cibis visio omnium, sicut verba libro signati*. Tertio involutus propter multiplicem sensum. Ezech. n, 9: *Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber*. Quarto amarus propter laboris studium. Apocalyp. x, 10: *Et acceperunt librum de manu Angelorum, et decoraverunt eum, et erat in ore meo tanquam mel dulce, et cum decorassent eum, amaricatus est center mavis*. Propter verb. viii, 17: *Qui mane vigilaverint ad me, invenient me*. Quinto dulcis quantum ad affectum<sup>1</sup>. Ezech. iii, 1: *Comede volumen illud, et faciun est in ore meo quasi mel dulce*. Sexto volans quantum ad intellectum. Zach. v, 2: *Vidi, et ecce volumen volans*. Job xxxix, 27: *Nunquid ad preceptum tuum elevaritur aquila, et in arduis ponet uiduum suum?* Septimo vivileans quantum ad fructum. Eccli. xxiv, 32: *Hoc omnia liber vitar, et testamentum Altissimi, et agnitus veritatis*. Proverb. viii, 35: *Qui me invenierit, inveniet ritum*.

2. Ille ponitur signi expositio: et secundum litteralem expositionem jam patet; secundum aliam vero, *Antiquum sciunt*, scientia creata patrem, putativum, Josephi, vel Iesum, *ausercetur fortitudo Damasci, et spolia Samariae*. Secundum haec potest etiam fieri ad captivitatem Samariae, *Et adserit*. Hic describitur ipsum destructionis actum: et circa hanc tria facit. Primum ponit puniendorum culpam; secundo paucitatem potentiam, ibi, *Erre adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes et multas*; tertio ponit ipsam penam, ibi, *Et ascendet super personas*. Dicit ergo primo, *Et adserit*. Primo signum datum, *Aqua Siloe*. Siloe est quidam fons qui nascitur ad pedes montis Sion, cuius aquae per horas elevantur, et plane vadunt: unde significant reges Iuda, qui quandoque boni et potentes, quandoque mali et imbecilles fuerant, et tamen legitime et quiete regnauerunt comparatione regum Israel, qui emnes cogebant populum ad idola:

Sed videtur quod hoc non sit eis imputandum pro culpa, quia hoc Domini voluntate factum est, sicut dicitur III Regum xii: *A me factum est rebum hoc*.

Et dicendum, quod dominus justus volunt quod reges Iuda paterentur hunc diuinum, propter culpam Salomonis, de quo III Regum: xi f. Sed illi male et propter superbiacitatem cordis hoc fecerunt, quia colebant dare consuetata tributa, sicut legitur III Regum xii. Vel aliter, *Abserit populus iste*, ille contempsetur, et persenti sunt, sequentes malitiam diuorum regum. Et huc videtur esse intentus, per id quod scripitur, *Ei assumisset magis Basim, et prius Romulam*: propter huc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes. Hic describitur hostium potentia. Et primo ponit metaphoram quantum ad quantum: scilicet quantum ad divinum auxilium, *Ecce dominus adducet*: quantum ad impetum, *Aquas fluminis*; quantum ad robur, *Fores*; quantum ad numerum, *F. noctiles*. Secundo exponit metaphoram: *Regem*

<sup>1</sup> Ali. : « effectum. »

*Assyriorum, et omnem gloriam ejus, idest exercitum ejus. Jerem. vi : Ecce populus veniet de terra aquilonis, et gens magna consurget.* *Glossa* dicit, quod intelligit de Sennacherib.

Sed contra : quia ipse non vastavit Samariam, sed Salmanasar, sicut dicitur ut Regum xvii.

Ad hoc dicunt quidam, quod idem dicitur Salmanasar et Senacherib. Sed patet hoc esse falsum per id quod dicitur Tob. l, quod mortuo Salmanasar, regnavit Senacherib filius ejus pro eo. Et ideo dicens, quod regnante Salmanasar jam sene, filius ejus erat in exercitu; et ideo idem exercitus est utruisque. Unde loquitur de tota illa vastatione que facta est per illos reges Assyriorum, quasi de uno persecutore, propter unitatem regni, *Et ascendit.* Hie ponit ipsam ponam, et servat metaphoram, quia aqua abundanties altiores sunt. Unde dicit : *Ascendet super omnes rivos, idest principes, et super ripas, idest<sup>1</sup> terras.* Ezech. xxxviii, 18 : *Ascendet indignatio mea in furore meo, et in zelo meo. Et ibit per Judam.* Hie tribulationem ponit redundantem in duas tribus. Et primo ponit tribulationis redundantiam : *Et ibit, scilicet aquarum impetus, per Judam, idest per terram Iudeae, inundans : servat metaphoram :* quando enim abundant aquæ, emittunt undas extra alveum suum in agros vicinos. Et dicit, *ibit, quia non habebunt perfectum dominium.* Jer. xlvi. *Ecce ascendunt aquæ<sup>2</sup> descendentes ab aquilone, et erunt quasi torrens inundans, et operient terram et plenitudinem ejus, urbes, et habitatores ejus.* Secundo persecutionis abundantiam : *Et transiens usque ad collum veniet : loquitur metaphorice, quasi diceret : In tanta abundantia redundant quod si aliquis vellet aquas transire, venirent sibi usque ad collum, et fere submergeretur in eis;*<sup>3</sup> *in quo significatur quod fuerint prope captivitatem, sicut infra. xxxvi, Ezech. penultimo, 2 : Et ecce aquæ redundantes a latere dextro.* Tertio exercitus copiam : *Et erit extensio alarum ejus, idest principum ejus, implens,*

præ multitudine, *latitudinem terræ tuar.* idest Iudeæ, o Emmanuel, Christe qui de ea nasci venisti. Misit enim principes nos Sennacherib ad capiendam Jerusalæm ; infra xxxvi. 3 : De his alis<sup>4</sup> Ezech. xvii, *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, et summitatem frondum ejus ; et transportavit eam in terram Chamaan, in urbe negotiatorum posuit illam.*

3. Quia dixerat, quod persecutio Assyriorum aliquo modo redundaret in duas tribus : hie confortat eos, quia illa persecutio non sunt finaliter captivandi, nec etiam a decem tribibus et Syris subjugandi. Et dividitur in partes duas. In prima ponit divinam confortationem ; in secunda removet divinorum communicationem, ibi, *Et cum dicerint ad eos, Quarite a pythonibus, et a divinis.* etc. Circa primum duo ponit. Primo ponit irrisione : secundo hostis instructionem ibi, *Hoc enim ait Dominus.* Circa primum duo facit. Primo ponitur irrisio vel insultatio ; secundo irrisio ratio, ibi, *Quia nobiscum Deus.* Irridet autem pugnantium exercitum, sapientum consilium, et dominorum præceptum. His enim tribus bella prosperantur. Exercitus autem tribus invalescit : scilicet multitudine ; et quantum ad hoc dicit : *O populi Syriae et Samaria congregamini, ut sitis multi, et vincimini, Domino contra vos pugnante per quoscumque suos ministros.* Et non solum vos, sed audite hoc idem universæ terre. Et est sarcasmos, idest quedam species tropi, quæ dicitur esse quedam plena odio atque hostilis irrisio. Joel. iii, 11 : *Erumpite et venite omnes gentes de circuitu, et congregamini : ibi occubere faciet Dominus robustos tuos.* Secundo invalescit in pugnantium fortitudine corporis et animi : et quantum ad hoc dicit, *Confortamini.* Joel. iii, 10 : *Infirmus dicat, quia fortis ego sum.* Terlio invalescit in munitione armorum<sup>4</sup>. *Accingite vos :* quod pertinet propriè ad gladios, sed inde transmutitur ad omnia

<sup>1</sup> Al. : « et. »

<sup>2</sup> Al. : « et venirent sibi usque ad collum fere submergeretur in eis. »

<sup>3</sup> Al. : « aliis. »

<sup>4</sup> Al. : « armorum in munitione. »

arma, I Mach. iii, 38 : *Accingimini, et estote filii potentes, et estote parati mane ut pugnetis adversus nationes has, que convenerunt disperdere nos et sanctu nostra.* Quantum ad consilium : *in te consilium et dissipabitur.* Job, v, 13 : *Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, et consilia praeorum dissipat.* Proverb. xxi, 30 : *Non est sapientia, non est prudenter, non est consilium contra Dominum.* Quantum ad praeceptum dominorum de his quae post consilium eliguntur : *Loquimini verbum, et non fiet.* Supra. vii : *Ponamus regem in medio ejus.* Regem enim quem eligeant annuntiabant plebi, ut dicit Hieronymus. Rationem ponit, interpretando nomen Emmanuel, *Quia nobiscum Deus.* Rom. viii, 34 : *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Jer. xv, 20 : *Et bellabunt adversum te, et non prevalebunt : quia ego tecum sum, ut saltem te, et eruam te :* dicit Dominus. Hæc enim ait Dominus ad me. Hic penitit populi instructio ; et primo docet quid non timendum, secundo quid timendum, ibi, *Dominus exercitum ipsum sanctificate.* Prima dividitur in duas partes : scilicet in doctrina probationem, et in ipsius traditionem, ibi, *Non diratis.* *Conjuratio.* Probat autem non esse timendos hostes, dupliceiter. Primo per Domini praeceptum : unde dicit, Ita vinecemini, o hostes, *Enim, idest quia, hæc, quæ dicta sunt, ait Dominus ad me;* et ideo ne timeatis. Num. xxiii, 19 : *Non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur.* Secundo suo exemplo ait : *Dicit Dominus ad me,* dicens ad vos quæ sequentur ad erudiendum vos, *Sicut erudit me,* idest ne imitarer eos in malitia sua ; et hoc in manu forti, idest in tribulatione. Vel non solum docens quid faciendum, sed etiam dans gratiam virtutis ad compleendum. Thren. i, 13 : *De exerto misit ignem in assibus meis, et erudit me.* Ne dicatis, *Conjuratio.* Hic ponitur ipsa doctrina. Primo prohibet timoris verbū : *Non dicatis,* *Conjuratio,* duarum gentium, quasi, nobis timenda est : *Omnia enim quæ loquitur populus iste, conjuratio est,*

contra me. Unde si me sociant vobis in conjuratione, sentient me vobis socium in defensione. Exod. xvi, 8 : *Non contra nos est murnur restrum, sed contra Deum.* Infra. i : *Strenuus simul. Quis est adversarius meus?* Accedat ad me. Secundo prohibet passionis motum : *Et timorem ejus ne timueritis.* Timor et pavor differunt secundum magis et minus : timor enim facil motum cordis secundum systolem, sed pavor quasi immobilitat cor. Psalm. xxvi, 3 : *Si consistant adversum me custra, non tinebit cor meum.* *Dominum exercitum ipsum sanctificate.* Hic instruit eos quomodo timendus sit : et primo ponit legem ; secundo legis absconsonem, ibi, *Signa legem in discipulis meis.* Circa primum tria facit. Primo ponit legis praeceptum ; secundo obedientium fructum, ibi, *Et erit vobis in sanctificationem : tertio poenam rebellium, ibi, In lapidem autem offensionis.* Præceptum autem est ut Deus honoretur : *Sanctificate Dominum exercitum,* in vobis ipsis, et is sanctitate servatis ei : *Ipse pavor vester<sup>2</sup>, in quantum dominus.* Ps. cxii : *Beatus vir qui timet Dominum : ipse terror, in quantum ultor.* Matth. x, 28 : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere : sed potius timete eum qui potest animam et corpus in gehennam perdere.* Hoc exponit Petrus de Christo I Pet. iii, 14 : *Tanquam autem eorum ne timueritis et non conturbemini.* Etiam videtur intentio prophete propter ea quæ sequuntur.

Nota super illo verbo, *Sicut in manu ferri erudit me*, quod est manus divina triplex. Primo est manus divinae potentie ; et hæc est triplex. Primo creantis. Job. x, 8 : *Manus tux fecerunt me et plasmaverunt me :* secundo continentis : Psal. xciv, 4 : *In manu tua, Domine, onus fuius terra ;* tertio protegentis : infra xlix : *In umbra manus tuu protegit me.* Secunda manus est manus justitiae ; et ista erit triplex. Prima tangentis ad probandum, Job xix, 21 : *Manus Domini tetigit me :* secunda flagellantis, ad purgandum. II Mach. vi, 26 : *Nam si in*

<sup>1</sup> Al. : e quid.

<sup>2</sup> Al. : e videtur.

*presenti tempore a suppliciis hominum  
eripitur; sed manus Omnipotens nec vi-  
rus, nec defunctus effugium: tertia op-  
primens ad condemnandum; Hebr. x,  
31: *Hocendum est incidere in manus  
Dei ridentis.* Tertia manus est manus  
misericordia: et ista est triplex. Prima  
sanantis. Job v, 18: *Ipse vulnerat, et mede-  
datur: percutit, et manus ejus sanabunt;*  
secunda pascens: Psal. xciv, 7: *Popu-  
lus ejus, et oves' pascue ejus;* tertia cor-  
ronans. Sap. v, 27: *Accipient regnum  
decoris es diadema specie de manu Do-  
mini.**

*Et erit vobis in sanctificationem.* Ille  
ponit obedientium fructum in sanctificationem: *Sanctos faciam eos.* Lev. xxii,  
9: *Ego Dominus, qui sanctifico. In lapide-*  
*m.* Ponit rebellium impidientium pœ-  
nam, sub metaphora viatorum: et pri-  
mo ponit occasionem; secundo pœnæ  
perceptionem, ibi, *Et offendit ex eis  
plurimi.* Occasionem autem ponit pri-  
mo quantum ad populum; secundo  
quantum ad principes, ibi, *In laqueum  
et in ruinam habitantibus Jerusalem.* Pri-  
mum ponit sub metaphora lapidis existen-  
tis in via, qui dupliceiter impedit via-  
torem: scilicet per pedis lesionem, et  
per casus occasionem: et similiter Christus  
fuit incredulis ex Iudeis occasio lesio-  
nis et casus, non ex culpa sua, sed  
illorum. Bicit ergo: *Erit duabus domi-  
bus Israel,* idest infidelibus de decem et  
duabus tribulibus; vel scribis et phari-  
seis, *in lapidem offenditionis,* quantum ad  
lesuram. Roman. ix, 32; *Offenderunt  
enim in lapidem offenditionis.* Et in pe-  
tram scandali, in qua pes impingit ad  
casum. Scandalum græce, latine pedis  
impactio I Cor. i, 23: *Nos autem prædi-  
camus Christum crucifixum, Judæis quidem  
scandolum, gentibus autem stultitiam.* Et quia principes magis Christo  
restiterunt, ideo quantum ad eos aggra-  
vat. *Et erit habitantibus Jerusalem,* que  
erat uiris principum, *in laqueum,* sicut  
animalia capiuntur laqueo; et hoc est  
gravius quam offensio. Infra xxiv: *Qui*

*se explicuerit de foreo, incidet in la-  
queum.* Et in ruinam, quod est magis  
quam casus simplex. Lue. ii, 34: *Ecce  
hie positus est in ruinam.* Et quia occa-  
siones quandoque aliquis devit, et non  
inuenit; ideo hoc removet, et ostendit  
penæ perceptionem, et dicit, *Et offendit,* contra id quod dixit, *Offensionis,*  
per infidelitatem; contra scandalum ve-  
ro cadi, a dignitate regni. Matth. viii,  
12: *Fili autem regni ejiciuntur in te-  
nebras exteriores. Conteruntur,* quantum  
ad ruinam penæ famis et gladii. Matth.  
xxi, 44: *Qui ceciderit super lapidem is-  
tum, confringetur. Super quem vero ceci-  
derit, conteret eum.* Quantum ad laqueum  
dicit, *Irrecentur, funibus peccatorum,*  
et perplexitatum, que quia non rumpen-  
tur, capiuntur, a Romanis<sup>1</sup>. Prov. v,  
22: *Funibus peccatorum suorum con-  
stringitur. Liga testimonium,* idest involve  
prophetiam de Christo obscuritate, ne  
videat Judei, quia indigni sunt. *Signa  
legem.* Signare<sup>2</sup> duo significat. Quandoque  
claudere sub sigillo; et sic<sup>3</sup> dicit: *Signa  
legem, veterem sub figuris, In dis-  
cipulis meis,* idest quoisque discipuli  
mei aperiant predicando per mundum.  
Dan. xi, 4: *Claude sermones, et signa  
librum usque ad tempus statutum.* Vel in  
*discipulis meis,* absconde. Quandoque  
significat expressionem figuræ. Psalm.  
iv, 7: *Signatum est supernos lumen vul-  
tus tui, Domine.* Et sic signa in anima  
*discipulis meis.* Secundo absconditi<sup>4</sup> ex-  
pectationem, *Expectabo.* Michæa vii, 7: *Ego autem ad Dominum aspiciam: ex-  
pectabo Dominum salvatorem meum.* Exspectati representationem, *Ecce ego,*  
scilicet Christus, et pueri mei, Apostoli,  
quos dedit mihi Dominus: Joan. xvii, 6:  
*Tui erant, et mihi eos dedisti; in signum,*  
idest ut faciant signa, et in portentum,  
nimis quod sua magnitudine porten-  
dit; et hoc sicut a Domino qui habitat, per  
cultum, vel per fidem, in Sime, Ecclesia,  
Zach. m, 8: *Audi, Jesu sacerdos magne.  
tu et amici tui, qui habitant coram te,*  
*quia portentes*<sup>5</sup> sunt. Quidam exponunt

<sup>1</sup> Al. : <sup>2</sup> irreligatio et funibus peccatorum et  
perplexitatum que non rumpentur, capiuntur, a  
Romanis, n.

<sup>2</sup> Al. : <sup>3</sup> ligare, a -- <sup>4</sup> Al. : <sup>5</sup> sicut.

<sup>1</sup> Al. : <sup>2</sup> abscondi, a

<sup>3</sup> Al. : <sup>4</sup> potentes, a

hoc de Isaia. *Et pueri*, prophetae, secundum hoc, Infra 20; Sicut ambulavit ser-vus meus Isaias nudus et discalceatus, trium annorum signum et portentum erit super Aegyptum et super Aethiopiam. Quidam de filiis Isaiae, *Et pueri*.

4. Ille removet divinorum communicationem: et circa hoc tria facit. Primo ponitur falsa communicatio: *Et cum dixerint*, hostes vestri: *Quarite a pythônibus*, qui vobis praedicunt mala, et nobis bona. Python Hebraice os abyssi. Et dicit Hieronymus, quod dicuntur ab Apolline pythio, quia hoc genus artis magiae inventum, per quod videntur mortui suscitari, et de futuris aliqua praedicere: sicut legitur I Reg. xxviii. Rabanus dicit, quod est nomen maligni spiritus. Item Hieronymus dicit, quod dicitur Python qui habet diabolum in ventre. *Et a dirinis*, quia sibi actum Dei vindicant in predicatione futurorum, et praecepit quantum ad cultum falsorum deorum. *Qui strident*, quasi insani. III Reg. xviii, 28: *Clamabant voce magna*, et incidebant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Dent. xviii, 10 et 11: *Non sit maleficus*, nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, et querat a mortuis veritatem. *Omnia enim haec abominatur Dominus*. Secundo docetur responsio. *Nunquid non populus a Domino suo requiriет visionem pro vivis ac mortuis?* Vel vivis et mortuis, idest loco deorum vestrorum, qui sunt simulacra hominum et mortuorum et vivorum. Vel quarimus visionem pro vivis et mortuis, sicut et vos, scilicet a diis vestris, qui sunt similes mortuis. *Ad legem magis*, quae prohibet talia, vel quia docet quod est expectandum testimonium, Scriptura. Tertio ponit inobedientium communiationem: *Quod si non dixerint*. Et facit tria. Primo communiat pornam; secundo in-

ponit impatientiam; <sup>4</sup> ibi. *Et cum esurierit*; tertio desperationis tristitiam. *Et suspiciet*<sup>2</sup>. Dicit ergo primo: *Quod si non dixerint justo hoc verbum*, respondentes scilicet, faciemus<sup>3</sup> quod non erit eis matutina lux, idest Christus tenebras peliens. Joan. i, 9: *Erat lux vera, qua iluminat omne hominem venientem in hunc mundum*. Et transibit per eam, con-gregationem, ad alios, non manens in eis: infra lvi: *Ecce adsum: quia misericors sum Dominus Deus tuus: et corrue in damnationem, et esuriet verbum Dei*. Amos viii, 11: *Ecce ego mittam fumum in terram, non fumen ponis, nec sistim aquae; sed audiendi verbum Dei*. Vel lux consolationis: *Et corrue, in damnationem*: supra iii: *Ruit Jerusalem, et Iudea concidit; et esuriet, pane; et cum esurierit*, per impatientiam quantum ad iram cordis irascatur. Psalm. lxi, 16: *Si non fuerint soturati, murmurabunt*. Quantum ad blasphemiam oris. *Et nollet dicet*. Apoc. xvi, 11: *Et blasphemarent Deum cordi præ doloribus et vulneribus: et non ererunt penitentiam ex operibus suis*. Et suspiciet sursum. Ille ponit desperationis tristitiam: et primo expectationem auxilii: *Suscipiet sursum, de celo querens auxilium, et ad terram intubetur*, ad auxilium de terra. Supra v: *Asperiet in terra, et ecce tenebrae tribulationis*. Secundo imminentia periculi: *Et ecce tribulatio, prævisa, et tenebrae*, quantum ad consilium resistendi: *dissolutio*, contra confortationem: *et angustia*, quantum ad perplexitatem: *et caligo persequens*, quantum ad persecutionem. Tertio liberationis impossibilitatem ad similitudinem avis capte. *Et non poterit audire de angustia sua*. E contrario est de justis. Psalm. cxviii, 7: *Laqueus contritus est, et nos liberati sumus*.

<sup>1</sup> Al. : « patientiam »

<sup>2</sup> Al. : « despiciet »

<sup>3</sup> Al. : « vel faciemus »

## CAPUT NONUM

1. Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Neptali, et novissime agravata est via maris trans Jordanem Galilee gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidi lucem magnam : habitabut in regione umbra mortis, lux orta est eis. Multiplicasti gentem : non magnificasti latitatem. Letabuntur coram te sicut qui latent in messe, sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia. Jugum enim oneris ejus et virginem honeri ejus et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Median. Quia omnis violenta prædatio cum tumulta, et vestimentum mixtum sanguine erit in confunditionem, et cibos ignis. Parvulus enim natus est nobis, et filius datus est nobis ; et factus est principatus super humerum ejus ; et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium ; et pacis non erit finis. Super David et super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, et corroboret in iudicio et justitia, amodo, et usque in sempiternum. Zelus Domini exercitum faciet hoc.

2. Verbum misit Dominus in Jacob, et cecidit in Israel. Et seicit omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam in superbia et magnitudine cordis dicentes : Lateres eciderunt; sed quadris lapidibus adiscalibimus ; syconoros succiderunt sed cedros immunitabimur. Et elevavit Dominus hostes Rasin super eum ; et inimicos ejus in tumultum vertet ; Syriam ab oriente, et Philistiam ab occidente, et devorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta. Et populus non est reversus ad perirentem se, et dominum exercitum non inquisierunt. Et disperset dominus ab Israel caput et caudam, incurvantem et depravantem die sua. Longavus et honorabilis ipse est caput, et propheta docens mendacium ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populum istum seductores, et qui beatificantur precipitati. Propter hoc super adolescentes ejus non letabitur dominus, et pupillorum ejus et viduarum non misericabitur. Quia omnis hypocrita est et nequam ; et universus os locutum est stultitiam : in omnibus his non est aversus furor ejus ; sed adhuc manus ejus extenta. Succensa est cuim quasi ignis impetas, veprum et spinam vorabit. Et succensa est in densitate salutis, et convolvetur in superbia sumi. In ira domini exercitum conturbata est terra, et erit populus quasi esca ignis. Vir fratri suo non parceret, et declinabat ad dexteram, et esuriet : et comedet ad sinistram, et non saturabitur. Uniusquisque carnem brachii sui vorabit Manasses Ephraim, et Ephraim Manasse, et simul ipsi contra Iudam. In omnibus his non est aversus furor ejus ; sed adhuc manus ejus extenta.

1. Ille ponit destructionis modum et ordinem : et primo secundum diversitatem punitorum ; secundo secundum di-

versitatem penarum ; ibi, *Verbum misit Dominus in Jacob*. Prima in tres, secundum tres persecutio[n]es factas ab Assyriis in terram promissionis. Primo enim Teglathphasar, regnante Phacee in Samaria, captivavit duas tribus et dimidiam que erat ultra Jordanem, respectu Jerusalem, et de tribu Zabulon et Nephtali, que erant citra Jordanem, tautum quod posset aquiparari dimidia tribui. Et quantum ad hoc dicit : *Primo tempore*, idest tempore prime captivitatis, *terra Zabulon, et terra Nephtali alleviata est*, idest minorata habitatoribus suis ; quod forte remanentibus non fuit multum grave, quia remanserunt eis plures possessiones. Et de hoc dicitur IV Reg. iv. Secundo venit Salmanasar nono anno Oseeae, et captivavit residuos ex decem tribibus, qui erant citra Jordanem respectu Iudeæ ; et quantum ad hoc dicit : *Novissimo*, idest in ultima captivitate generali decem tribuum, *via maris*, idest regio qua' itur ad mare Genesareth, *Galilæa*, idest, que est in Galilæa, *gentium*, que est trans Jordanem, respectu Assyriorum, quamvis citra respectu Iudeæ, *aggrovata*, idest gravi pondere tribulacionis pressa. Est autem duplex Galilæa. Una in tribu Zabulon, alia in tribu Nephtali, vicina Tyriis ; et dicitur gentium ista, vel propter multas gentes que habitabant ibi, vel propter dominum, quia dederat eam Salomon regi Tyri ; IV Reg. xvii. Tertio venit Sennacherib, et civitates Iudea cepit, et Jerusalem obsedit, sicut dicitur IV Regum xix. Et de ista tercia persecutio[n]e loquitur hic propheta dicens, *Populus* ; et promittit Iudeis salutem. Unde duo facit. Primo promittit salutem gratiam ; secundo assignat causam, ibi, *Zelus Domini exercitum faciet hoc*. Circa primum tria facit. Primo promittit salutem ; secundo prosequitur salvationis or-

<sup>1</sup> Al. : « per quam. »

dinem, ibi, *Multiplicasti gentem*; tertio describit ipsum salvatorem, ibi, *Ponrus enim natus est nobis*. Promittit autem eis salutem contra duo; contra perplexitatem; et quantum ad hoc dicit: *Populus, Iudeæ, qui ambulabat, idest procedebat in negotiis suis, in tenebris, dubietatis, vidi lucem magnam, diem consolationis: et contra pomæ gravitatem: Habitabitibus in regione umbræ mortis, idest Iudeæ, quæ propter gravem persecutionem erat similitudo mortis, lux ortu est eis, divinæ consolationis*. Infra ix: *Surge, illuminare, Jerusalem, quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te ortu est. Multiplicasti gentem*, hic ponit salvacionis processum et ordinem; et quantum ad hoc dicit, *Multiplicasti gentem*, in exercitu Sennacherib, et non magnificasti eis latitium ut impleret quod proposuerant. Job. v, 43: \* *Consilia pravorum dissipat*. Secundo hostium spoliacionem: quod fuit quando<sup>1</sup> illis interfectis ab Angelo, sicut dicitur infra xxxvi, populus egressus est ad colligenda eorum spolia: unde comparatur messoribus et viatoribus. *Latabuntur*. Infra xxxv: *Gaudium et latitium obtinebunt, et fugiet ab eis dolor et gemitus*. Tertio servitutis liberationem. Tyrami enim onerant praecipiti; et quantum ad hoc dicit, *Jugum eum oneris ejus, scilicet Sennacherib* quod depositus: afflignit ponis: et quantum ad hoc dicit, *Et virgam humeri ejus*, idest qua humeros verberabat: spoliari rebus; et ideo dicit, *Sceptrum exactoris ejus*. Inf. 44: Quomodo cessavit exactor, quievit tributum? Ita hoc faciliter fieri; *sicut in die Madiam*, idest sicut Gedeon Madianitas dejecti: Jud. vi. Quarto quantum ad hostium punitionem. Et haec evenient, *quia omnis violenta prædatio cum timore*; idest, violenti predatores, quantum ad nocentium quod inferabant in rebus, et restinentum mixtum sanguine, eorum quos occidebant, quantum ad nocentium inflatum in personis, erit in combustionem: ad litteram enim combusti fuerunt. Infra x: *Et subitus gloriam ejus ardabit suensa quasi combustio ignis*. *Ponrus enim natus est*

*nobis, et Filius datus est nobis*. Hic describit Salvatorem: et primo quantum ad receptionem; secundo quantum ad nominationem, ibi, *Et vocabitur*; tertio quantum ad potestatem, ibi, *Multiplicabitur<sup>2</sup> ejus imperium, et pacis non erit finis*. Recepimus autem in natura nostra, in nativitate: *Ponrus natus est nobis*. Lukea n, 10: *Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quin natus est vobis hodie saluator, qui est Christus Dominus, in civitate David*. Recipimus in notitiam nostram, in Patris attestacione. Matth. iii, 17: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite*. Bernardus: Puer leviter placari potest, facile condonat: pauperes sumus, et parum dare possumus: tamen pro illo parvulo possumus reconciliari erga Christum parvulum, si volumus. *Et filius datus est*. Recipimus etiam eum<sup>3</sup> in divina reverentia per passionem. *Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelatum, terrestrium et infernum*. Phil. ii, 10: *Et factus est principatus super humerum ejus, idest crux, per quam principatus exaltatus est*. Joan. xix, 17: *Et hujusmodi sibi crucem, erexit in euu qui dicitur Calvaria locus. Et vocabitur*. Hic ponit ejus nominationem: et primo nomen exprimens sapientiam divinam. *Admirabilis*. Ps. cxxxviii, 6: *Mirabilia facta est scientia tua ex me*. Unde omnia opera ejus mirabilia fuerunt, et præcipue in unione earum durarum naturarum in una persona. Quantum ad humanam. *Consiliarius*, consilia præcepitis superaddens. Eccli. vi, 6: *Consiliarius tibi sit unus de milie*. Exprimens potentiam divinam, *Dens*, Infra xliv: *Vere tu es Deus absconditus*. *Humanum, Fortis*, in virtute. Job. ix, 3: *Sapiens corde est, et fortis robore*. Tertio nomen exprimens bontatis affluentiam quantum ad divinam, *Pater futuri sreuli*, idest generans filios in gloriam. Heb. n, 10: *Decebat enim eum præster quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummari*. Infra xxii: *Et erit quasi pater habitantibus Jerusaleme*.

<sup>1</sup> Al. : « quando. » — <sup>2</sup> Al. : « multiplicatio. »

<sup>3</sup> Al. omittitur : « cum. » — <sup>4</sup> Al. : « confirmati. »

Quantum ad humanam, *Principis pacis*, in quantum est mediator. *Ipsa enim pacis nostra, qui fecit utraque unum*: Eph. ii, 14. Gen. xxii, 6: *Principis Dei es apud nos etc. Multiplicabitur*. Hic describit ejus potestatem: et primo quantum ad regni magnitudinem; secundo quantum ad regni nobilitatem, *Super solium David, et super regnum ejus sedebit*; tertio quantum ad aeternitatem, ibi, *Amodo, et usque in sempiternum*. Circa primum duo ponit. Primo regni magnitudinem. *Multiplicabitur ejus imperium*. Dan. vii, 27: *Et omnes reges seruent et obedient ei*. Quantum ad pacis quietem, *Et pacis non erit finis*. Infra xxvi: *Servabis pacem: pacem, quia in te speravimus. Super solium David*. Hic describit regni nobilitatem. *Super solium David*, idest Ecclesiam, quae significatur in regno David. Luc. i, 32: *Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus*. Quantum ad effectum regni, *Ut confirmet, ad resistendum, et corroboret, etiam ad impugnandum, in iudicio*, idest per iudicium. Jer. xxiii, 5: *Regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam in terra*. Quantum ad aeternitatem, *Amodo*, idest a tempore incarnationis, *et usque in sempiternum*. Dan. vii, 14: *Potestas ejus, potestas aeterna, quae non auferetur; et regnum ejus, quod non corrumperetur*. Ultimo ponit motivum ad causandum, *Zelus*, idest amor Dei patris. Joan. iii, 16: *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret*. Iudei exponunt hoc de Ezechia. Sed patet quod regnum ejus non fuit corroboratum in aeternum, nec nomina convenienter sibi, quae significant divinam eminentiam. Propter quod Septuaginta subienerunt, et posuerunt loco illorum, *Magni consilii Angelus*.

Notandum super illo verbo, *Parvulus natus est*, quod Christus dicitur parvulus primo in nativitate propter aetatem. Matth. Intraentes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Secundo possessione, propter paupertatem. II Cor. viii, 9: *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos factus est eugenius, cum esset dives*. Tertio corde, propter humilitatem. Matth. xi, 29: *Discite a me, quia misericordia sum, et humilis corde*. Quarto

morte, propter mortis vilitatem. Sap. ii, 20: *Morte turpissima condemnemus eum*.

Notandum super illo verbo, *Datus est nobis*, quod Christus datum est nobis primo in fratrem. Cant. viii, 1: *Quis nihili det te fratrem meum sagientem ubera matris meae?* Secundo in doctorem. Joel. ii, 23: *Filii Sion, exultate, et latumini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiae*. Tertio in speculatorum. Ezech. xxxiii, 7: *Filii hominis, speculatorum dedi te domini Israel*. Quarto in propugnatorem. Infra xix: *Mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos*. Quinto in pastorem Ezech. xxxiv, 23: *Et suscitabo super eos pastorem uiuum qui pascat eos*. Sexto in exemplum operationis. Joan. xiii, 15: *Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita et vos faciatis*. Septimo in eibum peregrinationis. Joan. vi, 52: *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*. Octavo in preium redemptionis. Matth. xx, 28: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis*. Nono in preium remunerationis. Apoc. ii, 47: *Vincenti dabo comedere manna absconditum*.

Item notandum super illo verbo, *Super humerum ejus*, quod Deus posuit super humerum Christi primo peccata, sicut supra satisfactorem. Infra lxxi: *Deus posuit super eum iniurias omnium nostrum*. Secundo clavem, sicut super sacerdotem. Infra. xxii: *Et dabo clavem dominus David super humerum ejus, et appetierit, et non erit qui claudat*. Tertio principatum, sicut supra dominatorem. Hic: *Factus est princepatus super humerum ejus*. Quarto gloriam, sicut supra triumphatorem. Infra xxv: *Et suspendam super eum omnem gloriam dominus patris ejus*.

2. Hic exequitur ordinem punitionis, secundum diversitatem peccatarum: et primo commemorat culpam; secundo exequitur peccatum, ibi, *Et elevabit dominus hostes Iasus super eam*. Arguit autem in eis culpam dupliciter. Primo quantum ad transgressionem divini precepti: unde dicit: *Verbum misit dominus*

*nus in Jacob*, idest in Iuda, vel in toto populo, ut de Iuda constituerentur duces. Gen. penult. 40 : *Nom anferetur sceptrum de Iudeo, et dux de femore ejus.* 1 Reg. xv : *Et reuidit in Israe*l, idest frustratum est in Israel, idest in decem tribibus, quae dimiserunt dominum David : III Reg. xii : vel verbum legis universaliter. Oscae. iv, 15 : *Si fornicaris tu, Israe*l, non delinquit saltem Iuda. Secundo quantum ad excepcionem facti, inquantum dieabant se bene fecisse raeati superbia : quia tumor mentis obstaculum est veritas : et ideo dicit : *Et sciens omnis populus Ephraim*; idest decem tribuum, et habitantes Samariam, quantum ad principes populi : *sciens*, idest recognoscet se, et culpam suam in poena; quia oculos quos culpa claudit, pena aperit. » *Dicentes in superbia et magnitudine cordis*, inquantum in corde suo super alios se existimabant : et *magnitudine*, quantum ad presumptionem magnorum quae proponebant : *Luteris*, idest reges de Iuda<sup>1</sup> qui erant firmi, ceciderunt, a nobis ; sed *quadris lapidibus*, idest fortibus regibus ex nobis adscicabimus<sup>2</sup> Regnum vestrum. *Succiderunt*, scilicet hostes, nt Syri, sycomoros, idest reges Iuda infructuosos : *cedros*<sup>3</sup>, idest sublimes ex nobis immutabimus, idest ponemus loco illorum. Supra vii: *Ponamus regem in mediore ius filium Tabeel.* De superbia corum infra. xxviii : *Va coronas superbias chris Ephraim.* Et elevabit. Hie exequitur diversitatem poeniarum quantum ad tria in quibus confidebant. Primo communatur contra fœderationem vicinorum ; secundo contra utilitatem personarum quae se astimabant habere, ibi, *Et disperset Dominus ab Israe*l caput ; tertio contra multitudinem populorum, ibi, *Succersa est enim quasi ignis impietas.* Circa primum duo facit. Primo ponitur punitio ; secundo ulterioris poena preparatio, ibi, *In omnibus his non est aversus furor ejus.* Communatur autem duo. Primo futuram destruentem. *Et levabit*<sup>4</sup> *Dominus hostes Rasin*, idest Assyrios, in tumultum, bellum, de quo IV Reg. Secundo persecutionis impugna-

tionem : Et adducet Dominus *Syriam ab oriente*, secundum situm terræ, qui erant amici, et *Philistium ab occidente*, qui Iudam impugnabant ; et devorabunt *Israe*l, destruent, *toto ore*, idest toto affectu. Iliae. iii, 14 : *Exultatio eorum sicut ejus qui devorat pauperem in abscondito.* In omnibus his non est *aversus favor ejus*. Hie ponitur poena preparatio ; et secundo assignatur ratio, ibi, *Et populus non est reversus ad percutientem se.* Preparatio autem ponitur in voluntate : *Non est aversus furor.* IV Reg. 23. Verumtamen non est *aversus Dominus ab ira furoris sui magni*, quo iratus est *furor ejus contra Judam.* Et quantum ad potestatem, *Manus ejus.* Loquitur more humano. Supra i : *Et convertam manum meam ad te, et excouiam ad purum scoriam tuum.* Ratio addendi poenam poena est incorrigibilitas populi ; et hoc est quod dicit : *Et populus non est reversus ad percutientem se.* Jerem. ii, 30 : *Frustra percussi filios vestros : disciplinam non revererunt.* Disperdet Dominus ab Israe] caput. Hie comminatur contra confidentiam de utilitate personarum : et primo ponitur punitio ; secundo ulterioris poena preparatio, ibi, *In omnibus his non est aversus furor ejus.* Personæ autem utiliæ videbantur, vel ad defensionem ; et contra hos primo : vel ad divine misericordie provocacionem ; et contra hos, ibi, *Propter horum super adolescentulis ejus non letabitur Dominus.* Circa primum tria facit. Primo ponitur dignitas et culpa ; et culpa sub metaphora, *Caput*, quantum ad principem, et caudam, quantum ad populum, incurvantem, contra rectitudinem justitiae, depravantem vel refruantem, scilicet prophetam. Ezech. xxi, 19 : *Et violabunt me ad populum meum.* Secundo exponit metaphoram. Longinus, docens mendacium. Ezech. xxii, 28 : *Prophetæ autem ejus linibant eos absque temperamento, videntes vanum et divinantes eis mendaciam.* Tertio ponit penam : *Et erunt seductores, qui beatificant populum istum;* seducti autem, qui beatificantur, precipitati. Supra. iii : *Popule mens : qui beatum te*

<sup>1</sup> Al. omittitur : « de, »

<sup>2</sup> Al. : « redipicimus. »

<sup>3</sup> Al. forte omisimus : « sed, »

• Al. : « locut.

Al. : « ultimus. »

*dicunt, ipsi te decipiunt.* Osee iv, 5 : *Corruerat hodie, et corruerat etiam propheta tecum.* Propter hoc super adolescentibus ejus non latetabitur Dominus. Hic contra personas utiles ad misericordiam provocandam, vel propter carnis integritatem, *Adolescentibus*, scilicet virginibus, vel propter aetatem, *Pupillorum*, vel propter infirmitatem, *Viduorum*. Et primo ponitur punitio. *Non miserebitur*; secundo ponitur ratio quantum ad simulationem in opere. *Quia omnis hypocrita est, quantum ad malitiam in corde, et nequam, quantum ad falsitatem in ore, et universum os locutum est stultitiam.* Job. viii, 13 : *Spes hypocrite peribit.* In omnibus his non est aversus furor ejus, ut supra exponitur. *Succensa est enim quasi ignis impietus.* Ille comminatur<sup>1</sup> contra confidentiam de multitudine populi, primo seditionem, deinde penae ulterioris præparationem, ibi, *In omnibus his non est aversus furor ejus.* Circa primum duo facit. Primo ponit metaphoram; secundo expositionem, ibi, *In ira Domini exercituum conturbata est terra.* Communatur autem penam seditionis sub metaphora combustionis. Unde primo ponit causam combustionis efficientem, *Succensa est;* ac si dicas : Impietas vestra est sicut ignis accusans ad comburendum vos. Infra t : *Ecce omnes vos accedentes ignem, accinieti flammis ambulate in lumine ignis vestri.* Secundo materialem, *Veprem*, idest po-

pulum vitiosum, Supra v : *Ascendent vepres et spinæ super ram.* Secundo ipsam combustionem : *Succendetur in densitate salutis*, idest in sylva, in qua sunt multæ arbores; et significatur multitudo populi : et effectus. *Convolutetur in superbia fumi,* idest altitudine fumi : fumus enim ascendens ex igne, involvit cacumina arborum ; et tribulatio seditionis obtenebrat visum hominum. Joelis i, 19 : *Ignis comedit speciosa deserti, et flamma succedit omnia ligna regionis.* In ira, quæ est quasi ignis. Nahum, 6 : *Indignatio ejus effusa est ut ignis.* Et erit populus quasi esca igni. Infra, l : *Ambulare in lumine ignis.* Vir fratri suo non pareat. Hoc exponitur quantum ad ipsam combustionem. Et *declinabit ad dexteram.* Ille comminatur eamdem penam sub metaphora famis. Et primo ponit metaphoram, *Declinabit*, quasi facta videantur, *ad dexteram*, per quam amici significantur; *esriet*, adhuc malum facere. *Ad sinistram*, inimicos. *Carnem brachii*, idest consanguineos. Secundo exponit quantum ad consanguineos, *Manasses Ephraim et Ephraim Manassen*, qui ambo filii fuerint Joseph. Tertio quantum ad hostes : *Simul ipsi contra Judam.* Jerem. ix, 4 : *Omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet.* Supra, iii : *Et corruerat populus vir ad virum, unusquisque ad proximum suum.* In omnibus his non est aversus furor ejus; sed adhuc manus ejus extenta. Expone omnia ut supra.

## CAPUT DECIMUM

Vae qui condunt leges iniquas, et scribentes, iniustiam scripserunt, ut opprimerent in judicio pauperes, et vim facerent cause humilium populi mei, ut essent vidua præda eorum, et pupilos diriperent. Quid facietis in die visitationis et calamitatis de longe venientis? Ad eum confugietis auxiliu, et ubi derelinquistis gloriam vestram, ne incurvemini sub vinculo, et cum interficiatis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor ejus; sed adhuc manus ejus extenta. Vae Assur. Virga furoris mei, et baculus ipse est. In manu ejus, indi-

gnatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum; et contra populum furoris mei mandabo illi ut afferat spolia, et diripiat prædam, et ponat illum in conuincionem; quasi luctum platearum. Ipse autem non sic arbitribitur, et cor ejus non ita testimoniabit; sed ad conterendum erit cor ejus, et ad interuelionem gentium non paucarum. Dicet enim: Numquid non principes mei simul reges sunt? Numquid non ut Charcas sic Calano; et ut Arphat sit Emath? Numquid non ut Damasens sic Samaria? Quonodo inventit manus mea regna idoli,

<sup>1</sup> Al. : & connumerantur.

sie et simulacra eorum de Jerusalem et de Samaria. Numquid non sicut feci Samaria et idolis ejus, sic faciam Jerusalem et simulacris ejus? Et erit cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum ejus. Dixit enim: In fortitudine manus meae feci, et in sapientia mea intellexi. Et abstuli terminos populorum, et principes eorum deprendens sum, et detraxi quasi potens in sublimi residentes. Et inventi quasi nidi manus mea fortitudinem populorum, et sicut colliguntur ova quarelieta sunt, sic universam terram ego congregavi; et non fuit qui moveret penam, et aperiret os, et ganniret. Numquid gloriabitur securis contra cuius secat in ea; aut exaltabitur secca contra eum a quo trahitur? Quonodo si elevatur virga contra elevantes se, et exaltetur baculus, qui utique lignum est. Propter hoc inmittet dominator Dominus exercituum in pinguis ejus temnitate, et subtilis gloria ejus succensa ardebit quasi combustio ignis. Et erit lumen Israel in igne, et Sanctus ejus in Bamnia, et succendetur, et devorabit spina ejus et vepres in die una. Et gloria salutis ejus et Carmeli ejus ab anima usque ad carnem consumetur. Et erit terror profugis, et reliquia ligni salutis ejus praecipitate numerabuntur, et puer scribet eos. Et erit in die illa, non adiicit res dum Israel et hi qui fogerint de domo Jacob iniusti super eo qui pererit eos; sed inimitetur super Dominum sanctum Israel. In veritate reliquia convertentur; reliquia, inquam, Jacob ad Deum convertentur. Si enī fuerit populus tuus, Israel, quasi arena maris, reliqua convertentur ex eo. Consumptionatio abbreviata inundabit iustitiam. Consumptionatio enim et abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terre. Propter hoc haec dicit Dominus Deus exercituum: Noli timere, populus mens habitationis Sion, ab Assur. In virginem enim pererit te, et baculum summi levabit super te in via Aegypti. Adhuc enim paudium modicunq[ue], et consummabit indignatio mea et furor meus super seculos eorum. Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagam Madian in petra Oreb, et virginem suam super mare, et levabit eam in via Aegypti. Et erit in die illa, auferetur onus ejus de humero tuo, et jugum ejus de collo tuo, et computretur jugum a facie olei. Veniet in Ajath, transibit in Magron, apud Machmas commendabit vasa sua. Transierat cursim: Gabani sedes nostra obstupuit; Rama, Gabaa, Sardis fugit. Hinni voce tua,ilia Gallim; attende Luisa, pauperula Anatoli. Migravit Medemena; habitatores Gabini confortamini. Adhuc dies est ut in Nobe stetur. Agitat manus suam super montem Iudeam, et collum Jerusalem. Ecce dominator Dominus exercituum confringet Iugum eum in terrore, et excelsi stature succidentur, et sublimes humiliabuntur; et subvertentur condensa salutis ejus ferro, et Libanus cum excelsis cadet.

Hic incipit comminari contra hostes corporaliter persequentes alienigenas: et primo contra vastantes; inde contra vastilati congandentes. Infra xiv cap. *In anno quo mortuus est rex Achaz, etc.* Prima in duas. In prima contra Assyrios

captivantes decem tribus, et affligentes duas; in secunda contra Babylonios captivantes duas. Cap. xiii: *Ovis Babylonis etc.* Prima in duas. In prima communatur hostium destructionem; in secunda promittit populi reintegrationem. Cap. xii: *Confitebor tibi, Domine.* Hoc autem capitulum dividitur in duas partes. In prima comminatur contra principes duarum tribum, qui in Assyriorum auxilio confidebant, scilicet Achaz, sub quo haec visio scripta est, ut legitur IV Regum xvii; in secunda contra ipsos Assyrios, ibi, *Vae Assur etc.* Tamen aliqui incipiunt ibi X caput; et tunc esset facilior, quia sic haec pars esset incondivisa praecedenti. Prima dividitur in duas. In prima ponitur comminatio; in secunda ostenditur posterior preparatio, ibi, *Super omnibus his non est aversus furor ejus.* Prima in duas. In prima arguit culpam; in secunda comminatur penam, ibi, *Quid facietis in die visitationis?* Culparam primum arguit quantum ad duo; scilicet quantum ad perversam legislationem, *Vae qui condunt leges iniquas,* secundum quod lex firmatur Principis edicto; et scribentes, secundum quod firmatur scripto. Rom. x, 3: *Ignorantes enim Dei justitiam, et suam querentes statuere, justitiae Dei non sunt subjecti.* *Quid facietis?* Hic comminatur penam. Et primo anfer evasionis remedium; et hoc triplex: confidentia secundum propriam potentiam: *Quid facietis in die visitationis, et calamitatis de longe venientis?* quantum ad praeumitionem hostium, vel quantum ad predictionem prophetarum: Oscar ix, 5: *Quid facietis in die solemni, in die festivitatis Domini?* Nahum 1, 6: *Ante faciem indignationis ejus quis stabit?* Secundo quantum ad potentiam amicitiam: *Ad cuius confugientis auxilium?* Job, vi, 13: *Ecce non est in me, et necessarii quoque mei recesserunt a me.* Tertio quantum ad divitiarum gloriam: *Et ubi dereliqueris gloriam vestram?* quasi dicat, que vobis non proderit. Sapient. v, 8: *Quid nobis profuit superbia, aut quid divitiarum jactantia constituit nobis?* Secundo exprimit penam mo-

<sup>1</sup> AL.: « ultionis. »

dum : et primo captivitatis : *Nec incurvemini.* Supra ii : *Et incurvabitur sublimitas hominum, et humiliabitur altitudo virorum.* Secundo interfectionis : *Et cum interfectis cadatis,* Ezech. xxxii, 24 : *Omnibus hi interficti ruentes gladio. Super omnibus his nū est versus furor ejus.* Hic ponitur ulterioris peccata preparatio. Et supra expouatur. *Vae Assur.* In parte ista comminatur contra ipsos Assyrios. Et dividitur in duas partes. In prima ponitur hostium opprimentium comminatio; in secunda populi oppressi confortatio, ibi, *Propter hoc dicit.* Prima in tres. In prima arguit culpam; in secunda comminatur poenam, ibi, *Propter hoc mittet dominator dominus exercitum in pinguis eis tenuitatem;* in tertia ostendit poenam affectum, ibi, *Et erit terrore profugus.* Culpa autem consistit in transgressione precepti, vel abuso auctoritatis: unde dividitur prima pars in tres. In prima ponitur auctoritatis commissio; in secunda auctoritatis abusio, ibi, *Ipse autem non sic arbitrabitur;* in tertia abutentis clatio, ibi, *Et erit cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, et in Jerusalem.* Circa primum tria facit. Primo committitur flagellandi officium; secundo designat flagellis dignum, ibi, *Ad gentem fallacem mittam eum;* tertio impunit flagellaudi modum, ibi, *Ut auferat spolia, et diripiatur prædam.* Circa primum tria designat. Primo flagellantem : *Vae, tibi imminet, Assur qui es virga furoris mei : flagellandi potestatem, Baculus,* per quem ego flagello, *in manu ejus, idest in potestate, idest in executione :* et flagellationem : *Indignatio mea,* complebitur per eos. Infra xiv : *Contrivit Dominus baculum impiorum; virgam dominantium cedentem populos in indignatione.* Ad gentem fallacem mittam eum. Hie describit flagellis dignum, et quantum ad culpam : *Ad gentem fallacem,* quia non servat promissum : Exod. xix : *Cuncta que locutus est Dominus faciemus :* et quantum ad sententiam, *populum furoris,* idest quem jam judicavi puniendum, mittam, inspirabo vos esse puniendos. IV Reg. xviii, 25 : *Dominus dixit milii : Ascende ad terram hanc, et demolire eam.* Ad, idest contra. Ut auferat

*spolia, et deripiatur prædam.* Hie ponit flagellationis modum quantum ad detractionem rerum. Auferat spolia, quantum a detentionem; diripiatur, quantum ad hominum oppressionem; ponat quasi latum, pra vilitate. Ps. xvii, 43 : *Et lutum platearum delebo eus.* Ipse autem non sic arbitrabitur. Hie ponitur alusio potestatis concessæ, inquantum excessit fines mandati; et primo ponitur ejus propositum; secundo ponitur propositi motivum, ibi, *Dicit enim : Numquid non principes mei simul reges sunt?* Circa primum duo facit. Primo dimittis proximam mensuram quantum ad rationis judicium, *Non sic arbitrabitur,* et quantum ad cordis propositum, *Non ita astinabit,* hoc est taxabit poenam. Secundo adauget peccatum et quantum ad modum, *Ad conterendum,* hoc est omnia dispendendum; et quantum ad numerum, *Gentium non paucarum, immo plurim, non solum ad illos ad quos mittebatur.* Habac. i, 10 : *Ipse de Regibus triumphabit, et tyranii ridiculi ejus erunt.* Item. ii, 10 : *Cogitasti confusione domini tuæ, concidisti populos multos, et peccavit anima tua.* Dicit enim : *Numquid non principes mei simul reges sunt?* Hie ponitur motivum : et primo assumit; secundo concludit, ibi, *Sic faciam Jerusalem, et simulacris ejus.* Circa primum primo assumit servitutem Regum : *Numquid non Reges simul et principes mei sunt?* Habac. i, 10 : *Ipse de regibus triumphabit, et tyranii ridiculi ejus erunt.* Secundo subjugationem civitatum : *Numquid non ut Charcanis sic Calano, et ut Arphat sic Emath?* Infra xxxvi : *Vere enim, Domine, desertas fecerunt reges Assyriorum terras et regiones earum.* Tertio destructionem idolorum : *Quonodo invenit manus mea regna idoli!* administrative; quasi dicat : Quomodo fuit hoc quod illi non restiterunt mihi ! iv Reg. xviii, 35 : *Quinam illi sunt in universis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, ut possit Deus eruere Jerusalem de manu mea?* Sic faciam Jerusalem, et simulacris suis. Hie concludit primo a gentibus ad totum populum Israel : *Sic et simulacula eorum de Jerusalem et de Samaria :* secundo ex decem tribubus ad duas : *Numquid non si-*

*cut feci Samariae et idolis ejus, sic faciū Jerusalem, et simulacris ejus?* De Samaria verum dixit, quia colebant idola: sed de Jerusalem abstulerat Ezechias: *iv Reg. xvii.* Et forte aliqua remanserunt oculante, quae invenit in parte civitatis, quae tradidit ei Sabin scriba. Vel vocat simillacula aream, et ea quae erant in ornatum templi. *Et erit cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion.* Hic aruit ejus superbiam: et primo ponitur superba gloriatio; secundo gloriandi occasio, ibi, *Dixit enim: In fortitudinem meam feci, et in sapientia mea intellexi;* tertio gloriantis increpatio, ibi *Numquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea?* Dicit ergo: *Et erit cum impleverit Dominus cuncta opera sua, pœnas scilicet, quibus vult corrigerre, Magnifici cordis,* quantum ad præsumptionem de faciens. *Et super gloriam, quantum ad elationem de factis.* Supra ii: *Oculi sublimes hominis humiliati sunt. Exiit enim: In fortitudine etc.* Hie ponit gloriae occasionem ex magnis que fecerat: et primo quantum ad facientis conditionem; secundo quantum ad facti magnitudinem, ibi, *Et abstuli terminos populorum;* tertio quantum ad faciendi facilitatem, ibi, *Et invenit quasi nidum manus nostra fortitudinem populorum.* Facientis conditionem ostendit quantum ad potentiam bellorum, *In fortitudine,* quantum ad sapientiam consiliorum, *Et in sapientia.* Deut. xxxii, 27: *Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum, et dicerent: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit huc omnia.* Facti autem magnitudo pensatur ex tribus. Ex multitudine regnum: unde dicit, *Et abstuli terminos.* Loquitur ad similitudinem ejus qui acquirit multos agros, qui auferit terminos quibus divisorum possessiones dividebantur. Quantum ad spoliationem principum, *Et principes eorum depravatus sunt.* Quantum ad subjugationem regum. *Et detraxi quasi potens in sublimi,* scilicet in solio Regni, residentes. Dan. v, 19: *Quos rorabat exaltabat, et quos valebat humiliabat.* Facilitas autem faciendi determina-

tur quantum ad tria. Quantum ad plenariam subjectionem: *Et invenit, quasi nidum, etc., qui est in potestate invenientis.* Infra xvi. Et erit sicut avis fugiens, et puli de nido avolantes. Quantum ad facilis destructionem. *Et sicut colliguntur ova quæ decelita sunt, sic universam terram ego congregabo;* ita de facili, Habac: *Et congregabit ad se omnes gentes,* et concervabit ad se omnes populos.<sup>1</sup> Quantum ad sublatam omnem contradictionem: *Et non fuit qui moveret penam,* idest manum: *penna enim avis<sup>2</sup> se defendit, et aperiret os, ad contradicendum, et ganiret:* quod est vulpium vel avium ad plangendum. Ezech. xxiv, 16: *Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga;* et non planget, neque plorabis, neque flent lacrymæ tui. *Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea?* Hie ponitur gloriantis increpatio: quia etiam est sicut instrumentum, quod non potest operari, nisi motu artificis. *Securis, ad mactandum malos.* *Exaltabitur serra,* ad discernendum bonos a malis. *Virga,* ad corrigendum. *Baculus,* ad sustentandum correctos. Job xv, 13: *Quid tunet contra Domum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuscemodi sermones?* Propter hoc immittet dominator Dominus exercitum in pinguis ejus temitatem. Hie communiciatur pena: et circa hoc tria facit. Primo communiciatur penæ judicium; secundo determinat penæ modum, ibi, *Et subitus gladium:* tertio penæ effectum, ibi, *Et erit terrore profugus:* in pinguis, potentibus et divitibus. Infra xxv: *Et faciet Dominus exercitum omnibus populis in monte hoc convivium pinguum.* Et subitus gloriam ejus successa ardabit quasi combustio ignis. Hie determinatur pena modus, qui fuit per combustionem; et ponuntur tria. Primo penæ species, *Gloriam ejus,* idest multitudo exercitus: *Subitus,* idest sub vestibus, quia vestimentis illatis corpora cremata sunt. Supra i: *Et erit fortitudo vestra<sup>3</sup> ut farilla stupor, et opes vestrum quasi scintilla.* Secundo penam inferens *Sanctus Israel,* Deus, vel Angelus Michael, cui

\* Deum

<sup>1</sup> Al. : «gentes.» — <sup>2</sup> Al. : «penna avis.»

commissus fuit ille populus. Dan. x, 13 : *Ecce Michael unus ex principibus primis venit in adjutorium meum. In ignem, quia per ignem puniet eos.* Soph. i, 8 : *In igne zeli ejus decorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.* Tertio poenam patiens ; et quantum ad minores, *Spina et vepres, quae non multum crescent ; et gloria saltus ejus, quantum ad magnos, quos propter dignitatem comparat altis arboribus :* et *Carmeli ejus ab anima usque ad carnem consumetur : quia et in anima et in corpore mortui sunt.* Supra ix : *Succensa est quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit ; et succendetur in densitate saltus, et convolvetur in superbia funi.*<sup>3</sup> *Et erit terrore profugus.* Ille ponitur poenae effectus. Et primo in hostibus quantum ad fugam, *Et erit terrore profugus ; quantum ad paucitatem, Et reliquiae ligni,* quia ad litteram Senacherib cum paneis fuit, 5 cum 10.<sup>4</sup> Secundo effectum in populo. *Et erit, quantum ad tria in quibus offendebant : scilicet in confidentia gentium. Super eum percuti eos,* quia illi a quibus auxiliu petebant, quandoque etiam affligebant eos. *Qui fugerint, vel ad Ezechiam, vel ad alias gentes.* Ezech. xxix, 7 : *Immittentibus eis.* Secundo quantum ad cultum idolorum, et quantum ad modum, quia in veritate reliquiae ; contra id quod dicitur III Reg. xvii, 24 : *Usquequo claudicatis in duas partes ? Si Dominus est Deus, sequimini eum ; si autem Baal, sequimini illum.* Et quantum ad conversos, *Reliquiae Jacob, qui reliquuntur ab Assyriis.* Et confirmat promissionem : *Si enim fuerit populus tuus, Israel, quasi arena maris, reliquiae convertentur ex eo.* Gen. xxii, 17 : *Multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, et velut arenam que est in littore maris.* Tertio quantum ad justitiam operum. Et primo ponit promissionem : *Consummatio abbreviata,* idest destruictio in brevi facta in exercitu Senacherib, *inundabit justitiam in populo.* Infra 26 : *Misereamur impio, et non discedet jus-*

*tiam.* In terra sanctorum iniqua gessit. Secundo ponit confirmationem : *Consummationem enim, et abbreviationem Domini-nus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae.* Nahum i, 8 : *In diluvio præ-reunte consummationem faciet loci ejus.* In medio terræ, idest in Jerusalem, quæ est in meditullio terræ. Ezech. : *Ista est Jerusalem ; in medio gentium posui eam, et in circuitu ejus terras.* Apostolus ad Rom. xi, exponit de reliquis salvandorum. Et verbum abbreviatum, secundum Septuaginta, est verbum Evangelii. Matth. xxii, 40 : *In his duobus mandatis universa lex pendet et propheta.* Vel verbum incarnatum ; Propter hoc haec dicit Dominus. Ille ponitur populi confortatio : et circa hoc duo facit. Primo ponit confortationem, *Noli timere.* Infra 41 : *Noli timere, vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel.* Secundo exponit evasionem : et primo, in generali ; secundo in speciali, ibi, *Veniet in Ajath, etc.* Circa primum tria facit. Primo ponitur afflictio. In virga, idest in afflictione obsessionis et depradationis, et baculum, confringentem, in via Ægypti : quia audiens quod rex Ethiopie esset egressus de terra sua ut legitur iv Reg. xix, dimisit terram, et in reditu destruxit civitates quas invenit veniens per Ægypti viam. Jer. xlvi, 17 : *Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus ?* Secundo afflignantum destruictio : Adhuc enim paululum, respectu illius temporis in quo affliget. Ezech. vii, 8 : *De propinquo effundam iram meam super te, et complebo furorem meum in te.* Item<sup>5</sup> poenæ magnitudo : *Consummabitur indignatio, quo ad culpam ; furor, quo ad vindictam, tertio quo ad puniendi facilitatem, meus Juxta plagam Madian,* de qua habetur Iudicium vii, et super mare, rubrum : Exod. xiv. *Et levabit eam, contra te, primo in via Ægypti :* quia in Ægyptis confidebas. Tertio ponitur consequens liberatio : et primo liberatio : *Ausferetur onus.* Jer. xxx, 8 : *In die illa conteram jugum ejus de collo tuo, et vincula ejus disrumpam.* Secundo liberationis ratio, *A facie olei,*

<sup>1</sup> Al. : « cœli. »

<sup>2</sup> Al. : « qui. »

<sup>3</sup> Al. omittitur : « in. »

<sup>4</sup> Al. : « forte, scilicet cum 10. »

<sup>5</sup> Al. : « secundo. »

divinae misericordiae. *Supra 1: Vobis et litor et playa tumens non est circumligata, neque curuta medicamine, neque fota olea. Veniet in Ajath etc.* Ille describitur in speciali : et primo ponitur oppressio, numerans civitates per quas transivit venieus de Aegypto in Jersalem. *Veniet de Aegypto, in Ajath, apud Machmas,*<sup>1</sup> transibit, commendabit rusa sua, dimittet partem supellectilis sua, ut expeditusveniat. *Transierunt cursim, non impediti propter resistantiam illarum civitatum. Gabaa sedes nostra.* Vox exercitus, qui ibi quievit. *Obstupuit Rama,* idest timuit, quia vicinus erat, *Gabaa Saulis,* civitas regalis tempore Saulis. *Homi*, more equorum. *Attende Laisa,* quomodo possis fugere, et similiter tu, paupercula Anoth, quia parva villa erat. *Medemena migravit;* fugit, et similiter habitatores Gabim. Vox Senacherib ad exercitum : *Comfortamini. Adhuc dies est, ut in Nobe stetur :* villa est prope Jersalem, quasi dicat : Adhuc est tantum de die quod possumus illie figere tentoria ; quia divinatum erat ei quod si illa die illuc applicaret, vinceret. <sup>2</sup> Vel, o habitatores Gabim confortamini, quia hostes prope sunt. *Agitabit,* ad modum comminantis. *Infra xxxvii: Ad Sanctum Israe*l. In manu servorum tuorum exprobasti Dominum. Secundo hostium destruatio, *Ecce dominatur.* Et primo facilitas ex parte punitis, *Confringent :* ad similitudinem facti Gedeonis, Judicium vu. Secundo universalitas ex parte punitorum : *Excelsi,* quantum ad fortis corpore ; *sublimes,* quantum ad principes ; *condensa saltus,* quantum ad multitudinem populi, idest Ernetus, quae faciunt sylvam spissam, et Libanus, ipse Senacherib, qui interfectus fuit a filiis suis : infra xxvi. Mysticæ Glossæ : *Confringet lagunculam,* in passionem Christi.

<sup>1</sup> Al. : « magnas. »

<sup>2</sup> Al. : « quod vinceret. »

Nota super illo verbo, *Et erit lumen Israe*l in ignem, quia Dens noster dicitur ignis : primo, quia subtilis ; et quantum ad hoc primo dicitur subtilis quantum ad substantiam, quia dicitur spiritus. Joan. iv, 24 : *Spiritus est Deus.* Secundo quantum ad scientiam, quia penetrabilis. Heb. iv, 12 : *Vixus est sermo Drei et efficax, et penetrabilior omni gladio anticipi.* Tertio quantum ad apparentiam, quia invisibilis. Job xxviii, 20 : *Unde ergo sapientia ?* et infra eodem : *Abscondita est ab oculis omnium viventium.* Secundo quia lucidus. Job xxxvi, 25 : *Omnis homines vident eum.* <sup>3</sup> Quod autem sit lucidus, patet primo quia manifestat, quantum ad intellectum. Ps. xxxv, 10 : *In lumine tuo videbimus lumen.* Secundo, quia delectat quantum ad affectum, Tob. v, 12 : *Quale gaudium est mihi, qui in tenebris sedeo, et lumen cordi non video?* Tertio, quia dirigit quantum ad actum. Infra ix : *Ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.* Tertio, quia calidus ; et hoc primo quia vivificat. Job xxxix, 14 : *Tu forsitan in pulvere calcari es ea ?* Thren. i, 13 : *De' excoeli misit ignem* <sup>4</sup> exculo in ossibus meis, et crudivit me. Secundo quia purgat. Ecol. xxxviii, 29 : *Vapor ignis uero carnes ejus, et in calore fornacis concertatur.* Tertio quia devastat. Deuter. xxxii, 22 : *Inquis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad infernum norissima.* Quarto quia levis ; et hoc primo propter motum, quia *universa propter semet ipsum operatus est Dominus :* Prov. xvi, 4 ; secundo propter situm, quia *in altis habitat :* Ps. cxii, 3 ; tertio propter incommixtionis modum. Sapient. vii, 24 : *Attinxit autem ubique propter munditiam suam : vapor est enim virtutis Dei.*

<sup>3</sup> Al. : « Omnes homines. » Secundo etc. quia lucidus. »

## CAPUT UNDECIMUM

Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet; et requiescat super eum spiritus Domini, spiritus sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis; et replebit eum spiritus timoris domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet; sed iudicabit in iustitia pauperes, et arguit in aequitate pro mansuetis terra; et percutiet terram virga oris sui, et spiritu labiorum suorum interficer impium. Et erit iustitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorum renum ejus. Habitabit lupus cum agno, et pardus cum harde acerbit. Vitulus et leo et ovis simili morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus et ursus pascentur; simili requiescent catuli eorum; et leo quasi hos comedet pascas. Et delectabitur infans ab ubere super foranum aspidis; et in caverna reguli qui ablactatus fuerit mannum suam mittet. Non nocentur et non occident in universo monte sancto meo: quia regula est terra scientia domini, sicut aqua maris operientis. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populi romani, ipsum gentes deprecabuntur, et erit sepulcrum ejus gloriolum. Et erit in die illa, adiectio dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis et ab Aegypto et a Phetros et ab Aethiopia et ab Eku et a Sennar et ab Emat, et ab insulis mariis: et elevabit signum in nationes, et congregabit profugos Israel, et dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terrae; et auferetur zelus Ephraim, et hostes iuda peribunt. Ephraim non annulabitur Iudam, et Judas non pugnabit contra Ephraim; et volunt in lumine Philistium per mare, simili praedabuntur filios orientis. Idumaea et Moab praecepimus manus eorum; et filii Iunnon obedientes erunt. Et desolabit dominus lignam maris Aegypti, et levabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, et perent eum in septem rivis, ita ut transcant per eum ecclae. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israel in die illa qua ascendit de terra Aegypti.

Posita destructione adversarii, promittitur reintegratio populi, qui erat divisus in duas partes et decem tribus. Et dividitur in partes duas. In prima describitur restaurator; in secunda promittitur restauratio, ibi, *Et erit in die illa*. Hoc autem capitulum tripliciter exponitur. Hieronymus enim<sup>1</sup> et omnes Sancti nostri exponunt de restauratione facta per Christum, et de Christo, ut sit figurative dictum. Quidam magistri exponunt de Ezechia vel Josia. Similiter figurate acci-

punt<sup>2</sup> litteram Judaei de suo Messia, quem expectant, volentes enixa ad litteram intelligere. Sed haec ultima stulta est et fabulosa: secunda extorta; sed prima simpliciter vera. Et ideo illam prosequentes, alias tangemus ex latere. Dividitur prima pars in tres. In prima describitur restaurator Christus, quantum ad nativitatem: in secunda quantum ad sanctitatem, ibi, *Et requiescat super eum spiritus Domini*; in tertia quantum ad dignitatem, ibi, *In die illa radix Jesse*. Circa primum duo tangit; processum matris ex regali serie vel progenie: *Egredietur virga*, virga cui nullus fructus adhaesit, *de radice Jesse*: ad litteram, de progenie Jesse, qui fuit pater David. Num. xxiv, 17: *Oriatur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel*. Quantum ad processum filii ex matre virginie, *Et flos*, Christus. Can. n, 4: *Ego flos campi, et lilyum convallium. Ascendet*, quia qui de caro venit, super omnes est. Joan. iii, 31. Unde infra xix: *Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Aegyptum, et moveruntur simulacra Aegypti. De radice Jesse*. Jerem. xxiii, 5: *Suscitabo David germen justum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et justitiam in terra*. Cum deberet dicere, *De virga*, dicit, *De radice*, ad excludendum duas haereses. Una quarum dixit<sup>3</sup> quod Christus non habuit veram carnem; alia dixit, quod Christus habuit veram carnem, sed illa non fuit propagata ab Adam et a parentibus et aliis, sed in beata Virgine a Deo creata; ant quod venit a primis parentibus distincta, sicut lux quadam, nunquam infecta contagione peccati originalis. Quod totum excluditur in hoc quod ex parentibus virginis ascendere dicitur, sicut flos ex radice. *Judei* dicunt, quod flos et virga resurget ad Christum; et dicitur virga propter potestatem et flagellationem malorum, et flos propter honest-

<sup>1</sup> Al. omittit: « enim. »

<sup>2</sup> Al.: « accipientes. »

<sup>3</sup> Al.: « dicit. »

tatem et consolationem bonorum. Hieronymus dicit, quod de hoc loco sumitur quod dicitur Matth. ii, 23 : *Nazareus vocabitur*, id est floridus. Similiter exponunt, qui exponunt de Josia et Ezechia. Et dicunt, quod dicuntur descendere ex Jesse et non ex proximis parentibus, quia David facta est promissio de confirmatione regni in filiis.

*Notandum super illo verbo, Egredietur virga*, quia beata Virgo dicitur virga primo consolans in tribulationibus. Exod. xiv, 16 : *Tu autem eleva virginam tuam, et extende manum tuam super mare, et divide illud, ut gradiantur filii Israel in medio mari per siccum*. Secundo fructifrons. Numer. xvii, 8 : *Invenit Moyses virginam Aaron in domo Levi germinasse, et turgentibus germenis eruperant flores*. Tertio satians. Num. xx, 11 : *Cumque levasset manus percussions virga bis silicem, egressae sunt aquae largissimae, ita ut biberet populus et junesta*. Quarto flagellans. Num. xxiv, 17 : *Orietur stella ex Jacob, et consurget virga de Israel, et percutiet duces Moab*. Quinto vigilans. Jerem. i, 11 *Virginem vigilantem ego rideo*.

\* levasset  
manus  
percussions  
virga

*Nota super illo verbo, Et flos de radice*, quia Christus dicitur flos primo propter Mariæ puritatem. Cant. i, 14 : *Ecce tu pulchra es, amica mea*. Ibidem : *Ecce tu pulchra es, dilecte mi*. Et infra nempe Can. ii, 4 : *Ego flos campi, et lilium convallium*. Secundo propter lesionis a vento facilitatem. Job xv, 33 : *Luditur quasi rinea in primo flore*. Tertio propter odoris suavitatem. Eccl. xxiv, 23 : *Ego quasi vritis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis*. Quarto propter decoris pulchritudinem. Eccl. i, 8 : *Quasi arcus resplendens inter nebulas gloria, et quasi flos rosarum in diebus vernis*. Quinto propter fructus certitudinem. Eccl. xxiv, 23 : *Ego quasi ritis fructificari suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis*.

*Et requiescerat super eum spiritus Domini*. Hie describit ipsum quantum ad sanitatem, quantum ad tria. Primo quantum ad habitus necessitatis; secundo

quantum ad rectitudinem operis, ibi, *Non secundum visionem oculorum judicabit*; tertio quantum ad effectum rectitudinis, ibi, *Habitabit lupus cum agro*. Ostenditur autem perfectio ipsius quantum ad habitus gratuitos in tribus. Primo quantum ad quietem, *Requiescerat*, quia non fuit gratia in ipso augmentata. Jer. xxxi, 22 : \* *Femina Mulier circumdabit virum: nec interrupta per culpam*. I Petr. ii, 22 : *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius: nec perturbata per pugnam carnis, quia sine originali*. Job. iii, 9 : *Expectet lucem, et non videat; nec ortum surgentis auroræ*. Joan. i, 33 : *Super quem videtur spiritus descendenter et manente super eum, hic est qui baptizat*. Quantum ad multitudinem in universitate donorum, *Spiritus sapientia*. Quamvis enim omnia dona gratiae gratum facientis simul infundantur, non tamen aliquis habet perfectum usum omnium: propter quod de hujusmodi dicitur Eccl. xlvi, 20 : *Non est inventus similis illi*. Nec circa omnes gratias gratis datas. I Corinth. xu, 8 : *Alii quidem per spiritum datur sermo sapientia; aliis autem sermo scientia, secundum eundem spiritum; aliis fidis in eodem spiritu etc.* Sed Christus omnia perfecte habuit: *non enim ad mensuram dat Deus spiritum*. Joan. iii, 34. Quantum ad plenitudinem, quia perfectus fuit in omni gratia: quod notatur in hoc quod dicit, *implerit*. Joan. i, 14 : *Vidimus eum plenum gratia*. De omnibus his Col. ii, 9 : *In ipso habitat plenus gratia*. *Inhabitat nitido divinitatis corporaliter*.

Ad evidentiam eorum que hic dicuntur oportet videre quinque circa haec dona. Primo qualiter differant a virtutibus, beatitudinibus et fructibus; secundo de numero ipsorum; tertio de ordine ipsorum; quarto qualiter sint in Christo; quinto quomodo attribuntur Spiritui sancto. Circa primum sciendum est, quod, sicut dictum est supra, dona dantur in adjutoriorum virtutum quibus perfeiciuntur anime potentie ad actus proportionatos, secundum modum humandum; sicut illæ, quæ facit vident in speculo et anigmate. Est autem duplex defectus virtutis.

Unus per accidens, qui est ex indispositione habentis, ex qua indispositione manet in subiecto : et iste defectus tollitur per augmentum virtutis. Alius defectus est per se ex parte ipsius habitus ; sicut fides secundum suam dispositionem est in continente<sup>1</sup> imperfecta, quia anigmatica. Et iste defectus tollitur per altiorum habitum, qui vocatur donum, quia quasi excedit modum humanae operacionis, a Deo datum ; sicut dominus intellectus, quod facit aliquo modo impide et clare intueri quae sunt fidei. Operatio autem procedens a virtute perfecta dono dicitur beatitudo ; quae nihil aliud est quam operatio secundum virtutem perfectam, ut dicit Philosophus ; sicut dicitur Matth. v, 8 : *Beati mundo corde, quoniam ipsis Deum videbunt.* Talem autem operationem necessario sequitur delectatio, quia delectatio est operatio proprii habitus non impedita, ut dicit Philosophus ; et secundum hoc dicitur fructus. Unde dicit Ambrosius super illud Gal. v, 22 : *Fructus autem spiritus sunt caritas, pax etc.* quia dicuntur fructus, in quantum mentes sinecera dilectione reficiunt. Circa secundum sciendum, quod numerus horum potest accipi tripliciter : quia dona perficiuntur aut per recessum a malo, et sic est timor ; aut per accessum ad bonum, et sic vel secundum vitam contemplativam, vel secundum activam. Si secundum contemplativam ; aut secundum contemplationem finis, et sic est sapientia, quae est de causis altissimis ; aut de his quae sunt ad finem, et sic est intellectus ; sicut de substantiis creatis spiritualibus, et de his quae ad eas pertinent. Si secundum activam ; aut quantum ad ea ad quae tenentur omnes ; et sic exequens est pie-tas, quae est benevolentia in eos<sup>2</sup> qui fide vel imagine Dei sunt muniti ; dirigen-s scientia : aut de his ad quae non tenentur omnes ; et exequens est fortitudo, ut exponat se difficilibus ; dirigen-s vero consilium. Ex hoc jam patet responsio ad tertium : quia ordinantur primo secundum quod perfectiones sunt : et hic ordo consideratur, secundum exitum donorum

a dante, non secundum quod recipiuntur. Tertium patet, quod sapientia dirigit intellectum, quia sapientis est ordinare ; et per prima aliquis regnatur, sicut metaphysica<sup>3</sup> alias scientias, consilium fortitudinem, scientia pietatem, timor omnia<sup>4</sup>, quia idem dirigit in accessu<sup>5</sup> ad bonum et in recessu a malo. Circa quartum sciendum, quod Christus habuit ista dona secundum excellentissimos usus ipsorum, secundum quos habentur in patria. Non enim habuit timorem servilem ut timeret peñam, vel filiale ut timeret peccare ; sed castum timorem qui est reverentia. Heb. v, 7 : *Exauditus est pro sua reverentia.* Et similiter patet de aliis. Dicitur autem specialiter, quod replevit eum spiritus timoris, ne ex magnitudine donorum superbis credatur, sicut primus Angelus, de quo dicitur Ezech. xxviii, 16 : *In multitudine sapientiae tuae re-negotia-pleta sunt interiora tua iniquitate.* Vel quia per humilitatem salvare venerat. Vel quia in hoc se imitari voluit. Matth. xi, 29 : *Discite a me, quia misericordia sum et humilis corde.* Circa quintum sciendum est, quod si considerentur ista dona secundum proprias rationes, sicut scientia, in quantum est scientia ; tunc quadam appropriantur Filio quae pertinent ad perfectionem intellectus ; quadam Spiritui sancto quae pertinent ad perfectionem affectus ; quamvis omnia communiter sint dona totius Trinitatis. Si autem considerentur in quantum habent rationem doni, sic omnia attribuuntur Spiritui sancto, qui est primum donum, in quo omnia dona donantur. Similiter etiam si considerentur quantum ad principium motionis talium donorum, qui est amor Bonitas enim Dei ut dicit Dionysius est diffusiva omnium quae recipiuntur in creaturis a Deo, quae appropriantur Spiritui sancto. Alii autem referunt hoc ad sanctitatem Josiae et Ezechiae. Judaei ad antichristum.

*Non secundum visionem oculorum iudicabit.* Ille ostendit saecularem ejus quantum ad rectitudinem operis ; et praecipue in iudicando, quia hoc est opus regis.

Unde tria ostendit. Primo solertia in discernendo; secundo justitiam in exequendo, ibi, *Sed judicabit in justitia pauperes*; tertio constantiam in perseverando, ibi, *Et erit justitia cingulum lumborum ejus*. Dicit ergo quantum ad primum: *Non secundum visionem oculorum, exteriorum, neque secundum auditum aurium exteriorum* sicut Matth. xxii, 16: dicentibus: *Magister, scimus quia veras es. Joan. ii, 25: Opus ei non erat ut quis ei testimonium redderet<sup>1</sup> de homine: ipse enim sciebat quid erat in homine.* Et hoc non potest exponi de homine puro, sicut dicitur I Reg. xvi, 7: *Homo videt quae foris parent<sup>2</sup> Deus autem intuetur cor.* Et ideo dixerunt discipuli, Joan. xvi, 30: *Nunc scimus quia scis omnia.* Alii autem extorte exponunt de illis regibus: quia non secundum adulaciones ea quae primo aspectu videntur judicabunt, sed diligenter veritatem causar inquirunt. *Sed judicabit in justitia pauperes.* Hic ostenditur justitia in exequendo. Et primo quantum ad bonos, ius summi distribuendo, *judicabit, in die judicii, et etiam nunc.* Joan. v, 22: *Pater omnes iudicium dedit filio. Pauperes, de quibus Matth. v, 3: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Secundo quantum ad malos: et primo quantum ad membra: *Percutiet terram, idest terrenos, virga oris sui:* <sup>discidite</sup> *Ite maledicti in ignem aeternum:* Matth. xxv, 41: Quantum ad caput: *Spiritu labiunum, idest indignatione sua verbis expressa, interficiet impium, idest antichristum.* II Thess. ii, 3: *Revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis; qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Vel diabolum. Joan. xii, 31: *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi hujus ejicietur foras.* Et totum hoc potest ad litteram exponi de illis regibus qui justi fuerunt, et suis praecipuis impios occiderunt. *Et erit justitia cingulum lumborum ejus.* Hic ponitur constantia in perseverando. *Et erit justitia, quam observabit in iudiciis, cingulum lumborum ejus, idest ensis, quo*

• state  
pugnabit; et hoc quo ad Christum, et ad illos reges. *Vel cingulum lumborum quod fortiter homini adhaeret, et totum hominem undique cingit: Et fides cinctorum.* *Vel justitia in aquitate facit, fidelitas in modo faciendi.* Eph. viii, 1, 14: <sup>2</sup> *Estate succincti lumbos vestros: Vel justitia, iusti: fides, fideles;* et sic tantum ad Christum referuntur haec verba Jerem. xii, 11: *Sicut adhaeret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinari mihi omne domum Israel.* Ex hoc arguit Hieronymus contra Illebraeos quod non possunt omnia intelligi sicut sonant verba, nisi de Christo. *Habitabit lupus cum agno.* Hic ponitur effectus rectitudinis, quae est in multitudine duo. Primo quantum ad pacis: quam ostendit quantum ad magnorum mansuetudinem; secundo quantum ad parvorum securitatem, ibi. *Et delectabitur infans ab ubere.* Mansuetudo ostenditur quantum ad tria. Primo quantum ad habitationem: *Lupus, rapax, cum agno, innocentia, et e contra, quia sequetur innocentiam ejus: pardus, astutus, cum haro, simplici, vitulus, genus, animalis fortis, et leo, genus animalis fortis et ferocius: oris, genus animalis debilis, simul in unitate erunt: Ubi non est masculus et femina, gentilis et Iudeus circumcisio et præputium, barbarus et Sogda, servus et liber; sed omnia et in omnibus Christus.* Col. iii, 11. Quod significatum est in arca Noe, ubi fuerunt cuncta animalia utrinque generis: Gen. viii. Secundo quantum ad gubernationem: *Puer porculus, Petrus pescator.* Supra viii: *Erece ego et puri mei in cubili.* I Corinth. i, 27: *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Minabit, idest ducent ad regnum, sicut dux. Tertio quantum ad comeditionem dicit primo quantum ad sibi conformitatem, *Vitulus, qui comedit herbas, et animal<sup>3</sup> est mundum, ursus, qui laceral carnes, nec est mundum animal, simul pascentur, eodem cibo verbi Dei. Catuli, idest familie eorum, simili, idest conformiter, requiescent, ad comedendum videlicet cibum sacramentorum.* I Cor. x, 3: *Eamdem es-**

<sup>1</sup> Al. : e ut quis interrogaret, .

<sup>2</sup> Al. : e patent, . — <sup>3</sup> Al. : e quibus, .

<sup>4</sup> Al. omittitur: el.

*cam spiritualem manducaverunt. Secundo quantum ad cibi humilitatem, Deo, rex, quasi bas, rusticus, paleas, rudem doctrinam, vel ad litteram, abstinentiae cibos. Job xxxix, 9 : Numquid colet rhinoceros servire tibi, aut morabitur ad praesepem tuum? Sed expressius videtur hoc servari in religione; ubi homines diversa etatis et conditionis unanimiter et conformiter vivunt. Ps. lxvi, 7 : Qui habitare facit unum in domo. Alii volunt quod fuerit<sup>1</sup> completum, tempore illorum regum, quando maiores in pace vivebant cum minoribus, Iudei vero exponunt de pace futura temporibus antichristi. Et delectabitur infans ab ubere. Ille ostendit parvorum securitatem; et ponit tria: scilicet eorum confidentiam, cum contra horrorem ponit letitiam: Super foramina aspidis, idest super tribulationes quas diabolus vel tyranus immittet, infans ab ubere, idest statim quod lacte doctrinae fidei nutritri cœperit. Rom. v, 3: Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientium operatur. Vel in convertendis malis. Apocal. ult, 17: Qui audit dicat, Vnu. Contra fugam, qua est indicativa timoris, ponit invadendi audaciam; Qui ablactatus fuerit, iam solido utens cibo, faciet plus, quia mittet manum suam in caverna reguli, idest diaboli, qui, est rex super universos filios superbiae: Job xli, 25. Quia se confiderter persecutionibus tyrannorum exponet, sicut multi martyres fecerunt. Job. xxxix: Exultat, audacter in occursum pergit armatis. Vel refertur ad prædicatores, quimittunt manum prædicationis ad conversionem peccatorum. Vel ab uberibus novitatis et voluptatis, quia novitii de hoc gaudent. Secundo ponit nocendi impotentiam. Non nocebunt in monte sancto, idest Ecclesia, nisi volentibus. Luc. x, 49: Ecce deli vobis potestatem super omnia daemonia. Marc. ult, 17: Signa autem eos qui crediderint habe sequentur. Linguis loquentur novis, serpentes tollent, et si mortiferum quid hiberint, non eis nocerit. Tertio ponit utriusque causam: Quia repleta est terra scientia Do-*

\* in habita-  
re minus  
moris

mini. Ps. xviii, 5: In omnem terram exi- rit sonus eorum. Eccl. xxiv, 40: Ego sapientia effudi flumina. Judei exponunt hoc totum factum ad litteram. Alii dicunt per hoc significari quod temporibus illorum regum committebant se quilibet parvuli audacter illis qui prius fuerant prædicatores et creduli. In die illa, ille ponit dignationem. In signum, Crucis, quod assumentes salvabuntur. Joan. xii, 32: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Infra xlxi: Ecce ego levabo ad gentes manum meam, et exaltabo ad populos signum meum. Ipsum gentes deprecabuntur. Ps. lxxi, 11: Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes servient ei. Erit se- pulchrum ejus gloriosum: venerabitur ab omnibus. Unde designatum est per sepulchrum quod fecit in Modin in mo- numentum sempiternum, ut aspiciatur ab omnibus transeuntibus: I Machab. ii. Alii exponunt hoc de Josia, quia fuit se- pultus in sepulcris regum, Et erit in die illa, adjiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui. In parte ista promittit populi restauratio- nem quantum ad tria. Primo quantum ipsorum liberationem; secundo quantum ad libe- rationem conditionem, ibi, Et auferetur zelus Ephraim; tertio quantum ad libe- rationis præparationem, ibi, Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti. Circa primum duo facit. Primo premittit libe- rationem; secundo describit liberationis modum, ibi, Et levabit signum in na- tiones<sup>2</sup>. Quidam exponunt hoc de libe- ratione a captivitate Babylonis, quan- do possedit eos, eripiens a servitute in deserto Babylonis, et dicitur secunda respectu primæ liberationis, qua deduxit eos de servitute Ægypti. Nabu- chodonosor enim eos vastante, diversæ gentes eos in captivos et in servos duxerant, et multis intersectis, residui con- congregati sunt ex præcepto regis Tyri, sicut legitur I Esdrae 1. Sed melius exponitur de liberatione facta per Christum: sic enim consonat præcedentibus. In die illa, scilicet cum steterit in signum popu- larum, adjiciet secundo, per Apostolos,

<sup>1</sup> Al. : « fuit. »

<sup>2</sup> Al. : « et levabit Dominus etc. »

quia primo per se prædicavit. *Residuum*, quia reliquiae salvae sient : in quo notatne paucitas Judaorum conversorum, et multitudinis gentium. De quo Michæe ult. 1 : *Factus sum sicut qui colligit in autumno racemos viudemizæ. Petros regio est, nomen habens ab uno filiorum Abraham : Elan, civitas Persidis : Emath, Antiochia : Senaar locus in Chaldaea : Jer. xxx.* Vel *secundo*, idest in secundo adventu, quando per Eliæ prædicationem convertentur corda filiorum ad patres : Malach. ult. *Et elevabit*. Ille ponit liberationis modum quantum ad primam expositionem. *Signum*<sup>1</sup>, idest edictum regis Tyri. *Profugos Israël*, qui ad litteras Ezechiae venerunt in Jerusalem, et coniunxerunt se duabus tribubus, et cum illis fuerunt captivati, et cum eis liberati. Vel signum Crucis, quantum ad secundam expositionem. *Et congregabit profugos*. Ator xii, 46 : *Vobis oportebat primum prædicari verbum Dei; sed quia repellitis illud... ecce convertinur ad gentes*. Vel *signum*, alicuius miraculi, per quod convertentur ad prædicationem Eliæ. Infra xl ix : *Ecce levabo ad gentes manum meam, et exaltabo ad populos signum meum. Et auferetur zelus Ephraim*. Ille ostenditur liberatorum conditio. Et primo quantum ad concordiam, contra odium quod erat inter Ephraim et Judam. *Et auferetur zelus*, idest odium. Hoc completum fuit in redditu de captivitate, secundum primam expositionem. Vel quantum ad unitatem fidei, secundum secundam. Vel complebitur in futuro, quantum ad tertiam. De ista concordia, Jer. iii, 18 : *Ibit dominus Iuda ad domum Israël, et venient simul ad terram*. Aquilonis, ad terram quam dedit patribus vestris. Secundo quantum ad potentiam in subjugatione hostium, vel quæ fuit ad litteram temporibus Machabaorum quantum ad primam ; vel prædicationem Apostolorum quantum ad secundam ; vel quantum ad prosperitatem, quam etiam in futuro Dominus eis dabit, quantum ad tertiam. *Folabunt*, quasi velociter impingent, *in humero Philistium*, flagellandos, *per mare*,

quia sunt circa mare, et hoc quantum ad primam et tertiam. *Simul*, cum eis jam viatis, *prædabuntur filios orientis*, Assyrios. Hoc non legitur factum tempore Machabaorum. Vel *prædabuntur per mare*, quia Phœstæ abundant navibus. *Idumæa et Moab*, qui primo hostes, *præceptum manus eorum*, implebunt, non expectantes alium facientem secundum mandatum : in quo notatur magna exultatio. *Et filii Anon obedientes erunt*. Illi omnes fuerint magni adversantes. Infra xl ix : *Ecce isti de longe venient et illi ab aquilone et mari, et isti de terra australi*. Vel *volabunt*, pre desiderio prædicandi, *per mare* : quia Apostoli navigio per mare ad multis gentes pervenerunt. Vel per has gentes, quas nominali, omnes intelligit, Infra lx : *Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columba ad fructus suos?* *Præceptum manus*<sup>2</sup> quia docebunt verbo et exemplo. *Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti*. Ille ponitur liberationis præparatio : et circa hoc duo ponuntur. Primo præparatio ; secundo utilitatis consecutio, ibi, *Et erit via residuo populo meo*. Promittitur autem præparatio, secundum similitudinem ad duplex beneficium quod exhibitum fuit patribus venientibus de Ægypto. Primo in divisione maris, de quo legitur Exod. xiv : et quantum ad hoc dicit, *Lingua maris* ; et dicitur lingua maris, quia, sicut dicit Magister in *historiis*, in egressu filiorum Israel de Ægypto non fuit divisum mare ex uno littore, sed quasi quedam lingua, que circumdabat montem quendam. *Lingua maris*, idest medium maris, more Hebreici sermonis, qui omne quod est in medio linguam vocat, propter hoc quod lingua est in medio oris. Quod quidem ad litteram nunquam fuit factum ; sed significatur amotio omnis impedimenti detinentis, quantum ad primam expositionem. Vel lingua maris dicitur Ægyptus, ejus litus lingit mare. Sed quantum ad secundam, *lingua maris Ægypti desolabit*, idest lingua qua idola landabant. Secundum beneficium in divisione Jordani, de quo legitur Josue iii : et quantum

<sup>1</sup> Al. : « leva signum. »

<sup>2</sup> Al. : « manus. »

ad hoc dicit : *Lerabit manum suam, hoc est potentiam suam, super flumen... et percutiet eum in septem rivos ut transcant per eum calcetati.* Quantum ad primam expositionem, est metaphorica locatio, ut per divisionem maris et fluminis, intelligatur omnis impedimenti amatio. Quantum ad secundam, significatur ad litteram flumen, ipse Nilus, qui ab Alexandro divisus est in septem rivos, qui preparatio Romanis est, et adeo prædilatati, ut, aqua per rivos et meatus transeunte, trans vadari a caleatis posset, idest ab Apostolis, de quibus Ephes.

ult, 13 : *Calcent pedes in preparationem Evangelii pacis.* Vel per flumen significatur regnum Aegypti, quod divisum est a Romanis in plures. Senatus. In fortitudine spiritus sui, exercitus Alexandri, vel Romanorum : vel spiritus, idest venti, ad similitudinem ejus quod dicitur Exod. xiv, 21 : *Flante vento vehementi et urenti tota nocte. Et erit via.* Hic ponitur utilitas : et jam patet per ea que dicta sunt. *Sicut fuit.* Ecli. xxxvi, 6 : *Innova signa et immuta, mirabilia; glorifica manus et brachium dextrum, excita furorem et effunde iram.*

## C A P U T D U O D E C I M U M

Et dies in die illa : Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi, conversus est furor tuus, et consolatus es me. Ecce Deus salvator mens : fiducialiter agam, et non timebo. Quia fortitudo mea et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris : et dicetis in illa die, Confitemini Dominum, et invocate nomen ejus, notas facite in populis adiunctiones ejus. Memento quoniam excelsum est nomen ejus. Cantate Domino, quoniam magnifice fecit ; annuntiate hunc in universa terra. Exulta et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

Hic ponitur gratiarum actio pro suscepto beneficio. Quod quidem jam spiritu prophetali propheta videbat, et populo promittebat. Unde tria facit. Primo decantat canticum; secundo promittit populo beneficium, ibi, *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris;* tertio praedicit decantaturum populum, ibi, *Et dicetis in illa die.* Tribus autem malis premebatur tune : scilicet pro præteritis culpis, divino furore ; pro futuris penit, hostium timore ; pro præsentibus malis, cordis dolore. Contra primum commenrorat Dei misericordiam ; et ideo dicit : *Confitebor tibi,* ego, *Domine,* idest ex nunc laudabo, quia populi nondum vident beneficium de quo gratias agant, de hoc quod sequitur, *quoniam,* primo juste, *iratus es mihi,* pro peccatis meis, *conversus est furor tuus,* in misericordiam, et *consolatus es me,* quantum ad misericordia effectum præteritum pro futuro : et

hoc in reditu populi de Babylone, et maxime de consolatione facta per Christum. Zach. viii, 44 : *Sicut cogitavi ut affligerem vos cum ad iracundiam provocassent patres vestri me,* dicit Dominus, et non sum misertus ; sic conversus cogitavi in diebus istis ut beneficiam domui Iuda et Jerusalem. Contra secundum confitetur in Deo fiduciam : *Ecce Deus salvator meus,* liberans populum de servitute Babylonis, vel verius, qui salvum facit populum suum. Matth. i, 21 : *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Jerem. xxx, 10 : *Ne timeas, serve meus Jacob,* ait Dominus, nec pavreas, Israel, quia ecce ego salvabo te de terra longinqua. Contra tertium, divina fortitudinis potentiam : *Fortitudo mea,* per quam subsisto, et laus mea, quam laudo relicta idolis. Psal. xvi, 2 : *Diligam te, Domine, fortitudo mea. Haurietis.* Hic promittit beneficium. *Aquas,* consolationis, refrigerantes contra astum tribulationis. *Et dicetis.* Hic praedicit etiam populum decantaturum, post receptum beneficium : et continet matuam exhortationem populi ad divinam laudem. Ponitur exhortatio ad duo. Ad laudis divinas confessio nem, et ad gratiarum actionem, ibi, *Exulta et lauda habitatio Sion.* Circa primum ponuntur quatuor. Aut enim confitemur per fidem : unde, *Confitemini Dominum.* Roman. x, 10 : *Corde creditur*

*ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Aut invocamus per orationem, Et invoke. Infra. iv : Querite Dominum dum inveniri potest invoke cum dum prope est. Aut annuntiatur per predicationem : Notas facie in populis adiunctiones ejus, quia multa adiunxit ad salvandum. Jer. xxxi : Audite verbum Domini, gentes et annuntiate in insulis quae procul sunt. Aut memoratur per jugem meditationem, Mementote. Psal. cxv, 5 : Mementote mirabilium ejus quae fecit, prodigia ejus, et judicia oris ejus. Cantate Domino. Ille exhortatur ad gratiarum actionem. Et primo ut gratias agant Deo. Cantate Domino, quoniam fecit magnifice, nos liberando. Psalm. xcvi : Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Secundo ut annuntietur mundo, Annuntiate. Tob. xi, 6 : Benedicite Deum cœli, et coram omnibus viverib[us] consimili ei. Exulta. Ille ponitur exhortatio ad exultationem : et primo ut sit gaudium in corde, Exulta; secundo ut sit jubilus in ore, Lauda; tertio ponitur utriusque ratio, Quia magnus. Infra xxxv : Exultabit letabunda et laudans.*

Notandum super illo verbo, Haurietis aquas, quod est aqua primo doctrine. Infra iv : Omnes sicutientes venite ad aquas. Secundo gratiae, Joan. vii, 38 : Qui in me credit, flumina de ventre ejus fluerunt aqua:

vix. Tertio baptismatis. Joan. iii, 5 : Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.

Item notandum, quod hauritur aqua de fonte, primo divine sapientiae. Ecol. i, 5 : Fons sapientiae, verbum Dei in excelso. Secundo aeternae vita. Jer. ii, 13 : Medereliquerunt fontem aquæ vivæ. Tertio de Christi corpore. Zach. xii, 1 : In die illa erit fons peccatis domini David.

Nota super illo verbo, Adinventiones ejus, quod Christus adiunxit primo breve salutis verbum. Barnab. iii, 37 : His adiunxit omnum riam disciplinam, et tradidit illam Jacob pueru suo, et Israel directo suo. Secundo novum salvandi modum. Job xxxiii, 24 : Ireni in quo ei propitiari. Tertio populum salvandum. Luc. xv, 6 : Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdidideram.

Nota super illo verbo, in medio tui Sancutus Israel, quia Christus est in medio, primo quasi Iux ad illuminandum. Ecol. i, 6 : Quasi stella matutina in medio nebular. Secundo quasi mediator ad reconciliandum. Luc. ult. 36 : Stetit Jesus in medio discipolorum, et ait illis, Pax vobis. Tertio quasi minister ad distribuendum. Luc. xxii, 27 : Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM

*Onus Babylonis, quod vidit Isaías filius Amos. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, et ingrediuntur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis, et vocavi fortis meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentum, vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituum precepit undique bellum, venientibus de terra procul. A summitate eorum Dominus, et vasa furoris ejus, ut dispersat omnem terram. Ehude, qui prope est deus Dominus, qui visitans a Domino veniet. Propter hoc omnes mundus dissolventur, et omnes eorum homines taliter se et conteretur. Tortiones et dolores tenetum; quia parturient dolebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit; facies combusca vultus eorum. Ecce dies Domini veniet crudelis, et indignationis eius, et ira aorisque, ad ponendam terram in*

soliditudinem, et peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellarum culti et splendor eorum non expandunt lumen suum. Obedientibus est sol in ortu suo, et luna non splendet in lumine suo. Et vestit ho super orbis mali, et contra impiorum iniquitatem eorum; et responserit faciem suam super orbem infernum, et auferat in eum lumen suum. Propter hoc omnes mundi obsecro. Super hoc columnam turbabunt, et osculantur terrae, et lumen suum, propter indignationem Domini exercituum, et propter diem nunc furoris, qui erit quasi dominia Iudea, et quae oves, et non capræ qui concurrit. Unusquisque ad peccatum suum, et inveteratum, et sanguini ad terram suam, et cuiusque qui invenerit suum, est omnis, et omnis qui superveniet, et cadet in gladio, infante eorum dodecun in eorum corpora; diripiuntur domi eorum, et uxores eorum violabuntur. Te ergo suscitabo super eos Medos,

qui argentum non querant, nec aurum velint; sed sagittis parvulis interficiunt, et bactrianis uteris non miserebuntur, et super filios non parcer oculis eorum. Et erit Babylon illa civitas gloria in regnis, inlyta in superbia Chaldaeorum, sicut subversit Dominus Sodomitam et Gomorram. Non habitabitur usque in finem, et non fundabitur usque ad generationem et generationem. Nec penet ibi tentoria Araba, nec pastores requiescent ibi; sed requiescent ibi bestiarum, et replebantur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi stenthiones, et pili si saltabunt ibi, et respondentib; ibi aliud in edibus ejus, et syrene in dehbris voluptatis.

Hic comminatur contra Babylonios, qui duas tribus captivaverant. Et dividitur in partes duas. In prima comminatur hostium destructionem; in secunda promittit ex hoc Iudaorum consolationem, cap. xiv : *Prope est ut veniat tempus ejus.* Prima dividitur in duas. Primo ponitur comminationis titulus, et incepatio, *Onus*, idest miseria opprimens. Jer. xxiii : *Si interrogaverit populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens : Quid est onus Domini? dicens ad eos : Vos estis onus : proieciam quippe vos, dicit Dominus.* Secundo ponitur ipsa comminatio, ibi, *Super montem caliginosum levate signum.* Prima ergo dividitur in partes tres, in prima ponit vastantis exercitus convocationem, scilicet Medorum et Persarum sub Cyro et Dario, qui cuperunt Babylonem, sicut legitur Dan. v. In secunda ostendit poena afflictionem, ibi, *Ululate etc.* In tertia subsequentem ejus desolationem, *Et erit quasi damnum fugientium.* Circa primum tria ponit. Primo convocat exercitum; secundo describit vocatorum adventum, ibi, *Vox multitudinis in montibus;* tertio inducit venientibus praeceptum, ibi, *Dominus exercituum praecepit milita bellum.* Circa primum duo facit. Primo ponit convocationem, et convocat ad aggredendum et obsidendum: *Levate signum, idest vexillum, super montem!* Babylonis caliginosum, propter fumum incendi, quando combusta fuit. *Vel super montem,* civitati adjacentem, caliginosum, propter altitudinem nubibus operatum, vel caligare facientem visum. Ad exclamandum, *Exultate vocem,* ut hostes convenient. Ad congregendum, *Levate manum.* Ad pugnandum, et ad capiendum, *Et ingredian-*

*tur.* Jer. li, 12 : *Levate signum super muros Babylonis.* Secundo ponit vocatorum conditionem quantum ad idoneitatem propter officii injunctionem, *Sanctificatis meis;* quasi dicat : Quos ad hoc officium peragendum sanctificavit; et quantum ad potestatem *fortes* et quantum ad jucunditatem *exultantes.* Soph. i, 7 : *Sanctificavit Dominus vocatos suos. Vox multitudinis in montibus.* Ille describit vocatorum adventum : et primo quantum ad minores, *Vox multitudinis;* secundo quantum ad maiores, *Vox sonitus regum,* Jer. i, 42 : *Vox corum quasi mare sonabit.* Infra xvi : *Tumultus tubarum veniet. Dominus exercituum praecepit milita bellum.* Ille indicit praeceptum : et primo ponit divinum praeceptum, *Dominus praecepit;* secundo divinum auxilium ad complendum, *A summitate cordi,* quasi ad adjuvantum. *Et vasa,* quellibet arma. *Ululate, quia prope est dies Domini.* Ille describit poenam afflictionem : et circa hoc tria ponit. Primo puniendorum timorem; secundo afflictionem, ibi, *Ecce dies Domini veniet crudelis, et indignationis plenus;* tertio punientium ferocitatem, ibi, *Ecce ego suscitabo super eos Medos.* Timor autem exprimitur primo quantum ad gemitum oris, *Ululate Ezech. xxx, 2 : Ululate, vx, vx diei : puta juxta est dies, et appropinquat dies Domini, dies nubis. Tempus geminum*<sup>2</sup> *erit.* Secundo quantum ad remissionem operis : *Propter hoc omnes manus dissolventur.* Jer. i, 43 : *Audivit famam ejus rex Babylonis, et dissoluta sunt manus ejus.* Tertio quantum ad turbationem cordis; quod turbatur tripliciter secundum interiore statum : vel quantum ad jucunditatem, *Tabescet;* vel quantum ad magnanimitatem : *Et conteretur;* quasi in parva divisum; vel quantum ad securitatem per timoris angustias, *Torsione.* Psal. xlvi, 47 : *Ibi dolores ut parturientis.* Secundo turbatum quantum ad auxili defecutum, *Stupebit ad proximum suum;* quasi praet stupore non poterunt auxilium ferre. Quantum ad exterius signum, *Facies combusta,* propter pallorem timoris; vel ad litteram, quia tali morte sunt interfici. Thren. iv, 8 : *Denigrata*

Al. : « montes. »

<sup>2</sup> Al. : « gemitum ; forte legendum, gentium. »

*est super carbones facies eorum. Ecce dies Domini veniet crudelis.* Ille describit ponam afflictorum; et circa hoc tria ponit. Primo poena magnitudinem, *indignationis*, quantum ad misericordiae subtractionem; *ira*, quantum ad poena delectationem. Philosophus: irati contristantur, punientes vero gaudent: *furoris*, quantum ad impetuosam ultiōnem, quia furor est ira accensa. Infra. xxx: *Ardens furor ejus, et gravis ad portandum. Exprimunt etiam in consolationis:* Quoniam stellae coli et splendor eorum, non expandunt lumen suum. Vel ad litteram, quantum ad eorum reputationem; quia afflictis omnia videntur tenebrosa. Vel stellae principes, *sol in ortu suo, rex lunæ regina.* Apoc. vi, 12: *Sol factus est quasi saccus ciliarius.* Secundo ponit arquitatem, ordinans<sup>1</sup> poenam contra culpam quam commitebant in subditos, per malorum oppressionem, *Et contra impios.* Vel peccatorum irritationem, *infideliū.* Per meliorum molestiationem, *Arrogantium*, qua presumebant omnes subjugare. Tertio ponit punitionis moderationem; et ponit quatuor. Primo defendantium paucitatem, *Pretiosior*, idest rarius. I Reg. iii, 1: *Sermo Dei erat pretiosus: erit vir, qui possit defendere per consilium, obrizo, idest auro rubeo, quod optimum est.* Supra x: *Reliquia saltus ligii ejus præ paucitate numerabuntur.* Secundo elementorum commotionem, *Super hoc:* quantum ad litteram, potuit esse tempestas in aere, et terrae motus in terra. Vel est hyperbole, pro magnitudine malorum. Jer. iv, 23: *Aspergi terram, et ecce vacua erat et nihil; celos, et lux non erat in eis.* Tertio quantum ad fugientium dispersionem, tam civium et bellatorum, quam etiam captivorum, *Danula, velox animal.* Proverb. vi, 5: *Errare quasi danula de manu.* Quarto quantum ad remanentium oppressionem, quae fuit in tribus. In nece hominum: *Omnis qui inventus fuerit, quantum ad*

cives, *super cenerit, quantum ad extraneos, infantes quantum ad pueros.* Jerem. li, 22: *Collidam in te seum et puerum.* Secundo fuit in rerum direptione, *Diripiuntur.* Thren. iiii. 2: *Hereditas nostra versa est ad alienos, dominus nostræ ad extraneos.* Tertio quantum ad violationem mulierum, *Uxores eorum.* Thren. iiii. 11: *Mulieres in Sion humiliaverunt. Ecce ergo suscitabo super eos Medos.* Ille describit hostium ferocitatem, qua: non placatur muneribus, *Qui argentum non quarant; nec reflectitur misericordia sed sagittis parvulus,* nec impotibus viribus, *et lactentibus;* nec filiis parvulis, *et super filios.* Jer. xlix, 37: *Eccœ ergo adducam super eos omne<sup>2</sup> malum. Et erit Babylon etc.* Ille describit subsequentem desolationem. Et primo civitatis destructionem, *Vera, idest subversa, sicut Sodoma, de qua Apoc. xviii, 10: Vix, civitas illa Babylon, civitas illa fortis, quoniam una hora venit iudicium tuum.* Secundo quantum ad ejus perpetuam solitudinem, *Non habitabitur.* Jer. li, 3: *Non habitabit qui tendet arcum suum, et non ascendet locatus.* Tertio quantum ad solitudinis horrorem, quod ostenditur ex fuga pastorum, *Nec ponet ibi tentoria,* quia certas mansiones non habet, sed per desertum vagatur, *Nec pastores ovium, quantum ad habitacionem bestiarum et mortuorum; sed requiescent ibi bestiæ,* solitudinem amantes. *Dragonibus*, qui secundum quosdam sunt serpentes alati magni; secundum alios sunt pisces magni, habentes lunulas squamas: secundum alios, serpentes cubitales, comedentes alios serpentes, et ex hoc flatu oris insuffientes. *Struthiones*, animalia que habet pennas, sed non volant, immo pedibus gradinuntur. Job. xxxix, 13: *Penna struthionis similis est penuis herndlii.* *Pilosæ*, idest animalia pilosa, ut vulpes, lupi et hujusmodi: vel homines sylvestres, pilosi et hispidi, qui a quibusdam dieuntur non veri homines, sed figuram hominis habere, vel demonis in tali figura assumuntis corpora. Domos desertas tales frequentantur, qui et ambulant per noctem, et inquietant homines diversis modis. *Ulula, aves*

*tendat ascendas*

quantitatis corvinæ, maenulis conspersæ, ex hoc dictæ quod vocem habeant ad modum ululantium luporum. *Syrene*, secundum quosdam serpentes cristati et alati; vel pisces marini ad similitudinem mulierum; vel aves dulciter cantantes, *In delubris voluptatis*, idest locis in quibus luxuriabantur. *Infra. xxxiv* : *Et erit cubile draconum, et pascua struthionum, et occurent draconia, onocentaurus, et pilosus.*

Nota super illo verbo, *Super montem caliginosum*, quia est multiplex caligo.

Primo ignorantiae. *Thren. ii, 4* : *Quomodo obterrit caligine in furore suo Dominus filium Sion!* Secunda culpar. *Psal. xvii, 10* : *Caligo sub pedibus ejus.* Tertia presentis penae. *Thren. iv, 1* : *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus.* Quarta futurae miseriae. *Math. xxii, 13* : *Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores.* Et *Luc. XVI* : *Inter nos et vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint.*

## C A P U T D E C I M U M Q U A R T U M

Prope est ut veniat tempus ejus : et dies ejus non elongabuntur. Misericordia enim Dominus Jacob, et eligit ahdnc de Israel, et requiesceret eos faciet super humum suum. Adjungetur advena ad eos, et adhaeret domini Jacob. Et tenet eos populi, et adhaeret eos in locum suum. Et possidebit eos dominus Israel super terram Domini in servos et ancillas, et erunt capientes eos qui se ceperant, et subjiciunt exactores suos. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo et a concursum tua, et a servitute dura qua ante servisti, sumas parabolam istam contra regnum Babylonis, et dices : *Quomodo cessavit exactor, qui vicit tributum? Contrivit Dominus baculum impiorum, virginam dominiam cedentem populos in indignatione plaga insanabilem, subjiciens in furore gentes crudeliter. Conquevit et silent omnis terra gravisa est, et exultavit; abiebat quoque latte sunt super te, et cedri Libani. Ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est, in oceanoq; adventus tuus scitavit tibi gigantes. Omnes principes terre surrexerunt de solis suis, omnes principes nationum. Universi respondebunt, et dicent tibi : E tu vulneratus es sicut et nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuus. Sulter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes. Quomodo occidisti de celo Lucifer, qui mane oriebas; corruisti in terram qui vulneratae gentes? Qui dicebas in corde tuo : In colum condescendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebio in monte testamento, in lateribus aquilonis, ascendas super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detrahesis in profundum lacis. Qui te videbunt, ad te inclinabuntur, tegue prospicent. Numquid iste est vir qui conturbavit terram, qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit, vincitis ejus non apernit carcerem? omnes reges gentium, universi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem projectus es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis, pollitus, et obvolutus cum his qui interfici sunt gladio, et descendenter ad fun-*

damenta laci. Quasi cadaver putridum non habebis consortium, neque cum eis in sepultura. Tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti. Non vocabitur in eternum semen pessimum. Preparare filios ejus occisioni, in iniuriate patrum eorum. Non consurgent, nec hereditabunt terram, neque implebunt faciem orbis civitatum. Et consurgant super eos, dicit Dominus exercituum; et perdant Babylonis nomen et reliquias, et germe et progeniem, dicit Dominus. Et ponam eam in possessionem erici, et in paludes aquarum; et scopabo eam in scopo terens, dicit Dominus exercituum. Juravit Dominus exercituum dicens : Si non ut putavi ita erit, et quomodo mente traxavi sic eveniet, ut conteram Assyrium in terra mea, et in montibus meis concelecam eum; et auferet ab eis jugum ejus, et onus illius ab humero eorum tollatur. Hoc eosilium, quod cogitavi super omnem terram; et hec est manus extenta super universas gentes. Dominus exercituum decrevit; et quis poterit infirmare? Et manus ejus extenta; et quis avertet eam? In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud. Ne keteris Philistea omnis tu, quoniam communita est virgo percussoris tui. De radice enim colubri egredietur regulus, et semen ejus absorbens volucrem. Et pascentur primogenita pauperum, et pauperes fiducialiter requiescent: et interire faciunt in fane radicem tuam, et reliquias tuas interficiant. Ulila porta, clama civitas, postula est Philistea omnis. Ab aquiloni enim funus veniet, et non est qui effugiat agmen ejus. Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundavit Sion, et in ipso sperabunt pauperes populi ejus.

In parte ista promittit Judæis liberacionem per Babylonis destructionem, quam supra comminatus est: et dividitur in partes tres. In prima promittit liberacionem; in secunda praedicit liberatorum<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Al. « liberationem. »

contra oppressorem insultationem, ibi,  
*Et erit in die etc.*; in tertia ponit insultationis confirmationem, ibi, *Non vocabitur in æternum semen pessinorum*. Circa primum tria ponit. Temporis brevitatem. *Prope est dies Domini*, cui omnia sunt praesentia, vel post nostram captivationem, *dies ejus*, captivationis. Denter. xxxi, 35. *Juxtaest diesperditionis, et adesse festinant tempora*. Secundo ponit liberationis modum et ordinem: et primo quantum ad relegationem miseriae, *Miserabitur*: Michææ vii, 19: *Miserebitur nostri*: quantum ad recuperationem divinae gratiæ, *Et eligit*, aliquos scilicet: Deut. vii, 6: *Te eligit Dominus*; quantum ad restitutionem patriæ, *Et requiescere*. Ezech. xxxiv, 13: *Inducam eos in terram suam, et pascam eas in montibus Israel*. Tertio describet liberatorum dignitatem, quantum ad extraneorum abhensionem, *Adjungetur*. Sae. iv, 8: *Appropinquate Deo, et ipse appropinquabit eobis*. Quantum ad honorificam retentio- nem, *Tenebunt eos*, scilicet Iudeos, *Populi*, apud quos erant captivi, quasi portando. Infra xlix: *Et afferent filios tuos in ubi, et filias tuas super humeros portabunt*. Vel aliter: quantum ad deductionem eorum qui adhaeserunt, *Populi*, scilicet Iudei, *tenebunt*, id est retinebunt, *eos*, secum ducedo, qui sibi adhaeserunt. Quantum ad hostium subjectio- nem, *Et possidebit ad eos*, versa vice. Joel. iii, 7: *Convertam retributionem res- trah in caput vestrum*. *Et erit in die illa etc.* hic ponitur insultatio populi liberati contra captivitatem iam destruetam. Et primo ponitur titulus sive inscriptio continens tria. *Tempus, Cum requiem dede- rit a labore, quo laborasti bellando, et concusso*, captivitatis, qua tenebaris carcere, servitute, qua oppressa es in terra captivitatis, *sunes parabolam*, id est sermonem similitudinarium, qui aliud dicit, et aliud significat: per ea enim quæ dicantur significatur conditio Nabuchodonosor quantum ad potentiam, culpam et poenam, propter quæ potuerunt haec contigere, et si non con- tiguerunt: circa regem Babyloniæ. Mi-

chææ ii, 4: *In die illa sumetur, super nos parabolam, et cunctabitur canticum cum suavitate*. Habacue, ii, 6: *Namquid non unnes iste super eum parabolam sument?* Secundo ponitur ipsa insultatio, ibi, *Quomodo cessavit exactor, querit tribu- tum?* Et primo vivorum; secundo mortuorum, ibi, *Infernus subter te conturbo- tus est*. Insultatio vivorum tria continet. Ejus destructionem eum culpa, quam commisit in exactione tributorum. *Quo- modo cessavit, in punitione hominum per poenas: Contrivit*, quasi solutio praemissa questionis; in impugnatione regnorum, *Subjecientem* Jer. i, 23: *Quomodo confractus est et contritus malleus univer- sae terra?* Secundo continet subsecutam pacem, *Conquievit*, ab illo tumultu; si- huit, a fletu; *qvvisa est*, in tui destruc- tione, et *exultavit*, in sua liberatione. Psalm. lvi, 11: *Lectabitur justus cum viderit vindictam*. Tertio continet principum alacritatem: *Abites quoque*, per quas significantur sublimes indignitate. Simile habetur Ezech. xxxi, 8: *Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei*. *Dormisti*, somno mortis. *Succidat nos*, id est occidat. *Infernus subter te contur- batus est*. Hic ponitur insultatio mortuorum contra Nabuchodonosor. Et primo principum et potentum; secundo aliorum, ibi, *Qui te viderint ad te inclina- buntur*. Circa primum duo facit. Primo ponit infernali occursum, quantum ad ministros penarum, sive officiales: *Infernus*, id est diabolus, qui prepositus est inferis, *subtus*, quia infernus deorsum est, *conturbatus est*, id est in tumul- tum versus; quasi diceret: Numquid hoc potuit fieri? Infra xxx: *Speratis in ca- lamonia et in tumultu, et iniuriis estis su- per eo*. Item<sup>2</sup> quantum ad alios potentes decurrentes. *Suscitabit tibi gigantes*, faciens secum tibi assurgere. *Gigantes*, quantum ad fortis corpore. Infra xxvi: *Morientes non vivant, et gigantes non re- surgant*. *Omnes principes terræ*, quantum ad reges, quorum est sedere in soliis; *Principes nationum*, quantum ad alios potentes, surrexerant. *Universi*, scilicet infernales gigantes, respondebunt, quasi

convenissemus eos, vel quasi flenti. Secundo ponit eorum impropterum; et improperant tria: scilicet peccata quam invenit. Et quantum ad mortem, *Vulneratus es*, morte vi divinae potentiae. Psal. lxxxviii, 11: *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.* Tum quantum ad mortui humiliatatem; et in anima, *Detraeta est*; et in corpore, *Concidit candaver*, mortis. Tum esse quantum ad mortui afflictionem in inferno, *Subter te.* In quibus omnes peccata inferni designantur. Judith. ult. 21. *Dabit ignem et vermes in carnes corrum ut urantur, et sentiant usque in sempiternum.* Secundo improperant gloriam quam amisit. *Tu*, quantum ad dignitatem regni, *Lucifer*, pulcher inter homines et alios reges, *mane*, ante omnes alios monarchas; et quantum ad potentiam helli, *Corruisti in terram.* Dan. ii, 38: *Tu es caput aureum, o rex; et post te resurget aliud regnum minus te.* Tertio improperant superbiam cordis quam habuit, quantum ad superbam cogitationem; secundo quantum ad perversam intentionem, *Ero similis*; tertio quantum ad propositi frustrationem, *Veruntamen.* Cogitatio autem erat<sup>1</sup> superba, quia cogitabat usurpare quae Dei sunt, secundum errorem gentilium, qui credebant homines in Deos mitteri, et ex principibus fieri stellas, sicut dicitur I Mach.: *Patre nostro inter deos translato.* Cogitabat etiam usurpare divinum locum: *Concedendum in caelum, super astra caeli:* quia sicut sum super alios principes in terra, ita ero super alias stellas in caelo. Et divinum cultum. *Sedebo*, idest in templo Dei, quod erat in monte Sion, in quo erat testamentum legis, *in lateribus aquilonis*, idest in Ierusalem, quae erat ad aquilonarem partem montis. Et divinum actum. *Super altitudinem nubium;* quasi dicas: Ut tonem, fulminem. Vt per nubes prophetas; per caelum regnum Iudaorum; per astre Iudaos<sup>2</sup> fulgentes Dei cognitione. *Similis.* Ecce perversa intentio. Ezech.: *Numquid dicens loqueris, Deus ergo sum?* Veruntamen. Ecce frustratio intentionis. *In profundum laci*, idest in diversissimis penis. Job xxi, 13: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.* Qui te riderint. Ille ponitur insultatio aliarum communium personarum. Et primo describit eorum occursum. Omnes alii qui te riderint, in ponis, *ad te inclinabuntur;* quasi dicat: Tantum eris infra alios quod oportebit eos inclinari, ad hoc ut te videant. Sap. vi, 7: *Potentes potenter tormenta patientur.* Secundo ponit eorum impropterum. Et tria improperant. Primo culpam quam committit: *Conturbabar*, in bellis, *concussit*, mutando dominia: *posuit orbem desertum*, exulaendo homines: *urbes*, subvertendo civitates: *victis non aperuit*, ut possent lumen videre. Ezech. xxxii, 22: *Dederunt terorem in terra viventium.* Secundo improperant sepulturam qua caruit<sup>3</sup>, quia extumulatus a filio suo, qui divisit cadaver in ducentas partes, et alligavit totidem avibus de diversis terris congregatis, ne posset resurgere. *Pollutus*, sanguine eorum quos occidisti. Jer. xxii, 19: *Sepultura asini spicitur.* Tertio improperant dannum quod regno suo intulit. *Perdidisti*, quia Chaldaei plus tenuissent regnum, nisi fuissent peccata Nabuchodonosor: punitur enim populus pro culpa principis, sicut patet Proverb. ult. Cujus ratio est, quia populus solet imitari culpam regis. Proverb. xxix, 12: *Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.* Totum istud mystice exponitur de diabolo. *Concutit regna*, quasi minister peccata, et culpae, cuius potentia per Christum diminuta est, et in die iudicii ex toto in inferno detrahetur, qui voluit in caelum descendere, et ad aequalitatem majestatis divinæ venire, secundum quod exponitur in *Glossa*.

*Nota* super illo verbo, *Super astra Dei*, quia sancti comparantur stellis primo propter numerum. Ps. cxlvii, 4: *Qui numerat multitudinem stellarum.* Dan. vii, 10: *Millia millum ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei.* Secundo propter situm. Eccli. xlvi, 10: *Species caeli gloria stellarum.* Phil. iii, 20: *Nostra conversatio in caelis est.* Tertio propter gradum. I Cor. xv, 41: *Stella*

<sup>1</sup> Al. : « erit. » — <sup>2</sup> Al. : « Judæi. »

<sup>3</sup> Al. : « corruit. »

*a stella differt in claritate.* Quarto propter splendoris rutilum. Dan. xii, 3 : *Qui ad justitiam erudirent pharimos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.* Quinto propter ordinatum motum. Iudicium. v, 20 : *Stellae manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisuram pugnaverunt.* I Cor. xiv, 20 : *Omnia honeste et secundum ordinem sunt in vobis.* Sexto propter visum. Eccli. i, 6 : *Quasi stella matutina in medio nebulæ.* I Joani. iii, 2 : *Nondum apparet quid erimus.* Septimo propter figuræ circulum. Apoc. xii, 1 : *Mulier apparuit in cælo... et in capite ejus corona stellarum duodecim : in quo significatur perfectio glorie.*

*Non vocabitur in aeternum semen pessimum.* Hic confirmat insultationem : et primo per prophetæ<sup>1</sup> vaticinium : secundo per divinum propositum, ibi, *Et consurgam super eos;* tertio per divini propositi firmamentum, ibi, *Dominus exercituum decrevit.* Cirea primum comminatur tria. Et primo regni amissionem : *Semen pessimum,* idest filii Nabuchodonosor et filiorum suorum, *non vocabitur in aeternum,* idest non supererit, et nomen ejus in honore regni. Secundo filiorum occisionem a Medis et Persis : *Præparate filios ejus occisioni in iniuitate;* idest pro iniuitate. Tertio impossibilem recuperationem, *Non convergent.* Faciem orbis, idest Babylonis, quæ supra dicta est orbis. Exod. xx, 5 : *Ego sum Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios.* Sap. iv, <sup>2</sup> 6 : *Ex iniquis nasceretur iniqutus. Et consurgam super eos.* Hic ponitur divinum propositum ad compleendum. Et primo ad destruendam Babylonem<sup>3</sup> quantum ad destructionem hominum, *Super eos, scilicet filios Nabuchodonosor.* Nomen Babylonis, idest famam potentie sue, *reliquias filios, et progeniem, nepotes et deinceps.* Job xviii, 19 : *Non erit semen ejus, nec progenies in populo suo.* In quantum ad bestiarum habitationem : *Ponam eum in possessionem crieri.* Infra xxxiv : *Ibi habuit foream crierius, et entrirrit catulos, et circumfodit, et fodit in umbra ejus.* Quantum ad destructionem murorum,

*scopabo, ut non remaneat nisi pavimentum, sicut in domo quando purgatur scopa.* Secundo ponit propositum ad destructionem Assyriorum, ut sit in exemplum. Et primo ponit juramentum. *Juravit,* idest immobiliter statuit, *si non ut putari, idest statui.* Psal. cix, 4 : *Juravit Dominus, et non perirebit cum.* Secundo destructionis locum, *In terra mea :* quia juxta Ierusalem destractus est exercitus Senacherib. Infra xxv : *Facit Dominus in monte hoc convicium pœnæ.* Tertio describit pœna fructum, *Auerterat.* Supra ix : *Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus et sceptrum exactoris ejus superasti.* Tertio ponit propositum de destructione omnium popularium : *Hoc consilium quod cogitari super omnem terram, destruendam, quantum ad deliberationem.* *Manus ejus,* idest potentia, quantum ad executionem. Jer. xxv, 13 : *Sume calicem vini furoris hujus de manu mea.* Vel *omnem terram, protegendas ab Assyris.* Et *hac manus extenuit,* quæ destruta est. Et sic erit fructus poena in omnibus gentibus. *Dominus exercitum decerit.* Hic ostendit divini propositi stabilimentum. Et quantum ad decretum sapientiae, *Decerit;* et quantum ad expletionem potentiae : *Et manus ejus extenta, et quis uertet eam?* Job xxii, 13 : *Ipse solus est, et nemo potest uertere cogitationem ejus; et anima ejus quodelunque vulnerit hoc facit.* In anno. Hic comminatur contra hostes de afflictione Judeorum gaudentes : et primo contra Philistæos, qui gaudebant de minoratione eorum per mortem Ezechia : secundo contra Moabitas, qui gaudebant de eorum destructione per Assyrios vel Chaldaeos. Cap. xv : *Onus Moab etc.* Prima in duas. In prima ponitur tempus comminationis : *In anno, enijs tempore Philistæi occupaverant quasdam civitates de regno Judeorum, ut dicitur II Paral. xxvii : et tamen Achaz eis resistebat ; et ideo in morte ejus letabantur quasi licentius Judæos infestaturi. Secundoponitur comminatio. *Ne interis.* Et primo comminatur afflictionem quam passi sunt sub Assyris, ibi, *Ulula porta, clama civi-**

<sup>1</sup> Al. : « primo prophete. »

<sup>2</sup> Sensus est, non textus.

<sup>3</sup> Al. : « Babylon. »

*tas.* Circa primum tria facit. Primo enim excludit stultum gaudium : *Nr lateris, de hoc, quoniam virga, idest potestas, percussoris tui, idest Achaz, comminata est, per mortem.* Eccl. ii, 2 : *Risum reputavi errorem.* Secundo comminatur pena augmentum : *De radice enim colubri egredietur regulus :* quasi dicat : Sie ut regulus, qui et basiliscus, plus nocet quam alius coluber, qui etiam visu et flatu interficit non solum animalia, sed etiam aves volantes, unde *absorbens volucrum ;* ita Ezechia filius Achaz plus cetero posuit ad risos vos affliget. III Reg. xii : *Pater meus\* dam super imposuit robis onus grave; ego superad-dam.* Tertio praediti penae effectum, *Et in cunctis, quantum ad terræ ubertatem.* *Et pascentur primogeniti,* idest Judavi, de quibus Exo. iv, 29 : *Primogenitus meus Israel.* Et quantum ad pacis securitatem, *Fiducialiter.* Infra xxxii : *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in taberna-culis fiducie.* Et effectum in Philisthaeis per contrarium, scilicet famis, contra primum : *Introire faciam in fame radicem,* idest eos etiam qui alii nutrimenta ministrare debeant. Et nescionis, contra secundum : *Et reliquias,* ab Ezechia, *interficiam,* per Assyrios et Chaldaeos. In-

fra LXX : *Serri mei comedent, et vos esu-rietis; servi mei bibent, et vos sitiatis. Ululu porta, clama caritas.* Hic comminatur destructionem per Assyrios : et primo comminatur eorum destructionem, secundo Iudaorum liberationem, ibi, *Et quid respondebitur multis gentis?* Circa primum tria ponit. Primo comminatur naturalem destructionem. *Porta,* idest judices sedentes in portis. Jer. iii, 24 : *Vox in viis audita est, ploratus et ulula-tus filiorum Israel.* Hostium multitudinem. *Famus,* excitatus ex multitudine exercitus propter pulverem<sup>1</sup> ab aquilone. propter situm Assyriorum ad Philistaeos. Jer. i, 14 : *Ab aquilone pandetur omne mulum super omnes habitatores terræ.* Tertio evasionis impossibilitatem. *Et non erit qui effugiat.* Thren. ii, 11 : *Non\* suit in die furoris recordatus seacobulum pedum ejus.* Et quid respondebitur. Hic promittit liberationem. Et primo ponit interrogationem : *Nuntiis, Angelis praepo-sitis diversis provinciis, vel de eorum statu solicite inquirentibus;* vel nuntiis missis ad consulendum Isaiam, sicut legitur de Jeremia xxxvii. Secundo ponit responsio : *Quia Dominus fundavit Sion;* idest, sua protectione firmavit.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM

Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar, Moab continebat : quia nocte vastatus est murus, Moab continebat. Ascendit Domus, et Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, et super Medaba, Moab ulu-lavit. In cunctis capitibus ejus calvitudinem, et omnis barba radetur. In trivis ejus caput sunt sacco ; super tecta ejus, et in plateis ejus omnis ululatus descendit in nocturnum. Clamatib[us] Ezechiel, et Eleale : usque Jasa multa est vox corum. Super hoc expe-diti Moab ululabunt ; anima ejus ululabit sibi. Cor meum ad Moab clamabit : vestes ejus usque ad Segor vitulam conseruantem. Per ascensum enim Luith flens ascedunt, et in via Oronaim clamorem confringunt levabunt. Aquas enim Nemrim desertae erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interrit. Secundum magnitudinem operis et visitatio corum. Ad torrentem salicium ducent eos, quoniam circuitus clamor terminum Moab. Usque ad Gallim ululatus ejus, et usque ad puteum Hellin clamor ejus : quae aquae Dibon replete sunt sa-guine. Ponam enim super Dibon addidamenta his fuerint de Moab leonem, et reliquis terre.

<sup>1</sup> Al. : « hostium multitudine exercitus propter pulverem. »

In parte ista comminatur contra Moabitas, qui descenderunt a Moab primogenito Loth, Gen. xix, propter hoc quod gravisi sunt de destructione filiorum Israel ab Assyriis et Chaldaeis, a quibus tamen ipsi sunt destructi, quamvis post Et dividitur in partes duas. In prima comminatur destructionem ; in secunda destructionis conditionem, ibi, *Emitte agnum,* cap. xvi. Prima in duas. In prima comminatur destructionem per Assyrios : in secunda per Balylonios, ibi, *Ad torrentem salicum ducent eos.* Prima in tres. In prima designat ex dolore poena magnitudinem ; in secunda penae modum et ordinem, ibi, *Vectes ejus;* in

tertia magnitudinis rationem, ibi, *Secundum magnitudinem operis et visitatio eorum*. Magnitudinem autem doloris ostendit quantum ad tria : scilicet per stuporis silentium ; per doloris fletum, ibi, *Ascendit donus* ; per compassionem hostium, ibi, *Cor meum ad Moab clamabit*. Stupor autem contingit ex privatione eorum quibus aliquis confidit. Confidebant autem in regia civitate a qua sperabant auxilium, et in munitionibus : et ideo dicit : *Onus Moab*; id est, haec est visio de onere Moab, id est de provincia Moabitarum. *Conticuit*, prae stupore, *quia Ar*, civitas regia, *vastata est nocte*. Ad litteram, propter gravem tribulationem. Et quia nocte vastatus est murus et munitio, *Moab conticuit*, ac si fures intrassent. *Ascendit donus*. Hie ostendit magnitudinem peccae ex magnitudine fletus : et tria ponit. Primo praedicit fletum : et quantum ad flentes, *Domus*, scilicet regia, hoc est nobiles ejus, et *Dibon*, quaedam civitas. Et quantum ad locum : *Ascendit in planctum*, id est ad stendum, *ad excelsa* in quibus idolis immolabant, ut plangendo auxilium quererent. Et quantum ad materiam : *Moab*, tota provincia, *ululavit super Nobo et super Medaba*, quaedam civitates que destruetae fuerant. *Jerem. vi, 26* : *Luctum unigeniti fac tibi*. Secundo describit plangendi modum, secundum morem antiquorum, qui nutrientes tempore laetitia barbam et coمام, tempore tristitia deponebant, sicut habetur *Job i, 20* : *Fuso capite corrunt in terram. In cunctis capitibus ejus calcitum*. Supra in : *Et erit pro crisanti crine calcitum*. Tertio excludit fletus terminum. Et quantum ad diversitatem locorum : quia *omnis*, id est omnis modis, *ululatus*, erit, *super tacta ejus*, que plana habeant ad sedendum, et *in plateis ejus descendet in fletu*, ab excelsis in qua flens ascenderat ; ut in montibus et vallibus fletus sit. *Ezechiel clamabit*, flens, et *Eleade*, que sunt civitates, quinimum terrae regni Moab. *Vox corruu audita est usque ad Iasa*, que est alia civitas ejus. Et quantum ad diversitatem

\* *tonso ca-  
pite  
corruens*

fletum : *Super hoc*, malum, *expediti*, scilicet ad pugnandum ; non tantum senes, et simul cum aliis<sup>2</sup>, sed etiam *sibi*, quando stat solitaris, *animu ejus ululabit* : quia planetus procedit ex intimis cordis. *Jer. xlvi, 38* : *Super' omne te-  
cetum Moab et in plateis ejus omnis plu-  
etus*.

Nota super illo verbo, *Nocte castatus est murus*, quia nox primo habet<sup>3</sup> obscuritatem : et primo originalis maculae. *Job iii, 3* : *Pereat dies in qua natus sum, et nox in qua dictum est, Conceptus est homo*. Secundo actualis culpe. *I Thess. v, 7* : *Qui dormiant, nocte dormiant*. Tertio infidelis ignorantiae. *Rom. xiii, 12* : *Nox processit, dies autem appropinquavit*. Secundo vero habet horrem. Primo opprimentis expectationis. *Job xxvii, 20* : *Nocte opprimet eum tempestas*. Secundo presentis afflictionis. *Prov. viii, 18* : *Non extingetur in nocte lucerna ejus*. Tertio aeternae damnationis. *Sap. xvii, 2* : *Vinculis tenetrum, et longæ noctis compediti, inclusi sub tectis fugiti-  
vi perpetuae providentia placuerunt*. Tertio nox habet quietem contemplationis ; in qua primo est ferventis amoris desiderium : *infra xxvi* : *Animus meus desidera-  
vit te in nocte* : secundo debita confessio-*nis sacrificium*. *Ps. cxviii, 62* : *Media noce surgebam ad confitendum tibi* ; tertio diuine consolationis silentium : *Sap. xviii, 14* : *Cum enim quietum silentium continereat omnia, et nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotens sermo-  
tuus, Domine, ecclensis de celo, a regali-  
bus sedibus venit*.

*Cor meum ad Maah clamabit*. Hie ostendit magnitudinem peccae ex compassionē hostium, quia ipse propheta condolebat, *ad Moab*, id est pro afflictione Moab. *Jer. xlviii, 31* : *Supera te ejulabo, Fretes*. Hie describit penitentiam et ordinem ; et ponit tria. Primo terrae vastationem. *Vectus*, id est fortitudo, *ejus*, scilicet deserti sunt, *usque ad Segor*, una de urbibus destructis : *Gen. xix*, quae erit in terris Moab. *Vitulam*, propter luxuriam, *consteruantem*, id est trium

<sup>1</sup> Al. : *a excluditur, b*

<sup>2</sup> Al. : *c non hanc senes, et ceteris simul cum aliis*.

<sup>3</sup> Al. : *d nox habet, e*

<sup>3</sup> Parm. : *Frigidus, f*

aunorum, quando sunt animalia in suo roboore et fervore. Vel *consteruantem*, quia tertia concusione terramotus corruit, recedente Loth. Jer. xlvi : *Vitula ele- gans atque famosa Egyptus*. Secundo hominum captivitatem ; *Per ascensum enim Luit*, quidam elivis, vel quidam viens, unde ducebantur captivi, *ascendet*, Moab captivus ductus. *Et in via Oronam*, enjusdam civitatis de Moab, per quam transibunt, *terrabunt clamorem contritio- nis*. Nahm n. 7 : *Miles captivus ductus est*. Tertio agrorum sterilitatem, *Aqua enim* ; idest, terra Moab ita erit sterilis sicut locus juxta oppidum *Nemirin*, quod est juxta mare, propter aquas salsas et amaras. Non quidem propter aquas, sed Dei iudicio, *herba*, jam nata, arnit ; *germen*, quantum ad ea quae erant in pululatione ; *viror*, arborum jam natarum. Ps. cxi, 33 : *Posuit flumina in desertum*. Secundum magnitudinem operis et visita- tio eorum. Ille ponitur ratio magnitudinis poenae. *Operis peccati* ; *visitatio*, ultio. Deut. xxv, 2 : *Pro mensura peccati erit et plagarum modus*. Ad torrentem sali-

*cum ducent eos*. Hie comminatur des- tructionem per Babylonios ; in qua quida- dum fuerunt captivati. Et quantum ad hoc dicit : *Chaldaei ducent eos ad torren- tem*, Euphratem, juxta Babyloniam, sa- licum, quia juxta fluvium crescunt. Ps. cxxxvi : *Super flumina Babylonis illie sedimus, et fluvimus*. Quidam fuerunt interfecti ; et quantum ad hoc dicit : *Quo- nam circuibit clamor, flentium, vel pu- gnantium Chaldaeorum* : *qua aquæ Dibon*, nomen civitatis ; in quibus aquis propter amonitatem locorum suas luxuri- ras exercebant. IV Reg. iii : *Incurre- runt Moabitæ aquas Dibon*. Quidam resi- dui fuerunt diversis persecutionibus affliti : *Ponam enim super Dibon*<sup>1</sup>, ad quam Judæi consugerant, hæc additamen- ta, poenarum, *his qui fugerint de Moab*, ab Assyriis, et reliquis terræ, quos di- miserunt Assyrii. *Leonom* : ad litteram, bestias eos interficientes ; vel hostem sa- vientem, scilicet Chaldaeum. Supra ix : *In omnibus his non est aversus furor ejus*.

## C A P U T D E C I M U M S E X T U M

Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filii Sion. Et erit sicut avis fugiens, et puli de nido avolantes ; sicut erunt filii Moab in transuersu Arnon. Ini consilium, coge concilium, pone quasi noctem umbram tuam in meridi : absconde fugientes, et vagos ne pro- das. Habitabunt apud te profugii mei. Moab esto latitudinem eorum, a facie vastatoris. Finitus est enim pulvis, consummatus est miser, defecit qui conceulabat terram. Et preparabitur in misericordia solium, et sedebit super eum in veritate in tabernaculo David, iudicantis, et quarens iudicium, et velociter reddens quod justum. Andivimus su- perbiatum Moab : superbis est valde. Superbius ejus et arrogans ejus et indigatio ejus plusquam fortitudo ejus. Idecirco nimirum Moab ad Moab, universus nimirum. His qui hetantur super muros coeli lateris, loquimini plagas suas : quoniam su- burbana Esebon deserta sunt : et vineam Sabama domini gentium excederant. Flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt : erraverunt in deserto, propa- gines ejus relietas sunt, transierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Jazer, et vineam Sabama. Inebriabo te lacryma mea, Esebon et Eleale ; quoniam super vindemiā tuam et super messem tuam vox calcantum irruit. Et auferetur letitia et exulta-

tio de Carmelo ; et in vineis non exultabit, neque ju- bilabit. Vinum in torculari non calcabit qui calcare conserverat : vocem calcantium abstuli. Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, et viscera mea ad murum cocti lateris. Et erit cum apparuerit quod laboravit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua ut obseret, et non valebit. Ille verbum quod locutus est Dominus ad Moab ex tune ; et nunc locutus est dicens : In tri- bus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo, et relinquetur in eo sicut racemos parvus et modicus, nequaquam utilius.

Hie describit poenæ conditionem ; et ponit duas conditiones. Primo æquitatem ex parte judicantis ; secundo deceptio- nem ex parte patientis, ibi, *Et erit cum apparuerit quod laboravit Moab super excelsis suis*. Æquitas autem poenæ dis- ponitur ex culpa præcedente ; et ideo ordi- nat culpam. Ponit autem duplē cul- pam. Primo contra præceptum promissi

<sup>1</sup> Al. : « omittitur super. »

beneficii ; secundo contra praeceptum salubris dati consilii, ibi, *In consilium, coege concilium.* Circa primum duo facit. In prima promittit beneficium Christi nascituri de eorum gente, ut ex hoc aliquam consolationem accipiant. Ruth enim Moabites nupsit Booz, ex quo concepit Obed patrem Jesse patris David, de quo natus est Christus ; ut dicitur Ruth ultim. Et ideo dicit, *O Domine, Pater, Agnum, Christum : Joau. I : De petra deserti,* de Ruth gentili, cuius populus lapideus est, deos lapideos adorans : et ob hoc a Deo desertus. *Ad montem, Jersalem,* in quo occisus est et resurrexit, vel Ecclesiam. *Dominatorem, Apoc. 9 : Dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum.* Secundo ponitur pena contemptum : *Erit sicut avis fugiens, et pulli de nido avolantes,* unde fugerunt, vel quia captivi duebantur. Supra x : *Invenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum.* Alii hie volunt, licet extorte, ad litteram expnere de tributo agnorum, quod rex Moab subtraxerat a rege Israel ; sicut dicitur IV Reg. m, quod per prophetam prædictum restituendum regi Jersalem. *Dominatorem, in signum dominii, de petra deserti,* locus in quo nutriebantur oves. *In concilium, coege concilium,* Hic ordinat penam contra contemptum dati consilii. Et dividitur in tres partes. In prima ponit consilium ; in secunda consilii contemptum, ibi, *Audivimus superbiam Moab :* in tertia penam contumeliam, ibi, *idcirco ululabit Moab.* Circa primum tria ponit. Primo hortatur ad liberacionem, ibi, *In consilium etc.* quasi dicat : Delibera qualiter salvari possit. Consilium est ipsa quaestio qua virtutis inter consiliantes : concilium congregatio consiliorum. *Coye, quasi strictum consilium habens.* Prov. xi, 14 : *Salus ubi multa consilia.* Eccl. xxxv, 24 : *Omnia fac cum consilio, et post factum non pornitabis.* Secundo ponit consilii tenorem : *Pone quasi noctem :* in quo hortatur ad duo. Ad receptionem Indeorum fugientium, ut locum absconditionis præparet. *Pone quasi noctem,* idest præpara te ad occultandum eos ita in die ac si in nocte : vel in meridie, aperla persecutione,

<sup>\* El cum darent</sup> ut fugientes celes. *Absconde,* ut abscondens non reveles *vagos.* Hortatur etiam ut receptos amicabiliter sustentet. *Habibunt.* Infra xxxv : *Et erit vir sicut qui absconditur a rento, et relin se a tempestate.* Tertio assignat rationem, ibi, *Finitus est enim pulvis.* Et primo ponit quantum ad hostium destructionem, ne eorum timore dimittat : *Finitus est pulvis,* multitudo exercitus Senacherib, *consummatus est,* idest occisis a filiis, miser, Senacherib : infra xxxvi : *Deficit, quantum ad potentiam.* Secundo quantum ad Judavorum restauracionem, ut libentius faciat : quantum ad regni præparationem, *Præparabitur,* in misericordia Dei, vel regis misericordis : *Solium, regum Juda ;* quantum ad regis potestatem : *Sedebit,* quia quiete regnabit, quantum ad iudicij aequitatem : *In veritate judicans,* quantum ad sententia prolationem : *Quarrens, quantum ad causarum disensionem :* *Reddens, quantum ad sententiae executionem.* Et hoc potest expou de Ezechia, vel de Christo. Supra ix : *Super solium David et super regnum ejus sedebit.*

Nota super illo verbo, *Emitte agnum,* quia Christus dicitur agnus primo propter vitæ puritatem. Exod. xii, 5 : *Erit agnus sine macula, masculus, anniculus.* Secundo propter mortis mansuetitudinem. Infra lxi : *Quasi agnus coram tonsante se non aperuit os suum.* Tertio propter peccati expiationem. Joan. i, 29 : *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Nota super illo verbo, *De petra deserti,* quod beata Virgo dicitur petra primo propter gratia firmitatem. Eccl. xxvi, 24 : *Fundamenta aeterna.* Secundo propter continentia frigiditatem. Infra xxxi : *Sicut umbra petra prominentis in terra deserta.* Tertio propter fructus libertatem. Job xxix : *Petra fundebat rivos olei.*

El nota, quod ista petra fuit singularis deserti : quia præcipua quantum ad primum. Cai. iv, 7 : *Tota pulchra es, amia et mea.* Secundo, quia prima quantum ad secundum. C. n. i, 3 : *Curremus in uerorem unguentorum tuorum.* Virgo quantum ad tertium. Supra vii : *Ecce virgo concipiet et pariet filium.*

<sup>\* sine consilio nihil facias</sup>

Nota super illo verbo, *Emitte*, scilicet tu Pater Filium, quod Pater misit Filium primo sicut sol radium. Eccl. xlvi, 4 : *Triplicer sol exurus montes*. Secundo sicut fons fluvium. Eccl. xxiv, 41 : *Ego quasi fluvius Dore*. Tertio sicut pater filium. Iohu. iii, 16 : *Sic Deus dilexit mundum ut Filium unigenitum daret*.

*Audirimus superbiam Moah*, Hic ponit contemptum consilii ex superbia procedentem : unde describit eorum superbiam quantum ad tria. Primo quantum ad divulgationem, *Audirimus*, quasi publicum ; quantum ad quantitatem, *Superbus est valde* ; quantum ad hoc quod excedit ejus dignitatem, *Superbia ejus*, qua de bonis habitis se extollit, et *arrogantia*, qua non habita pretendit ; *indignatio*, qua vindictas presumptuose proponit, *plusquam fortitudo ejus*. *Idecirco ululabit Moab*. Hic ponit poenam contumeliam, Et primo puniendorum fletum, *Moab ul Moab*, idest ad invicem ; de quo supra xv, satis dicitur. Secundo describit poena modum : *His qui latentur, loquimini plugas suas* : gloriantur, et confidunt de munitionibus ex muris lateritiis : Ezech. xxxiii, 9 : *Si speculator viderit gladium venientem, et non insouerit buccina, et populus se non custodierit, venereturque gladius, et tulerit de eis animam*; ille quidem in iniquitate sua captus est, *sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram*. Secundo ponit poena descriptio quantum ad destructionem terrarum. *Esebon*, civitas, in enjus terris abundabat triticum. *Sabuma*, civitas vicina, in qua abundabat vinctum. Quantum ad hostium fortitudinem, *Domini gentium*, idest Assyrii, vel Chaldaei, multis gentibus dominantes, *Flagella*, idest palmites qui sunt in summitate vitis, per quos metaphorice significantur principes et sublimes. *Usque ad Jazer*, destruendo, quae est in ultimis finibus, quantum ad afflictionem hominum. Errorem gentium, *Erraverunt*. Ps. cxi, 4 : *Erraverunt in solitudine, in iniquo*. Vilitatem remanentium, *Propagiens*, que remanent in vinea excisis flagellis, sine fructu et decore. Dan. iv, 12 : *Germen radicum*

*ejus, in terra simite*. Elongationem captivorum : *Transierunt mare, Moabitum, ducti captivi in Babyloniam*. Vel *mare*, idest Euphratem, secundum consuetudinem Hebraeorum. Joel. iii, 8 : *Venanda sunt eos Sabris genti longinqua*. Vel exponitur de Assyriis mare transmarinis, et venientibus ad destruendum. Tertio ponitur prophetae compassio ; et primo ponitur compassio *super hoc*, scilicet malum Moab, *plorabo in fletu Jazer*, idest flens illam civitatem Moab. Et similiter etiam *cineam Sabana, et Eleale*. Secundo ponitur compassionis ratio quantum ad hostium impetum, *Calcantium*, idest Assyriorum devastantium. Et quantum ad sublatum ab eis gaudium, quod habebant de abundantia frumenti, *De carmbo*, idest de fertilitate : Carmelus enim est in Moab ; sed utuntur Judaei nominibus propriis pro appellativis. Gaudium quod habebant in abundantia vini, *In ciniris*, Tertio infertur quasi ex ratione conclusio : *Super hoc, infortunio, ventre, idest sensus, meus quasi cithara, faciens sonum ad planetum*. Vel quia cithara auget gaudium laetis, et tristitiam tristibus. Vel propter concordiam virtute propheta. *Et erit cum apparuerit quod laboravit Moab super excelsis suis*. Hic ostendit frustrationes eorum, *Super excelsis*, idest de idolis, quibus sacrificabant in excelsis, et quibus sacrificabant in templis, quando erant in timoribus. Deut. xxxii, 37 : *Ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam?* Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab. Hic est epilogus. *Et tunc, a morte regis Achaz. Et nunc*. Hic ostendit brevitatem temporis. *In tribus annis*, qui erunt usque ad destructionem vestram, et a morte Achaz : suo tempore fuit visio hujus secundi verbi : vel in quibus durabit vestra persecutio vel impugnatio, *Anni mercenarii* : quia post hos Dominus reddet vobis mercedem pro peccatis vestris. Vel qui videntur magni, mercenarii sunt, et domino parvi. Job vii, 1 : *Militia est vita hominis super terram; et quasi mercenarii dies ejus*.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM

Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse civitas, et erit sicut acervus lapidum in ruina. Derelectae civitates Aroer gregibus erant, et requiescent ibi, et non erit qui exterreat. Et cessabit adjutorium ab Ephraim, et regnum a Damasco, et reliquias Syriae sicut gloria liborum Israel erunt : dicit Dominus exercituum. Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, et pinguedo carnis ejus emacescet : et erit sicut congregatus in messe quod restiterit, et brachium ejus spicas leget. Et erit sicut querens spicas in valle Raphaim, et relinquenter in eo sicut racemus, et sicut exsiccio oleo, doarum vel trumi olivarum in summitate rami, sive quantor aut quinque. In cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dominus Deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, et oculi ejus ad Sanctum Israel respicient, et non inclinabitur ad altaria que fecerunt manus ejus, et que operari sunt digiti ejus ; non respicient lucos et delubra. In die illa erunt civitates fortitudinis ejus : derelictae sicut aratra et segetes que derelictae sunt a facie filiorum Israel. Et eris deserta, quia oblitus es Dei salvatoris tui, et fortis adjutoris tui non es recordata. Propterea plantabis plantationem fidelem, et germe alienum seminabis. In die plantationis tuae labruras, et uane senem tuum florebit. Abdita est messis in die hereditatis, et dolabit graviter. Vae multitudini populum multorum, ut multitudo maris sonantis, et tumultus turbaram, sicut sonitus aquarum multarum. Soubant populi sicut sonitus aquarum inundantium ; et intercepitur eum, et fugiet procul. Et rapient sicut pulvis montium a facie venti, et sicut turbo eorum tempestate. In tempore vesperi, et ecce turbatio ; in matutino, et non subsistet. Haec est pars eorum qui vastaverint nos, et sors diripientium nos.

Hie incipit comminari contra illos qui præparabant populo Dei occasionem peccandi, dum per confidentiam auxiliis ipsorum de Deo confidere non curabant. Et dividitur in duas. In prima contra Syros, qui populo decem tribum auxilium conferabant ; in secunda contra Ægyptios, qui duabus tribus. Cap. xviii : *Vx terrea cymbalo alarum etc.* Prima in tres. In prima comminatur destructionem Syrorum auxilium promittentium ; in secunda decem tribum in promisso auxilio confidentium, ibi, *Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob* ; in tertia Assiriorum utrosque destruentium, ibi, *Vx multitudini populum multarum*. Circa priimum duo. Primo comminatur destructionem :

in secunda describit destructionis effectum, ibi, *Et cessabit adjutorium ab Ephraim*. Destructionem autem comminatur primo quantum ad regiam civitatem : *Desinet esse civitas*, per depopulationem hominum ; *erit sicut acervus*, per destructionem mitorum. Mich. viii, 12 : *Sion erit quasi ager*. Secundo quantum ad adjacentem regionem, *Aroer*, idest illius regionis Syriae, in qua multi civitates sunt, vel Aroer, myrica ; quasi : Sicut loco in quibus abundant myricæ quæ sterilia sunt, et derelicta in pastum gregum ; ita civitates Syriae. *Non erit qui exterreat* : quia propter solitudinem etiam latrones non erunt ibi : vel quia non erunt ad aliud fructum utilis ; sicut exterrentur greges a vineis et locis cultis. Infra xxxv : *Orienter in dominis<sup>1</sup> eorum uirtute*. *Et cessabit adjutorium ab Ephraim*. Hie ponitur effectus destructionis : et primo in decem tribibus *Ab Ephraim* ; secundo quantum ad regiam civitatem, *Et regnum a Damascus*, cessabit, et non erit ulterius caput regni ; tertio quantum ad totam regionem, *Et reliquias Syriae sicut gloriam filiorum Israel*, ironice ; idest, erunt ignominiosi sicut filii Israel. Infra xxxi : *Dominus inclinabit manum suam, et corruet auxiliator*. *Eterit in die illa, attenuabitur gloria Jacob*. Hie comminatur destructionem decem tribum, in eorum auxilio confidentium : et primo quantum ad oppressionem hominum ; secundo quantum ad desolationem civitatum, ibi, *In die illa erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ* ; tertio quantum ad sterilitatem agorum, ibi, *Propterea plantabis pomum fidelem, et germe alienum seminabis*. Circa priimum duo facit. Primo comminatur penam, secundo ostendit penam fructum, ibi, *In die illa inclinabitur homo ad partem suam*. Comminatur autem penam in hominibus primo contra elationis gloriam. Attenuabitur, idest ad

<sup>1</sup> Al. : « steriles. »

<sup>2</sup> Al. : « dominum. »

modicum, et quasi ad nihilum redigetur, gloria, destructis, his in quibus gloriantur. Secundo contra divitiarum opulentiam, *Et pinguedo*, id est divitiae quibus carnem deliciose nutriebant. Supradicte : *Mittet dominator Dominus exercituum in pinguis ejus tenuitatem, et subtilis gloria ejus succensa ardebit, quasi combustio ignis.* Et infra eodem capit. *Ecce dominator Dominus exercituum confinget lagunculam in terrore, et excelsi staturu sucedentur et sublimes humiliabitur.* Tertio contra populi abundantiam comminatur hominum paucitatem quam describit sub triplici metaphora, secundum quod in tribus benedictio Jacob in abundantia fuit. Gen. xxvii, 28 : *Abundantiam frumenti, vini et olei.* Quantum ad primum ponit paucitatem spicarum post messiensem, quae vel congregantur ab ipso messori, et sic, *Et erit, paucitas reliquiarum decem tribuum, sicut quando aliquis est congregans in messe quod restiterit in prima missione, et brachium ejus, de congregatis, spicas leget, id est colligit.* Et iste congregans fuit Ezechias, qui convocauit reliquias decem tribuum, sicut legitur II Paral. xxx, quasi spicas reliectas que congregantur ab aliquo paupere, sicut dixit Ruth. ii, 2 : *Vadim in agrum colligere spicas.* Et quantum ad hoc dicit : *Sicut quarens spicas in valle Raphaim, quedam vallis fertilissima. Contra abundantiam vini ponit paucitatem uvarum post vindemiationem.* *Et relinquetur in eo sicut racemos.* Michava vii, 1 : *Vx mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemia.* Contra abundantiam olei ponit paucitatem olivarum post excussum : *Et sicut excussio olea.* Olea, ut dicit Papias, est fructus olivarum : sed hic, secundum expositionem Glossarum, videtur ponit pro ipsa arbore. *Duarum vel trium olivarum in summitate rami.* Denter. iv, 27 : *Remanebitis pauci numero.*

Nota super illo verbo, *Et pinguedo carnis etc.* quia divitiae dicuntur pinguedo : primo propter sterilitatem. Matth. xiii, 22 : *Fallacia divitiarum.* Secundo propter ventositatem. I Tim. ult, 17 : *Divitiae huius saeculi praeceps non sublime sapere, nec sperare in incerto diciturum.* Tertio propter inutilitatem. Eccl. v, 12 : *Divitiae conservatæ in malum domini sui.*

*In die illa inclinabitur homo ad factorem suum.* Ille ponit posse fructum. *Inclinabitur ad factorem suum, exhibendo debitum servitutis cultum, homo, de decem tribibus quicunque fugerit ad Ezechiam.* *Ad sanctum Israel respicient, expectando aliquod auxilium : non resipiciunt lucos et delubra, templo in quibus erant fontes, quasi ad abluendum infra*

*xxxix : In die illa abjicit vir idola argenti sui et idola anni sui, quæ fecerunt vobis manus vestram in peccatum.* *In die illa erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ.* Ille comminatur desolationes civitatum. Et primo comminatur ipsam desolationem, *Sicut terra.* Tangitur historia, quomodo ad adventum filiorum Israel, Amorrhæi fugerunt, reliquentes omnia in agris. Supradicte : *Terra vestra deserta, civitates vestras successæ igni.* Secundo ponitur desolationis ratio. <sup>1</sup> *Et eris deserta, quia oblitus es Dei salvatoris tui.* Denter. xxxvii, 18 : *Deum qui te genuit dereliquisti, et oblitus es Domini creatoris tui.* Propterea plantabis plantationem infidelem.<sup>2</sup> Ille comminatur sterilitatem fructuum : et circa hoc tria facit. Primo ostendit cultus inutilem laborem, quantum ad vineas. *Plantabis plantationem infidelem, quia non reddet fructum secundum laborem :* vel fidelem ironice ; quasi dicat : Aut propter mala qua fecisti erit plantatio tua fidelis ? Quantum ad agros. *Germen alienum, quod alii colligent.* Supradicte : *Decem jugera vinearum facient lagunculum unam.* Secundo quantum ad fructus perditionem : *In die plantationis tuae labrusea, id est quando de plantatione fructum sumere debebas ; et hoc quantum ad vineas ; quantum autem ad agros, Mane semper tuum florebit ; id est primo pulchrum erit, ut magis doles ; vel quia ante tempus florebit, et inutile erit.* Proverb. xx, 21 : *Hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit. Ablata est messis, ab hostibus, in die he-*

<sup>1</sup> Al. : « ponit desolationis rationem. »

<sup>2</sup> Al. : « fidelem. »

*reditatis*, quando in horro debuit recondi, quasi fructus hereditatis. Ier. xii, 43 : *Seminaverunt triticum, et messuerunt spinas.* Tertio comminatur pro amissione dolorem, *Dolebit*, qui seminavit ; vel dolebis tu. *Vx multitudinū populorum multorum.* Ille comminatur Assyriorum exercitui : et circa hoc duo ponit. Primo describit exercitus multitudinem quantum ad strepitum incedentium, *Vx multitudinū populorum, venientium cum Senachreib;* quantum ad tumultum colloquentium, *Tumultus*, qui est locutio confusa praeципue multorum ; quantum ad clamorem pugnantium, *Sonabunt*, in pugna. Supra viii : *Ecce adducet Dominus super aquas fluminis fortes et multas.* Jerem. vi, 23 : *Vox ejus sicut mare sonabit.* Apoc. xvii, 15 : *Aqua multa, populi multi.* Secundo comminatur destructionem : circa quan primo ponitur ipsa destructione, *Et increpabit, occidendo exercitum per Angelum, et fugiet procul, in terram suam cum paucis : ut supra x, habetur.* Psalm. ix : *Incepasti gentes, et perierat impius.* Secundo ponitur similitudo respondens conditioni, quia superbus erat, *Rapietur sicut pulvis.* Psal. i, 4 : *Tamquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae : respondens temporis, Sicut turbo,* quia de nocte fuit perensus exercitus ejus, quem vocat tempestatem, cuius

quasi

præambulum in pulvere est turbo ex ventis, qui sunt causa pluviae. iv Reg. xix, 33 : *In nocte illa venit Angelus, et percussit exercitum Assyriorum.* Tertio ponitur destructionis consummatio : *Et non subsistet, quia ipse nec interfectus fuit.* Ezech. : *Nihil factus es.* Quarto ponitur destructionis ratio. *Hoc est pars eorum qui vastaverunt nos, idest possessiones, et sors diripientium, res mobiles.* Psal. x, 7 : *Ignis, sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.*

Nola super illo verbo, *Oculi ejus ad sanctum Israel*, quia oculi debent inclinari ad Domitium primo per fidei adhesionem. Infra xxx : *Oculi tui videbunt præceptorem tuum.* Secundo propter spei expectationem. Psalm. cxliv, 13 : *Oculi omium in te sperant Dominum.* Tertio propter amoris contemplationem. Job xxxix, 29 : *Inde contumplatur escam, et de longe oculi ejus respiciunt.* Quarto propter gloriae fruitionem. Lue. x, 23 : *Beati oculi qui vident quae vos videtis.*

Nota super illo verbo, *Plantatio infidelis*, quia est primo avari. Eec. v, 9 : *Qui amat divitias, fructum non capiet ex eis.* Secundo luxuriosi. Rom. vi, 21 : *Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis ?* Tertio superbi. Sap. v, 8 : *Quid nobis profuit superbia nostra ?*

## C A P U T D E C I M U M O C T A V U M

*Vac* terre cymbalo alarum, que est trans flumen Zelopœa, qui mittit in mare legalos, et in vasim papry super aquas. Ita Angeli veloces ad gentem convulsam, et dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est aliud ad gentem expectantem et conculetam, cuius diripuerunt dominica terram ejus. Ad montem monitis Domini exercitum montem Sion. Omnes habitatores orbis, qui morantur in terra cum elevatum fuerit signum in montibus videbunt, et clangore tubæ audientis : quia haec dicit Dominus ad me : *Ego quiescam, et considerabo in loco meo sicut meridiana lux clara est, et sicut nubes ros in die missis.* Ante messem enim totus effloruit, et immatura perfectio geru nuxit. Et præcinctus rampusque ejus fabulosus, et que derelicta fuerint abscentiam. Excentur et reliquerint simul avibus montium et bestiis ter-

ra, et aestate perpetua erunt super eum volvices, et omnes bestie terre super illum hymenabunt. In tempore illa defensor omnis Domini exercitum a populo diviso, et dilacerato, a populo terribili, post quem non fuit aliud, a gente expectante et conculetate, cuius diripuerunt dominica terram ejus : ad locum nominis Domini exercitum, montem Sion.

Hic comminatur contra Egypciós : et primo comminatur eorum ponam per comparationem ad peccata meritorum : in secunda exequitur penitentia modum : cap. xix : *Omní Egypci etc.* In tercia designat

¶ AL : « que projectur a facie venti. »

pœnae tempus, cap. xx : *In anno etc.* Circa primum tria ponit. Primo designat culpam, quæ est meritum pœnae ; in secundo communinatur pœnam ibi, *Omnes habitatores orbis* ; tertio ostendit paucæ fructum, ibi, *In tempore illo deferetur munus Domino exercitum a populo disperso*. Circa primum duo facit. Primo describit situm terræ, in quo superbe confidebant, dicens : *Vix, scilicet imminent, terra, Ægypto, cymbalo alarum* ; propter sonum Nili, ejus velocitas comparatur motui alarum propter velocitatem, vel propter similitudinem<sup>1</sup> populorum, vel propter protectionis auxilium, quod populo duarum tribum insonabant : *quæ est trans flumen Æthiopæ*, idest ultra Nilum, qui venit de Æthiopia. Ezech. xxix, 3 : *Ecce ego ad te, Pharaon rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum*. Iloc tamen Iudaï exponunt de Gog, qui habitant ultra Æthiopiam, contra quos testatur propheta Ezechiel xxxviii. Secundo describit auxilium quod duabus tribibus promittebant. Et primo describit nuntiandi modum, dicens, *Qui, scilicet populus Ægyptius, mittet legatos*, idest nuntios, duabus tribibus, *in mari*, idest per mare, *et super aquas, fluminis*, vel maris, *in vasis papyri*, genus junci, de quo siebant capsellæ ad portandas litteras, vel arundines tam magiae quod de eis siebant naves, ut legitur in historia Alexandri : *a pyr*, quod est ignis. Secundo ponit legionis præceptum, in quo determinat duo. Primo nuntiandi modum, dicens : *O Angeli*, idest o nuntii mei, *ite veloces*, idest velociter. Secundo motum, *Ad gentem*<sup>2</sup> scilicet duarum tribum, quam ostendit miserabilem ex quatuor. Primo ex afflictionis magnitudine, *Conculsan*, a propria firmitate per subjugationem, et *discoeratam*, per potnarum afflictionem. Secundo ex pristina dignitate, *Terribilem*, quondam, *post quem non est aliis*, potentia comparandus ; nunc autem *expectantem*, alienum auxilium, *conculcatum*, quasi in vilitate redactam. Tertio ex hostium potestate iniquitate : *Cuius diripuerunt injuste flumina*, reges<sup>3</sup> Assyriorum. Quarto ex loci

sanctitate, *Ad montem*. Sunt autem puniti, quia eos a cultu Dei retrahebant. Ezech. xxix, 16 : \* *Nouerunt ultra domini Israël in confidentia docentes iniquitatem. Omnes habitatores orbis qui morauantur in terra*. Hic communinatur pœnam : et circa hoc duo facit. Primo ponit pœnae evidentiam. Videbitis idest notum erit vobis, *signum, vexillum Nabuchodonosor*. Jerem. xlvi, 12 : *Audierunt gentes ignorantium tuum, et ultulatus tuus replete terram*. Vel hostium copiam, Videbitis, existentes in exercitu ejus. Ezech. vi, 24. *Adducam pessimos de gentibus, et possebunt domos eorum*. Secundo aufer defensionis divinæ confidentiam : *Quia huc dicit Dominus*. Et primo quia subtrahet eis auxilium sue defensionis : *Quiscum, non vos adjuvans: considerabo*, idest videbo quid vos possitis facere. Deuteron. xxxii, 20 : *Considerabo novissima eorum*. Secundo quia hostibus prebebit auxilium impugnationis, quantum ad consilium in dubiis : *Sicut meridiana lux*, ita evidenter ostendetur eis quid sit eis agendum. Quantum ad revelationum in laboribus, *Sicut nubes Psal. lxxxviii, 43 : Exaltasti dexteram deprimentium eum, latificasti omnes inimicos ejus*. Tertio ibi, *Ante messem*, describit pœnam metaphorice, scilicet per destructionem fructus in agro : et ponit tria. Primo quantum ad fructus perditionem, qui perditur in flore, *Ante messem enim totus effloruit*. Similiter Ægyptus antequam potentiam haberet, florem sue glorie ostentabat ; de qua infra xl : *Omnis gloria ejus quasi flos agri*. Perditur etiam in germine, quando nondum maturus est humor de quo fieri debet fructus. *Et immatura*. Similiter Ægyptus ultra potentian quam habebat presumebat. Perditur etiam in fructu, quando rami in quibus sunt fructus absinduntur. *Præcidentur*, ante fructus maturationem. Job xv, 33 : *Lædetur quasi vinea in prima flore*. Proverb. xiii, 11 : *Substantia festinata minuetur*. Secundo ponit fructuum remanentium ablationem : *Quæ derelicta fuerint perfecta ab Ægyptiis, ab Assyriis absinduntur a propria firmitate, et excu-*

<sup>1</sup> Al. : « Multitudinem. »

<sup>2</sup> Al. : « motuum ad agentem. »

<sup>3</sup> Al. : « rex. » — <sup>4</sup> Al. : « perfecta Ægyptiis. »

*tientur de loco suo per Chaldaeos. Infra xxiv : Quomodo si paucæ oleæ vel olearia, quæ remanerunt, excutiantur ex olea. Terlio ponit ipsius agri desertiouem. Et relinquetur sicut ager incultus : in quo significatur cædes hominum, postquam multæ bestiæ fuerant in terra Ægypti. Ezech. xxxix, 17 : *Hec dicit Dominus Deus : Dic omni volvuci et universis uenibus, cunctisque bestiis agri : Convenite, proprorati, concurrete uniuersus ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel, ut comedatis carnem, et bibatis sanguinem.* In tempore illo deferetur munus Domini exercituum a populo divulso et dilacerato. Ille ponitur penne fructus. *Deferetur munus, scilicet, populus duarum tribuum confident<sup>1</sup> de Deo, et ipsius auxilium invocabunt cum numerum oblatione.* Supra x : *In die illa non adjiciet residuum Israel, et hi qui fuerint de domo Jacob, innati super eo qui percūtit eos ; sed innitetur super Dominum sanctum Israel.* A populo divulso, et dilacerato ; a populo terribili, post quem non fuit aliud ; a gente expectante et conculeata, cuius diripuerunt fluminā terram ejus, ad locum nominis Domini exercitum, montem Sion. Exponatur ut supra in hoc eodem cap. circa principium.*

Nota super illo verbo, *Immatura perfectio germinauit*, quia est perfectio multiplex. Prima naturæ. Gen. ii, 1 : *Igitur perfecti sunt carli.* Secunda scientiæ. Job

xxii, 2 : *Numquid Deo comparari potest homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ ?* Tertia gratie. I Joan. iv, 18 : *Perfecta caritas foras mittit timorem.* Quarta gloriae. I Cor. xiii, 10 : *Cum autem venerit quod perfectum est, reuecuabitur quod ex parte est.*

Nota super illo verbo, *Germen ejus*, quia est germen primo pravae prælatiōnis. Eccl. x, 16 : *Vix tibi terra cuius rex est puer, et principes manu comedunt.* Secundo doctrinae erroris. Jude : *Hi autem quacumque quidem ignorant, blasphemant : quacumque autem naturaliter, tunquam muta animalia, norunt, in his corruerpuntur.* Tertio præsumptuosaे opinionis. Rom. xi, 3 : *Unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.... Non alta sapientes, sed humilius consentientes.* Quarto præsentis consolationis. Lue. xvi, 23 : *Recordare quia recepisti bona in vita tua.*

Nota super illo verbo, *Deferetur munus*, quia est munus multiplex. Primo ferventis dilectionis. Proverb. xxi, 14 : *Munus absconditum extinguit iram, domum in sinu, indignationem maximam.* Secundo devote orationis. Psalm. cxii, 2 : *\* Ascendat oratio nra sicut incensum in conspectu tuo.* Tertio perfectæ operationis. Mal. i, 10 : *Munus non suscipiat de manu vestra.* Quarto debitaे oblationis. Ps. lxxv, 12 : *Vocete, et reddite Domino Deo vestro munus qui in circuitu ruis offertis munera.* \* *ies-*

## C A P U T D E C I M U M N O N U M

Onus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super umbra levem, et ingredietur Ægyptum, et conuictus simulacra a facie ejus, et eorū Ægypti tabescet in medio ejus. Et concurrere faciem Ægyptiorum adversus Ægyptios ; et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum ; civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum. Et dirumperetur spiritus Ægypti in visceribus ejus ; et consumimur ejus præcipitatus. Et interrogabunt simulacra sua et divinos suos, et pythones et ariados, et tradam Ægyptum in manus dominorum eruditum ; et rex fortis dominabitur eorum : at Dominus exercituum. Id arescat aqua

de mari, et fluxus desolabatur atque siecabitur, et defecit humana. Attenuabuntur et siecabitur rivi aggerum, calamus et pinus marecet, undulatior aliens rivo a fonte suo. Et omnis clemente irragua siecabitur, arcescit, et non erit id mare boni pescatore, et lugubris omnes undente, in flumen humana, et expandente rete operi fecerunt aquarum emarcescunt. Confundentur qui operi habent humana, placenti ei texentes subtili. Et erunt origina epi iliacenter, omnes qui fecerunt humana ad capiendo pices. Stulti Principes. Hinc nos, supradicti consilium Pharoni deducimus, ut cedim insipiens, qui in abo dicitur Pharaon. Et o-

<sup>1</sup> Al. : *s confidentes, n*

sapientum ego, filius regum antiquorum? Ibi  
nunc sunt sapientes tui? Annuntient tibi, et indicant  
quid cogitaverit Dominus exercituum super  
Egyptium. Stulti facti sunt principes Thaues; <sup>1</sup>  
enim eruerunt principes Memphis; deinceps Egyptum,  
angulum populum ejus. Dominus misericordia  
in medio ejus spiritum vertiginis et errare fecerunt  
Egyptum in omni opere suo; sicut erat clavis et  
vouens. Et non erit Aegyptio opus, quod faciat caput et  
candam, incurvantem et refrenantem. In die  
illa erit Aegyptus quasi nullus: et stupebunt et  
timebunt a facie commotionis manus Domini exer-  
cituum, quam ipse movebit super eam: et erit  
terra Iuda Aegypto in pavorem. Omnis qui illus  
fuerit recordatus, pavet a facie consilii Domini  
exercituum, quod ipse cogitavit super eam. In die  
illa erunt quinque civitates in terra Aegypti, lo-  
quentes lingua Chanaea, et jurantes per Domi-  
num exercituum. Civitas solis vocalitatis una. In  
die illa erit altare Domini in medio terra Aegypti;  
et titulus Domini iuxta terminum ejus; et erit in  
signia et in testimonium Domino exercituum in  
terra Aegypti. Chanabunt enim ad Dominum a facie  
tribulantibus: et mittet eis salvatorem et propagator-  
rem qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab  
Aegypto, et cognoscetur Aegyptius Dominum in die  
illa, et colent eum in hostiis et in munibibus, et  
vota vobebunt Domino, et solvebunt. Et perentiet  
Dominus Aegyptum plaga, et sanabit eam; et re-  
vertentur ad Dominum, et phoenabit eis, et sanabi-  
bit eos. In die illa erit via de Aegypto in Assyrios,  
et intrabit Assyriis Aegyptum, et Aegyptius in Assyr-  
ios, et servient Aegypti Assur. In die illa erit Israel  
tertium Aegyptio et Assyrio: benedictio in medio  
terre, cui benedixit Dominus exercituum, dicens:  
Benedictus populus meus Aegypti, et opus manuum  
mearum Assyrius; hereditas autem mea Israel.

In parte ista comminatur destructio-  
nem Aegyptiorum, prosequens modum et  
ordinem; et dividitur in partes tres: et  
primo describitur pena preparatio; in  
secunda, ipsa destructio, ibi, *Et tradat  
Aegyptum*; in tertia, utilitatis conse-  
ctio, ibi, *In die illa erunt quinque civi-  
tates. Praeparatio autem penae describitur  
quantum ad quatuor. Primo quantum ad  
dispositionem hostium, *Ascendet, inspi-  
rando, super nubem, ex qua tempestas,  
levem, propter agilitatem et promptitudi-  
nem*: Ps. xcvi, 2: *Nubes et caligo in  
circitu ejus. Secundo quantum ad stu-  
porem gubernantium deorum.*<sup>1</sup> *Et move-  
buntur simulacra: quia contracti sunt  
ab Assyriis: vel quia dare responsum  
non potuerunt: vel quia nec eodem die  
apparuerunt. Cor Aegypti, idest rex et  
principes, ex quibus totus vigor Aegypti.*  
Supra: *Omnis capit languidum, et omne  
cor morens. Tertio quantum ad dissen-  
sionem resistentium: quantum ad exten-**

riorem contrectationem, *Et concurrere: quan-  
tum ad extraneos, Aegyptios ubi-  
sus Aegyptios; quantum ad consanguineos,  
Pugnabit vir contra fratrem suum;* quan-  
tum ad notos et amicos, *Et vir con-  
tra amicum suum;* quantum ad diversos  
populos, *Civitas. Ponit voluntatum diver-  
sitatem: Dirumpetur, idest dividetur,  
spiritus, idest voluntas in visceribus ejus,* idest  
in incolis terrae. Matth. xii, 25: *Omne regnum in seipsum dirisum desola-  
bitur. Quarto quantum ad errorem cou-  
siliantium hominum, *Et consilium. Job  
v, 13: Apprehendit sapientes in astutia  
eorum, et consilium pravorum dissipat,* idest  
demonum. *Et interrogabunt, frus-  
tra. Supra viii: Et cum dixerint ad vos:  
Quarite a pythonibus, et a divinis, qui  
occidunt incantationibus suis.**

Nota super illo verbo, *Super nubem,*  
qua est quadruplex nubes. Prima as-  
sumptæ earnis. Job. xxxviii, 9: *Ubi eras  
cum ponerem nubem vestimentum ejus, et  
caligine illud quasi paenis infantia ob-  
volverem?* Secunda est virginalis ventris.  
III Reg. xviii, 44: *Ecce nubecula parva  
ascendebat de mari. Tertia est devotæ  
mentis. Ps. lxvii, 35: Magnificentia ejus  
et virtus ejus in nubibus. Quarta judicia-  
riae sedis. Ps. xcvi, 2: Nubes et caligo in  
circitu ejus, justitia et judicium prepa-  
ratio sedis ejus.*

Item nota, quod de prima nube proce-  
dit pluvia sacramentalis vel sanctificatio-  
nis. Joan. xix, 34: *De latere Domini con-  
tinuo exiit sanguis et aqua. De secunda  
procedit cibus consolationis. Sap. xix, 7:  
Nubes castra obumbrabat, et ex aqua qua  
ante erat, terra apparuit arida. Et infra  
ibidem: *Videntes tua mirabilis, et mons-  
tra: tamquam enim equi depaverunt es-  
cam. De tertia procedit coruscatio pra-  
dicationis. Job xxxvii, 11: Frumentum  
desiderat<sup>2</sup> nubes, et nubes spargunt lu-  
men suum. De quarta procedit tempestas  
damnationis. Ps. lxvii, 35: Virtus ejus  
in nubibus.**

Item nota super illo verbo, *Nubem le-  
vem, quod prima dicitur levis propter  
eminentiam dignitatis. Daniel. vii, 13:  
Ecce in nubibus similis filio hominis ve-  
lum*  
<sup>1</sup> Al.: « domorum. »  
<sup>2</sup> Al.: « desiderant. »  
<sup>3</sup> Cum  
nube  
quasi

*niebat.* Secunda dicitur levis propter virginitatis puritatem Apocal. xiv, 14 : *Et ecce nubem caudam, et super nubes sedentem similem filio hominis.* Tertia dicitur levis propter obedientiae velocitatem. Infra lx : *Qui sunt isti qui ut nubes volant?* Quarta dicitur levis propter executionis facilitatem. Eccli xiii, 16 : *In magnitudine sua posuit nubes, et confacti sunt lapides grandinis.*

*Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium.* Ille prosequitur ipsam destructionem : et primo quantum ad populi servitutem ; secundo quantum ad terrae desolationem, ibi, *Et arescit aqua de mari;* tertio quantum ad sapientium stuporem, ibi, *Stulti principes Thaneos. In manu dominorum crudelium, Assyriorum scilicet, et Chaldaeorum et Romanorum.* Deut. xxviii, 48 : *Servies inimico tuo, quem immittet tibi Dominus, in fame et siti, et nuditate, et omni peuria : et ponet jugum ferreum super cervicem tuum, donec te conterat.* Destructionem autem terrae designat per siccitatem aquarum, in quibus Aegyptus ornata et dives est : vel quia ira Dei prævenit ut aquæ siccarentur, et animalia morerentur : vel loquitur parabolice, quasi dicat : Tanta erit tribulatio quod videbitur etiam aquas siccare. Ponit ergo tria. Primo siccitatis modum, *Arescit,* idest minetur, *fluvius,* Nilus, vel fluminia alia. Ezechiel. xxx, 12 : *Faciam alveos fluminum aridos.* Secundo ponit siccitatis signum, *Calamus et juncus,* quae nutririuntur in aquis. Infra xxxv : *Orietur rivor calami et junci.* Tertio ponit siccitatis damnum, *Nudabitur,* primo agriculturæ, *a fonte :* idest a principio : vel hoc ad finem, Psalm. cxi, 33 : *Posuit fluminum in desertum, et exitum aquarum in situm.* Secundo piscatorum, *Morebunt piscatores.* Ezech. xxix, 5 : *Projiciam te in desertum, et omnes pisces fluminis tui.* Tertio diversorum artificum, *Confundentur qui operantur lignum,* quod nascitur in locis humidis. *Flaccentia,* idest arenaria : *lacunas, vivaria.* *Stulti principes Thaneos.* Ille ponit hominum stuporem : et primo quantum ad errorem in

consiliis ; secundo quantum ad timorem in bellis, ibi, *In die illa erit Egyptus quasi mulieres.* Circa primum tria. Primo irridet sapientum stultitiam quantum ad liberationem : *Stulti principes, idest philosophi, Thaneos,* ubi vigebat studium : Jerem. x, 14 : *A scientia stultus factus est omnis homo :* quantum ad consilii promulgationem sapientes, quantum ad sui commendationem, *Quomodo dicetis Pharaoni ?* idest, quomodo poteris dicere, quando putabitis vos male consuluisse, *hoe quod unusquisque vestrum solebat dicere ad sui commendationem, ut ejus consilio credatur, Filius sapientum ;* quasi dicat, hereditate sapientiam possideo ; vel discipulus regum, qui antiquitatis Philosophi erant. Job xv, 10 : *Et senes et antiqui sunt in nobis, multo retiniores quam patres tui.* Secundo irridet regis confidentiam. *Ubi nunc.* Et primo quæstionem : infra xlvi : *Nou est qui salvet te ;* secundo responsiouem, *Stulti emarginerunt,* idest defecerunt, ut supra ; tertio irridet populi decepti ignaviam. *Decepserunt.* Ille tria facit. Primo ponit sapientium deceptionem, *Decepserunt negligunt,* idest regnum, in quo multi conjunguntur sicut parietes in angulo. Infra xlvi : *Sapientia tua et scientia tua decepit te.* Secundo Dei permissionem, *Dominus misericordia :* sape dicitur metaphorice. *Spiritu vertiginis,* idest erroris, ad modum ejus qui patitur vertiginem. III Reg. ult, 23 : *Dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum.* Tertio ipsius populi errorem, *Et errare.* *Caput,* videlicet neque quo ad principium ; *caudam,* neque quo ad finem ; *incurrantem,* quo ad senem ; *refruantem,* quo ad juvenem, qui refractione indiget, vel lascivientem. II Tim. iii, 13 : *Mali autem homines et seductores proficiunt in peccatis.* *In illa die erit Egyptus quasi mulieres.* Ille communatur timorem robustorum. Et primo ponit timorem, *Quasi mulieres, infirmi et imbecilles.* Jer. 11, 30 : *Deroratum est robur eorum, et facti sunt quasi mulieres.* Secundo rationem, *Erit terra Iuda, scilicet memoria malorum que fecerunt eis*

avertentes eos a cultu Dei<sup>1</sup> pro quo scient iram Dei se incurrisse. I Mach. vi, 12 : *Nunc reminiscor malorum quae feci in Ierusalem. In die ita erunt quinque civitates in terra Egypti.* Hic ponitur consecutio, vel consolatio, scilicet eorum conversio. Et primo conversionis signum triplex : quorum primum est juramentum, *Jurantes.* Infra lxxv : *Jurabit in Deo amen : quia oblietione tradita sunt angustiar priores. Civitas solis, Heliopolis. Linguan Chanawanam, qua: confinis est lingua Iudeorum, ut in lingua etiam convenienter cum populo Dei. In his enim translati sunt a Nabuchodonosor quidam Syri, qui linguam propriam tenuerunt. Secundum signum est sacrum adiiscitum, *Altare Domini et titulus :* quia multis deos colebant, sicut dicitur Act. xvii. Ille ut dicunt quidam impletum est tempore Machabavorum, quando multis Iudeis fugientibus in *Ægyptum*, Onias volens implere hanc prophetiam, aedificavit altare contra praeceptum legis, quod est contra illud Exod. xx, 23 : *Non adificabis mihi altare tibi : de quo arguitur Dan. xi. : Filii quoque præcaricatorum populi tui extollentur ut implent cisionem, et corrent.* Unde patet quod non est iste intellectus ; sed de altari aedificando ad cultum christianum. Tertium signum est quia invocant Dei auxilium, *Clamabunt salvatorem, Jesum.* Psalm. xc, 15 : *Clamabit ad me, et ego exaudiam eum.* Se-*

cundo ponit conversionis modum : et primo quantum ad fidei susceptionem, *Cognoscent : Jer. xxxi, 34 : Omnes cognoscent me a minori usque ad maximum, ait Dominus ;* secundo quantum ad sacrificiorum et votorum oblationem. *Et collent :* Malach. i, 11 : *In omni loco offeratur nomini meo oblatio nuda ;* tertio quantum ad peccatorum remissionem : *Et percutiet, primo per multas penas ; et sanabit, a peccato.* Job v, 18 : *Ipsa vulnerat et medetur, percutit et manus eius sanabunt.* Tertio ponit conversionis triplicem effectum : scilicet pacem : *In die illa erit via, quod ante non poterat esse per diversa regna, qua: nato<sup>2</sup> domino juncta sunt sub Romanis, sercient, in mercimoniis sibi invicem ;* vel quia milites Syri erant in legionibus Romanorum ad custodium *Ægypti.* Supra II Non levabit gens contra fentem gladium. Secundo promittit secundum effectum, fidei veritatem : *In die illa tertius ;* simul, et aequaliter Romanis serviens, et in unitate fidei. Joan. x, 16 : *Fiat unum ovile et unus pastor.* Rom. x, 12 : *Non est distinctione Judæi et Græci.* Tertio ponit tertium effectum, scilicet benedictionem divinam : *Erit, scilicet Israel, benedictio, quia per Apostolos totus mundus benedictionem Dei percepit. Hereditas, quia ibi natus, et mysteria salutis nostræ expavit.* Psal. cxiii, 12 : *Benedicit dominus Israel.*

## CAPUT VIGESIMUM

**In anno quo ingressus est Tharhan in Azotum,** cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, et pugnasset contra Azotum, et cepisset eum : in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiae filii Amos dicens : *Vade, et sole sacrum de humiliis tuis, et calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus, et discalceatus.* Et dixit Dominus : *Sicut ambulavit servus meus Isaías nudus et discalceatus, trium annorum signum et portentum erit super *Ægyptum*, et super *Æthiopiam* : sic minabil rex Assyriorum captivitatem *Ægypti* et transmigrationem *Æthiopiarum*, juventem et senectem, nudam et discalceatam, discooperit, natibus ad ignominiam *Ægypti.* Et timebunt, et confundentur ab*

*Æthiopia spe sua, et ab *Ægypto* gloria sua.* Et dicit habitator insulae hujus in die illa : *Haccine erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos a facie regis Assyriorum ? Et quomodo effugere poterimus nos ?*

Hic ponitur destructionis tempus ; et dividitur in partes tres : et primo ponitur designans quoddam, scilicet propheticum factum ; secundo facti significatum, ibi, *Et dixit Dominus ;* tertio ostendit signifi-

<sup>1</sup> Al. : *a menti i. Dei.*

<sup>2</sup> Al. : *a nato.*

sicut effectum, ibi, *Et timebunt, et confundentur*. Circa primum tria. Primo ponitur prophetia tempus, *In anno quo ingressus est Tharthan in Azotum*, civitas Palastinorum. Amos : *Ubi est Gaza, Geth, Accaron, Asculon, Azotus?* Sargon, qui et Senacherib, secundum Jeronymum, quia sex nomina habuit, quae sunt Sargon, Senach, Phua, Salmanasar, Teglatphalasar, Asrael. *In manu*, idest in epere verbis concordante. Oscar xii, 10 : *In manibus prophetarum assimilatus sum*. Secundo ponit divinum praeceptum, *Vade, et solve*. Ezech. xxiv, 24 : *Eritque Ezechiel vobis in portentum*. Tertio praecepti complementum. *Et fecit sic*. *Et dixit Dominus etc*. Hic ponitur significatum praedicti facti. Et primo quantum ad tempus quo duravit persecutio, *Trium annorum*, per tres dies quibus nu-

dus ivit, significatorum<sup>1</sup> Ezech. iv, 6 : *Diem pro anno dedi tibi*. Secundo quantum ad destructionis auctorem, *Sic minabitur rex*. Ezech. xxx, 9 : *In die illa egredientur nuntii a facie mea in trivibus ad conterendum Ethiopiae confidentiam*. Tertio quantum ad destructionis conditionem, in universalitatem, *Juvenem et senem*; in vilitatem, *Nudum*, scilicet captivitatem. Jer. xlvi, 11 : *Sanitas non est tibi*. *Et timebunt*. Hic ponit effectum in Iudeis : primo timorem, *Et timebunt*; secundo confusionem, *et confundentur*; tertio utrinque expressionem, *et dicet habitator insulae*, idest Jersalem, quae persecutionis fluctibus incessanter undebatur, sicut insula fluctibus mari; *Hec cincis*, in quo confusio, et quonodo, in quo timor. Infra xxx : *Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem*. • erit

## C A P U T V I G E S I M U M P R I M U M

*Onus deserti maris*. Sicut turbines ab Africa veniant, de deserto venir, de terra horribili. Visio dura nuntiata est mihi. Qui incredulus est infideliter agit, et qui depopulator est vastat. Ascende Aelam; obside Mede; omnem geminum ejus cessare feci. Propterea repleti sunt humbi metu dolore; et angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Corruui enim audiens, conturbatus sum, cum videbam, emacuit cor meum, tenebra stupeferunt me. Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum. Pone mensam, contemplare in specula. Comendentes et bidentes surgit principes, arripit clipeum. Haec enim dixit mihi Dominus : *Vade, et pone speculatorum, et quodcumque viderit, annuntiet*. El vidit currunt duorum equitum, ascensionem asini, et ascensionem camelii, et contemplatus est diligenter multo intuita. El clamavit ad leo : *Super speculum Domini ego sum, stans jugiter per diem, et super custodiā meā ego sum, stans totis noctibus*. Ecce iste venit ascensor vir hīge equitum. El respondit, et dixit : *Cecidit, ecclidit Babylon, et omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in terram*. Trutina mea, et filiae arcæ meæ, quæ audiui a Domino exercituum Deo Israel, annuntiavi vobis. *onus Duma ad me clamat ex Seir*: *Custos quid de nocte, custos quid de nocte?* Dixi custos : *Venit mane et nox*. Si queritis, querile; convertimini, et venite. *onus in Arabia*, In salto ad vesperam dormientes, in semitis Dodanum. Occurrentes sibi, fert aqua, qui habitat in terram austri, cum paucis oculis fugienti. A facie enim gladiorum fugerant, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie gravis predi: quoniam haec dicit dominus ad me : Adhuc in uno anno, quasi in uno mercenarii'

et auferetur omnis gloria Cedar. Et reliqua numeri sagittariorum sortiū de illo Cedar immunitur. Dominus enim Deus Israel locutus est.

Hic comminatur contra hostes, qui gravabant eos per rerum subtractionem, qui tamen erant eis aliquo federe juncti: et dividitur in partes tres. Primo contra illos qui erant juncti amicitia federe; secundo contra illos qui erant juncti prælationis jure: cap. xxii, ibi, *onus rullis visionis*; in tertia contra illos qui erant eis juncti in negotiationis sociitate: xxiii cap. *onus Tyri*. Prima in duas. In prima contra amicos extraneos, scilicet Babylonios, qui erant amici, et rebus<sup>2</sup> tandem spoliaverunt, sicut patet infra xxxix. In secunda contra amicos cognatos, ibi, *onus Duma etc*. Circa primum duo facit. Primo ponitur titulus, *onus maris*, idest Babylonis, proper sonitum multitudinis populorum deserti, quia in solitudinem redigetur. Jer. *Desertum faciam mare ejus, et siccabo rem eum*. Secundo ponitur ipsa prophete-

tia : et primo ponitur visio communiatio-  
nis; secundo modus accipiente visionis,  
ibi, *Huc enim dixit mihi Dominus. Cirea  
primum quatuor designat. Primo tribu-  
lationis gravitatem, ponendo similitudinem.* *Sicut turbines, vox Babylonis, Ab  
africo de deserto, quod erat ad meridiem,*  
*Ita venit, contra me vastitas, de terra,*  
*scilicet Perside, horribilis mihi.* Nahum  
i, 3 : *Dominus in tempestate et turbine  
rixi ejus. Visio dura : in persona Babylo-  
nis.* Joan. vi, 61 : *Durus est hic sermo.*  
Secundo designat vastatorem. Et primo  
quantum ad ducis conditionem in infide-  
litate : *Cyrus, qui incredulus, idest infide-  
lis domino suo Balthasar, rebellans, et*  
*Babylonem obsidens, confidens de ipsius*  
*effeminatione, infideliter agit, idest aget,*  
*videns non posse civitatem capi vi, frau-  
de pacem faciens, et jurans omagium*  
*regi Babylonis ; a quo invitatus ad convi-  
vium de quo Daniel v, interfecit eum,*  
*et cepit civitatem in ducentis militibus*  
*per foramen muri, unde fluvius intrabat,*  
*aqua ipsius in multas partes divisa. In*  
*crudelitate, Qui depopulator est. Unde*  
*in paenam crudelitatis suffocatus est in*  
*sanguine, et dictum est sibi : Sanguinem*  
*sitisti, sanguinem bibe.* Habac. ii, 4 :  
*Ecce qui incredulus est, non erit recta  
anima ejus in semetipso.* Secundo qua-  
ntum ad exitus regionem : *Ascende Elam,*  
*civitas Persidis, et provincia, Medaba ci-  
vitas in Media, obside, Babylon : vox Do-  
mini. Jer. Ascendite contra eam omnes  
gentes.* Tertio hostis potestatem. *Omnem*  
*gemitum ejus, idest Babylonis, ut nec*  
*etiam plangere audeat.* Supra x : *Non*  
*fuit qui moveret pennam, et aperiret os,*  
*et gauquaret.* Vel quia suos gemere faciet.  
Quarto designat ipsius prophetæ com-  
passionem, quam designat quantum ad  
corpus, ad quod redundant affectiones  
mentis : et hoc quantum ad doloris sen-  
sum : *Propterea repleti sunt humbi mei*  
*dolore, idest, ita doleo sicut qui patitur*  
*dolorum in renibus.* Psal. xlvi, 7 : *Ibi*  
*dolores ut parturientis.* Et quantum ad  
casum, *Corru;* et quantum ad turbatum  
vultum, *Turbatus.* Psalm. lxxvi, 5 : \* *Tur-  
batus sum, et non sum locutus.* Psal.

\* *conturba-  
tus*

LIV, 3 : *Turbatus sum in exercitatione  
mea.* Secundo quantum ad affectum.  
*Enarcuit cor meum, idest affectus tristitia,* Jerem. iv, 19 : *Ventrem menm doleo.*  
Tertio quantum ad intellectum stupen-  
tem, *Tenebrae, idest turbationes praesi-  
vae, ac si essem in tenebris.* Jerem. i,  
13 : *Omnis qui transibit per Babylonem*  
*stupebit, et silebit super universis plagiis*  
*ejus.* *Babylon dilecta, tunc temporis,*  
*quamvis postea inimica, in miraculum,*  
*idest in admirationem.* Apocaly. xvii, 6 :  
\* *Admiratus sum cum vidissim illam ad-  
miratione magna.* Quarto designat des-  
tructionis modum et conditionem, dicens :  
*O Babylon, pone mensam, invitando Cy-  
rūm et Dariū ad convivium, contemplare,*  
*idest vide in specula, idest in Scrip-  
tura manus scribentis : Mane, thecet,*  
*phares.* Dan. v, 25 : *clara luce Domini :*  
*scilicet, o Cyre, o Dari, Principes come-  
dentes et bibentes, cum eo, surgite, con-  
fortati visione, arripiēte clypeum ; et in-  
terficiete eum.* Jerem. xlvi, 3 : *Præparare  
scutum et clypeum.* Vel aliter, ut sint  
verba Domini. *O propheta, pone mensam,*  
*idest ponendam prædicta, in specula, idest*  
*in spiritu prophetæ etc. ut supra.* Vel  
verba Cyri : *Pone mensam, vel : Persæ*  
*aceurite, datae equis annonam, ut sitis*  
*parati ; tu speculator, contemplare, quid*  
*fiat in tractatu : vos, principes, mei, co-  
medite.* Et hoc stat etiam si non sustineatur  
quod Cyrus et Darius fuerint in  
convivio, ut quidam dicunt, sustinentes  
festum fieri in civitate, et deliciis vacare.  
Vel per festum discumbebant ; vel propter  
treguas ; vel propter victoriam semel  
habitam ; vel propter adjutorium quod  
recepérant de nocte agressi sunt civita-  
tem.

Nota super illo verbo, *Contemplare in*  
*specula, quia debet homo in specula mentis*<sup>1</sup> *contemplari primo peccata quæ com-  
misit, ut doleat.* Jer. xxx, 21 : *Statue ti-  
bi speculam, pone tibi amaritudines, di-  
rigi cor tuum in viam rectam.* Secundo  
supplicia quæ meruit, ut timeat. Michæl  
vii, 4 : *Dies speculationis, visitatio tua  
venit.* Tertio beneficia quæ Deus contulit,  
ut gratias agat. Infra lii : *Vox spe-*

<sup>1</sup> Al. : « speculo. »

*culatorum tuorum; levaverunt vocem, simul laudabunt; quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion.* Quarto mandata quae praecepit, ut impletat. Oscar ix, 8 : *Speculator Ephraim.* Quinto præmia quæ promisit ut comprehendat. Pet. i, 16 : *Speculatorum facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo patre gloriam et honorem.*

*Hac enim dixit mihi Dominus.* Hic ponit modum acceptio[n]is hujus visionis : et circa hoc quatuor facit. Primo ponitur divina visio, *Pone speculatorum,* te ipsum, vel discipulum tuum, quem hebrei, Habacuc dicunt fuisse. *Videret* spiritu prophetali, vel corporaliter. Ezech. iii, 17 : *Fili hominis, speculatorum posui te domui Israel.* Secundo ponitur visio : et primo ponit rem visam : *Et vidit currum duorum equorum :* quia duobus equis consuevit trahi, exercitu duorum regnorum significacione : *ascensorem,* scilicet currum, *asini,* regni Persarum, quod primum ignobile, *cameli,* Mediorum : quasi haec duo animalia, loco duorum equorum, currui adjungerentur<sup>1</sup>. Secundo videntis diligentiam, *Et contemplatus est.* Ezech. xi, 4 : *Pone cor tuum in omnibus quæ ego ostendo tibi.* Tertio ponitur denuntiatio, *Et clamavit ut leo,* servitatem animi, qui prius speculator per emi nentiam contemplationis. Et primo denuntiat suam diligentiam, *Super speculam<sup>2</sup> Domini.* Habacuc ii, 1 : *Super custodiam stabo.* Secundo denuntiat rem visam, *Ecce venit,* ut supra III Babylonis posuam. *Cecidit.* Jerem. i, 24 : *Capta es<sup>3</sup> et nesciebas.* Quarto ponitur prophetæ ad populum denuntiatio : *Tritura mea,* verba prophetæ, vel Christi, quia Jerusalem tritura multis tribulationibus, *fili areæ,* idest templum quod situm est in area Ornam, II Regum ultimo, *Onus Duna etc.* Hic communuat contra amicos et cognatos. Et primo contra Idumæos, qui de progenie sunt Esan fratris Jacob, Genes. xxv, quandoque amici, sicut dicitur Benter. xxxiii<sup>4</sup>. Ezech. xxxv, 12 : *Audaci universa approbriu que locutus es de montibus Israel.*

dedi

Secundo contra Arabes ; qui de genere sunt Ismaelis, qui fuit filius Abraham, Genes. xvi, ibi, *Onus in Arabia etc.* Circa primum duo facit. Primo ponitur inscriptio, *Onus Duna,* idest Idumæa ; secundo communatio ; circa quam tria. Primo ponitur eorum oratio : et sunt verba Dei haec Idumæis : *Ex Sei clamat ad me.* Liberatis Judeis, post septuaginta annos captivitatis *custos,* qui custodis populum Israel, quasi eis dormientibus, *quid de nocte?* idest, quare nos non liberas de nocte captivitatis, sicut et eos? Et ostendunt magnum desiderium liberationis, ex intentione verborum et de cantatione. Psal. cxx, 4 : *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Is rael.* Secundo ponitur petitionis refutatio. *Dixit custos,* scilicet Deus : *Venit mane, liberationis tempus Iudeis, et nox captivitatis adhuc Idumæis manet.* Sapient. xvii, 20 : *Solis autem illis superposita erat gravis nox.* Tertio adhibet medium : *Si queritis, me, querite, toto corde relinquendo idola.* Vel<sup>5</sup> sicut in tribulatione, ita et in prosperitate. Infra iv : *Querite Dominum dum inveniri potest.* Convertimini. Joel ii, 12 : *Conver timini ad me in toto corde vestro.*

Nota supra illo verbo, *Custos quid?* quia homo debet se custodire in die prosperitatis a divitiis. Primo ne eas eligit, considerando earum utilitatem. Philip. iii, 7 : *Quar mihi fuerunt lucra, huc arbitratu[s] sum detinenda.* Secundo ne in eis confidat, considerando earum vanitatem. Eccl. ii, 11 : *Vidi in omnibus vanitatem.* Tertio ne de eis superficial, considerando earum imminentem adversitatem. Eccl. xi, 27 : *In die bonorum ne immemoris malorum.* Item debet se custodire in nocte adversitatis. Primo considerando percutiendis affectum. Proverb. i, 8 : *Disciplinam patris, fili mi, ne abicias ; ne deficias, cum ab eo corriperis.* Secundo considerando peruersi Christi exemplum, Hebr. xii, 3 : *Recognite cum qui tales sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem.* Tertio considerando perussionis frue-

<sup>1</sup> Al. : « adiungerentur, »<sup>2</sup> Al. : « speculam suam, » — <sup>3</sup> Al. : « est »<sup>4</sup> Al. : « sicut decum regnum tertio, »<sup>5</sup> Al. : « et in, » — <sup>3</sup> Al. : « in, »

tum. II Corinth. iv, 17 : *Id enim quoniam... præsenti est momentarum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate veterum gloriæ pondus operatur in nobis. Onus in Arabiæ etc.* Hic comminatur contra Arabes. Et primo inuit destructionis causam : quia filii Israel fugientibus, panem porrigitibus, aquam subtrahebant. Unde ponit Judæorum sagam. O vos, Judæi, in saltu, Arabie, Dodanum, nomen loci. Psalm. cxi, 4 : *Erraverunt in solitudine in aquoso, viam civitatis habitaculi non invenerunt.* Hortatur ad misericordiam, Occidentes, vos Arabes. Terram Austri, idest meridiei. Infra lxxviii : *Frangite esurienti panem*

tum. Et ponit misericordiaæ causam, A facie enim, ut movcantur ad misericordiam. Jer. iv, 29 : *A voce equitis immittentis sagittam fugit omnis civitas.* Secundo, quia hoc facere noluerunt, comminatur poenam, *Quoniam haec dicit Dominus.* Et primo per Assyrios a quibus prælatio vastationis Judæorum, et ipsa vastitas, *Quasi in anno mercenarii,* qui sibi videtur brevis, spe mercedis. Secundo per Chaldaeos : *Reliquæ, ab Assyriis derelictæ, immimentur, a Chaldaeis, Cedor, filii Ismaelis. Sagittariorum, sequentes artem patrii sui.* Gen. xxi, dicitur de Ismaele, quod factus est vir sagittarius.

## C A P U T V I G E S I M U M S E C U N D U M

Onus vallis visionis. Quidam quoque tibi est, quia ascendisti et tu omnis in tecta clamoris plena, urbis resumptæ civitas exultans? Interfecti tui non interfici gladio, nec mortui tui mortui in bello. Cuncti principes tui fugerunt simul dunque ligati sunt. Omnes qui inventi sunt, vinciti sunt pariter; procul fugerunt. Propterea dixi : Recedite a me; amare filio. Nolite inuenirem, ut consolemini me super vastitate filii populi mei. Dies enim interfectionis et concutientis est fletum Domini Deo exercituum : in valle visionis Scrutans murum, et magnificens super montem. Et Adram sumpsit pharœtrum et currum hominis equitis : et parietem nudavit clypeus. Et erunt electæ valles tuae plene quadrangulari, et equites ponent sedes suas in porta; et revelabitur oportunitas Jude. Et videbitis in die illa armamentarium domus salutis ; et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatae sunt. Et congregasti aquas piscine inferioris, et domus Jerusalem numerasti, et destruxisti domos ad muniendum murum : et lacum fecisti inter duros muros, et aquam piscine veteris; et non suspexitis ad eum qui fecerat eam, et operatorem ejus de longe non vidistis. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum et ad planetum, et ad calvum, et ad cingulum sacer; et ecce gaudentes, et letantes, occidere viulos, et jugulare gaientes, comedere carnes, et bibere vinum. Comedamus et bibamus, eras enim moriemur. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum. Si dimittetur iniurias haec volis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum. Haec dicit Dominus Deus exercituum : Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sionem præpositum templi, et dices ad eum : Quid tu hic, at quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepolcrum, excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum ubi : Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus; et quasi amictum sic sublevavit te. Coronans coronabit te tribulatione,

quasi pilam mittet te in terram latam et spatiostam. Ibi morieris, et illi erit currus gloria tua, et ignominia domus domini tui. Et expellam te de statione tua, et de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocata servum meum Eliacim filium Helciz ut induan illum tunica tua, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus, et erit quasi pater habitantibus Jerusalem, et domini Iuda. Et dabo clavem domini David super humerum ejus; et aperiet, et non erit qui claudat; et claudet, et non erit qui aperiat. Et sigam illum passilum in loco fideli, et erit in solium gloria domini patris sui; et suspendam super eum omnem gloriam domini patris ejus, vasorum diversa genera, omne vas parvulum, a vasis craterarum usque ad omne vas musicorum. In die illa, dicit Dominus exercituum, auferetur passillus qui fixus fuerat in loco fideli, et frangetur, et cadet et peribit quod peperderat in eo, quia Dominus locutus est.

Hic comminatur contra illos qui populo Dei jungentur prælationis jure, et ipsum tamen rebus spoliabant : et primo quantum ad illos ad quos pertinebat prælatio in temporalibus; secundo contra illos ad quos pertinebat in spiritualibus : *Haec dicit Dominus. Prælatio autem in temporalibus pertinebat ad reges:* et ideo comminatur in prima parte contra Jerusalem, quæ erat sedes regni : et circa hoc duo facit. Primo ponitur inscriptio, *Vallis,* idest Jerusalem, non propter situm loci, cum sit in monte; sed propter vilitatem, quia ad ipsam si-

<sup>1</sup> Al. : « æquitatis. »

• ista

videt

ent ad vallem confluebant sordes undique, dum vicinarum gentium actum sequentur. Ezech. v, 5 : \* *Huc est Jersalem; in medio gentium posui eam.* Vel dicitur vallis propter infimam partem civitatis, quae a Sodoma tradita fuit Senacherib. Visionis, propter sanctitatem templi; nam in ipso visiones prophetis siebant a Domino; vel propter eminentiam loci, quia a remotis videri poterat; vel propter nomen quod loco illi impositum Abraham, sicut dicitur Gen. xxii, 4 : *Appellavitque nomen loci illius: In monte Dominus videbit.* Secundo ponitur ipsa comminatio; et circa hoc tria facit. Primo arguit culpam; secundo comminatur poenam, ibi, *Interfecti tui non interfici gladio:* tertio ostendit in ipsa poena, obstinationis pertinaciam, ibi, *Et congregasti aquas piscinæ inferioris.* Circa primum duo facit. Primo arguit peccatum duplex. Idolatriæ: *Quidnam tibi, quia ascendisti in tecta, ad sacrificandum idolis, et tu, quæ speciali actu sancti privilegii gaudebas?* Osca: iv, 15 : *Si fornicaris, Israel, non delinquat saltem Juda.* Et peccatum rixa: *Clamoris plena.* Supra v : *Expectavi ut faceret iwas, et fecit labruscas.* Secundo ad gravandum peccatum ponitur lgi beneficium duplex: scilicet multitudinis hominum, Urbs frequens, Thren. i, 2 : *Quomodo sedet sola civitas plena populo?* et plenitudinis gaudiorum, Civitas exultans, quoniam tempore Salomonis præ nimia prosperitate Psalm. xlvi, 3 : *Fundatur exultatione universæ terræ mons Sion. Interfecti tui non interfici gladio.* Hic ponitur poena: et primo et communatur hominum destructionem quantum ad obsessos qui mortui sunt fame: *Non interfici gladio, sed fame et siti.* Thren. iv, 9 : *Melius fuit occisis gladio quam interfictis fame.* Quantum ad fugitivos principes, scilicet qui comprehensi et ligati, sicut legitur Jer. ult.: *Cuncti principes. Turen. i, 6: Facti sunt principes ejus rebuli arietes non invenientes pascua.* Quantum ad comprehensos in captivitate, qui similiter captivati sunt: *Omnes qui invicti sunt, procul fugerunt, in longin-*

*quam terram, in captivitatem ducti. Dent. Deducet Dominus in gentem longinquam.* Secundo ponit prophetæ inconsolabilem compassionem: *Recedite, vos prophetæ consolantes, nolite incumbere, more consolantium.* Jer. ix, 1 : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, ut possim flere imperfectos populi mei?* Tertio ponit poena modum et ordinem: et circa hoc tria ponit. Primo Dei indignationem, *Dies interfectionis*, imminet. *Scrutans*, faciens scrutari ab hostibus, *magnificens*, faciens hostes magnificos: *in montibus enim et muris confidebant.* Soph. i, 12 : *In tempore illo scrutabor Jersalem in lucernis, et visitabo super viros desiros in fascibus suis.* Secundo ponit hostium superationem, *Et Aelam*, civitas Persidis, ex qua venerunt pugnatores cum Nabuchodonosor, qui et monachiam orientis tenebat. *Clypeus*, portatus contra Jersalem, *nudavit parietem*, ad quam suspensus erat ad ornatum dominus. Jer. xlvi, 3 : *Præparare scutum et clypeum.* Vel aliter. *Clypeus*, potentia Chaldaei, *nudavit parietem* templi auro quo vestiebatur. Tertio ponit damni illationem quantum ad quatuor. Primo quantum ad possessionum vastationem. *Eruunt electæ valles tux plena quadrigarum.* Babylonis, Jer. xlix, 4 : *Qui gloria is in vallibus? Desfluit vallis filia dilecta.* Secundo quantum ad civitatum captionem, *Equites in porta,* ne quis effugiat. Jer. xxxix, 3 : *Ingressi sunt omnes principes Babylonis, et sedevrunt in porta media.* Tertio quantum ad sanctorum profanationem: *Et revelabitur*, idest mandabitur, *operimentum*, idest sancta prius opera, que nulli nisi sacerdoti liebat videre. Thren. i, 8 : *Viderunt gentes ignominiam tuam.* Quarto quantum ad armamentarii destructionem, *Videbis armamentarium*, idest dominus saltus, in quo arma recondebantur, eversum: de ejus aedificia III Regnum vii. *Circutatis David, fortissima;* vel ipsa Jersalem cum forti muro in pluribus locis. Cant. iv, 4 : *Turris David solida est cum propaginulis.* Et *congregasti aquas piscinæ inferioris.* Hic ponit obsti-

† Al. : « quodammodo »

nationis pertinaciam : et primo arguit obstinationis culpam ; secundo ponit contra eos divinam sententiam, *Et revelata est*. Redarguit antem eorum pertinaciam quantum ad duo. Primo quantum ad divinum auxilium quod non invocabant, de suis viribus et ingenii confidentes : *Congregasti*; in unum locum intra civitatem per occultos meatus, *aquas piscinæ inferioris*, quæ habebat aquas de terra fluentes, quæ tamen ab hostibus prohiberi poterant. *Numerasti*, ut numero et mensura dispensaretur aqua; *dextrazistis domos*, quæ erant juxta murum, ut non impidirent defensores, *lacum*, piscinae inferioris, *fecistis*, fluere, *inter duos muros*, quibus cingebatur civitas, et *aquam instaurasti*, *cum*, scilicet Deum, *cum*, aquam. Ps. xiiii, 5 : *Deum non invocaverunt*. Secundo quantum ad divinum consilium, quod contempnabant. *Et vocabit*. Et circa hoc tria ponit. Primo ipsum consilium : *Ad fletum oculorum*, *ad planctum*, mannum, *ad calcitum*, secundum morem antiquorum, qui in tristitia opera haec faciebant. Joel. ii, 12 : *Convertimini ad me in toto corde vestro*, *in jejunio*, *fletu*, et *planctu*. Secundo ponit consilii contemptum, *Et ecce gaudioum*, Supra vi : *Cythara et lyra in convivis vestris*. Tertio contempnendi animum, *Comedamus*. I Corinth. xv. Sapient. ii, 5 : *Umbras transitus est tempus nostrum*. *Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum*. Ille ponitur sententia ; et potest legi ex persona Domini ; Haec blasphemia vestra *revelata*, idest ego audivi. *Si dimittetur* : quasi dicat, Non credatis Supra ii : *Ne ergo dimittas*. Vel ex persona prophetæ : Haec vox domini *revelata est*. Et haec omnia quæ dicta sunt pertinent ad captivitatem per Nabuchodonosor imperatorem facta. *Huc dicit Dominus Deus exercituum*. Ille ponitur comminatio contra illos ad quos pertinebat prælatio in spiritualibus : et primo contra sacerdotem qui tunc erat ; secundo contra totum sacerdotalem<sup>1</sup> ordinem, ibi *In die illa dicit Dominus exercituum*. Cirea primum duo facit. Primo prædict

illius depositionem, quia civitatem terore concensus tradidit Senacherib, idest inferiorem partem ; secundo alterius substitutionem, ibi, *Et erit in die illa, rocambo seruum meum Eliacim filium Heliæ*. Circa primum tria facit. Primo describit personam ex officio, *Qui habitat in tabernaculo*. Sacerdotum erat excubare in tabernaculo, ut habetur Num. i. *Præpositum*, snumnum super decem. Secundo arguit culpam triplicem : indignæ habitationis : *Quid tu hic facis in domo mea*, indignus tali habitatione ? Jerem. xi, 15 : *Quid est quod dilectus meus in domo mea facit seclera multa?* De se superbae presumptionis : *Aut quasi quis hic?* quasi dicat : *Æstimas te ac si esesses aliquius valoris, cum nihil sis*. Zach. xi, 18 : *O pastor, et idolum*. Curiosi sepulcri ædificationis : *Excidisti*, hic in Jerusalem juxta templum, *memoriale*, idest epitaphium, *in excelso*, idest in supremo situ<sup>2</sup> sepulcri ; vel ad litteram, in alto sepulcrum suum collocaverat ad memoriam suam, sicut habetur I Mach. xiii. Tertio comminatur pœnam triplicem, ibi, *Ecce Dominus asportari te faciet*. Primo captivitatis, *Sicut asportatur*, ligatus, et sine labore, *gallus gallinaceus*, qui pullos ad modum gallinae nutrit, castratus existens, qui capones dicuntur ; et *quasi amictum*, leviter super humerum levatus. Jerem. xx, 6 : *Tu Phassur, et omnes habitatores domus tuæ, ibiùs in captivitatem et in Babylonem venies, et ibi morieris, ibique sepelieris tu et omnes amici tui*. Secundo confusionis : *Coronans*,<sup>3</sup> idest, loco corona qua utebaris cultu pontificali, habebis tribulationem, *quasi pilam*, quæ non inventit altam stationem. *Curvus gloriae tuæ*, qua ferebaris gloriosus, in confusionem tuam conversus est. *Et ignominia domus Domini* ; idest, gloriam quam habuisti in domo Domini, vertetur tibi in ignominiam. Osæa iv, 7 : *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*. Tertio pœnam depositionis, *Et expellan*. III Regum ii, 27 : *Ejecit ergo Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini*. *Et erit in die illa*. Ille ponit alterius substitutionem ; et cir-

<sup>1</sup> Al. deest : « totum. »

<sup>2</sup> Al. : « situs. »

<sup>3</sup> Al. : « coronam. »

ea hoc tria ponit. Electionem, *Iuvocabo*, unum de vigintiquatuor, ut legitur I Par. xxv : I Reg. n. 35 : *Suscitabo mihi sacerdotem fidem*, qui juxta cor meum sit. Secundo ipsius consecrationem, *Et induam eum*; quia enim vestibus pontificibus consecrabantur, sicut patet Levit. xviii de vestibus istis, et Exod. xxviii. Tertio confert jurisdictionem. *Et potestatem*. Et primo quantum ad potestatem quam habebat in populo, ponens potestatem, *Et potestatem*, scilicet dabo. Psalm. cixii, 8 : *Fiant dies ejus pauci, et episcopatum ejus accipiat alter.* Et erit quasi pater. Jerem. m. 15 : *Dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientiam et doctrinam.* Secundo quantum ad potestatem quam habebat ad templum : *Et clavem, quae aurea erat, domus David*, id est templi, ad quod aedificandum David impensis preparavit, sicut patet I Paralip. in fine, *super humerum*, id est suam gubernationem : vel quia ea utebatur quasi quodam ornamento. Aperiet, quia sibi licitum erat intrare semel per annum in sancta sanctorum, ut dicitur Heb. ix. Tertio quantum ad potestatem quam habebat supra totum ordinem ministrantium : *Et figuram illius pavillum*, diminutivum de palo : sicut enim super palum aliquando suspenduntur diversa vasa; ita ad curam ipsius pertinebant diversa officia, quae habent usum diversorum vasorum in ministeriis domus Do-

mini : *in loco fidelium*, scilicet templo. De hac potestate dicitur Numer. iii et iv. *In die illa dicit Dominus exercituum.* Hie contra sacerdotium totum, quod destructum est tempore Sedecie captivante Nabuchodonosor. Quae enim dicta sunt de Sobia pertinent ad tempus Senacherib. *Anseretur parillus*<sup>1</sup>. Et vocatur hic pavillus ipsum sacerdotium, quod cessavit tempore captitatis. Oseea m. 4 : *Dies multos sedehunt filii Israel sine rege et sine principe, et sine sacrificio et sine altari sine ephod, et sine teraphim.*

Nota super illo verbo, *Qui habitat in tabernaculo*, quia est multiplex tabernaculum. Primum carnis concupiscentiae, quod est pororum. Heb. ult. 10 : *Habent altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviant.* Secundo est temporalis et naturalis vita, quod est hominis. II Pet. i. 14 : *Certus sum enim quod relax est depositum tabernaculi mei.* Tertium est militantis Ecclesiae, quod est pugnantium. Supra iv : *Tabernaculum erit in umbraculum diei ab astra.* Quartum est contemplativa sapientiae, quod est quiescentium. Ps. cxxxii, 7 : *Introibimus in tabernaculum ejus.* Quintum est carnis patrie, visionis aeternae, qua est omnium beatorum. Infra xxxii : *Oculi tui videbunt Jerusalem civitatem opulentam, tabernaculum quod nunquam transferri poterit.*

## C A P U T V I G E S I M U M T E R T I U M

**Onus Tyri.** Ululate naves maris, quia vastata est dominus unde venire consueverant : de terra Cethim revelationem est eis. Taete qui habitatis in insula, negotio Sidonis. Transfrentes mare, repleverunt te, in aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus ; et facta est negotiorum gentium. Erubescit Sidon, ut mare, fortulito mare dicens : Non parturiri, et non peperi, et non embravi juvenes, nec ad incrementum perdixi virgines. Cum audi- tum fuerit in Egypto, dolerunt eum audierint de Tyro. Transite maria, ululate qui habitatis in insula, Nunquid non haec vestra est, quae gloriosatur a diebus pristinis in antiquitate sua? Duerunt eam pedes sui longe ad peregrinandu. Quis cogitavit

hoc super Tyrum, quondam coronatum? Caput negotiorum principes, institoris ejus incolae terra domini exercitum cogitavit hoc, ut detraharet superbiam omnis gloria, et ad agnoscendum debet universo incolitas terrae. Tunc et terram tuam quasi flavorn, illa mare, non est circulum ultra tibi. Manuam tuam extendit super mare, conturbavit regna Domini mandavit aduersari. Charii, ut contereret fortis epi., et dixit : Non adspexi in te nisi glorias, ednamnam a linea, virgo filii Sodis in Cethim consummari fratret, ut queque non et frigores habeat. Tunc terra thalassia cum populo non fuit. A me fundavit eam. In capitulo traduxerunt rebato epos, nulloderunt do-

<sup>1</sup> Al. : « *pax illius.* »

mos ejus, posuerunt eum in ruinam. Ululate naves maris, quin devastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa, in obliuione eris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis unius. Post septuaginta annos erit Tyro quasi canticum metrictis. Sume tibi cytharam, circui civitatem, metricta obliuioni tradila. Bene can, frequenta canticum, ut memoria tua sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, et reducat eum ad merces suas; et rursum fornicabitur eum universis regnis terra super faciem terrae; et erunt negotiationes ejus, et merces ejus sanctificate Domini. Non condentur, neque repenteant, quia his qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitate, et vestiantur usque ad vetustatem.

In parte ista comminatur contra Tyrios, qui, populo Dei jungebantur mercationum societate: et dividitur in duas. Primo comminatur destructionem quae facta est a Nabuchodonosor; in secunda promittit liberationem, ibi, *Et erit post septuaginta annos*. Circa primum tria ponit. Primo compatientium tristitiam; secundo timentium fugam, ibi, *Transite maria*; tertio destructionis pomam, ibi, *Dominus mandavit adversus Chanaam, ut conteret fortes ejus*. Circa primum tria ponit. Primo dolorem mercatorum, ponens eorum planetum, *Ululate naves, scilicet Chartaginenses*. Apoc. xvii, 3: *Mercatores terre, de virtute divitiarum ejus divites facti sunt*. Et planetus motivum, *Vastata est domus*; idest Tyrus, unde venire consueverat, negotiatio. Et etiam cognoscendi modum, *De terra Cethim*, idest Gracia. I Mach.: *Egressus de terra Cethim*. Secundo ponit stuporem, *Tacete, adjungeus tria in quibus gloriabatur*: scilicet in immutacione<sup>1</sup> loci, *Qui habitat*. In multitudine mercionum, *Negotiatio*, idest in qua negotiantur, *Repleverunt*, divitiis in abundantia frumenti. *Semen Nili fluminis*, est messis, et fruges ejus, scilicet Tyri, quia de Aegypto veniebat eis multum de tritico. Et ideo facta est negotiatio gentium. Ezech. xxvii, 3: *Dives Tyro, qui habitat in introitu mari, negotiacioni populorum ad insulas multas etc.* Tertio ponit confusione vicinorum: et primo Sidoniorum, quorum Colonia Tyrus erat: *Mare, idest marini negotiatores, ait: O Sidon erubesce*, quia non defendisti Tyrum:

*quia fortitudo maris, idest Tyrus, est dicens: Non patrici, ad defensionem Tyri, Vel aliter. Sidon ait: O mare, fortitudo maris, idest terra, erubescet; idest, non valuit milii parturivisse, quia capta sum. Vel aliter. Mare, idest fortitudo maris, idest negotiatores qui fortes sunt in mari, ait: Erubescere Sidon, dicens, Non parturivi, ad defensionem Tyri. Vel aliter. Sidon, ait: Mare, fortitudo maris, idest Tyre, erubescet, tu Tyre, dicens quae sequuntur.<sup>2</sup> Vel Sidon dicens: Cum vox ex me geniti sitis, o Tyri<sup>3</sup> ita capti estis ac si non parturissetem. Secundo Aegyptiorum. Cum auditum fuerit in Aegypto, I Regum iii, 11: *Ecce ego faciam verbum in Israel, quod quicunque audierit, timuerint aures ejus. Transite maria*. Illic praedicit fugam timentium, quantum ad illos qui Nabuchodonosor impugnante civitatem, fugerunt in Aegyptum cum navibus: et primo hortatur ad fugam; secundo ad fugae constantiam vel festinationem, ibi, *Transi terram tuam*. Circa primum tria. Primo timentium fugam: *Transite, vos fugientes, ululate, remanentes*. Supra xvi: *Derelictas sunt propagines ejus, transierunt mare*. Secundo remanentium ignominiam, *Nunquid*. Et circa hoc duo facit. Primo praedicit ignominiam, commemorans primo pristinam gloriam. *Nunquid non haec vestra est, scilicet civitas? Ducent*, quantulum ad capitulos. Baruch. iv, 26: *Deliciati mei ambulabunt vias asperas*. Tertio admirationem, ponens primo admirantis quasitionem, *Quis cogitavit coronatam?* quasi regiam aliarum civitatum. Principes, prae nimis deliciis. Ezech. xxvi, 17: *Quomodo periisti quae habitas in mari, urbs inclita, quae fuisti foris in mari, cum habitatoribus tuis?* Et subiungit responsionem: *Dominus exercitum cogitavit hoc ut detraharet superbiam omnis gloriae*. Job xl, 6: *Disperge superbos in furore tuo, et respiciens omnem arrogantem humilia*. *Transi terram tuam*. Illic hortatur ad velociter fugiendum<sup>4</sup>: et primo ponit exhortationem, *Transi quasi fluvium, quod citio navigio transitur*. Jerem. xlvi, 19:*

<sup>1</sup> Al. : « in mutatione. »

<sup>2</sup> Al. : « sequentur. » — <sup>3</sup> Al. : « Tyre. »

<sup>4</sup> Al. omittitur : « ad. »

*Vasa transmigrationis fac tibi, habitatrix filia Aegypti.* Secundo assignat rationem ex parte ipsorum. *Non est cingulum ultra tibi, idest fortitudo.* Alter ex parte Dei : *Manum suam extendit super mare.* Supra xi : *Desolabit Dominus lingua maris Aegypti. Dominus mandavit adversus Chanaan.* Hic comminatur destructionem : et primo persecutionis flagellum ; secundo praedicit compassionis planctum, ibi, *Ululate naves maris;* tertio determinat destructionis tempus, ibi, *Et erit in die illa in obliuione cris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis miius.* Circa primum tria facit. Primo denuntiat divinam indignationem, ponens praeceptum ; *Mandavit, Nabuchodonosor, adversus Chanaan, in qua est Tyrus.* IV Reg. xviii, 25 : *Dominus dixit mihi : Ascende ad terram hanc, et demolire eam.* Et finem intentum : *Et dixit : Non adjicies ultra ut glorieis, calumniam sustinens, accusata de superbia.* Jer. ix, 23 : *Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec dives in divitiis suis.* Excludit etiam remedium : *In Cethim consurgens transfreta; ibi quoque non erit reguies tibi.* Dent. xxviii, 65 : *In gentibus quoque illis non quiesces, nec erit requies vestigio vedi tui.* Secundo ponit hostium fortitudinem : *Ecce<sup>2</sup> terra Chaldaeorum, talis populus non fuit, ante eos Assur, vel Nabuchodonosor, fundavit eum.* Dan. iv, 27 : *Nonne haec est Babylon quam adficiavi?* Tertio ponit destructionem quantum ad captivationem hominum : *In captivitatem transduxerunt robustos.* Supra v : *Descendent fortes ejus, et populus ejus, et sublimes glorioseque ejus ad eum.* Quantum ad destructionem domorum, *Suffoderunt, domos.* Supra xvi : *Erit sicut acervus lapidum in ruina, Ululate naves maris.* Hic ponit planctum. *Et erit, in die illa oblitione eris, o Tyre, septuaginta annis.* Hic determinat tempus. *Sicut dies regis miius,* qui raro etiam tantum vivit. Infra xlix : *Derelegit me Dominus, et Dominus oblitus est mei.* Post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis. Hic promittit liberationem : et primo ponit li-

beratorum cantum, poneas canendi tempus : *Post septuaginta annos quasi canticum meretricis,* quæ abjecta a vita, per cantilenas in quibus conmemorat pristinam dignitatem, se jactat, et cor movet aliorum ad misericordiam. Ponit etiam cantum quantum ad instrumentum, *Sime tibi cytharam;* quantum ad locum Circui civitatem ; quantum a modum, *Bene cane;* quantum ad numerum, *Frequenta.* Ponit etiam fructum Ut memoria tui sit. Jer. vi, 1 : *Vulgo dicitur : Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo, duxerit virum alterum;* nunquid revertetur ad eam ultra. Secundo promittit liberantis beneficium : *Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyram, et reduct eam ad merces suas ; et cursum fornicabitur, idest negotiabitur.* Jer. xxx, 19 : *Glorificabo eos, et non attenuabuntur.* Contra. Ezech. xxvii, 36 : *Ad nihilum deducta es, et non eris usque in perpetuum.* Glossa ibi : Idest in memoria, quæ est vita unius hominis, quod est per septuaginta annos. Psal. lxxxix, 10 : *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* Tertio ponit liberationis fructum, *Et erunt, infra lx : Aurum pro aere afferam, et pro ferro afferam argentum.*

Nola super illo verbo, *Sime cytharam,* quod per cytharam significatur recta. Primo quantum ad carnis mortificationem, proper chordarum materiam. Psalm. lxx, 22 : *Possella tibi in cythara, Sanctus Israel.* Secundo quantum ad virtutum connexionem, propter cautus concordantiam. Supra xvi : *Venter meus ad Moah quasi cythara sonabit.* Tertio quantum ad dulcedinem boni operis, propter audiens letitiam. Joh. xxi, 12 : *Tenent tympanum et cytharam, et quident<sup>3</sup> ad sonum organi.*

Item nola super illo verbo, *Circui civitatem,* quia debet homo circuire civitatem primo proprie conscientie, recognitando peccata. Ecol. xii, 6 : *Circuibant in plateis plangentes, antequam rumpatur funulus argenteus.* Secundo militantis Ecclesiæ, imitando justorum exempla. Psalm. xlvi, 13 : *Circuabat Sion, et*

<sup>1</sup> Al. : a adduces. <sup>2</sup> Al. : a grec. <sup>3</sup> Al.

a gaudebant.

*complectimur eam.* Tertio celestis patriæ, cogitando sanctorum præmia. Cant. iii, 2 : *Surgam, et circenib[us] civitatem.*

Item nota super illo verbo, *Bene cane*, quod debet homo bene canere : primo hilariter. Psal. cxlvii, 4 : *Deo nostra iaudatio.* Secundo attente. I Corinth. xv, 15 : *Psalmum spiritu, psallam et mente.* Tertio devote. II Paral. xxix, 31 : *Oblutus populus hostias et laudes mente devote.*

Item nota super illo verbo, *Frequenta*

*cauticum*, quod debet frequentari primo propter ipsius magnitudinem. Eccli. xiii, 32 : *Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit adhuc, et admirabilis magnificetia ejus.* Secundo propter bonorum interiorum multitudinem. Psalm. xcvi, 4 : *Cantate, exultate et psallite.* Tertio propter peccatorum abundantiam. Psalm. cxviii, 164 : *Septies in die laudem dixi tibi.... Domine Deus meus, ne perdas me.* Psalm. xxvii, 3 :

## C A P U T V I G E S I M U M Q U A R T U M

Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam et affliget faciem ejus, et disperget habitatores ejus. Et erit sicut populus sic sacerdos, et sicut servus sic dominus ejus, et sicut auxilla sic domina ejus : sicut emens sic ille qui vendit, sicut feuerator sic is qui mutuum accipit, sicut qui repetit sic qui debet. Dissipatione dissipabit terra, et direptione prædabitur : Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit et defluxit terra, et infirmata est ; defluxit orbis, et infirmata est altitude populi terre. Et terra interfecta est ab habitatoribus suis ; quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fodus semperium. Propter maledictio vorabit terra, et peccabunt habitatores ejus ; ideoque insanient cultores ejus, et relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingenuerunt omnes qui letabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum, quietus sonitus letantium, continevit dulcedo cythara. Cum cantio non libeat vinum, auara erit potio hibernibus illam. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introcute. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis letitia, translatum est gaudium terra. Relicta est in urbe solitudo, et calamitas opprimet portas : quia haec erunt in medio terræ, in medio populorum. Quonodo si pauce olive quæ remundaverint excentiantur ex olea, et racemum cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt, cum glorificari fuerit Dominus, hiennient de mari. Propter hoc in doctrina glorificare Dominum, in insulis mariis nomen Domini Dei Israel. A finibus terræ laudes audiimus, gloriam justi. Et dixi : Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vie mihi. Prævaricantes prævaricati sunt, et prævaricatione transgressorum prævaricati sunt. Formido et fovea et laqueus super te, qui habitator es terra. Et erit qui fugerit a facie formidinis, cadet in foveam ; et qui se explicaverit de fovea, tenetur laqueus : quia cataractæ de excelsis aperte sunt, et concatenat fundamenta terra. Contractione constringetur terra, confritione conteretur terra, commotione commovetur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrios, et auferetur quasi tabernaculum unius

noctis. Et gravabit eam iniqüitas sua, et corruet, et non adjiciet ut resurgat. Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam caeli in excelsis, et super Reges terræ qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregacione unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, et confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercitum in monte Sion et in Ierosalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

In parte ista comminatur destructionem totius terræ, vel quæ facta est in singulis regnis et diversis partibus, vel quæ futura est in die judicii, secundum quod supra xiv, est dictum : *Hoc est consilium quod cogitavi super omnem terram, et haec est manus<sup>1</sup> extenta super universas gentes :* quamvis quidam hic exponant de terra Iudeorum, vel de terra Babylonis, vel de terra Idumeorum. Dividitur autem in duas. Primo comminatur contra terræ habitatores; in secunda contra populorum gubernatores, ibi, *Et erit in die illa, visitavit Dominus super militiam caeli in excelsis.* Circa primum tria ponit. Primo destructionem hominum; secundo subtractionem gaudiorum, ibi, *Luxit vindemia, infirmata est vitis;* tertio multitudinem periculorum, ibi, *Prævaricantes prævaricanti sunt<sup>2</sup>.* Circa primum tria. Primo comminatur destructionem : *Nudabit,* evakuendo habitatoribus; *dissipabit,* privando cultoribus; *affliget,* diversis penis, faciem, idest habitautes in superficie; *dis-*

<sup>1</sup> Al. : « haec manus. »

<sup>2</sup> Al. : « prævaricatoros etc. »

*perget*, in diversa dividendo per captivitatem. Joel. i, 7 : *Nudans spoliavit eam, et proiecit*. Secundo destructionis universalitatem quantum ad punitos, adaequans differentes dignitate : *Sicut populus; conditione, sicut servus; rerum possessione, sicut emens*. Job. iii, 19 : *Parvus et magnus ibi sunt, et servus liber a Domino suo*. Quantum ad diversitatem pauperum, *Dissipatione*, ponens rerum amissionem; quantum ad immobilia, *dissipabitur*; quantum ad mobilia, *prædabitur*. Jerem. xi, 11 : *Desolatione desolata est omnis terra*. Quantum ad potentia deletionem, *Luxit et defluxit*, præteritum profuturo, idest defluet lugens pro infirmitate ; et hoc est, *Infirmata est* ; ut hoc dictum sit quantum ad populares. Secundo quantum ad potentes, *Defluxit orbis*; idest rectores orbis. Supra. xii : *Visitabo super orbis mala*. Ponit etiam hominum interfectionem, *Et terra imperfecta est ab habitatoribus suis*. Psal. cv, 38 : *Imperfecta est terra*. Tertio ostendit poenae aquitatem, quia transgressi sunt ; et hoc per comparationem ad culpam : unde duo facit. Primo ponit culpam : *Leges, scriptas vel naturales, jus, consuetudinis, fœdus, amicitiae, sempiternum*, quia ex similitudine specie causatum. Osee. viii, 1 : *Transgressi sunt fœdus meum, et legem meam prævaricati sunt*. Soph. iii, 4 : *Pollerunt sanctuarium meum, injuste egrediunt contra legem*. Secundo comminatur poenam propter hoc quadruplicem. Primo divina maledictionis, *Maledictio*. Jerem. xxiii, 10 : *A facie maledictionis turrit terra*, Secundo divinae desertionis, *Peccabunt* ; quasi dicat, Domino eos derelquentes. Rom. i, 26 : *Propterea tradidit' vos Deus in passiones ignominias*. Apoc. ult, 11 : *Qui in sorribus est, sordecat adhuc*. Tertio infatuationis, *Ideoque insanient*. Ps. 41 : *Conversi sunt in arcum prarum*. Quarto diminutionis. *Derelinquentur*. Dent. lxxvii, 57 : *Remanebit pauci numero*. *Luxit epidemia, infirmata est vita*. Ilic comminatur subtractionem gaudiorum quantum ad malos ; et secundo gaudia bonorum, ibi, *Quomodo si paucæ olive, quæ remanuerunt, excutiantur ex*

*olea*. Et circa primum tria. Primo ponit cessationem latitiae quæ ex tribus erat : vel in fertilitate rerum, *Luxit epidemia*, deficiens, idest causa luctus fuit : Supra. xvi : *In vicinis non exultabit, neque jubilabit*; vel in exercitio ludorum, *cessabit gaudium* : Apoc. xiv, 2 : *Vox cytharorum cytharizantium in cytharis suis* : vel in deliciis conviviorum : *Cum canticis non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam*. Supra. v : *Cythara et lyra et tympanum et tibia et vinum in conviviis vestris*. Secundo ponit recompensacionem tristitiae : *Amara*, quia in conviviis tristitiam habebunt<sup>1</sup>, contra delicias conviviorum. Amos. viii, 10 : *Convertam festivitates vestras in luctum*. Attrita, contra vanitatem ludorum. Ps. xxxviii, 6 : *Universa vanitas*. Eccl. i, 2 : *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas*. Civitas Babylonis, qualibet anima. *Clamor, conquerentium de defectu vini, contra fertilitatem*. Amos v, 16 : *In omnibus vineis erit planctus*. Tertio concludit commutacionem, *Deserta, commutata in tristitia*. Lue. vi, 25 : *Vae eobis qui ridetis, quia fibitis*. Ps. xiv, 13 : *Ritus dolore miscetur*. *Quomodo etc*. Ilic ponit gaudiis bonorum. Et primo prædictit laudem futurorum, quorum prædictit salutem : *Quomodo si paucæ* : panei salvabuntur respectu aliorum. Supra xv : *Relinquantur in ea sicut excusio olivæ, durarum aut trium olivarum*. Et ponit ipsorum laudem, *Hic laudabunt, hinunciant*, sicut equi ad significandum magnam latitiam. Infra in : *Vox speculatorum tuorum : levaverunt vocem, simul laudabunt*. Secundo indicit laudem præsentibus, ibi, *Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum*. Et primo ponit præceptum, *In doctrinis, idest docendo alios*. Alia translatio, *Laudationibus*. Eccl. xlii, 32 : *Glorificant Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit adhuc*<sup>2</sup>. Secundo designat præcepti expletum, *A fiibus terra. Justi, idest Christi*. Infra lxii : *Ecco Dominus auditus faciet in extremis terræ*. Tertio impluentum præmium, *Ei dixi, Secretum meum mihi, de præmiis eorum*. 1 Cor. ii, 9 : *Orebus non vidit, nec auris audivit, nec in cor homi-*

<sup>1</sup> Ad. : « habuerunt »

<sup>2</sup> Ad. : « ad hanc »

*nis ascendit, quæ preparavit Deus diligenteribus se. Mibi, soli. Vnde mibi, quia non possumus alii enarrare. II Cor. xii, 4 : Audirit arcana verba, quæ non licet homini loqui. De penis damnatorum. Vnde mibi, quanta penas video. Et sic tenet se cum parte sequenti. Prævaricantes prævaricati sunt. Hic comminatur multitudinem periculorum; et circa hoc duo facit. Primo arguit diversitatem peccatorum. Prævaricantes, omittendo, transgressi, committendo. Ps. cxviii, 119 : Prævaricantes reputari omnes peccatores terræ. Secundo comminatur multitudinem periculorum. Et primo ponit hanc multitudinem, i : *Formido*. Loquitur ad similitudinem eorum, qui præ timore insequentes fugiunt. Supra viii : *Cadent, et conteruntur, et irretinentur, et cripientur*. Secundo evadent impossibilitatem: *Et erit qui faverit*: quasi dicat: decidet in Scyllum, cripiens vitare Charibdim. Joel. i : *Residuum crux comedit bruchus*. Et assignat causam, quia de cœlo et de terra veniet eis tribulatio. Et hoc est *Cataracta*, idest occulti meatus per quos aqua transit. Genes. vii, 11 : *Cataractæ cœli apertæ sunt*. Tertio ostendit reparacionis impossibilitatem sub triplici similitudine; scilicet rei divisæ, qua non integratur, *Confractione*, quantum ad partes magnas, *contritione*, quantum ad parvas. Amos. ix, 8 : *Ecce oculi Domini super regnum peccans, et conteram illud a facie terræ*. Et per similitudinem rei commotæ, et quæ non stabilitur: *Commovetur*, de loco ad locum, agitatetur, quasi tremens in proprio loco, *sicut ebrius*. Et per similitudinem tentorii viatoris, quod in eodem loco non firmiter figitur, *Et quasi tabernaculum*. Infra. xxxviii : *Generatio mea ablata est, et convoluta est a me quasi tabernacula pastorum*. Et assignat causam: *Et aggravabit*, quasi pondus grave, ut non resurgat. Psalm. xxxvii, 5 : *Iniquitates meæ sicut onus grave gravatae sunt super me*. *Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam cœli in excelso*. Illic agitur contra populorum gubernatores: et circa hoc tria ponit. Primo ponit eorum peccatum, *In die illa, judicii, militiam*, idest damones, et super eosdem reges. Joan. xii, 31 : *Nunc Princeps hujus**

*mundi ejicietur foras*. Vel etiam malos reges. Congregabuntur, simul in infernum. Matth. xxv, 41 : *Qui paratus est diabolo et angelis ejus, Fasces*. Matth. xii, 30 : *Alligate ea in fasciculos ad comburendum*; ut sint similes in pena qui fuerint similes in culpa. *Vel in die illa, scilicet destructionis singulorum regnum, militiam*, idola scilicet solis et lunæ, et aliarum stellarum. IV Reg. xxi, 3 : *Adoravit omnem militiam cœli*. *Et congregabuntur, per destructionem*. Infra. xxxiv : *Tabescet omnis militia colorum*. Secundo determinat miseriam quantum ad tempus: *Et post multos dies visitabuntur*, quia post quantumlibet tempus tormentis punientur in eternum. Matth. xxv, 44 : *Ita maledicti in ignem eternum*. *Vel in die iudicii ut statim ad infernum peracto iudicio redantur*. *Vel secundum aliam expositionem, consolabuntur*, quia post tempestatem, omnibus aliquam tranquillitatem facit. Tertio punientis gloriam: et primi iudicis: *Et erubescet luna, et confundetur sol*; idest, splendor ejus nihil reputabitur comparatione splendoris corporis Christi. Joel. ii, 31 : *Sol converetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et terribilis*. *Vel cultores solis et lunæ*. Secundo assessorum, *Cum regnaverit... secundum*. Supra. iii : *Dominus ad iudicandum venit cum senatoribus terræ*.

*Nota* super illo verbo, *Amara potio*, quia potio peccati est amara primo propter conscientia remorsum. Proverb. v, 4 : *Novissima illius amara sunt*. Secundo propter mortis metum. Eccli. xli, 1 : *O mors, quam amara est memoria tua!* Tertio propter divinæ dulcedinis defectum. Jer. ii, 19 : *Scito, et vide, quia malum et amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum*. Quarto propter paenitentie planctum. Infra. xxxviii : *Recogitabo tibi omnes annos meos, in vanitatem animæ meæ*.

*Nota* super illo verbo, *Secretum*, quia Dei magnalia sunt secreta primo propter eorum magnitudinem. Matth. xix, 11 : *Non omnes capiunt verbum hoc*. Joan. iii, 11 : *Si terrena dixi vobis, et non creditis: quomodo si dixerim vobis caelestia, credetis?* Secundo propter eorum dignitatem. Matth.

iv, 11 : *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei; ceteris autem in parabolis. Tertio propter aliorum inidoneitatem<sup>1</sup>. Matth. vii, 6 : Nolite sanctum dare canibus.*

*Nota super illo verbo, Et erit in die illa, visitabit, quod est visitatio Domini multi-*

*plex. Prima condemnationis. Jerem. viii, 12 : In tempore visitationis sua corruebit. Secunda correptionis. Ps. lxxxviii, 33 : Visitabo in virga iniurias eorum. Tertia consolationis. Luc. i, 68 : Visitacit nos orientis ex alto.*

## C A P U T   V I G E S I M U M Q U I N T U M

*Domine, Deus meus es tu, et exaltabo te, et confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia posuisti civitatem in tumultu, urbem fortē in ruinam, dominum alienorum ut non sit civitas, et in sempiternum non adficietur. Super hoc laudabit te populus fortis; civitas gentium robustarum timet te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo ego in tribulatione sua, spes a turbine, umbraculum ab aëstu. Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut astus in sītū tumultū alienorum humiliabit, et quasi calore sub nube torrentis, propaginum fortium marcescere facies. Et facies Dominus exercitum omnibus populis in monte hoc convicium pinguium convicium, vindictam, convicium pinguium medullatorum, vindictam defaciebas. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, et telam quam orditis est super omnes nationes. Præcipitabit mortem in sempiternum. Et auferet Dominus Deus lacryman ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra; quia Dominus locutus est. El dicent in die illa : Ecce nos noster iste; expectavimus eum, et salvabit nos. Iste Dominus : sustinuimus eum, et exultabimus, et letabimur in salutari ejus: quia requiesceret manus Domini in monte isto. Et triturationis Moab sub eo, sicut teratur palea in planastro. Et extendet manus suas sub eo, sicut extenxit natans ad natandum; et humiliabit gloriam ejus cum ullisione manum ejus. Et inimicorum solidum murorum tuorum concident, et humiliabuntur, et detrahentur in terram usque ad polvorem.*

*Hic ponitur gratiarum actio: et primo de populi exaltatione; secundo de ipsius iustificatione: cap. xxvi: In die illa etc. tertio de paterna correptione: cap. xxviii: In die illa. Prima in duas. In prima ponitur gratiarum actio: Exaltabo te, id est in aliis alte te predicabo, confitebor, in me ipso gratias agendo. Psalm. ix, 2: Confitebor tibi, Domine in toto corde meo. Secundo ponitur natura gratiarum actionis, Quoniam fecisti. Et primo in generali quantum ad magnitudinem factorum,*

*Mirabilia. Job. v, 9: Qui facit magna et incurvabilia. Quantum ad impletionem promissionum, Fideles. Eccl. xxxvi, 18: Da mercedem, Domine in timentibus te, ut prophetæ tui fideles inveneriantur. Amen, id est vere. Secundo in speciali, ibi, Quia posuisti civitatem in tumultu.<sup>2</sup> El primo opera quae pertinent ad depressionem malorum; secundo quae pertinent ad exaltationem<sup>3</sup> bonorum, ibi, Et faciet Dominus exercitum omnibus populis in monte hoc convicium pinguium. Circa primum tria. Primo comminatur pena flagellum; secundo pena frumentum ibi, Super hoc laudabit te populus fortis; tertio punitionis modum, ibi. Sicut astus in siti. Dicit ergo primo, Civitatem, Jerusalem; alienorum, a Deo scilicet Iudaorum; in sempiternum non adficietur: quia nec in eodem postea loco construxerat est. Supra xvi: Ecce Damasus designat civitas esse. Mich. iii, 12: Sicut quasi ager arabitur, et Jerusalem quasi arvensis lapidum erit<sup>4</sup>. Vel de Babylonie, sive de qualibet alia civitate gentilium eis adversantium. Super hoc laudabit te populus fortis. Hic ponit tructum in subjectione hominum ad Deum. Et primo ponit duo signa subjectionis. Primo laudem, Laudabit fortis, quantumcumque tibi subiectus: vel populus gentilis fortis in passionibus. Secundo timorem. Timet te, quemcumque civitas. Infra, ix, Fortitudo gentium reverit tibi. Secundo assignat rationem, quam primo ponit: Quia factus es fortitudo pauperi, qui parum habet, etsi sufficiens sibi, regno, qui eget,*

<sup>1</sup> Al. : « idoneitatem. »

<sup>2</sup> Al. : « tumultu. » — <sup>3</sup> Al. : « exaltationem. »

<sup>4</sup> Al. — Mich. iii — Sicut quasi ager, et cetera, neque ad perpetuum, \*

Psal. xcmi, 22 : *Factus est mihi Dominus in refugium, et Deus mens in adjutorium spes mea.* Secundo ponit similitudinem, *Spes, defensionis, a turbine, propter viuentiam persequentis, unbraculum, consolationis, ab astu, propter afflictionem persecutionis.* Infra xxxii : *Erid vir sicut qui absconditur a vento et celat se a tempestate.* Tertio ponit expositionem. *Spiritus, idest indignatio et superbia.* Supra xxi : *Sicut turbines ab africo veniunt, de deserto venit de terra horribili. Sicut astas in siti.* Ille ponit punitionis modum quantum ad afflictionem, *Sicut astas in siti, affligit. Tumultum, superbam clamorem, quantum ad sterilitatem.* Et quasi calore sub nube, adnuata ex vento australi, qua<sup>1</sup> etiam quandoque propter nimium calorem, fructus vitiis destruuntur<sup>2</sup>. Jac. i, 11 : *Ecce uestis est sol cum ardore, et aro fecit fenum, et flos ejus decidit.* Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguum. Ille ponit ea quae pertinent ad exaltationem honorum : et hoc tripliciter. Primo quantum ad abundantiam honoris, quam describit sub metaphora. *Convivium, quod paratur de animalibus pinguis, et vino depurato, in monte hoc, quia ibi Christus passus est, unde nobis omnia bona provenerunt ; vel quia ibi judicabit<sup>3</sup> ut dicitur Matth. xxii, 4 : Ecce prandium meum paravi, tauri mei et altilia sunt occisa.* Secundo quantum ab subtractionem malorum. *Et præcipitabit, quantum ad mortis peccatum, quam nominat vinculum, in quantum justa Dei sententia ordinata est.* I Corinth. xv, 54 : *Absorpta est mors in victoria.* Osee. xiii, 14 : *Ero mors tua, o mors ; morsus tuus ero, inferne.* Doloris tristitiam, *Et auferet.* Apocalyps. xxi, 4 : *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sonctorum.* Confusio- nis ignominiam : *Et opprobrium.* Supra v : *Auferam sepem ejus, et erit in direptionem.* Quidam referunt hoc ad judicium præstitum in morte Iolofernisi, qui contra omnes gentes veniebat : et similiter de convivio. Et ponit gratiarum actionem. *Et dicent, Sustinuimus, patienter expec-*

*tando.* Ecel. ii, 7 : *Metuentes Dominum sustinetis misericordiam ejus.*

Et ponit rationem, *Quia requiescat, cum quo nihil malum potest esse.* Psal. cxxxii, 14 : *Hæc requies mea in saeculum saeculi.* Tertio quantum ad hostium oppressio- nem, scilicet Moabitum, qui propter somnum maxime eis infesti erant. Et pri- mo ponit eorum afflictionem, *Triturabitur.* Amos i, 3 : *Trituraverunt in plastris ferreis Galaud.* Secundo plenariam subjec- tionem, *Extendet manus, quasi prostra- tus, et petens misericordiam vel auxilium.* Infra xlvi : *Vultu in terra demissio adorabunt te.* Et munitionum destructionem, *Et munimenta, de quibus habetur su- pra.*

Nota super illo verbo, *Confitebor no- minu*, quia est multiplex confessio. Prima humiliatis. Jac. ult, 16 : *Confitemini alterum peccata vestra.* Secunda veritatis. Rom. x, 10 : *Corde creditur ad justitiam : ore autem confessio fit ad salutem.* Tertia laudis. Psal. xxxii, 2 : *Confitemini Domi- no in cithara.* Quarta gratiarum actionis. Supra xii : *Confitebor tibi Domine, quo- niā iratus es mihi : conversus est furor tuus, et consolatus es me.*

Item nota super illo, *Amen*, quia Amen est Hebreorum : et quandoque est ver- bum, idest fiat. Deut. xxvii, 15 : *Et dicet omnis populus, amen.* Quandoque adver- bium, idest vere. Joan. vi, 32 : *Amen amen dico vobis.* Quandoque nomen, idest veritas. Apoc. iii, 14 : *Hæc dicit Amen.* quandoque est græcum, idest sine defectu, ab a, quod est sine, et men, quod est defectus. Rom. ix, 5 : *Qui est Deus bene- dictus in saecula, amen.*

Nota super illo verbo, *Convivium pin- guum*, quia est *triplex convivium*. Pri- mum familiare militantis Ecclesiæ : in quo proponit tria. Primo amaritudinem pas- sionis. Exod. xi, 8 : *Comeditis illud cum lactucis agrestibus.* I Cor. xi, 26 : *Quo- tiescumque manducabis panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntia- bitis donec veniat.* Secundo dulcedinem dilectionis. Sap. xvi, 20 : *Panem de calo- præstítisti eis sine labore, omne delectu-*

<sup>1</sup> Al. : « quæ. » — <sup>2</sup> Al. : « destruunt. »

<sup>3</sup> Al. deest : « sibi. »

*mentum in se habentem, et omnis saporis suavitatem. Tertio piuguedinem, quantum ad effectum. Psal. xxii, 5 : Impinguasti in olio caput meum. Secundum est convivium privatum animæ : in quo proponit tria. Primo vinum amoris. Can. i, 4 : Meliora sunt ubera tua vino. Secundo mel contemplationis. Psal. cxviii, 103 : Quam dulcior saucibus meis eloquia tua! Super mel ori meo. Tertio lac depurationis ad crescentium in perfectum. II Pet.*

*2 : Rationabiles sine dolo, lac concupiscite. Tertium est convivium solemne co-lestis curiae : in quo proponit tria. Primo vinum ad ebrietatem. Can. v, 1 : Comedite amici, et bibite et inebriamini carissimi. Secundo mel ad salictatem. Psal. xvi, 13 : Satiaror cum apparuerit gloria tua. Tertio lac ad perfectionem cordis et animæ. Cant. v, 12 : Oculi tui sicut columbae super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ.*

## CAPUT VIGESIMUM SEXTUM

In die illa cantabuntur canticum istud in terra Iuda fortitudinis nostræ Sion, salvator ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodientes veritatem. Vetus error abiit : servabis pacem, pacem quin in te speravimus. Sperastis in Domino in seculis aeternis, in Domino Deo fortis in perpetuum. Quia innervabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulvrem. Concubilat eam pes, pes pauperis, gressus egenorum. Senuita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum. Et in seunita judiciorum tuorum, Domine, sustinuimus te : nomen tuum et memoria tuum in desiderio animæ. Anima mea desideravit te in nocte ; sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris iudicia tua in terra, justitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, et non disced justitiam. In terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini. Domine, exaltetur manus tua, ut non videant; videant, et confundantur zelantes populi ; et ignis hostes tuos devoret. Domine, dabis pacem nobis : omnia enim opera nostra operatus es nobis. Domine Deus noster, possederunt nos donitui absque te ; tautum in te recordemur nominis tui. Morientes non vivant, gigantes non resurgent. Propterea visitasti, et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum. Indulsi genti, Domine, indulsi genti. Numquid glorificatus es? Elongasti omnes terminos terræ. Domine, in ananstia requisierunt te, in tribulatione murmuris, doctrina tua eis. Sicut que concepit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua, Domine, concepiimus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum salutis. Justitiam non fecimus in terra, ideo non occiderunt habitatores terre. Vivent mortui tui, interficiuti mei resurgent. Expercisciunt, et lundate qui habitatis in pulvere : quia rota lucis ros tuus, et terram gigantum detrahes in ruinam. Vide populus meus, intra in cubiculo tua, clande ostia tua super te. Abscondere modicum ad momentum, donec pertransiret indignatio. Ecce enim Dominus ergredietur de loco, ut visiter inquietat habitatores terre contra eum, et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos.

In parte ista gratias agit de populi justificatione ; et dividitur in duas. In prima prædictit justorum statum ; in secunda ostendit justitiae fructum, ibi, *Vetus error abiit*. Circa primum duo. Primo enim prædictit justorum fiduciam, *In die illa*, post redditum de captivitate, et afflictionem Moabitarum a Machabaeis ; vel post Christi adventum. *O Sion, salvator, Christus, vel Judas Machabaeus, est, urbs fortitudinis in ea, scilicet protectione ; ponetur murus et antemurale*, Christi tantum. Ad litteram, tempore Machabaeorum, murus, idest defendens. Vel *murus, Christus, antemurale*, scilicet prophete. Vel alter *Sion* est urbs, *salvator* Deus, vel Christus, vel Judas Machabaeus. *Murus, idest defendens sicut murus*. Proverb. xviii, 10 : *Turris fortissima nomen Domini*. Zach. ii, 5 : *Ego eis, ait Dominus, murus ignis in circuitu*. Secundo Dominus prædictit eorum justitiam, dicens ad Angelos, *Aperite portas, ecoli vel virtutis, clausas peccatis* : vel, ad litteram, non oportet vos claudere portas propter infideles, quia omnes erunt justi. Psal. cxvii, 20 : *Hoc porta Domini ; justi intrabunt in eam* : *Vetus error abiit*. Ille ponit justitiae fructum, scilicet pacem ; de qua primo ponitur populi petitio, quæ tria continet. Ponitur enim idoneitas peccantium, *Vetus error*, scilicet idolatriæ : II Cor. v, 17 : *Vetera transierunt*. Postulatur pacis beneficium, *Servabis pacem*, corporis et animæ. Infra xxxii : *Scedebit*

*populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis justitiae et in rebus opulentioribus.* Allegator pacis meritum : *Quia in te speravimus.* Eccli. ii, 11 : *'Quis speravit in Domino, et confusus est ?* Secundo ponitur prophetae responsio, qui est mediator inter populum et Deum, *Sperastis.* Et dividitur in tres. In prima ponitur pacis promissio ; in secunda pacis imperatio, ibi, *Semita justi recta est;* in tertia imperatio pacis denuntiatio, ibi, *Justitiam discent habitatores orbis,* Circa primum tria. Primo concedit meritum : *Sperastis in Domino in saeculis aeternis,* idest semper. Psal. xxvii, 7 : *In ipso speravit cor meum, et adiutor sum.* Secundo adhibet consilium, *in Domino Deo, supple, sperate.* Matth. x, 22 : *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Tertio promittit pacis beneficium, pro destructione hostium : *Quis incurrabit habitantes.* *Judei* referunt ad Romanos. Potest autem referri ad quoslibet ipsorum hostium. Vel mystice ad ipsos Judeos. Supra xxv : *Munimenta sublimium murorum tuorum corrident.* Et adjungit destruentium conditionem : *Conculcabit eam pes pauperis.* Judaei, qui parum habent; egenorum, qui egerint plura habere. Vel si mystice, ponit meritum destructionis Iudaeorum propter pauperem Christum, de quo in Psal. lxix, 6 : *Ego autem egenus sum et pauper.* Et alibi. lxviii, 30 : *Ego sum pauper et dolens.* *Egenorum, discipulorum, Semita justi recta est.* Hie ponitur quasi disceptatio prophetae cum Domino, ad impetrandam petitionem populi : et primo inducit ad puniendum hostes per argumenta ; secundo per experimenta, ibi, *Indulsisti, genti, Domine.* Circa primum duo facit. Primo inducit ut puniat ; secundo ut in pena detineat, ibi, *Morientes non vivant.* Circa primum tria. Primo inducit ad justitiam ; secundo excludit misericordiam, ibi, *Misereamur impio;* tertio determinat penam, ibi, *Et non videbit gloriam Domini.* Provocat autem ad justitiam, tria imponens. Primo justitiae recitudinem, ibi, *Semista justi, idest justitia.* Sap. x, 10 : *Justum deduxit Dominus per vias*

*rectas.* Secundo afflictorum expectationem, proponens tria : scilicet ipsam expectationem, *In semita,* idest per portam judiciorum tuorum, quibus nos vindicias et liberas. Psal. cxviii, 93 : *In internum noui obliviscar justificationes tuas, quia in ipsis vivificasti me.* Expectantium desiderium, *Nomen tuum.* Jer. xxiii, 6 : *Hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster.* Desiderii assiditatem : *Quia die et nocte, idest omni tempore, vel in prosperis et adversis, anima mea.* Cant. iii, 1 : *In lectulo meo quiesivi quem diligit anima mea.* Psal. lxii, 2 : *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo.* Tertio proponit justitiae utilitatem, *Cum fecerit iudicia.* Psal. 9 : *Cognoscetur Dominus iudicia faciens<sup>1</sup>.* Misericordia impio. Ille excludit misericordiam ; et circa hoc dno facit. Primo Dominus interroganti proponit misericordiam, *Misereamur.* Psalm. cxviii, 64 : *Misericordia Domini plena est terra.* Secundo propheta excludit ipsam, propter ejus inutilitatem, *Et non discesset.* Eccl. viii, 11 : *Quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Eccl. xxx, 8 : *Equis indomitus evadet durus, et filius remissus evadet praeceps.* Et propter peccati gravitatem, propter sacri loci profanationem, *In terra sanctorum.* Psalm. lxxviii : *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* Jerem. xi, 15 : *Quid est quod dilectus meus in domo mea facit sclera multa ?* Et non videbit gloriam Domini. Ille ponit disceptatio de pena determinanda : et primo Dominus interrogat, *Et non videbit ;* quasi dicat : Numquid debeo hanc penam sibi dare quod non videat ? Vel remissive, Et sufficit hoc ad penam. Secundo propheta respondet : *Domine exaltetur.* Tertio Dominus penam determinat spiritualem : *Videant et confundantur.* Apocal. i, 7 : *Videbit eum omnis oculus, in gloria humanitatis, non divinitatis ; et corporalem.* Apocal. xix, 20 : *Missi sunt in stagnum ignis.* Quarto propheta congregaudens consentit, proponens duo bona consequentia ex dieta pena :

<sup>1</sup> Al. : « justitiam facientibus. »

scilicet pacem populi. Ergo, *Domine, hoc facto, dabis pacem*; et hoc de te speravimus<sup>1</sup>; omnia enim. Phil. ii, 13 : *Deus est qui operatur in nobis velle et perficeret: operatus es, opera, idest penas, quibus sufficienter nos purgasti.* Infra xl : *Suscepit de manu Domini duplicita.* Secundo laudem Dei : *Domine Deus posse derunt;* et ideo laudi tuae vacare non potuimus. *Tantum in te, noui habentes alium Deum cui soli vacemus.* Thren. ult, 8 : *Servi dominati sunt nostri.*

Nota super illo verbo, Urbs fortitudinis, quod Christus est urbs fortitudinis nostra; quia nos confirmat primo in fide. I Cor. iii, 11 : *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Secundo in spe. Heb. vi, 18 : *Fortissimum solatium habemus qui confugimus ad tentandam propositam spem.* Tertio in caritate. Eph. iii, 17 : *In caritate radicati et fundati.* Luc. xii, 49 : *Ignem veni mittere in terram; et quid volo nisi ut ardeat?* Quarto in opere. Phil. ii, 13 : *Deus est qui operatur in nobis velle et perficeret pro bona voluntate.* Quinto in tentatione. I Cor. x, 13 : *Fidelis Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis.* Sexto in accusatione. I Joan. ii, 1 : *Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum.* Septimo in remuneratione. Apocal. iii, 12 : *Faciam illum columnam in templo Dei mei.*

Item nota super illo verbo, Aperite, quod aperi dehemos portas per meditationem primo infernalis miseriae, infra xxxviii : *Vadam ad portas inferi.* Secundo justæ vita. Prov. ult, 31. *Laudent eam in partis opera ejus.* Tertio celestis gloriae. Psalm. cxlvii, 13 : *Confortavit seras portarum tuarum.*

Item nota super illo verbo<sup>2</sup> Pacem, quod tria sunt que faciunt pacem in praesenti. Primo contemptus temporalis opulentie. Infra lxvi : *Cor impium quasi mare ferrus, quid quiescere non potest.* Secundo subjugatio carnalis concupiscentia. Ecli. xliiv, 6 : *Pacificantes in dominibus suis.* Tertio contemplatio divinae sa-

pientiae. Psalm. lxxxv, 3 : *In pace factus est locus ejus, et habitatio ejus in Sion.*

Item nota super illo verbo, *Semita justi*, quod est via justitie recta primo propter itineris brevitatem. Sap. v, 7 : *Ambulavimus vias difficiles.* Secundo propter situs aequalitatem: quia rectum est illud cuius medium non discrepat ab extremis. Joan. xiii, 3 : *Sciens quia a Deo exiit, et ad Deum vadit.* Tertio propter pulchritudinem. Jer. xxxi, 23 : *Benedic tibi Dominus, pulchritudo justitiae, mons sanctus.*

Item nota super illo verbo, *Pacem,* quod tria sunt que faciunt pacem in futuro. Primo bonorum libertatis. Psal. cxlvii, 14 : *Posuit fines tuos pacem.* Secundo malorum securitas. Infra xxxxi : *Sedebit populus meus in tabernacula fiduciae.* Tertio immobilitas. Psal. iv, 9 : *In pace in idipsum dormiam et requiescam.*

*Morientes non vicant.* Ille petit ne putinitos ulterius a pena liberet. Et primo ponit<sup>3</sup> petitionem: *Morientes peccatores non vivant, vita gratia;* ubi peniteant. *Gigantes,* de sua potentia gloriaentes, non resurgent, ad gloriam. Psal. i, 5 : *Non resurgent impi in judicio, neque peccatores in concilio iustorum.* Ecli. xvi, 8 : *Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui gigantes.* Vel petit ut hostes eorum decepti, ulterius non resurgent ad potentiam. Secundo ponit exauditionem: *Propterea.* Psal. ix, 7 : *Percat memoria eorum cum sonitu.* Jerem. viii, 12 : *In tempore visitationis sue corruent.* *Indulsisti genti, Domine.* Ille inducit Deum ad justitiae opus per experimentum inutilitatis misericordiae: tum quantum ad remissionem penarum, *Indulsisti;* tum quantum ad multiplicationem honorum, *Elongasti.* Jer. v, 27 : *Magnificati sunt et ditati, et incrassati sunt et impinguati, et præterierunt sermones meos pessime.* Prov. i, 32 : *Prosperitas stultorum perdet eos.* Secundo utilitatem vindicantis justitiae, *Domine in angustia.* Osee vi, 1 : *In tribulatione sua mane consurgent ad me.*

<sup>1</sup> Al. : « speramus. »

<sup>2</sup> Al. : « isto. » — <sup>3</sup> Al. : « petit. »

<sup>1</sup> Al. : « gloria. » — <sup>2</sup> Al. : « confitio. »

<sup>3</sup> Al. : « in utilitatem. »

Jer. ii, 27 : *In tempore afflictionis dicent :* *Surge, et Libera nos. Sicut quæ concepit,* rurum appropinquaverit ad partum dolens clamat in doloribus suis ; sic facti sumus. Hic probat idem per experimentum in Iudeis. Et primo ponit tribulationis flagellum, *Sicut quæ concepit.* Joan. xvi, 21 : *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Psal. xlvii, 7 : *ibi dolores ut parturientis.* Secundo emendationis fructum, *A facie tua.* Hebr. xi, 14 : *Omnis quidem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudium, sed mororis ; postea autem fructum pacatissimum exercitatio per eam reddit justitiae. Justitiam non fecimus in terra.* Ille denuntiat impetratam pacem : et circa hoc tria facit. Primo ostenditur ratio dilatiorum, *Justitiam non fecimus,* ut alludat ei quod dicitur Deut. xxviii, 7 : *Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt adversus te, corruentes in conspectu tuo.* Secundo ponitur promissio restitutionis populi per resurrectionem, sive corporalem in die novissimo, sive a miseria captivitatis. Unde promittitur resurrectio. *Vivens mortui.* Ezech. xxxvii, 9 : *Vaticinare ad spiritum, vaticinare,*

*fili hominis etc.* Indicitur resurgentibus gratiarum actio, *Expergescimini.* Dan. xii, 2 : *Multi ex his qui dormiant in pulvere terræ vigilabunt.* Et assignatur resurrectionis causa, vel ratio : *Quia ros lucis,* scilicet divina benignitas. Tertio ostenditur hostium destruacio, *Terra gigantum,* idest superborum et potentium. Supra xvii : *Erit quasi acervus lapidum in ruina.* Secundo ponit populi Dei<sup>1</sup> immunitatem, *Vade populus meus. Cubicula, sepultra :* vel ad litteram, munitioes in quibus interdum se caute custodiunt. Infra lxi : *In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te ; et misericordia semperna misertus sum tui.* Apocal. : *Dictum est illis, ut quiescant adhuc modicum, donec completeretur numerus fratrum suorum.* Tertio ponit destructionis ordinem, quia per judicium : unde ponit judicis adventum, *Ecce enim Dominus. Michææ 1, 3 : Ecce Dominus egredietur, et omnes Angeli ejus cum eo.* Et maturationis terminum, *Et revelabit terra sanguinem.* Job. xvi, 19 : *Terra ne operias sanguinem meum, neque inveniat in te locum latendi clamor meus.*

## CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM

In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro et grandi et forti, super Leviathan serpenteum vocatum, super Leviathan serpenteum tortuosum, et occidet cœtum qui in mari est. In die illa vinea meri cantabit ei. Ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei, ne forte visitetur contra eam. Nocte et die servo eam ; indignatio non est milii. Quis dabit me spinam et veprem ? In prælia gradia super eam, succedam eam pariter. An potius tenebo fortitudinem meam ? Faciet pacem milii ; pacem faciet milii. Qui egredientur impetu a Jacob, florebunt et germinabit Israel, et impliebunt faciem orbis semiæ. Numquid juxta plagam percutientis se percussit eum ; aut siue occidit interfectos ejus sic occisus est ? In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabit eam : meditatus est in spirito suo duro per diem astus. Idcirco super hoc dimittetur iniurias domini Jacob, et iste omnis fructus ut auferatur peccatum ejus. Cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci et delubra. Civitas enim munita desolata erit, spatiose relinquetur et dimittetur quasi desertum. Ibi pasce-

tur vitulus, et ibi accubabit, et consumet summitates ejus. In siccitate messis illius conterentur mulieres veientes, et docentes eam. Nou est enim populus sapiens ; propterea non miserebitur ejus qui fecit eum, et qui formavit eum non parcer ei. El erit in die illa, percutiet Dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Ægypti ; et vos congregabimini unus et unus filii Israel. El erit in die illa, clangetur in tuba magna, et venient qui perdit fueraut de loco Assyriorum, et qui ejecti erant de terra Ægypti ; et adorabunt Dominum in monte sancto, in Jerusalem.

In parte ista commemorat divinam et paternam correctionem : et primo flagellis alienis ; secundo flagellis propriis, ibi, *In die illa percutiet Dominus.* Unde dicitur Sapien. xi, 11 : *Nos quidem tamquam pater monens probasti.* Circa primum ponit flagellum Babylonis. *Gladio,* scilicet

<sup>1</sup> Al. omissetur : « ponit. »

vindita, *Leviathan*, scilicet Nabuchodono-sor, propter additiones regnum quæ sibi subjugaverat, *serpentem*, propter virulentam tyrannidem, *vectem*, propter populorum correctionem a Deo. Supra x : *Vx Assur, virga furoris mei. In die illa visitabit Dominus in gladio suo. Ilic ponitur correctio per propria flagella.* Unde primo prosequitur castigationem; secundo consolationem, ibi. *Et erit in die illa, clangetur in tuba magna.* Cirea primum duo facit. Primo predicit castigatio; secundo modus inquiritur, ibi, *Indignatio non est mihi.* Cirea primum tria. Primo predicit doloris canticum, *Vinea*, quondam in prophetis et patriarchis, vini meri. Supra v : *Vinea Domini sabaoth, dominus Israel est.* Secundo ponit punientis propositionem : *Ego Dominus, qui servo eum.* Infra li : *Bibisti de manu Domini calicem ire ejus.* Tertio ponit beneficium, cui ingrati fuerunt : *Ne forte visitetur.* Sapien. xvi, 42 : *Sermo tuus, Domine, qui sanat omnia. Indignatio non est mihi.* Hic inquiritur punitionis modulus et primo ponitur judicis deliberatio; secundo deliberati executio, ibi, *Civitas enim munita desoluta erit.* Cirea primum tria. Primo proponit severum judicium, proponens saevientis iram, *Indignatio non est mihi;* quasi dicat : Immo juste indignor, quia beneficiis ingrati sunt. Infra li : *Pleni iudicatione Domini.* Et ex ira determinat ansteram penam : *Quis dabit mihi spinam et veprem?* quantum ad precedentes angustias communiqueret in ipsis ad invicem exortas. Supra v : *Ascendent super eam vepres et spinæ.* In prælio, quantum ad impugnationem hostium. Jerem. xxi, 5 : *Debellabo ego vos in manu extenta et in brachio fortis, et in furore et in iudicatione et in ira grandi;* et percutientes habitatores civitatis hujus. *Succendam,* quantum ad destructionem domorum et civitatum. Jerem. xxi, 42 : *Egredietur ut ignis indignatio mea.* Secundo ponit sententia temperamenti : *An potius tenebo?* quasi dicat : Retinebo iram meam per oppositum. Jerem. xxx, 24 : *non avertet iram iudicationis Dominus donec faciat, et compleat cogitationem cordis sui.* Et ponit temperamenti fructum quantum ad bonos, quem quilibet

faciet. In comparatione ad Deum, *Faciet pacem;* quasi dicat : Pacificabit me bonis operibus. Infra xxxii : *Erit opus justitiae et pax.* In comparatione ad seipsum, *Floredit, fide, vel bono proposito: germinabit, operis consummatione.* Infra xxxv : *Floredit Jerusalēm quasi liliū.* Et in comparatione ad proximum, *Implebunt faciem orbis semine, qui ingredientur, scilicet Apostoli.* Supra ii : *De Sion exhibet lex, et verbum Domini de Jerusalem.* Psalm. xviii, 5 : *In omnem terram erivit sonus eorum, et in fines orbis terra verba eorum.* Ponit etiam penæ supplementum quantum ad ingratos. *Numquid iuxta? in quo improperat temperata pena beneficium.* Psal. ci, 10 : *Non secundum peccata nostra facies nobis.* In mensura in quo comminatur ad aquatum judicium, *Cum abjecta, a cultu Dei per infidelitatem non credentes Christo.* Dout. xxv, 2 : *\*Secundum mensuram peccati sic erit et plagarum modus. Meditatus:* in quo ostendit sententia firmamentum. *Duro,* quia non placabitur. Supra ii : *Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus ejus est.* Tertio explicat motivum ad temporandum ne tune omnino destrueret, quia scilicet ex illa gente Christus et Apostoli descendere adhuc debebant, per quorum prædicationem, idolorum cultus derelinquendus erat. Et hoc est quod dicit, *Cum posuerit.* Supra xvi : *Inclinabitur homo ad factorem suum; et oculi ejus ad sanctum Israel respicient.* Civitas, scilicet Jerusalem. Thren. i, 1 : *Quomodo sedet sola civitas plena populo?* Quantum ad hostium potestatem, *ibi pascetur,* quasi sine timore requiescat, *vitalis,* hostium exercitus : *summitates, metaphorice, idest spicas,* per quas significantur principes. Supra xiii : *Requiescent ibi bestiae.* Vel ad litteram, ut sit desolationis signum. I Mach. iv, 38 : *Viderunt pastophoria diruta.* Et hominum destructionem, *In sicitate:* metaphoræ est, idest sicut pisces termitur in sicitate astantis. *Mulieres do-centræ,* a quibus maxime in peccata populus præcipitabatur. Supra iii : *Populum cum exectores sui despodaverunt.* Vel quia ipse mulieres docebant eos, sicut Debora Judie. iv. Et Athalia iv. Reg. xi. Secundo ponitur penæ æquitatem per

\* fecit

\* Pro  
mensura

comparacionem ad culpam : *Non est enim populus.* Supra v : *Proptero captivus duc-tus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Tertio destructionis magnitudinem. Et quantum ad universalitatem locorum, *Et erit in die illa, percutiet Dominus ab auro fluminis usque ad torrentem Egypti;* idest ab uno capite usque ad aliud. Supra i : *A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas.* Et quantum ad paucitatem hominum remanentium, *Et vos congregabimini Deut. xxviii, 62 : Remanebit pauci numero.* Et erit in die illa, clangetur in tuba magna. Ille ponit consolationem per reductionem ad ipsam. *Tuba,* praeceptum regis. Infra ii : *Levabit signum in nationibus, et congregabit profugos Israel.*

Nota super illo verbo, *Vastabit Dominus in gladio,* quia vindicta Dei dicitur *gladius* primo durus propter penas acerbitatem. Secundo magius propter punitorum universalitatem. Apoc. : *Datus est illi gladius magnus.* Tertio fortis propter punientis potestatem. Job xix, 29 : *Fugite a facie gladii.* Quarto acutus propter ipsius penetrabilitatem, quia usque ad ani-

mam. Hebr. iv, 12 : *Virus est sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio incipi.* Quinto lucens propter aquitatem Nahum iii, 45 : *Peribis gladio; devorabit te ut bruchus.*

Iam super illo verbo, *Leviathan,* nota, quod diabolus dicitur Leviathan, quia addit primo humanae nequitiae. Psalm. lxxviii, 28 : *Appone iniuriam super iniuriam.* Secundo propriae potentiae. Matth. iv, 9 : *Huc omnia tibi dabo, si cadens adoraberis me.* Tertio divinae justitiae. Genes. iv, 13 : *Major est iniuriam mea quam ut veniam merear.* Quarto divinae misericordiae. Gen. xxxiv, 3 : *Tristem blanditiis delinivit.*

Item nota super illo verbo, *Serpentem,* quia diabolus dicitur serpens primo propter renovationis ingeniū : II Corinth. xi, 14. *Ipse satan transfigurat se in Angelum lucis.* Secundo propter incedendi modum. Job i, 7 : *Circuivi terram, et perambulavi eam.* Tertio propter venenosum morsum. Prov. xxiiii, 32 : *In novissimo mordet eum coluber.* Quarto propter involutionis modum. Job. xi, 12 : *Stringit caudam suam quasi cedrum.*

## C A P U T V I G E S I M U M O C T A V U M

Vae corona superbiae, ebris Ephraim, et flori decidenti, gloria exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguisimae errauera a vino. Ecce validus et foris Dominus, sicut impetus grandinis ; turbo consurgens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, et emissarum super terram spatiostam. Pedibus conciliabatur corona superbiae eboriorum Ephraim. Et erit illos decidens gloria exultationis ejus qui est super verticem vallis pinguis, quasi temporanem ante maturitatem autunni. Quod cum asperxerit viens, statim ut manu tenerit, devorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona glorie, et seruum exultationis residuo populi sui, et spiritus judicii sedenti super judicium, et fortitudine revertentibus de bello ad portam. Verum hi quoque pro vino nescierunt, et pro christate erraverunt. Sacerdos et propheta nescierunt pro christiate, absorpti sunt a vino, erraverunt in christiate, nescierunt vidente, et ignoraverunt iudicium. Omnes enim mensa repleta sunt vomitu, sordidumque ita ut non esset locus ultra. Quem docehit scientiam, et quem intelligere faciet auditum? Abflatatos a lacte, avulos a uberibus. Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labii et lingua altero loqueretur ad populum istum, cui dixit : Haec est

reputia mea, reficie lassum, et hoc est refrigerium meum; et noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini : Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi; ut vadat, et cadat retrorsum, et conterrantur, et illaqueantur et capiantur. Propter hoc audiit verbum Douini, viri illusores, qui dominium super populum meum qui est in Ierusalem. Dixisti enim : *Percussimus fedus cum morte, et cum inferno fecimus pactum.* Flagellum inundans cum trahiscait, non veniet super nos : quia possumus mendacium spem nostram, mendacio protecti sumus. Idecirco haec dicit Dominus Deus : Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Qui crediderit, non finiet. Et ponam in pondera iudicium, et iustitiam in mensura. Et subverteret grande spem mendaci, et protectionem aquae inundantem : et delebitur foedus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in convectionem. Quandoenamque pertransierit, tollit vos : quoniam mane dilucide pertransibit in die et in nocte ; et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat, et pallium breve ultrumque operire non potest. Sicut enim in monte divisionum

stabit Dominus, sic in valle qua est in Gabaon irasceretur, ut faciat opus suum, alienum opus ejus; ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. Et nunc nolite illudere, ne forte constraingantur vincula vestra. Consummationem enim et abbreviationem audivi a domino Deo exercituum super universam terram. Auribus percipite, et audite vocem meam; attendite, et audite eloquium meum. Numquid tota die arabit arans ut serat, proscindet et sarriet humum suum? Nonne enim adiequivaret faciem ejus, seret gith, et cymimum spargeret, et ponet triticum per ordinem, et hordeum et milium et viciam in finibus suis? Et eruidet illum in iudicio: Deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabit gith, nec rota planstru super cymimum circuibit; sed in virga excutientur gith, et cymimum in baculo. Panis autem communetur. Verum non in perpetuum triturabit illum, neque vexabit eum rota planstru, nec ungulis suis communetur eum. Et hoc a domino Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium, et maguiseraret iustitiam.

In parte ista comminatur contra illos qui contemnebant prophetarum vaticinia; et primo contra contemnentes in praesenti; secundo contra futuris temporibus, Jerem. xxx cap. *Vx filii desertores etc.* Prima in duas. In prima contra illos de decem tribibus; in secunda contra illos de duabus, ibi, *Verum hi quoque præ vino nescierunt.*<sup>1</sup> Circa primum tria facit. Primo arguit culpam superbiae, *Vx coronæ*, quia de multitudine superbiantur, quæ est corona vel gloria regis. Secundo culpam gulæ, *Ebrius Ephraim*, Nahum, iii, 11 : *Inebriaberis, et eris despacta, et querens tu auxilium ab inimico. Flori decadent... qui erant, temporibus latria, errantes a vino*, scilicet idolatria. Ezech. viii, 10 : *Floruit virga, germinavit amygdalus.* Secundo comminatur paenam, ibi, *Ecce validus et fortis Dominus.* Et circa hoc duo facit. Primo ponit hostium fortitudinem, *Ecce validus*, quantum ad fortitudinem hostium, quos immittet; *sicut impetus*, quantum ad multitudinem; Supra xviii : *Sonabant populi sicut sonitus aquarum.* Secundo ponit paenam inflictionem, scilicet dejectionem superbiae, *Peditibus concudebatur*; et exinanitionem gloriae, *Et erit flos quasi temporaneum*, idest tempestivus vel primitivus fructus. Supra xxviii : *Ante menses enim totus effloruit.* Nahum vii, 12 : *Omnes munitiones tue sicut fieus cum grossis suis.* Tertio

ponit justorum gloriam, scilicet illorum de duabus tribibus. *In die illa*, scilicet temporibus Ezechiei, destructis decem tribibus: quantum ad tria; quantum ad populi latitiam, *Corona*, ex auro vel argento, contra hoc quod dicit, *Corona superbiae*; *Seruum*, de floribus, contra hoc quod dicit, *Flori decadenti*: infra lxi : *Et darem eis coronam præcinnare, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mororis.* Quantum ad regis iustitiam, *Et erit, ipse Dominus, spiritus*: Jerem. xxvi, 5 : *Regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam in terra.* Quantum ad militum potentiam, *Et fortitudo*, quia Dominus pro eis pugnabit. Supra xxv : *Quia factus est fortitudo mea.* Verum hi quoque præ vino nescierunt. Hic comminatur contra illos de duabus tribibus: et primo contra principes; secundo contra civitatem vel contra populum. Cap. xxix : *Vx Ariel etc.* Prima in duas. Primo ponit comminationem; secundo consolationem, *Auribus percipite.* Circa primum duo. Primo arguit peccatum, et comminatur simul interitum: secundo excludit, ibi, *Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores.* Circa primum duo. Primo arguit in eis defectum scientie; secundo contemptum doctrinae, ibi, *Quia manda remanda.* Circa primum primo arguit culpam, ponens primo errorem omnium communiter, *Verum hi quoque præ vino nescierunt.* Osee iv, 11 :<sup>2</sup> *Vinum et ebrias apostatae faciunt a Deo.* Secundo doctrinam, *Sacerdos et propheta nescierunt*, quantum ad ignorantiam credendorum, *errorerunt* quantum ad ignorantiam agendorum, *ridentem*, idest Deum qui omnia videt. Unde est expositio ejus quod habetur Ezech. xxv, 26 : *Sacerdos contempserunt legem meam, et polluerunt sauctuaria mea.* Tertio ponit ignorantiae modum: *Omnes enim mensa*, quia in templis idolis dediti: *sordiu[m]que*, scilicet omnium vitiorum turpissimi. Prov. xxvi, 14 : *Sicut canis qui revertitur ad ruminum, et sus lata in volutabre lutu.* Secundo comminatur paenam execrationis: *Quem docebit?* Unde primo ponitur

<sup>1</sup> Al. : *a verum usque etc.*

<sup>2</sup> Al. : *a totum, n.*

<sup>3</sup> Ezech. viii, 2 : *Vinei et mœci et apatoles et frumenti a Deo.*

<sup>4</sup> Al. : *a quia, n.*

**quaestio**, *Quem docebit?* quasi dicat, ex quo vos scientiam repulistis. *Audiuimus*, scilicet quod audiui a Domino. Secundo ponitur responsio, *Ablactatos*<sup>1</sup> id est humiles et parvulos simplices. Matth. xi, 25: *Abscondisti hunc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Vel quoscumque bonos separatos a lacte concupiscentia.

Nota super illo verbo, *Ebrii*, quia mali inebriantur vino, primo materialis liquoris. Eph. v, 18: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Secundo carnalis delectationis. Prov. viii, 18: \* *Venite, inebrie-*  
<sup>ni-</sup>  
<sup>ibus</sup> *mur vino.* Tertio spiritualis erroris. Supra xix: *Et errare fecerunt Aegyptum in omni opere<sup>2</sup> suo sicut errat ebrius et vobis.* Quarto divinae punitionis. Thren. iii, 15: *Inebriavit me Absynthio.* Item inebriantur saucti primo lacrymis compunctionis. Supra xvi: *Inebriabo te lacryma mea.* Secundo calice compassionis. Ps. xxii, 5: *Calix meus inebrians quam praelustrus est!* Tertio incentivo amoris. Cant. v, 1: *Comedite amici, et inebriamini.* Quarto torrente felicis delectationis. Psal. xxxv, 9: *inebriabuntur ab ubertate domus tuae.*

Item nota super illo verbo, *Coronæ superbie*, quia coronantur mali et boni. Mali coronantur primo corona vanæ lætitiae. Sap. ii, 8: *Coronemus nos rosas.* Secundo opulentiae rerum. Supra xxiii: *Quis cogitavit hoc super Tyrum quoniam coronatam?* Tertio mundanae potentiae. Job xix, 9: *Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo.* Quartio superstitione observantiae. II Mach. vi, 7: *Cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire.* Item coronantur sancti corona impunitali. Infra lxii: *Quasi sponsum coronavit me corona.* Secundo triumphali. II Timoth. ii, 5: *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit.* Tertio regali. Infra lxii: *Eris corona gloria in manu Dei tui.* Psalm. xx, 4: *Posuisti, Domine, in capite ejus coronam de lapide pretioso.* Quarto sacerdotali. Eccl. xliv, 14: *Coronam aurea super caput ejus, expressa signo sanctitatis.*

Item nota super illo verbo, *Ablactatos a lacte*, quia est quoddam lac quod debet deseriri; et istud est multiplex. Primo carnalis concupiscentiae. Supra xi: *In caverna reguli, qui ablactatus surrit mammum suam mittit.* Secundo imperfectae justitiae. Gen. xxi, 8: *Crevit puer, et ablactatus est.* Tertio rnis doctrinae. I Cor. iii, 2: *Tangam parvitis in Christo lac potum dedi vobis.* Et est lac quod debet amplecti, primo pura conscientiae. Thren. iv, 7: *Candidiores nive, nitidiores lacte,* propter nitorem. Secundo sanæ doctrine propter dulorem. Can. iv, 11: *Mel et lac sub lingua ejus.* Tertio aeternæ gloriae propter facile absorptionem. Levit. xx, 24: *Possidete terram fluentem lac et mel.*

<sup>\* lacte et</sup> **Quia manda remanda.** Hic ponit contemptum doctrinæ: et primo per blasphemiam, qua prophetas deridebant, dientes, *Manda*, quia his comminando utebantur. Supra xiii: *Mandavi sanctificationis meis, et vocavi fortis meos in ira mea.* Et Supra. xxiii: *Dominus mandavit adversus Chanaan, ut contereret fortis ejus.* Supra v: *Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem.* *Expecta.* Hic promittendo. Habacene. ii, 3: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet.* Et addit pœnam, *in loquela;* idest, ita carebitis intellectu prophetarum ac si aliquis loqueretur vobis motu labii tantum, et lingua extranea. Vel statim inferent vobis plagas. De ista locutione, Sap. ii, 19: *Contumelia et tormento interrogamus illum.* Secundo quantum ad obedientiam, *Cui dixit: unde primo ponit preceptum, Haec requies.* Matth. xxv, 40: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Secundo contemptum, *Et noluerunt.* Ezech. iii, 7: *Domus autem Israel noluit audire te, quia nolunt audire me.* Tertio comminatur interitum. *Et erit eis;* idest, pro verbis suis hanc pœnam patientur. <sup>3</sup> xix, 22: \* *Ex verbis tuis. De ore tuo te judico, serve nequam.* Ut vadant, in interitum. *Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores.* Hic excludit remedium: et primo ponit duo remedia: idest unum in quo confidebant, scilicet pac-

<sup>1</sup> Al.: « ablatos. » — <sup>2</sup> Al.: « tempore. »

<sup>3</sup> Parm.: « Matth. xii. »

tum cum idolis : unde ponit pactum, *Percussinus fœdus cum morte*, idest cum diabolo. Job *Nunquid feriet tecum pac- tum, et accipies cum servum sempiter- num?* Et pacti fructum : *Flagellum iun- dans, idest persecutio : mendacium, idest idolum, quod vos propheta dicitis mendacium.* Psalm. lxxii, 5 : *In labore ho- minum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur.* Secundum est remedium quod Deus sanctis parat, scilicet Christum, *Ecce ego.* Psalm. cxvi, 22 : *Lapi- dem quem reprobaverunt adficiantes. Qui crediderit non festinat, sed expectet Ha- bac. ii, 3 : Si moram fecerit, expecta- eum.* Et hoc contra malorum blasphemiam. *Et ponam in pondere judicium.* Hie excludit utrumque dictorum remediorum : et primo primum ; secundo se- cundum, ibi, *Coangustatum est enim stratum, Circa primum tria.* Primo ponit exclusionis justum judicium, *Ponam in pondere judicium.* Sap. xi, 21 : *Omnia*  
*\*disposuisti in numero et pondere\* fecisti. Secundo excludit pactum, *Et subgretet grande, tribulationis.* Et ponit quatuor contra omnia que supra dixerat. Job vii, 13 : *Spes hypoerit peribit.* Tertio exclusio- nis fructum, *Et tantummodo.* Supra xxvi : *Domine, in angustia quasierunt te. Coangustatum est enim stratum.* Hie ex- cludit secundum remedium : et primo ponit in eis impedimentum quare non valeat eis. *Coangustatum : loquitur se- cundum similitudinem adulterae, que non potest eodem loco habere virum et adulterum : ita nec ipsi idolis cultum exhibere et divinum auxilium obtinere.* I Cor. x, 21 : *Non potestis mensa Domini**

*participes esse, et mensæ dæmoniorum.* Secundo ponit liberantis adventum, *Si- cut in monte divisionum. Tangit histo- riam qua habetur II Reg. v. Si in valle.* Tertio excludit misericordiae auxilium. *Ut faciat opus suum, idest ut misereatur nobis? sicut tunc interrogative.* Et res- pondet, *Alienam.* Psalm. cxlii, 9 : *Miserationes ejus super omnia opera ejus.* Et nunc nolite illudere. Hie concul- dit simum et salubre consilium : et primo prohibet illusionem, *Nolite illudere. Vineula, captivatis.* Prov. iii, 34 : *Ipsa deludet\* delusores, et nonsuetis dabit gratiam.* Et assignat rationem. *Consum- mationem enim et abbreviationem audiri a Domino Deo exercitu super univer- sam terram. Auribus percipite, et audite vocem meam.* Hie ponit consolationem, Et primo excitat attentionem. *Audite. Deuter. xxxii, 1 : Audite cœli quæ lo- quor, audiatis terra verba oris mei.* Se- cundo ponit consolationem sub similitu- dine agricoltoris : *Numquid tota diri- arbit urans, ut seruat? per quam ostendit tria : scilicet punientis Dei intentionem, quia ut fructificemus, sicut arator, Ut seruat. Gith, genus leguminis simile cy- mino.* Secundo judicij discretionem : quia alio modo punit hoc et illos, sicut rusticus alio modo exequit triticum et gith. *Et erueriet, Panis, idest frumentum.* Tertio priuarum cessationem quantum ad hos qui corriguntur. *Verumtamen non in perpetuum triturans triturabit illum.* I Cor. ix, 10 : *Debet in spe arare qui arat.* Tertio ponit expositionem : *Et hoc a Domino Ps. cxxxviii 14 : Mirabilia opera tua.*

## CAPUT VIGESIVUM NONUM

Va Ariel, Ariel civitas, quam expugnavit David. Additus est annus ad annum; solemnitates evolute sunt. Et circumdabo Ariel, et erit tristis et mer- tens et erit unda quasi Ariel. Et circumdabo quia i sphaera in circuitu tuo, et pacata contra te aze- rem, et monumenta ponam in oblatione tuam humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audie-

tor et quoniam humus, et erit quod postea de terra vox tua, et de humo et quoniam tu non in te eris. Et erit confusio tempore multitudinis intercessione, et non in favore peccatorum tuorum, et non in peccato de te, sed in peccato de te, et non in peccato de te. A Dominis exercituum tu soliteras in te, de te et communione forte, et vocis magna turbula, et for-

<sup>1</sup> AL. : a haec. "

pestatis, et flammae ignis devourantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnae, multitudine omnium quae dimicaverunt contra Ariel, et omnes qui militaverunt et obsecraverunt et praevaluerunt adversus eum. Et sicut somnium esurientis et comedientis; cum autem fuerit expergelactus, vacua est anima ejus; et sicut somnium sitiens et habet et postquam fuerit expergelatus, lassus adhuc sitit, et anima ejus vacua est; sic erit multitudo omnium gentium quae dimicaverunt contra montem Sion. Obstupescite et admiramini; fluctuate et vacillate, inebriamini; et non a vino: movenit enim, et non ab ebrietate: quantum miscuit volvis dominus spiritum soporis. Claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros, qui videat visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium sentia verba libri signati, quemcum deundent scienti litteras, dicent, Lege istum; et responderebit: Non possumus, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei, Lege; et responderebit, Nescio litteras. Et dixit dominus: eo quod appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, et timuerunt me mandato domini et doctrina: ideo ecce ego addam ut admiratioem faciam populo hunc miraculo grandi, et stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus ejus, et intellectus prudentium ejus abscondetur. Vix qui profundi estis corde, ut a domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, et dicunt: Quis videt nos, et quis novit nos? Perversa est haec vestra cogitatio: quasi si latum contra filium cogitet; et dicat opus factori suo, Non fecisti me; et ligamentum dicat factori suo, Non intelligis. Nonne adhuc in medio, et in brevi converterit libanus in Carmel, et Carmel in saltem reputabatur? Et audiunt in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi exercitorum videbunt. Et addent uites in domino latitium, et pauperes homines in sancto Israel exultabunt: quoniam defecti qui praevalerant, consummatus est illusor, et succisi sunt omnes qui vigilabant super iniuriam, qui peccare faciebant homines in verbo, et argumento in porta supplabant, et declinaverunt frustra a iusto. Propter hoc haec dicit dominus ad domum Jacob, qui redemit abraham: Non modo confundetur Jacob, nec modo vultus ejus erubescet: sed cum viderit filios suos, opera manuum measrum, in medio sui sanctificantes nomen meum. Et sanctificabunt sanctum Jacob, et deum Israel pradicabunt. Et sicut errant spiritu intellectum, et müssitatores discent legem.

In parte ista ponit comminationem contra populum, sive contra civitatem; et dividitur in partes duas. In prima comminatur pœnam temporalis destructionis; in secunda pœnam spiritualis executionis, ibi, *Obstupescite et admiramini*. Circa primum duo Primo comminatur destructionem; in secundo ponit qualecumque consolationem, ibi, *Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium*. Prima in duas. In prima ponit destructionem Jerusalem per Babylonios. In secunda per Roma-

nos, ibi, *Et circumdabo quasi spharam in circuitu tuo*. Circa primum tria. Primo comminatur pristinam dignitatem Ariel, id est leo dei, quia dei virtute temporibus David et Salomonis nullum timebat, sicut nec leo. Proverb. xxx, 30: *Leo fortissimus bestiarum, ac nullus pavet occursum*. Vel propter altare holocaustorum, quod ibi erat, quod consumebat animalia sicut leo. Et sic sunnit Ezech. xlvi, 15: *Ipse autem Ariel quatuor cibitorum etc*. Vel forte propter figuram, quia erat sita in modum leonis. *Expugnavit*, I Reg. xvii, 36: *Nam leonem et ursum expugnavi*. Secundo ponit destructionem, ponens trium festorum cessationem, *Additus*, quasi dicat, multis annis. *Evoluta*, id est perierunt. Oscae iii, 4: *Sedebunt dies multis absque sacrificio et ephod*. Obsidionem, *Et circumvallabo*, scilicet Chaldaeis. Ezech. iv, 2: *Et ordinabis adversus eam obsidionem etc*. Et innuit expugnationem ex tristitia, *Et erit tristis*. Tertio ponit reparationem factam sub Iesu sacerdote magno et aliis, de qua habetur in Esdra per totum. *Et erit mihi*; quasi dicat: Umbram pristinæ dignitatis retinens.

Sed contra. Aggæi ii, 40: *Magna est gloria domus istius novissimæ, plusquam primæ*.

Et dicendum, quod hoc dicitur propter hoc quod fuit visitata ab ipso filio dei corporaliter.

*Et circumdabo*. Illic comminatur destructionem per Romanos; et circa hoc quatuor ponit: scilicet obsidionem, *Et circumdabo quasi spharam*, id est in circuitu. Lue xix, 43: *Circumdabunt te inimici tui vallo*. Habac. i, 10: *Super omnem munitionem ridebit, et comportabit aggerem*. Secundo obsecorem humilationem, *Humiliaberis*; et humilationis signum de terra loqueris, id est, ita ac si sub terra esses, etiam audieris humiliiter, verba ferens pythonis, qui silenter ineatabant<sup>1</sup> Soph. iii, 11: *Auferram de medio tui malitiosos superbizæ magnitudo quos*. Vel humilationis meritum, arguens in eis peccatum avaritiae. *De terra loqueris*; et id est *olatriæ*, *Et erit quasi pythonis*.

Tertio ponit hostium multitudinem, *Et erit sicut pulvis*; Joel. i, 6 : *Genus ascendet*: vel hostium destructionem, sicut supra xvii : *Rapietur sicut pulvis montium a facie venti*. Quarto ponit ipsam destructionem, *Eritque repente*; metaphorice, propter hostium ferocitatem. Jerem. iv, 13 : *Quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus, velociores aquilis*. *Et erit sicut somnium visionis nocturnae multitudo omnium gentium quæ dimicaverunt contra Ariel*. Ille adhibet quamdam consolationem ex hostium pœna. *Et sicut somniat esuriens vana*<sup>1</sup>, in nihilum ibiunt non reportantes aliquod commodum de destructione Judææ, sicut nec esuriens vel sitiens ex cibo vel potu somniato. Eccli. xxxiv, 1 : *Vana spes et mendacium insensato viro, et somnia extollunt imprudentes*. Zach. xii, 3 : *Ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis*.

**Nota** super illo verbo, *Et erit sicut somnium*, quia aliiquid dicitur somnium primo propter vanitatem. Eccli. xxxiv, 2 : *Quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum, sic et qui attendit ad visa mendacia*. Et<sup>2</sup> secundum hoc visa somniorum. Secundo propter brevitatem. Job xx, 8 : *Vrlut somnum avolans non invenietur*. Tertio propter cognitionis<sup>3</sup> obscuritatem. Job xxxiii, 12 : *Per somnum in visione nocturna, quando subet sopor occupare homines, et dormiunt in lectulo suo; tunc aperit aures virorum, et erudit eos instruit disciplina*. Quarto propter animæ perversitatem. Infra lxi : *Dormientes et amantes sumnia*.

*Obstupescite, et admiramini*. Ille cominatur pœnam execrationis : et primo predicit execrationem Judeorum; secundo conversionem gentium, ibi, *Nonne adhuc in modo convertetur Libanus in Carmel, et Carmel in saltum reputabitur?* Circa primum duo facit. Primo ponit execrationem; secundo ipsius rationem assignat, ibi, *Et dicit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo etc.* Circa primum tria. Primo predicit execrationem, ponens ea quæ perturbant iudicium rationis. *Obstupescite*,

ex consideratione malorum culpæ vel pœnæ. Jerem. ii, 12 : *Obstupescite coli super hoc, et portæ coli desolamini vehementer*. Et admiramini, ex consideratione magnorum. Psal. cxxxviii, 14 : *Mirabilia opera tua. Fluctuate, ex incertitudine eligendorum*. Jac. i, 6 : *Qui enim habitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur et circumfertur. Vacillate, ex inconstancia propositorum*. Job iv, 4 : *Vaccillantes confirmaverunt manus tuas*. *Inebriamini, ex anxietate dolorum*. Habac. ii, 16 : *Bibe, tu quoque, et consopire; circumdabit te calix dexteræ Domini*. Secundo ponit execrationis modum. *Quoniam miscuit*: idest, sicut vinum mixtum propinavit. *Oculos vestros, scilicet prophetas*. Supra xix : *Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis*. Tertio ponit execrationis effectum, quia librum sacre Scripturae in visione<sup>4</sup> omnium prophetarum non intelligent. *Et erit vobis*. Apoc. v, 1 : *Vidi in dextera sedentis librum signatum sigillis septem. Et dicit dominus etc.* Ille ponit causam execrationis, scilicet peccatum ipsorum : et primo in affectu; secundo in intellectu, ibi, *Vx qui profundi estis corde*. Circa primum duo facit. Primo ponit culpam<sup>5</sup> divini contemptus, *Cor autem ejus, quia palliant verbis, labiis, humanis observantiis*. *Et timuerunt*. Jer. xii, 2 : *Prope estu ori vorum, et longe a renibus eorum*. Matth. xv, 6 : *Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras*. Secundo pœnam, *Idea ecce ego*. Grandi, secundum eorum reputationem, vel quondam. *Peribit enim sapientia*. Abdias, 8 : *Perdim sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobarbo*; 1 Cor, i, 19 : *Vx qui profundi estis corde*. Ille ponit peccatum ex parte intellectus, quia non eredebant Dei providentiam, quod searet ea quæ circa nos aguntur : et circa hoc duo facit. Primo ponit erroris execogitatio. Dicebant autem Deum latere, propter cordis profunditatem, ubi sua prava consilia pertractabant : unde dicit : *Vx qui profundi estis corde*. Jerem. xvii, 9 : *Profundum est cor hominis et inscrutabile; quis cognoscet illud?* Et propter

<sup>1</sup> Al. a : *et sicut res vanæ*.

<sup>2</sup> Al. : « hoc » — <sup>3</sup> Al. : « cognitionis »

<sup>4</sup> Al. : « visiones » — <sup>5</sup> Al. : « primo culpam »

*sermores  
tu*

*Præcepit  
omnibus*

obscuritatem locorum in quibus prava opera exercabant : nude dicit : *Quorum sunt in tenebris opera.* Joan. iii, 20 : *Omnis qui male agit, mit lucem.* Eccli. xvi, 16 : *Non dicas, A Deo abscondar.* Secundo ponitur justa increpatio, *Perversa est.* *Non fecisti me,* quia Deus cognoscit in quantum est causa rei. Iufra. xlv : *Vix qui contradicit factori suo.* Infra lxiv : *Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lumen; et factor noster tu, et opera manum tuarum omnes nos.* Nonne adhuc in modico? Hic praeedit gentium conversionem : et circa hoc tria facit. Primo praeedit conversionem ad gratiam. *Libanus,* idest gentes, quia mons erat in terra gentium, in *Carmelum*<sup>1</sup> in gratiam, quam Judaei per circumcisionem habebant, quia inter scientiam circumcisionis. *In saltum,* idest in sterilitatem, in qua prius erant gentes. Infra xxxvii : *Saltum Carmeli ejus : ego fodi, et bibi aquam.* Ad sacram scientiam, *Surdi,* scilicet gentiles, qui prius non audierant verba legis. Matth. xi, 5 : *Cœci vident.* Joan. ix, 39 : *In iudicium veni in hunc mundum, ut qui non vident videant, et qui vident cœci fiant.* Ad spiritualem laetitiam, *Et addent.* Psal. ix, 3 : *Lætabor et exultabo in te, psallam nomini tuo, Altissime.* Secundo assignat conversionis occasionem, vel rationem, ex easu diaboli : *Quoniam defecit qui prævalebat,* per potentiam, *illisor,* deceptor per astutiam. Supra xvi : *Con-*

*summatus est miser, defecit qui concubabat terram,* cæcitate Judaici populi : quia cæcitas ex parte contigit in Israel : Rom. xi. *Succisi sunt qui vigilabant :* studiositer ad malum. Prov. iv, 16 : *Non enim dormiunt, nisi male fecerint.* Qui peccare, pravis exemplis et doctrinis. *Arguentem,* quantum ad discipline contemptum. Amos v, 10 : *Odio habuerunt corripientem in porta.* Declinaverunt, quantum ad peccati vanitatem, quia frustra est quod non consequitur suum. Sap. v, 8 : *Quid nobis profuit superbia, aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?* Tertio ponit Judaorum reversionem in fine mundi, cum dicit : *Propter hoc hec dicit Dominus... qui redemit Abraham,* Gen. xii. *Non modo,* idest in hoc tempore, *confundetur,* bona confusione. Eccl. iv, 25 : *Est confusio adducens gloriam et gratiam.* Filios Apostolos, missitatores, idest qui primo murmurabant. Supra xxvii : *Qui egrediuntur impetu a Jacob, et florebunt et germinabit Israel.* Vel potest aliter exponi de prosperitate, quæ eis promittitur destructo Senacherib vel Nabuchodonosor. *Carmelus in saltum;* idest, tanta erit fertilitas terra promissionis, quod fertilitas Carmeli reputabitur sterilitas in comparatione ejus. *Illusor,* Senacherib vel Nabuchodonosor. *Filios suos,* tres pueri in camino ignis : vel quia pueri ipsorum facient laudem nominis mei, quod ipsi in juventute sua non fecerunt.

## C A P U T   T R I G E S I M U M

Væ filii desertores, dicit Dominus, ut faceritis consilium, et non ex me, et ordiremini telam, et non per spiritum meum ut adderetis precatum super peccatum ; qui ambulatis ut descendatis in Ægyptum, et os meum non interrogatis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, et habentes fiduciam in umbra Ægypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, et fiducia umbra Ægypti in ignominiam. Erant enim in Taphnis principes tui, et nuntii tui usque ad Thanes pervenerunt. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit. Non fuerunt in auxiliu, et in aliquam utilitatem ; sed in confusionem, et in opprobrium, omnes jumentorum austri. In terra tribulationis, et angustie leona, et leo ex eis, vipera, et regulus

volans, portantes super humeros jumentorum divitias suas, et super gibbum camelorum thesauros ad populum qui eis prodesse non poterit. Ægyptus enim frustra, et vano auxiliabitur. Ideo clamavi super hoc : *Superbia tantum est; quiesce.* Nunc ingressus scribe et super luxum, et in libro diligenter exara illud, et erit in die novissimo in testimonium usque in aeternum. Populus enim ad iracundiam provocans est, et filii mendaces, filii volentes audire legem Dei : qui dicunt videlicum, Nolite videre ; et aspiciens, Nolite aspicer nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placenter, videite nobis errores auctorite a me viam, dechnitate a me semitam, et cesset a facie nostra Sanctus Israel. Propterea haec dicit *Sanctus Israel :* Pro eo

<sup>1</sup> Al. : « Carmelo. »

quod reprobasti verbum hoc, et separasti in calunnia, et in tumultu, et iniuxi estis super eo; propterea erit volis iniurias hinc sicut interrupio cadens, et requista in muro excelso. Quoniam subito dum non speratur, veniet contritus ejus, et communiqueretur sicut conteritur lagena signuli contritione pervalida, et non invenientur de fragmentis ejus testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauiatrum parum aquae de fovea: quia hec dicit Dominus Deus Israel: Si revertamini et quiescatis, salvi eritis. In silentio et in spe erit fortitudo vestra. Et nolius isti, et dixisti: Nequaquam; sed ad eponos fugiemus: ideo fugitis. Et super veloces ascendemus: ideo velociores erunt qui perseguentur vos. Mille homines a facie terroris mortis; et a facie terroris quinque fugitis, donet relinquamini quasi malus navis in vertice montis, et quasi signum super collem. Propterea expectat Dominus ut misericordia vestri; et ideo exaltabitur parvus vobis, quia Deus iudicavit Dominum. Beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ierusalem. Plorans nequaquam plorabis; miserans misericorditer tui. Ad vocem clamoris tuus statim ut audierit responderebit tibi. Et dabat tibi Dominus panem arctum et aquam brevem, et non faciet alobare a te ultra doctorem tuum, et erunt oculi tui videntes praecoporem tuum, et aures tue audiunt verbum post tergum momentis. Hoc est via; ambulate in ea, et non declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. Et contaminabitis huminas scutellum argenti tui, et vestimentum conflatis arieti, et disperges ea sicut immunditudinem menstruorum. Egressere dices ei. Et dabatur pluvia semini tuo, ubicumque seminaveris in terra; et panis frumenti terra erit uberrimus et pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose; et tauri tui et puli asinorum, qui operantur terram, coniunctum magna comedent, sicut in aera ventilatum est. Et erunt super omnem montem excelsorum et super omnem collum elevatum rivi currentium aquariorum in die intersectionis multorum, cum cedentur turres. Et erit lux luna sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem diuinum, in die qua alligeraverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plaga ejus sanaverit. Ecce nomen Domini venit de longino, ardens furor ejus, et gravis ad portandum Lubia, ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans. Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium collis, ad perpendere gentes in nihilum, et frenum erroris, quod grat in maxillis populorum. Cantuum erit vobis sicut vox sanctificate solennitatis, et letitiae cordis sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini ad Fortem. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis sue, et terrorem brachii sui ostendet in communicatione furoris, et dannatione furoris, et flammam ignis devorantis. Alludit in turbine, et in lapide granitinis. A voce enim Domini pavebit Assur virga perensus, et erit transitus, virge fundatus quem requiesceret faciet Domini missus enim in tympanis et cytharis, et in hellis, praecepit expugnabilis eos. Preparata, profunda, et dilata. Nutrimenta ejus ignis et ligna multa: flamas Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

In parte ista comminatur propheta contra illos qui contempserunt prophetiam Jeremie, euntes in Aegyptum, con-

tra ejus consilium, sicut habetur Jerem. xlvi. Et dividitur in duas. In prima comminatur contra Iudeos tautum; in secunda contra Iudeos et Aegyptios simul, de quibus confidebunt: xxxi cap.: *Vie qui descendunt etc.* Vel, secundum *Glossam*, in prima parte prohibet descensum, in secunda comminatur poenam contra descendentes. Prima in duas. In prima ponit comminationem; in secunda consolationem, ibi, *Propterea expectat*. Prima in duas. In prima arguit descensum; secundo arguit praecetti contemptum, ibi, *Ideo clamavi super hoc*. Carea primum tria arguit in eis, Primo itineris dispositionem, ponens propositum, *Ut facaretis consilium telam*, pravam machinationem; et consequentem effectum, *Ut addereis*: II Paralip. xxviii, 13: *Quare vultis addere peccata super peccata?* Secundo ponit consili executionem quantum ad via incessum. *Qui ambulatis*; qui incessus deformatur per contemptum divini consilii, *Habentes fiduciam*. *Os meum*, prophetam. Jerem. xv, 19: *Si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris*: quia quae dixi facere nolnitis. Et per fiduciam humani auxillii, *Habentes fiduciam*. Jerem. xvii, 3: *Maledictus qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum*. Et ponit effectum: *Et eris vobis fortitudo Pharaonis in confusione*. Osce. iv, 7: *Gloriam corum in ignominiam commutabo*. Unde quantum ad via terminum, *Erant enim in Taphus*, que est tantum in alia parte Aegypti, quasi timentes in primis terminis remanere. Jerem. ii, 18: *Quid tibi vis in via Egypti, ut bibas aquam turbidam?* Et ostendit spei defectum: *Omnis confusi sunt*. Psalm. cxlv, 2: *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus*. Tertio describit rerum asportationem, *Onus jumentorum*, communians primo destructionem Aegypti: vel onus<sup>1</sup> filiorum Iuda, *Jumentorum*, propter soliditatem; vel quia sicut jumentares res suas deserabant. Iusti, quia ad astrum fugerunt, vel qui in australi parte erat eorum habitat. *In terra tribulationis*, in Aegypto, que Ille-

<sup>1</sup> Al. deest: et vel. o

braico dicitur Mesraim, quod interpretatur tribulatio, vel angustia derer. xlvi, 16 : *Gladius quem ros formidatis, ibi comprehendet ros in terra Egypti, et fames pro qua ratis solicii, ad adhucarebit vobis in Egypto, et ibi moriemini.* Secundo ponit asportantium conditionem : *Leona*, propter ferocitatem, *leo*, propter audacie presumptionem, *vipera* propter crudelitatem, *regulus volans*, non quod habeat pennas, sed quia insilit in faciem hominis, propter velocitatem ad male faciendum Soph. iii, 3 : *Principes ejus quasi leones.* Tertio rerum asportationem, *Portantes*. Quarto laboris frustrationem, *Ad populum qui eis prodesse non poterit.* Psalm. lxi, 13 : *Vana salus hominis. Ideo clamavi super hoc.* Hic arguit in eis divini praecepti contemptum : et primo ostendit quomodo contempserint divinum praeceptum : in secunda quomodo contempserint salubre consilium, ibi, *Quia haec dicit Dominus Deus Israel.* Circa primum tria ponit, Primo dictinum praeceptum ; secundo populi contemptum, ibi, *Populus enim ad iracundiam provocans est* ; tertio comminatur contemptentibus mortem, vel mortis intentum, ibi, *Propterea haec dicit Sanctus Israel.* Primo praeceptum : quia scilicet inutile est ire in Aegyptum, quiesce, in terra tua. Jer. xiv, 10 : *Hec dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedem suum, et non quievit et Domino non placuit.* Secundo ponit praecepti confirmationem. *Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum.* Tu Isaías, ingressus, per propheticam visionem, vel tu Jeremias, ingressus, in Aegyptum cum populo, sicut legitur Jer. xliii. Tertio assignat confirmationis fructum, *Et erit in die illa.* Exod. xvii, 14 : *Scribe hoc ob monumentum.* *Populus enim ad iracundiam provocans est.* Hic ponit populi contemptum : et primo secundum quod contemnebant Deum. *Ad iracundiam*, quantum ad peccatum transgressionis. Ezech. ii, 5 : *Noli esse exasperans sicut dominus Israel exasperatrix est, Mendaces*, quantum ad peccatum locutionis, quia promiserunt Ieremia obedientiam, quam

servare noluerunt, ut habetur Jer : xlii : *Psal. xv, 46 : Filii alieni mentiti sunt mihi. Nolentes, quantum ad peccatum omissionis.* Prover : xxviii, 9 : *Qui obturat aurum suum ne audiat legem, oratio ejus erit ererabilis.* Secundo ponit contemptum prophetarum, *Qui dicunt violentibus secundum quod interdicebant eis proprium officium.* Amos vii, 12 : *Qui vides, gradere, fuge.* In quantum inducebant eos ad mendacium, *Loquimini.* III Reg. ult, 13 : *Ecce sermones prophetarum ore uno regi bona praedicunt. Declinate, in quantum prohibebant diviuam cognitionis verbum.* Job. xxi, 14 : *Qui dixerunt Deo Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus : Propterea haec dicit Sanctus Israel.* Hic comminatur eis interitum subitum resumens culpam, ut justior apparat poena : *Pro eo quod reprobastiis.* Pœnam autem adjungit, ibi, *Propterea erit vobis ; significans pœnam subitanam per similitudinem ruinae, quæ diu latet in pariete, qui tandem subito cedit, Quoniam subito : I Thess. v, 3 : Cum enim dixerunt, Pax et securitas ; tunc superveniet eis repentinus interitus.* Et dicit pœnam validam, *Et comminuetur, sub similitudine confractationis lagenæ, cuius nulla testa remanet integra ad aliquid valens, scilicet ad ignem portandum, et ad aquam hauriendum.* Supra xxv : *Confractione confringetur terra.*

Nota super illo verbo, *Quiesce*, quia quiescere debet homo primo a peccati actu. Supra i : *Quiescite agere perverse, discite bene facere.* Secundo a vagandi cursu. Jerem. xiv, 10 : *Hec dices populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, et non quievit.* Tertio ab immoderato appetitu. Infra lvii : *Cor impi quasi mure fervens, quod quiescere non potest.* Quarto a presumptuoso intellectu. Ecli. xviii, 6 : *Cum consummaverit homo tunc incipiet.*

*Quia haec dicit Dominus Deus Israel.* Hic arguit in eis divini consilii contemptum : et circa hoc tria ponit. Primo consilium, *Si revertamini.* Infra xlii : *Convertimini ad me, et salvi eritis.* Secundo contemptum : *Et dixistis, Nequaquam.*

*o fugietis* : hoc est verbum Domini. It. n. 27 : *Rer unum viam gradier. Et super veloces ascenderemus* : vox nuli rebellis. Ideo velociores : vox Domini. Thren. iv, 49 : *Velociores fuerunt secutores nostri aquilis coli.* Tertio nominatur meritum, *Mille*, Egyptii, us Chaldae. *Fugietis omnes vos Iudei, quinque*, Chaldaeorum. Deut. xxxii, 26 : *Quomodo perseguatur unus mille, et fugent decem millia?* Quasi malus, signum evitandi naufragii. Supra vi : *it in ostensionem sicut terebinthus et it querens que expandit ramos suos.* Propterea expectat Dominus ut misericordia vestri. Ille ponit consolationem : et ea hoc duo facit. Primo proponit misericordiae beneficium, ibi, *Populus me Sion habitabit in Jerusalem.* Circa annum tria. Primo miserendi proposta in Deo, *Propterea expectat*, non ex destruens vos. Oseea iii, 3 : *Dies multo expectabis me* : Secundo ingratorum ieiunum : *Et ideo exultabitur*; idest, is in justitia apparebit, puniens vassalos suis beneficiis. Supra v : *Exaltatur Dominus exercitum in iudicio.*atio bonorum premium, *Beati omnes.* c. xii, 36 : *Vos similes hominibus extantibus dominum suum.* *Populus enim non habitabit in Jerusalem.* Ille exequitur misericordiae beneficium : et primo in unum exaltatione ; secunda in hostium irectione, ibi, *Ecce nomen Domini rede longinquu.* Circa primum dno. Prisublationem malorum contra exilii uitatem. *Populus enim*, tempore Zorobabel : vel potius mystice totum. Ps. xiv, 4 : *Non commorabitur in aeternum qui habitat in Jerusalem.* Contra stitide anxietatem : *Plorans, ante, nequam plorabis, semper, sed quandoque liberaberis.* Supra xxv : *Auferet Iudeum tuum ab omni facie.* Contra Dei lignationem *Miserans.* Ps. xc, 15 :  *vocabit me, et ego exaudiem eum.* altra paupertatem : *Et tibi dabit Dominus.* Et est sensus : modice vietu erunt intenti. Eccli. xxix, 28 : *Initium hominis uis et aguu.* Vel quia in redditu de Ba-

blyone penuria passi sunt. Mystice secundum *Glossam.* Secundo ponit collationem bonorum : unde, *Faciet.* Et primo spiritualium, quantum ad electam doctrinam, describens doctorem : *Avalare*, idest recedere, *doctorem*, Esdram, cuius doctrina adhuc utuntur, vel Christum, *post tergum*, sicut fugiens quando ab inseguente revocatur. Joel, n. 23 : *Dedit nobis Dominus doctorem justitiae.* Et ponit doctrinam, *Hac via.* Num. xx, 19 : *\* \* \* Per tritam viam* *Via regia gradiemur.* Et etiam quantum ad debitum Dei culturam, *Et contaminabis*, in usus communes rediges. IV Reg. xxiii, 8 : *Contaminavit ecclesia et demolitus est ea.* Vestimentum, omnem ornatum idioli. Secundo quantum ad temporalia bona : nude dicit, *Egredere*, scilicet a spiritualibus ad temporalia. Et primo promittit<sup>1</sup> terra fertilitatem promittens causam, *Dabitur pluria* : Joel, n. 23 : *Descendere faciet ad vos imbreu* : et effectum, quantum ad cibos hominum. *Et panis frugum.* Gen. xl ix, 20 : *Aser panis pinguis.* Ps. cxlvii, 14 : *Adipe frumenti satiat te.* Quantum ad pascua armentorum, *Pascetur agnus*, quantum ad oves : *tauri*, quantum ad boves ; et in utrisque notat fecunditatem, ponens filios. Et quantum ad annonam jumentorum. *Et pulli assinorum.* *Migma*, hordeum cum palea purgatum, quod prius commixtum comedebant. Secundo promittit aquarum ubertatem, *Et erunt Iudei dicunt haec ad litteram esse compleunda in fine mundi.* *Multorum*, scilicet Romanorum, secundum eos ; quod est fabulosum. Vel potest eses metaphorica locatio : ut per aquam significetur consolatio, quam post redditum de captivitate et Babylonie destructionem habuerunt. Vel mystice de doctrina Christi. Infra xxi : *Aperiam in supremis collibus flumina, et in mediis camporum fontes.* Tertio celi claritatem. *Et erit lux solis sicut luc septem dierum* : tantum in uno quantum modo in septem, quasi septempliciter : vel sicut fuit in primo septenario dierum. Haec Iudei fabulose ad litteram dicunt tempore aurea Jerusalem. Sed melius est quod ad futuram sanctorum gloriam referatur,

post mundi innovationem. Vel metaphorice et hyperbolice ad statum populi referatur. Ps. cxlvii, 3 : *Qui sunat contritos corda, et alligat contritiones corum.*

Nota super illo verbo, *Et panis frugum*, quia verbum Dei est panis primo arctus propter observandi difficultatem. Matth. vii, 14 : *Areta est via quae ducit ad ritam.* Secundo uberrimus propter fructus utilitatem. Iufr. lv : *Quonodo descendit imber de corde, et illuc ultra non revertitur, et inebriat terram, et ger minore eam facit : sic erit verbum quod egredietur de ore meo.* Tertio pinguis propter delectationis suavitatem. Gen. xlxiix : *Aser panis pinguis.*

*Eece nomen Domini venit de longinquo.* Hic consolatur eos ex hostiis punitione : et circa hoc tria ponit. Primo judicis punientis adventum ; secundo poenae modum, *Et auditum faciet*; tertio punitionis locum, ibi, *Præparata est enim ab heri Thophet.* Circa primum tria ponit<sup>1</sup>. Primo adventum : *Venit*, ad universale judicium, *de longinquo*, de alto potentiae suea. Vel ad destruendos Babylonios, per Medos a longe venientes. Jer. v, 15 : *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo.* *Nomen Domini*, filius quantum ad primam expositionem ; vel quia redundans est in gloriam ipsius, quantum ad secundam et tertiam. Secundo ostendit venientis zelum, ponens iram in corde, per antropospatos, *Ardens furor.* Furor est ira accensa. Incenditur<sup>2</sup> autem vel quantum ad vehementiam desiderii ; et quantum ad hoc dicit, *Ardens* : vel quantum ad quantitatem poenæ ; et quantum ad hoc dicit, *Gravis.* Iufr. lxv : *Isti sumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.* Ponit etiam iram in ore : *Labia ejus repleta sunt indignatione, impropereans peccata ; devorans, comminando tormenta.* Supra xi : *Spiritu laborum snorum interficiet impium.* Ponit etiam in opere : *Spiritus ejus*, idest indignatio, usque ad medium collis, idest usque ad extinctionem adducet. Supra viii : *Ibit per Judam inundans furor.* Tertio ponit indignationis effectum, In malis destructionem gentium. *Ad perdendas gentes.* Ps. lxxii, 20 :

<sup>1</sup> Al. omittitur : « ponit »

<sup>2</sup> Al : « intenditur. »

*Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Et cessatione tyrannorum, *Et frenum erroris.* Job xx 11 : *Frenum posuit in os meum.* Pot etiam effectum in bonis in laude ori *Canticum erit solemnitatis* : quia in tibus solemnitatis ibant in Jersale cum letitia. <sup>3</sup> Isai. xxxvi, 20 : *Civitate solemnitatis nostræ oculi tui videbunt.* in jucunditate cordis, *In latitudo cordi* Iufr. xxxv : *Gaudium et latitudo obtinunt, et fugiet ab eis dolor et genitum.* Judith. nlt, 24 : *Erat autem populus Domini iucundus.* *Et auditam faciet dominus gloriam vocis suæ.* Hic describit poena modum : et circa hoc tria facit. Primo describit poenæ nodum quantum : punientis actum. *Vocis suæ*, per qua apparebit gloriatus, et terrorem brachii per similitudinem irati, qui his modis consumatur. Job. xl, 4 : *Si habes brachium, cut Deus.* Et quantum ad instrumentum, *flamma ignis* ; quia, ad litteram, Assyri combusti fuerunt. *Et in lapide grananis* : forte tempestas aliqua fuit. Vel significatur diversæ poenæ in die judicii Ps. x, 7 : *Ignis, sulphur, et spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Secundum ponit poenæ inflictionem, ostendens ej horrorem. *A voce enim* : et poenæ durationem, *Et erit transitus fundatus*, id est firmatus. Tertio sanctorum exultationem, *In citharis et in bellis præcipue* quae sola divina virtute geruntur. P. lvn, 11 : *Lætabitur justus cum video vindictæ.* *Præparata est enim ab heri Thophet.* Hic describit poenæ locum : primo ipsius dispositiōnem, *Thophet*, vallis filii Emen, gehenna, quia conservatur ibi ignis ad sacrificia in lapidibus de Tophis. Eadem est vallis Gethseman in qua destruxerunt exercitus Senachrib. Vel significatur per ipsam infernum. Unde Judæi conjicunt ibi esse infernum quia ex duabus palmis quæ ibi sun semper emittitur fumus. *Ab heri*, idest a initio ; vel a secundo die secundum Iudeos, quæ habuit tantum heri : unicus tertius. De hac valle habetur Iudeu et xix : *A rege, Deo.* Supra v : *Dilexit infernum animam suam.* Secundum

<sup>3</sup> Parm. erronee : « Levit. xxxiii. »

œnarum diversitatem, *Nutrimenta<sup>1</sup>* *Lia-*  
*na<sup>2</sup>* impii, vel illi de exercitu Senache-  
*b.* *Flatus*, idest voluntas<sup>3</sup>, metaphori-  
*o.* Ps. x, 7 : *Ignis, sulphur, spiritus*  
*rocellarum, pars calicis eorum.*

Nota super illo verbo, *Ecce nomen Do-*  
*ini*, quia filius Dei est nomen Patris :  
*rimo quo manifestatur.* Joan. xvii, 6 :  
*fanifestavi nomen tuum hominibus.* Se-  
*undo quo honoratur Matth. iv, 9 : Pater,*  
*incifectur nomen tuum.* Tertio quo in-  
*ocatur.* Joan. Quæcumque petieritis Pa-  
*rem in nomine meo, dabit vobis.*

Item super illo verbo, *Venit de lon-*  
*inquo, quod venit de longinquo primo*  
*ropter diurnam expectationem.* Hebr.  
*i, 13 : Juxta fidem defuncti sunt omnes*  
*sti, non receptis reprobationibus, sed a*  
*meo eas aspicientes.* Secundo propter  
*teritorum nostrorum imperfectionem.*  
*iphas. ii, 17 : Veniens evangelizavit pa-*  
*rem vobis qui longe frustis. Tertio prop-*

ter temporis dilationem. Num. : *Videbo*  
*eum, sed non modo; intubor illum, sed*  
*non prope.* Quarto propter majestatis al-  
*titudinem.* Ps. xvii, 7 : *A sunno celo*  
*egressus ejus, et occursus ejus usque ad*  
*sumnum ejus.*

Nota super illo verbo, *Lingua ejus*  
*quasi ignis*, quia caritas dicitur ignis pri-  
*mo quia illuminat.* Eec. ii, 10 : *Qui ti-*  
*metis Deum diligite\* rum, et illuminab-*  
*untur corda vestra.* Secundo quia astut. • *illum*  
*Cant. n, 5 : Fulcite me floribus, stipate*  
*me malis, quia amore langueo.* Tertio,  
*quia ad se omnia convertit.* Rom. vii,  
*28 : Scimus quoniam diligentibus Deum*  
*omnia cooperantur in bonum.* Quarto  
*quia expeditum facit.* Joan. xiv, 23 : *Si*  
*quis diligit me, sermonem meum servabit.*  
*Quinto quia sursum trahit.* Cant. iii, 1 :  
*In lectulo meo quiesci quem diligit ani-*  
*ma mea ; quiesci illum, et non inveni.*

## CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM

Va qui descendunt in Agyptum ad auxilium, ni-  

piis sperantes, et habentes fiduciam super qua-  
 rigis, quia multae sunt, et super equitibus, quia  
 raveldi nimis; et non sunt confisi super Sanctum  
 rael, et Dominum non requirantur. Ipse autem  
 ipiens adduxit manum, et verba sua non abstulit.  
 Uconsurget contra dominum pessimorum, et contra  
 auxilium operantium iniuriam. Agyptus homo,  
 non Deus; et equi corum epro, et non spiritus.  
 Et Dominus inclinabit manum suam, et corrett  
 auxiliator, et cadet enim præstans auxilium, simulante  
 omnes consumptum : quia haec dicit Dominus  
 a me : *Quonodo si rugiat leo et catus leonis*  
*uper pradam suam, cum occurrerit ei multitudine ei*  
*istorum, a voce eorum non formidabit, et a multi-*  
*tudine eorum non pavebit ; sic descendet Dominus*  
*ex exercitu, ut preficiat super montem Sion,*  
*super collum ejus.* Sicut aves volantes sic prote-  
 gat Dominus exercitum Jerusalēm, protegens et  
 serans, transieus et salvans. Convertermi, sicut  
 profundum recesserat illi Israel. In die enim  
 la abjecti vir idola argenti sui et idola auri sui  
 ne fecerunt vobis manus vestrae in peccatum : et  
 ulet Assur in gladio non viri, et gladius non ho-  
 minis vorabit eum ; et fugiet non a facie gladii ; et  
 venies ejus vestigides erunt, et fortitudo ejus n-  
 trore transit, et pavent fugientes principes n-  
 os : dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, et  
 unius ejus in Jerusalēm.

In parte ista comminatur utrisque si-

<sup>1</sup> Al. : « nutrimentis. » — <sup>2</sup> Al. : « digna »

mul, scilicet Agyptiis et Iudeis : et circa hoc duo facit. Primo ponit comminatio-  
 nem : secundo consolationem, ibi,  
*Quia haec dicit Dominus ad me.* Circa  
 primum duo ponit. Primo euipam ex  
 confidentia humani auxillii, *In equis spe-  
 rantes* : Psalm. xxxii, 17 : *Fallar equus*  
*ad salutem; in abundantia virtutis sur-*  
*non salvabitur* : et ex contemptu divini  
 auxillii, ibi, *Et non sunt confisi<sup>4</sup>.* Contra  
 in Psal. xix, 8 : *Hi in curribus et hi in*  
*equis, nos autem in nomine Dei nostri*  
*sperarimus.* Secundo comminatur por-  
 num, *ipse autem* : et primo contra con-  
 temptum divini auxillii ; secundo ponit  
 Dei sapientiam, et sententiae firmitatem,  
*Et verba non abstulit* : idest, non irrita-  
 fecit quia per prophetas comminatus est.  
 Num. xxiii, 19 : *Non est Deus ut homo ut*  
*mentitur, nec ut filius hominis ut mutetur.* Et subiungit ponam : *Et contra auxilium*  
*operantium iniuriam.* Job, iv,  
 49 : *Qui habitant domos luteas, et terre-*

<sup>3</sup> Al. : « voluntate. » — <sup>4</sup> Al. : « confusi. »

*mum habent fundementum. Et subjungit penam, Et consuet. Contra fiduciam humani auxillii ponit eorum debilitatem, *Egyptus homo*. Ezech. xxviii, 2 : *Cum sis homo, et non Deus, in manu odientium te, morte incircumcisorum moreris.* Et subjungit ponam, *Et cornet auxiliator.* Job iv, 19 : *Qui habitant domos etc.* ut supra. *Quia hoc dicit Dominus ad me.* Ille ponit consolationem, promittens per Deum liberationem ab hostibus, a quibus per *Ægyptios* liberari non potuerunt. Et circa hoc tria facit. Primo ponit *Judeorum* defensionem sub similitudine leonis defendantis, dicens : *Vos et Ægyptii peribitis, in quibus confidebatis me contempto : quia hoc dicit Dominus, qui solus salvat.* Ut prædictetur, tanquam defensor contra illos qui impediabant ædificationem templi post redditum de captivitate. Vel contra Assyrios Osea xiii, 7 : *Ego ero eis quasi levata, sicut pardus in via Assyriorum.* Et sub similitudine avis protegentis, *Sicut aves : Matth. xxiii, 37 : Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub aliis, et nolusti?* Dent. xxxii, 11 : *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans.* Secundo ponit hostium destructionem, promittens consi-*

lum ad hoc merendum, *Convertent in profundum recesseratis, fili Prov. xvii, 3 : Inipiis cum in dum eruerit peccatorum, contemn vi, 19 : Sicut exhibuitis membr seruire iniurianti ad iniuriam, exhibete membra vestra servire in sanctificationem.* Et ponit con tum, *In die illa. Supra ii : In projiciet homo idola sua.* Et potum, scilicet ipsam destructionem ad occisorum necem, *In Denter. xxxii, 42 : Gladius meus bit carnes.* Et quantum ad resi dectionem in fuga, timorem et tem, quia *vectigales*, primos Ba Tertio ponit utriusque confirmationem *Dixit Dominus cuius ignis, cor* Assyrios. Supra x : *Erit lumen igne, et Sanctus ejus in flami ignis in altari thymiamatis. C* ii. altari holocaustorum. Lev. *Ignis in altari meo semper ard* ignis caritatis in Ecclesia milita perfecte, sed caminus<sup>1</sup> in Ecclesi phante perfecte.

Item nota, quod caritas dicitur Requiere in præcedenti collatione capitulum.

## C A P U T   T R I G E S I M U M S E C U N D U M

Ecce in justitia regnabit rex, principes in judicio præcesserunt. Et erit vir sicut qui absconditur a vento et celat se in tempestate, sicut rivi aquarum in sibi, et umbra petra prominens in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium, et aures audiuent diligentem auscultabunt et cor stultorum intelliget scientiam, et lingua balborum velociter loqueretur et plane. Non vocabitur ultra is qui insipiens est, principes; neque fraudulentem appellabitur major. Stultus enim fatua loqueretur, et cor eius faciet iniuriam, ut perficia simulationem, et loquatur ad Dominum fraudulenter, et vacuan faciat animam esurientis, et potum sienti auferat. Fraudulentem vase pessimum sunt. Ipse enim cogitatione concinnavit, ad perdentes mites in sermone mendaciam, cum loqueretur pauper judicium. Princeps vero, ea quae digna sunt principi cogitabil, et ipse super duces stabit. Mulieres opulentas surgite, et audite vocem meam; filie confidentes percipite anribus eloquium meum. Post dies et annos vos conturbamini confidentes. Consummata est enim

vindemia, collectio ultra non veniet. OI opulentæ, conturbamini confidentes, exi confundimini, accingite lumbos vestra plangite, super regione desideria vinea fertili. Super humum populi mei repres ascendent; quanto magis superinos gaudii civitatis exultantis? Dominus missa est, multitudo urbis relicta est, t palpatio facta sunt super speluncas usque num. Gaudium onagrorum pensa gregi effundatur super nos spiritus de exercit desertum iu Carmel, et Carmel iu salt tabitur; et habitabit in solitudine iudicatio iu Carmel sedebit. Et erit opus pax, et cultus justitiae silentium, et usque in sempiternum. Et sedebit populus in pulchritudine pacis, et in tabernaclio, et in requie opulenta. Grande antecensione salutis, et humilitate humiliatis. Beati qui seminatis super omnes aquentes pedem bovis et asini.

<sup>1</sup> Al. « caminus »

Hæc est tertia pars comminationis, in qua prosequitur liberationem ab hostibus, qui tunc eis imminebant. Et primo prædictit eam per modum prophetiæ; secundo narrat per modum historiæ, xxxvi cap. : *Et factum est etc.* Prima in duas. In prima prædictit Iudaorum prosperitatem, in secunda hostium destructionem. xxxiii cap. : *Vx qui prædaris etc.* Circa primum duo. Primo prædictit liberatorum statum, quantum ad regis aequitatem, ibi, *Regnabit rex, scilicet Ezechias.* Jer. xxii 5 : *Regnabit rex et sapiens erit, quantum ad populi prosperitatem.* Quantum ad consolationem in tribulatione, *Et erit vir.* Supra iv : *Tabernaculum erit in umbrae cum duci ab astu.* Quantum ad emendationem in spiritualibus, *Non caligabunt, ut prius propter peccata regis et populi, videntium, scilicet prophetarum; sed aperatas a Domino visiones accipient; et aures, scilicet subditorum, auscultabunt, impletas præcepta Domini per prophetas, cor stultorum qui prius in idolis errabant, halborum, prophetarum, qui prius obscure et in ænigmate loquebantur. Sapient. x, 21 : Sapiencia aperuit os mutorum, et linguas infantium fecit disertas.* Et etiam quantum ad consecutam libertatem, scilicet a tyrannis : *Non vocabitur qui insipiens est, scilicet Senacherib, cui prius tributa solvebantur, sicut patet IV Reg. xviii. Ezech. : Eruam eos de manu regis Assyriorum.* Secundo exequitur liberationis modum, *Stultus enim : et primo prosequitur afflictionem; secundo liberationem, ibi, Donec effundatur.* Circa quod duo facit. Primo describit hostem persecutentem; secundo persecutionem, ibi, *Mulieres opulentæ.* Circa primum tria. Primo ipsius regis nequitiam, quantum ad blasphemiam oris, *Stultus, scilicet Senacherib, fatua verba blasphemie : Infra. xxxvii Prov. xv, 2 : Os fatuorum ebullit stolidum.* Quantum ad duplicitatem cordis : *Cor ejus faciet, promittens populo bonam terram, ad Dominum fraudulenter, dicens se illius præcepto venisse : Infra. xxxvi Prov. xii, 5 : Cogitationes justorum' consilia.* Quantum ad credulitatem operis, *Vacuum, spoliando eos rebus quibus de-*

*beant nutriti, contra illud Prov. xxv, 21 : Si esurierit iniucus tuus ciba illum. Secundo principium ejus malitiam, *Fraudulentæ, scilicet Semacherib, rasa, idest nuntiæ et principes ejus. Prov. xxix, 12 : Princeps qui libenter audit verba mendacii, onus ministros habet impios.* Et malitia executionem : *Ipse enim cogitationes, scilicet Rapsacis, de quo infra xxxvi, concinnabit, idest componet. Cinnis est genus potionis ex diversis speciebus composta : Pauper Judeus. Psalm. xlix, 19 : Os tuum abundavit malitia, et lingua tua concinnabat dolos.* Tertio regnantis Ezechiae prudentiam. *Princeps, quia præcepit quod non illi aliquis responderet.* Supra l : *Restitutum præcepit tuos ut fuerunt prius. Mulieres opulentæ.* Hic describit persecutionem inflictam quantum ad tria. Primo quantum ad fructum amissionem, excitans attentionem, *Mulieres, quæ facile potestis plorare, opulentæ, quæ plorandi materiam habetis ex honorum perditione.* Vel *muliæ, idest vos Judæi imbeciles.* Psalm. xlvi, 7 : *Qui confidunt in virtute sua, et in multitudine dicitiarum suarum gloriantur.* Et ponit temporis determinationem, *Post dies, aliquot, annum, unum.* Psalm. xxi, 12 : *Quoniam tribulatio proxima est, et non est qui adjuvet.* Et ponit fructum amissionem : *Consummata, destrueta, collectio, frugum, non veniet, in domos nostras ab agris.* Jer. xlvi, 33 : *Ablata est latitia de Carmelo et de terra Moab, et vinum de torcularibus sustuli.* Secundo quantum ad camporum vastationem, indicem planetum, *Obtupescite.* Baruch. iv, 20 : *Eru me stola pacis.* Supra. xxii : *Et vocabit Dominus in die illa ad fletum.* Et prædictit dannum, *Super humum.* Supra v : *Ascedunt super eum' erpes et spinæ.* Tertio quantum ad desolationem, *Quanto magis, scilicet tenebris est, civitatis exultantis, scilicet Jerusalem, cuius inferior pars fuit tradita Assyriis.* Supra. xxii : *Urbis frequens civitatis exultans.* Et desolationis magnitudinem quantum ad domos, quia redactæ, in perpetuas tenebras, sicut accidit in ædileinis ruinosis. *Et tenebæ.* Job. xii, 23 : *Palpabant in tenebris,**

*et non in luce.* Et quantum ad agros, *Gaudium onagrorum*, qui morantur in magnis solitudinibus. *Jer. ii. 24 : Onager assuetus in solitudine. Donec effundatur.* Hic prosequitur liberationem : et primo ponit Iudaorum consolationem ; secundo hostium destructionem, ibi, *Grando autem in descensione saltus* ; tertio prophetæ congratulationem, ibi, *Beati qui seminatis super omnes aquas.* Circa primum tria. Primo divinam consolationem : Ibae dico, contingent ystante terram Senacherib : *Donec spiritus*, divina consolatio. *Ezech. : Scietis quia ego Dominus, quia intronitam in vos Spiritum et vivetis.* Secundo consolationis modum et ordinem, quantum ad terræ fertilitatem, *Et erit desertum* ; idest, terra vestra prius deserta, ita erit fertilis sicut Carmelus cuius fertilitas reputabitur sterilitas comparatione terræ vestrae. Supra xxix, idem habetur. Quantum ad justitiae observationem, *Et habitabit.* Supra. I : *Sion in iudicio redimetur, et reducent eum in justitiam.* Et quantum ad pacis tranquillitatem, *et erit opus*, idest effectus, *silentium*, quia siue tumultu contentionum et bellorum. Supra. xxvi : *Domine, dabis pacem vobis.* Tertio ponit divinae consolationis jucundam frumentationem, *Et sedebit*, *Prov. I : Qui autem me audierit, sine terrore requiescat, et abundantiam perfruetur.* *Grando*, scilicet tribulationis, *in descensione saltus* ; idest, descendenter a Domino super hostes vestros. *Civitas. Nmive.* Supra. xxvi : *Civitatem sublimem humiliabit. Beati qui seminatis super omnes aquas.* Hic ostenditur prophetæ congratulatio. *Super aquas*, idest super loca fertilia ex abundantia aquarum.

*Pedem bovis et asini, non simul, quia hoc prohibitum est. Dent. xxii, 10 : Non arabis in bove et asino.* *Psalm. cxxvi, 2 : Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, et bene tibi erit.*

Nota super illo verbo, *Erit opus justitiae par*, quia pax sanctorum in patria erit pulchra, primo quia non erit falsa. *Sap. xv.* Secundo quia non interrupta. *Supra. ix : Et pacis non erit finis.* Tertio quia plena. *Psalm. cxlviii, 14 : Posuit fines tuos pacem.*

Item nota super pacem futuram, quod tria faciunt pacem appetibilem<sup>1</sup>. Primo firmitas divinae potentie. *Psal. cxxiv : Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in aeternum qui habitat in Jerusalem.* Secundo puritas propriæ conscientie. *Prov. iii, 23 : Ambulabis fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget.* Tertio remotio hostilis nequitie. *Joan. xvi, 33 : Confidite, ego vici mundum.*

Item nota super illo verbo, *Beati qui seminatis super aquas*, quia doctrina Domini est aqua, primo quia abundat. *Ecli. xxv, 40 : Ego sapientia effudi flumina.* Secundo quia refrigerat. *Prov. xxv, 25 : Aqua frigida animæ sitienti.* Tertio quia fecundat. *Infra. iv : Quomodo descendit imber de celo et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et germinare eam facit; sic erit verbum quod egredietur de ore meo.* Quarto, quia velociter portat. *Joan. iv, 14 : Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternam.* Quinto, quia singularis se conformat. *Prov. 5 : In plateis aquas tuas dñe.*

## C A P U T T R I G E S I M U M T E R T I U M

Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis? El qui spernis, nonne et ipse sperneris? Cum consumaveris depradationem prædaberis; cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. Domine miserere nostri, te enim expectamus: esto brachium nostrum in manu, et salus nostra in tempore tribula-

tionis. A voce Angeli fugerunt populi et ab extalatione tua dispersæ sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur brachium, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso, implevit Sion iudicio et justitiam; et erit fides in temporibus suis.

<sup>1</sup> Al. : « super pacem futuram, tria faciunt appetibilem. »

Divitiae salutis, sapientia et scientia; timor Domini ipse est thesaurus. Ecce videntes clamabant foris, angeli pacis amare plebunt. Dissipate sunt viae, cessavit transiens per semitam, iritum factum est pactum, proiecti civitates, non reputavit homines. Luxit et elanguit terra, confusus est Libanus, et absorbit. Et factus est Saron sicut desertum, et conuessa est Basan et Carmelus. Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, et nunc sublimabor. Concepitis ardorem, et parietis stipulam; spiritus uester ut ignis vorabit vos. Et erant populi quasi de incendio cuius, spicæ congregatae igni comburentur. Audite qui longe etsis que fecerim, et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conseruit sunt in Sion peccatores, possidit timor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? Aut quis habitabit ex vobis cum ardoribus semperternis? Qui ambulat in iustitiis et loquitur veritatem, qui projectat avaritiam ex calunnia, et excutit manus suas ab omni munere. Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelcis habitabit, munimenta saxonum sublimatus ejus. Panis ei datum est, aquæ ejus fideles sunt. Regem in decoro suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Ubi est litteratus? ubi legi verba ponderans? ubi est docteur parvularum? Populus imprudentem non videbis, populum alti sermonis, ita ut non possis intelligere discretitudinem lingue ejus, in qua nulla est sapientia. Respic Sion civitatem solemnitatem nostram. Oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentiam, tabernaculum quod nequamque transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur: quia sollemnitas ibi magnificans est Dominus noster. Locus fluviorum rivi altissimi, neque triecti magna transgredietur eum. Dominus enim judex noster. Dominus legifer noster Dominus rex noster: ipse salvabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed non prevalebunt. Sic enim mali tuus ut dilatare signum non queas. Tunc dividit spolia praediarum militarum, clandi diripiunt rapinam, nec dicet vicinus, Elanguit. Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

In parte ista incipit prædicere hostium destructionem: et primo ipsam destructionem; secundo destructionis effectum, xxxv cap., *Lxtabitur deserta et invia*. Prima in duas. In prima prædictit destructionem hostium principalium, scilicet Assyriorum; in secunda aliorum eis auxiliantium, xxxiv cap.: *Accedite gentes, et audiite*. Circa primum duo. Primo prædictit destructionem Assyriorum; in secunda ingratitudinem Iudeorum ibi, *Laxati sunt funiculi tui*. Circa primum duo facit. Primo prædictit Assyriorum destructionem; secundo invitat omnes ad tanti facti considerationem, ibi, *Audite qui longe etsis*, Circa primum duo facit. Primo prædictit

pœnam quam a Deo percepit; secundo quam aliis ipse contulit, ibi, *Ecce clamabunt foris*. Circa primum tria facit. Primo comminatur Assyris destructionem, ponens questionem, *Noune, et responsu*num, *Cua consummaveris fatigatus*; quasi dicat, tadio affectus de multis victoriis. Matth. vii, 2: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Apoc. xii, 10: *Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*. Secundo in persona populi petit a Deo comminationis confirmationem, *Domine, miserere*. Eccli. xxxvi, 7: *Glorifica manum, et extende brachium*. Psal. lxx, 13: *Da nobis, Domine, aurum de tribulatione*. Tertio ponit petitiois impletionem: primo ponens destructionem Assyriorum quantum ad exercitus, *A voce, Angeli, millos interficiens, populi*, Assyrii, qui residui fuerunt. Supra. xxxi *Et pavebunt principes ejus fugientes*. Quantum ad spoliorum directionem, *Et congregabuntur, a Judais, vestra, o Assyrii*. Supra. x: *Lxtabitur coram te sicut qui latentur capti præda, quando diridunt spolii*. Secundo destructionis fructum, scilicet Dei gloriam, *Magnificatus*. Psal. lxi, 11: *Magnificata est usque ad colos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua*. Et hominum gratiam in rectitudine actus, *Impedit, scilicet Dominus, iudicio*, quod est executio iustitiae. *Fides*, quae est fundamentum iustitiae. Supra. 1: *Sion in iudicem redimet, et reducunt eam in iustitiam*. Osee. 20: *Sponsabo te mihi in iustitia et fide*. Quantum ad perfectionem intellectus: *Dirittus salutis, sapientia, in divinis, scientia, in humanis*. Prover. iii, 15: *Pretiosor est sapientia cunctis opibus*. Quantum ad ordinationem affectus, *Timor, Eccli. i, 27: Timor Domini' debet precatum*.

Nota super illo verbo, *Divitiae salutis*, quia nos habemus divitias primo in Deo. Col. ii, 3: *In ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie Dei absconditi*. Secundo in sapientia<sup>1</sup>. Proverb. iii, 15: *Pretiosor est cunctis opibus sapientia*. Tertio in sanctorum collegio. Supra. xiii: *Pretiosior erit vir auro, et homo mundo abrizo*.

*Ecce ridentes clamabunt foris.* Ille ponit paenam quam alii intulit : et primo describit paenam ab ipso inflictam quantum ad perturbationem hominum : *Videntes, exercitus magnitudinem, foris qui habitant in suburbanis, angeli pacis, legati Ezechiei ad Rapsacem. Infra. xxxvi. Jer. viii, 19 : Ecce vox clamoris filia populi mei de terra longinqua.* Quantum ad solitudinem viarum, *Dissipatae. Thren. 1, 4 : Via Sion lugent, eo quod non est qui veniat ad solemnitatem.* Quantum ad infractionem pactorum, *Irritum factum est pactum,* scilicet quo Senacherib Ezechiam assecuraverat. Et ideo projectit, quasi contempnens eorum amicitiam, *non reputavit, presumptione cordis sui. Job xxxix, 24 :* \* *Absorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem.* Quantum ad destructionem regionum, *Luzit, et clanguit.* Et ponit praecipue fertiles regiones. Secundo ponit divinam resistantiam conatibus ejus, *Nunc consurgam : et circa hoc tria ponit.* Ex parte Dei resistentis propositum : *Nunc, scilicet post tanta mala quae fecit, consurgam, contra improbos. Psal. xi, 5 : Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Secundo ponit frustratum Assyriorum consilium, *Concipietis, idest cogitabis alios ardere : parietis stipulam, idest, hoe sequetur quod vos comburemini : spiritus vester, idest indignatio, vorabit, scilicet carnem sub corio. Psal. vii, 16 : Lucum aperuit et effudit cum, et incidit in foveam quam fecit.* Tertio ponit resistentiae, sive paenae modum : *Et erunt populi quasi de incendio cinis : quia, ad litteram, corpora eorum sunt in cinerem redacta : spinæ, idest Assyrii, quia alios lacerabant. Malach. ult. Calcabitis impios, cum fuerit cinis sub planta pedum eorum. Audite qui longe estis.* Ille invitat ad tanti facti considerationem : et primo ad considerandum liberantis divinae potentiae magnitudinem ; secundo ad considerandum liberatae civitatis dignitatem, ibi, *Respic Sion civitatem solemnitatis nostræ.* Circa primum duo. Primo invitad considerationem sue potentiae, *Audite. Infra. xlix : Audite insulae, et attendite populi de longe.*

Secundo ostendit potentiae signum, *Contriti sunt peccatores, Assyrii scilicet. Jer. xix, 11 : Conteram populum istum et civitatem istam sicut conteritur vas signuli. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante ?* Ille invitat ad considerandum idoneitatem ejus qui habitat cum Deo, ut ab ipso semper protegatur illasns : et primo inquirit idoneum ; secundo excludit indignum, ibi. *Ubi est litteratus, ubi legis verba ponderans, ubi est doctor parvulorum ?* Circa primum tria facit. Primo ponit quæstionem ? *Quis habiture poterit de vobis cum igne devorante ?* Deo scilicet, ut ab ipso non devoretur, sicut Assyrii. Deut. iv, 24 : *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Secundo ostendit idoneitatem, removens tria ad quæ Judæi prouerant : scilicet avaritiam quantum ad injuste ablata, *Ex calunnia, et illiberaltatem* quantum ad accepta, *Et excutit.* Secundo quantum ad crudelitatem in homicidiis : *Qui obturat aures suas, ne audiatur sanguinem.* Tertio quantum ad luxuriam. *Et claudit oculos suos, ne videat, malum. Iste in excelsis, scilicet cum Deo.* Tertio ostendit hujus habitationis utilitatem quantum ad quatuor. Et primo quantum ad altitudinem securam, quæ tamen est contra consuetudinem altitudini. *Mumenta saxonum. Job. xxxix, 28 : In petris manet, et in præruptis scilicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.* Secundo quantum ad satietatem plenam, *Panis.* Gen. xlix, 20 : *Aser panis pinguis.* Tertio quantum ad Dei visionem, regem, idest Deum. Caut. iii, 11 : *Egredimini filie Sion, et videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua.* Quarto quantum ad affectionem sanctam, scilicet contemptum terrenorum : *Oculi ejus cernent terram de longe, quasi longe sub se positam, per dedignationem<sup>1</sup>.* Et quantum ad divinam subjectionem : *Cor tuum meditabitur timorem, filiale.* Ecclesi. i, 12 : *Timor Domini delectabit cor.* Et possunt haec exponi quantum ad eos qui habitant cum Deo in præsenti Ecclesia, vel etiam in triumphante<sup>2</sup>. Vel aliter : *Terra, scilicet viventium. Psalm. xxvi, Credo videre bona Domini in terra viventium.*

<sup>1</sup> Al. : « indigationem. »

<sup>2</sup> Al. . « vel. tribulationes. »

*tum. De longe*, quasi longe supra dignitatem naturae, vel idoneitatem multorum, nunc<sup>1</sup> in spe, in futuro in re; et sic se tenet cum tertia.

*Nota super illo verbo, Spiritus vester ut ignis*, quia Deus dicitur ignis: primo purgans. Matth. iii, 13: *Baptizabit eos Spiritu sancto et igne*. Secundo inflammans. Luc. xii, 49: *Ignem veni mittere in terram*. Tertio condemnans. Bent. xxxii, 22: *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni novissima*.

*Item nota* super illo verbo, *Iste in excelsis habitabit*, quod sancti habitant cum Deo, primo propter puritatem actionis. Psalm. c, 6: *Oculi mei ad fidèles terræ, ut sedeant mecum*. Secundo per haesitionem amoris. Iou. xiv. 23: *Si quis diligite me, sermonem meum servabit*. Tertio per eminentiam contemplationis. Philip. iii, 20: *Nostra conversatio in celis est*. Quarto per gloriam fruitionis. Psalm. lxxxiii, 5: *Beati qui habitant in domo tua, Domine*.

*Ubi est litteratus? ubi legis verba ponderans? ubi est doctor parens? Ille excludit indignum quantum ad illos qui praeципue digni videbantur. Et primo eminentes in sapientia: Ubi est litteratus, eruditus in Philosophia; ubi legis verba ponderans, eruditus in scientia divina, doctor, instruens alios in erudimentis utrinque? I Cor. i, 20: Ubi sapiens, ubi scriba, ubi doctus? Secundo eminentes in eloquentia, sed non sapientia, Populum alti sermonis. Jerem. v, 43: Ecco ego adducam super eos gentem cuius ignorabitis linguam. Respic Sion civitatem solemnitatis nostræ. Ille inducit ad considerandum liberatae civitatis dignitatem: et primo quantum ad copiam honorum, ponens quatuor que sunt in eodem vol militanti Ecclesia: scilicet cordium letitiam, Civitatem solemnitatis. Supra xxx: *Sicut vox sanctificata solemnitatis, et latitudo cordis*. Rerum opulentiam, Oculi tui videbunt. Supra xxxii: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculo fiducie, in reque opulenta, immobilitatis gratiam*. Clari: loqui-*

tur secundum similitudinem tabernaculi quod affigitur clavis et fumibus, qui dissolvuntur quando transferri debet. Dan. vii, 14: *Potestas ejus potestas aeterna, quæ non inferetur: et regnum ejus, quod non corrumpetur*. Et hujus assignat rationem, quia solammodo Dominus est qui valet transferre, et alii non poterunt<sup>2</sup> Psalm. xlvi, 2: *Magnus Dominus, et laudabilis nomen*. Aquarum abundantiam, Locus fluviorum, idest divinarum monitionum; rivi, diversi modi participacionum. Psal. xlv, 5: *Florentis impetus levificat civitatem Dei*. Hoc tamen Judei totum fabulose referunt ad auream Jerusalem. Secundo quantum ad immunitatem malorum, *Nou transibit. Remigum, quorumlibet hostium*, qui quandoque consueverant per mare terram promissionis infestare. Trieris, navis habens tres ordines remorum. Et assignat causam: *Dominus enim iudee*, judicans ab adversariis. Zach. ix, 9: *Ecco rex tuus venit tibi mansuetus. Lazarus sunt funiculi tui*. Ille prædictus ingratorum Judeorum destructionem primo a Romanis factam: et ponit tria. Primo impotentiam ad resistendum: *Lazarus, idest preparati, funiculi*, ut te contra Romanos defendas. Loquitur secundum similiitudinem navis que paratur ad eundem. *Malus*, arbor uavis, idest templum, in quo pretiosa vasa et velu suisse noscitur. Thren. i, 13: *Dedit me Dominus in manu, de qua non potero fugere*. Secundo direptionem spoliiorum ab hostibus, *Tunc dividentur, a Romanis. Claudi*: quasi dicat: Nullus erit sic impotens inter eos quin prædam vestram diripiatur. Joel. iii, 10: *Infirmus dicat, quia ego fortis sum*. Tertio remissionem peccatorum hostibus, *Populus*, scilicet Romanus, justificatus comparatione malitie Judeorum. Ezech. xv, 31: *Justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es*. Vel loquitur contra Idumæos, qui non poterunt prævalere contra Judeos, sed magis ab ipsis spoliabuntur tempore Machabœorum; et populo Judeorum remittetur iniurias. Iust. x: *Completa est malitia ejus*.

## CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM

**A**ccedite gentes, et audite, et populi attendite : audiatur terra et plenitudo ejus, orbis, et omne germen ejus : quia indignatio Domini super omnes gentes, et furor super universam militiam eorum. Interfecit eos, et dedit eos in ocisionem. Interfecti eorum projiciuntur, et de cadaveribus eorum ascendet fator. Tabescunt montes a sanguine cornu, et tabescet omnis militia eorum, et complicabuntur sicut liber corli, et omnis militia eorum deluet sicut deluit folium a viena et de fieu. Quoniam inebriatus est in celo gladius meus, ecce super Idumavam descendet, et super populum interfectionis mear ad judicium. Gladius Domini repletus est sanguine, inerasatus est adipe de sanguine agnorum et hircorum, et de sanguine medullatorum arietum. Victima enim Domini Bosra, et interfectio magna in terra Edom. Et descendenter unicornes eum eis, et tauri eum potentius. Inebriabit terra cornu sanguine, et humus eorum adipe pinguium : quia dies ultionis Domini, annus retributionis iudicij Sion. Et convertentur torrentes ejus in piecm, et humus ejus in sulphur. Et erit terra ejus in picem ardente nocte et die, non extinguetur in sempiternum. Ascendet funus ejus a generatione in generationem, desolabitur in secula seculorum. Non erit transiens per eam, et possidebunt eam onocrotalus et ericius, et ibis et corvus habitabunt in ea. Et extendetur super eam mensura, ut redigatur ad nihilum, et perpendicularium in desolationem. Nobiles ejus non erant ibi ; regem potius invocabunt : et omnes principes ejus erunt in nihilum. Et orientur in dominus ejus spinæ et urtica, et palmaris in munitionibus ejus ; et erit enibile draconum, et pascua struthionum ; et occurvent dæmonia onocrotalii, et pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi eubauit lamia, et inventi sibi requiem. Ibi habuit foveam ericius, et emtrivit catnulos, et circumfodit, et fovit in umbra ejus. Illic congregati sunt nilvi, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, et legite : unum ex eis non definit, alter alterum non quiescit : quia quod ex ore meo procedit, illa mandavit, et spiritus ejus ipse congregavit ea ; et ipse misit eis sorteum, et manus ejus divisit eam illis in mensuram. Usque in aeternum possidebunt eam, in generationem et generationem habitabunt in ea.

In parte ista comminatur his qui fuerunt Assyris coadiutores : et primo omnibus ; secundo specialiter Idumais, ibi, *Ecce super Idumavam descendet*. Circa primum duo Primo excitat attentionem, et attentionis ordinem, ut accedentes appropinquent, propinquique audiunt, et audientes attendant. Infra XLIX : *Audite insula, et atteleute populi de longe*. Et ponit convocatorum universalitatem : Au-

*diat terra, quantum ad mediocres : continens pro contento ; plenitudo, quantum ad maiores ; germen ejus, quantum ad minores : omnibus est preparatus ad annuntiandum, ut quod omnes possint audiire ostendat. Psal. xxiii, 1 : *Domini est terra, et plenitudo ejus*. Secundo ponit comminationem populorum, ponens iudicis, scilicet Dei, indignationem, *Quia iniuriantur*. Supra XIV : *Huc est manus extenta super omnes gentes*. Dominum necem, *Interfecit eos* ; per auctoritatem, *debet*, quasi dicat, aliis ad interficiendum, sicut executoribus. Zach. xi, 6 : *Ego tradam homines, unum quemque in manu proximi sui*. Cadaverum abjectionem, *Interfecti projiciuntur*. Jer. xxu, 19 : *Sepultura asini sepelietur*. Joel. ii, 20 : *Ascendet fator ejus, et ascendet putredo ejus, quia superbe egit*. Secundo quantum ad tyrannorum cessationem : *Tabescunt montes, idest tyrami, a sanguine*, idest propter culpam effusi sauginiis. Infra LXIV : *A facie tua montes desfluerunt*. Tertio quantum ad destructionem idolorum : et circa hoc tria facit. Primo ponit cessationum idolorum auxilium, *Tabescunt calorum, aereorum, idest dæmonum* ; vel, ad litteram, spiritus qui presidebant sideribus secundum opinionem gentilium. Supra XIX : *Movebuntur simulacra Egypci*. Et in consiliis, in quantum scilicet divinabant in astris, *Et complicabuntur* ; idest : sicut in libro pli- cato non potest aliquid legi, ita nec in celo poterunt mala eis futura prævidere. Apoc. vi, 14 : *Caelum recessit sicut liber involitus*. Secundo ostendit cessationum idolatriæ cultum, *Et omnis militia* : vel facilitatem impletionis prædictorum. Apoc. vi, 13 : *Stellæ de celo occiderunt super terram*. Tertio ostendit utrinque effectum : *Quoniam gladius, idest ultio, inebriatus est in celo*, idest abundanter in dæmonibus ultioiem exercuit, qui ido-*

lis præsidebant. Deut. xxxii, 42 : *Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus decorabit carnes.*

*Nota super illo verbo, Accedite, quia homo accedit ad Deum per susceptionem gratiae. Rom. v, 2 : Accessum habemus per ipsum ad Deum. Secundo per contemplationem divinae sapientia. Ps. xxxiii, 6 : Accedite ad Deum et illuminamini. Tertio per ministerium obedientiae. Ezech. xl, 46 : *Fili Sadoch qui accedunt de filiis Levi ad Dominum, ut ministrent ei.* Quarto per spiritum concordie. Eph. ii, 18 : *Per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem.**

*Ecce super Idumeam descendet.* Ille comminatur specialiter Idumeis, qui cum hostibus contra Jerusalēm venerunt, sicut dicitur in Abdia, quando capiant alieni exercitum : et circa hoc tria facit. Primo comminatur hominum interfectionem ; secundo terrae destructionem, ibi, *Et convertentur torrentes ejus in picem.* Tertio ponit utrinque confirmationem, ibi, *Requrite diligenter in libro Domini.* Circa primum tria. Primo describit pœnae aequitatem, *Ecce super Idumeam, ad opprimendam. Interfectionis*, idest digni a me interfici. Jer. xlix, 8 : *Perditionem Esau adduri super eum.* Secundō describit interfectionem quantum ad mediocre, ponens interectorum diversitatem, *Gladis, Agnorū, et hircorum, et de sanguine medullatorum arietum* : per quae omnia intelliguntur diversi gradus interectorum. Ezech. xxi, 14 : Ezech. *Hic est gladius interfectionis magna, qui obstupescere eos fecit.* Et necis magnitudinem, *Victima*, idest quasi sicut in convivio magni regis, in quo multa animalia interficiuntur. Ezech. xxix, 17 : *Ego immolo vobis victimam.* Et quantum ad maiores, ponens eorum occasionem : *Et descendent, in mortem, unicorū* : animal est in quantitate, et tactu atrocissimum, habens cornu unum : unde significat potentes Monarchas. Supra v : *Descendent fortes ejus et sublimes ejus glorioseque ejus ad eum.* Et occasionis magnitudinem, *Inebriabitur*, Psalm. cxv, 38 : *Infecta est*

*terra<sup>1</sup> in sanguinibus.* Tertio ponit pœnae rationem : *Dies ultionis Domini, annus retributionis iudicii Sion*, ut scilicet iudicetur Sion de Idumeis. Infra lxiii : *Dies ultionis in corde meo, annus retributionis meæ venit.* Tamen secundum *Glossam, Sion*, idest contra Sion. Unde omnia sequentia exponit de destructione Jerusalēm facta per Romanos. *Et convertentur torrentes ejus in picem.* Ille ponit comminationem quantum ad terras destructionem : et circa hoc tria facit. Primo prædicti destructionem ; secundo terræ destructionis solitudinem, ibi, *Desolabitur in sancta seculorum* ; tertio solitudinis horrorem, ibi, *Et erit cubile draconum*, Circa primum duo ponit. Primo destructionem. *Convertentur* ; idest, ita tota terra comburetur ab hostibus, ac si aqua esset pīz et terra sulphur. Psalm. x, 7 : *Ignis, sulphur et spiritus præcelarum.* Secundo ponit destructionis durationem, *Non extinguetur* ; idest, effectus illius incendi manebit semper. *Funus*, signum in memoriam presentis incendi. Apoc. xix, 3 : *Funus ejus ascendet in sancta seculorum.* Et hoc intelligendum est mauente causa combustionis, scilicet peccato : sic enim conditionaliter exponendae sunt omnes hujusmodi prophetiae secundum quod ipsem Dominus exponit se. Jer. xvii, 7 : *Repente loquar adversum gentem, et adversum regnum, ut eradicem et destruam et disperdam illud.* Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego penitentiam super malo quod cogitavi. *Desolabitur in sancta seculorum.* Ille ponit solitudinem : et primo prædicit rationem, vel solitudinem quantum ad habitatores. *Desolabitur.* Thren. i, 13 : *Posuit me desolatum, tota die morore confectum.* Quantum ad viatores, *Non erit transitus.* Jerem. xlix, 18 : *Non magnebit ibi vir, et non incoleat eum filius hominis.* Quantum ad bestiarum habitationem : *Et possidebit, quasi sine timore, oneratulus*, idem est quod pellicanus ; *ibis*, avis serpentinus inimica. Est ibex ibicis quadrupes<sup>2</sup> ibis ibidis avis. *Et inuidus ibis.* Psalm. ciii, 17 : *Herodi donus dux est cornu... patra re*

<sup>1</sup> AL : « imperfecta est terra. »

<sup>2</sup> AL : « quadruplex. »

*fugion herinaciis.* Secundo ponit solitudinis aquitatem : et primo aquitatis iudicium, *Et extendetur mensura, ponere contra mensuram culpæ.* *Perpendiculus,* regula clementarii. Supra xxvi: *In mensura contra mensuram cum obiectu fuerit, judicabit eam.* Secundo ponit iudicij modum, *Nobiles ejus, in quibus gloria batur.* Soph. iii, 11: *Auferem de medio tui magniloquos superbias tuas.* Orientur in domibus, quas nimis ruinosas edificabant. *Et paliurus,* quædam herba multarum spinarum, quæ palis adharet, lata habens folia. Osea ix, 6: *Desiderabile argentum eorum urtica hereditabit, lappa in tabernaculis eorum: ut sic, quantum glorificavit se et in deliciis fuit, tantum haberet tormentum.* Apocal. xviii, 7. *Eterit cubile draconum.* Ille ostendit horrorem solitudinis ex monstris quæ ibi habitabunt, *Dæmonia, dæmonum monstra, quæ in desertis plurimum apparent: onocentaurus, qui est medius asinus, et medius equus, vel illud est dæ-*

monium potius quam naturale animal. *Pilosus, simia, vel homo sylvester, vel dæmon incubus: lamia, habens cetera membra feminina, pedes equinos: alter ad alterum clamabit.* Supra xii: *Requiescent ibi bestiæ et replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi struthioes.* Requirite diligenter in libro Domini. Ille confirmat omnia quæ dicta sunt ex auctoritate divine inspirationis. Requirite, vos qui futuri estis, in libro Domini, idest in hoc libro, quem ego a Domino didici, *Unum ex eis non defut;* idest omnia monstra quæ dixi erant ibi, *Alter ad alterum, mas ad feminam.* Ea, scilicet monstra, marem et feminam. Sortem, distribuens singulis loca apta ad manendum. Luc. xxi, 33: *Cochon et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Vel si exponatur de Judæa, intelliguntur per hæc diversa monstra, diversi gentilium errores, qui ibi a coletibus Romanis<sup>1</sup> introducti sunt.

## C A P U T   T R I G E S I M U M Q U I N T U M

Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo et florbit quasi lilium. Germinans germinabit, et exulta sit lætabunda et laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. Ipsæ videlicunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, et gema debilita roboret. Dicite: Psallitantes confortamini, et nolite timere. Ecce Deus noster nitionem adduct retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit nos. Tunc aperientur oculi eorum, et aures surdorum patetebunt. Tunc salient cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum: quia seissa sunt in deserto aque, et torrentes in solitudine: et quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum. In cibilibus, in quibus prius dracones habitabant, orient viror calamus et juncus; et erit ibi semita, et via sancta vocabitur. Non transiit per eam pollitus, et haec erit volvis directa via, ita ut stulti non errerent per eam. Non erit ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec inveniatur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint; et redempti a Domino, convertentur, et venient in Sion cum laude; et hetitia sempiterna super caput eorum. Gaudium et latitium obtinebunt, et fugiet dolor et genitus.

In parte ista ponit effectum prosperitatis consequentis in Judæis ex destruc-

tione hostium: et dividitur in partes duas. In prima ponitur promissio consolans; in secunda exhortatio confortans, ibi, *Confortate manus dissolutas.* Circum primum tria. Primo ponit hominum iucunditatem, quam comparat prato florenti, qui quidem habet pulchritudinem in floribus: unde dicit: *Deserta, idest terra Judæorum, que post, vastantibus Assyriis, erat hujusmodi, metonomice, idest ipsi homines, quasi lilium, quod est pulcherrimus flos, et diu durat.* Eccl.: *Florens floreas quasi lilium.* Habet etiam pulchritudinem in germine: unde dicit, *Germinans.* Psalm.: *Justus germinabit sicut lilium.* Sicut enim germen ex flore, ita exterior iucunditas ex cordis latititia. Secundo promittit terræ fertilitatem: *Gloria Libani, idest fertilitas diversarum rerum, quæ est gloria horum locorum,*

<sup>1</sup> Al. : « colentes a Romanis. »

erit in terra promissionis. Osee ult. : *Erit quasi oliva gloria ejus, et odor ejus ut Libani.* Tertio utriusque propinquitatem, *Ipsi*, idest non differetur ad tempora filiorum. Supra xxxiii : *Regem in decoro suo videbunt. Confortate manus dissolutas.* Illic ponitur exhortatio confortans : et circa hoc tria facit. Primo ponitur officii exhortandi injunctio : *Confortate manus, in quo debilitas ad operandum : genua debilia, trementia, in quo debilitas ad sustinendum.* Hebr. xii, 12 : *Remissas manus et soluta genua erigite.* Secundo ponitur ipsa confortatio : *Dicite pusillanimes.* Luc. xii, 32 : *Nolite timere, pusillus gress.* Tertio assignatur confortationis ratio : et primo quantum ad renumeracionem malorum, liberando ab hostibus, *Ecce Deus;* et sanando a languoribus, *Tunc aperientur.* Et sunt metaphoricae locutiones, si referantur ad tempus post destructionem Assyriorum, ut intelligantur spirituales defectus, ut supra. Vel ad litteram, si referantur ad Christi adventum, sicut Matth. xi, 5 : *Cæci vident, rlaudi ambulant.* Secundo quantum ad collationem honorum quadrupliciter. Primo quantum ad abundantiam aquarum, *Quæ scissæ sunt metaphoræ aquæ,* pro consolationibus. Vel quia multum pluet, ut sit magna fertilitas. Psal. cxi, 35 : *Posuit desertum in stagnum aquarum.* Scenndo pulchritudinem camporum, *in cubilibus,* idest terra, quæ prius erat deserta, ita ut' haec animalia inhabentare, erit culta, *Viror calamū,* quæ in locis virentibus orinutur. Job xi, 16 : *Sub iombra dormit in secreto calami.* Tertio quantum ad restorationem viarum, ponens viae sanctitatem : *Et erit ibi semita, in terra Iuda, semita, ducens ad templum.* Pollutus, gentilis, sicut ante. Vel mystice de Ecclesia militante vel triumphantie. Apoc. : *Non ingredietur in eam pollutus et immundus.* Ponit etiam rectitudinem, *Et haec erit directa.* Stulti, idest quantum enimque simplices, non erra-

\* stagna

bunt, propter multitudinem transcurrentium. Jerem. xxxi, 8 : *Adducam eos de terra aquilonis, et congregabo eos ab extremis terræ.* Ponit etiam viæ securitatem, *Non erit ibi leo.* Supra ii : *Non nocebunt et non occident in universo monte sancto meo.* Et ponit viarum frequentationem, *Et redempti, a precedentibus periculis.* Baruch iv, 37 : *Ecce enim veniunt filii tui, quos diuinisti dispersos.* Quarto promittit eis latitiam cordium, *Latitia sempiterna.* Supra xxv : *Auerget lacrymam tuam ab omni facie.* Ostendit etiam communiter latitiam sanctorum in patria, quia sempiterna, quia plena, *Obtinebunt, quia pura, Fugiet dolor et gemitus.* Apocal. xxi, 4 : *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum; et jam non erit amplius neque luctus neque clamor, sed nec ullus dolor.*

Nota super illo verbo, *Florebit quasi lilium,* quia sancti comparantur liliis primo propter stipitis altitudinem, ex quo constantia in alversis. Can. ii, 2 : *Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filios :* Secundo propter odoris suavitatem, ex quo bona fama. Ecel. xxxix, 19 : *Floret flores quasi lilyum, date odorem, et frondet in gloriam.* Tertio propter humoris viorem, ex quo virtus mentis : Ecel. i, 8 : *Quasi lilia in transitu aquæ.* Quarto propter connexionem, ex quo sanctorum caritas. Can. vi, 2 : *Venter tuus sicut arvus tritici vallatus liliis.*

Item nota, quod haec lilia Christus vestit quantum ad virtutum initia. Matth. vi, 28 : *Considerate lilia agri, quoniam non labrante tererunt neque uent, et pater ecenter restit illa.* Secundo colligit ad aeterna praemia. Can. vi, 1. *Dilectus mens descendit in hortum suum ad arrolam aromatum, ut ibi pascatur in hortis et lilia colligat.* Tertio in eis requiescit per complacentiam. Cant. vi, 2 : *Dilectus mens mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.* Quarto quia ipse est lillum. Cant. ii, 1 : *Ego flos campi, et lillum convallium.*

## CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM

Et factum est in quartodecimo anno regis Ezechiei, ascendit Senacherib rex Assyriorum super omnes civitates Iuda innuitas, et cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rapsacen de Lachis in Jerusalem, ad regem Ezechiiam in manu gravi; et stetit in aquæ ductu piscina superioris in via agri fullo-nis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helcie, qui erat super dominum; et Soba seriba, et Joah filius Asaph a commentariis. Et dixit ad eos Rapsaces : Dicite Ezechias : Ille dicit rex magnus, rex Assyriorum : Quae est ista fiducia, quae confidis ; aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis ? Super quem habes fiduciam, quia recessisti a me ? Ecce confidit super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum, cui si inuinxerit furem homo, intrabit in manu ejus, et perforabit eam ; sic Pharaon rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Quid si responderis mihi : in Domino Deo nostro confidimus ; nonne ipse est cuius abstulit Ezechiias excelsa et altaria, et dixit Judas et Jerusalem : Coram altari isto adorabitis ? Et nonne tradet de domino meo regi Assyriorum ; et dabo tibi duo milia equorum ; nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem judicis unius loci et servis domini mei minoribus ? Quid si confidis in Ægypto, in quadriga et in equithibus : et nunc numquid sine Domino ascendi ad terram istam, ut desperderemus eam ? Dominus dixit ad me : Ascende super terram istam, et desperde eam. Et dixit Eliacim et Soba et Joah ad Rapsacen : Loquerere ad seruos tuos Syra lingua, intelligimus eum. Ne loqueris ad nos Iudea in auribus populi, qui est super murum. Et dixit ad eos Rapsaces : Numquid ad dominum tuum et ad te misericordia mea meus ut loquerer omnia verba ista, et non potius ad viros qui sedent in muro, ut comedant stercore sua, et libant irinam pedum suorum volviseum ? Et stetit Rapsaces, et clamavit voce magna Iudeice, et dixit : Audite verba regis magni, regis Assyrioris. Hoc dicit rex : Non vos seducat Ezechias, quia non poterit eruere vos ; et non vobis tribuit fiduciam Ezechias super Dominum dicens : Erunt liberabit nos Dominus ; non dabiter civitas in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiiam. Hoc enim dicit rex assyriorum : Facite mecum benedictionem, et egredimini ad me ; comedite unusquisque vineam suam et unusquisque sicutum suum, et libite unusquisque aquam cisterne sua donec veniam, et tollam vos ad terram, quæ est ut terra vestra, terram frumenti et vini, terram pauperum et vinearum. Nec conturberet vos Ezechias dicens : Dominus liberabit nos. Num liberaverat dii gentium unusquisque terram suam de manu regis Assyriorum ? Ubi est Deus Emath et Arphad ? Ubi est Deus Sepharavain ? Numquid liberaverunt Samariani de manu mea ? Quis est ex omnibus diis terrarum istarum qui eruerit terram suam de manu mea, ut eruerit Dominus Jerusalem de manu mea ? Et si silentur, et non responderent ei verbum. Mandaverat enim rex dicens. Ne respondetis ei. Et ingressus est Eliacim filius Helcie, qui erat super dominum, et Soba seriba, et Joah filius Asaph a commentariis, ad Ezechiiam scissis vestibus, et nuntiaverunt ei verba Rapsaciis.

Hic narrat in modum historiae destrunctionem Assyriorum : et primo ponit historie gesta ; secundo quadam ex historia occasionata : cap. xxxviii : *In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem etc.* Prima in duas. Primo ponitur enpa quam in Iudeos commisit ; secundo pœna quam a Deo sustinuit, ibi, *Egressis etc.* Offendit autem tripliciter. Primo bellis ; secundo nuntiis, ibi, *Et misit Rex Assyriorum Rapsacen*; tertio epistolis, cap. xxxvii : ibi, *Quod cum audisset misit nuntios ad Ezechiham.* Habac. 1, 6 : *Ecce ego suscitabo Chaldaeos gentem anaram et velocem, ambulantem super latitudinem terræ.* Et misit rex Assyriorum Rapsacen. Ille ostendit qualiter offendit Iudeos commandando per nuntios : et primo ponitur nuntiorum congregatio ; secundo ipsorum colloctio, ibi, *Et dixit ad eos Rapsaces.* Circa primum duo facit. Primo describitur nuntius Assyriorum, *Rapsacen*, quem dicunt quidam fuisse filium Isaiae, alii Samaritanum. In aquæ ductu : de hoc supra vii. Secundo describuntur nuntii Iudeorum, ibi, *Et egressus est ad cum Eliacim filius Helcie,* qui successit Soba, qui tradidit inferiorem partem civitatis Assyriis ; ut supra xxii. *Soba*, non ille de quo supra ; a commentariis, cancellarius Regis, qui gesta in scriptum redigebat, ad memorandum regi. Unde commentor a comminisor. *Et dixit ad eos : Rapsaces.* Ille ponitur nuntiorum colloctio : et circa hoc duo facit. Primo ponitur prolocutio Rapsaciis ad nuntios : secundo ad alios, ibi, *Et stetit Rapsaces*, Circa primum tria. Primo ponit ipsius Rapsaciis allocutio, in qua intedit astriuere Ezechias infirmitatem ad resistendum, excludendo defensionem Ægyptiorum. *Confidis in arundine,* derisoric, quia in Ægypto multæ arundines sint. vel hoc dicit, quia Ægyptii tales erant. Ezech. xxix, 6 : *Fuisti baculus arundineus domui Israel.* Sed falsum erat quod Ezechias consideret in eis, excludendo etiam auxi-

lium divinum : *Quod si responderis. Cujus abstulit.* Quod fecit pro religione, pervertit in sacrilegium. Deuter. xi, 13 : *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videvis.* Excludendo etiam robur proprium, *Et nunc trade;* quasi dicit : Nec equos habes, aut equites, ut uni principum exercitus resistere possis. Supra xxxiii : *Proiecit civitates.* Offert etiam Senacherib potestatem ad pugnandum, ex precepto Domini : *Quod si confidis etc.*<sup>1</sup> Secundo ponitur aliorum responsio, *Et dicit Eliacim. In auribus populi,* ne perturbetur, scientes quod dicitur. Prov. xi, 11 : *In benedictione justorum exaltabitur civitas, et ore impiorum subvertetur.* Tertio ponitur responsio irrario : *Et dixit ad eos. Urinam,* que fluit ad pedes. Thren. iv, 5 : *Qui nutriti volvuntur voluptuose, amplexati sunt sternora.* Et stetit Rapsaces, et clamavit voce magna iudeice. Ille ponitur allocutio impii ad populum. Et primo ponit stultum impiu verbum, in quo terret minis, *Non poterit.* Judith v, 27 : *Quis est iste qui filios Israel posse dicat resistere Nabuchodonosor?* Secundo allicit promissis. *Huc dicit rex. Benedictionem, idest pactum,*

quod vertetur in vestram benedictionem. Vel benedicite me sicut dominum vestrum. *Veniam de Aegypto, ad terram, scilicet Medorum.*<sup>2</sup> Gen. xvii, 28 : *Det tibi Deus de rore cordi et de pinguedine terra abundantiam frumenti vini et olei.* Provocat exemplo : *Ne conturbet vos Ezechias.* Dan. xi, 36 : *Elevabitur et magnificabitur.* Secundo ponitur despecti populi silentium. *Et siluerunt.* Prov. xxvi, 4 : *Ne respondeas stulto iurta stultitiam suam, ne sibi similis videaris.* Precepit, ne verba blasphemie multiplicaret, aut populum deciperet. *Et ingressus est Helicem filius Heliæ.* Ille ponitur discessio nuntiorum ab invicem : et primo reditus Judeorum ad Ezechiam ; secundo reditus Rapsaci ad Senacherib. *Reversus est autem.* Circa primum duo. Primo ponitur reditus nuntiorum et blasphemie renuntiatio ; secundo ponitur Ezechia oratio, ibi cap. xxxvii : *Et factum est cum audisset, scidit vestimenta sua, pro auditâ blasphemia ; quod erat mos Iudaorum, ut patet Matth. xxvi, 65 : Princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens : Hic blasphemavit.*

## CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM

*Et factum est, cum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, et obvolvutus est sacro, et intravit in dominum Domini. Et misit Eliacim, qui erat super dominum, et Subiam scribam, et seniores de sacerdotibus operatos sacerdos ad Isiam libum Amos prophetam ; et dixerunt ad eum : Huc dicit Ezechias : Dies tribulationis et correctionis et blasphemie dies haec : quia venerunt filii usque ad partum, et virtus non est parvus. Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rapsaci, quem misit rex Assyrius dominum sans ad blasphemandum Dominum Deum viventem, et exprobrandum sermonibus quos audivit. Dominus Deus tuus, Levy ergo orationem pro reliquis que reperit sunt. Et venerunt servi regis Ezechie ad Isiam, et dixit ad eos Isaias : *Huc dicitis Domino vestro : Huc dicit Dominus : ne timeas a facie verborum quae audisti, quibus blasphemaverimus prius regis Assyriorum me.* Ecce ego dabo ei spiritum, et audiet nuntium, et reveretur ad terram suam, et cornuere cum faciem plam in terra sua. *Reversus est autem Rapsace,* et*

invenit regem Assyriorum prælantem adversus Loham. Audierat enim quia prefectus esset de Laachis et audivit de Tharcea rege Ethiopiae, dientes : Egressus est ut pugnet contra te, qui et cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam dicens : *Huc dicit Ezechie regi Judee, Iudeon : Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidisti dicens : Non dabatur deus atri in manu regis.* A sytorum loco audisti omnia quae fecerunt reges. A yrrum omnibus terris quas subverterunt ; et in parte liberari ? Numquid eruerunt eum de gemitu, quae subverterunt patre meo, Gozani et Baran et Reoph et illis Eden, qui erant in Thadassus ? *Un et rex Iudah, et rex iudei Sepharaviam, Aua, et Ava.* Et tunc Ezechias libros de nomine nuntiorum, et lexit eos, et a cognitum domum Domini, et expandit eos coram Domino. *Et oravit ad Dominum de me.* Dominus exortans Ben Eviel, qui celebatur super Chernibim, tu es Deus, et tu omnium regorum rex ; tu facies cedum et terram. Inclusus, Domine, aures tuas, et anchus, et operis osculus, tunc et vix,

<sup>1</sup> Al. 11. 11. et quia confidis, n.

<sup>2</sup> Al. 11. 11. et quia confidis, n. et ut tradidit, et ut Medorum, n.

et audi omnia verba Senacherib, que misit ad blasphemandum Deum viventem. Vere enim, Domine, desertar fecerunt reges Assyriorum terras et regiones carum, et deaderunt Deos carum Iudeam : non enim erant diis sed opera manuum hominum, lignum et lapis : et communerunt eos. Et nunc, Domine Deus noster, salva nos de manu ejus, ut cognoscant omnia regna terra quia tu es Dominus solus. Et misit Isaías filius Amos ad Ezechiam dicens : Ihesus dicit Dominus Deus Israel : Pro quibus rogasti me de Senacherib rege Assyriorum, hoc est verbum quod locutus est Dominus super eum : Desperat e, et subsannabit te virgo filia Sion : post te caput movit illa Ierusalem. Cui exprobasti, et quem blasphemasti et super quem exaltasti vocem tuam, et levasti altitudinem oecorum tuorum? Ad Sanctum Israel, in manu servorum tuorum exprobasti Dominum; et dististi : in multitudine quadrangularum ego ascendi altitudinem nentium, juga Libani; et sucidam excelsa cedrorum ejus, et electabiles illius ; et introibo altitudinem summavit ejus : saltum Carmeli ejus. Ego fodi, et bibi aquam exiecie vestigio pedis mei omnes tyros aggerum? Numquid non andisti quia olim fecerim ei? Ex diebus antiquis ego plasmavi illud, et nunc adduxi : et factum est in eradicatione collum compungantium, et civitatum munitarum. Habitatores eorum brevia manu contrunnuerunt, et confusi sunt ; facti sunt sicut fenum agri, et granea passae, et herba tectorum, quae exaruit antequam maturaret. Habitacionem tuam et egressum tuum et introitum tuum ego cognovi, et insaniam tuam contra me. Cum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas. Ponam ego circulum in naribus tuis, et frenum in labiis tuis, et reducam te in viam per quam venisti. Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno qui spon- te nascuntur, et in anno secundo ponis ves- se. Re in anno autem tertio seminate et metite, et plantate vinea, et comedite fructum eorum. Et mittet id quod salvatura fuerit de domo Iuda, et quod reliquum est, radicem deorsum, et faciet fructum sursum, quia de Jerosolima exhibet reliquia, et salvatio de monte Sion. Zelus Domini exercituum faciet istud. Propterea hinc dicit Dominus de rege Assyriorum : Non intrahit civitatem hanc, et non jacet illi sagittam, et non occupabit eam clypeus, et non mittet in circuitu ejus aggredi- rem. In via qua venit, per eam revertetur, et ci- vitatem hac non ingredietur, dicit Dominus. Et pro- tegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, et propter David servum meum. Egressus est autem Angelus Domini, et percussit in castro As- syriorum centum octogintaque milia. Et surrexerunt manu, et ecce omnes cadavera mortuo- rum. Et reversus est Senacherib rex Assyriorum, et habitavit in Nine. Et factum est cum adoraret in templo Nefroch deum suum, Adramelech et Sarasar filii ejus percusserunt eum gladii, fuderun- que in terram Ararat, et regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

In parte ista ostendit quomodo Eze- chias contra blasphemias humilitate et orationibus pugnauit et circa hoc tria facit. Primo recitat quomodo petit orationis locum, assumens humilitatem habi- tum, *Et obvolvolutus est sacco*. Iouae iii, 6 : *Pervenit verbum ad regem, et surrexit de solo suo, et abjecit vestimentum suum*

*a se, et indatus est sacco, et sedet in circu- rr. Secundo nou presumens per se ora- tionem Deo effundere, petit orationis suffragium per nuntios a propheta : ubi recitat nuntiorum missionem, *Et misit Eliacim*. Supra viii : *Nemquid non po- pulus a Deo suo requiret visionem?* Ex- pomunt nuntii tribulationem. Et debet sie legi : *Et venerunt, et dixerunt : Dies tribulationis, idest quam patimur in ex- terioribus tribulationibus, et angustiæ, quantum ad cordis dolorem, correptionis, divinæ, et blasphemiaræ, hostiæ. Venerant filii*, idest conceptiones consiliorum, parandi, explendi. Vel, ita dolemus si- ent parturientes. Sophonie i, 16 : *Dies iræ dies illa, tribulationis et angustiæ*. Porrigunt petitionem, ut sic ordinetur : *Leva ergo orationem pro reliquiis. Si quo modo*. Jer. xiiii, 2 : *Ora pro nobis ad Do- minum Deum tuum pro universis reli- quiis istis*. Tertio ostendit prophetar responsum : *Et dixit ad eos* : in quo exclu- dit regis timorem : *Nr timeas. Jer. 1, 8 : Ne timeas a facie eorum, quia ego te- cum sum*. Et prædict regis Senacherib mortem, *Ecce ego*. Apoc. xiii, 10 : *Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi*. Reversus est autem. Ille ponit re- ditum Rapsacis ad Senacherib. Et pla- num est. *Et audivit de Tharaca rege Æthiopie*. Ille recitat quomodo offendit eos comminando per epistolam ; et circa hoc tria facit. Primo ponit superbam il- linis comminationem, *Et audivit de Tha- raca*, quia egressus in auxilium Ægyptiorum, observavit exitum. Quod cum andisset, occurrit ei obviam, dimittens Iudeam ; et antequam recederet, scrip- sit. Et Babyloniam postmodum vadens, et obsidens Pelusium in Ægypto, ve- niente rege Æthiopie, noluit cum eo co- pugnare, dicens eum esse sacerdotem Plu- tonis, derisoris propter nigredinem : vel quia mures cordas arcum corrodentes per exercitum ejus illum immunem di- miserunt. Supra x : *Quomodo invenit manus mea regna idoli?* Secundo ponit Ezechiae orationem, præmittens recep- tionem epistola : in qua oratione consi- tutur Dei potentiam, per subjectionem Angelorum : *Domine Deus exercitum*. Job. xxv, 3 : *Nunquid est numerus mili-**

*tum ejus?* Per cultum Iudaorum; *Dens Israel, qui sedes super Cherubim:* quia propitiatorium, quod erat quasi sedes Dei, unde etiam dabat responsa, erat super alas Cherubim. Ps. lxxix, 2: *Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Beniamin et Manasse.*

Sed cum tabernaculum sit dispositum secundum exemplar coelestis curiae, ut sumitur Exod. 23; videtur quod male dicatur sedere super Chernibim, sed magis super Thronos.

Et dicendum, quod sedet super Cherubim et Thronos, quia super Seraphim, qui sunt ultra eos. Vel secundum Gregorium et Dionysium, possidetur ibi singulariter, sed quod est inferiorum, attribuitur etiam superioribus ementer. Unde proprietatem Thronorum eminentius habent Cherubim. Vel dicendum, quod sedet super Thronos, sicut super sedem judicii; super Cherubim, sicut super cathedram magistri: quia Cherubim interpretatur fusio scientie. Et ob hoc congrue inde dicebantur dari responsa. Etiam, ostendit Dei potentiam per dispositionem regnum: *Tu es Deus solus.* Dan. v, 21: *Donec cognoscatur qui potestatem habet super omnia regna.* Probat etiam per productionem creaturarum. *Tu fecisti.* Ps. cxlv, 6: *Qui fecit cœlum et terram, nubes et omnia quæ in eis sunt.* Accusat etiam Senacherib blasphemiam, *Inclina Domine;* Judith vi, 15: *Domine Deus cœli, intuere superbiham eorum, respice ad nostram, humilitatem;* probans cum hoc blasphemias stultitiam: *Vere enim Domine.* Ps. cxiii, 4: *Simulacra gentium argenteum et aurum, opera manuum hominum.* Petuit etiam tertio in hac oratione salutis misericordiam, *Et nunc Domine.* Judith ix, 19: *Omnes gentes cognoscunt quia tu es Deus, et non est aliud præter te.* Tertio propheta promittit orationis exauditionem per annuntiationem: *Et misit Isaías.* Et circa hoc duo facit. Primo prouidit hostium destructionem; secundo civitatis liberationem, ibi, *Propterea haec dicit Dominus de Regie Assyriorum.* Circa primum tria. Primo ponit comminationem: et primo des- tructionis interitum; secundo ponit signum, ibi, *Tibi autem hoc erit signum;* tertio ostendit destructionis fructum, ibi, *Et mittet quod salvatum fuerit de domo Iuda.* Circa primum duo. Primo comminatur poenam confusionis contra contempnum Iudaorum, *Desperit,* quando tibi noluit respondere; *morebit,* in futuro, quando aliis occisis, cum paucis fugies. Supra xxxiii: *Qui spernis, nonne et ipse sperneris?* Job xxii, 19: *Videbant justi et latabantur, et innocens subsanauerit eos.* Secundo comminatur interitum destructionis contra culpam quam in Deum commiserat: et circa hoc tria facit. Primo ponit culpam: secundo assumit divinam potentiam, ibi, *Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei?* tertio concludit penam ibi, *Ponam ergo circulum in naribus tuis.* Circa primum arguit ipsum de duobus peccatis. Primo de blasphemia: *Cui approbasti?* verba Ezechiae ad Senacherib; quasi dicat: Non mihi, sed Deo. Infra lvi: *Super quem fuisisti, super quem dilatasti os, et rrecessisti lingua?* Secundo arguit ipsam de superbia, quam conceperat ex magnitudine rerum factarum. *Et dixisti. In multitudine, quasi mea, et non Dei virtute. Juga Libani, summitates montium, idest potentum.* Dent xxxv, 27: *Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit haec omnia.* Ex magnitudine propositorum: *Et succidam excelsa, potentes in Iudeis, altitudinem, dominum Dominum;* *saltum, populum.* Zachar. xi, 4: *Aperi Libane portas tuas, et comedet ignis cedros iros.* Ex multitudine pugnatorum, *Ego fodí;* quasi dicat: Tantum habeo exercitum quod non sufficit mihi aqua quam invenio, nisi puto eos fodiam. Vel metaphorice: Consolatores omnium gentium ego sicceavi. Joel. ii, 3: *Quasi horruis volupatis terra eorum.*

Nota super illo verbo, *Lera ergo orationem:* quia levatur oratio primo per eminentiam contemplationis. Ps. cxx: *Leveri oculos meos in montes, undevenerit auxiliu m'hi.* Secundo per fervorem affectus. Thren. iii, 4: *Leveris corda nostra cum monib' ad Dominum i' in celo.* Tertio per lacrymas compunctionis,

Ps. vi, 7 : *Larabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Quarto per studium bone operationis Ps. cxl, 2 : *Eleratio manum mearum, sacrificium cespitum.*

*Numquid non audiisti quæ olim fecerim ei?* Ille assunxit divinam potentiam, loquens in persona ipsius Dei. Et primo quantum ad aeternam præordinationem : *Quæ olim, ab aeterno, fecerim,* idest pro posuerim facere. Et de exaltatione et de destructione, *Illiud, malum pena,* quod per ipsum inferre prævidi et prædeterminavi. Secundo quantum ad aeterni propositi temporalem executionem, *Et nunc adduci.* *Collum,* principum, compugnantium, ad invicem. *Breviata,* idest retracta, manu mea ab auxilio eorum ; vel diminuta manu ipsorum a sui auxilio. *Et herba tectorum.* Ps. cxxviii, 6 : *Fiant sicut fenum tectorum, quod prius quam evellatur exaruit.* Tertio quantum ad omnium factorum cognitionem, *Habitationem,* idest sedem regni. *Introitum,* in terram Judeorum. Job xxxiv, 21 : *Oculi ejus super vias hominum, et omnes gressus eorum considerat.* Ponam ergo circulum in naribus tuis. Ille concludit pœnam. *Circulum* sicut bubalo, *frenum* sicut equo, idest potentia divinitatis refrenando Job xxx, 11 : *Pharetram suam aperuit : et afflixit me, et frenum posuit in os meum.*

Nota super isto verbo, *Ponam frenum,* quia est frenum primo discretionis. Jacobii iii, 2 : *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Secundo divinae gubernationis. Infra xlviij : *Laude mea infrenabo te, ne interreas.* Tertio diabolicae deceptionis. Supra xxx : *Frenum erroris, quod erat in maxillis popolorum.* Quarto aeterna damnationis. Psalm. xxxi, 9 : *In camo et freno marillas eorum constringe.* Quinto temporis afflictionis. Job xxx, 11 : *Pharetram suam aperuit, et afflixit me, et frenum posuit in os meum.*

*Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno quæ sponte nascentur.* Ille ponit signum. Venerat enim exercitus Assyriorum imminentे messe. Unde fructus non potuerunt tunc colligere, et miserunt in terra usque post tempus seminatio-

nis : unde etiam seminare non potuerunt. Sic ergo eis dicitur, quod illa anni parte residua, cuncte Senacherib in Ægyptum, comedant quæ sponte nascentur, ut iv Reg. xx, scilicet ex grani concutatis inugulis equorum et quadrigis. Vel quemcumque reperceris in horreis prins ante obsidionem congregata. Vel quæ severas, secundum Septuaginta, idest quæ romanserunt concutata in agris. *In secundo anno,* existente eo in Ægypto, quia per annum stetit, quia nihil recolliges, cum nihil seminaveris, pomis. *Vel quæ sponte nascentur,* ut in libr. iv Reg. xx. Et in isto secundo anno destruetur Assyrinus ; et sic in tertio anno habebis potestatem seminandi et congregandi. *Vel secundum Andream,* hoc est consilium. *Et hoc erit signum :* resurgent ad praecedentia. *Et mittet,* Ille ponit destructionis fructum : primo poneus similitudinem arboris, quæ multis fructus affert, si in terra profundantur radices. Jer. xvii, 8 : *Erit quasi lignum... quod ad humorem mittit radices.* Secundo ponit expositionem : *Quia de Jerusalem.* Infra xlvi : *Dabo in Sion salutem, et in Jerusalem gloriam meam.* Tertio assignat rationem : *Zelus Domini exercituum faciet istud.* Propterea haec dicit Dominus de rege Assyriorum. Ille promittit liberationem. *Non introhibit* sicut proposuit. Supra viii : *In iuste consilium, et dissipabitur; loquimini verbum, et non fiet.* Et assignat rationem : *Et protegam propter me.* Infra xi.vii : *Propter me faciam, ut non blasphemet.* *Et propter David.* Psal. cxxxii, 10 : *Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui.* Egressus est autem Angelus Domini. Ille ponit pecuniam quam a Deo sustinuit. Et primo quantum ad exercitus occisionem, *Et percussit.* Supra xxxiii : *A voce Angeli fugerunt populi, et ab exaltatione tua dispersae sunt gentes.* Secundo quantum ad residuorum perturbationem et fugam, *Et surrexerunt.* Supra xvii : *Ecce turbatio.* Tertio quantum ad ipsius occisionem : *Et factum est cum adoraret... Adramlech, et Sarasar,* primogeniti ejus, invidentes fratris minori, quem substituere volebat, qui erat ex alia matre natus. Et sic justus de angustia liberatus est.

## CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM

In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem, et introivit ad eum Isaia filius Amos propheta, et dixit ei. Hec dicit Dominus : Dispone domini tuae, quæ morieris tu et non vives. Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, et oravit ad dominum, et dixit : Obsero Domine, mecum, quoso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, et in corde perfecto, et quod bonus est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam dicens : Vade, et dic Ezechias : Hec dicit Dominus Deus David patris tui : Audivi orationem tuam, et vidi lacrymas tuas. Ecce ego adicias super dies tuos quindecim annos, et de manu regis Assyriorum eruam te, et civitatem istam, et protegam eam. Hoc autem tibi erit signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est. Ecce ego reverti faciam umbram lineam, per quam descendenter in horologio Achaz, in sole, retrorsum decem lineis. Et reversus est sol decem lineis per gradus quos descendenter. Scriptura Ezechiae regis Iuda, cum ægrotasset et convaluissest de infirmitate sua. Ego dixi : in dimidio diuinæ meorum vadam ad portas inferi. Quasi residuum annorum meorum. Dixi : Non videbo Dominum Deum in terra viventium. Non aspiciam hominem ultra, et habitatorem quietis. Generatio mea dilata est, et convoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. Praevisa est velut a texente vita mea ; dum adhuc ordiret succedit me ; de mane usque ad vesperam finies me. Sperabam usque ad manæ. Quasi leo sic contrivit omnia ossa mea. De mane usque ad vesperam finies me. Sicut pullus hirundinis sic clamabat meditabor ut columba. Attenuati sunt oenii mei, suspicentes in excelsum. Domine, vim patior, responde pro me. Quid dicam, aut quid respondebit mihi cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos in amaritudine animæ meæ. Domine, si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me et vivificabis me. Ecce in pœna amaritudine mea amaris-me. Tu autem eristi animum meum, ut non periret ; projecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia non inferens confitebitur tibi, neque mordabit te ; non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam. Viximus ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie : pater tibi nobis faciet veritatem tuam. Domine, salvum me fac, et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostra in domo Domini. Et iussit Isaia ut tollerent massam de fœsi, et cœptasmararent super vulnus, et sonaretur. Et dixit Ezechias : Quod erit signum quia ascenderam in dominum Domini?

In parte ista ponit quedam ex prædicta historia occasionata : scilicet intrunitatem Ezechiae, quam incurrit propter ingratitudeum, quia post tantam victoriam canticum gratiarum actionis non compo-  
nit, sicut moris orat. Et dividitur in duas,

In prima ponit ipsius ingritudinem : secundo sanationem xxxix cap. : *In tempore illo etc.* Carea primum tria facit. Primo ponit ingritudinem ; secundo liberationem, ibi, *Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, et oravit ad Dominum*; tertio liberationis ordinem, ibi, *Et iussit Isaia ut tollerent massam de fœsi.* Carea primum duo facit. Primo ponit morbum, *Egrotarit.* Eccl. xxxi, 2 : *Infirmitas gravis sobrium facit omnium.* Secundo ponit mortis nuntium, *Et introivit. Dispone*, ordinando quis tibi succedere debeat. Eccl. xxxiii, 24 : *In die consummationis vita tua, et in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam.*

Sed contra hoc objicitur, quia postmodum vixit, et non mortuus est : ergo huic prophetæ. *Morieris*, subfuit falsum, nec fuit immobili veritate denuntiatus rerum eventus.

Et dicendum, quod cum omnium quæ sunt in toto decursu temporis, rationes ab aeterno in Deo fuerint, quedam fuerint inditæ rebus quæ explicantur per opus naturæ et voluntatis ; quedam apud se laetum retinunt, ut ea quæ vellet, in actum educeret. Videntes igitur prophetæ in speculo aeternitatis, vident de utrisque quantum Deus vult revelare. Fuerant igitur Isaiae revelata illæ rationes quæ rebus inditæ erant, quæ' cause secundæ inferiores faciunt, scilicet naturales et meritoriae, secundum quas intrimitas regis ad mortem ordinata erat. Et etiam quantum a sensu quem in verbis prophetæ habuit, verum dixit : quia secundum causas inferiores ita erat. Similiter etiam quantum ad alium sensum, quem Spiritus sanctus intellexit, verum dixit : quia mortuus fuit illi ingratus, dum postmodum Deo debitas gratias erit ; sicut et Ninive subversionem quantum ad statum iniquitatis, ut dicit Augustinus.

*Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem.* Ille ponit liberationem : et circa hoc tria ponit. Primo orationis preparationem, *Ad parietem*, templi. Et circa hoc duo. Primo ponitur Ezechiae oratio ; secundo salutis promissio, ibi, *Et factum est verbum Domini ad Isaiam* ; tertio gratiarum actiones, ibi, *Scriptura regis Iuda*. Circa primum tria ponit. Primo orationis preparationem, *Ad parietem*, templi, vel dominus sua, ut devotus et secretius oraret. Ps. lxxxv, 7 : *In die tribulationis meae clamavi ad te, et exaudisti me.* Secundo ponit ipsum orationem, *Et oravit. Memento*, ut pro bonis quae feci vitam mihi concedas. Dicitur enim Deus oblitus, quando non retribuit. *In veritate*, cultus tui, *corde perfecto*, quantum ad amorem.

*Sed contra.* Prov. xx, 9 : *Quis potest dicere : Mundum est cor meum ?*

Et dicendum, quod non dixit sibi esse eorum perfectum simpliciter, sed quantum ad hoc quod projecit idola, ut dicitur in Reg. xvii. Eccl. xi, 27 : *In die malorum ne inmemor sis bonorum.*

Tertio ponit orantis compunctionem. *Et flevit.* Matth. v, 8 : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Judith. ix, 16 : *Humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* *Et factum est verbum Domini ad Isaiam.* Ille ponitur saepe promissio : et primo ponit orationis exauditionem, *Factum est, antequam exiret mediam partem atrii.* in Reg. xx : *Audiri orationem.* Supra xxx. Secundo ponit promissionem : *Ecce ego adjiciam.* Ps. lx, 7 : *Dies super dies regis adjicies.* Tertio ponit confirmationem per signum. *Hoc autem erit tibi signum in sole*, idest per modum solis, *ex lineis*, quibus secundum motionem naturalem computabantur 10 horas. *Et reversus*, scilicet subito, et sic ille dies artificialis habuit 22 horas, sed reduplicatus secundum Glossam. Si autem successive, sic remeavit per 4 et rediit per 4 et iterum per 4 venit ; et sic dies ille habuit 32 horas, fere triplicatus, secundum Dionysium. *Hoc autem factum est*, vel omnibus<sup>1</sup> aliis caelestibus corporibus retrostantibus : vel solem breviorem

viam aut velociorem motum dicendum est habuisse, ut ad situm suum simul cum aliis perveniret. Eccl. xlvi, 5 : *An non in iracundia ejus impeditus est sol, et una dies facta est quasi duo?* Et hoc signum competit signato. Job xi, 17 : *Cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer.* *Scriptura Ezechiei.* Ille ponitur gratiarum actio pro salute promissa : et primo ponit titulum, *Scriptura*, scilicet haec est ; secundo ponit cantum, *Ego dixi* : in quo tria facit. Primo plangit periculum quod evasit ; secundo commemorat beneficium quod percepit, ibi, *Domine sic vivitur* ; tertio petit complementum quod Deus promisit, ibi, *Domine, salvum me fac.* Plangit autem tria. Primo mortis horrorem. *In dimidio*, idest in juventute, *ad portas inferi*, idest limbus, vel mortem, vel sepulcrum Eccl. ult. : *Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum.* Secundo plangit bonorum amissionem, quantum ad Dei iussionem : *Quæsivi*, a Domino, quod suppleret, *residuum*, mihi ablatum ; vel inquisivit apud me quantum restaret mihi de vita. *Dixi*, apud me : *Non videbo*, per speciem modo, adhuc in terra viventium, in coelestia beatitudine. Ps. xxvi, 13 : *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Vel non videbo, ulterius videndo templum et cultum ejus, in terra viventium, scilicet Iudaorum. Matth. xxii, 32 : *Non est Deus mortuorum, sed vivorum.* Etiam quantum ad hominum societatem, *Non aspiciam hominem*, in hac vita viventem. Jerem. xlix, 18 : *Non habitabit ibi vir, et non incotet eam filius hominis.* Vel hominem Christum nobis promissum. Etiam quantum ad filiorum posteritatem, *Generatio*, scilicet filiorum, quia nondum filios habebat, *convoluta*, plicata, ne ad posteros extendatur. Supra. xxiij : *Et figam illum paizillum in loco fideli, et erit in solium gloriae domui patris sui.* Etiam quantum ad vitæ brevitatem : *Præcisa est velut a texente... dum adhuc, texendo telam imperfectam, ordineret* in juventute. Job. ix, 25 : *Dies mei velociores fuerunt cursore.* Tertio plangit cordis anxietatem : et primo quantum ad mortis continuam

<sup>1</sup> Al. : « postquam. »

<sup>2</sup> Al. : « in omnibus » — <sup>3</sup> Al. : « ordiret. »

expectationem. *De mane*, scilicet diebam, usque ad vesperam finies me, morte. Et tunc etiam non metuens, sperabam, iterum usque mane : simul cum morte dolor aegritudinis finiet. *Quasi leo sic contrivit*, languor; vel<sup>1</sup> ipse Deus per dolorem aegritudinis. Job. vii, 4 : *Si dormiero dicam : Quando consurgam? et rursum expectabo vesperam, et replebor doloribus usque ad tenebras.* Secundo quantum ad spei dilationem; ubi ponit triplicem spectantis conditionem : *Sicut pullus hirundinis*, expectat matrem, quia non videt. *Ut columba*. Nahum. ii, 7 : *Ancilla minabantur gementes ut columbe.* Ponit etiam spei dilationem, Attenuati sunt, quasi fatigati, suspicentes, per spem. Proverbiorum xi, 12 : *Spes qua differtur, affigit animam.* Psalm. cxx : *Levaci oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi.* Ponit etiam quandam cum Deo disceptationem : *Dominie, vim patior;* quasi dicat : Violentia sit mihi, ultra merita affligor. *Respondele*, sive jubeas, pro me. *Quid dicam?* quasi in se reversus : Quid possem contra Deum proponere? *Aut quid respondebo*, quando oporteat ad interrogata respondere, cum ipse fecerit, ine, vel prenam mean? Job ix, 3 : *Si volueris contendere cum eo, non poteris respondere unum pro mille.* Tertio quantum ad præteriorum recordationem, *Recogitabo tibi omnes amos, in quibus mala<sup>2</sup> passus sum, vel in quibus tibi peccavi.* Job ii, 4 : *Loquar<sup>3</sup> in tribulatione spiritus mei.*

Nota super illo verbo, Attenuati sunt oculi, quia oculi attenuantur primo per depressionem. Supra, ii : *Oculi sublineas hominum humiliati sunt.* Secundo per luminis oppressionem. Proverb. xxv, 27 : *Qui servator est majestatis, opprimetur a gloria.* Tertio propter cogitationis pravitatem. Job xxxvi, 25 : *Omnis hominum vident enim, unusquisque intuetur procul.*

Item super illo, *Suspiciens in excelsum*, quia sunt oculi excelsi primo per cordis elationem. Psalm. cxxx : *Dominie, non est exaltatio cor meum, neque elati sunt oculi mei.* Secundo per inquisitionis

curiositatem. Job : *Quasi magna cogitans, attonitos habes oculos.* Tertio per contemplationem. Infra xl : *Leva in excelsum oculos, et vide jacunditatem quam veniet tibi.*

*Dominе, si sic vivitur.* Hie commemorat beneficium quod suscepit. Et primo correptionem : si sic vivitur; idest, si tam misera est vita hominum, vel si per tribulationem acquiritur vita. Prover. vi, 23 : *Via vite increpatio disciplina.* Exponit : *Ecce in pace*, quasi in populo habente eam ab Assyriis, *amaritudo*, mihi imminet. Proverb. xiv, 13 : *Risus dolore miscetur.* Secundo commemorat liberationem a poena : *Tu autem eristi animum meum, a culpa, projecisti post tergum tuum, vel, meum, quasi obliviceris, omnia peccata mea.* Sapient. xi, 24 : *Misereris omnium, Domine et nihil odisti eorum quae fecisti.* Tertio assignat liberationis rationem : et primo quantum ad mortis inutilitatem : *Quia non infernus, idest damnavi, vel sepulti, mors, diximus, vel mortui, veritatem, promissorum, vel Filium.* Psalm. vi, 6 : *Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confortabit tibi?* Secundo quantum ad vivorum laudem, *Vivens vivens, ad majorem affirmacionem, vel propter duplarem vitam.* Psalm. cxiii, 18 : *Nos qui vivimus benedicimus Dominum.* Tertio quantum ad divinæ laudis propositionem. *Pater filiis.* Psalm. lxxvii, 5 : *Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis; ut cognoscat generatio altera.* *Domine, salvum me fac, et psalmus nostrus cantabimus cunctis diebus ritu nostro in domo Domini.* Hie petit expleri promissum. *Soleum me fac*, ab Assyris, et a languore. Psalm. xxxiii, 2 : *Benedicram Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* Et iussit Isaiae ut tollerent massam de fuis. Hie ponit sanationis ordinem : et hic transpositus est, et debet esse ante significationem, ut patet IV Reg. XX. Sed quia non intendit historiam, sed prophetiam, quae ad prophetiam pertinent primo posuit : et primo ponit curationis modum. *Cataplasma*, idest emplastrum, *rubus* a

deo infictum, vel nclus ex humore corrupto, carne aperta. Dicunt enim, quod laborabat morbo regio, qui dicitur lupus, cui noceat nclus et nva duleis, ut curatio tota divina potentia attribueretur. Alii dicunt, quod erat apostema, quod est ex humoribus intus collectis nondum carne scissa; ad ejus maturationem si-

cus prosumt, ut ostendatur non esse semper supervacua necessaria medicina. Eccl. xxxvii, 7 : *Pigmentarius faciet pigmentum suavitatis, et medicinam conficiet sanitatis.* Secundo Ezechiae ponitur signum. Et dixit Ezechias : *Quod erit signum?* 1 Cor. i, 22 : *Judici signa petunt, Greci sapientiam querunt.*

## C A P U T   T R I G E S I M U M N O N U M

In tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros et munera ad Ezechiam. Audierat enim quod agrotasset et convalescisset. Levatus est autem super eis Ezechias, et ostendit eis cellam aromatum, et argenti et auri, et odoramentorum, et unguenti optimi, et omnes apothecas supellecitis sue, et universa que inventa sunt in thesauris ejus. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua et in omni potestate sua. Introivit autem Isaías propheta ad Ezechiam regem, et dixit ei : Quid dixerunt viri isti, et unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias. De terra longinquā venerunt ad me, de Babylonie. Et dixit : Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias : Omnia quae in domo mea sunt viderunt. Non fuit res quam non ostenderemur eis in thesauris meis. Et dixit Isaías ad Ezechiam : Audi verbum Domini exercitum. Ecce dies veniet, et auferentur omnia quae in domo tua sunt, et que thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylonem. Non relinquetur quicquam, dicit Dominus. Et de filiis tuis qui exhibant de te, quos generis, tollent, et erunt cuncti in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam : Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit : Fiat tantum pax et veritas in diebus meis.

Hic ponit amicorum gratulationem, ostensam in missione nuntiorum et numerum : et circa hoc tria facit. Primo ponit nuntiorum missionem : rex Babylonis,<sup>1</sup> qui tunc suberat Assyrii. Libros, idest Epistolas. Audierat, sed maxime propter signum quod in solis reversione viderat. Ps. lxxi, 45 : *Vivet, et dabitur ei de auro Arabiz.* Secundo ponit ipsius Ezechiae elationem inde conceptam, post eius elationis latitiam, Lætatus ; contra hoc quod habetur Job xxxi, 25 : *Si levatus sum super multis divitiis meis, et*

*quia plurima reperit manus mea.* Et elationem in opere, in ostentationem divitiarum suarum : *Et ostendit cellam aromatum, qua dicuntur species odoriferæ.* Etiam locum ubi sepeliebantur reges, vel inferiorem partem domus saltus, quæ erat ex alabastro, ubi optime hujusmodi conservantur. *Apothecas, cellaria : Verbanum, res digna verbo, in omni potestate sua,* quantum ad ea que erant in templo, quæ quidem erant in potestate regis usurpata. Eccli. xi, 31 : *Non omnem hominem inducas in domum tuam : multa enim sunt insidiæ dolosi.* Tertio ponit elationis reprehensionem, *Et introivit :* et primo ponit culpæ inquisitionem et inanimationem, *Nou fuit res.* Prov. xx, 5 : *Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri.* Secundo communatur pœnam, *Et dixit Isaías.* Quantum ad amissionem rerum : *Omnia quae in domo tua sunt.* Jer. xxvi, 6 : *Huc dicit Dominus ad vos : Ecce ergo dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.* Quantum ad filiorum servitutem, *Et de filiis ;* quod dicunt impletum, in Daniele et sociis, non quia corpore, sed mente et officio tales fuerunt. Dent. xxviii, 32 : *Fili tuū et filiū tuū tradantur alteri populo.* Tertio ponit pœnae acceptationem : *Et dixit Ezechias.* Supra xxvi, 3 : *Domine, dabis pacem, quia in te speravimus.*

<sup>1</sup> Al. : *a Arabicæ.* n

## CAPUT QUADRAGESIMUM

*Consolamini, consolamini popule meus,* dicit Deus vester. *Loquimini ad cor Ierusalem, et advocate eam :* quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicita pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur ; et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et reverbabit gloria Domini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. Vox dicentis, Clama. Et dixit, Quid clamabo ? Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos, quia spiritus Domini sustinuit in eo. Vere fenum est populus. Exsiccatum est fenum, et cecidit flos, verbum autem Domini manet in aeternum. Super montem excelsum ascende tu qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere. Dic civitatibus Iuda : Ecce Deus vester ; ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur. Ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, et in suum sua levabit, fetas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas, et celos ponderavit ? Quis appulit tribus digitis molem terre, et libravit in pondere montes, et colles in statera ? Quis adjuvit spiritum Domini ; aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illis ? Cum quo initi consilium, et instruit eum, et docuit eum semitam iustitiae, et eruditum eum scientiam, et viam prudentiae ostendit illi ? Ecce gentes quasi stila stilorum, et quasi momentum statera reputata sunt : ecce insulae quasi pulvis exigui, et Libanus non sufficiet ad succendendum, et animalia ejus non sufficiet ad holocastum. Omnes gentes quasi non sint sic sunt coram eo, et quasi nihilum et inanea reputata sunt ei. Cui ergo similem fecistis Deum ; aut quam imaginem ponetis ei ? Numquid sculptile confablit faber aut artifex auro figurabit illud, et laminis argenteis argentinus ? Forte lignum, et impetrabile elegit artifex sapiens, querit quomodo statutum simulacrum quod non moveatur. Numquid non seitis ? Numquid non audistis ? Numquid non ammiratus estis ab initio ? Numquid non intellexistis fundamenta terra ? Qui sedet super gyrum terre et habundat ejus sunt quasi locuste ; qui extendit velut nihilum celos, et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitantandum ; qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, judices terre velut inanes fecit. Et quidem neque plantatus, neque salus, neque radicatus in terra trunca eorum. Replete pavit in eos, et aruerunt ; et turbo quasi stipulam inferet eos. Et cui assimilabitis me et adaequabitis ? dicit Sanctus. Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis eravit haec. Qui edidit in numero militium eorum, et omnes ex nomine vocat. Proe multitudine fortitudinis et roboris virtutis ejus, neque unum reliquum fuit. Quare dicens Iacob et loqueris Israel : Absconditur est via mea a Domino, et a Deo meo judicium meum transibit ? Numquid ne sis, aut non audisti ? Deus semper inter nos Dominus qui creavit terminos terrarum, et non deficit, neque labora-

bit, nec est investigatio sapientiae ejus. Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt fortitudinem et robur multiplicat. Deficient pueri et laborant, et juvenes in infirmitate cadent. Qui autem speculant in Domino multabunt fortitudinem, assumunt per manus sicut aquile, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.

Hæc est secunda pars principalis istius libri, in qua principaliter consolacionem populi intendit per multa beneficia remissa. Dividitur antem in duas. In prima inducit eos ad promissorum expectationem ; in secunda exequitur divinorum' beneficiorum promissionem, infra xlvi : *Huc dicit Dominus Deus.* In primo confortat eos per pro mittentis potestatem ; in secunda per ipsius dilectionem, xli cap : *Taceant ad me insulæ ;* in tertia per idolorum qua resistere credi possent, debilitatem, xliii cap. : *Et nunc audi Jacob serue meus.* Circa primum tria facit. Primo inducit ad consolacionem ; secundo promittit consolatorem, ibi, *Vox clamantis in deserto ;* in tertia ostendit Dei consolantis potestatem, ibi, *Quis mensus est pugillo aquas ?* Circa primum tria. Primo inducit populum in consolationem : *Consolamini, in spiritualibus, consolamini, in bonis temporalibus concessis.* Eccli. xviii. 27 : *Consolatus est lugentes in Sion usque in sempiternum.* Secundo indicat prophetis et sacerdotibus consolationis ammissionem : *Loquimini ad cor, scilicet consolante, ad uocante, a tristitia, ab idolatria, Oscar, xv. 14 : Ducam eum in solitudinem, et tu quare ad ror ejus.* Tertio assignat rationem quantum ad culpa dimissionem, *Quoniam completa ;* quantum ad peccatum tinctionem, *Suscepit ;* loquitur secundum tempus post captivitatem. Item, xvii. 18 : *Dupliciter contriti me contenter eos, Domine.*

*Sed contra Nahum i. 9 : Non surget duplex tribulatio.*

Et dicendum, quod duplicita dicuntur quantum ad peccatum corporis et animæ, sicut et culpa in utrisque est.

*Vox clamantis in deserto.* Ille promittit consolatorem : et circa hoc tria facit. Primo premitit preparationem ; secundo ostendit prophetiae firmitatem, ibi, *Vox dicens, Clama;* tertio prænuntiat consolatorem venientem, ibi, *Super montem excelsum ascende tu.* Circa primum tria. Primo inducit preparationem : *Vox clamantis in deserto,* scilicet Joannis Baptiste : haec erit, *Parate,* per conversionem a malo, *in solitudine,* vitiorum. Amos iv, 12 : *Præparare in occursum Dei tui.* Secundo prædict expletione, *Omnis vallis,* sequens metaphoram in valle, quae si est montuosa, facit laborem : unde dicitur, *Vallis exaltabitur, ut adæquetur montibus,* et totum fiat planum : si est distorta facit errorem ; et quantum ad hoc dicit, *Eruunt prava :* si est lapidosa, facit pedum dolorem ; et quantum ad hoc dicit, *Aspera in vias planas ;* per quod significatur quod pusillanimitas vertetur in securitatem, superbia in humilitatem, nequitia in rectitudinem, crudelitas in mansuetudinem. Jerem. xxxi, 21 : *Dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti.* Tertio ostendit preparationis utilitatem. *Et revelabitur gloria Domini,* idest filius. Jerem. xxxiii, 6 : *Curabo eos, et revelabo eis deprecationem pacis.* Videbit ; idest, omnibus visibilem se præbebit. Vel loquitur de die judicii. Apocal. 1, 7 : *Videbit eum omnis oculus.* Quidam sic expount. *Vox, Dei, clamantis,* haec est, *Præparare in deserto,* idest in terra Iuda olim deserta, viam Domini, scilicet ad venientium ad templum, vel in deserto quod est inter Babylonem et Judam. *Omnis vallis.* Per hoc ostenduntur omnia impedimenta removeri, ut libere populus revertatur. *Gloria,* in destructione Chaldeorum, per quam gloriosus apparabit. *Vox dicens,* *Clama.* In parte ista ostendit prophetiae firmitatem, per comparisonem ad hominum fragilitatem : unde Dominus primo inducit clamorem, qui significat expressam et planam annuntiationem. *Clama.* Infra lviii : *Clama, ne cesses; quasi tuba exulta vocem tuam.* Secundo inducit culpandam humanam fragilitatem, interro-

gante propheta : *Et diri, Quid clamabo ?* timens ne contra populum suum aliquid clamare præcipiatur ; et Domini respondente, *Omnis caro, Jacobi 1, 11 : Exortus est sol cum ardore et urefecit fenum.* Tertio ostendit divini verbi firmitatem, *Vere.* Lue. xxi, 33 : *Celum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* *Super montem excelsum ascende tu.* Ille predicit consolatorem venientem ; et circa hoc tria facit. Primo Dominus indicat prophetæ annuntiationem ; in secunda determinat adventus promissionem, ibi, *Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.* Circa primum determinat, quis, cui, et qualiter annuntiet. Quis, qui habet officium, *Qui evangelizas.* Rom. x, 15 : *Quomodo predicabunt, nisi mittantur ?* Modum designat per tria. Primo per loci altitudinem, ut bona nuntians de longe audiat, *Super montem, mystice Christum,* vel coelestem conversationem et contemplationem. Supra ii : *Venite, ascendamus ad montem Domini.* Infra xlii : *De vertice montium clamabunt.* Secundo per vocis clamorem, *Exalta in fortitudine,* ut multi andiant, plane et constanter prædicando. Infra lviii : *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Tertio per cordis securitatem, *Exulta, noli timere* Jer. 1, 8 : *Ne timeas a facie eorum, quia ego tecum sum.* Cui sit annunciandum determinat quantum ad tria : quantum ad regni provinciam, *Dic civitatibus;* quantum ad provinciæ metropolim, *Qui evangelizas Jerusalem;* quantum ad civitatis rectores, *Sion,* ubi templo et domus regia. Infra xlii : *Primus ad Sion dicet : Ecce adsum, et Jerusalem evangelistam dabo.* Act. xiiii 46 : *Vobis oportebat prædicari verbum Dei ; sed quia repellitis illud, ecce convertimur ad gentes.* Ecce Deus vester. Ille ponit adventus Dei promissionem, *Ecce,* in promptu, *Deus noster,* veniet. Supra xxxv : *Deus noster ipse veniet et salvabit nos.* Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet. Ille ostendit venientis conditionem : et primo ostendit quod veniet fortis ad bellandum, *In fortitudine. Brachium,* fortitudo in die judicii. Vel in primo adventu

in potestate miraeclorum, vel in destructione Babylonis. Job xl, 4 : *Si habes brachium sicut Deus.* Secundo quod veniet justus ad remunerandum, *Ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo,* quia in facultate voluntatis. Sap. v, 16 : *Justi autem in perpetuum vivent, et apud Dominum est merces eorum.* Tertio ostendit quod veniet prius ad consolandum, *Sicut pastor.* Ad pascendum esurientes, *Gregem suum pascet,* Ezech. xxxiv, 14 : *In pascuis uberrimus pascam eus.* Jerem. iii, 15 : *Dabo vobis pastores qui pascent vos.* Ad congregandum dissentientes, *in brachio.* Joan. x, 16 : *Alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere; et factum unum ovile et unus pastor.* Ad portandum deficientes, *In sinu.* Lue. xv, 5 : *Cum invenerit eam, \* allevat super humeros suos gaudens.* Quis mensus est pugillo aquas? Ille ostendit divinam potestatem: et primo astruit eam contra idolatrarum errores, qui divinae potentiae derogabant, creaturam creatori aequando. Rom. i, 25 : *Servierunt creatura potius quam creator.* Secundo contra desperationem Judaeorum, qui divinae potentiae derogabant diffidendo, ibi, *Levate in excelsum oculos vestros.* Circa primum duo facit. Primo ostendit Dei potestatem; secundo excludit errorem, ibi, *Cui ergo similem frustis Deum?* Circa primum tria. Primo ostendit divinam potentiam, simul et sapientiam in commensuratione facilis, et creatione omnium rerum: facit enim omnia in numero, quantum ad multitudinem productorum; in mensura, quantum ad determinationem sub proprio esse, in pondere, quantum ad inclinationem in finem. Sapien. ii : *Pugillo,* idest faciliter, sicut que pugillo, qui est manus clausa, measuratur: *paluu,* idest faciliter, qui est manus extensa: *Qui appendit tribus digitis molam terrae?* Job xxvi, 7 : *Qui extredit aquilonem super vacuum, et appendit terram super nubilum:* quia nullo exteriori fulcit: alias esset quies terra violenta. *Super aquas,* quantum ad situm, quia aquis circumdata. Psalm. ciii, 5 : *Super stabilitatem*

*suam,* quantum ad propriam causam quietis, quae est natura propria: *Tribus digitis,* idest faciliter: vel tribus proprietatibus, gravitatis, siecitatibus et immobilitatis, *Libravit,* libratos fecit proprio pondere. Secundo ostendit sufficientiam potentie, quia non indiget adjuvante: *Quis adiuvit;* contra philosophos ponentes, mediantibus primis creatis, ultima creata esse: quia non indiget consilio: *Aut quis consiliarius,* ut sibi daret consilium; *cum quo,* ut ab ipso peteret; *instruxit eum;* formam operis; *semitam justitiam;* naturalis, quam omniibus rebus praefixit, ut nullares sue naturae metas excederet: *scirutiam,* de cognitione rerum creatarum<sup>2</sup> et universalium et particularium, contra philosophos; *viam prudentiae,* quantum ad mundi gubernationem. Job. xxvi, 2 : *Cujus adiutor es? Numquid indecibilis?*<sup>3</sup> Et sustentans *brachium ejus qui non est fortis?* Tertio ostendit ipsius excellentiam: quia excedit omnem gentium multitudinem: *Ecce gentes quasi stil/a,* parva gutta, *situlae,* cadens de situla, quae secundum nos est vas aquatum sicutientibus aptum, quae pro nihil reputatur, *monumentum* quod inter brachia statera est, quod de facilis inter utrumque inclinatur. Job. xxvi, 14 : *Cum vir pavram scintillans sermonis ejus audiremus, quis poterit tonitruum magnitudinis?* *illius sustinere?* Ostendit etiam quod excedit omnem condignum honorem, et praeceps quantum ad oblationem. *Ei libanum* idest ligna Libani, quibus abundat, quia nemorosus est, *et animalia,* quibus abundat, quia pascoñosis. Mich. vi, 6 : *Quid dignum offeram Domino?* Ostendit etiam quod excedit omnem creature perfectionem: et naturalem, quia esse ipsorum respectu Bei est non esse: dicit enim Dionysius in lib. de Divinis Nomibus, cap. xii, quod quantum participantia excedunt non participantia, et quantum participationes participantia, tantum qui est principium participantium, excedit et participationes et participantia. *Omnes gentes:* et quantum ad perfections superadditas, que quodammodo sunt imparentes. *Et quasi nihilum.* Jerem. iv, 23.

\* Al. : « creaturarum. » — <sup>1</sup> Al. : « imbellis. »

<sup>2</sup> Al. : « magnitudinem. »

*Aspergi terram, et ecce vacua erat et nihil.* Cui ergo similem fecistis Domini. Ille excludit errorem : et primo irridet errorem quantum ad operantis intentionem, quia volebant Deum facere. Ergo ex quo Deus potens est : cui similem? loquitur secundum errorem illorum qui ipsas similitudines deos putabant. Aut quoniam imaginem? quantum ad illos qui putabant ea deos quorum sunt similitudines, ut solem vel lunam. Exod. xv, 11 : *Quis similis tui in fortibus, Domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, et faciens mirabilia?* Et quantum ad stultam operationem, quia in vili materia nobilissimam formam inducere volent : *Numquid sculptile?* Sapien. xiv, 21 : *Incommutabile nomen Dei, lignis et lapidibus, imposuerunt*. Secundo convinxit errorem : et primo ex lege naturali dictante : *Numquid non sciatis, naturali ratione, idola non esse deos?* et lege scripta prohibente : *Numquid non annuntiatum est vobis?* Roman. x, 18 : *Numquid non audierunt?* Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terra verba eorum. Convineit etiam ex consideratione creaturarum terrestrium, quantum ad creationem : *Numquid non intelligitis fundamenta terrae, ab ipso esse fundata?* idest illud terrae quod est juxta centrum. Proverb. viii, 29 : *Quando apprehendebat fundamenta terrae.* Et quantum ad creatorem, *Qui sedet super gyrum terre,* quia sphaerica, sicut gubernans, et *habitatores ejus sunt quasi locusta,* respectu magnitudinis terre, vel ipsius. Ex creatione etiam creaturarum caelestium : *Qui extendit,* quantum ad celi magnitudinem, *velut nihilum,* quantum ad substantiae subtilitatem : *sicut tabernaculum, sibi met :* in quo primo virtus ejus relinet inter corporalia, quantum ad virtutem. Vel quasi in habitatione Angelorum et sanctorum, quantum ad dignitatem. Vel etiam totius creature inferioris, quantum ad ipsorum claritatem. Jerem. ii, 15 : *Præparat orbem sapientia.* Convincit tertio eos quantum ad magnorum subjunctionem, ponens ipsum destructionem qui sunt magni. Vel secundum scientiam,

*Qui dat secretorum scrutatores, scilicet philosophos.* Vel secundum potentiam, *Judices, idest principes.* Ps. lxxii, 7 : *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Et ostendit destructionis facilitatem per similitudinem herbae, vel arboris, quæ non habet radices firmas. *Et quidem!*<sup>1</sup> Job. xiii, 25 : *Contra folium quod vento raptur ostendis potentiam tuam, et stipulum siccam persequeris.* Tertio ponit conclusionem. *Et cui assimilasti?* Psal. lxxxviii, 7 : *Quis in nubibus aequabatur Domino.* Similis erit deo in filiis Dei. — *Levate in excelsum oculos vestros.* Ille astruit idem contra desperantes : et primo astruit divinam majestatem ex rerum creatione : *Quis creavit?* Scilicet caelestia, Ps. cxlviii, 5 : *Ipse dixit, et facta sunt; mandavit et creatas sunt.* Ex scientiae perfectione : *Qui educit, ad impletum suam voluntatem, in numero, determinato sua scientia, militiam eorum, scilicet calorum, stellas vel angelos, ex nomine,* idest unicuique propriam naturam, unde nominari possit determinans. Ps. cxlvii, 4 : *Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocal.* Ex dominii plenitudine : *Fortitudinis, ad impugnandum, roboris, ad resistendum, virtutis, ad operandum;* defuit ab ejus dominio. Job. xxv, 3 : *Numquid est numerus militum ejus?* Secundo excludit errorem. Et ponit errorem : *Quare dicas... abscondita?* non videt quæ mala patior, alius defendet me, *judicium.* idest potestas judicandi, quam olim habuit. Eccli. xvi, 16 : *Ne dicas: a Deo abscondar.* Secundo ponit erroris reprobationem, et primo reprobationis confirmationem ex lege : *Numquid nescis, lege naturali, aut non audisti, ex lege scripta, haec quæ sequuntur;* secundo ponit reprobationem, primo ostendens Dei magnitudinem ex his quæ in se habet, scilicet dominii aeternitatem, *Deus sempiter-nus.* Exod. xv, 18 : *Dominus regnabit in aeternum et ultra.* Potentiam indeficiensem, nec deficit, ut omnia non possit, neque laborabit ut difficulter. Dan. vii, 14 : *Potestas ejus, potestas aeterna quæ non auferetur, et regnum ejus quod non corrupetur.* Scientia incomprehensi-

<sup>1</sup> Al. : « quid. »

*litatem, neque est investigatio.* Rom. xi, 33 : *O altitudo divitiarum Sapientie et scientiarum Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viae ejus!* Secundo per magna quae in aliis facit, et primo in illis quorum confortat pristinam debilitatem. *Qui dat lasso,* quantum ad illum qui prius fortis fuerat et defecit; et *his qui non sunt,* quantum ad eos qui non fuerunt fortes. Rom. iv, 17 : *Vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt;* I Cor. i, 27 : *Quae infirma mundi sunt elegit Deus, ut confundat fortia.* Secundo ostendit fortitudinius magnitudinem per comparationem ad fortitudinem naturalem, quam ostendit in aliis deficientem : *Deficient pueri,* qui sunt in statu proficiendi, *juvenes,* qui videntur robusti; I Reg. ii, 9 : *Non in fortitudine sua roborabitur vir.* Secundo roboris a Deo dati insufficientem agilitatem. *Qui autem sperant in Domino mutabunt fortitudinem,* scilicet naturalem in divinam, ut non fatigentur ascensu *assument pennas,* ut eant veloci cursu. Prov. xxiii, 5 : *Facient sibi pennas sicut aquilæ.* — *Current, ut etiam continuo incessu, ambulabunt.* Supra v : *Non est deficiens, neque laborans.*

*Nota super illo verbo : Assument pennas sicut aquilæ,* quia sancti comparantur aquilis, primo propter volatus altitudinem. Job. xxxix, 27 : *Nunquid ad preceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum suum?* in quo eminentia contemplationis ; Supra xxiii : *Regem*

*in decoro suo videbunt.* Secundo propter odoris subtilitatem. Luc. xvii, 37 : *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquila,* in quo fervor dilectionis: cant. i, 3 : *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Tertio propter loci sublimitatem. Prov. xxx, 19 : *Tria sunt mihi difficillima et quartum penitus ignoro.* *Viam aquilæ in cerlo,* in quo studium coelestis conversationis; Philip. iii, 20 : *Nostra autem conversatio in celis est.* Quarto propter motus velocitatem. Thren. iv, 19 : *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis caeli,* in quo promptitudo bona operationis, Prov. xxii, 29 : *Vidisti hominem velocem in operibus suis?* Quinto propter renovationem, Psalm. cx, 3 : *Renovabitur sicut aquila juventus tua,* in quo studium emendationis et profectus, II Cor. iv, 19 : *Licet is qui foris est vetus homo corrumpatur, is qui intus est renovatur de die in diem.* Sexto propter membrorum pulchritudinem, Ezech. xvii, 3 : *Aquila granulis magnarum albarum, longa membrorum Ductu, plena plumis et varietate venit ad Libanum;* in quo decor virtutum, cant. iv, 7 : *Tota et pulchra, amica mea, et macula non est in te.* Septimo propter filiorum sollicitudinem, dent. xxxii, 11 : *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans;* in quo sollicitudo sanctorum, II Cor. xi, 29 : *Quis infirmatur, et ego non infirmor. Quis scandalisatur, et ego non uror?*

# INDEX VOLUMINIS DECIMI OCTAVI

## In Job

PROLOGUS S. THOMÆ . . . . .	4	CAPUT DECIMUM TERTIUM . . . . .	86
CAPUT PRIMUM . . . . .	3	Lectio I . . . . .	86
Lectio I . . . . .	3	Lectio II . . . . .	88
Lectio II . . . . .	6	CAPUT DECIMUM QUARTUM . . . . .	92
Lectio III . . . . .	10	Lectio I . . . . .	92
Lectio IV . . . . .	13	Lectio II . . . . .	93
CAPUT SECUNDUM . . . . .	13	Lectio III . . . . .	94
Lectio I . . . . .	13	Lectio IV . . . . .	95
Lectio II . . . . .	17	Lectio V . . . . .	97
CAPUT TERTIUM . . . . .	19	CAPUT DECIMUM QUINTUM . . . . .	98
Lectio I . . . . .	19	Lectio I . . . . .	98
Lectio II . . . . .	23	Lectio II . . . . .	100
Lectio III . . . . .	25	Lectio III . . . . .	102
CAPUT QUARTUM . . . . .	27	CAPUT DECIMUM SEXTUM . . . . .	103
Lectio I . . . . .	27	Lectio I . . . . .	103
Lectio II . . . . .	28	Lectio II . . . . .	107
Lectio III . . . . .	30	CAPUT DECIMUM SEPTIMUM . . . . .	108
CAPUT QUINTUM . . . . .	35	Lectio I . . . . .	108
Lectio I . . . . .	35	Lectio II . . . . .	110
Lectio II . . . . .	37	CAPUT DECIMUM OCTAVUM . . . . .	111
Lectio III . . . . .	39	Lectio I . . . . .	111
CAPUT SEXTUM . . . . .	41	Lectio II . . . . .	113
Lectio I . . . . .	41	CAPUT DECIMUM NONUM . . . . .	115
Lectio II . . . . .	43	Lectio I . . . . .	115
CAPUT SEPTIMUM . . . . .	46	Lectio II . . . . .	118
Lectio I . . . . .	46	CAPUT VIGESIMUM . . . . .	120
Lectio II . . . . .	47	Lectio I . . . . .	120
Lectio III . . . . .	49	Lectio II . . . . .	122
Lectio IV . . . . .	51	CAPUT VIGESIMUM PRIMUM . . . . .	125
CAPUT OCTAVUM . . . . .	53	Lectio I . . . . .	125
Lectio I . . . . .	53	Lectio II . . . . .	128
Lectio II . . . . .	55	CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM . . . . .	130
CAPUT NOVUM . . . . .	58	Lectio I . . . . .	130
Lectio I . . . . .	58	Lectio II . . . . .	132
Lectio II . . . . .	61	CAPUT VIGESIMUM TERTIUM . . . . .	134
Lectio III . . . . .	62	Lectio I . . . . .	134
Lectio IV . . . . .	65	CAPUT VIGESIMUM QUARTUM . . . . .	138
CAPUT DECIMUM . . . . .	69	Lectio I . . . . .	138
Lectio I . . . . .	69	CAPUT VIGESIMUM QUINTUM . . . . .	142
Lectio II . . . . .	73	Lectio I . . . . .	142
Lectio III . . . . .	74	CAPUT VIGESIMUM SEXTUM . . . . .	143
CAPUT UNDECIMUM . . . . .	76	Lectio I . . . . .	143
Lectio I . . . . .	76	CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM . . . . .	146
Lectio II . . . . .	78	Lectio I . . . . .	146
CAPUT DUODECIMUM . . . . .	80	CAPUT VIGESIMUM OCTAVUM . . . . .	150
Lectio I . . . . .	80	Lectio I . . . . .	150
Lectio II . . . . .	82	Lectio II . . . . .	152

## INDEX VOLUMINIS DECIMI OCTAVI

823

CAPUT VIGESIMUM NONUM . . . . .	455	Lectio II . . . . .	188
Lectio I . . . . .	455	CAPUT TRIGESIMUM SEPTIMUM . . . . .	189
CAPUT TRIGESIMUM . . . . .	458	Lectio I . . . . .	189
Lectio I . . . . .	458	Lectio II . . . . .	192
CAPUT TRIGESIMUM PRIMUM . . . . .	462	CAPUT TRIGESIMUM OCTAVUM . . . . .	195
Lectio I . . . . .	462	Lectio I . . . . .	195
Lectio II . . . . .	466	Lectio II . . . . .	198
CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM . . . . .	468	Lectio III . . . . .	203
Lectio I . . . . .	468	CAPUT TRIGESIMUM NONUM . . . . .	204
CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM . . . . .	471	Lectio I . . . . .	204
Lectio I . . . . .	471	QUADRAGESIMUM . . . . .	209
Lectio II . . . . .	473	Lectio I . . . . .	209
CAPUT TRIGESIMUM QUARTUM . . . . .	476	Lectio II . . . . .	212
Lectio I . . . . .	476	Lectio III . . . . .	216
Lectio II . . . . .	480	CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM . . . . .	218
CAPUT TRIGESIMUM QUINTUM . . . . .	482	Lectio I . . . . .	218
Lectio I . . . . .	482	Lectio II . . . . .	220
CAPUT TRIGESIMUM SEXTUM . . . . .	484	CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM . . . . .	224
Lectio I . . . . .	484	Lectio I . . . . .	224

## In Psalms Davidis Expositio

Proemium sancti Thomae . . . . .	228	Psalms XXVI . . . . .	372
Psalms primus . . . . .	232	Psalms ipsi David XXVII . . . . .	380
Psalms II . . . . .	233	Psalms XXVIII . . . . .	383
Psalms David III . . . . .	240	Psalms XXIX . . . . .	389
Psalms IV . . . . .	243	Psalms David XXX . . . . .	394
Psalms V . . . . .	247	Psalms XXXI . . . . .	403
Psalms VI . . . . .	252	Psalms XXXII . . . . .	408
Psalms VII . . . . .	257	Psalms XXXIII . . . . .	417
Psalms VIII . . . . .	264	Psalms XXXIV . . . . .	421
Psalms IX . . . . .	268	Psalms XXXV . . . . .	436
Psalms David X . . . . .	280	Psalms ipsi David XXXVI . . . . .	440
Psalms David XI . . . . .	284	Psalms David XXXVII . . . . .	457
Psalms David XII . . . . .	287	Psalms Cantici XXXVIII . . . . .	465
Psalms David XIII . . . . .	289	Psalms David XXXIX . . . . .	472
Psalms David XIV . . . . .	293	Psalms XL . . . . .	479
Psalms XV . . . . .	295	Psalms David XL . . . . .	486
Psalms XVI . . . . .	299	Psalms David XII . . . . .	492
Psalms XVII . . . . .	303	Psalms David XLIII . . . . .	495
Psalms XVIII . . . . .	326	Psalms XLIV . . . . .	501
Psalms XIX . . . . .	331	Psalms ALV . . . . .	513
Psalms David XX . . . . .	338	Psalms LXVI . . . . .	518
Psalms XXI . . . . .	342	Psalms XLVII . . . . .	521
Psalms XXII . . . . .	353	Psalms XLVIII . . . . .	526
Psalms XXIII . . . . .	357	Psalms Asaph, LXIX . . . . .	533
Psalms David XXIV . . . . .	361	Psalms David L . . . . .	541
Psalms David XXV . . . . .	369	Psalms LI . . . . .	552

## In Canticum Canticorum Expositio

Caput primum . . . . .	357	Caput quintum . . . . .	582
Caput secundum . . . . .	363	Caput sextum . . . . .	590
Caput tertium . . . . .	369	Caput septimum . . . . .	594
Caput quartum . . . . .	373	Caput octavum . . . . .	601

**In Canticum Cantorum***EXPOSITIO ALTERA*

Proemium sancti Thome . . . . . 608

**Tractatus primus sive prima pars totius libri**

Caput primum . . . . .	611	Caput tertium . . . . .	629
Caput secundum . . . . .	622		

**Tractatus secundus sive secunda pars totius libri**

Caput tertium, pars altera . . . . .	631	Caput quintum . . . . .	640
Caput quartum . . . . .	634	Caput sextum, pars prior . . . . .	648

**Tractatus totius sive tertia et ultima pars totius libri**

Caput sextum, pars altera . . . . .	652	Caput octavum . . . . .	661
Caput septimum . . . . .	653		

**In Isaiam prophetam Expositio**

Proemium S. Thome . . . . .	668	In hunc Prologum expositio S. Thome . .	670
Prologus B. Hieronymi presbyteri in Isaiam.	670		

**Isiae Prophetæ**

Caput primum . . . . .	672	Caput vigesimum primum . . . . .	767
Caput secundum . . . . .	683	Caput vigesimum secundum . . . . .	770
Caput tertium . . . . .	689	Caput vigesimum tertium . . . . .	773
Caput quartum . . . . .	697	Caput vigesimum quartum . . . . .	776
Caput quintum . . . . .	701	Caput vigesimum quintum . . . . .	779
Caput sextum . . . . .	710	Caput vigesimum sextum . . . . .	781
Caput septimum . . . . .	716	Caput vigesimum septimum . . . . .	784
Caput octavum . . . . .	722	Caput vigesimum octavum . . . . .	786
Caput nonum . . . . .	730	Caput vigesimum nonum . . . . .	789
Caput decimum . . . . .	734	Caput trigesimum . . . . .	792
Caput undecimum . . . . .	740	Caput trigesimum primum . . . . .	797
Caput duodecimum . . . . .	746	Caput trigesimum secundum . . . . .	798
Caput decimum tertium . . . . .	757	Caput trigesimum tertium . . . . .	800
Caput decimum quartum . . . . .	758	Caput trigesimum quartum . . . . .	804
Caput decimum quintum . . . . .	754	Caput trigesimum quintum . . . . .	806
Caput decimum sextum . . . . .	756	Caput trigesimum sextum . . . . .	808
Caput decimum septimum . . . . .	759	Caput trigesimum septimum . . . . .	809
Caput decimum octavum . . . . .	761	Caput trigesimum octavum . . . . .	813
Caput decimum nonum . . . . .	763	Caput trigesimum nonum . . . . .	816
Caput vigesimum . . . . .	766	Caput quadragesimum . . . . .	817

FINIS INDICIS VOLUMINIS DECIMI OCTAVI